BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
110
L
13
NAPOLI

110
L
13-14.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



ANTHOLOGIA
VETERUM LATINORUM
EPIGRAMMATUM ET POËMATUM.
SIVE
CATALECTA
POËTARUM LATINORUM
IN VI. LIBROS DIGESTA.

ex Marmoribus & Monumentis Inſcriptionum vetuſtis, & Codicibus MSS. eruta.

primum a

JOSEPHO SCALIGERO, PETRO PITHOEO, FRID. LINDENBROGIO, THEOD. JANSONIO ALMELOVEENIO, ALIISQUE,

COLLIGI INCEPTA.

Nunc autem ingenti ineditorum acceſſione locupletata, concinniorem in ordinem diſpoſita, & nonnullis Virorum Doctorum Notis excerptis illuſtrata,

CURA

PETRI BURMANNI SECUNDI,

qui perpetuas Adnotationes adjecit.

TOM. I.

BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

AMSTELAEDAMI,
ex Officina SCHOUTENIANA.
CIↃIↃCCLIX.

Digitized by Google

INCLYTO ET EXIMIO.

VIRO

JOHANNI HOPPIO,

FOEDERATO BELGIO A CONSILIIS,

ET

AERARII PUBLICI CURATORI,

S. P. D.

PETRUS BURMANNUS

SECUNDUS.

SOlent plerumque, qui ingenii ſui atque eruditae induſtriae monumenta in publicam proferunt lucem, circumſpicere ſibi Viros magnificis honorum titulis eminentes, & in ſuprema dignatione poſitos, quibus lucubrationes ſuas prolixis Dedicationibus conſecrent, ſive ut a magnorum Nominum ſplendore lux amplior operibus ſuis accendatur, ac potenti patrocinio ſe tamquam aegide Palladia tuti adverſus lividos obtrectatorum inſultus inſtruant & muniant, ſive ut favoris ac benevolentiae ſibi ſuiſve expertae, vel amicitiae longo annorum uſu excultae qualecumque vene-

Digitized by Google

rationis & obſervantiae publicum exhibeant teſtimonium, probato utique & ingenuis animis digno inſtituto, multo certe magis praedicando atque imitando, quam inlaudabili eorum & ad quaeſtum unice conpoſito lenocinio, quo vel opulentiorum hominum munificentiam inmodicis & ſaepe etiam inmeritis laudibus ſine ullo pudore congeſtis tamquam ſupplice libello emendicare non erubeſcunt, vel principum Virorum ſuffragatione viam ſibi ad altiores fortunae luculentioris gradus aperire tentant. Et hi quidem eo magis ſe publice ridendos mercenaria adulatione exponunt, ſi Magnatibus his mittant ac dedicent libros ea conſcriptos lingua, quam ignorant aut non intelligunt, aut ad illius doctrinae ac ſcientiae genus pertinentes, quam ne primis quidem labiis umquam delibarunt, aut cui levi ſaltem & tralatitia tantum cura innutriti ſunt iidem illi Proceres, quos operum ſuorum patronos in limine ipſo ſalutatos adorant, etiamſi dona ſua literaria his tholis ſuſpendere, aut ad Deos Patrios, tutelares Genios ac Praeſides illorum templorum, quorum ſacra ut myſtae curant, ſollemni conſecratione deferre, nulla neceſſitatis lex aut officii ratio eos cogat. Quamvis autem recte atque ordine facere cenſendi ſint viri illi docti, qui, procul habito abjectae adulationis artificio, ingenii ſui foetus offerunt Viris Illuſtribus, quibus otii & negotii rationem reddere vel muneris ſibi demandati conditio jubet, vel quibus animi grati, & pro acceptis beneficae voluntatis meritis liberaliter obſtricti, monumentum reddere par eſt, raris tamen inſolita illa contingit voluptas, ut Muſarum ſuarum eximios non tantum Maecenates, nobilitate generis, & primis in Republica honoribus fulgentes, ſed & ipſos, quod paucis ſingulari Deorum munere conceſſum eſt, inſignia illa Fortunae ornamenta haud vulgari ſcientiae non unius doctrina illuſtrantes, adeoque peritiſſimos laborum ſuorum exactores nanciſci liceat, quorum perſpicaci ingenio, limato judicio, rarae eruditioni, & gnaro ac ſevero ſimul examini ſcripta ſua ſubjicere poſſint, quae

ſi

Digitized by Google

ſi primario eorum adprobentur ſuffragio, de reliquis doctorum hominum calculis nec adverſis nec iniquis ſecuros reddant auctores.

Hanc felicitatem ſi mihi ominari me dicam, HOPPI Ampliſſime, ſine ulla adſentatione aut fuco auribus blandiente me loqui, ſed Tibi adſcribere & tribuere id, quod ex vero debetur, ſponte fatebuntur omnes illi, qui Te ſuo pretio ponere norunt, neque tantum Te venerantur propter illuſtrem praeclari generis, unde originem ducis, ſplendorem, & varios in Republica noſtra dexterrime geſtos honores, per quos ad illud dignationis, in qua te collocatum patria gloriatur, meritis magis quam lubrica Fortunae ſorte, adſcendiſti faſtigium, ſed praecipue in Te admirantur & ſuſpiciunt illam civilis doctrinae cognitionem exactiſſimam, multo rerum uſu corroboratam, qui Virum publicis adminiſtrationibus adhibitum perficit & conſummat, illum literarum ac literatorum hominum amorem, quem & in aliis tuae fortunae Viris laudare & diuturnum vovere oportet, illam eximiam diverſae eruditionis notitiam non tenuem aut ſuperficiariam, ſed ſolidam & maſculam, qua viros etiam doctiſſimos, & ſingulos in ſua arte exercitatiſſimos, quibuſcum libenter verſaris, toties ita provocas & in ſtuporem rapis, ut omnem vitae loborioſiſſimae, & patriae commodis ac rationibus prudenter dirigendis & moderandis ſatis occupatae, curſum non niſi ſolis doctrinarum, quibus a prima juventute ſollers ingenium ſemper poliviſti, ſtadiis decurrendis & abſolvendis inpendere videaris, adeo ut bonarum artium & elegantiorum literarum culturam umbraticis aut mediocris conditionis hominibus tuendam apud nos relinqui non eſt quod inmerito queramur, aut Maecenatium eruditorum gloriam ſibi unice vindicent exteri, quibus non minora primi ordinis decora ut ab omni aevo, ſic hac noſtra aetate vel Te ſolum, quod ſine aliorum invidia dictum ſit, vicinis gentibus opponere & oſtentare poſſumus Batavi.

 Me

Digitized by Google

Me certe, poſtquam aliquot abhinc annis amoeniſſimae aeſtivationis vicinitate Te propius intueri, & honoratae amicitiae conſuetudine virtutes tuas colere licuit, nulla fere alia magis inpulit ratio, primum hoc Anthologiae veterum Latinorum Epigrammatum ac Poëmatum Volumen illuſtri nomini tuo inſcribendi, quam quod perſuaſiſſimum haberem, non poſſe a me illud offerri aut conſecrari Viro non tantum ſumma dignitate conſpicuo, ſed ſimul peritiori operis ipſius & curae his antiquitatis eruditae monumentis inpenſae judici & Ariſtarcho. Quapropter relicto & poſthabito vulgari & quotidiano Dedicationis more, quae in laudes tuas etiamſi meritiſſimas exſpatiaretur, qualem pudor & modeſtia tua averſatur, malui Epiſtolari potius ſalutatione, quam tibi probatam magis & acceptam fore probe conſcius ſum, te conpellare, atque arbitrum ſumere operae Reliquiis his veterum Poëtarum colligendis ac digerendis praeſtitae, tum Adnotationum & Emendationum, quibus eas meliores reddere, & a corruptelis mendisque innumeris ſanare adniſus ſum, principem eligere Lectorem, cui uni inſtar omnium hac Praefatione magis quam Dedicatione rationem laboris exantlati exponerem, & recenſum agerem copiarum, quibus inſtructus pro virili de literis elegantioribus Muſisque Latinis, tuis non minus deliciis, bene mereri conatus fui: quod ſi cum Tuo Tuique ſimilium aliquo adplauſu praeſtitiſſe me augurari liceat, voti ſummam conſecutus exiſtimabor. Quum enim praecipua auctorum, qui nobis ex antiquitate ſuperſunt, pars notis commentariisque doctorum interpretum ſatis fere jam exornata nonnullis videri poſſit, laudem quoque meritam numquam denegarunt ſacrorum horum cultores illis, qui ceterorum veteris aevi ſcriptorum, qui ad poſteritatem non toti pervenerunt, fragmenta in unum colligere, connectere, diſponere, ſitum ſordesque iis abſtergere, &, quantum licet, nitori ſuo reſtituere operam dederunt, quia ſolatium non injucundum praebet, integris eorum operibus, injuria temporis omnia conſumentis, & barba-

bariei optima quaevis foedantis ac proſternentis tempeſtate deperditis, has veluti ex miſero & triſti naufragio ereptas tabulas ſervare, & quaſi amiſſis navibus fluitantia quaerere apluſtra. Non alienum judicabis, ſat ſcio, ſi Petri Scriverii, non diſpari labore, editis veterum Tragicorum Collectaneis Fragmentisque, egregium in modum de literis noſtris promeriti, verba hic mea fecero, ex ejus Anecdotis Philologicis cap. LXXIV. *Non exiguam merentur laudem, qui veterum Poëtarum fragmenta, ut ruta caeſa e tenebris eruunt in dias luminis auras, ut ait ille, & priſtino nitori reſtituunt. Illi ſunt apud me magni, quibus antiquorum ingenia magna. Per veterum ſcriptorum hortos ſoleo vagari, & nitidis floſculorum ſtellulis oculos ſimul & animum paſcere, & ſi quae loca adfecta ab inperitorum & ſciolorum manu in morbo cubant, ab omni errore vindicare, blattisque & tineis invidere. Quod ſi non praeſtitimus, certe voluimus.*

Ante omnia autem aequitatis tuae nutum & adſenſum mihi non denegaturum Te confido, qua temerariae jactationis & arrogantiae facile me abſolves, ſi, licet non adeo peragraverim loca nullius ante trita ſolo, primum tamen ſine ulla vanitate me profiteri auſim, qui Epigrammatum & Catalectorum veterum Anthologiam Latinam, in juſtum corpus redactam, certasque in claſſes & capita digeſtam, ingenti ſparſim editorum & antea ineditorum numero inſignitam, notisque uberioribus illuſtratam, in lucem emittere adgrediar, cum ſolae ad hunc diem Muſae Graecae tali Epigrammatum veterum Anthologia gauderent. Quam tamen a collectoribus ſuis male habitam, infinitis locis corruptam, & inſigni anecdotorum acceſſione hactenus non ditatam merito dolemus, licet hoc praeſertim ſeculo ſuas ad id operas certatim contulerint viri doctiſſimi, prae ceteris Joh. Henr. Leichius, Joh. Jac. Reiskius, & alii, quorum vota & eruditi orbis deſideria morte intempeſtiva fruſtratus eſt Vir in literis his, dum vivebat, maximus Jac. Philippus D'Orvillius, quo nemo

Digitized by Google

mo ad exornandam iſtam provinciam ſupellectilem pretioſiorem & majores ex variis Europae Bibliothecis congeſtas copias conferre potuiſſet, cujus gazas & cimelia, nunc tamquam myſticis & occultis ciſtis condita ac celata, non ſemper tamen cum ſitu & pulvere luctatura auguramur, nihil intentatum omiſſuri, ut diu exſpectatos Viri egregii labores interitu eximere detur, eodem literis bene conſulendi ſtudio & cura, qua nunc, vitam nobis viresque concedente Deo, ſimili munere, quo ille Grajas Muſas, fato prohibitus, demereri & beare non potuit, nos Romanas ſaltem exhilarare conamur, & tot Latii veteris monumenta e tenebris vindicata publicae tandem utilitati largimur: modo benignam ſpem & exſpectationem de hac Sylloge eidem olim D'Orvillio in Miſcell. Obſerv. Nov. Tom. II. pag. 477. & Cl. Reiskio in Praefat. ante Conſtantini Cephalae Anthologiam Graecam, fauſtis votis atque ominibus conceptam, non penitus deſtituiſſe judicemur, aut deterriti videamur iniquiore de Operis hujus Specimine ſeu Prodromo, olim edito, anonymi Lipſienſis ſuffragio, in prima Actorum Parte Anni 1748. Menſ. Mart. cujus cenſuris ſuo loco eamdem oppoſui libertatem, quam ſibi ſuo jure ſumſerat, gratias ſemper acturus illis, qui non prave & maligne, ſed vere & candide, errantes pedes in viam reduxerint, quum nihil certius & obvium magis ſit, quam in longo opere ſomnum obrepere; & ſi hic illic offendamus & ceſpitemus, incedentes per tramites aliis inacceſſos, ubi facem nulli duces praevii praeluxerint, eo certe majorem & aequiorem apud juſtos rerum judices, praecipue apud Te, idoneum ingeniorum aeſtimatorem, merebimur veniam. Haec ne gratis dixiſſe credamur, videamus, quid Viri eruditi tentaverint ante, quibus promiſſis hiantes eluſerint alii, ſemitam alii ad latentes theſauros indagandos monſtraverint, alii denique primam tantum operis formam deſignaverint, aut indigeſtam lapidum farraginem ſtruemque contulerint ad amplius aedificium majori molimine exſtruendum.

Mi-

Digitized by Google

Mirum profecto, in Italia, e cujus foecundo monumentorum veterum ſinu tot Inſcriptionum antiquarum excitati fuerunt theſauri, quibus inmixta quidem paſſim conſpiciuntur Epitaphia metrica, nullum tamen exſtitiſſe aut inventum fuiſſe, qui omnis generis Epigrammata verſibus conſcripta in ſeparatum coëgerit volumen. Primus fere inter Italos Cyriacus Anconitanus non tantum Inſcriptiones, ſed & Epigrammata vetera carminibus compoſita, ſummo labore congeſſit, licet nulla ipſe ediderit. In hanc enim claſſem non referenda ſunt *Epigrammata reperta per Illyrium a Cyriaco Anconitano apud Liburniam*, quae proſaicas continent Inſcriptiones Latinas & Graecas, nullumque Epigramma metricum ſuppeditant. Editionem iſtam in Folio ſine ullo loci, anni, aut typographi indicio, auſpiciis Cardinalis Franciſci Barberini curatam a Carolo Morono, ſed inceptam magis quam abſolutam eſſe, ſcribit Bigotius in Epiſtola ad Nic. Heinſium, exhibita a Patruo meo in Praefat. ante Gruteri Inſcript. pag. 3. Prodiiſſe vero oportet paullo ante vel circa annum 1660. quia eidem Cardinali Barberino debentur Inſcriptiones Baſilicae S. Pauli ad Viam Oſtienſem, quae Romae an. 1654. excuſae, & quibus illa Cyriaci Epigrammata ſolent conjungi. Sed multas Cyriacum ſpurias & fictas Inſcriptiones ſuppoſuiſſe, ex Antonio Auguſtino prodidit Voſſius Lib. III. de Hiſt. Lat. cap. 10. pag. 809. & repetita ſaepe haec virorum doctorum querela vel criminatio eſt, praeſertim a Cl. Joh. Henr. Leichio in Miſcell. Lipſ. Nov. Vol. I. Part. I. pag. 455. & 456. aliiſque. Cyriaci tamen famam adſerere poſſunt Schedae Inſcriptionum veterum Barberinae, & aliae ultra trecentos fere annos manu ipſius ſcriptae, e quibus ſuum Theſaurum inſtruxit Cel. Muratorius, & egregie hominis fidem, qua ſinceram antiquitatem non incruſtavit, quia eaedem, quas eruit, Inſcriptiones poſtea ab aliis antiquariis etiam repertae & editae fuerunt, vindicavit Cel. D'Orvillius in Diatribe eruditiſſima ad Inſcriptt. Antiqq. edita in Miſcell. Obſerv. Nov. Tom. I.

Vol. III. pag. 145. & 146. & nuper inter Italos bene de ejus manibus promeritus eſt Laurentius Mehuſius, prolato Cyriaci Anconitani diu deſiderato Itinerario, quo Epiſtolae in modum, Pontifici Eugenio IV. inſcriptae, enarrat varia non tantum per totam Italiam, ſed Acarnaniam, Aetoliam, Spartam, Aegyptum, & Peloponneſum, unico vel praecipuo veterum Epigrammatum inquirendorum deſiderio, ſuſcepta a ſe itinera; cui Praefationem praefixit editor, in qua multa de Cyriaco non ita omnibus inveſtigata protulit. Certe & ipſe inter meos veterum Inſcriptionum MSS. codices poſſideo unum manu ipſius Cyriaci, nomine proprio ſubſcripto, exaratum, haud exiguos fructus ad hanc Collectionem mihi ſuppeditantem, cujusque apographum, longe recentiori manu ſcriptum, eſſe codicem, quem ab Ampliſſimo, & ad juvanda ac promovenda virorum doctorum ſtudia promtiſſimo, Gerardo Meermanno utendum habui, easdemque Inſcriptiones deprehendi, ſed ab inperito homine vitioſiſſime transſcriptas, & Michaëlis Regienſis nomen venditantes, quas ille dedicaverat Ludovico Rhodano Regienſi. Hic Michaël Regienſis eodem tempore, ſeculo nimirum xv. inter Italos fuit non infimi nominis, qui veteres inſcriptiones, aliasque antiquitatis reliquias diligenter conquiſivit, & aliter vocatur Michaël Ferrarinus Regienſis Carmelita. de quo vide Mehus. Praef. ad Cyriac. Itin. pag. 58. In illum vero Cyriaci autographum librum conjectae ſunt plurimae non tantum Inſcriptiones, ſed & Epigrammata, quae carminibus conſtant, antiqua, & minime ſubleſta fide ab eo confiċta, ſed quae poſtea quum ab aliis etiam eruta & producta fuerint, optimum & indefeſſum, ſi quis umquam, Antiquitatum & literatorum lapidum indagatorem, ab omni falſitatis inpoſtura inmunem reddere debent, laudemque integram & inlibatam ei relinquere, praeſertim quum inter primos fuerit, qui poſt reſuſcitatum meliorum literarum cultum & amorem tot pericula & labores tam longinquis itineribus exhauſerit.

Eo-

Eodem Epigrammatum veterum eruendorum ſtudio Nicolaus Perottus, Sipontinus Epiſcopus, non exiguum e marmoribus & lapidibus vetuſtis Inſcriptionum & Epigrammatum numerum collegerat, licet labore cum erudita poſteritate non communicato. Codicem vero manu ipſius Perotti ſcriptum, ſed inter chartas inutiles faſciculis, ad piperatas tabernas damnari ſolitis, inſertum, & fere abjectum ab iis, qui theſauros a carbonibus diſtinguere nequeunt, mihi inſperata felicitate nanciſci licuit, & ab interitu eripere in auctione quondam Vlamingiana, qui poſt Perotti Interpretationem Enchiridii Epictetei Latinam, & prolixam de vitae ſuae ratione, ſtudiis, ac ſcriptis, ad Conſtantium Fanenſem Epiſtolam, eximiam conplectitur collectionem Inſcriptionum, Epitaphiorum, & Epigrammatum antiquorum, a Perotto vel ex antiquis marmoribus aut libris vetuſtis excerptorum, quae egregio mihi in conferendis aliorum editionibus fuerunt adjumento. His ſimiles ea aetate inter Italos felicibus auguriis primum fere ſuſtulerunt vexillum ad eundum in viſcera terrae, unde tamquam ex penu inexhauſto innumerabiles marmorum, lapidum, numorum, & omnis antiquariae ſupellectilis opes effoſſae, atque in lucem producta tot veterum monumentorum cimelia nobis conſervata ſunt. Sed qui inter eos ex tanta Inſcriptionum undique dein congeſtarum, & per omnem fere Europam detectarum multitudine ſelegerint, & in unum faſcem conjunxerint Epitaphiorum & Carminum cujuſcumque generis & argumenti copiam, nullos fere aut ſaltem pauciſſimos enumerare licet.

Ptolemaeus quidem Flavius ex variis Auctoribus acervum Epigrammatum ſe in unum redegiſſe corpus teſtatur in Conjectan. Centur. cap. 95. Tom. I. Fac. Critic. Gruter. pag. 993. his verbis: *Pulcherrimum illud & elegantiſſimum Epigramma de Androgyno*, Dum mea me genetrix *&c. quod Antonii Panormitae putabatur, incerti Auctoris fecerunt quidam inpreſſores, cum ſit Pulicis, poëtae vetuſtiſſimi, ut docet Politianus Angelus, & nos oſten-*

oſtenſuri ſumus in acervo Epigrammatum, quae ex variis Auctoribus in unum corpus redegimus: idem de Ptolemaeo hoc Flavio tradit Colomeſ. in Biblioth. Choiſie pag. 490. ed. Fabric. *avant Pithou Ptolemée Flavius au chapitre 95. de ſes Obſervations dit, qu'il avoit fait un Corps d'anciennes Epigrammes Latines* & ex Colomeſio Almeloveenius, tam in Biblioth. Promiſſ. & Lat. pag. 20. quam in Epigrammatum a ſe collectorum Praefatione. Sed uterque deceptus fuit, ſi inedita Epigrammata vetera collegiſſe Flavium putaverint. Ita certe cenſebat Janus Broukhuſius, qui in ſcheda quadam haec manu ſua notaverat: *Fallitur Colomeſius, ſi exiſtimavit inedita iſta fuiſſe Epigrammata. Ex ipſis Flavii Ptolemaei verbis vides nihil novi promitti. tantum Epigrammata aliquot, nota quidem, ſed fortaſſe auctorum nondum ſatis notorum, quale eſt illud Pulicis. apud Politianum in fine Epigrammatum Graecorum ſub Pulicis nomine legitur, & apud eumdem Lib.* v. *Epiſt.* 7. *Polluci adſcribit Catalectorum editio Scaligeri pag.* 231. *Pulici collectio Pithoeana pag.* 6. *Ego iſtum ſive Pollucem, ſive Pulicem non novi. nec videtur eſſe tam vetuſtus, ut quidem Flavius voluit, qui fortaſſe ſcripſit* poëtae venuſtiſſimi. *Epigramma ſane ipſum non eſt invenuſtum.* recte quidem odoratus eſt Broukhuſius, non adeo vetuſtum eſſe auctorem iſtius epigrammatis, de quo agit Flavius, ſed quod ſcripſiſſe eum ſuſpicetur *poëtae venuſtiſſimi*, non adſentior. nam *vetuſtiſſimi* voluiſſe Ptolemaeum, addita docent verba, quibus ad Politiani auctoritatem provocat, qui interpretatione ſua Graeca dignatus eſt hoc epigramma, non adeo quod illud poëtae venuſti, ſed vetuſti eſſe cenſuerit. erroris vero illius comitem habet Flavius non unum ſuae aetatis Italum, qui epigrammatis illius de Androgyno auctorem eſſe antiquum poëtam Pulicem, ſed nemini veterum fando notum aut memoratum, cenſuerunt. ut praeter Politianum Joh. Baptiſta Pius in notis ad Lucret. Lib. V. 837. illud profert ut *eximium priſci poëtae Pulicis, antiquitatemque ſobriam & doctam redolens epigramma.*

ſed

ſed ab aliis Antonio Panhormitae adſcriptum eſſe, aut, quia *Pulicis* nomen prae ſe fert, referendum eſſe ad quemdam Italum, famae itidem obſcurae, *Pulicem*, vel *Pulcium de Cuſtozza*, ex Menagianis monui ad Lib. III. Ep. 177. & errorem Petri Carrerae, qui huic etiam Pulici adſcribebat Pentadii Epitaphium Acidis, quia illud in Catalectorum Virgilianorum editione Pulmanniana ſubjunctum invenit huic Epigrammati de Hermaphrodito, notavi ad Lib. I. Ep. 148.

Poſt Ptolemaeum Flavium, quem tamen acervum iſtum Epigrammatum promiſiſſe tantum, non vero edidiſſe arbitror, Laurentius Abſtemius, Maceratenſis, Duci Urbinati a Bibliotheca, Pindaro Thebano adjuncta aliquot vetera Epigrammata edidit Fani, ubi typographum fuiſſe notaverat Scriverius ad finem notarum Pithoei, qui ejus meminit ad Lib. I. Ep. 41. hujus edit. Prodiiſſe haec Epigrammata ab Abſtemio typis excuſa Fani an. 1505. & 1515. docent Additiones ad Naudaeana pag. 198. ubi haec inter alia: *La premiere edition eſt de Fano en 1505. elle fut procurée par Laurent Abſtemius, Bibliothecaire du Duc d'Urbin, a qui nous devons des Fables & des Annotations Critiques ſur differens paſſages d'Auteurs. la ſeconde ſe fit en la même ville en 1515. Il n'y a rien de different de la premiere edition, ſi non que le nom de Laurent Abſtemius n'y paroit plus, & q'un certain Franciſcus Polyardus, qui a donné cette ſeconde, a eu ſoin d'en retrancher quelques Epigrammes.* Utramque hanc editionem, anxie ſatis quaeſitam, licet indagare mihi nuſquam licuerit, vetera quidem epigrammata conplecti, inde mihi conſtat, quod in ſuo Pithoeanorum Epigrammatum exemplari variantes lectiones ex Abſtemio illo adſcripſerit Scriverius. quapropter editionem hanc libenter conferre optaſſem, non tantum Epigrammatum antiquorum cauſſa, ſed & propter Pindari Thebani, poëtae minime ſpernendi, Epitomen Iliados, & Elegias Maximiani, falſo Galli nomine olim venditatas, Epigramma lyricum ad Lydiam, aliaque, quae in

Digitized by Google

iſta collectione, Mutio Arellio inſcripta, & apud Hieron. Soncinum a Franciſco illo Polyardo edita, haberi teſtatur Fontanini in Hiſt. Liter. Aquilej. Lib. I. cap. 3. p. 58. & 62. ut ex eo notavi ad Lib. III. Ep. 219. Dubito tamen valde, an omnia epigrammata ab Abſtemio edita, ſaltem in ſecunda editione, antiqua ſint: nam inter ea, quae Polyardum iſtum omiſiſſe narrant Naudaeanorum Addenda, recenſetur illic Jacobi Conſtantii Fanenſis Epigramma, in quo civitas Fani loquitur; niſi forte eo frontem aut titulum editionis, quia in iſta urbe excuſa eſt, exornaverit tantum Conſtantius Fanenſis, qui meminit hujus Abſtemii, non ita vulgo cogniti, eumque de locis quibusdam obſcuris ſcripſiſſe notat ad Ovid. Lib. V. Met. 385. indicans Abſtemii Adnotationes Varias, quae leguntur in Face Critica Gruteri Tom. I. pag. 878–893. nam quod *Ennam*, Siciliae urbem, ſcribendam eſſe, non *Aetnam*, aut *Hennam*, docuiſſe Abſtemium dicat Conſt. Fanenſis, illic invenitur pag. 889. & 890. & ad hunc Laurentium Abſtemium carmen eſt Aurelii Augurelli Lib. I. Serm. X. Nonnulla ejus ſcripta latere adhuc ſuſpicor. certe ex opere Abſtemii inedito, Geographica conplectente, & in Bibliotheca Barberina exſtante, profert nonnulla Oliverius ad Marm. Piſaur. pag. 64. Quae deinde Jacobus Mazochius Romae 1521. ſub titulo *Epigrammatum Antiquae Urbis* edidit, magis pertinent ad Inſcriptionum veterum Syntagmata, quae materiem utiliſſimam ſuppeditant ad Carmina ſepulchralia ſive Epitaphia, aliaque Epigrammata verſibus ligata inde excerpenda, ac proinde ad inſtitutum noſtrum omnino adhibenda; qualia, ſed paucula, *ex vetuſtis Lapidibus collecta Epigrammata*, e Mazochio procul dubio vel ſimilibus operibus deducta, Joh. Matthaeus Toſcanus an. 1576. ſubjunxit Tomo I. Illuſtrium Poëtar. Italor. plura forte conjecturus in Tomum tertium, quem prioribus addere cum integrioribus Marulli Carminibus promiſerat, ſed negotiis ſuis aliud jubentibus dein diſtulit. Neque in hanc claſſem referendum eſt, quod Andr. Alciatus in Epiſt. III.

poſt

poſt Gudianas edita, adhortetur Franciſcum Calvum, ut conficeret *Collectanea Epigrammatum Latinorum.* quia recentiorum poëtarum, Italorum prae ceteris, Epigrammata in unum conjuncta intellexiſſe Alciatum, ſequenti Epiſtola apertius docemur. Optandum potius eſſet, ut opus ipſius Alciati, quo multa lectione & animadverſione ingentem variarum Inſcriptionum ſilvam editioni paratam habuiſſe teſtatur Fontejus de priſca Caeſior. gente Lib. II. cap. 6. quodque paucis abhinc annis in Bibliotheca Hulſiana fuit, e tenebris vindicaretur in lucem, eique adjungeretur Collectio eximia Inſcriptionum & Epigrammatum veterum Caroli Cluſii, cujus autographum e Muſeo Burmanniano ad ſe jure legitimo tranſiiſſe, fidem illam ſuam, ſcriniis Burmannianis adeo expertam, interponens profitetur Saxius in Proleg. ante Peric. Animadv. ad Lapid. vetuſt. Epigramm. pag. 6. An vero Andreae Mariani Bononienſis *Collecta Ruinarum Epigrammata* Romae edita an. 1641. quae in fine Praefationis ſuae memorat Almeloveenius, huc propius ſpectent, libro numquam viſo, nobis dijudicare integrum non eſt. Saepe enim ſimplici *Epigrammatum* vocabulo Graeco Inſcriptiones vetuſtae ſoluto ſermone ſaxis marmoribusque inciſae veniunt, quales opinor fuiſſe, quas Nic. Peireskium, eruditiſſimum quondam Galliae Maecenatem, diligenti ſtudio collegiſſe, e Cambdeno ibidem refert Almeloveenius. Sic Johannem Jucundum Veronenſem ante centum ſuae aetatis annos elapſos *librum Epigrammatum* miſiſſe ad Laurentium Mediceum, ſcribit Fontejus de priſca Caeſior. gente Lib. II. cap. 2. & ſaepius ſuſpenſim dubiumque relinquunt lectorem, qui aut inventa vel in Bibliothecis exteris latentia nobis narrant Epigrammata antiqua. ita Raphaël Volaterranus Lib. II. Comment. Urban. pag. m. 89. teſtatur in oppido Bobio, ad Apennini juga ſito, in coenobio, a Theodolinda Longobardorum Regina exſtructo, reperta fuiſſe haec veterum ſcripta, *Rutilium Numatianum*, *heroicum Sulpiciae carmen*, & *LXX Epigrammata.* per quae tamen carmina

Digitized by Google

mina intelligi puto, quia Rutilio & Sulpiciae ea adjungit. idem judicandum exiſtimo de Epigrammatibus vetuſtis Latinis, quae ſuo tempore eruta fuiſſe in Monaſterio quodam apud Arvernos ſcribit dignus eloquentiſſimo Mureto diſcipulus Marc. Anton. Bonciarius in Epiſtolis Ep. LII. pag. 301. & 302. & ex iis profert unum Epigramma aculeatum in Tiberii bibacitatem ſcriptum: de quo non poſſum praeterire ac premere, quae offendi in Epiſtola Jani Broukhuſii inedita ad Almeloveenium, ſcripta Amſtelaed. d. XI. Maji 1692. *Legi his diebus M. A. Bonciarii Epiſtolas, viri diſerti, & Muretum praeceptorem non infeliciter referentis. Is narrat ab homine Gallo indicium ſibi eſſe factum Epigrammatum Latinorum veterum, quae fuerint inventa in Monaſterio quodam apud Arvernos, in quibus & hoc ipſum, cujus tibi exemplum mitto. Utrum ſit vetus nec ne, non audet decernere. Tu, mi Almeloveeni, videbis, an augere debeat Syllogen tuam. Epiſtolas Bonciarii ſi non habes, libenter in tuam gratiam exſcribam eam, in qua ille de hoc agit Epigrammate. Si habes, nihil mihi hodie periit, praeter ducentarum literarum moram. Ego, ut verbo dicam, antiquum non puto: & dabo, ubi tibi viſum fuerit, rationem.* utinam aliquot literarum jacturam amplius feciſſet Broukhuſius, quibus rationes ſuas addidiſſet, ob quas de Epigrammatis antiquitate dubitabat. Certe ut vetus inter Epigrammata a ſe collecta edere non dubitavit Almeloveenius, nec Patruus meus in notis ad Suetonii Tiberium. unde & ipſe retuli in Lib. II. Ep. LXXVIII. Sed & alii paſſim Epigrammatum repertorum aut in forulis Bibliothecarum occluſorum ſalivam nobis movent, ſive Inſcriptiones, ſive Carmina cogitent, quia id lectorum conjecturae potius relinquere, quam indicare videntur. ſic *Epigrammata antiqua Romae & alibi reperta* exſtare in Bibliotheca Vaticana N°. 2713. & N°. 3616. memorat Montfaucon in Tom. I. Biblioth. MSS. pag. 106. C. & 109. A. ubi Inſcriptiones indicari ſuſpicor, ut & in illa *Collectione Epigrammatum anti-*

tiquorum, quam in Bibliotheca Romana inter codices Cardinalis Ottoboni recenſet pag. 189. B. & 190. E. Sed carminibus conſcripta arbitror *Epigrammata vetera numquam edita MSS.* quae in Bibliotheca Eccleſ. S. Petri Oxonienſis inter MSS. Iſaci Voſſii occurrunt apud eumdem Tom. I. pag. 680. B. & metro adligata perſuaſum habeo *Epigrammata varia eleganter in membranis ſcripta ſine auctoris nomine*, quae in Bibliotheca Pariſienſi adſervata enumerat Tom. II. pag. 903. C. quia ex illis nonnulla, ſed non omnia, Martialis eſſe addit: ut & *Epigrammata & Epitaphia aliquot MSS.* memorata eodem Volumine pag. 1280. C. Rectius itaque deliciarum harum cupidis conſuluiſſent Viri eruditi, ſi adcuratius tales recenſiones diſtinxiſſent, ne cupidos ejusmodi auxiliorum indagatores incerta vel fruſtrata ſpe deſtituerent. Minus dubium, Inſcriptiones intelligendas eſſe per *Vetera Epigrammata*, quae Franciſco Sweertio vel recens inventa vel ab aliis non prolata mittit Juſtus Ryckius in Primitiis Epiſtolicis Colon. Agrpp. 1610. editis, Epiſt. XLII. pag. 64. quia ad finem Epiſtolae adjungit Inſcriptiones vetuſtas, quibus duo Epigrammata, verſibus probae aetatis conſcripta, occurrunt inmixta, & apud alios non exſtantia. eamdem vero Ryckii Collectionem conjicio, cujus mentionem facit in iisdem Primitiis Epiſt. XCIV. ad Velſerum, & in Epiſtolarum Centuria Nova, quinquennio poſt Lovanii edita, Epiſt. XXIX. pag. 103. quarum exempla tamen apud ſe deinde periiſſe, in margine addit. Non diſſimili ambiguitate fluctuantes nos redderet, quod Cel. Gorius in Praefat. ante Inſcriptiones Etruſcas pag. 22. tradidit de ingenti labore Joh. Bapt. Donii, quo *omnia antiqua Epigrammata* nondum edita, quotquot ſuo tempore invenire potuit, diligenter collegerat, eumque ſchedas apographas adhuc viventem Bibliothecae Barberinae donaſſe; niſi eximio & ſplendido Donianarum Inſcriptionum theſauro, poſtea ex autographis in lucem edito, dubium omne exemiſſet, de literato orbe tam hoc Opere, quam Florentina-

Digitized by Google

tinarum Inſcriptionum Voluminibus, aliiſque plurimis, dum vivebat, praeclare promeritus: quemadmodum indefeſſo in monumentis Inſcriptionum veterum eruendis ſtudio, quo in Italia praeſertim eruditi homines & antiquarii deinceps flagrarunt, non exiguam debemus Epigrammatum multitudinem, quibus carendum fuiſſet, niſi lapidum literatorum titulos in communia Muſarum commoda collegiſſent & publicis uſibus conceſſiſſent Aldus Manutius, Urſatus, Scardeonius, Onuphrius Panvinius, Tomaſinus, Octavius Rubeus, Malvaſia, & prae ceteris Raphaël Fabrettus; tum noſtra aetate Oliverius, Bianchini, Bertoli, illuſtris Scipio Maffei, & Cel. Ludovicus Antonius Muratorius, aliique, qui Marmorum, Muſeorum, Antiquitatum, & Inſcriptionum Theſauris poſteritati elargitis, luculenta nobis ſuppeditarunt ſymbola ad Anthologiam hanc inſtruendam & augendam: ut praeteream, quae jam olim inter Hiſpanos Ambroſius Morales, Andreas Reſendius, Johannes Vaſaeus, Rudericus Carus, Antonius Auguſtinus, & plures numero non pauci, Inſcriptionibus vetuſtis & Epitaphiis eruendis atque illuſtrandis contulerunt, quorum tamen laborem procul dubio ſuperaſſet vir inter gentis illius eruditos non tantum diffuſae doctrinae copia, & rara ex variis peregrinationibus Antiquitatum peritia ceteris par, quam quidem ingenii & judicii elegantia, ac ſermonis Latini nitore cultuque omnibus major Emmanuel Martinus, ſi obſervationibus ſuis exornatas edidiſſet innumeras Grutero, Reineſio, Fabretto praeteritas Inſcriptiones, quas inſtitutis per Italiam Hiſpaniamque itineribus non tantum collegiſſe eum, ſed & notis ac commentariis explicuiſſe ſcribit Caeſ. Laur. Bulipho in Praef. ad Martini Apaſteroſin, Elegiam cultiſſimam, inter Ejus Epiſtolas Lib. IX. pag. 123. Has praeclaro & diu meditato Hiſpaniae Antiquae Operi inſerere, & praeſertim ad lapides ipſos diligentius exigere conſtituerat, quas in tota Hiſpania exſtantes Ambroſius Morales, Schottus, Strada, & Reſendius vel indagarunt vel numquam viderunt,

ſed

ſed neceſſariis ſumtuum ſuppetiis ipſi deficientibus vota fuerunt irrita. ut queritur Greg. Majanſius in Vita Martini §. 167. pag. 88. & 89. ad illas tamen cum publico conmunicandas virum optimum omni opera permovere hoc ſeculo tentavit Marchio Maffei, ut ex utriusque literis inter Martini Epiſtolas editis Lib. XI. Ep. I. 3. & 4. & Lib. XII. Ep. 20. patet. quin & Maffeio quingenta & quatuordecim Epigrammata a Grutero non exhibita ſe miſiſſe, Montfauconio ſcribit Lib. VIII. Ep. 20. & 24. Sed hanc quidem jacturam ſolus conpenſare & reſarcire poſſet Vir Celeberrimus, atque inter Hiſpanos literarum elegantiorum & antiquitatum ſtudiis hodie florentiſſimus Gregorius Majanſius, Generoſus Valentinus, ſi vetuſtas omnis generis Inſcriptiones in Hiſpania magno numero obvias, & ab aliis editas aut nondum publicatas, ad monumenta ipſa collatas & emendatas, ineditis auctas, & notis ſuis illuſtratas cum eximio eruditae poſteritatis fructu, & aeterna nominis ſui gloria luci exponeret. Quantum enim hoc in genere valeat, abunde fidem faciet egregia & prolixa ejus Epiſtola, nuper ad me tranſmiſſa, qua, amica Ampliſſimi Gerardi Meermanni conciliatione incitatus, in gratiam meam non minori eruditione, quam adcurata in his induſtria, omnes metricas Inſcriptiones in Hiſpania ſuperſtites, vel ab Hiſpanis productas, in unum veluti faſciculum conjicere, diverſorum editorum varietates conparare, fictitias virgula cenſoria notare, & optimis animadverſionibus ad examen revocare dignatus eſt, quorum maxima pars quum Epitaphia ſeu Carmina ſepulchralia, librum hujus Operis quartum occupatura, conplectatur, Voluminis ſecundi limen ſplendido hoc emblemate decorare conſtitui.

Inter Germanos primi Bartholomaeus Amantius & Petrus Apianus Inſcriptiones vetuſtas Epigrammatibus plurimis comitatas, ac propterea mihi hic memorandi, collegerunt & ediderunt Ingolſtad. 1534. liberalitate ac ſumtibus illuſtris literarum Maecenatis Raymundi Fuggeri, cujus propenſo in eruditos

favo-

favori, & nobiliſſimae Fuggerorum genti, quorum Bibliotheca in Vindobonenſem tranſlata eſt, meritiſſima elogia dedit P. Lambecius Lib. I. Comment. de Biblioth. Caeſar. pag. 67. 68. & 69. Sed Apianum & Amantium in numerum illaudatum illorum, qui ſuppoſititias & a diverſis auctoribus adulteratas Inſcriptiones pro veris & genuinis obtruſerunt, retulit Ant. Auguſtinus in Dialog. XI. Antiq. pag. 161. & 162. eosque pares facit Cyriaco Anconitano, & Ambroſio Morali; quibus malae fidei notas inurit etiam Martinus Lib. XI. Ep. 4. p. 147. Hanc tamen criminationem reliquas eorum laudes parum deterere putamus, quia id eo magis excuſandum, quo denſioribus tenebris tunc adhuc obſcurata erant haec antiquitatum ſtudia, unde facilius eludi ab aliis potuerunt, quam ſequentibus & noſtris temporibus, quibus majori in luce haec nunc conſtituta eſſe, primae illorum & continuatae ſuccedentium indagatorum induſtriae grati potius quam moroſi exactores acceptum referre debemus. Amantium vero & Apianum quod primos Inſcriptionum veterum apud Germanos dixerim editores, ne quis errorem objiciat, ejusque ducem habere me Patruum meum in Praefat. ad Gruter. pag. 5. ſugillet, intelligi velim de Inſcriptionibus, quas in Hiſpania, Gallia Ciſalpina, Germania, Italia, totoque paſſim orbe ad illum diem repertas primi evulgarunt: quas enim Conradus Peutingerus, vel ſolo Tabulae Peutingerianae ab eo dictae theſauro inmortaliter de antiquitate meritus, aliquot annis ante produxit, non diſſimulaverunt ipſi Apianus & Amantius, neque eas ſilentio obvolutas aut inlaudatas praeterierunt. Nam in Praefatione, ubi recenſent, quomodo diverſarum orbis totius regionum Inſcriptiones digeſſerint, de Germania agentes addunt: *Et numquam antea viſa eſſe alicui certo ſcimus, exceptis illis monumentis, quae Clariſſimus Jureconſultus Conradus Peutinger, Auguſtanus, Antiquitatum explorator accuratiſſimus, ob illuſtrandam Auguſtam Vindelicorum excudi quam diligentiſſime curavit, quibus & nos te non privare voluimus,*

mus, partim ut diligentia tam praeſtantis viri in hoc opere noſtro clarius appareret, & laudibus dignis ferretur, partim ut ex vetuſtis illis Auguſtanae Urbis Inſcriptionibus manifeſtum foret, quam haec multis ante ſeculis eſſet conſtructa; addemus & Moguntinenſes, quae aliquot ante annos typis ſunt excuſae. per quas *Moguntinenſes* intelligunt Joh. Huttichii Collectionem Antiquitatum in Agro Moguntino repertarum, quae prodiit an. 1520. Peutingerianae vero, ut ex illis verbis manifeſtum eſt, artiori circumſcribuntur limite, quam Apiani & Amantii; nam complectuntur tantum ea Inſcriptionum veterum Monumenta, quae Auguſtae Vindelicorum & in ejus Diocoeſi occurrentia, juſſu Maximiliani I. Imp. collecta & ab interitu vindicata edidit; ut indicat Marcus Velſerus in fine Praefationis, praefixae iisdem Monumentis, quae nonaginta circiter annis poſtea longe emendatiora, auctiora, & notis expoſita, edidit illuſtris ille Reipubl. Auguſtanae DuumVir, & Operibus ejus inſerta ſunt. Noſtro inſtituto majorem fructum adtulerunt, quae eosdem inter Germanos Georgius Fabricius, Chemnicenſis, vir de literis optime meritus, &, ut veriſſime cenſebat Broukhuſ. ad Tibull. Lib. II. El. I. 34. ſua tempeſtate eruditionis atque ingenii laude vix cuiquam ſecundus, Libro II. & III. Romae ſuae, typis Oporinianis Baſileae jam anno 1550. editae, ſed dein 1587. recuſae, inſeruit Antiquitatis Monumenta, Tumulos vetuſtos, ſive Epitaphia ſepulchralia, & varia Epigrammata, quae non exiguo nobis uſui fuerunt, quia pleramque partem peregrinando ipſe luſtravit, vel ab aliis viris doctis accepit, neque raro variantis ſcripturae differentias ſuggeſſit. Ejus laborem jure laudavit Mich. Neander in Praefat. ante Erotem. Ling. Gr. pag. 268. & Barthius Lib. IV. Adverſ. cap. 12. & 17. ubi plurima a Fabricio edita Epitaphia recenſet vel emendat. In hunc cenſum referri etiam meretur Laurentius Schradaeus, (ita enim vocandus, non Schraderus) Halberſtadienſis Saxo, qui Libris IV. Monu-

numentorum Italiae, Helmaeſtadii an. 1592. excuſis, Volumen Inſcriptionum variarum edidit, quas ipſe Italiam an. 1556. per triennium ſtudiorum cauſſa, ſed valde adhuc juvenis, peragrans colligere inceperat, mox in patriam reverſum ad earum editionem adhortantibus Phil. Melanchthone, Joach. Camerario, Joh. Sturmio, & eodem illo Georgio Fabricio, primis tunc Germaniae luminibus, repetito in Italiam an. 1567. itinere, Collectionem ſuam ingenti numero auxit: ſed dein publicis aulae Holſaticae negotiis admotus, per ſtudioſum, ſuis inpenſis eo ablegatum, reliqua in locis a ſe praeteritis deſcribi ac referri curavit, & per ſingulas Italiae civitatum claſſes eo, quo peregrinatus fuerat, ordine diſtributas exhibuit; Opere quidem ſua laude non fraudando, ſed unde majorem utilitatem capere licuiſſet, ſi non vetuſta & elegantia novis ac Chriſtianis tam indigeſta farragine conmixta eſſent, ut ne verſatiſſimis quidem in hoc ſtudiorum genere diſcernere ſemper promtum ſit, an poëtarum recentioris aetatis, praeſertim ſi Italorum felicioris genii ſint, epigrammata & epitaphia, an veteris aevi carmina offendat, quod tum demum certius dijudicare licet, ſi accedat auctoritas aliorum, qui inter antiqua ediderunt.

Sed Germanorum quidem gloriam hac in parte longo poſt ſe reliquit intervallo Thomas Reineſius, cujus eximium Inſcriptionum antiquarum aliis praeteritarum Syntagma eruditiſſimis Commentariis inſtructum poſt fata ejus prodiit Lipſ. 1682. Illud exitio ereptum & poſteritati adſertum debetur curae viri illuſtris Fred. Ben. Carpzovii, qui non tantum typis deſcribendum mandavit, ſed cum peſtilentiae contagio typographi aedes corripuiſſet, non ſine praeſentiſſimo periculo eas ingreſſus, autographum tamquam Palladium Trojano incendio exemtum abſtulit & ſervavit. ut narrant Tentzelii Colloq. Menſtr. an. 1691. pag. 139. & quantum curae chartis Reineſianis valde diſperſis ac confuſis in ordinem redigendis, & praelo aptandis inpenderit Carpzovius, ipſe exponit Hein-

Heinſio in Epiſt. CCLXXIII. pag. 325. Tom. V. Syllog. Epiſt. merito hoc Reineſii opus ut aureum Volumen laudat Malvaſia ad Marm. Felſin. pag. 222. & dignis elogiis illud commendarunt Acta Lipſ. an. 1682. pag. 89. & ſeqq. ubi inter alia pag. 91. & 92. recenſent ac jure dolent ineditum hactenus non prodiiſſe Reineſii Eponymologicum, quo tamquam Inſcriptionum Adpendice nomina ac cognomina Graecorum & Romanorum, in marmoribus praecipue obvia, labore ad miraculum fere induſtrio diſpoſuit, notisque doctiſſimis illuſtravit. Meminit hujus Operis, illudque ut Partem Commentarii ad Inſcriptiones ſe confeciſſe ſcribit Reineſius ipſe in Epiſt. ad N. Heinſ. Tom. V. Syllog. pag. 190. ejuſque Conſpectum exhibuit in Praefat. ante Inſcriptiones, in quibus paſſim ad illud lectorem remittit. Poſſedit theſaurum hunc Cel. D'Orvillius, ut ex ejus Diatribe ad Inſcript. antiq. in Miſcell. Obſerv. Nov. 1741. Vol. I. Tom. III. pag. 123. patet. Sed habuit illius apographum, ex quo particulam de Hierocle olim edidi ad Vales. Emend. pag. 216. & ſeqq. Autographum enim, ante paucos abhinc annos inprudenter inter chartas pondere magis quam pretio vendi ſolitas rejectum, publicae emtionis jure pervenit in optimi & docti juvenis manus, quem hujus felicitatis ſuae participem aliquando redditurum eſſe orbem literatum, ſperare & vovere par eſt.

Reineſio ſucceſſit Germanicae gentis illuſtre decus Marquardus Gudius, qui perreptata tota fere Italia non tantum Inſcriptiones veteres ab aliis antea erutas ad lapides ipſos diligentiſſime illic collatas emendavit, ſed & ipſe ingentem ineditarum theſaurum congeſſit. de cujus labore licet minus benigne cenſuerit Muratorius, praeclare tamen, jam antequam in lucem prodiret, auguratus eſt Morhofius de Patavinit. Livii cap. 3. *Vir incomparabilis Marquardus Gudius, qui cum omnes Italiae angulos perreptaret, ut veteris Reipublicae Romanae κείμηλια erueret, Inſcriptiones ſcilicet a Grutero praeteritas, earum vaſtum totque eruditorum votis optatum*

tum opus, quodque omnibus in illo genere ſcriptis palmam facile praeripiet, magnum antiquitatis theſaurum, paene ad umbilicum deductum habet. & certe optandum fuiſſet, ut ipſe Gudius illud publici feciſſet juris, poſt cujus obitum Syllogen hanc in manus Celeb. Graevii delatam poſtea demum hoc ſeculo produxit Franciſcus Heſſelius. Mirari ſane licet, non tantum inter Germanos Reineſium Gudiumque, & principem e Gallorum gente in his eruditae Antiquitatis ſtudiis laudem promeritum Jacobum Sponium, ſed praecipue inter Italos Raph. Fabrettum, (de cujus Inſcriptionibus legi merentur Acta Lipſienſ. an. 1699. p. 337. & ſeqq. Em. Martinus Lib. II. Epiſt. 16. pag. 51. & Lib. IV. Epiſt. I.) tam inmenſam Inſcriptionum a nullis antea Viris doctis editarum copiam produxiſſe, poſt inexhauſtam in ipſa Italia perluſtranda tot hominum eruditorum, & praeſertim Martini Smetii, optimi ſed infeliciſſimi viri, induſtriam, & indeſeſſum illum, quo fundamentis a Smetio jactis ſplendidum magis atque omni aere perennius aedificium ſuperſtruxit, Jani Gruteri laborem. His nimirum Duumviris prima & integra inter Belgas noſtros incepti Herculei gloria debetur, adeoque eos indictos praetermittere, piaculum foret: Quum enim Smetianae ſchedae a nefario milite Anglo auctori ipſi, cui inter bellicos Brabantiae tumultus vitam eripuerat, ablatae & in Angliam deductae eſſent, ſingulari felicitate illic pervenerunt in manus inclyti Belgarum Muſagetae Jani Douſae, cujus auctoritate, & juſſu atque inpenſis Illuſtrium Hollandiae Procerum adcuratiſſime & nitidiſſime egregium prodiit opus a Raphelengio excuſum Lugd. Bat. 1588. Inde animatus eruditorum omnium princeps Joſephus Scaliger Grutero perſuaſit, ut ſuo ductu & Marci Velſeri auſpiciis majora moliretur, moleſtiſſimam Indicum conficiendorum curam aerumnabili labore in ſe ſuſcipiens. His ſtimulis permotus Gruterus, inſignia undique nactus auctuaria & copias auxiliares, primum typis Commelinianis produxit illud Inſcriptionum veterum non

niſi

Digitized by Google

niſi cum literis ipſis interiturum Opus, & vel eo praeſertim nomine praedicandum, quod illius maxime exemplo & Ciſalpini & Tranſalpini orbis eruditi deinde excitati fuerint ad tot marmora, lapides, ſtatuas, aliaque Romanarum Inſcriptionum monumenta indaganda, & aeternitati conſecranda. Quum vero Gruteri prima editio, adnotatis Gudii referta, quibus pleraſque ejus Inſcriptiones ad ipſos lapides Italica peregrinatione exactas caſtigaverat, incidiſſet in manus Celeb. Joh. Georg. Graevii, aliunde etiam conparatis acceſſionibus, conſilium ceperat editionem Commeliniana ſplendidiorem procurandi, ſed Viro ſummo in ipſo operis molimine vita defuncto, conſiliis ſuis ſtimulante Jano Broukhuſio, & in partem operae venientibus Almeloveenio, Maſſonio, & Holthenio, profligavit illud & abſolvit tandem Patruus meus anno 1707. qui in Praefatione adcuratius fata operis eximii enarravit, & recenſum eorum, qui in eodem ſtadio decurrerunt, egit.

Sed jam nonnihil me, HOPPI Ampliſſime, exorbitantem dices, ſeriem ampliorem pertexendo illorum, qui Inſcriptionibus antiquis colligendis & edendis inſudarunt, non enim me Inſcriptionum quarumlibet, ſed Epigrammatum a poëtis conſcriptorum aliorumque poëmatiorum Anthologiam adornaſſe, amica, qui tuus eſt mos, objectione admonere poſſes. Primum tamen his conmemorandis locum fuiſſe dandum cenſui, quia ex illis Inſcriptionum veterum promtuariis haud minima pars Anthologiae hujus deducta eſt, & praecipuum ſecundi Voluminis numerum Epitaphia, Libro IV. deſtinata, unice ex editis vel ineditis Inſcriptionibus derivanda, conſtituent. quas niſi adhibuiſſem, non tam inſigni acceſſione Pithoei Librum III. Epigr. vet. in quem ille Epitaphia conjecit, locupletare potuiſſem, praeſertim quum ad manus eſſet non exigua Inſcriptionum MSS. ſupellex, qua inſtructus edita ab aliis conferre atque emendare, & ineditis epitaphia augere, operae pretium duxi.

**** Prae-

Praeter enim Cyriaci Anconitani & Nicolai Perotti Codices MSS. ſupra indicatos, in meis armariis habebam Librum Inſcriptionum, manu Nicolai Heinſii exaratum, in quem partim ex Pyrrhi Ligorii Antiquitatum Opere inedito, & praecipue ex ejus Lib. XXXIV. partim ex veteri Codice membranaceo Inſcriptionum ante annos pluſquam ducentos ſcripto, cujus copiam ipſi fecerat Clariſſimus Carolus Moronus, conjecerat non modicam Epitaphiorum ſoluti ac ligati ſermonis farraginem, dum Italiam peragraret. Illud autem Pyrrhi Ligorii vaſtum Antiquitatum Romanarum Opus ineditum paſſim a viris doctis ad partes vocatur, ejusque tres tomi, ex autographis deſcripti, Romae in Farneſiana ſervantur Bibliotheca, ut teſtatur Joh. Rhodius ad Scribon. Larg. pag. 310. quos ex Taurinenſi in Bibliothecam Chriſtinae Suecicam, adnitente Heinſio, tranſlatos notavi in Commentario de ejus Vita, Adverſariis Heinſianis praefixo, pag. 22. inde Romam avectos fuiſſe veroſimile eſt, quum Chriſtina eo ſe contuliſſet: non enim integrum Ligorii opus a Matre Ducis Sabaudiae donatum eſſe Reginae Suecicae, inde conjicio, quod Cel. D'Orvillius anno hujus ſeculi vigeſimo ſexto, ut ex Ejus Ephemeridibus Itinerariis mihi conſtitit, Taurini in Archivis Regiis viderit adſervata adhuc Pyrrhi XXXII. Volumina MSS. e quibus ſine dubio tres illi, Romam dein tranſlati, in gratiam Chriſtinae deſcripti ſunt. Ligorii illius fidem Fabretto, Noriſio, aliiſque ſuſpectam vindicavit Corradinus in Vet. Lat. Lib. II. cap. 19. & Muratorius, qui Tomis illis, ſed duobus tantum, Farneſianis paſſim in opere ſuo uſus eſt, initio notarum ad Tom. I. Theſaur. Inſcript. faventque Ligorio Mabillonii, Montfauconii, aliorumque teſtimonia producta ab Heſſelio in Adpendice Praefat. ante Inſcript. Gudii. Carolus autem Moronus, ex cujus vetuſto Codice plurima Epigrammata excerpſit Heinſius, fuit quondam Canonicus S. Laurentii & Bibliothecae Cardinalis Franciſci Barberini praefectus, ut ex Th. Ryckii Praef. ante Holſtenii notas ad Stephan. Byzant. didici, & ex Laurentii

rentii Mehuſii Praef. ad Cyriaci Anconit. Itinerar. pag. 61. ubi tamen puerilem in minutiis carpendis pruritum ridere magis, quam indignari licet, cum notat, Morovum perperam adpellari a Petro Burmanno, quaſi Carolus Moronus, toties in Epiſtolarum Sylloge ab Heinſio aliisque memoratus, Patruo meo fuiſſet incognitus; ut praeteream, falſo Mehuſium mendam typographicam adſcribere Burmanno, qui ipſe nuſquam in praefat. ante Gruter. Moronum adpellat Morovum, ſed grande illud operarum vitium, notari dignum, conmiſſum eſt in verbis Gallicis ex Bigotii Epiſt. adductis, *Mr. Morovi Bibliothequaire de Mr. le Cardinal Barberin. &c.* & paullo poſt, *J'en parlerai au Sr. Morovi.* Ipſum hunc Carolum Moronum novum Inſcriptionum vetuſtarum Opus, Gruterianum magnitudine aequaturum, juſſu Cardinalis Barberini collegiſſe, & praelo paratum habuiſſe, conſtat ex Epiſtolis Heinſii Tom. III. Syllog. pag. 820. & Tom. V. pag. 478. 480. 495. & 500. ſed lenti ingenii tarditate, & Holſtenii ope ac conſiliis deſtitutum, inter tam vaſtos fluctus numquam in portum adpliciturum, vere praeſagiiſſe Heinſium in Epiſt. 380. ad Gronov. Tom. III. p. 476. confirmavit eventus. Alterum mihi ſubſidium fuit in Stephani Vinandi Pighii Inſcriptionibus ineditis, quas olim inter Bibliothecae ſuae cimelia poſſedit Ampliſſimus Urbis hujus Conſul Joannes Sixius, cujus beneficio etiam Codice hoc, quem *inaeſtimabilem antiquitatis theſaurum* vocat, uſus eſt Broukhuſius, ut indicat in notis ad Propert. Lib. I. El. 18. 27. qui tam in eodem Commentario, quam in Tibulliano, paſſim ex eo vetuſtas Inſcriptiones laudat & corrigit: & forſan eumdem habuit Illuſtris Ez. Spanhemius, nam ex ſchedis Pighianis Bibliothecae Electoralis Palatinae Inſcriptionem profert ad Callimach. Hymn. in Del. 165. Sed nec minus inaeſtimabilem theſaurum mihi ſuggeſſit Codex Wittianus, qui conprehendit Syllogen Inſcriptionum Antiquarum, cum marmorum ac Monumentorum delineationibus, quae non parum ſaepe ad Inſcriptionum intellectum confe-

 runt,

runt, addito ineditarum indicio; & notatis e Grutero, Fabretto, aliisque lectionum diſcrepantiis ac marmorum defectu. Wittianum adpello, quia olim fuit Johannis Wittii, Dordraceni, qui urbi iſti a ſecretis fuit, *magni illius libertatis & legum patriarum Vindicis non degener futurus filius, niſi eum florentiſſimo Belgii ſtatui invidiſſent acerba fata*, quo elogio virum eximium jure mactat Patruus meus in Praefat. ad Quinctilianum. Illum ex Italia cum aliis codicibus MSS. & eruditae antiquitatis, cujus inſignis cultor & amator erat, gazis detulit Wittius, idemque liber eſt, qui recenſetur in Catalog. Biblioth. Wittianae MSS. in Fol. N. 55. pag. 48. Opem quoque hic illic adtulit Pauli Petavii, Conſiliarii quondam in Francorum Curia, Supellex Antiquaria, eadem, ex qua pars exigua; ſed ad alia ſpectans, in Salengr. Tom. II. Novi Theſauri Antiq. Rom. edita eſt, ſub titulo *Portiuncula Antiquariae Supellectilis Pauli Petavii:* huic enim codici adduntur Inſcriptiones a Paulo Petavio collectae, quae neque in Grutero aut Reineſio reperiuntur. Praeter haec ex mea ſupellectile etiam adfuit variarum Inſcriptionum & Epigrammatum codex, in Italia, ut videtur, ante duo fere ſecula ſcriptus, & Valerio Probo de Notis & Literis Romanorum adjunctus, quem Henninianum voco, a poſſeſſore olim ſuo Henr. Chriſt. Henninio, ad quem an. 1692. aere non exiguo delatus Patavio fuit a Guernero quodam Lilio, medicarum artium ſtudioſiſſimo, ut manu ſua ad finem libri adſcripſit, quem Jacobo Tollio donaverat, adnotatis in margine variantibus lectionibus e Grutero, aliisque. Suis etiam locis adhibui Codicem MS. Inſcriptionum veterum, ex Bibliotheca Nobiliſſimi Comitis Waſſenarii Obdamii mihi redemtum, duosque alios Inſcriptionum Brixianarum & Narbonenſium, & Schedas MSS. Italicas: tum bina exemplaria primae editionis Gruteri, quorum uni plurima adſcripſerat Petrus Scriverius, alteri Marquardus Gudius, cujus pleraque licet in noviſſimam Gruterianarum Inſcriptionum editionem tranſlata fuerint, profuit tamen aliquando, autographas illas Gudii

dii notas conſuluiſſe. Denique ab Ampliſſimo, & de patria non tantum lingua ac poëſi, ſed & Hiſtoria Batavica eximium in modum promerito, Balth. Huydecopero, habui librum, ex Arkeliana Bibliotheca olim ipſi conparatum, cui Antiquitates, Inſcriptiones veteres, & plurima varii argumenti Epigrammata inſcripta erant. & ab eruditiſſimo atque erectae indolis juvene Nic. Bondtio Codicem Buchelianum, in quo Arnoldus Buchelius, Ictus quondam Ultrajectinus, nitidiſſima manu deſcripſerat diverſi generis Inſcriptiones & Epigrammata; inter peregrinandum, ut adparet, conquiſita.

Verum miraberis mecum, ni fallor, Vir eximie, ex tanta Inſcriptionum veterum ubique editarum & ineditarum turba, paſſim ab aliis etiam memorata, vel jactata, vix unum aut alterum virum eruditum hucuſque in gratiam rei poëticae cultorum excerpſiſſe, & in unum corpus ac volumen redegiſſe Epigrammata & Epitaphia, carminibus conſcripta, & ſaxis aliisque monumentis inciſa. Ex Italis quidem Johannes Baptiſta Ferretius, Vicetinus, edidit Muſas Lapidarias, ſeu antiquorum in Marmoribus Carmina, Veronae 1672. e Grutero praecipue hauſta, ſed negligenter & vitioſiſſime exhibita, & cujus notis hiſtoricis, nihil ad Epigrammatum corruptorum emendationem conducentibus, aequo animo carere potuiſſemus. An praeter has Muſas Lapidarias alia opera, maxime res Antiquarias illuſtrantia, quae ingenti numero molitus eſt Ferretius, in lucem prodierint, dubito: ut de Familiis Romanis, de priſcorum Rebus Subterraneis, de antiquorum Collegiis, Sodalitiis, & Corporibus, Memoriae ſeu Marmora Vicetina, de Senatu, de Theatro, & veterum Triumpho, aliaque id genus plura, paſſim in notis iſtis memorata, & quorum indicem in fine Praefationis cum magno ingenii jactantioris hiatu recenſet, quaeque omnia ſe jam anno aetatis 33. elaboraſſe gloriatur. Saltem nulla illorum operum in Theſauro Antiq. Roman. conſpiciuntur, ſed Ferretii Hiſtoria rerum in Italia

Digitized by Google

geſtarum ab anno 1250. ad an. 1318. habetur edita inter Muratorii Scriptores Rer. Ital. Tom. IX. 1193. Neque refragabor, ſi in hunc cenſum retuleris Delicias, ſeu Inſcriptionum monumenta, inter Germanos a Nathane Chytraeo, Herbornae 1594. & inter Brabantinos a Franc. Sweertio editas Colon. 1615. ſed numero recentiorum Epitaphiorum metricorum vetera longe ſuperante, quaeque paucula inter Italos Johannes Bonifacius, ſenex jam octogenarius, inſeruit libro de Epitaphiis conponendis Rhodigii 1629. edito; quemque inter Gallos majoribus copiis Theſaurum Epitaphiorum veterum & recentium Philippus Labbeus Pariſ. 1686. & inter Anglos Inſcriptionum Antiquarum Syllogen dedit Gulielmus Fleetwoodus Londini 1691. modo ejusmodi ingeniorum laborem agnoſcas tantum conſtare in excerptis aliunde carminibus conglutinandis, ordine licet confuſo & indigeſto, neque recentiſſima cum vetuſtis temere miſcenda eſſe concedas, & nonnihil opis Criticae adferendum fuiſſe deſideres in mutilis, vitioſis, ac corruptis ſupplendis aut caſtigandis. Multo minus recenſeri aut memorari meretur anonymus ille neſcio quis (Lancelotum vocat Menag. Tom. II. AntiBaill. cap. 115. pag. 51. & ex eo Broukhuſ. curis ſecundis ad Sannaz. Lib. I. Epigr. 36.) qui Epigrammatum Latinorum Delectum edidit Pariſ. circa an. 1663. repetitum Londini in uſum Scholae Etonenſis 1689. ſed conſarcinatum e Catullo, Martiali, Auſonio, aliisque, ſubjuncto etiam altero Delectu ex poëtis recentioribus, in cujus libelli Libro VI. vix quatuordecim Epigrammata in his Catalectis etiam occurrentia inveniuntur, notulis futilibus, & puerorum uſui tantum adcommodatis leviter adſperſa: de cujus electoris depravato & alieno ab his deliciis guſtu ſententiam ferre parco, quia abunde id egit idoneus judex Franciſc. Vavaſſor eleganti libro de Epigrammate cap. XVIII. XIX. & ſeqq. Meliori quidem & diverſo adparatu, Ferretii veſtigia ulterius promovens, hoc nuper ſeculo Franciſcus Maria Bonada, apud Romanos Eloquentiae Profeſſor, Carmina ex Antiquis

Digitized by Google

tiquis Lapidibus edidit, ex obviis Inſcriptionum antiquarum Collectoribus excerpta, ſed nullis fere ineditis aucta, & Diſſertationibus nimis prolixis obruta, Romae 1751. 2 voll. quem tamen adhibendum eſſe cenſui, licet notae ejus vel Diſſertationes parum huic inſtituto adſtipularentur.

Sed neque ſolas Inſcriptiones vetuſtas, aut Epitaphiorum Collectiones ſufficere, tu omnium optime judicabis, ad Anthologiam antiquorum Epigrammatum & Poëmatum Latinorum adornandam, ex Lapidibus & Marmoribus non tantum eruendam, ſed praecipue ex Catalectorum veterum Codicibus MSS. diverſi generis & argumenti Epigrammata ac carmina eſſe indaganda, & in juſtum corpus digerenda exiges, ut veſtigiis Joſephi Scaligeri, ac Petri Pithoei inſiſtamus, viamque a magnis his & tot meritis erga literas elegantiores illuſtribus viris monſtratam porro decurrere, &, ſi fas ſit, abſolvere conemur.

Primus nimirum Joſephus Scaliger, quum in Galliis eſſet, Catalecta veterum Poëtarum, ſive multa numquam ante typis excuſa Epigrammata adjecit Adpendici Virgilianae, cujus editio Jacobo Cujacio, Juriſconſultorum Principi, inſcripta prodiit Lugduni apud Jac. Rovillium an. 1573. Haec enim Catalecta in duos Libros diſtributa primum recenſuiſſe & publicaſſe Scaligerum, ut titulo ipſe inſcripſit, teſtatur etiam Caſaub. ad Lamprid. Elagab. cap. 20. ab Adpendice autem Virgiliana, Culicem, Cirin, Aetnam, Moretum, Diras, & ſimilia poëmatia majora conplectente, diſtinxit Catalecta, in quae inedita carmina minora, vel Epigrammata, diverſa ab illis carminibus, quae Virgilio in antiquis editionibus vulgo ſubjunguntur, conjecit; ut adverſus Titium, diſtinctione hac non obſervata perperam Scaligero obtrectantem, notavi ad Lib. III. Ep. XCIII. 8. Hujus editionis ſuae curam Scaligerum conmiſiſſe Pithoeo, patet ex quatuor ejus ad Pithoeum Epiſtolis XXXI. XXXII. XXXIII. & XXXIV. in quibus operoſe perſcribit ordinem, quem ſervari in edendo velit, ſeque haec Catalecta plus quam centum carmini-

ni-

Digitized by Google

nibus, antea numquam in lucem productis, auxiſſe dicit, e quibus plurima Petronii erant. Marmorum vero epigrammata, quorum multam ſilvam Romae & in aliis Italiae oppidis viderat, omiſiſſe, quia praevidebat alios aliquando exſtituros, ea omnia, licet ſic optimis mediocria, & bona malis inmiſcenda eſſent, in hanc collectionem relaturos. Adpendicem illam Virgilianam tumultuaria tantum opera ſe collegiſſe, & uno menſe omnia haec opuſcula recenſuiſſe, monet in fine notar. ad Aetnam pag. 157. Quos vero codices MSS. ad Catalecta ſua adhibuerit, vellem adcuratius indicaſſet Scaliger: unius tantum Antverpienſis meminit in fine Epiſt. XXXI. ad Pithoeum; licet Cujacianum librum, Bineto laudatum, ipſi etiam excuſſum fuiſſe, mihi veroſimile fiat. Inter chartas quidem Heinſianas inveni Variantes Lectiones in quaedam Epigrammata, ex antiquo Codice, qui olim fuit Scaligeri, quem in Bibliotheca Leidenſi adhuc ſuperſtitem aliquando contuli. Sed praeterea ſchedas nonnullas ipſius Scaligeri manu exaratas, & libro Adverſariorum adjunctas, Franequerae olim nactus fui a Viro Celeberrimo Tib. Hemſterhuſio, in quibus non pauca Epigrammata vetera, additis in margine emendationibus, deſcripſerat Scaliger ex veteri Codice, qui plerumque adeo conſentit cum Voſſiano, ut fere eumdem exiſtimem. Ceterum in hac prima Lugdunenſi editione Rovilliana nonnulla deſiderantur, quae in ſecunda Raphelengiana leguntur, cujus rei exemplum dat Scriverius ad Martial. pag. 22. alterumque notavi ad Copam v. 25. ubi de *Alibida* tota alia Scaligeri obſervatio eſt in prima Lugdunenſi, quae in altera Raphelengiana deleta & inmutata eſt. & ſic alibi. Fredericus enim Lindenbrogius, quum in manus ejus perveniſſet prioris editionis exemplar, in quo ipſe Scaliger plurima addiderat, quaedam etiam mutaverat, ad illum poſterioris curae librum novam adornavit editionem Lugd. Batav. ex offic. Plantiniana apud Franc. Rapheleng. 1595. nam in illis exemplaribus, quae Lugd. Bat. apud Joan. Maire 1617. prodiiſſe venditantur, ſolita librariorum arte

arte mutatus tantum titulus eſt. Lindenbrogius autem Varias Lectiones, quae in primae Gallicanae editionis margine conſpiciuntur, in unum faſcem conjecit ad finem ſuae editionis, & de proprio penu addidit notas quasdam, ſed tenuiores, quas primum ſtudiorum ſuorum ſpecimen profitetur. unde nonnihil lucis accipit Caſauboni Epiſtola xxxvi. Lindenbrogio ſcripta, in qua pro tranſmiſſo ſtudiorum ejus primo guſtu gratias cum agit, hunc intelligi librum nota anni, quo literae exaratae ſunt, confirmat. Ex hac igitur ſecunda Lindenbrogii editione malui & illius & Scaligeri notas exhibere, quam ex prima Lugdunenſi Rovilliana, ut fecit Germanus Valens Guellius, qui Virgilio cum Paralipomenis ſuis Antverp. apud Chriſtoph. Plantin. 1575. edito ſubjunxit Adpendicem Virgilianam & Catalecta, additis Scaligeri caſtigationibus. In Catalecta haec Virgiliana notas ſcripſerat Valens Acidalius, quas edere promiſit frater ejus Chriſtianus Acidalius in Praefat. ante Epiſtolas Criticas Valentis Acidalii. ſed promiſit tantum. Illis patientius caremus, quam curis Salmaſii, quem Catalecta haec emendatiora & auctiora cum notis poſt Scaligerum uberioribus edere paraſſe, Lambecio ſcribit Sarravius in Epiſt. clxxx. pag. 184. Habui quidem chartas, quibus inſcriptae erant variae Lectiones vel emendationes, excerptae ex Adpendicis Virgilianae editione Lindenbrogiana, cujus margini eas manu ſua Salmaſius adnotaverat, quas a Philiberto de la Mare accepiſſe Heinſium didici ex Ejus Epiſtola in Tom. V. Syllog. pag. 687. Sed ingenti ineditorum numero Catalecta augere potuiſſet Salmaſius ex antiquiſſimo illo Codice, ex quo toties ἀνέκδοτα epigrammata in Operibus ſuis protulit, de quo libro MS. infra commodius erit agendum. Quos vero Epigrammatum Flores ex optimis Auctoribus excerptos ediderit Leodegarius a Quercu Pariſ. 1555. aut quam Epigrammatum variorum Collectionem excuſam a Morello 1550. indicent Mabillonii Analecta pag. 417. adfirmare nequeo, libro utroque fruſtra quaeſito, licet Morelliana Chriſtianorum in-

ſerioris aevi eſſe ſuſpicer: ſed & quam Catalectorum Virgilianorum editionem ſub ipſa artis typographicae initia in lucem prolatam, & a libris vulgatis multum diſcrepantem habuerit Barthius, cujus teſtimonio ſaepe utitur in Adverſariorum opere, ut Daumio ſcribit Heinſius Tom. IV. Syllog. pag. 155. & Tom. V. pag. 218. dubius haereo. Ego adhibui Vicetinam an. 1479. Venetam 1480. Brixienſem 1485. aliasque, praeter duas Aldinas Venet. 1517. & 1534. & Juntinam, cujus margini N. Heinſius conjecturas ſuas, & variantes ex Aldo lectiones adleverat; quod exemplar Juntinae Virgilii editionis ideo mihi pretioſius, quia non tantum idem Heinſius tredecim Codicum Virgilianorum collationes adſcripſit, ſed & manu Pierii Valeriani, qui primus Maronem ex libris vetuſtis caſtigare adgreſſus eſt, adnotatas habet variantes lectiones ex Romano, Mediceo, Oblongo, & Longobardico codice, quorum paſſim in notis meminit.

Poſt Scaligerum Claudius Binetus, Bellovacus, non pauca Petronii, & aliorum veterum poëtarum Epigrammata ad id tempus non edita publicavit Pictavii 1579. quorum bonam partem ex libro MS. Bibliothecae Bellovacenſis, nonnulla ex veteri codice Jacobi Cujacii, vel munere Joſ. Scaligeri habuit, alia in Italia, Florentiae, vel Romae ex Bibliotheca Vaticana depromſit, ut in Praefatione, & ad Epigrammata ipſa pag. 10. & 15. teſtatur. Hanc Bineti collectionem, hodie rariſſimam, laudat merito Janus Douſa Lib. III. Praecidan. cap. IV. in fine; qui in ſequentibus illic capitibus plurima ex eo epigrammata caſtigat & reſtituit. Sed aucta valde fuit haec Bineti ἔκδοσις in Petronianis Catalectis editionis Patiſſonianae Lutet. 1587. cui Pithoeum praefuiſſe monet idem Douſa Lib. II. cap. 6. tum Erhardi Francof. 1610. Frellonianae Lugd. 1618. & Joh. Petr. Lotichii Francof. 1629. aliarumque, quae Epigrammata Petronio vel vere vel temere adſcripta exhibuerunt, quorum non minimam inter haec rationem habendam exiſtimavi.

Dein-

Digitized by Google

Deinde majori adparatu ac copiis aliter inſtructis atque ordinatis Petrus Pithoeus, inter Gallos vir eruditiſſimus, cui tot vetuſtatis monumenta debent literae noſtrae, Epigrammata vetera ex codicibus MSS. & lapidibus collecta, tum alia ſparſim errantia, in ordinem meliorem IV. Libris digeſta edidit Pariſ. apud Dionyſ. Duvallium an. 1590. quorum primus liber ad ſacra & moralia pertinet, ſecundus Elogia Illuſtrium in antiquitate Virorum, Operum ac Locorum, vel Vituperia & Scommata, tertius Epitaphia, ſeu Epigrammata ſepulchralia, quartus denique Miſcellanea & omiſſa exhibet. Reliqua enim majora poëmatia, quae Scaligeri Adpendicem Virgilianam conſtituunt, in alteram horum Catalectorum partem diſtribuit, iisque plures alios poëtas addidit, quorum pleroſque ſuae Poëtarum Minorum Collectioni Patruus meus inſeruit. Ego ex Scaligeri ac Pithoei Catalectis ea tantum excerpſi, quae commodiſſime ad Anthologiam hanc Latinam facere videbantur, reliquam forte Virgilianam Adpendicem, Culicem, Cirin, Moretum, Diras, & ſimilia, quae propter innumera loca corrupta medicam manum valde deſiderant, in ſeparatum volumen, editioni Virgilianae majori, an. 1746. curatae, adjungendum, alio tempore, ſi vita ſuperſit, conjecturus. Prima haec Pithoei editio, nitida certe & ſatis emendata, hodie vix obvia, valde deturpata eſt per vitioſam illam & corruptiſſimam editionem, ex priori negligenter admodum expreſſam, quae ſordidis characteribus & bibula charta deformis prodiit Genevae apud Jacob. Chouët 1619. neque aliam ob cauſſam a viris doctis conparatur, quam qua illi, qui lautitiis carere debent, atro ſaepe veſcuntur pane, quia nimirum facilior inventu ſit, & prima illa rariſſime occurrat. laudat praeſtitam his Pithoei operam Victorius ad Cic. Lib. x. ad Fam. Epiſt. 18. illum enim intelligit, cum ſcribit: *Acuti ingenii & politae eruditionis vir haec olim Epigrammata caſtigavit, ac multa ex ipſis menda ſuſtulit.* & de Scaligeri ac Pithoei Catalectis ſic Franc. Vavaſſor de Epigrammate cap. XVII. pag. 199. *Joſe-*

 phus

phus Scaliger veterum poëtarum Catalectorum libros duos digeſſit, ut loquitur ipſe, recenſuit, ac tunc primum publicavit. Sex & decem poſt annis veterum Epigrammatum quatuor Libros accepimus a Petro Pithoeo, qui ambo Graecorum exemplo collecta redegerunt in communes locos, & certis rerum, de quibus ageretur, diſtinxerunt indicibus notis. idem de Pithoeo judicat pag. 208. *virum hunc ſollertem ac diligentem non inparatum ſuo judicio ad colligenda veterum poëmatia aggreſſum eſſe.* Pauculas Pithoeus adjecit emendationes, licet prolixiores promiſerit curas pag. 468. & 474. quae tamen numquam prodierunt in lucem. Ad editas illas Pithoei notas quod adtinet, properaſſe eas videtur, quia ipſe editioni caſtigandae non praefuit. Claverius certe in notis ad Perſium Sat. V. pag. 239. narrat Pithoeum ſibi olim dixiſſe, ſe aliorum fide librario permiſiſſe editionem horum Epigrammatum, neque tamen illam probare, ut quae amanuenſis incuria, difficillimis alioqui temporibus, prodiiſſet, & hinc multa in iis neoterica eſſe. Negari quidem nequit, irrepſiſſe apud Pithoeum multa ambiguae vetuſtatis, quae ab aliis antea pro antiquis fuerunt edita, nonnulla etiam recentioris ſeculi, quaeque difficile ſaepe eſt diſcernere, an vetera an neoterica ſint. hinc Scriverius exemplari ſuo Catalectorum Pithoei adſcripſerat: *Compluria in hac collectione, quae elegantiſſimi vir ingenii Claudius Binetus Bellovacus eruit primus, & cum fragmentis Petronii luci reddidit, ut ſunt verſus Epithalamii Gallieni Imperatoris, quorum meminit Trebellius Pollio, ſed deſiderabantur. Compluria etiam recentiorum poëtarum, non inelegantia quidem, ſed adſectatae vetuſtatis, ab hominibus doctis conficta. ut ſunt L. Apuleji ex Menandro Anechomenos, carmen a Cl. Bineto primum editum, quod credebat Scaliger a Mureto fictum, ut in ſermone illum narrare memini an* 1604. *menſ. Martio. ita Cornelii Galli Elegia ab Aldo ſuperioribus annis edita, quae ineptiſſima eſt, Caſſii Parmenſis Orpheus, & alia, quorum piget pudetque.* quibus ultimis eadem habet Scaliger Lib. IV. Epiſt. CCCCIX. ad Gruterum ſcripta, & in Animad-

madvertendis ad Gruteri Inſcript. pag. 912. 1. Hoc vero ipſe candide & aperte agnoſcit Pithoeus initio notarum, ubi editionem ſuam negligentius habitam queritur, cujus verba, quoniam inſtituti rationem nulla praefatione reddidit, & praeſertim, quia indicium praebent notarum a Joh. Obſopaeo in haec Epigrammata paratarum, hic adſcribere non gravabor: *Maluiſſemus etiam in alium locum rejecta plura non modo dubiae vetuſtatis, ſed & recentiora, ac noſtri fortaſſis ſeculi, quae ex Adverſariis, licet per rerum otia, ſine delectu tamen, prout quaeque occurrerant, congeſtis facile irrepſerunt, ejus potiſſimum incuria, qui ea primum excerpenda, & in mundum redigenda ſuſceperat. Id dolemus inpoſuiſſe non ſemel Joannis Obſopaei Brettani, viri doctiſſimi, fidei ac diligentiae, cui tamen haec editio multum debet, plus etiam debitura, ſi notas accuratiores tumultus ei Gallici non invidiſſent. Illae dum exſpectantur, datum eſt hoc librariorum precibus, ut quae inter curſim relegendum forte occurrerant, erratorum (quae illi vocant) loco adjicerentur. Nam emendationum rationem reddere, aut unde quaeque ſumta ſint, notare, temporis ratio paſſa non eſt.* ibidem Pithoeus monet, amatoria & laſciva pridem a ſe alio relegata, & inter Maſſilienſium hortos ſua quadam inſula concluſa eſſe: quibus verbis innuit veterum poëtarum Catalecta, Petronio editionis Patiſſonianae a ſe curatae aliquot annis antea Lutet. 1587. adjuncta, & amatoria, atque Helleſpontiaco Deo ſacrata carmina iis ſubjecta; addit autem, Chriſtiana ſe conmiſiſſe Franciſco Jureto, qui ea edenda ſuſceperat. Haec eadem, ni fallor, ſunt ſacrorum Poëtarum Fragmenta, ex variis Codd. MSS. deſcripta, quae ſola, licet Juretus omnem ſupellectilem chartaceam paullo ante mortem ipſe conbuſſerit, ex hoc tamen incendio ſervata dein pervenerunt ad virum Illuſtrem Joh. Boherium, ut N. Heinſio ſcribit Philibertus de la Mare in Syllog. Epiſt. Tom. V. pag. 687. Haec autem Catalecta ſua Pithoeus poſtea denuo caſtigare, neoterica delere, antiqua addere, male edita emendare, & unde

ſingula eſſent deſumta, indicare in editionis ſuae exemplari adhuc ſuperſtite adgreſſus erat, ſine dubio, ut alteram recentaret, notis magis elaboratis inſtructam, quas ab auctore ipſo editas, magno ſane redemtum vellem. Earum tamen amiſſarum damnum nonnihil conpenſarunt Excerpta ex hoc ejus libro, & notae paullo emendatiores, quas ante aliquot abhinc annos e Gallia nanciſci licuit, depromtas ex eodem Pithoei codice : illud enim ipſum exemplar eſt editionis Pariſinae a Pithoeo ipſo valde auctae, plurimisque adnotationibus conſcriptae, quod inter libros a Pithoeis quondam poſſeſſos, notis eorum MSS. inſignitos, & in Bibliothecam Regiam Pariſienſem tranſlatos, memorat Johannes Boivinius in vita P. Pithoei, edita Pariſ. 1715. ubi pag. 91. illud recenſet his verbis: *Epigrammata & Poëmatia vetera. Pariſ. Duvall.* MDXC. *in* 12. *Inſertae paſſim ſchedulae a Pithoeo Senatore, qui infinita addidit. Eo acceſſerunt emendationes, & notae non paucae, ejusdem manu, cum in ſchedulis, tum in marginibus.* Ex eodem igitur hoc libro in meam gratiam iſta deſcribi, & ex Gallia per Martinum Bouquetum, Benedictini Ordinis ſingulare decus, ad me tranſmitti, facile inpetravi a Cel. D'Orvillio, ut erat officioſiſſimus in literatis aliorum votis promovendis. Editionis etiam Pithoeanae exemplar multis Joſephi Scaligeri manu adſcriptis emendationibus ac notis, a Sebaſt. Tengnagelio emtum, & in Bibliothecam Vindobonenſem tranſlatum, innuit Berkelius in Praef. ad Stephan. Byzant. pag. 5. ex Petro Lambecio Lib. I. Commentar. de Biblioth. Caeſar. pag. 61. ſed qui verbis prolixioribus illud ita deſcribit Lib. IV. pag. 297. *Syntagmatis Epigrammatum & Poëmatiorum veterum Pariſiis editi typis D. Duvallii an.* 1590. *rariſſimum & pretioſiſſimum exemplar, propria ipſius Joſephi Scaligeri manu multis variantibus lectionibus & emendationibus conjecturalibus in margine illuſtratum, adſervatur in Auguſtiſſima Bibliotheca Caeſarea Vindobonenſi, & in titulo ſive frontiſpicio ſuo propria Ampliſſimi Celeberrimique viri*

Pau-

Pauli Petavii, *Regii olim in Gallia Conſiliarii*, *manu inſignitum eſt hoc modo:* JOSEPHO SCALIGERO, *viro ſupra dignitatem*, *libellum hunc* PAULUS PETAVIUS, *cultor ejus devotiſſimus*, *& in ſuprema Curia Conſiliarius*, L. M. D. D. *Auguſtae Turonum Kalendis Juliis an.* 1593. Easdem has Joſ. Scaligeri emendationes ac variantes lectiones vir nobiliſſimus & pariter erudititiſſimus, Gulielmus Baro Swietenius, Auguſtiſſimae domus Imperatoriae Archiater & Bibliothecae Caeſareae praefectus, adcuratiſſime, ne alienae incuriae id committeret, ipſe excerpſit, & liberaliter ea, qua Batavorum Muſis ex pretioſiſſima Bibliothecae iſtius gaza opitulari ſolet, promtitudine ac comitate ad me pervenire dignatus eſt, cui pro praeſtito hoc beneficio niſi me obſtrictum profiterer, ingratiſſimum vocari non ſubterfugerem.

Poſt Pithoeum Epigrammata haec & Poëmatia antiqua recenſere & edere voluit Caſpar Barthius, ut teſtatur in notis ad Stat. VI. Theb. 120. & Commentarios ſuos in Epigrammata vetera promiſit ad Claudian. II. in Rufin. 245. pag. 63. ed. primae. ingentem enim numerum ineditorum epigrammatum poſſedit, unde Pithoeana Collectio augeri potuiſſet, quod ipſe in animo ſe habuiſſe ſaepe indicavit, vel ſaltem cum publico ea communicaturus, ſi quis id meditaretur. ita enim Lib. XXXVI. Adverſ. cap. XI. *Non pauca numero neque vilia pondere Epigrammata inedita habeo*, *quae hinc inde priſcis codicibus allita deſcripſi*, *unde Pithoeana Collectio poterit fieri aliquando locupletior.* & prolixius Lib. XVI. cap. I. *Quam farraginem variorum Epigrammatum*, *immortalium in bonas literas meritorum Petrus Pithoeus edidit*, *poſſe longe ampliorem non ſolum ex lapidibus priſcis*, *ſed & codicibus caſcis fieri*, *nemo eruditorum inficiabitur. Utinam vero id faceret tandem quisquam e cordatioribus. In nobis quantum eſt*, *non deerimus*, *ſuppeditaturi nonnulla per Europam hanc varie collecta non ſine ſumtu & labore taedioque noſtro.* ubi & duo inedita profert epigrammata, quae his inſerui. neque inmerito *immortalia*

Pi-

Digitized by Google

Pithoei in bonas literas merita eſſe dicit, quorum praeter edita haec veterum Poëtarum Catalecta recenſum uberiore cum laude agit Lib. XXX. Adverſ. 10. & Lib. XLIX. cap. 5. ubi Epigramma de Balneis ab eo editum emendans, Petrum Pithoeum vocat *virum adeo ſuperiore ſeculo de Antiquitate omni meritum, ut non ſine ſcelere ejus memoria non commendetur, quoties quidem occaſio tale quid patitur.* quomodo idem Barthius eum *optimum antiquorum monumentorum vindicem* laudat Lib. XLIX. cap. 9. Magnum certe virum fuiſſe nemo inficiabitur Pithoeum, qui Scaligero *eruditiſſimus, & totius antiquitatis juriſque civilis promtuarium* adpellari meruit, in notis ad Feſtum pag. 63. quique Caſaubono nunc *ICtus Clariſſimus, & qui fugientes e Gallia Muſas moratur,* ad Sueton. Caeſ. init. nunc *vir doctiſſimus, cui aeternum hae literae noſtrae ac Juris ſcientia debebunt*, praedicatur ad Apulej. Apolog. pag. 136. & ſic paſſim illius temporis viri eruditi merita Pithoei literis elegantioribus praeſtita efferunt. *virum doctiſſimum, & bono literarum natum* vocat Mercerus ad Ariſtaenet. Lib. I. Epiſt. 6. *Clariſſimum & de omni literatura optime meritum* Bon. Vulcanius ad Agathiam pag. 4. *virum doctrina, prudentia, morumque integritate maximum* Nic. Faber in Praefat. ante Hilarii Fragmenta, in Opuſculis pag. 17. & *de optimis quibusque auctoribus eruendis ſic meritum quam qui maxime*, A. Schottus Lib. II. Nodor. Cicer. cap. 4. ſed elogia Pithoei non conteximus plura. quantum enim res literaria & tota Gallia eo vivente habuerit ornamentum, quantamque in ejus obitu fecerit jacturam, abunde patet ex Sanmarthani Elogiis Gallor. Lib. IV. Elog. 19. & Caſauboni Epiſt. CXXIV. ad Thuanum, in qua mortem Pithoei deflet. Idem Barthius, ut ad eum revertar, vaſtum quoque Opus confecerat Corporis Poëtici, ſive Campi Heliconis Latini, in quinque Tomos diſpoſitum, cujus tertio Volumini poſt alios poëtas adjicere conſtituerat Fragmenta multarum veterum Inſcriptionum, Pithoeanorum Collectaneorum Electa, & Adpendicis Virgilianae

Digitized by Google

nae non pauca, cum infinitis talibus, ut promiſit Lib. XLIV. Adverſ. cap. 19. ubi indicem exhibet omnium Poëtarum ſingulis Tomis inſerendorum Operis hujus inmortalis, ut ipſe vocat. Quae vero tam in Adverſariorum Libris, quam in notis ad Statium & Claudianum, aliisque ſcriptis ſuis, produxit Epigrammata, ex eo edidi, ſi propter aetatem ſequiorem non omnino rejicienda eſſent: nam plurima infimi ſeculi inepta, barbara, rhythmica, Chriſtiana, monachalia, eadem liberalitate, qua elegantia & optimi aevi λείψανα, paſſim ex illis ſuis promtuariis inpertit, quae tamen ad palati ſui ſaporem facientia ipſe tamquam exculta, ornata, & delicata venditat; ut Elegiam longam de variis hominum ſtudiis ſatis inſulſam, tamquam monumentum inſigne ex codice Colonienſi profert Lib. XLV. 16. & Rhythmum prolixum monachicum, a Gevartio ipſi donatum, de Trojae haloſi, quem ingenioſum judicat, Lib. XXXI. cap. 7. & ſimilia plura, qualia ſequioris & barbari fere aevi Poëtarum Corpori, quod itidem congeſſerat, includenda ſunt illis, quibus glandes prae frugibus ſapiunt. In Barthio certe numquam laborioſiſſimi hominis induſtriam, in omnis generis ac ſeculi ſcriptoribus verſatiſſimi viri peritiam, inmenſam multifariae lectionis copiam, & praecipue Chriſtianorum atque inferioris aetatis auctorum notitiam admirandam numquam deſiderabis; ſed ubi judicandi alea jactanda eſt, & Criticum agit, raro εὐστοχίᾳ ac bonae menti litantem deprehendes, unde non niſi pauciſſimas ejus emendationes ac conjecturas admittere aut probare potui. Veriſſimum enim de eo ſemper expertus ſum Bentleji judicium in notis ad Horat. Lib. II. od. 16. 17. ubi illius conjecturam, *Quid brevi fortes jaculamur arcu*, pro *aevo*, rejiciens, haec ſubjungit: *Multa ſane brevi aevo molitus eſt Barthius, & πολυμαθίας, ſive potius πολυαναγνωσίας gloriam etiam juvenis conſecutus eſt: verum enim cum ad judicium res deveniunt, brevi ſane arcu plerumque jaculatur, neque ad ſcopum pertingit.* Meliora

* * * * * *

liora ſperari, ut opinor, potuiſſent ab elegantioris ingenii ac judicii Critico Thoma Munckero, qui deſtinaverat edere Pithoei Epigrammata vetera cum notis ſuis, ut indicat in Epiſtolis ad N. Heinſ. 298. 299. & 300. Tom. V. Syllog. Epiſt. pag. 356. 357. & 358. ubi ſcribit, ſe jam manum admoviſſe abſolvendo Commentario, quem ante annos aliquot auſpicatus erat in Catalecta, quae Pithoeus orbi literato dedit. Hic utinam ſupereſſet, aut alicubi e latibulis excitari poſſet Commentarius! nam quid a Munckero hac in parte praeſtari potuiſſet, abunde teſtantur egregiae in Mythographos Latinos notae: ſed invidit hunc nobis, ut & alia viri eruditiſſimi ſcripta, mors ejus inmatura. nam in optimo aetatis flore an. 39. obiiſſe Munckerum an. 1681. patet ex Tom. V. Syllog. Epiſt. pag. 428. Alii quidem Epigrammata vetuſta colligere etiam adgreſſi ſunt, & nonnulla, ſed leviori opera, aut ſine notis, vel emendationibus caſtigata in lucem dederunt, ut Andreas Rivinus pauca quaedam poëmatia & veterum Poëtarum incertorum Epigrammata poſt Columellae Lib. x. de Cultu Hortorum, Palladium, Walafridi Strabi Hortulum, & Septimii Sereni Moretum, edidit Lipſiae 1654. quae an eadem ſit Collectio, cujus meminit in notis ad Ennodium Epigr. XXI. dubitari poſſit, quia illic vocat veterum Epigrammatum farraginem a ſe emaculatam & enarratam, cum nullae emendationes aut notae in iſta editione adpareant. non aliam tamen recenſet Fabricius in Biblioth. Lat. Lib. II. cap. 7. Vol. II. pag. 472. Davidem quoque Hoogſtratanum editioni parata habuiſſe Fragmenta veterum Poëtarum, egregiis Jani Douſae aliorumque virorum doctorum obſervationibus examuſſim illuſtrata notavit Broukhuſius ad Tibull. Lib. IV. Carm. I. 205. quae an pertinuerint ad Catalecta ſeu Epigrammata vetera, dijudicare obſcurum eſt, licet crediderim potius indicari veterum Poëtarum Fragmenta ab Henr. Stephano olim edita 1564. quorum exemplar Jani Rutgerſii emendationibus conſcriptum

non-

Digitized by Google

nonnumquam in his Catalectis a me adhibitum fuit. Dein Theod. Janſonius Almeloveenius Epigrammata vetuſta colligendi conſilium cepit, incitatus praecipue a Jano Broukhuſio, quod ex Dedicatione ejus patet, & amplius conſtitit mihi ex Broukhuſii Epiſtola inedita ad Almelov. ſcripta Amſtelaed. 9. April. 1691. qua Pithoei Catalecta ipſi mittit: *Epigrammata*, inquit, *& Poëmatia vetera commode nunc ſum nactus, Vir Clariſſime, quae tibi muneri mitto, ſed ea lege, ut memineris in eo nihil cenſeri debere, praeter meum animum. Videbis haec, qualia primum edidit Pithoeus, ſatis maculoſa & inperfecta.* (editionem enim Genevenſem mittebat) *Nec ſemel profecto mirari ſubit, poſt tot correctiones magnorum virorum hic illic inveniundas, neminem hactenus cogitaſſe de caſtiore editione. Utinam id fiat vel in ſolo Pervigilio Veneris! Poſſe autem fieri, nec ſane multo labore, non ſemel inter nos convenit. & videbaris tu olim haud valde abhorrere ab hac qualicumque moleſtia; ad quam exhauriendam incitarem denuo, ſi mihi conſtaret tantum tibi vacare ab aliis negotiis, quibus rem literariam adjuvare numquam deſiſtis. Eſt penes Francium exemplar plenum notis, obelis, reſtitutionibus a manu Petri Scriverii.* Neque diu poſt Almeloveenius, ſed 150 tantum, Epigrammata & Poëmatia vetera ad exemplum Pithoei, ut titulus praefert, edidit Amſt. 1694. quae Amoenitatibus ſuis Theologico-Philologicis ſubjunxit, collecta ex Salmaſio, Reineſio, Sponio, Sirmondo, Heinſio, aliiſque, quos memorant Acta Lipſienſ. ad an. 1694. pag. 343. cujus labor diligentiae magis quam eruditionis nomine commendari meretur; nam a quocumque literarum non penitus ignaro collectore intra paucos dies, praeſertim tam exiguo numero, ex aliis excerpta congeri poſſunt epigrammata, ſine notis ullis adjectis, in quibus de aetate vel dote Epigrammatum, aut vitioſis eorum lectionibus corrigendis diſſerere, operae fuiſſet pretium. Praeterea ſingula ſine ullo argumenti diſcrimine conmixta in unum conjecit, plurima quoque fra-

gmenta tantum dedit ex integrioribus epigrammatibus a Salmaſio hic illic prolata, tum antiquis nonnulla nimis recentia & Chriſtiana e Barthio inſeruit, cum potuiſſet facile ex editis aliorum libris longe plura & meliora colligere, & ex Criticis virorum doctorum opuſculis adnotare emendationes, quibus paſſim epigrammata vetera reſtituere conantur, ac de iis ſententiam ferre, aut alias ſubſtituere: licet fatendum ſit, tam Codicibus MSS. quam Catalectorum editionibus quoque inmixta fuiſſe non optimi & recentioris ſeculi Epigrammata, vel ideo non eliminanda, aut delenda, ſed cum ceteris etiam a nobis exhibita, ut occaſio daretur cenſendi, & ad trutinam Criticam ea exigendi, vel lectorem de dubia aut ſequiore poëtae aetate admonerem, & a vetuſtioribus diſtinguenda indicarem, ſi ab aliis antea inter antiqua fuiſſent edita. Nolim tamen per hoc meum de tumultuaria iſta & levi Almeloveenii Collectione judicium aliquid detrahi ceteris viri induſtrii, ſed Critici parum exercitati, laudibus, quae ſi doctrinam & lectionem variam, & in diverſis Collectaneis ad rem omnem literariam conficiendis, laborem ſpectemus, ut vel ex denſa viri diligentiſſimi ſcriniorum apud me ſerie propius novi, ſane non exiguae & ſua dote cenſendae ſunt. Majores enim hic requirebantur adparatus, ex codicibus vetuſtis congerendi, quales ingenti numero ad formandum hoc opus colligere inceperat magnus ille veterum Latinorum Poëtarum vindex & ſoſpitator, quo nemo umquam plures antiquorum Auctorum Codices MSS. ad ſananda vulnera, temporis injuria & librariorum culpa illis illata, excuſſit & peritiore manu adhibuit, Nicolaus nimirum Heinſius. Ille enim ex Gerardi Johannis Voſſii, praeſertim vero Salmaſii codice antiquiſſimo, non exiguam ineditorum Epigrammatum veterum copiam deſcripſerat, & ad alios libros MSS. edita a Pithoeo exegerat, adpoſitis conjecturis ſuis atque emendationibus, adeo ut ad novam eorum editionem ſuſcipiendam, cujus ſaepe ſpem fecit, nemo paratior & inſtructior

ac-

Digitized by Google

accedere potuiſſet. Haec ſubſidia Heinſiana quum poſt obitum Viri, ſi quis umquam, inmortalibus in literas elegantiores meritis inclyti, perveniſſent in manus Patrui mei, Petri Burmanni, cui ego plura debeo, quam umquam grata Manium ejus veneratione referre poſſim, ipſe poſt tot Auctores veteres, poëtas praeſertim, in lucem editos & nitori reſtitutos, ea publico exponere, novamque Catalectorum Scaligeri & Pithoei editionem curare meditatus erat, ut ſaepe tam in Praefatione ad Petronium & Poëtas Latinos Minores, quam in notis ad Claudian. Epithal. Honor. & Mar. v. 112. & alibi, promiſit. Sed variis laboribus identidem obrutus dum differre cogeretur, & praeſertim ultimis vitae annis Virgilio totum ſe daret, mihi adhuc juveni, & ſpatia Academica vixdum emenſo, chartas omnes Heinſianas, aliaque ad inſtitutum hoc facientia conmiſit, ſtimulos non leves ſubjiciens, quibus ad ſtadium hoc ea, qua par erat, alacritate ingrediendum ac decurrendum animos addebat. Benigno hoc Patrui venerandi, cujus manu ad Muſarum ſtudia a teneris formatus eram, de meis viribus, licet tenuioribus, judicio incitatus, nihil equidem intentatum omiſi, ut exſpectationi ejus qualicumque ſaltem conatuum ſpecimine ſatisfacerem: ſed laborem vix inceptum partim ſtationis publicae in Academia Franequerana, deinde in illuſtri hujus Urbis Athenaeo adminiſtrandae, partim aliorum librorum interea temporis editorum cura, continuas operi injecit interpellationes ac moras, inter quas tamen dum ſaepius ad Catalecta reſpicio, expertus ſenſi, plus oneris mihi inponi me paſſum fuiſſe, quam cui ſuſtinendo humeri nondum ſatis validi ſufficiebant: itaque illud per aliquot potius annos premere conſtituebam, quam temere aucupari vanam ſaepe praecoces & nondum maturos fructus proferendi gloriam, licet Prodromo Anthologiae hujus an. 1747. in lucem dato conſilium illud me non penitus abjicere, aut ceſſare, neque fidem publice datam eluſurum, cupidis harum deliciarum amatoribus perſuadere adniſus fuerim.

Primo nunc tandem abſoluto, tuique ſuffragii calculum; HOPPI Ampliſſime, ſub cujus auſpiciis prodit, & virorum doctorum judicia periclitante Volumine, rationem vigiliarum ei inpenſarum reddere, & copias auxiliares, quibus ad opus hoc adornandum ac digerendum acceſſi, porro enumerare ut pergam, jure poſtulabis. Principem in his locum tenent Schedae Epigrammatum veterum maximam partem ineditorum, Nicolai Heinſii manu deſcriptae ex vetuſtiſſimo Salmaſii Codice, toties a viris doctis laudato, & ex quo ille tot anecdota tam in Commentario ad Solinum, & Hiſtoriae Auguſtae Scriptores, quam in aliis ſcriptis ſuis ſaepe produxit. Inſignem hunc & antiquitate venerandum membranaceum codicem acceperat Salmaſius a Johanne Lacurnaeo, ut indicat in notis ad Lamprid. Elagab. cap. 20. circa fin. *Habui vetuſtiſſimum Latinorum Epigrammatum codicem mihi a doctiſſimo Johanne Lacurnaeo commodatum, in quo & multa exſtant nondum edita epigrammata, & quae jam edita ſunt, longe in eo habentur emendatiora.* & ad Vopiſc. Procul. XIII. pag. 744. *Epigramma ipſum in gratiam ſtudioſorum ex veteri libro deſcriptum hic exhibebo, cujus nobis copiam fecit eruditiſſimus & ingenioſiſſimus, caſtiſſimique judicii vir Johannes Lacurnaeus, quem honoris cauſſa nomino.* Sed adcuratiorem codicis hujus notitiam exhibent nobis Menagiana Tom. III. pag. 14. *dans le celebre manuſcrit, donné par Jean Lacurne au docte Saumaiſe, ſont pluſieurs centons, epigrammes, & autres écrits tant en proſe qu'en vers, entre autres les Poëſies de Luxurius, cru mal à propos auteur du Pervigilium.* & praecipue pag. 81. *Ce manuſcrit, dont j'ai dit un mot ci-deſſus a l'occaſion du Pervigilium Veneris, ayant paſſé de Jean Lacurne habile homme, Bailli d'Arnai le Duc, au docte Saumaiſe, & de celui-ci a Claude Saumaiſe ſon fils aîné, mort âgé de 34. ans à Beaune le 18 d'Avril 1661. appartient aujourd'hui à M. Lantin Conſeiller au Parlement de Dijon, fils de M. le Conſeiller Jean Baptiſte Lan-*

Digitized by Google

Lantin légataire par moitié avec M. le Conſeiller Philibert de la Mare des manuſcrits de M. Saumaiſe le fils. ex quibus verbis docemur codicem hunc a Salmaſii filio haereditatis jure tranſiiſſe ad duos Senatores Divionenſes Joh. Bapt. Lantinum ejusque filium, & Philibertum de la Mare, qui plura forte de eo dediſſet in Salmaſii vita, quam editioni paratam habuiſſe patet ex illius ad N. Heinſium Epiſtolis Tom. V. Syllog. pag. 685. eumdem duo Divionenſes eruditi & ampliſſimi viri Praeſes Buherius & Senator Bazinus videndum exhibuerunt Cel. D'Orvillio in Gallia peregrinanti an. 1726. ut in Diariis ſuis Itinerariis notaverat. Sed & hinc conſtat, unde ex Burgundia non ita pridem tranſlatus fuerit hic idem codex Salmaſianus cum aliis viri maximi ſcriptis, tanto numero toties promiſſis & hodie adhuc deſideratis, in Bibliothecam Regiam Pariſienſem, in qua tribus abhinc annis eumdem verſavit, & non exiguam Epigrammatum partem, ut cum ſchedis Heinſianis conferrem, meos in uſus deſcripſit eruditiſſimus & Clariſſ. David Runckenius, qui etiam variantes aliquot lectiones ad Poëmatia vetera Pithoei, ex ſchedis Joh. Chriſtophori Wolfii, & collationes nonnullas Gudii mecum communicavit. Eumdem hunc librum Salmaſianum memorat Balſacius in Epiſtolis Select. pag. 292. & ex eo duo Epigrammata vetera Petro Coſtardo mittit: neque alius eſt ab illo, quem ſe apud Salmaſium vidiſſe teſtatur Boxhornius in ſuis Epiſtolis pag. 22. quemque a Salmaſio utendum ac deſcribendum nactus fuit Petrus Scriverius, ut patet ex notis ad Pervig. Ven. pag. 427. inter Amores Baudii; & a Scriverio inde excerpta aliquot epigrammata de Tabula & Aleae ludo, quae Lib. III. Ep. 77. 78. & ſeqq. edidi, inſeruit Joh. Sauterius Palamedi ſuo, ſeu libello optimo de Alea cap. XV. p. 40. 41. & ſeqq. ubi tamen perperam notat horum Epigrammatum apographum MS. e Galliis in Bataviam transmiſſum vidiſſe Scriverium, cum is autographum ipſum utendum habuerit

a Sal-

a Salmaſio, qui illud ex Gallia Leidam ſecum deduxerat. Hoc ideo obſervandum, ne quis diverſum exiſtimet codicem Epigrammatum veterum Scriverianum, quem ſaepe laudat N. Heinſius, qui Epigrammata haec non ab ipſo Salmaſio, ſed a Scriverio, accepiſſe videtur. hinc in notis ad Ovid. I. Art. Am. 161. memorat *Codicem Epigrammatum longe vetuſtiſſimum, quem Petrus Scriverius ſibi aliquando utendum dedit.* & inter Fragmenta Ovidii protulit ineditum Epigramma, Naſoni adſcriptum *in Codice Poëmatiorum veterum longe antiquiſſimo, quem apud Virum* CL. *Petrum Scriverium vidit.* & ſic in notis ad Claudian. Epigr. XXXVI. *Hujus notae verſus multi legebantur in antiquiſſimo Epigrammatum Latinorum Codice, quem apud Virum Cl. Petrum Scriverium vidi.* Contineri eodem Codice Salmaſiano librum Epigrammatum numquam editorum Luxurii quod indicent Menagiana, firmant etiam Heinſii notae ad Claudian. Idyll. VI. 19. ubi Luxurii illius Epigrammata inedita in membranis mirae antiquitatis exarata apud Scriverium ſe vidiſſe etiam teſtatur, unumque adfert de aquis calidis Cirnenſibus, quod edidi Lib. III. Ep. 32. Luxurium illum in Africa circa finem ſeculi quinti floruiſſe ſub Thraſamundo Vandalorum Rege, cenſet Balſacius libello eleganti Confabulat. Literar. (*Entretiens*) pag. 48. & illius Luxurii Epigrammatum codex MS. fuit apud Marq. Gudium, ut patet ex Catalogo inſignis ejus Bibliothecae, quam Codicibus MSS. refertiſſimam habuit, pag. 555. cum vero libros MSS. Gudio olim poſſeſſos ſuae Bibliothecae adſeruerit Dux Guelferbutanus, inter illos veroſimile eſt etiam adhuc adſervari hunc Luxurii codicem, quem tamen Salmaſiani apographum ſuſpicor. Porro ex eodem Salmaſiano Codice habuit Epigrammata antiqua Jacobus Gallaeus, myſteriorum divinorum eruditus olim interpres Campenſis, deſcripta ab Antonio Clementio, eodem illo, qui Salmaſianarum Epiſtolarum primum edidit Volumen: nam ſecundi editionem abjeciſſe videtur, quia priores Epiſtolae non eo adplau-

Digitized by Google

plauſu erant receptae, quem ſperaverat, ut Gronovio ſcribit Heinſ. Tom. III. Syllog. Epiſt. pag. 358. & 360. meliorem certe earum editionem cum adcurata Salmaſii vita hoc ſeculo ſperari juſſerat Ampliſſ. Joh. Buherius, Praeſes infulatus Parlamenti Divionenſis, ſed quae vota cum multis aliis Viri eximii ſcriptis mors intercepit. Illum vero Gallaei codicem Cuperus in Diſſert. de Elephant. Ex. I. cap. VI. pag. 165. Tom. III. Theſ. Salengr. continuiſſe memorat multa carmina inedita cum aliis nonnullis, quae vulgavit Pithoeus, Salmaſius ad Hiſt. Aug. & Cornelius Tollius ad Palaephatum: quemadmodum ex marmoribus antiquis plurima epigrammata produxit Jacobus Sirmondus tam in notis ad Ennodium, quam Sidonium Apollinarem. Poëtarum vero nomina ſequentia enumerat, *Maborti*, *Octaviani*, *Martialis*, *Lindini*, *Abiti*, *Jorſiri*, (id eſt *Aviti*, *Porphyrii*) *Alianarii Felicis V. C. Coronati*, *Pintati*, (*Pintadii*), *Flori*, *Flavii Felicis*, *Propertii*, *Regiani*, *Modeſtini*, *Ponnani* vel *Pomani*, *Tucciani*, *Vincentii*, *Bonoſi*, *Luxorii*, *Florentini*. in quo indice codicis deſcriptorem ex *Felicis V. C.* Epigrammatis titulo *Thermarum Alianarum* infeliciter fabricaſſe poëtae nomen *Alianarii Felicis*, notavi ad Lib. III. Ep. 34. De his autem poëtis, quorum plerique vix noti ſunt, addi merentur, quae ſubjungit ibidem Cuperus: *Arbitror pleroſque Vandalorum tempore Carthagine floruiſſe, & ibi hanc Collectionem factam eſſe, nam deſcribuntur balnea illius urbis, laudanturque Reges Hunerix, vel Hunericus, ſucceſſor Genſerici, qui primus Vandalorum Regum Africam invitante Bonifacio Comite invaſit, & Thraſamundus, qui Gundamundum A.* 495. *excepit, & in quem hi verſus a Florentino facti ſunt*, Regia feſta canam, &c. *Sapit autem ſtylus plane Africam, & difficile eſt explicare, quae ſit filia vel colonia Carthaginis Alicanas, ſi recte ita legitur, quid ſit Carthago asdingis, & quae ſunt alia obſcura.* quae vel ideo adſcripſi, ut ſimul indicarem ea, quae illic recenſet Cuperus, ſtylum Africanum ſapientia,

ſub finem Epigrammatum Luxurii legi, ne quis perperam exiſtimaret, codice hoc Salmaſiano inferioris aevi carmina contineri, cujus maxima pars habet optima & longe vetuſtioris aetatis Epigrammata, quamquam & alia ſeculi minus elegantis inmixta ſint. Ex Bibliotheca etiam Leidenſi contuli duos codices Voſſianos, qui MS. Salmaſiani apographi ſunt, quorum primus manu Iſ. Voſſii ſcriptus recenſetur in Catalogo Bibl. Leid. pag. 388. N. 63. & incipiebat a fragmento, *Ipſe manu patiens*, &c. praecedente Centonem de Alea Lib. III. 81. editum, & deſinebat in Epithalamio Fridi a Luxorio ſcripto. alterius Codicis Leidenſis initium erat ab illo Sibyllae folio, ut vero nomine dici meretur, quod in Menagianis editum Tom. III. pag. 79. & praecedebat verſus Octaviani, *Candida ſidereo fulgebat*, &c. ſecundus autem hic codex chartaceus, recenti manu vitioſiſſime ex Salmaſiano deſcriptus, hunc titulum praefert in eodem Catalog. Bibl. Leid. pag. 386. N. 16. *Liber Carminum ex diverſis auctoribus, materiis petitis partim ex ſacris, partim Fabulis, partim hiſtoria. Nominatur Octavianus, qui dicitur filius Creſcentini, Martialis, Lindinus, Abitus, Petrus Referendarius, Flavius Felix, Tuccianus, Luxorius Florentinus.* in qua recenſione vides nomina poëtarum pleraque convenire cum iis, quos ex codice Gallaei memorat Cuperus. Ex eadem Bibliotheca etiam Voſſianos codices alios adhibui, ut & librum Iſaaci Voſſii manu ſcriptum, in quo variae Lectiones ad quaedam Pithoei Epigrammata, & nonnulla alia itidem Epigrammata vetera legebantur. Ejusdem vero Luxurii liber Epigrammatum, quae ſimilis fere genii ſunt, cujus plurima Ennodii Epigrammata, etiam habetur in ſchedis Codicis Divionenſis, ſub titulo, *Luxorii Viri Clariſſimi & Spectabilis*, & octoginta Epigrammatum numerum excedit, quae in Volumen ſecundum conjicere decrevi. Codicem illum Divionenſem dum memoro, dubium me fuiſſe aliquando non diffiteor, an idem eſſet ac Salmaſianus, qui, ut

ex

ex ſupra dictis patet, poſt Salmaſii & filii ejus mortem Divionem tranſlatus fuit. Sed ab eo diverſum eſſe, utriusque codicis ſchedae apographae perſuadent, nam in Heinſianis Salmaſiani codicis chartis nullus Epigrammatum erat ordo, vitioſior ubique ſcriptura, lectiones paſſim variantes, & nonnulla quoque in uno habentur codice, quae in altero deſiderantur. Contra Divionenſes ſchedae ea exhibent in quatuor Libros ſatis adcurate diſtincta ac diviſa, quorum primus de Diis, Heroibus, eorumque iconibus agit, ſecundus amatoria, encomiaſtica, & vituperatoria conplectitur, tertius Epigrammata Luxurii exhibet, quartus Chriſtiana, ſed quorum exiguum tantum ſpecimem dedit, qui ea deſcribenda curavit, quia in hanc Syllogen non erant conjicienda. Antiquiſſimum certe hunc librum eſſe oportet, ſi idem ſit, cujus meminit Gudius in notis ad Phaedr. Lib. I. fab. 26. pag. 39. ubi teſtatur, *in vetuſtiſſimo Codice Divionenſi, quadratis literis exarato, quo Epigrammata vetera quaedam comprehendebantur, legi, Fulget & in patenis*, &c. quod tamen difficultatem parit, quia Epigramma illud, cujus initium adfert Gudius, in ſchedis his Divionenſibus nusquam, at in Excerptis quidem codicis Salmaſiani invenitur. ut notavi ad Lib. I. Ep. 86. unde colligi poſſet, a Gudio indicari Salmaſianum, ſed quod ſimul etiam opinionem meam confirmat, alterum ab altero diverſum eſſe, quia quod in hoc codice exſtat epigramma, in illo deſideratur. Iſtas autem Divionenſes Schedas debemus etiam humanitati Celeberrimi D'Orvillii, cui eas ex Gallia, ut Anthologiae huic inſervirent, miſerat nobiliſſimus Abbas Joſephus Bimardus de la Baſtie, Baro montis Seleuci, in re antiquaria numorum veterum & Inſcriptionum, dum vivebat, verſatiſſimus, ut egregiae ejus Obſervationes Lud. Joberti libro de Rei numariae notitia adjectae, & doctae Diſſertationes Theſauro Inſcriptionum Muratoriano praefixae, ne alia conmemorem, oſtendunt, quemque adhuc juvenem quanti fecerit Illuſtris nobilitate

& eruditione Marchio Scipio Maffei, vel prima Ejus Galliae Antiquitatum Epiſtola fidem facit. Sed ad ſcrinia Heinſiana revertor. Praeter ſchedas iſtas, quas ex Salmaſiano codice ipſe deſcripſerat, excerpſit etiam quaedam Epigrammata vetuſta ex Codice Johannis Gerardi Voſſii. Hunc ego eumdem exiſtimo, quem ex domo paterna Heinſio mittit Iſaacus Voſſius in Epiſtola, quae legitur in Tom. III. Syllog. pag. 557. licet & alios codices Voſſianos in conferendis Epigrammatibus a Pithoeo editis adhibuerit: e quibus eximius & antiquitate venerabilis eſt codex Auſonii Voſſianus, qui plurima tam in fronte quam ad calcem adſcripta habet Epigrammata vetera, idemque eſt, qui Vineto in notis ad Auſonium Lugdunenſis Galliae codex vocatur, nunc vero in ditiſſima Leidenſis Academiae Bibliotheca adſervatur. Multis certe Anthologiae hujus Epigrammatibus profuit hic codex, praeter Heinſium a Jacobo Tollio etiam excuſſus, cujus vel duo tantum inſigniora ſufficiant ſpecimina, ſuppletis ex eo quinquaginta duobus verſibus, qui in Tetraſtichis ad Opera Virgilii, Lib. II. Ep. CXCIII. editis, deſiderabantur in editione Scaligeri, & quinquaginta ſeptem verſibus, quibus carebat ejusdem Scaligeri editio, in Hexaſtichis Argumentorum Aeneïdos Virgilianae, ibidem Ep. CXCIV. exhibitis, quos ex iſto Voſſii codice Auſoniano adcuratius, quam in Tolliano habebam apographo, deſcripſit & mecum communicavit Celeberrimus & amiciſſimus Franciſcus Oudendorpius, cui & eo nomine me haud parum obſtrictum gratus profiteor, quod ſpecimina hujus operis typographum exercentia recenſere adjuverit, & praeſertim egregiis paſſim emendationibus ſuis optime de his Catalectis mereri voluerit: quemadmodum etiam Clariſſimus Joh. Schraderus, Franequeranae Academiae inſigne decus, ſuas conjecturas, tamquam gemmas interlucentes, hic illic ſplendere conceſſit. Thuaneo porro codice uſus eſt Heinſius, cujus meminit in Epiſt. ad Gronov. Tom. III. Syllog. pag. 280. & 284. quem eumdem opinor, qui

in

Digitized by Google

in Catalogo Bibliothecae Thuaneae inter MSS. codices recenſetur pag. 459. hoc titulo; *Excerpta ex Juvenale*, *Perſio*, *Eugenio*, *Martiali*, *Catullo*, *Seneca*, *Gratio*. *Varia Epigrammata antiqua*. *Pervigilium Veneris*. *Fol.* quem ſubſequitur alius codex; in quo Moretum, Culex, Dirae, Copa, Virgilii Fragmentum; & Vita Virgilii a Foca Grammatico ſcripta. Petavianum quoque & Puteaneum contulit codicem, eosdem, quos ſimul cum Thuaneo excutiendos Heinſio commendat Iſ. Voſſius Tom. III. Syllog. pag. 562. & 563. *Excerpta*, inquit, *Martialis*, *quae exſtant in illo optimo codice Thuaneo*, *in quo & Gratius*, *& alia quaedam Epigrammata*, *ſatis diligenter examinavi*, *uti & alterum codicem Epigrammatum ſatis vetuſtum* (*in quo itidem Martialis aliquot Epigrammata habebantur*) *qui exſtabat in Bibliotheca Petavii Senatoris*. *In ejusdem quoque Senatoris Bibliotheca vidi alium codicem*, *illum quidem chartaceum*, *ſed de quo tamen plura mihi promittam*, *quam de illo antiquo Puteaneo*. Deinde codicem S. Galli, & Chriſtinae Reginae Suecicae, ex quibus etiam variantes nonnullas Lectiones ad Epigr. & Poëm. vet. Pithoei editae ſunt in Actis Societ. Lat. Jenenſis Vol. V. in initio. Horum vero excerpta adſcripſerat Heinſius duobus Pariſinae Pithoei editionis exemplaribus, quae a Patruo meo cum reliquis Heinſii ſubſidiis jam olim mihi largita, non tantum his codicum vetuſtorum variantibus lectionibus, ſed & ingenioſis Critici ſummi conjecturis tam ad Epigrammata, quam reliqua Poëmatia majora a Pithoeo edita, ubique referta ſunt. Prae ceteris tamen Catalectorum codicibus conferre optaſſet Heinſius librum Bembinum, vetuſtate venerandum, quem Romae in Vaticana Bibliotheca adſervatum in uſus ſuos excuti, ab Octavio Falconerio petit in Epiſt. DIII. pag. 577. Tom. V. Syllog. & hunc a ſe neglectum, dum Italicas luſtraret Bibliothecas, queritur in Epiſtola MS. ad Jac. Gronovium data Hagae 16. Nov. 1673. quae inter plurimas Heinſii adhuc ineditas Epiſtolas a

Digitized by Google

me adſervata hanc codicis egregii notitiam ſuppeditat, *Ex haereditate Fulvii Urſini poſſidet Vaticana Bibliotheca Bembinum Catalectorum Codicem, literis Romanis exaratum, vetuſtatis venerandae cimelium: quo etſi cum Bembus ipſe, tum Aldus Manutius in editione iſtius libelli ſeſe uſos perhibeant, tamen depromi inde non pauca poſſe, quae fugerint illorum diligentiam, ſi quis cum cura excutiat librum, omnesque literarum ductus, etiam peccantium ac mendoſarum, gnavus perpendat, perſuaſum habeo ut credam, cum alii codices hinc promanaſſe videantur. Succenſeo equidem mihimet ipſi, graviterque indignor, quod occupatus Romae in rei minoris voluminibus excutiendis hunc theſaurum reliquerim prorſus intactum.* & paullo poſt addit: *Certe cum per omnes promiſcue ſcriptores foedum in modum ſit graſſata librariorum aut ſupinitas aut inſcitia, nullibi tamen plus ſibi quam in Maronianis Catalectis indulſit. Culex inprimis indigne eſt habitus, ſic ut vix in omni poëmatio verſus remanſerit incorruptus. Nam Cirin nec Vaticanus ille liber, nec Gallicana, quae vidi, Thuanae ac Petavianae Bibliothecae exemplaria exhibebant.* quae licet indicare videantur, majora illa Adpendicis Virgilianae poëmatia, ſi Cirin excipias, hoc Bembino codice contineri, tamen perſuaſum mihi habeo, Aldum Catalecta ſua, ſeu Epigrammata illis Poëmatiis adjecta, ex eodem hauſiſſe. Et hic quidem codex eſt praeſtantiſſimus & antiquiſſimus ille Vaticanus, ante Bembum & Urſinum olim Joh. Joviano Pontano poſſeſſus, cujus Fragmenta & Picturae ad priſcas Imaginum, quibus refertus eſt, formas aeri inciſae a Petro Sancte Bartholi ſplendida editione prodierunt Romae an. 1741. fol. in cujus libri Praefatione adcuratiſſimus & valde copioſus exhibetur index, quo plusquam quadraginta Virgilii codices vetuſtiſſimi Vaticani recenſentur, quorum fere ſinguli Poëmatia illa & Epigrammata, quae vulgo Catalecta Virgiliana dicuntur, etiam adjuncta habent, & a perito harum literarum cultore cum libris editis conferri mererentur. Ad Adpendicis autem Virgilianae poëma-

matia etiam refero codicem Catalectorum Virgilianorum Baſileenſem, licet & alia in eo occurrant Catalecta, cujus excerpta apud me ſunt per Joh. Rodolphum Wetſtenium, Bibliothecae illic praefectum, & Theologiae Profeſſorem eruditiſſimum, N. Heinſio miſſa, qui vel ideo non parum aeſtimandus, quia praeter Culicem aliaque etiam exhibet Cirin, poëmatium corruptiſſimum, cujus neque Scaligero neque Heinſio ullae membranae antiquae ſe obtulerunt, quibus deſtituti pauciora etiam caſtigare potuerunt. vid. Heinſ. Epiſt. ad Graev. Tom. IV. Syllog. pag. 148. alios etiam Viri docti non raro Epigrammatum veterum & Catalectorum codices MSS. memorant. ut Bourdelotii librum MS. Pricaeus ad Apulej. Apolog. pag. 173. ubi & ineditum ex eo Epigramma adfert. quem ut examinare vellet, an alicujus pretii eſſet, Iſ. Voſſium Pariſiis conmorantem rogat Heinſius in Epiſtola inedita Leidae 27. Januar. 1642. exarata. alium codicem MS. Epigrammatum innuit Leo Allatius in Epiſt. ad Heinſ. Tom. V. Syllog. pag. 437. & membranam veterem, in qua nonnulla Epigrammata legebantur, ſed quae edere neglexit, aut non tanti duxit, advocat Lindenbrog. ad Catalect. pag. 326. Ceterum praeter haec Heinſiana Codicum MSS. ſine quibus omnis opera fuiſſet inanis, auxilia, aliquot etiam editionis Scaligeranae & Pithoeanae poſſidebam exemplaria, quorum marginibus viri docti conjecturas notasque haud adſpernendas manu ſua adleverant. Ex ſupellectile enim libraria Ampliſſimi Joh. Wittii, Judicis quondam Amſtelaedamenſis, & Societatis Indicae Orientalis Moderatoris, viri eruditiſſimi, & literatorum Fautoris egregii, mihi aliquando conparavi editionem Pithoei Pariſinam, plurimis Petri Scriverii notis MSS. inſignem, quem librum apud Francium olim fuiſſe ex verbis Broukhuſianae ad Almeloveenium Epiſtolae ſupra prolatis patet, dein poſſeſſores nactus eſt Broukhuſium ipſum, atque ex ejus legato Davidem Hoogſtratanum. Huic poſtea, emtionis etiam jure, acceſſerunt Catalecta Scaligeri, variis ejusdem

Scri-

Digitized by Google

Scriverii adnotatis conſcripta, quibus ſuo loco ita, ut par erat, uſus ſum; ut & conjecturis Petri Francii manu additis editioni eidem Scaligeranae: quemadmodum ea, quae inſtituto noſtro conveniebant, excerpſi ex duabus itidem Scaligeri editionibus, quarum uni notas ſuas, alteri codicum Voſſianorum, Petaviani, editionisque Aldinae, ac Venetae an. 1484. lectionum differentias adſcripſerat Jacobus Tollius, ex cujus libro easdem in ſuum codicem, quem ex auctione Bibliothecae ejus mihi vindicavi, conjecerat Celeb. Drakenborchius. Nonnulla quoque Broukhuſii, ſed quae maxime ad Culicem, Cirin, Aetnam, & majora Poëmatia ſpectabant, habui ex editionis ejusdem Scaligeranae libro, quem mihi utendum olim conceſſerat Petrus D'Orvillius, qui Muſas ac Mercurium eodem contubernio feliciter, cum viveret, excoluit. Tria denique adhibui Pithoeanae Geneveniſis editionis exemplaria, quorum primo Martinus Opitius haud pauca adnotaverat, duobus reliquis Almeloveenius indicia, unde pleraque Epigrammata eſſent deſumta, adpoſuerat: neque ſilentio praeterire fas eſt humanitatem Viri Clariſſimi Joh. Matth. Geſneri, qua Pariſinae Pithoei editionis exemplar, cum nonnullis Iſ. Caſauboni notis marginalibus benigne mecum communicavit, quum reſciviſſet pleniorem a me Catalectorum veterum collectionem adparari, cujus deſiderium fauſto benignae exſpectationis omine indicare non dedignatus eſt in notis ad Quinctilian. Lib. VIII. cap. 3. §. 27.

Habes, Vir Ampliſſime, expoſitum tibi ſatis magnum copiarum & adparatuum numerum, quibus inſtructus ac cumulatus Anthologiam hanc veterum Latinorum Epigrammatum partim ex antiquis Marmorum Inſcriptionibus, partim ex vetuſtis Codicum MSS. membranis moliri & adornare, praeſertim edita hactenus Catalecta non exiguo ineditorum incremento augere & locupletiora reddere adgreſſus fui. De ordine, in quem haec omnia

dige-

digerenda eſſent, diu anceps haeſi, an edita ab aliis primo exhiberem loco, iisque inedita uno ſub conſpectu, ſed ſeparata, adjungerem, non habito materiarum diſcrimine, an vero editis potius inſererem anecdota ex codicibus MSS. ſi ejusdem vel ſimilis argumenti eſſent, admonito tamen in notis lectore, & indicatis illis, apud quos ante edita exſtarent, aut codicibus nominatis, e quibus inedita producerentur. Et hoc quidem praeferendum exiſtimavi, non meo tantum judicio, ſed praecipue, quia noveram Scaligerum ejusdem conſilii auctorem fuiſſe Salmaſio, Anthologiam Graecorum Epigrammatum edere, plurimisque ineditis augere meditanti, in Epiſtola, quae legitur poſt Gudianas Ep. LXV. pag. 154. *Epigrammata ἀνέκδοτα*, inquit, *vellem equidem te caſtigatiora edere, & quidem meam operam tibi non inviderem. Sed quaedam ſine meliore codice emendari non poſſunt. ego non minus ingenium meum quam vires corporis ſeneſcere jam dudum & ſentio & queror. Conſilium de editione hoc duntaxat dare poſſum. Scis Anthologiam in capita diſtinctam eſſe; auctor tibi fuerim, vel illa ἀνέκδοτα in ſua capita conjicere, cum nota quadam, quae moneat lectorem ea nova eſſe. Vel omnia illa ἀνέκδοτα in calcem Anthologiae conjicere diſtincta per capita, ut eſt ipſa Anthologia, ut lector ſciat ea referre ad capita Anthologiae. Alterutrum facias neceſſe eſt. Et fortaſſe prius praetuleris poſteriori, ut omnino editio ſit eadem, quae ante Planudem erat, qui miſere eam deformavit.* Idem quoque in alia ad Salmaſium Epiſtola, quae exſtat edita inter Scaligeri Epiſtolas Lib. III. Ep. CCXLV. & in Ejus Opuſc. Poſtum. pag. 463. & 465. ſuadet, ut totum Ἀνθολογίας Volumen cum illis, quae hactenus deſiderata erant, ederet, & omnia in ſua capita conjiceret, tum editionem novam multis Epigrammatis, quae paſſim apud Auctores leguntur, & aliis praeterea, quae in veteribus Inſcriptionibus exſtant, augeret. Hoc igitur conſilium ſecutus, Epigrammata, quae

Digitized by Google

vel apud veteres exſtant auctores, aut in Inſcriptionibus antiquis occurrunt, ſimul cum anecdotis illis, quae codices MSS. ſuppeditarunt, inſerui editis a Scaligero ac Pithoeo, & ſingula conjeci in ſuas claſſes & capita, ut argumenta vel materiae exigebant: unde tamen neceſſe fieri debuit, ut non omnia vetuſtioris aetatis, & ejusdem elegantiae ſibi ſuccedant, ſed optimis mediocria, & quandoque malis bona inmixta conſpiciantur, quod evitari omnino non potuit, quamvis ex illa Anthologiae varietate nonnulla etiam percipi poſſit voluptas, ut in exculto horti amoeniſſimi viridario inter lilia roſasque minores & viliores niteſcunt flores diſcolori germine. Primo itaque Libro ad exemplum illorum, qui recto ordine Inſcriptionum veterum Corpora digeſſerunt, ea incluſi, quae ad Deos Deasque, Heroas & Heroidas pertinent. Secundo exhibui, quae Virorum Illuſtrium & doctorum laudes vel vituperia continent. Tertio autem congeſſi, quae ad locorum celebrium deſcriptionem faciunt, tum Didaſcalica & Moralia ſubjeci, quae aut vitam tranquillam & privatam conmendent, vel negotioſam prudenter inſtituendam moneant, aut pravos adfectus moderandos, & luxuriem temperandam doceant; atque ut omne punctum fert, qui utile dulci miſcet, ita etiam his ſubjunxi Epigrammata hilarioris argumenti de Amore, aut ad Amorem ſpectantia, quae hoc libro contenta, vel ſequentibus adhuc inſerenda, ne legant adducti ſupercilii & tetricae frontis Catones malo, aut antequam ea in manus ſumant, Scaligeri Dedicationem, Cujacio inſcriptam, adeant, quam vel ideo in limine praefigendam duxi; aut ne quis eam cum Bineti, Lindenbrogii, & Almeloveenii praefationibus omiſſam queratur. Secundo denique Volumine Librum quartum occupabunt Epitaphia, ſive Carmina Sepulchralia, ad ſeriem Inſcriptionum veterum ordinata: Quintum & ſextum Miſcellanea diverſi generis & argumenti Epigrammata & Poëma-

matia. Ad notas autem quod adtinet, eas nec nimis operoſas, nec nimium etiam breves conſcripſi, partim quia liberior patebat campus, dum pleraque aliorum Commentariis, aut Variorum, quas vocant, Notis non erant illuſtrata, & ad plurima inedita tamquam ad novum Opus primus accederem interpres. Quamvis enim prolixos Commentarios, ſi a rebus nudi & deſtituti ſint, eodem jure culpamus, quo ſteriles & aridas notas averſamur, non defuturos tamen nonnullos auguror, qui me nimium aliquando fuiſſe ſugillent. Sed, ut recte Cicero Lib. I. de Finib. cap. I. *Si delectamur, cum ſcribimus; quis eſt tam invidus, qui ab eo nos abducat? ſin laboramus; quis eſt, qui alienae modum ſtatuat induſtriae?* Alii etiam ex ſeculi hujus palato faſtidioſi tantam congeriem variantium lectionum e codicibus MSS. depromtarum aut ſuperbe rejicient aut inſcite contemnent, quia utilitatem earum neceſſitatemque ignorant, & vulgari ac tralatitia illorum, quos ſacris his numquam initiatos neceſſe eſt etiam ab iis alienos eſſe, ſcurrilitate magis quam urbano joco Criticum in ſyllabis apicibusque literarum inveſtigandis captandisque bonas horas male perdentem ridebunt vel inſectabuntur, & paraphraſticas potius Farnabianas aut Gorallianas interpretationes ad intellectum poëtarum auctorumque veterum ex ſuo judicio longe ſe praeferre pronuntiabunt, praeſertim cum corruptas etiam & aperte vitioſas hallucinantium librariorum lectiones adcurate notatas videbunt, quae tamen, etiamſi mendoſiſſimae, ſaepe aliis occaſionem praebent feliciſſimas divinandi conjecturas, quae neglectis aut non animadverſis his ſcripturarum monſtris numquam iis in mentem veniſſent. Sed ut ſine Codicibus MSS. veterum auctorum diligenter excuſſis numquam primos ordinis literati Heroas ſalutem iis vitamque reddere potuiſſe, gnari rerum judices ſemper profeſſi ſunt, ita ineptis his adverſus Criticos Grammaticosque vel inperitorum vel ſemido-

doctorum inſultibus, ſatis jam retuſis, nihil aliud opponemus, quam duorum maximorum in his literis virorum judicia, ex quibus diſcent, ne minima quidem codicum ſcripturae puncta aut veſtigia praetermittenda eſſe, & ſaepe Criticas variantium lectionum notas longis Commentariis & interpretationibus praeſtare. Antonii nimirum Pagii in Diſſert. Hypat. de Conſul. Caeſar. cap. VI. pag. 63. ubi de utilitate Codicum MSS. exacte conferendorum ſic cenſet: *In errorem non diſſimilem ii etiam non raro incidunt, qui vetera MS*ta *ſummo literarum emolumento e tenebris eruunt, publicique juris faciunt. Cum vero veteris ſcripturae quantumvis perverſae veſtigia bona fide referre, ipſosque etiam naevos ac maculas repraeſentare deberent, ut aliis occaſionem conjectandi ſaepe veriora, quam quae ipſi, praeberent, fracta ſuo modo reſtituunt, lacunas ex conjecturis ſuis ſupplent, efficiuntque, ut MSS*ta *taediose revolvere non raro neceſſe ſit. Quamobrem utrorumque cura ac diligentia deſideratur, expeditque, ut tam Numiſmata quam MSS*ta *eo quo diximus modo deſcribantur, cum verum ſit illud, quod Seneca prodit, in quo prato non niſi lacertam alter invenit, poteſt alter leporem capere.* Alterum ſubjungam viri ſummi, & cujus unius ſuffragium toti paedagogorum aut Vacerrarum gregi praeferendum eſt, Henrici Valeſii in Praefat. ante Socratis Hiſt. Eccleſ. *Non ignoro multos eſſe delicatos & faſtidioſos homines, qui exquiſitas duntaxat obſervationes, & communes, quos vocant, locos, ad pompam & oſtentationem compoſitos ſibi exhiberi velint: illam vero adnotationum partem, quae emendationes ac varias lectiones continet, levem prorſus ac deſpiciendam exiſtiment. Quibus ego id reſponſum velim, etſi emendationes illae ac variae lectiones, quas Graeci* διττογραφίας *vocant, inſuaves plerumque ac moleſtae ſint legentibus, utiles tamen eas eſſe in primis ac prorſus neceſſarias, in his praeſertim ſcriptoribus, quorum libri minus emendati ad nos pervenerunt. Et Obſervationes quidem majorem peciem praeferunt*

rant eruditionis, emendatio vero plus ingenii ac judicii requirere mihi videtur. Neque enim cujusvis eſt, de vera ac germana veterum ſcriptorum lectione ferre ſententiam, ſed ejus, qui & multiplici doctrina inſtructus ſit, & in hac judicandi arte diu multumque exercitatus. Et haec quidem ideo alienis potius verbis, majorem auctoritatem ex magnorum hominum teſtimonio conciliaturis, quam meis, addere oportunum exiſtimavi, ut occurrerem nonnihil illorum perverſitati, qui forte reprehenſuri, aut invitis oculis viſuri ſunt libertatem meam in caſtigandis Theodori Goralli ineptiis, qui tricis illis, ut vocat, Criticis, & variantibus codicum MSS. lectionibus ſpretis atque irriſis, maluit etiam abſurda Interpretatione, notisque Minellianis vel Cnippingianis, conmaculare Auctorem Elegiae in Maecenatis Obitum, Libro II. exhibitae; measque cenſuras adſcribent hereditario potius odio, quam ardori verum literarum elegantiorum guſtum adſerendi & promovendi, nec minus vindicandorum Scaligeri manium, quos ille in notulis his vix magiſtro triviali dignis tam proterve & arroganter lacerare ac vellicare ubique adfectat, unice ut de via illa, a principe in his literis Heroe monſtrata, & a reliquis ejus exemplo calcata, deverteret Muſarum noſtrarum cultores, eosque ſuo ductu in devios tramites & amfractus praecipitaret. Quamvis enim hic illic maximi etiam viri labantur, & in errores incidant, *non tamen*, ut defungar egregiis Iſ. Voſſii verbis, ad Catullum pag. 82. *inceſſenda eſt hoc nomine eorum fama, nec carpendi, quod, dum ardua literarum conſcendant culmina, nonnumquam praecipites eant, cum magnae & illuſtres animae, quanto fortius terrae affligantur, tanto ſaepe altius reſurgant. Non metuunt iſtiusmodi caſus vilia & plebeja quorumdam noſtri ſeculi grammaticorum ingenia, quibus, ne labantur, tutiſſimum videtur humi ſemper reptare, & eos, qui ſublimi verſantur, maledictis laceſſere, ac ſi ſubjectis capitibus turpiter illudendi deeſſet facultas.*

Haec autem omnia ſi non temere a me tentata, neque omnino infeliciter aut invito Apolline praeſtita, Tu in primis, Vir Nobiliſſime & ſimul eruditiſſime, ac pauci Tibi pares harum rerum arbitri, judicaveritis, erit quod ſtimulos non leves addat ad telam primo hoc Volumine inchoatam naviter porro pertexendam, meisque rei literariae bene conſulendi conatibus gratuler; de ſiniſtro ac maligno Suffenorum ſtrepitu ſecurus, ac conſcius laboris & lucubrationis his invigilatae, cujus ut benigna & aequa virorum doctorum judicia ſe experturam Muſa noſtra ſperat, ita illius exactores ut ſedeant ignobiles, licet numeroſi, Maeviadum poſteri, deprecatur jambis Baudianis: neque enim,

Vulgus moratur pluriumque gratiam;
Contenta temet, atque paucioribus,
Laudem profectam ab ore laudati Viri
Benigna ſumit, non acerba flagitat.

Vale, HOPPI Ampliſſime, & in publicae rei commoda diu incolumis vive, ac doctrinae literarumque decus auctoritate tua atque exemplo tueri & fovere perge.

Scribebam Amſtelaedami ſexto Idus Januar. CIↃIↃCCLIX.

CLA-

Digitized by Google

CLARISSIMO VIRO
JACOBO CUJACIO,
JURISCONSULTO,
JOSEPHUS SCALIGER
JULII CAES. FIL.

S. D.

CUm una Lugduni eſſemus, Jacobe Cujaci, Vir clariſſime & eruditiſſime, & variis inter nos ſermonibus de hiſce meis in Appendicem Virgilianam lucubrationibus ultro citroque inter nos agitatum eſſet: tandem eo res deducta eſt, ut propter eas, quas olim objici mihi meminiſſem, rationes vel differenda, vel prorſus non praecipitanda earum mihi videretur editio. Tu vero ibi contra me hortari, timido calcar addere, diffidentem, ac prorſus omni ſpe dejectum erigere, denique illa tua, qua ante omnes mortales plurimum apud me potes, auctoritate confirmare. Quibus rationibus hanc editionis neceſſitatem a me deprecatus ſim, quibus tu contra machinis de illa animi pertinacia, quo tanquam unico ſubruſtici pudoris mei praeſidio fretus eram, me dejeceris, non alienus hic differendi locus videbatur: quod honeſta ratio eſſet, cum ei ſententiae ſubſcribere mihi neceſſe eſſet, cujus tu auctoritatem non defugeres, in auctore meo laudando eas potiſſimum cauſſas adferre, quae fidem apud homines facerent, illa exhortatione tua propoſitum potius meum expugnatum, quam modeſtiam oppugnatam fuiſſe. Omnibus enim ſane teſtatum volo, quanti te faciam, cum adverſus judicium meum tibi hac in re paruerim. Neminem tamen ignorare volo, quantum tenuitatis meae mihi conſcius ſim, qui me hoc libello traducere veritus ſim. Diverſi enim, ut ſcis, judiciorum & ingeniorum guſtus, proinde ut & varii diſciplinarum ſapores. Neque enim omnibus Poëtica placent, ſive id naturae adſcribendum putes, quod ab omni literarum cultu refugiant ſordida & obſoleta ingenia: ſive infelicitati cuidam, quia ſero ad eas diſciplinas ſe contulerit caſtigatus ac moderatus animus. Neque omnes libertatem Poëtarum in argumentis, petulantiam in verbis ferunt: ſi propter improbitatis odium, laudo. ſi, ut praeſentes hominum mores, ex moribus

Vete-

Digitized by Google

Veterum judicent, ac ut noſtros carpant, ſuos jactitent, nae infelices homines, qui aut ea ſcripta culpent, quae ipſi non intelligunt: aut de iis rebus palam contendere audeant, quas ſapienter diſſimulaſſe melius fuit, quam inepte, ac inutiliter notaviſſe. Haec pluribus verbis mihi praefanda erant: plena de his inſtituenda fuit defenſio. idque ut facerem, non alia, quam ea, de qua modo indicavi, cauſſa praecipua fuit: pudor primum, cujus integram exiſtimationem adverſus publicationem quorundam Poëmatum, quae in horum Catalectorum cenſu conſcripta caſtorum hominum ingenuas aures violare poſſent, integram, ac ſalvam conſtare mihi volo: deinde modeſtia, cum omnium veterum codicum ope deſtitutus tot deſperatis veterum Poëtarum vulneribus aliquid opis me adferre poſſe confiſus ſim. Sed ſi quos offendit obſcaenitas, proponant ſibi paupertinam Latini ſermonis ſupellectilem: mirentur malas linguas aliquando bene dicere. Sin vero eos offendit labor, ac conatus noſter, ii, non ſi aliquid à me non bene dictum ſit, culpent, ſed ſe melius dicere poſſe ex eo cognoſcant, quod me male dixiſſe prius deprehenderint. Cum haec omnia, doctiſſime Cujaci, quod tacite pertentarent conſcium pudorem meum, palam vero diffidentiam non ſine aliquo mentis motu proderent, fuſius & apertius teſtanda mihi eſſe apud omnes cenſerem: ejus rei mihi copiam interceptam, & inſtituti mei exponendi occaſionem mihi ereptam eſſe doleo. Scis enim, ut hodie repentino nuncio in Germaniam proficiſcendi mihi neceſſitas impoſita ſit. Quo facto, magis hujus infeliciſſimi libri ſolitudinem deplorem, quem ab omni defenſione nudum, ac deſtitutum relinquo: an abſentiam tuam conquerar, quae me omnibus ſuaviſſimi congreſſus tui fructibus privavit, neſcio. Certe ſive haec, ſive illa dolendi cauſſa eſt, utraque ex abſentia tua nata eſt. Neque quidquam aliud mihi acerbius contigiſſe certo ſcio, quam hoc diſcidium noſtrum. Accipe igitur hunc librum, qui te ſolum ſpectat, te ſolum intuetur, in te uno omnes ſpes innocentiae ſuae ſitas ac collocatas habet. Ne gravare, ſi tuis auſpiciis ſe tollere audet, ſi te auctorem laudat, ſi te patronum, ſi defenſorem parat. te enim auſpice, te auctore, te hortatore in lucem prodit. Eſto hoc pignus mei in te amoris, & obſervantiae: eſto abſentiae noſtrae praeſentia, remotiſſimorum corporum fidiſſima conjunctio, dum interim ego tui deſiderium ferre non poſſum. Vale. Lugduni. XI. Kal. Septembris.

CLA-

Digitized by Google

CLARISSIMO VIRO
BARNABAE BRISSONIO,
IN SANCTIORI SENATU REGIS CONSILIARIO, ET IN SUMMA CURIA REGIO ADVOCATO,
CLAUDIUS BINETUS BELLOVACUS,
S. P. D.

VEllem omnibus idem fuiſſet ſtudium, Vir Ampliſſime, quod in te pridem fuiſſe animadverterunt docti omnes, de literis ſcilicet literatiſque bene meriti, ut quiſque qua poteſt arte Remp. literariam juvaret. Eveniſſet profecto ut in perquirendis antiquorum monumentis non ſolum docti, verum etiam leviter eruditi, quaſi aliud agentes, aliquid in publicum conferrent. Sed hi obtuſiore palato ad has delicias tanta ſtertunt inertia: illi, prae ſuis ita caetera tanquam leviuſcula & nulli rei contemnunt, etiam antiqua, etiam obvia, ut in ore fere omnium verſetur illud, cujuſcumque ſit,

Nil artes, nil pura fides, nil gratia linguae,
Nil fons ingenii, nil probitas ſine re.

Abeſt candor a multis, & vis illa curioſa ingenui animi, ſed maligna eſt eorum diſſimulatio, qui vel aliena pro ſuis edunt, vel ita contorquent & immutant caute, ut immiſtio potius & fortuita confuſio quam furtum, ſi manifeſtentur, appareat. Quod & res ipſa probat, & in nonnullis character indicat, & aperte arguit. Hinc factum eſt illa hominum incuria, ut tot in utroque ſcribendi genere vel perierint vel lateant felicis ſaeculi monumenta: periiſſentque magis ac magis, niſi hanc inficetiam & barbariem graviſſimi viri, invidia invita, oppugnaſſent: Vir Clariſſ. Jac. Cujacius ſcilicet, ſacri Juris Myſtes, & Legum genius, & ille bonarum literarum amor & deliciae, Grammatiſtarumque ſcopulus, Joſephus Scaliger, aliique quamplurimi, qui etiam tacito nomine ſe produnt ſatis. quorum, in littore repens, diligentiam ſequutus, tanti naufragii tabulas, imo tabularum particulas, undique conquirens & colligens, tandem a carie & putre-

tredine, vindicatas ut votivas Mnemoſines templo appendens, tibi Muſarum politiorum aedituo, offero. In his ſunt quaedam Petronii Arbitri verſuum aliorumque antiquiorum reliquiae, quas ut elegantiſſimas & nondum editas ex unico exemplari bona fide exhibere, tibique ut antiquioris diſciplinae virtutumque omnium & Regis Patrono (in cujus dignitatis munere doctiſſimo & ampliſſ. viro Vido Fabro, nunc Praeſidi, doctiſſimus ſucceſſiſti) commendare ſtatui. felici fauſtoque, ut credo, omine, cum hac in re ſtatuenda factus ſit & meae erga te voluntatis & amicorum conſilii, praecipue vero Ant. Oiſeli & Scaevolae Sammarthani doctiſſ. virorum, concurſus. Concurrant ergo nunc, & tuae humanitatis erga ſtudioſos ratio, & ſtudium illud meum una. Tunc enim mihi fuerit bene & beate, ſi te auctore tot Poëmatia e tenebris prodeant, teque auſpice ego in Supremae Curiae lumen adſciſcar. Vale. Pictavii x. Kal. Novemb. CIƆ. IƆ. LXXIX.

LECTORIS.

SCite L. Gyraldus eorum putidam opinionem arguit, qui Petronium laſcivioris nequitiae auctorem, Bononienſium ſanctiſſimum antiſtitem ſomniant. nec diſſimili fere periculo hallucinantur, mea ſententia, qui Auſonio Conſulari cognominem quendam Burdigalenſium Epiſcopum ſubſtituunt. Nae vero omnium ſcitiſſime vir noſtrae aetatis quamplurimis peritis antiſtes, qui Petronium non quidem antiſtitem (niſi qui Veneris libidinumque pervigiliis & ſacris praeeſſet, ſic appelles.) ſed ex Tacito conceptiſſimis verbis Neroni elegantiae arbitrum fuiſſe adſcitum oſtendit, veriſſima conjectura. Ego & illius ſententiam confirmabo Epigrammate Julii cujusdem, quod Romae in Vaticana Bibliotheca cum Petronii fragmento deſcriptum legi. Illud corruptum licet & inelegans, ut hiſtoricum tamen teſtimonium adſcribam:

Petroni carmen divino pondere currit,
Quo juvenum mores arguit atque ſenum.
*Quare ille * praeſa gaudet laſciva puella,*
At quoque dilicias frigida ſentit anus.
*Nam * rbter diri ſcripſitque Neronis amictu*
Arbiter, arbitrio dictus & ipſe ſuo.

ubi pro *amictu* quis non videt, vel caecus, ſi modo aures & mentem habeat, legendum eſſe *amicus*? At ne quid diſſimulem, Petronii Arbitri aliorumque Epigrammatum bonam partem ex bibliotheca Eccleſiae Bellovacenſis habui: quae cum veteri Iſidori Etymologico connexa erant. Unde patet, Goveanum alicubi, illud ad Juliam, cujus initium eſt, (*Me nive candenti*) legiſſe, & ut inauditum aliis, duobus verſibus minus, quibusdam commutatis audaci nimium parodia imitatum eſſe. Inveni & illud Florentiae inter ἄλλα quaedam, ut jam cujus non ſit dubitare non debeam. auctorem non adfirmo, judicabunt docti. Caeterum judicio amicorum illa cum apud neminem hactenus reperiri poſſe, niſi precario a me poſſideat, crederem: ut teſtes mihi ſunt clariſſimi viri Jac. Cujacius, Joſ. Scaliger, Ludovicus Caſtaneus prudentiſſimus juxta & doctiſſimus Regis ad ſummum Pontificem orator, M. Antonius Muretus, Achilles Statius, & Aldus Manutius: quibus ea iſto ordine oſtendi. Has, inquam, delicias, eorum

rum conſilium ſequutus, diutius ſitum & tineas pati non permiſi, plura editurus, ſi quae depoſita apud me jacent, medicum inveniant. Et haec bona fide omnia. At perfide nunc, inquies, qui aes tuum cum his puris nummis in ſolutum obtrudis. Fateor, ſed ſcis incontinentiſſimum poëtarum genus in morbo periculum quaerentium. fallor, nec enim poëta dici velim, ne ut Eumolpus Petronii alio quam Orphei miraculo in caput meum moveam, & concitem lapides iracundiae tuae. Verum & hos aloes & abſynthiae bolos, ſi vis, ut aegrotis fit, deglubere facillimo negotio poteris, quos prius veteris elegantiae melle & priorum Epigrammatum ſapore involvas & contingas. Bene vale.

CLA-

Digitized by Google

CLARISS. DOCTISSIMISQUE
VIRIS

PETRO ET FRANCISCO PITHOEO. J. C.

FRATRIBUS.

PRiſcis temporibus, V.V. CC. cum adhuc vera virtus placeret, interroganti cuidam τί ἂν τις ποιῶν γλυκὺς γένοιτο; ſic fertur reſpondiſſe Philoſophus, Ὃ οὐ δύναται ἄλλος ἄνθρωπος ποιεῖν. Optimum ſane dictum, & quod fidem iſto ſaeculo inveniſſe probant praeclara reperta, & veneranda vetuſtatis monumenta. Quae licet pauca ex tam plurimis ad nos pervenerint, haud obſcure tamen majorum diligentiam indicant. Verum non diu haec duravit, ſed elanguit paulatim, & inviſa ante deſidia amari caepta, donec ad hunc modum pervenit, ut ſi quis antiquam virtutis ſemitam inſtiterit, egregium aliquid dixerit vel fecerit, non laudem jam & amorem adipiſcatur; ſed propter morum differentiam, eruditioniſque elegantiam, odium habeat & maledicta praemium deportet. Ferenda haec injuria eſſet, ſi morbo fieret aut inſania, nunc ſcaevitas eſt quae eos agitat, & invidentia: qua equidem effecerunt, ut docti viri, & juvandis litteris nati, ceſſare caeperint, & manum ab his talibus abſtinere. Si ſic pergetur, quid tandem fiet? Intercident libri & peribunt. Caeterum, Viri Clariſſimi, cum vos inter primos judicem, qui rem litterariam, ac bonae mentis amatores, amant & tuentur, ſimul ut veri mei erga vos monumentum amoris appareat, hunc vobis librum dicare decrevi. Et mediusfidius vellem majore aliquo munere me vobis approbare poſſem: quod quoniam impraeſentiarum negatum eſt, volui ſaltim hoc libro, jam antea quidem ab Illuſtriſſimo D. Joſepho Scaligero emendato & illuſtrato, nunc autem me curante, plurimis in locis aucto denuoque edito. Cui & ego paucas Notas adjeci: quod non feciſſem, niſi aliis aliter viſum fuiſſet, cum quibus ſuper hac re contentionis funem ducere nefas putavi. Datum eſt ergo hoc eorum voluntati, datum aliorum utilitati, ut & ego cluеam, τῶν λεπτοτάτων λήρων συγκολλητής. Quas quidem prae aliis, ea cauſa, quam dixi, committere placuit VV. CC. vobis,

—— quibus eſt amor & prudentia juxta,
Et labor in ſtudiis ſemper celebratus inhaeret.

Valete feliciter. Lugduni Batavorum. III. Idus Martii.

Veſtri nominis diligens cultor
FRIDERICUS LINDENBRUCH.

LECTORI
S. D.
FRIDERICUS LINDENBRUCH.

Cum ſaepius audiviſſem, benivole lector, optimi hujus libri pauca admodum, imo propemodum nulla, exemplaria haberi, tandem typographo auctor fui, ut denuo eum praelo committeret. Quod cum ille facere ſuſcepiſſet, ſumma ope adnixus ſum, ut quantum maxime fieri poſſet, prioribus editionibus melior & emendatior prodiret. id quod mihi feliciter ceſſit. Nactus enim ſum exemplar, in quod ab Illuſtriſſimo Domino Joſepho Scaligero, Jul. Caeſ. Filio, plurima addita, quaedam etiam mutata erant, quae omnia in utriusque noſtrum uſum hic ſedulo exhibui. Poteram ſane ſolus iſto libro frui, ſed publice prodeſſe malui: qua etiam unica de cauſa notas haſce meas addi paſſus ſum, non gloriolae dulcedine inſtinctus. Hoc te monere volui, ne inſcius eſſes. Sed quae horum temporum ratio eſt, non defuturos arbitror, qui Notas meas vitilitigent, culpentque, quod ego, qui primum hoc ſpecimen ſtudiorum meorum exhibeo, tam levia, tam paene nullius momenti adferam, cum merito docta deberem, & non niſi laudabilia; quippe cui juvenilis aetas, ingenium integrum eſt, nec longo uſu aut jugi labore exhauſtum. Ita fateor, & quo me tuerer vix haberem, niſi inſuſurraſſet Apollinaris, *Donec ſcientiam natura combiberit, non major eſt gloria dixiſſe quod noveris, quam ſiluiſſe quod neſcias.* Et profecto, ſi rem recte conſideres, boni aliquid in hos ſcriptores poſt illuſtriſſimum I. Scaligerum dicere oppido quam difficile videbitur: tanta ſummi viri in eorum maculis delendis diligentia & felicitas fuit. quae tum demum recte apparebit, ſi quis hanc noſtram editionem, cum retro aliquot editionibus contenderit. Negari tamen non poteſt, aliquos adhuc reſtare naevulos: eos ego, etſi non valebo omnes, adtingam vel paucos tamen. nec hoc mihi vitio erit ſi quoſdam reliquero. Non enim curſim aut remiſſe tam minuta acumina adſequi quicunque poterit, ſed moroſa intentio. Haec praefanda duxi. Vale.

CLA-

Digitized by Google

CLARISSIMO VIRO
JANO BROUCKHUSIO,
AMICO VETERI,
S. P. D.
TH. J. ab ALMELOVEEN.

QUum ab antiquiſſimo tempore jugi experientia compertum ſit, nullum, ut ut exiguum, bellum, imo ne pugnam certamenque ſine prudentia, conſilio, aut ſapientia feliciter initum perfectumque, nulli nos mirari debemus, poſteriores imperatores, juſtiſſima graviſſimaque ratione aſſeveraſſe non tantum, ſed etiam docuiſſe perdiligenter, Martem cum Muſis eſſe conjungendum. Maxima enim fortitudo ac robur ni ſapientia aut prudenti conſilio gubernetur fulciaturque, non modo flocci fit, ſed facillime ſuperatur & contunditur. Quod cum majores, qui ſumme bellicoſi ſemper extitere reges, imperatores, ac bellis ſaeviſſimis imperii terminos atque fines tueri coacti ſunt & extendere, animadverterunt ſcientiſſime, facile concedes ipſos reges, duceſque ſapientiam aut ſumma diligentia inveſtigaſſe, aut ſaltem viros ſapientes in conſilium adhibuiſſe. Horum exempla e plurimis colligam pauciſſima, non quod haec tanquam incognita Te docere velim, verum ut tuam refricem memoriam iſtorum non minus quam praeceptorum tenaciſſimam. Quis enim, qui Muſas vel a limine ſolummodo ſalutavit, ignorare potis eſt, teſte Horatio, Tyrtaeum ipſum *mares animos in martia bella verſibus exacuiſſe*, imo, Julium Caeſarem ut praeteream, Gratianum ita ſtudiis fuiſſe oblectatum, ut Auſonius de eo cecinerit,

—— quantum ceſſat de tempore belli,
Indulget Clariis tantum inter caſtra Camoenis.
Vix poſuit volucres ſtridentia tela ſagittas,
Muſarum ad calamos fertur manus, otia neſcit,
Et commutata meditatur arundine carmen.

ſic Jacobus Palmerius Dom. de Grentemeſnil Exercitationes ſuas, Graeciam Antiquam, praeter ἀνέκδοτα apud Clar. Morinum hactenus ſervata, inter armorum ſtrepitus, (quemadmodum Caelius Rhodiginus Lectionum Antiquarum Commentaria ſua) conſcripſiſſe praedicatur. Arma delectarunt Henricum Savile omni Graeca Latinaque Philoſophia inſtructiſſimum, uti Iſaacum Wake Oratorem eloquentiſſimum. Sileam Georgios Carew, atque Hartingum, nec non Andream Doriam maritimae diſciplinae callentiſſimum. Quid? Guilielmum Durandum

dum Eccleſiaſticarum Caeremoniarum indagatorem perſpicaciſſimum, profundum Theologum, in Sacris Literis peritiſſimum, ut de Juris peritia nihil dicam, etiam exercitui praefuiſſe nos docet Ambroſius de Altamura, cui parem ſubjunge Nortonum Knatchbul, cujus eruditiſſimae in Novum Foedus animadverſiones iteratis editionibus tantum non probantur. At poëtas ſi deſideraris, qui ſaevam militiam tulere, atque interea haud ſegniter coluere Camoenas, vel unus, ut de Petro Lotichio Secundo, incomparabili aevi ſui poëta nihil dicam, adeſt Jacobus Sannazarius, cui quanta ingenii fuerit nobilitas atque praecocia, ex operibus vivaciſſimis a longo tempore didiceris. Cum itaque ejusmodi exemplorum ſylvam coacervare poſſim, quo nunc ſuperſedeo labore, qui aegre ferre ipſe, qui alii male interpretari poſſitis me, iis perductum exemplis, laboribus noſtris firmum tuum praeſidium atque tutamen quaeſiiſſe. Alii quid judicent nihil curo. Saltem

— tu ne temne, quod ultro
Patronum noſtris Te paro carminibus.

Adhortatur certe & impellit haeſitantem tua cum Paſſieno Paullo aemulatio, cujus *elegos ſi quis in manum ſumſerat, eum opus terſum, molle, jucundum, & plane in Propertii domo ſcriptum legere* confirmavit olim Plinius, Scriptorum ſui temporis, uti noſtri Sannazarius, Scaliger, ut cenſor rigidiſſimus, ita laudator parciſſimus. Nec eſt quod Te offendat ſingulare & liberum de Propertio Julii Caeſaris Scaligeri judicium, quo unam elegiam Balthaſaris Caſtilionaei plurimis Propertianis praeponit, quod rectiſſime amico non vero datum obſervat magnus Lipſius. Praeter haec, ut ſileam Te, ut qui artifex ſis, optime de hiſce Epigrammatibus poſſe judicare, quod tamen haud leve calcar eſt, vel ipſe mihi, quod haec Veterum Poëtarum naufragii relliquias, & *rudereta*, ut cum Franciſco Douza loquar, ad exemplum Cl. Petri Pithaei, ab eo neglecta aut poſtea inventa, de novo a me collecta, tuo nomini, omnibus doctis gratiſſimo, inſcribam, Ipſe dico viam praemonſtraſti atque aperuiſti, cum illud idem conjunctiſſimo tuo Francio Viro Cl. communi noſtro amico religioſe & unice hiſce commendaſti,

Tu, precor, infauſtae ſolamen dulce juventae,
Relliquias noſtri collige naufragii.

Quas, allegatas a me, ſi admiſeris rationes, meque, uti facis, paullo ames ardentius, ſpero Te eo, ut ſinas Almeloveenium tuum ſincerae amicitiae ſempiternum tibi ponere monimentum, facile deſcenſurum. Vale.

Dabam Gaudae in Batavis, a. d. XV. Octobr. A. CIↃ. IↃC. VIIC.

LEC-

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

THEODORUS JANS.

AB ALMELOVEEN.

NOn longo prologo, qui multis mos eſt, anguſtiſſima tua morabor tempora, lector amiciſſime. Scio utique vitam brevem, artem longam, ſcriptorum numerum paene infinitum; quapropter duo ſolummodo tecum pauciſſimis communicabo, alterum, utilitatem, quae ex fragmentis hauriri ſolet, merito ab omnibus permagnam praedicari: alterum, Indicem eruditionis antiſtitum, quorum exempla ſum ſequutus. De utilitate copioſe diſſerere ſuperſedebo, cum id longe me antiquiores doctioreſque fecerint viri antiquitatum ſtudioſiſſimi, Jacobus Gothofredus, atque Henricus Valeſius, quorum verba ipſa, quoniam quod ſuperaddi iis a me poſſit, non inveniam, meis ſubjeci, hiſce tibi abunde, uti reor, ſatisfacturus. Exempla vero vel ideo recenſebo, cum ut profitear me hiſce maxime incenſum, tum ut alios, me ſeduliore longe diligentia ut praevertant atque ſuperent, inflammem ardentius. Agmen itaque, praeter alios a me olim nominatos ducat Theodorus Canterus, cujus veterum poëtarum Graecorum Collectanea, olim typographo tradita, & Valerio Andreae in Bibliotheca Belgica memorata, ſaepe numero V. C. Iſaaco Caſaubono (Epiſt. 4. & 36.) expetita, in Clariſſimi atque amiciſſimi Viri Petri Francii, Poëtarum facile principis, Bibliotheca inſtructiſſima plus ſemel vidimus. Circa Lycophronem id praeſtitit Guilielmus Canterus, Theodori frater. Nuper verò omnium Graecorum Poëtarum Fragmenta cum emendationibus & notis ſeſe editurum promiſerat V. C. Richardus Bentlejus, at id ob mutatum vitae ſtatum rejeciſſe decreti ex animo una cum Nob. & Clar. Actor. Lipſienſium Collectoribus (ad A. M. DC. xcii. Menſ. Mart. p. 109.) dolemus. At Janus Douza Nordovix Pater Fragmenta veterum poëtarum, qualia & Paulus Merula cum annotationibus, hactenus inedita, reliquerunt. His adde Ampl. Senatorem Nicolaum Peireskium, de cujus in colligendis veterum Epigrammatibus diligentia agit Camdenus Epiſtola 173. Item Flavium Ptolomaeum, qui ſe cor-

**** pus

pus Epigrammatum veterum Latinorum editurum ultro promiſit. Sileam Michaëlem Joannem Vinbodunum atque Onuphrium Geraldinum, quos Inſcriptiones elogiaque diligenti indagatione congeſta juſtis voluminibus edituros autor eſt in Apibus Urbanis Leo Allatius. Quis non ſibi perſuadet, ſi Franciſci Sangalli opus Antiquitatum, & Jacobi Philippi Tomaſini collectanea veterum Inſcriptionum exſtarent, multa ex iis potuiſſe depromi, nunc cum blattis ac tineis luctando tandem interitura. Dolendum eſt praeter haec etiam volumen illud carminibus Heroicis ſcriptum, in urbe Xanthenſi Barthio, (Adverſ. Lib. xv. 2.) viſum, aut potius Corpus Poëtarum Latinorum, quod animo conceperat, lucem publicam non adſpicere: imo nec & illum manuſcriptum codicem, quem Salmaſius poſſediſſe confitetur ipſemet atque Scriverius, qui eum mutuum habuiſſe aperte plus ſemel agnoſcit. Nos ea, quae ex illo hi duo Semones produxerint, ſumma, qua potuimus, diligentia conquiſiimus: cetera vero praecipue è Reineſio, Sponio, aliisque, quos ubique nominavimus, ſcriptoribus laudatiſſimis excerpſimus, illa vel emendaturi vel adaucturi, quum aut ex mox citatis ineditis quaedam, aut Andream Marianum Bononienſem, qui collecta a ſe ruinarum Epigrammata Romae edidit anno 1641. aliquando deprehenderimus. Vale.

IN

I N D E X

In Tom. I.

A N T H O L O G I A E

Epigramm. & Poëmat. Vet. Latin.

editorum & ineditorum,

eo ordine digeſtus, quo nunc primum prodeunt.

L I B. I.

De Diis.

Ep. 1. Dii XII. Selecti. Ennii.
2. Cui rei ſingula Numina praeſint.
3. Incerti. de Jove, Neptuno, & Plutone.
4. de Jove. Q. Valerii Sorani.
5. Apuleji. de Jove.
6. Callimachi. ſubſcriptum Imagini Jovis.
7. de Jove in Pluteo.
8. de Ganymede.
9. de Jove in Cygnum converſo.
10. de Cygno & Leda.
11. de ovo Ledae.
12. de Europa a Jove rapta.
13. Aliter. ejusdem argumenti.
14. Europa a Jove rapta.
15. Neptuno.
16. de Neptuno marmoreo aquas fundente.
17. de Apolline & Baccho.
18. Mercurio.
19. Incerti in Bacchum.
20. Flori de Baccho.
21. Laus Liberi.
22. in eumdem.
23. C. Caecilii Plinii Secundi. de Baccho.
24. de Libero Patre.
25. de eodem.
Ep. 26. Laus Martis.
27. A. Septimii Sereni Falisci. de Jano.
28. Subſcriptum Statuae Cupidinis. Incerti.
29. de Sigillo Cupidinis aquas fundentis.
30. Cupido amans.
31. Modestini. de Amore.
32. In Imaginem Daphnes.
33. Pani & Apollini.
34. Sanco Semipatri.
35. Hercules.
36. Herculi Sacr.
37. eidem.
38. eidem.
39. eidem.
40. de Hercule & Junone.
41. Herculis elogium.
42. Labores XII. Herculis.
43. de iisdem.
44. Petronii. de eodem.
45. Hercules & Antaeus.
46. de Caſtore & Polluce.
47. de iisdem. Oſtiae.
48. de iisdem., Romae prope S. Luciae quatuor portarum.
49. Sylvano. in urbe Aixmae Tarantaſiae in Alpibus.
50. Turnus Deus. Varronis.
51. ad Priapum. Petronii.

De Deabus.

Ep. 52. Quo curru quaeque Dea vehatur.
53. Cybelae Matri. C. Maecenatis.
54. eidem. M. T. Varronis.
55. M. D. M. Idaeae & Attidi Menoryranno.
56. ejuſdem argumenti.
57. ejuſdem argumenti.
58. ejuſdem argumenti.
59. Fragmentum. De celebrantibus ſacra Magnae Matris.
60. Magnae Matri.
61. Junoni Ardeatinae.
62. Dianae.
63. ad Venerem. Dedicatio Aeneïdos P. Virgilii Maronis.
64. Veneri.
65. Veneri & Charitibus.
66. Epicteti. de Venere.
67. de ſtatua Veneris.
68. de Venere.
69. de Adone & Venere.
70. Idem.
71. de templo Veneris, ad muros exſtruendos diruto.
72. Reposiani. Concubitus Martis & Veneris.
73. de Muſis.
74. Muſarum inventa.
75. de Muſis.
76. de Luna & Muſis.
77. Charites.
78. Annae Perannae. Varronis.
79. Deae Nortiae. Romae in villa Caeſarini.
80. Votum Fortunae Praeneſtinae.
81. de Nympha ad fontem dormiente.
82. Nymphis.
83. iisdem.
84. ad Nympham.
85. de Galatea.
86. de Galatea in vaſe.
87. Aliter.
88. Aliter.

Heroës et Heroides.

89. Verba Achillis in Parthenona, dum tubam Diomedis audiſſet.
90. de Achille.
91. de Thetide.
Ep. 92. de Achille.
93. in Achillem.
94. de tractu Hectoris.
95. de Dolone & Achille.
96. de tumulo Achillis.
97. Epitaphium Achillis.
98. Eusebii. tumulus Achillis.
99. de Telepho.
101. de Pyrrho.
102. Tumulus Hectoris. Pentadii.
103. Germanici Caesaris. ad Hectoris tumulum.
104. de Hectore. C. Abronii Silonis.
105. de Troja & Hectore. ex Incerto.
106. Ajacis tumulus ex Homero. M. T. Ciceronis.
107. de Memnone.
108. in Aeneam patrios penates ex Trojae incendio cum patre auferentem.
109. de Glauco.
110. de Laocoonte.
111. Antenoris.
112. de eodem & Atheſte.
113. de Atheſte.
114. de Pallante.
115. de eodem.
116. de Turno & Pallante.
117. de equis Diomedis.
118. de Euryalo.
119. de Niſo & Euryalo.
120. de judicio Paridis.
121. de eodem.
122. de Aegypto & Danao.
123. de Bellerophonte.
124. de Bellerophonte, Pegaſo, & Chimaera.
125. de Philoctete.
126. Argonautae.
127. de Jaſone & Medea.
128. de Medea cum Filiis ſuis.
129. de Creonte & Medea.
130. de Jocaſta & Oedipo.
131. Chiron.
132. de Oreſte & Clytemneſtra.
133. de Theſeo.
134. de Pentheo & Agave.
135. Orpheus. C. Cassii Parmensis.
136. Palladii. Allegoria Orphei.
137. de Fratribus Thebanis.
138. de Marſya.
139. Pentadii. de Narciſſo.

140.

Ep. 140. item. de eodem.
141. Ejusdem. de Narciſſo.
142. Ejusdem. de eodem.
143. de Narciſſo.
144. Aliter.
145. de eodem.
146. Narciſſus.
147. Mavorti. Judicium Paridis.
148. Pentadii. tumulus Acidis.
149. Pyrami & Thisbes Epitaphium.
150. de Pyramo & Thisbe.
151. de Hyla & Hercule.
152. de Hero & Leandro.
153. de Hippolyto & Phaedra.
154. Vincentii Phaedra.
155. de Hyacintho.
156. de eodem.
157. de Myrrha, Patrem fugiente.
158. de Calypſo & Didone.
159. de Daphne.
160. Deidamia.
161. de Hecuba.
162. de Lemniadibus.
163. de Pelope.
164. de Caphareo Monte.
165. Pentadii. de Chryſocome.
166. de Progne & Philomela.
167. de iisdem.
168. Progne & Philomela.
169. Festi Avieni. Sirenum Allegoria.
170. Hippodamia.
171. Alceſta.
172. Dido Aeneae.
173. Thema Virgilianum, *Nec tibi Diva parens*, &c.
174. Thema Virgilianum, *Turne, in te ſuprema ſalus*, &c.
175. Locus Virgilianus. *Vivo equidem, vitamque extrema per omnia duco.* v. cl. Coronati.
176. v. c. Coronati. de Medea.
177. Medea. Tragoedia ex Centonibus Virgilianis. a p. 149 — 186. nunc primum producta.

LIB. II.

VIRI ILLUSTRES VEL DOCTI.

Ep. 1. Sardanapali tumulus.
2. Cyri.
3. de Nino.
4. de Semiramide.
5. de Cyro.
6. de eodem.
7. de Alexandro Magno.
8. de Myrina.
9. de Jul. Caeſare.
10. de Pentheſilea.
11. de Perdicca.
12. In Xerxem.
13. in Eumdem.
14. Miltiadis.
15. in Alexandrum.
16. in Eumdem.
17. in Eumdem.
18. Subſcriptum imagini Demetrii Phalerei. M. Terentii Varronis.
19. Reges Romani.
20. de primis Italiae Regibus.
21. de Scaevola.
22. Jugurthae Epitaphium.
23. Aſdrubalis.
24. Q. Fabii Dictatoris Nepotum.
25. in Magnos Duces.
26. Epitaphium Pompejorum.
27. item.
28. ejusdem argumenti.
29. ejusdem argumenti.
30. ejusdem argumenti.
31. ejusdem argumenti.
32. tumulus Pompejorum.
33. ejusdem argumenti.
34. ejusdem argumenti.
35. de Sacris ad evocandum manes Pompeji.
36. de inſepultis claris.
37. Varronis. de Licino.
38. Laconum in Thermopylis caeſorum. ex Simonide.
39. Publii Scipionis.
40. Scipionis Africani.
41. Scipionis.
42. de eodem.
43. Lucius Scipio. Romae repertum an. 1616.
44. P. Scipionis Africani Epitaphium. Ennii.
45. de eodem.
46. Scipionis Africani.
47. C. Licinii Calvi. in Cn. Pompejum.
48. de Catone.
49. de eodem.

Ep. 50. de eodem.
51. de eodem.
52. Porcii Catonis.
53. de ſepulcro Catonis.
54. Attilii Calatini.
55. Rufi Verginii.
56. Nemauſi in Baſe, cui ſtatua inſederat. de Domitio Afro.
57. in Caeſarem.
58. Calvi Licinii. in Caeſarem.
59. in ejuſdem adulteria.
60. in C. Caeſarem.
61. ſubſcriptum ſtatuae C. Caeſaris.
62. in M. Bibulum Conſ.
63. Julii Caeſaris tumulus.
64. Octaviani Auguſti.
65. de Octavio. Virgilii.
66. in Octavianum Auguſtum.
67. C. Caeſ. Octaviani Auguſti.
68. Virgilii Mar. de Auguſto.
69. idem illud diſtichon vindicat.
70. in Caeſ. Octavianum Auguſtum.
71. Ponnani. de pictura Cleopatrae morientis.
72. Germanici Caeſaris, Caligulae patris.
73. in Cl. Tiberium Caeſarem.
74. in eumdem.
75. in eumdem.
76. in eumdem.
77. in eumdem.
78. de Claudio Tiberio Nerone.
79. in Cl. Neronem Imp.
80. in eumdem.
81. in domum Neronis.
82. de Caligula Caeſare.
83. Arcui Romae inſcriptum. de Germanico Druſi Filio.
84. Laus Claudii Caeſaris de Expeditione Britannica.
85. ejuſdem argumenti.
86. ejuſdem argumenti.
87. ejuſdem argumenti.
88. ejuſdem argumenti.
89. ejuſdem argumenti.
90. ejuſdem argumenti.
91. ejuſdem argumenti.
92. in Othonem Imp.
93. Veſpaſiano & Tito.
94. de Domitiano Imp. M. Val. Martialis.
95. Imp. Nervae Trajano D. Nervae F. Dacico, Germanico, C. Julius Lacer.
Ep. 96. Hadriani morientis.
97. Julii Flori. ad Hadrianum.
98. Hadriani reſponſio ad Florum.
99. in Commodum Antoninum.
100. in Peſcennium Nigrum, Septimium Severum, & Clodium Albinum.
101. in eosdem.
102. item.
103. item.
104. in Alexandrum Severum.
105. in eumdem.
106. in eumdem.
107. reſponſio Severi. verſum e Graeco.
108. in Maximinum.
109. in Piſcennium Nigrum Imp.
110. in Diadumenum.
111. in Opilium Macrinum.
112. Macrini reſponſio.
113. in Aureolum.
114. in Conſtantinum Imp. Ablavii Cos.
115. ſupra portam auream Conſtantinopoli.
116. Inſcriptum Obeliſco Conſtantini in Circo Maximo Ro.
117. Inſculptum in latere Obeliſci in Hippodromo Conſtantinopolitano.
118. Militis Batavi. adſcriptum Hadriano Imp.
119. Incerti Auctoris Elegia in Obitum Maecenatis. a p. 251. ad p. 282.
120. Incerti Auctoris alia de Maecenate moribundo Elegia. a pag. 282. ad pag. 287.
121. Pedonis Albinovani Fragmentum de Navigatione Druſi Germanici.
122. P. Virgilii Elegia ad Valer. Meſſalam.
123. in Pompejum.
124. ad Antonium Muſam.
125. Appii Claudii Conſulis.
126. in Aſinium Sempronium Rufum Praetorium.
127. in Sarmentum Scurram.
128. In Caninium Rebilum.
129. in Ventidium Baſſum.
130. de Sabino.
131. de Maevio, qui tempore belli Civilis fratrem ignarus interfecit.
132. item de eodem.

133.

Ep. 133. Senarii, Viri Illuſtris.
134. M. Petilii Proceſſi, Cauſſidici Romani, ſedis Praetorianae Togati.
135. de Boëthio.
136. Gerberti Epiſcopi Ravenn. poſt Pontific. Rom. ſub Ottone III. Imp. de Boëthio.
137. Symmachus de Boëthio.
138. Helpes uxor Boëthii.
139. Sexti Petronii Probi, & uxoris Probae.
140. Aniciae Probae.
141. Valerio Proculo V. C. Praeſidi provinciae Val. Byzac.
142. eidem.
143. Q. Aurelii Symmachi, de Acindyno.
144. Ejusdem. de Baulis & ſeipſo.
145. Aradius Rufinus.
146. Valerius Proculus.
147. Anicius Julianus.
148. Petronius Probianus.
149. Verinus.
150. Ulpius Egnatius Faventius.
151. Optatus Caſſius Optionis F.
152. Ludovici II. Lotharii Imp. F. Ludovici Nep. D. M.
153. Henrici III. Imp.
154. Ataulphi, Gothorum Regis.
155. Cornelii Severi. de Cicerone.
156. Laureae Tullii. de Ciceronis villa Academia.
157. Valeriani. de Cicerone.
158. M. Tullii Ciceronis Tumulus per XII. Scholaſticos Poëtas. Euphorbus. I.
159. Julianus. II.
160. Hilasius. III.
161. Palladius. IV.
162. Asclepiadius. V.
163. Eusthenius. VI.
164. Pompejanus. VII.
165. Maximianus. VIII.
166. Vitalis. IX.
167. Vomanus. X.
168. Asmenus. XI.
169. Basilius. XII.
170. Epitaphium Ciceronis.
171. De Lucretia. Modesti.
172. de eadem.
173. De Operibus Virgilii. Incerti.
174. C. Sulpicii Apollinaris, Grammatici, in Aeneïdem Virgilianam.
Ep. 175. Imitatio ejusdem, Phocae Grammatici, ex fragmento Vitae Virgilii.
176. De morte Virgilii & Aeneïde, verſus adtributi Corn. Gallo, ſed Scholaſtici poëtae; imitati ex Sulpitio Carthaginensi.
177. Alcimi. de Virgilio & Homero.
178. Alcinoi. de Virgilio.
179. Laus Virgilii.
180. Incerti. de Eodem.
181. de Homero & Virgilio.
182. de Homero.
183. de Aſino, qui Aeneïdem dentibus diſcerpſit.
184. de Aeneïde veteris Scholaſtici poëtae verſus, ſub nomine Auguſti Caeſaris.
185. Eorumdem verſuum Scholaſticae imitationis per Focam Grammaticum, ex vita Virgilii, Fragmentum.
186. P. Virgilii Maronis Vita a Foca Grammatico verſibus edita.
187. Turcii Rufii Aproniani Asterii v. c. et inl. de codice Virgilii a ſe emendato.
188. Argumenta omnium Operum Virgilii.
189. Incerti Poëtae Tetraſticha in Georgica.
190. in Aeneïdem Monoſticha Basilii.
191. Alia Monoſticha in XII. Libros Aeneïdos.
192. Alius cujusdam Scholaſtici Poëtae Argumenta in Aeneïdem, ſub nomine Ovidii.
193. Tetraſticha in omnia Virgilii Opera, inedita ex V. C. Auſonii Voſſiano.
194. Argumenta in Aeneïdem per Hexaſticha. duplo auctiora ex eodem Codice Voſſiano.
195. XII. Scholaſticorum in Aeneïdem.
196. eorumdem Epitaphia Virgilii, per Tetraſticha.
197. item per Diſticha, eorumdem, ex argumento diſtichi Virgiliani, *Mantua me genuit*, &c.
198. Epitaphium Virgilii.
199. Subſcriptum Imagini Virgilianae. Hilasii.

200.

Ep. 200. idem Ejusdem.
201. Idem Ejusdem.
202. In Virgilium. Incerti.
203. in eumdem. Pentadii.
204. in eumdem.
205. Aliud.
206. Aliud.
207. Homeri. M. Terentius Varro.
208. Steſichori.
209. Euripidis.
210. Sapphûs.
211. Menippi Cynici. Varronis.
212. de Democrito. ex Laberii Reſtione.
213. Puppii Poëtae Tragoediographi.
214. M. Attii Plauti Sarſinatis.
215. Porcii Licinii.
216. Q. Ennii.
217. ejusdem Q. Ennii Rudini.
218. M. Pacuvii.
219. Cn. Naevii.
220. P. Terentii.
221. P. Terentii Comici. C. Jul. Caesar Dictator.
222. Ejusdem. M. Tull. Ciceronis in Limone.
223. Volcatius Sedigitus de Poëtis Comicis.
224. Ad Q. Horatium Flaccum. C. Maecenas Cilnius eques Rom.
225. Ad Eumdem. C. Maecenatis cilnii eq. Rom.
226. Ovidii Epitaphium.
227. Albii Tibulli Equitis Rom. Domitius Marsus.
228. L. Annaei Senecae.
229. M. Annaei Lucani.
230. Caesaris. de Libris Lucani.
231. de Lucano.
232. C. Criſpi Salluſtii.
233. P. Statii.
234. Statii Epitaphium.
235. de Petronio Arbitro.
236. C. Aurelii Romuli. in A. Gellium.
237. Incerti.
238. Furii Bibaculi. de Valerio Catone Grammatico.
239. Ejusdem. de Eodem.
240. de Valerio Catone Grammatico & Poëta, Furius Bibaculus.
241. Asinii Galli. in M. Pomponium Marcellum Grammaticum.
242. Virgilii. in C. Annium Cimbrum Rhetorem.
Ep. 243. Ejusdem ad Rhetores tumidos.
244. in Noctuinum.
245. in Eumdem.
246. in Lucium.
247. Domitii Marsi in Cicuta, de Bavio Curatore.
248. de Serrano, Vegeto, & Herogene.
249. de Criſpo.
250. in Commentarium L. Crassitii Grammatici in Smyrnam C. Helvii Cinnae.
251. C. Helvii Cinnae.
252. de Cornelio Celſo.
253. C. Plinii Secundi. de Libris Aſinii Galli, & Epigrammate Ciceronis.
254. Sentii Augurini. de Plinio Secundo.
255. Incerti. in Curii Fortunatiani Rhetoricam.
256. Phocae Grammatici. de Arte ſua.
257. Citerii Sidonii Syracusani. de tribus paſtoribus.
258. Adriani Imp. de trium Amazonum pugna.
259. Aliud ſimile, de Scaeva, Rufino, Ati.
260. Euriali Moranii Asculani.
261. de Literarum Aeternitate.
262. Aliud, eodem argumento.
263. Item. de Muſarum perennitate.
264. Incerti. de inventione Literarum.
265. Incerti.
266. C. Caecilii Plinii Secundi. de ingenio humano per artes eruditas poliendo.
267. Fl. Alphii Aviti Fragmentum de Ludi magiſtro Principum Faliſcorum liberos Camillo prodente.
268. De Ludi Magiſtro.

LIBER III.

Ep. 1. In Graeciae ruinam.
2. in Athenas & alias urbes.
3. Urbis Romae ruina.
4. Aliud.
5. Aliud ejusdem argumenti.
6. De ruinis villae Luculli.
7. de Delo.
8. de Tigride. ex Neronis Troicis.

Digitized by Google

Ep. 9. Fragmentum de Gentibus Caucaſeis.
10. ad Feltriam.
11. L. Annaei Senecae. ad Cordubam patriam.
12. Ejusdem. adCorſicam.
13. Ejusdem. de Eadem.
14. de Amphitheatro vicino mari.
15. de Circo.
16. de Priſco & Vero Gladiatoribus. M. Valerio Martiali adſcriptum.
17. Ejusdem. de dama & canibus Fragmentum.
18. Ejusdem. ad Caeſarem Domitianum.
19. Super Muros Aſulae Caſtelli.
20. Incerti. de Treviris.
21. Interamnae, Umbriae ad Narem Fl. oppido.
22. de Urbe Albingauno, a Conſtantio Comite inſtaurata.
23. Inſcriptum ſtatuae viri illuſtris. Fragmentum. Sueſſae.
24. de Ponte viae Salariae.
25. de puteo excavato in montis jugo.
26. de Fonte.
27. de Balneo Hildrici Regis.
28. Regiani de Bajis.
29. Urſi Togati Pilicrepi.
30. de Balneis.
31. item de Balneis.
32. Luxurii. de Aquis calidis Cernenſibus.
33. De Thermis Alianarum.
34. de Thermis Alianarum. Felicis V. C.
35. Aliter ejusdem.
36. Aliter ejusdem.
37. Aliter. ejusdem Felicis V. C.
38. Regiani. de Thermis.
39. de Thermis.
40. Aliter.
41. Verſus Balneorum.
42. de Balneis.
43. Aliter. de iisdem.
44. Aliter. de iisdem.
45. Aliter. de iisdem.
46. Aliter. de iisdem.
47. de Balneis cujusdam Pauperis.
48. Aliter.
Ep.49. Aliter.
50. de Lavacro.
51. de Laudibus Hortuli. Vomani.
52. de Luco Amoeno.
53. Aliter. Regiani.
54. Deſcriptio Loci Amoeni.
55. Item.
56. M. T. Ciceronis, vel Laureae Tullii. de Fundo.
57. Auli septimii Sereni. de Agro.
58. Rufus Festus Avienus V. C. Flaviano Murmecio V. C.
59. Avieni V. C. ad Amicos de Agro.
60. de Vita tranquilla.
61. Item.
62. Item. de Navigatione.
63. Item. ejusdem Argumenti.
64. de vita humiliori.
65. de privatae vitae commodis.
66. Item.
67. Item.
68. Item.
69. Item.
70. Item.
71. In Avaritiam & Cupiditatem. M. Terentii Varronis.
72. Ejusdem.
73. Incerti.
74. Sulpicii Luperci servasti Junioris. de Cupiditate.
75. de Ratione Tabulae. Verſus ſenis verbis & literis, XII. Scholaſticorum Poëtarum, Palladii, Asclepiadii, Eusthenii, Pompejani, Maximiani, Vitalis, Basilii, Asmeni, Vomani, Euphorbi, Juliani, Hilasii.
76. de Tabula.
77. Item. de Tabula.
78. Aliud. de Tabula.
79. Aliud. de Tabula.
80. de Tabula picta.
81. de Alea. carmen ex Centonibus Virgilianis.
82. Incerti. Elegia de Spe.
83. de Vino. M. Terentii Varronis.
84. de Vino & Laetitia.
85. de Venere & Vino. Basilii.
86. de Venere, Vino, & Balneis.
87. de Vino.

* * * * * * * * *

88.

Ep. 88. de Amore Feminarum.
89. Rufini verſus Anacyclici de Amore.
90. Alani. de Temperantia.
91. de Ira.
92. Caelii Firmiani Symposii. de Livore.
93. Pentadii. de vita Beata.
94. Lindini. de Aetate.
95. De qualitate temporis. Senecae.
96. Epicteti.
97. Sulpicii Luperci Servasti Junioris. de Vetuſtate.
98. de Deſidia & Labore.
99. Apuleji.
100. M. Terentii Varronis. de Fortuna.
101. C. Laberi Mimi. de eadem.
102. Ejusdem C. Laberii.
103. Porphyrii Poetae. de eadem.
104. Caelii Firmiani Symposii. de Fortuna.
105. Pentadii. de Fortuna.
106. Elegia de Fortuna Viciſſitudine.
107. de Virtute. M. Ter. Varronis.
108. Lucilii. de eadem.
109. Septem Sapientum Sententiae.
110. Monoſticha de Moribus.
111. Floridi.
112. Ejusdem.
113. Ejusdem.
114. Ejusdem.
115. Ejusdem.
116. de Ratione vitae inſtituendae.
117. de Univerſo.
118. de Deo.
119. C. Petronii Arbitri. in Superſtitionem.
120. Ejusdem. de vitando Faſtidio.
121. Ejusdem. de Uxore.
122. Ejusdem.
123. Ejusdem.
124. Ejusdem Exhortatio.
125. Ejusdem. de Aulicorum vanitate.
126. Petronii Arbitri.
127. Ejusdem Petronii Protrepticon.
128. item Ejusdem.
129. Ejusdem.
130. Ejusdem Petronii Arbitri.
131. Ejusdem.
132. Publii Syri Mimi. in Luxum.
133. Petronii Arbitri.
134. Ejusdem.
Ep. 135. Q. Ennii Phagesiorum Fragmentum.
136. Lucilii.
137. Petronii Arbitri.
138. Ejusdem.
139. Ejusdem.
140. Petronii Arbitri. in tenuis fortunae homines.
141. Ejusdem Petronii.
142. P. Virgilii Maronis.
143. Ejusdem P. Virgilii Maronis.
144. Menſae Inſcriptum.
145. in garrulitatem.
146. Epicuri.
147. M. Ter. Varronis.
148. Ejusdem.
149. C. Cilnii Maecenatis.
150. Lucilii Junioris.
151. Senecae exsulis Querela ad Invidum.
152. Ejusdem ad Amicum Criſpum.
153. Ejusdem Querela.
154 Ejusdem Querela in eum, qui maligne jocatur.
155. Ejusdem Senecae Votum.
156. Poſtulatio Muneris.
157. Senecae. ex Cleanthe.
158. C. Petronii. de Amicitia.
159. In Malevolum.
160. Incerti. in partes humani corporis.
161. De eo, qui numquam niſi in depoſitione filii pavit.
162. de Aegyptio.
163. Aliter. de Aegyptio.
164. in Pygmaeum clamoſum & furioſum.
165. in Graeculum a cane interfectum.
166. Tullii Marci.
167. de Arzugitano poëta.
168. de Lenone uxoris ſuae.
169. ad Lenonem Comitiacum.
170. In Martium Cinoedum.
171. In Caballiram meretricem.
172. de duabus Sororibus, meretriculis ex Illyrico, Gentia & Chloë, quae Romana caſtra cum matre lena ſequebantur.
173. de Viro, quem mulier caedebat.
174. L. Apuleji.
175. de Eunucho.
176. Aliter. de Eodem.
177. Pulicis. de Hermaphrodito.

178.

Ep. 178. de Pantomimo.
179. de Funambulo.
180. Item. de eodem.
181. de Citharoedo.
182. Aliud. de Eodem.
183. de Baſterna.
184. de Pyrrieha.
185. de Eo qui molat.
186. de Equa Philagri Advocati, inſultatio pro Concubitu.
187. Aliter. de Eodem.
188. de Diſcipulo Medici.
189. Cn. Mattii Fragmentum ex Mimiambis.
190. Incerti. de Electione conjugii. Imitatio Scholaſtica.
191. Votum, de Amore.
192. Quod non ſevera carmina ſcribat.
193. Item. Exeuſatio ſeverioris materiae.
194. Item.
195. de Ea, quam amat.
196. ad Gallam.
197. de Diſſidio. ad Deliam.
198. Luſus Amatorius.
199. in Munditias.
200. in Recuſantem.
201. Item.
202. de Tinnitu auris. ad Deliam.
203. ad Nealcen.
204. de Divite formoſa, generoſa, inpudiea.
205. ad Cupidinem.
206. ad Deliam.
207. Donum ab Amica miſſum.
208. de Malis Matianis.
209. de Malis Matianis. laus.
210. Aliter. vituperatio.
211. Alcimi. de donis a Lesbia miſſis.
212. Ejusdem.
213. ad Deliam.
214. de Heſperiae faſcia.
215. de Eadem.
216. de Eadem.
217. ad Laïdem.
218. ad Juliam.
219. ad Lydiam.
220. Petronii. de Amoris Voluptate.
221. Ejusdem.
222. Ad quamdam virifugam.
223. de eretata Sertoriae facie.
224. Petronii. de venuſtate & gratia formae.
Ep. 225. Quomodo potiundum. C. Petronii Arbitri.
226. Ejusdem.
227. de Pueri amore.
228. de Puero amato.
229. Apuleji. ad Critiam.
230. Ejusdem.
231. Apuleji Ἀνεχόμενος. ex Menandro.
232. Incerti Paſiphaës Fabula. ex omnibus metris Horatianis.
233. de Marco filium amante.
234. de Venere Praxitelis.
235. ad Aquilam.
236. de Columbarum nido in galea.
237. in Imaginem puellae formoſae.
238. in imaginem puellae.
239. Incerti Auctoris. ex Platone.
240. Q. Catuli. in Roſcium.
241. Ejusdem.
242. Valerii Aeditui.
243. Ejusdem.
244. L. Pomponii. in adoleſcentem Caſcam.
245. L. Manilii. in eumdem.
246. Portii Licinii.
247. C. Caesaris Octaviani Augusti.
248. Virgilii. ad Varium.
249. Ejusdem. ad villam Scironis.
250. ad Tuccam.
251. Sulpiciae.
252. Fragmentum.
253. Peronii.
254. Excuſatio laſcivioris materiae. C. Petronii Arbitri.
255. Ejusdem.
256. Ejusdem.
257. Ejusdem.
258. Galieni Imperatoris. ad Sponſos Adlocutio.
259. Aviti Adlocutio Sponſalis.
260. Epithalamium.
261. ad Flaccum.
262. de Urſidio.
263. in Flaviam Rufillam, puellam formoſam.
264. ad Sabellum.
265. Floridi.
266. de Theide & Mela.
267. in ſtatuam Satyri & Pueri.
268. in puerum formoſum. Virgilii vel Ausonii.
269. ejusdem argumenti.

Ep. 270. in Niſum.
271. INCERTI. in Julianum caſtratum.
272. Senis Poëtae ad Puellam.
273. Puellae reſponſio.
274. in Senectutem amori inertem.
275. Elegia ad Virginem nimis cultam.
276. de Cythera.
277. de die frigido.
278. Verba Amatoris ad Pictorem.
279. Amans Amanti.
280. Reſcriptum.
281. TUCCIANI. de Amatoriis Cantilenis.
Ep. 282. EJUSDEM.
283. ETEMUNDIS.
284. Arbor de Se & Nympha.
285. Item.
286. Item.
287. Item.
288. INCERTI. de Roſis.
289. EJUSDEM. de Roſa.
290. EJUSDEM. de Roſis.
291. FLORI. de Roſis.
292. INCERTI. Idyllium de Roſa.
293. Copa. INCERTI AUCTORIS.

A N-

ANTHOLOGIAE
VETERUM LATINORUM
EPIGRAMMATUM
ET
POËMATUM
LIBER PRIMUS.

EPIGR. I. *Dii* XII. *Selecti*. Q. ENNII.

Juno, Veſta, Ceres, Diana, Minerva, Venus, Mars,
Mercurius, Jovi', Neptunus, Volcanus, Apollô.

EP.

EP. I. *Juno, Veſta,* &c.] Non magis pertinuerunt ad hunc locum iſta Ennii ex Marciano Capella, quam illa Q. Valerii Sorani ex eodem, & ex B. Auguſtino,

Jupiter omnipotens, regum, rerumque, Deûmque
Progenitor, genetrixque Deûm, Deus unus & omnis.

Et vero, ſi rectum ſerio amamus, fateamur potius debuiſſe etiam in hac collectione omitti illa Lucilii, Ennii, Varronum, Sereni, Maecenatis, Galli, majorum operum fragmenta, quae nec Epigrammatis, nec Poëmatii nomen ſatis ferunt, & ſuam operam deſiderant: Sed & Propertii, Tibulli, Naſonis pauca quaedam, quae inter ipſorum ſcripta leguntur. Porro Amatoria & laſciva pridem a nobis alio relegata ſunt, & inter Maſſilienſium hortos, ſua quadam inſula concluſa. Chriſtiana Franc. Jurctus, vir pietate & eruditione ſingulari, edenda ſuſcepit, cui & nos olim, quicquid ejus generis habuimus, lubentes merito commiſimus. Et tamen utriusque notae inter iſta quoque irrepſiſſe quaedam non negaverimus. Maluiſſemus etiam in alium locum rejecta plura non modo dubiae vetuſtatis, ſed & recentiora ac noſtri fortaſſis ſaeculi, quae ex adverſariis licet per rerum ocia, ſine delectu tamen prout quaeque occurrerant, congeſtis facile irrepſerunt, ejus potiſſimum incuria, qui ea primum excerpenda & in mundum redigenda ſuſceperat. Id dolemus impoſuiſſe non ſemel Joannis Obſopoei Brettani, viri doctiſſimi, fidei ac diligentiae, cui tamen haec editio multum debet, plus etiam debitura, ſi notas accuratiores tumultus ei Gallici non invidiſſent. Illae dum expectantur, datum eſt hoc librariorum precibus, ut quae inter curſim relegendum forte occurrerant, erratorum (quae illi vocant) loco adjicerentur. Nam emendatorum rationem reddere, aut unde quaeque ſumpta ſunt, notare, temporis ratio paſſa non eſt: ac potius verendum nobis fuit, ne Encolpius aliquis Eumolpi phreneſim intempeſtive muſinantibus objiceret. P. PITHOEUS. Edidit hos Ennii verſus Pithoeus Lib. I. Epigr. vet. pag. 1. & Scalig. Lib. I. Catalect. pag. 222. depromtos ex Apulejo de Deo Socratis pag. 8. ed. Mercer. & Martiano Capella Lib. I. pag. 15. ſed apud quem legitur,

Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jupiter, Neptunus, &c.

Sed *Jovis* vel *Jovi'* verſu ſecundo ſcribendum notavit G. J. Voſſius tam in exemplari ſuo, quod eſt in Biblioth. Leidenſi, quam Lib. I. de Analog. cap. 48. & vid. Ciofan. ad Ovid. XIII. Met. 27. Illuſtrarunt hoc Epigramma, & quae de XII. his Diis *magnis* ſeu *Conſentibus*, quos *Selectos Deos* vocat Auguſtin. Lib VII. de C. D. cap. 2. apud veteres occurrunt, larga manu Columna ad Ennium pag. 164. & 165. Galeus ad Jamblichum pag 304. Elmenhorſt. & Herald. ad Arnob. Lib. III. p. 123. Schottus Lib. II. Nodor. Cicer. 14. Vorſt. & Tanaq. Faber ad Juſtin. XI. cap. 5. Cuper. in Harpocr. pag. 69. & Davieſ. ad Cic. 1. Tuſc. cap. 13.

EP.

Digitized by Google

Ep. II. *Cui rei ſingula Numina praeſint.*

Mars gravis armorum, Pluto moderator Averni eſt,
Neptunus maris imperio dominatur: in aſtris
Imperium Jovis eſt: regnat vacuo aëre Juno.

Ep. III. Incerti.

Jupiter aſtra, fretum Neptunus, Tartara Pluto
Regna paterna tenent, tres tria, quiſque ſuum.

Ep. IV. *De Jove.* Q. Valerii Sorani.

Jupiter omnipotens, rerum, Regumque, Deûmque
Progenitor, genetrixque Deûm, Deus unus & omnis.

Ep. V. Apuleji.

Jupiter omnipotens eſt primus & ultimus idem,
Jupiter eſt caput & medium. Jovis omnia munus.
Jupiter eſt fundamen humi, ac ſtellantis Olympi,
Jupiter & mas eſt, & neſcia femina mortis.

Spiritus

Ep. II. *Mars gravis armorum* &c.] Produxit hos verſus, antiqua manu adſcriptos margini codicis cujuſdam vetuſti, Barthius ad Stat. III. Theb. 436. eosque non inferioris aevi eſſe putat.

Ep. III. *Jupiter aſtra* &c.] Habet Binetus in Epigr. vet. p. 13. Pithoeus pag. 2. & refertur inter Petronii Catalecta ſub titulo, *de diviſione orbis inter Saturni filios.* Producit quoque G. Fabricius ad Virg. Lib. I. Aen. 223. *regna tria* Jovis, Neptuni, & Plutonis pariter vocantur Senecae in Hippolyto v. 1212.

Sidera & manes, & undas ſcelere complevi meo.
Amplius ſors nulla reſtat: regna me norunt tria.

& Herc. Oet. v. 1127.

—— quis Superis locus?
Pontum, ſidera, Tartara,
Regna unus capiet tria.

vide Freher. ad Auſonii Moſell. v. 80. & Claver. ad Claudian. 1. Rapt. Proſerp. 100.

Ep. IV. Q. Valerii Sorani.] Adſcripſerat exemplari ſuo Scriverius. Hos Valerii Sorani verſus ex Varronis Libro de Cultu Deorum adfert Auguſtin. Lib. VII. de Civit. Dei cap. 9. apud quem tamen legitur:

Jupiter omnipotens Regum Rex ipſe Deusque.

ubi Ludovicus Vives, qui de Valerio hoc Sorano iſtic nonnulla collegit, notat in antiquis codicibus verſum priorem ſic haberi:

Jupiter omnipotens regum, rerumque Deûmque.

quomodo paullo poſt in cap. XI. ubi denuo hunc verſum ad partes vocat Auguſtinus, legitur. Priorem tamen lectionem ſecutus eſt Scaliger in Varronis Fragment. pag. 51. & Voſſ. de Poët. Latin. pag. 20, neque male etiam diſtinctione adjuvandos eſſe hos verſus putabat Rivinus ad Pervigil. Vener. pag. 104. hunc in modum:

—— Regum rerumque Deûmque
Progenitor, genitrixque; Deûm Deus unus & omnis.

cui ſubſcribendum eſſe opinor, modo priore in verſu legatur:

—— Regum rex ipſe, Deûmque
Progenitor &c.

vel etiam diſtingui poſſet:

Jupiter omnipotens rerum, Regumque Deûmque
Progenitor, &c.

ut profert Columna ad Ennium p. 146. ubi habetur: *Divumque hominumque Pater rex*, & *pater divumque hominumque*, de Jove.

Ep. V. Apuleji. *Jupiter omnipotens* &c.] Carmen hoc, quod nec in Pithoei aut Scaligeri Catalectis occurrit, ex Orpheo Latine verſum legitur apud Apulejum de Mundo pag. 411. ed. Colvii. Sed non ſunt Apuleji verſus, verum a primis editoribus intruſi; certe in nullis MSS. aut editionibus vetuſtis, ut Romana, Vicentina, Aldina, Juntina, aliisque conſpiciuntur; ut me monuit Celeb. Oudendorpius: neque eos in Florentino aut Leidenſibus MSS. exſtare teſtatur Elmenhorſtius in notis pag. 102. proinde recte a Scriverio omiſſi ſunt. nam alii verſus, quos in ſua editione dedit Vulcanius pag. 238. quique incipiunt, *Primus cunctorum eſt & Jupiter ultimus idem*, & ſeqq. ſunt ipſius Vulcanii. unde deceptus Boxhornius ad Plutarch. Quaeſt. Rom. pag.

Digitized by Google

Spiritus eſt cunctis, validi vis Jupiter ignis,
Et pelagi radix, Sol Luna eſt Jupiter ipſe.
Omnipotens Rex eſt; rei omnis Jupiter ortus.
Nam ſimul occuluit, rurſum extulit omnia leto,
Cörde ſuo e ſacro, conſultor lumine rebus.

EP. VI. CALLIMACHI, *imagini inſcriptum Jovis.*

Quaenam haec forma? Dei. Cur verſa eſt? fulgura lucis
Divinae non fert debilis haec acies.
Quid vero exiſtit tamquam uno e corpore corpus?
Hic amor eſt. Si amor eſt, cur videt? At Jovis eſt.
Cur ita conplicitis alis? numquam evolat. At cur
In ſe convertit tela? ſui ille amor eſt.
Cur ferro ſine tela gerit? Quia vulneris expers
Ille eſt. at veſter vulnerat & cruciat.

EP. VII. *De Jove in Pluteo.*

Flexilis obliquo ſinuatur circulus orbe,
Incluſumque gerit machina ſacra Jovem.
Vana ſub adſpectu duxit mendacia pictor,
Orbis rectorem quis probat orbe tegi?

EP.

pag. 134. eos tamquam ab ipſo Apulejo Latine verſos perperam producit, & ſic Borremanſ. in Var. Lect. cap. v. pag. 41. & 42. ubi proferunt inſcriptionem veterem, JOVI SOLI INVICTO SERAPIDI, ex qua Cl. Otto de Tutel. Viar. pag. 114. conjiciendum putabat Jovem cum Sole eumdem eſſe, qui etiam male hemiſtichium *Sol Jupiter ipſe*, deſumtum ex Virgilii Catalectis adducit. vide quae ea de re diſputantur in Obſerv. Miſcell. Vol. VI. Tom. III. p. 481. unde patebit, verſum illum dimidiatum Pictorii eſſe, qui carminis hujus verſum ſextum ita vertit:

Et pelago radix, Sol Luna, eſt Jupiter ipſe.

quem ſub Apuleji nomine, ita ut in Vulcanii editione legitur, eruditus Obſervationum auctor profert. Dici tamen debet, Viro Clariſſimo ſic praeiviſſe Illuſtrem Cuperum, qui in Harpocrate pag. 88. adducto itidem Macrobii loco de Jove per *Solem* intelligendo, ſequentes hos ex Catalectis Pithoei profert verſus:

Sol facies mundi, coelique volubile templum,
Sol Liber, Sol alma Ceres, Sol Jupiter ipſe.

Sed ille recte, ut vides, adducit non ex Virgilii Catalectis a Scaligero editis, ſed ex Catalectis Pithoei, apud quem exſtant in Carmine in laudem Solis pag. 446. In inſcriptione autem illa, ut hoc addam, Jovem cum Sole non conjungendum, ſed ut in Miſc. Obſ. bene explicatur, copulam ſubintelligendam eſſe, JOVI ET SOLI INVICTO, patet etiam ex alia inſcriptione, quam ibid. p. 133. profert Boxhornius, ubi habetur: SOLI INVICTO ET LUNAE AETERNAE. nulla Jovis mentione.

EP. VI. *Quaenam haec forma?*] Dubiae eſt vetuſtatis. Scida unde habuimus, ex Italico exemplari ſumptum teſtabatur. PITHOEUS. Eſt carmen recens Italici Poëtae. SCRIVER. Legitur apud Pithoeum p. 2. Sed recte de vetuſtate hujus Epigrammatis dubitant viri eruditi. quibus adſentitur Cuperus in Harpocr. p. 88. Neſcio an non ex Marulli ingenio profluxerit, apud quem non pauca ſimilis monetae Epigrammata ad dialogiſmi formam conpoſita. Alia Italorum Epigrammata, quae his Catalectis inrepſerunt, ſuo loco videbimus. Exhibet hoc tamen ex Pithoeo, tamquam vetus eſſet, Fabricius in Biblioth. Gr. Vol. II. pag. 485. ubi de Callimachi Epigrammatibus agit; ſed nihil de carmine hoc ſubjungit, unde colligere poſſumus, an e Callimacho verſum, aut antiqui poëtae foetum eſſe exiſtimaverit.

EP. VII. *Flexilis obliquo* &c.] Hoc Epigramma, & reliqua quatuor ſequentia inedita promimus ex Schedis Salmaſii, manu N. Heinſii deſcriptis. In Codice Divionenſi habentur Lib. I. ſed diverſis in locis; ex quo etiam Epigramma de Cycno & Leda, tum de Ganymede a Jove rapto addidimus.

 EP.

Digitized by Google

EP. VIII. *De Ganymede.*

Captus amante puer aquila moderante pependit,
Inſamavit aquas captus amante puer.

EP. IX. *De Jove in Cygnum converſo.*

Cygneas genitor geſtans poſt fulmina pennas
Dulcia diffundit carmina virginibus.
Quem retinens Leda, prenſo cum gaudet olore,
Amiſſa agnovit virginitate Jovem.

EP. X. *De Cygno & Leda.*

Carmine dulcis olor dum virginis otia mulcet,
Texit furta Jovis carmine dulcis olor.

EP. XI. *De ovo Ledae.*

Ledaei partus ovo monſtrantur aperto,
In cygnum verſo a Jove quos tenuit.
Una tribus genetrix, ſed ſors diverſa creatis,
Sidera pars faciet, pars fera bella Phrygum.

EP. XII. *De Europa a Jove rapta.*

Terga bovis credens Europa, adſcendit alumni,
Inſeditque Jovi, non reviſura patrem.
Fraude ſuos genitor celat vel conplet amores,
Nam Deus in tauri corpore praedo latet.

EP. XIII. *Aliter.*

Europam, taurum mentitus, Jupiter aufert,
Virgineos ardens pandere fraude ſinus.
Humani tandem venia donentur amores,
Si tibi, ſumme Deûm, dulcia furta placent.

EP.

EP. XII. *Terga bovis* &c.] Producit Tollius ad Palaephatum p. 192. & primo verſu male *bovi.* ultimo *praedo* exhibet. recte. & ita in Schedis Divionenſibus. *praeda* in Salmaſianis. Sic infra in fine Ep. XIV.

Perfidus alta petens adducta virgine praedo.

verſu ſecundo *reviſura* metro adverſatur. forte *non reditura patri.* pro, ad patrem, Agenorem nempe.

EP. XIII. *Europam, taurum mentitus, Jupiter aufert*] Sic tranſponendum cenſebat Cl. Oudendorpius. in Schedis erat, *Mentitus taurum Europam* &c.

vs. 3. *Humani tandem venia* &c.] Ita emendaveram corruptam Schedarum Salmaſianarum ſcripturam, in quibus legebatur,

Humanam tandem veniam donentur amori.

niſi quis praeferat,

Humano tandem veniam donemus amori.

Sed priorem correctionem inveni poſtea confirmatam a Codicis Divionenſis Excerptis. Similis coloris ſunt iſta in prolixo carmine de concubitu Martis ac Veneris, quod infra nobis exhibendum erit:

O rerum male tuta fides, ô gaudia & ipſis
Vix ſecura Deis! quis non, cum Cypris amaret,
Praeſide ſub tanto tutum ſperaret amorem?
Criminis exemplum ſi jam de numine habemus,
Quid ſperet mortalis amor?

Sic ſaepe apud Poëtas exemplo Jovis crimina ſua & furtivos amores velant, & licentiam iis praetexunt amantes, exaggerando Jovis ipſius *furta*, verbo hac in re proprio: ut ſupra Ep. x.

Texit furta Jovis carmine dulcis olor.

Idem Helenae Paris perſuadet apud Ovid. Epiſt. XVI. v. 289.

Jupiter his gaudet, gaudet Venus aurea furtis,
Haec tibi nempe patrem furta dedere Jovem.

elegantiſſimus locus eſt apud Terentium in Eunucho Act. III. Sc. 5. v. 35. & ſeqq. ubi Chaerea loquitur:

—— Dum apparatur, virgo in conclavi ſedet
Suſpectans tabulam quandam pictam, ubi inerat pictura haec, Jovem

— *Quo*

EP. XIV. *Europa a Jove rapta.*

Vulneris inpatiens hominum rerumque repertor,
Et faciem tauro propior deſcendit ad undas,
Europam nivei ſolatur amore juvenci:
Dulcibus illa quidem inlecebris in litore ſicco
Luſerat, inſignis facie, candore nivali.
Saucius at quadrupes ſaltus ingreſſus apertos
Forte fuit juxta ſuperi regnator Olympi;
Obtulerat qui ſe ignotum venientibus ultro
Virginibus Tyriis aurata fronte juvencum:
At circum late comites per litora paſſim

Diffu-

Quo pacto Danaae miſiſſe ajunt quondam in gremium
imbrem aureum &c.
Deum ſeſe in hominem convertiſſe &c.
At quem Deum! qui templa coeli ſumma ſonitu concutit;
Ego homuncio hoc non facerem, ego illud vero ita feci,
ac lubens.

quae ultima conveniunt cum illis Ovidii II. Met. 849.

Ille pater rectorque Deûm, cui dextra triſulcis
Ignibus armata eſt, qui nutu concutit orbem,
Induitur faciem tauri &c.

Vide Ariſtophanem in Nubibus v. 1077. & illic notas Steph. Bergleri. Catullus carmine LX. ad Manlium:

Rara verecundae furta feremus herae.
Ne nimium ſimus ſtultorum more moleſti:
Saepe etiam Juno maxima Coelicolum
Conjugis in culpa flagravit quotidiana,
Noſcens omnivoli plurima furta Jovis;
Atqui nec Divis homines componier, aequum eſt.

Ita Propertius Lib. II. El. 2. v. 56. ut legunt nonnulli:

Cur haec in terris facies humana moratur,
Jupiter, ignoſco priſtina furta tua.

& Eleg. XXX. v. 28.

Illic adſpicies ſcopulis haerere ſorores,
Et canere antiqui dulcia furta Jovis.
Ut Semele eſt combuſtus, ut eſt deperditus Io,
Denique ut ad Trojae tecta volarit avis.

Maximianus eodem colore Eleg. V. v. 45.

Nec memorare pudet tali me vulnere victum,
Subditus his flammis Jupiter ipſe fuit.

adpoſitus eſt Arnobii locus de Jovis amoribus Lib. V. pag. 170. quem adſcribam, quia omnia illa Jovis furta, quae his continentur Epigrammatibus, etiam enumerat: *Quid tantum, quaeſo, de vobis Jupiter iſte, quicumque eſt, meruit, quod genus eſt nullum probri infame, adulterium nullum, quod in ejus non caput, velut in aliquam congeratis vilem luteamque perſonam? Matrimonii prodidit jus Leda: Jupiter eſſe dicitur auctor culpae: Virginitatem Danaë cuſtodire nequivit: Furtum eſſe narratur Jovis. Ad mulieris nomen properavit Europa: expugnator pudicitiae idem eſſe jactatur. Alcmena, Electra, Latona, Laodamia, mille aliae virgines, ac mille matres, cumque illis Catamitus puer pudoris ſpoliatus eſt honeſtate: eadem ubique eſt Jupiter fabula, neque ullum turpitudinis genus eſt, in quo ejus non nomen conſociatis libidinibus inſeratis.* Sabinus Epiſt. III. Paridis v. 35. de Amore:

Inperat ille Deis: cum vult, in cornua tauri,
Cum vult, in pennas deſtruit ille Jovem.
Non foret in terris tanto miracula decore
Tyndaris (heu flammis nata puella meis!)
Si ſua non cycno mutaſſet Jupiter ora:
Finxerat in Danaës aureus ante ſinus.

eoſdem Jovis amores innuit, & Ipſi exprobat Polyaenos apud Petronium cap. 126.

Quid factum eſt; quod tu projectis, Jupiter, armis
Inter coelicolas fabula muta taces?
Nunc erat a torva ſubmittere cornua fronte,
Nunc pluma canos diſſimulare tuos.
Haec vera eſt Danaë: tenta modo tangere corpus,
Jam tua flammifero membra calore fluent.

ubi vide Patrui mei notas.

EP. XIV. *Vulneris inpatiens* &c.] Verſus hi de raptu Europae, aut potius centones Virgiliani, non omnino inepto aut inleganti artificio conſuti, debentur Schedis Salmaſianis, e quibus plures alios ſimiles in hac Catalectorum Sylloge ſuo loco edemus. Conferendi autem ſunt cum prolixo Moſchi Idyllio II. quod *Europa* inſcribitur, & deſcriptione hujus raptus longe elegantiſſima Ovidii Lib. II. Met. prope finem. verſ. 2. male in Schedis *proprior*. eſt enim ex Virg. III. G. 58. v. 7. ſcribe *ſuperi regnator Olympi* ex Lib. II. Aen. 779. non *ſuperis*, ut in Schedis. v. 10. vitioſe in iiſdem erat, *Ad circum*. & v. 12. *Sola nobuum dictum*. v. 14. Europa vocatur *Feniſſa*, aut potius *Phoeniſſa*, quia Phoenicis filia a nonnullis inter antiquos dicitur, ut ex Euſebio, & Scholiaſte Homeri, ad Ovidii v. 859. Patruus meus notavit. vs. 22. emendavi, *Accepit venientem, ac mollibus extulit undis* ex Virgilio ipſo Lib. IX. v. 817. in Schedis enim *Accipit venientem hac*. Sequenti verſu caſtigavi, *Illi, ſenſit enim tuus, o clariſſime, frater,* (Neptunus) *Subſidunt undae* &c.

male

Digitized by Google

Diffugiunt viſu exſangues, taurumque relinquunt.
Sola, novum dictu, contra ſtetit ora juvenci
Ante Jovem, nam te voluit rex magnus Olympi:
Hunc Phoeniſſa tenet vaſta ſe mole moventem,
Purpureosque jacit flores, omnemque pererrat.
Ille autem ſpiſſa jacuit revolutus arena.
Inponit regina manum, patiensque pericli
Mollibus intexens ornabat cornua ſertis;
Hunc ubi contiguum ſummo tenus adtigit ore,
Et ſuperincumbens ſertis & fronde coronat;
Jam jam nulla mora eſt: animum labefactus amore
Accepit venientem, ac mollibus extulit undis.
Illi, ſenſit enim tuus, o clariſſime, frater,
Subſidunt undae, ſtraverunt aequora venti,
Nunc pelagi nymphae crimen de more tenentem,
Suſpenſum & pariter comitique onerique timentem:
Egregia interea ſumma ſublimis ab unda
Prona petit maria, & pelago decurrit aperto:
Tunc laeva taurum cornu tenet inſcia culpae,
Obliquatque ſinus in ventum auramque patentes:
Ille manu patiens vero properabat amore.
Et ductus cornu Rex omnipotentis Olympi
Inſuetum per iter tacitis ſubremigat undis,
Perfidus alta petens adducta virgine praedo.

Ep.

male in Schedis, *Ille ſenſit enim tuos* &c. v. 25. *crimen de more tenentem Suſpenſum* &c. valde obſcura ſunt. Cl. Oudendorpius conjiciebat, *crinem de more ſolutae* ex Lib. III. Aen. 65. ſed ſequentia cum hoc verſu non cohaerent. forte,

Nunc pelagi nymphae crinem de more ſolutae
Succedunt, pariter comitique onerique timentes.

ut reſpiciat ad illa Virgilii II. Aen. 723. & 729.

Succedoque oneri &c. — *ſonus excitat omnis*
Suſpenſum, & pariter comitique onerique timentem.

umentem erat in Schedis. v. 27. forte legendum, *Europa interea* &c. licet apud Virg. VI. Aen. v. 523. *Egregia interea conjux* &c. v. 29. legere quis poſſet, *Tunc laeva tauri cornum tenet*, quia in iisdem Schedis habetur, *tunc levat aurum cornum tenet.* ſic apud Ovid. v. 874. hac eadem in re, *Reſpicit, & dextra cornum tenet, altera dorſo Inpoſita eſt.* quod contra Cioſanum ex Priſciano tuetur Heinſius. *Cornus* pro cornu. v. Martian. Capel. Lib. III. pag. 73. ſic apud Lucanum Lib. VII. 217. *cornus tibi cura ſiniſtri.* ut recte pro *cornu*, quod in nonnullis eſt, vindicant Viri docti, & confirmat Germanicus in Arateis v. 177. *cornus flamma ſiniſtri.* ubi vide Grotium: & Salmaſium ad Solinum Tom. I, pag. 372. b. hoc tamen in verſu auctoritas Virgilii Lib. V. Aen. v. 382. jubet ut legamus; *Tum laeva taurum cornu tenet.* ſequente verſu *ſinus patentes* edidi, quia ſic in monumentis antiquis paſſim conſpicitur Europa, non *patentem*, ut in Schedis, in quibus etiam vitioſe *aurumque.* tamen apud Virg. VII. Aen. 230. *& cunctis undamque auramque patentem.* prima autem verſus hujus pars eſt ex Lib. V. v. 15. adhaerent haec Naſoni V. Faſt. 607. de Europa;

Illa jubam dextra, laeva retinebat amictus,
Et timor ipſe novi cauſſa decoris erat.
Aura ſinus inplet, flavos movet aura capillos,
Sidoni, ſic fueras accipienda Jovi.

quae egregie illuſtrantur ex nummis Sidoniorum Elagabali, Fauſtinae, & Alex. Severi, apud Vaillant. de Numm. Colon. Munic. & Urb. P. II. p. 129. 151. & 177. & monumentis vetuſtis in Montfauconii Antiquit. Tom. I. Tab. XIX. & XX. ubi Europa conſpicitur tauro inſidens, cujus cornu laeva tenet, dextra peplum vento jactatum, & juxta eam Cupidines, Nereïdes & Tritones cornicines & manibus taurum quaſi ſublevantes. verſu 31. ſcribe, *Ille manum pa-*

tiens

EP. XV. *Neptuno.*

Te Neptune pater, cui flumina cana ſonanti
Cincta ſalo reſonant: magnus cui praepete nimbo
Perfluit Oceanus, & flumina crinibus errant.

EP.

tiens ex Virg. VII. Aen. 490. deinde v. 33. *tacitis ſub remigandis* corrupte legebatur in iisdem Schedis; unde recte Heinſius, *tacitis ſubremigat undis.* eſt enim ex Lib. X. Aen. 227.

—— *ipſaque dorſo*
Eminet, ac laeva tacitis ſubremigat undis.

ſed & *abducta virgine* praeſtat, quam *adducta.* ex Virg. VII. Aen. 362.

EP. XV. *Te Neptune pater,*] Citat Iſidorus in Originibus, capite de tropis ſub Claudiani nomine. D. Auguſtinus Lib. III. de Doctr. Chriſt. Albinovano tribuebat Antonius Auguſtinus, nec defuerunt qui Varroni, Attacino puta, adſcripſerunt. Cujus ſint, reſtitui debent ex Iſidori loco. SCRIVER. Edidit Pithoeus pag. 1. & Scalig. Lib. 1. Catalect. p. 224. Forte legendum conjunctim *Te Neptunu'pater*, ad imitationem Lucilii ex Lib. 1. Satyr.

Ut Neptunu'pater, *Liber*, *Saturnu'pater*, *Mars*,
Janu', *Quirinu'pater.* &c.

vide Gellium Lib. V. N. A. c. 12. Apud Iſidorum Lib. 1. c. 36. ita leguntur, ſed nomine auctoris non addito:

Tu Neptune pater, cui tempora cana crepanti
Cincta ſalo reſonant, magnus cui perpete mento
Profluit Oceanus, & flumina crinibus errant.

nec aliter in vetuſtiſſimo Iſidori Codice, qui eſt in Biblioth. Leidenſi: & ſic profert Papias in Vocabulario in *metaphora.* eodem loquendi modo Ovidius Lib. 1. Met. 266.

—— *madidis Notus evolat alis,*
Barba gravis nimbis; canis fluit unda capillis;
Fronte ſedent nebulae: rorant pennaeque ſinusque.

Varroni etiam hoc fragmentum adſcribit Delrius ad Senec. Agam. v. 549. ubi adfert ita ut apud Pithoeum legitur. Francius autem exemplari ſuo adnotaverat forte emendandum eſſe in primo verſu:

—— *Cui litora curva ſonanti*
Cincta ſalo reſonant.

male vero apud Papiam editur, *uti Neptune pater* &c. ſcribendum enim, *ut: Tu Neptune* &c. quomodo apud Iſidorum. Sed rectius tamen apud alios, *Te Neptune pater.* ſubintellecto *precor*, *invoco.* vid. Scalig. ad Cirin v. 228. Sequentia Voſſius in Etymologico p. 406. ita profert,

—— *magnus cui praepete mento*
Perfluit Oceanus.

& ſic Scaliger ad Severi Aetnam v. 326. qui videndus. *mento* etiam eſt in Cod. Voſſ. Heinſius autem legebat:

—— *Cui flumina cana ſonanti*
Juncta ſalo reſonat: magnus cui perpete nimbo
Depluit Oceanus, & flumina crinibus errant.

flumina enim bis in hoc Epigrammate poſita jure offendunt. Sed bene ſe habet vulgata lectio *praepete nimbo*, ut & apud Papiam legitur. quae eleganter exprimit rapidam undarum velocitatem & copiam: quomodo *praepetes pennas* de volatu Daedali dixit Virgil. Lib. VI. Aen. 15.

Praepetibus pennis auſus ſe credere coelo.

Ita *jambus praepes* in verſibus apud Terentian. Maurum pag. 94.

Adeſte jambe praepes, & tui tenax
Vigoris adde concitum celer pedem.

praepetia puncta de notariorum in ſcribendo celeritate apud Prudentium περὶ στεφ. Hymn. IX. v. 24.

Raptimque punctis dicta praepetibus ſequi.

praepes victoria in carmine Mattii apud Gellium Lib. VI. cap. 6.

Dum det vincenti praepes victoria palmam.

quo in verſu perperam *praeceps* adfert Voſſ. de Poët. Lat. p. 31. *praepetem curſum* habes apud Senecam Hippolyt. v. 1061.

—— *Praepeti curſu evolat*
Summam citato vix gradu tangens humum.

Idem in Phoeniſſis v. 423.

Vel avidis praepetem pennis feret
Aut quae per altas aëris rapiet vias.

praepetes aves paſſim de magnis ac celeri volatu rapacibus dici docent notae ad Valer. Flacc. Lib. VIII. v. 33. & Vulcan. ad Apulej. de Mundo pag. 222. Sic *praepes ferrum* apud Ennium idem quod volatile telum accipiebat Douza apud Merulam pag. 597. quomodo & *praepes portus* apud eumdem Ennium, de portu, in quem celeri curſu naves illabuntur, capiebat Columna p. 120. illo verſu,

Brundusium pulchro praecinctum praepete portu.

praepes autem & *perpes* frequenter inter ſe commutantur, ut in MSS. apud Lucan. Lib. IX. v. 662. & 688. Auſon. Epig. 1. v. 2 aliosque paſſim. Vide notas Interpretum ad Juſtinum XII. 16. §. 5.

Ibid. *& flumina crinibus errant.*] Conjecerat Almelovenius *ſinubus* ad libri ſui marginem, ſed quam emendationem poſtea induxerat. recte. *crines* enim in fluminibus appellari diverticula fluminum & ramos, quibus ſe ab uno alveo dividunt, & pluribus brachiis in mare devolvuntur, notat Salmaſ. ad Solin. T. 1. p. 759. ed. Pariſ. hinc *caudis circumfluunt* pro Gloſſa in Cod. MS. Iſidori Biblioth. Leid. ſic in loco Aethici de Coſmographia, in quo *Hydaſpen fluvium naſci* dicit *in campis Indorum tribus crinibus*, modum loquendi non vulgarem

EP. XVI. *De Neptuno marmoreo, aquas fundente.*

Quam melior, Neptune, tuo ſors iſta tridente?
Poſt pelagus dulces hic tibi dantur aquae.

EP. XVII. *De Apolline & Baccho.*

Sic Apollo, deinde Liber, ſic videtur ignifer.
Ambo ſunt flammis creati, proſatique ex ignibus.
Ambo de comis calorem & ambo radios conſerunt.
Noctis hic rumpit tenebras, hic tenebras pectoris.

EP. XVIII. *Mercurio.*

Sum Deus, alatis qui cruribus aethera carpo,
Quem peperit ſummo lucida Maja Jovi.

rem eſſe notat Mauſſacus ad Plutarch. de Flumin. pag. 210. quamquam Simlerus *crinibus* legere ibi mallet, niſi & idem auctor poſtea Danubio etiam *ſeptem crines* tribueret. vide plura apud Reineſ. Lib. I. Var. Lect. c. 13. Si quid in Aethico corrigendum, praeſtaret forte *tribus cornubus*, quae fluminibus paſſim tribuuntur. vid. Sitzman. ad Rutil. I. Itin. 179. ſed tam in illo loco quam in hoc verſu, *crines* pro fluviorum brachiis ponuntur.

EP. XVI. *Sors iſta tridente*] *tridenti* Scriverius, cui de hoc Epigrammate non liquebat, an vetuſtum ſit. habet Pithoeus pag. 3. & a nonnullis etiam inter Petroniana Catalecta relatum eſt. melius Salmaſii Schedae *tridenti eſt*. ex tridente enim ſaliebat aqua, ut innuit Poëta. Senſus autem hujus verſus eſt, *Quanto melior ſors iſta eſt ſorte tui tridentis.* conciſa brevitate loquendi, & *quam melior* pro *quanto melior*. ut recte notavit Markland. ad Stat. v. Sylv. 3. v. 211. altero verſu forte praeſtet, *Pro pelago dulces* &c.

EP. XVII. *Sic Apollo*, &c.] Legitur apud Pith. p. 2. in Schedis autem Floro tribuitur hoc carmen, ut mox videbimus. habet & Barthius ad Statii Lib. IX. Th pag. 1006.

Calorem & radio conſerunt.] Mutilum verſum expleo repetita voce, quae delituit, ut ſolet, in fine prioris, & ſcribo, *radio dio conſerunt.* Uterque calorem inquit a divino radio confert, & Phoebus & Bacchus. Graeca phraſis eſt, *conſerere calorem.* LIPSIUS. Videtur repetendum illud *ambo*, & legendum:

Ambo de comis calorem & ambo radios conſerunt.

PITHOEUS. Optime hunc verſum MSC. Codex explet:

Ambo de comis calorem vite & radio conſerunt.

Quod jam pridem ad Aelium Spartianum in vita Hadriani p. 44. monuit Cl. Salmaſius. SCRIVER. Lipſii emendatio, licet non longe quaeſita, non tamen arridet. in Codice Salmaſii, ut notavit Heinſius, legebatur *vitae & radio conſerunt.* unde ille legebat *vite*, quod & monuit Salmaſius ac Scriverius; quae ſine dubio vera eſt & genuina loci hujus lectio. niſi cum Cl. Schradero malis,

Ambo de donis calorem vite, radio, conſerunt.

quia verſus trochaicus quinta ſede trochaeum requirit. eleganter Bacchus vite, & Sol radio conferre calorem hic dicitur. Similis locus de Solis radiis eſt apud Pithoeum Lib. IV. Epigr. vet. p. 166. de Sole oriente:

Flammiferumque jubar terraeque poloque reduxit,
Et pepulit radiis aſtra repente ſuis.

ibidem in carmine Maximiani habes:

Noctivagosque ſimul radiis flagrantibus ignes
Depulerat coelo.

& Baſilii:

Cum Phoebus radiis rutilum cingentibus orbem
Depellit tenebras.

radii autem ſaepe ſimpliciter pro radiis Solis occurrunt, ſed multis in locis corruperunt loquendi modum illi, qui *radios* non putabant intelligi, ſine adjecta voce *Solis*. vide Gronov. ad Senec. Oedip. v. 339.

EP. XVIII. *Sum Deus alatis* &c.] In lapide antiquo habetur, & legitur apud Apianum pag. CCXXX. ubi & Mercurii ipſius icon. SCRIVER. Exſtat apud Pithoeum pag. 2. & in Praetermiſſ. pag. 416. Ed. Genev. Gruter. pag. LIII. inſ. 8. Urſin. in Inſcript. Veronenſ. p. 223. Reineſ. cl. 1. Inſcr. 77. & Ferret. in Muſis Lapidar. Lib. 1. p. 20. Eleganter *lucida* hic dicitur mater Mercurii Maja, quia inter Pleiadas una eſt de Atlantidibus. ita exponit Ill. Cuperus Lib. III. Obſerv. cap. 3. pag. 272. & recte. Sic enim & *candidam* vocavit Majam eadem ratione Virgilius Lib. VIII. Aen 138.

Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maja
Cyllenae gelido conceptum vertice fudit.

De ipſa Mercurii matre Maja vid. Serv. ad Virg. Lib. I. Aen. 301. Macrob. Lib. I. Saturn. c. 12. & Herald. ad Arnob. Lib. III. p. 149. totus autem hic verſus ex Ovidio eſt deſumtus in Ibide v. 216. ubi vide Cioſanum.

EP. XIX. INCERTI *in Bacchum.*

Huc ades, Lyaee, Baſſareu, bicornis,
Nictilie, bimater, crine nitidus apte,
Luteis corymbis hederate coronis,
Haſta viridi armate, placidus ades ad aras.
Bacche, Bacche, Bacche, placidus percipe munus.

EP. XX. FLORIDI. *Baccho.*

Bacche, vitium repertor, plenus adſis vitibus,

Effluas

EP. XIX. *Huc ades* &c.] Legitur apud Pithoeum in Omiſſis pag. 481. Heinſius autem in Scheda quadam inter ejus chartas notaverat hoc Ithyphallicum a ſe deſcriptum ex veteri Grammatico de verſibus, qui Neapoli apud Thaeatinos exſtat ineditus, hoc modo:

Huc ades, o Lyaee, Baſſareu, bicornis,
Moenale, bimater, crine nitidus apte,
Luteis corymbis hederate coronis,
Haſta viridis arma & placidus ades
Ad aras, Bacche, Bacche, Bacche.

& ſic legitur apud Atilium Fortunatianum inter Grammaticos veteres Putſchii pag. 2672. licet Fulv. Urſinus ad Sapphus Carmina pag. 10. ed. Wolf. perperam ex Atilio in ſecundo verſu exhibeat, *Maenola, bimater, &c.* ut explicet μανιόλῳ θύμῳ *furenti animo.* Totum vero hunc in modum diſponendum eſſe cenſebat Celeb. Valckenarius:

Huc ad|es Ly|aee,
Baſſa|reu, Bi|cornis|
Nycte|li, Bi|mater
Crine|nitidus|apte, &c.

ut agnoſcamus verſus eſſe Ithyphallicos, quales artificioſiſſime reſtituit Caſaubonus Animadv. ad Athenaeum Lib. VI. c. 15. pag. 443. recte etiam *Nycteli*, pro *Nictilie.* ut apud Ovid. IV. Met. v. 15. *Nyctelinsque, Eleleusque parens, & Jacchus & Evan.* Ceterum ad hoc carmen reſpexiſſe puto Marium Victorinum Lib. III. de rat. Carm. pag. 163. ed. Commel. ubi dicit: *hoc autem Phalaecio verſu Liberum Patrem ſolemniter canunt, ſiquidem quod etiam ejus nomine & Rhythmum & metrum complente demonſtratur, ſic, Bacche, Bacche, Bacche.* Atilius Fortunatianus in Arte pag. 2698. *Ithyphallicum metrum de Trochaico eſt, nam ex tribus trochaeis conſtat, quod fit ſi ter Bacche dicas, Bacche, Bacche, Bacche.* Terentianus Maurus pag. 83. Ed. Briſſaei.

Ithyphallica porro dicarunt, Muſici Poëtae,
Qui ludicra carmina Baccho, Verſibus petulcis
Graſo cum cortice phallo, Tres dabant trochaeos:
Ut nomine fit ſonus ipſo, Bacche, Bacche, Bacche.

& pag. 105.

Conjungit ſibi phalaecos trochaeos,
Ut dixi modo, Bacche, Bacche, Bacche.

EP. XX. FLORIDI.] Hos Floridi *de qualitate vitae* verſus etiam in Schedis ſuis reperit Pithoeus, ediditque aliquanto meliores in Collectione Epigrammatum veterum, non conjunctos & continuata ſerie, ſed variis locis ſparſos. Primum fragmentum, ſive Floridum, legitur Epigr. pag. 4. ſecundum pag. 191. adſcripto nomine FLORIDI. tertium pag. 2. quartum pag. 191. quintum pag. 23. ſextum pag. 22. ſub nomine itidem FLORIDI. ſeptimum pag. 23. octavum pag. 156. In indiculo tamen Auctorum nullum *Floridum* agnoſcit. Hoc ordine, quo excuſi ſunt, leguntur in vetuſtiſſimo exemplari, quod mecum humaniſſime Cl. Salmaſius communicavit. Eodemque ordine editi ſunt in Catalectis Veterum Poëtarum ad calcem Petronii, ex editione Mamerti Patiſſonii, addito FLORIDI nomine. Membranae, quibus utimur, FLORI nomen afferunt: atque etiam inſigniunt titulo, *de qualitate vitae.* Quis vero hic ſit FLORUS vetuſtiſſimi codicis Salmaſiani, neſcitur. Dubitari autem non poteſt, quin hic idem ſit Florus poëta, cujus Epigramma ἀνέκδοτον de Roſis, una cum aliis legi non indignis, ad Pervigilium edidimus, fide earumdem membranarum. De alio Poëta cognomine, qui ſub imperio Hadriani vixit, cujusque meminit Spartianus, diſſerit praeſtantiſſimus Salmaſius: putatque eumdem illum Florum eſſe, cujus elegantiſſimum Hiſtoriae Romanae breviarium habemus. SCRIVERIUS in Animadverſ. poſt Pervigil. Vener. pag. 469. & 471.

Ibid. FLORIDI. *Baccho*] *Floro* adſcribuntur hi verſus in antiquo codice Salmaſii, cum titulo FLORI DE QUALITATE VITAE, qui adnectit reliqua ejusdem poëtae carmina, quae ſparſim habet Pithoeus. & ſic inſcriptionem ex ſuo Codice antiquiſſimo profert Ill. Bouherius ad Pervig. Vener. p. 199. niſi quod conjiciat DE QUALITATE VITIS aut VINI. Flori hujus plura alia carminum fragmenta in hac collectione a Pithoeo edita ſunt, ſed ubi libri variant, & *Floridi* nomen ac *Flori* promiſcue ponunt, ut paullo ante in carmine de Apolline, quod *Florido* ſive *Floro* in Schedis membraneis adtribui, adſcripſit codici ſuo Scriverius, qui plura in nota, quam huc retulimus, de *Floro* & fragmentis ejus congeſſit.

B Vi-

Digitized by Google

Effluas dulcem liquorem conparandum nectari,
Conditumque fac vetuſtum, ne malignis venulis
Aſperum ducat ſaporem verſum in uſus alteros.

EP.

Videndus etiam de hoc Floro eſt Chiffletius in Lilio Francico pag. 65. ubi nummum exhibet, in quo *Florus* quidam conſpicitur cum floreo ramulo, quem poëtae huic Floro eumdem eſſe putat. Ipſe vero Salmaſius ex antiquiſſimo Codice ſcripto, qui apud illum exſtitit, haec Flori carmina vulgavit ad Hiſt. Auguſt. pag. m. 44. & putat eumdem eſſe ac Florus ille, cujus verſus refert Spartianus. Sunt etiam nonnulli, qui Floro huic adtribuerunt Pervigilium Veneris, eumdemque Floro Hiſtorico faciunt, id quod etiam putabat Salmaſius, licet id L. Julio Floro, qui & L. Annaeus Seneca, tribuat G. Voſſius ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 41. Sed & praeter ea, quae Pithoeus edidit, nonnulla Flori Epigrammata ſunt inter inedita Luxorii carmina, his Catalectis adjicienda, ſed quae tamen omnia an eidem Floro adjudicanda ſint, non certo conſtat. vide Voſſ. ad Catullum pag. 285. & Bouherium ad Pervig. Veneris d. l. Lipſius autem Lib. I. Elector. cap. 5. omnes *Flori* hujus vel *Floridi* verſus, qui diverſis locis a Pithoeo editi ſunt, conjunctim exhibuit, & quidem eo ordine, quo illos recenſet Scriverius & in Schedas ſuas ex Salmaſiano Codice retulit Heinſius, ſed qui Salmaſium non bona fide eos vulgaſſe ad Hiſt. Aug. notavit.

Plenus adſis vitibus] *Plenis adſis vitibus*: An potius?

—— *lenis adſis vitibus*
Et pluas dulcem liquorem. PITH.

Scribendum fortaſſis, *plenis adſis utribus*, pro *plenis adſis vitibus*. Vinum utribus commiſſum quis neſcit? Anonymus commentator in Germanici Aratea Phaenomena, ad Canem: *Icarius a Libero hoſpitio receptus eſt. qui ei in munere utrem plenum vino tribuit, juſſitque ut reliquas terras propagaret.* Cave tamen quicquam temere mutes. Membranae *vitibus* retinent. SCRIVER.

Ibid. *Effluas dulcem liquorem*] Munckerus in Epiſt. ad Heinſ. Tom. V. Syllog. a Patruo meo editae pag. 406. ſcribit Pithoeum hoc in verſu legere *ut pluas*, eaque emendatione nihil neceſſe eſſe dicit; quamvis in notulis Pithoei, quas breves admodum Epigrammatibus his adjecit, nihil ſimile reperias, neque etiam in margine editionis ſuae aliquid pro varia lectione notavit: verum ad calcem editionis Petronii Patiſſonianae an. 1587. ubi edita ſunt Floridi carmina, conſpicitur haec nota cum paucis aliis. Heinſius corrigebat. *Et fluas.* Nihil ſollicitandum; *Effluere* enim *liquorem* eleganter hic active poſitum obſervavit Claverius in Miſcellis ad Claudian. pag. 10. *b.* qui notat primum Pithoeum edidiſſe hoc carmen. vide & Heinſ. ad Ejusd. Epigr. XXVI. v. 12. idem Claudianus Conſ. Prob. & Olybr. v. 57.

Quantum ſtagna Tagi rudibus ſtillantia venis
Effluxere decus.

ubi ſcribe *rutilis venis* cum Cel. Oudendorpio, qui locutionem hanc reſtituendam recte exiſtimat Apulejo de Mundo pag. 62. ed. Elmenh. legens hoc modo. *Idem tamen a parte Caecias accipit nomen, quum eum Oriens aeſtivo effluit.* ſic enim in membranis Florentinis aliisque Codd. legitur. vulgo *idem tamen Caecias* (vel *Apartias*) *incipit nominari, cum eum Oriens aeſtivus efflat.* vel *effundit*, vel *emittit*, quae librariorum gloſſae ſunt. *aeſtivo* ſcil. tempore. ita *rorare* apud Claudianum Lib. I. in Rufin. v. 381. *Rorabunt querceta favos.* ubi vide Heinſ. Auctor Pervigilii Veneris v. 20.

Humor ille, quem ſerenis aſtra rorant noctibus.

quem verſum aperto plagio deſcripſit Fulgentius Lib. I. Mytholog. pag. 11.

Ubi guttas florulentae
Mane rorant purpurae,
Humor algeus, quem ſerenis
Aſtra ſudant noctibus.

ubi vide Muncker. & Wouwer. ad Apulej. p. 649. ſic *erumpere liquores* Tibullo Lib. IV. El. I. 88.

Fontibus ut dulces erumpat terra liquores.

ubi vide Paſſeratium pag. 103. Auſonius init. praef. ante poëmatia in Biſſulam p. 338. ed. Toll. ut exhibetur in Codice Voſſiano, *Pervincis tandem & operta muſarum mearum erumpis.* id *erumpere ſe* optimi ſcriptores dixerunt, quos vide apud Heinſ. & Drakenb. ad Silium Lib. XII. 438. & Oudend. ad Caeſ. Lib. I. B. Civ. cap. 80. Aruſianus Meſſus in libello Elocutionum apud me inedito: *Erumpit inde. Virg. Georg. unde altus primum ſe erumpit Enipeus.* ubi recte idem Heinſius corrigit *erumpit ſe inde*, probante Rhodio ad Scribon. Larg. pag. 379. Ut autem *fluere vina* pro fundere ſive efficere ut fluant, ita & Graecis *ῥεῖν*, eodem modo ſumi notavit Patruus meus in Jove Fulgerat. pag. 252. ed. noviſſ. ſic & *manare lacrimas*, *manare mella*, *rorare liquores*, & *fluere vina*, multis veterum locis egregie reſtituit Heinſius ad Ovid. VI. Met. 312. pariter *ſudare tropaea* Lib. IV. Epig. ant. pag. 124.

Dum tibi Roma decus, aeternaque ſudo tropaea.

& *mugire* cum quarto caſu junxit Cato in Diris v. 133. *ſilvis mugire dolorem*, ut recte Aldus & Codices ſcripti, nam male vulgo *dolore* legitur. & ſic *reſonare*, *boare*, & ſimilia alibi paſſim occurrunt, de quibus plura adnotare ſuperſedeo.

Ibid. *Ne malignis uenulis* &c.] Scribendum auctoritate ejuſdem exemplaris:

——— *ne malignis venulis*
Aſperum ducat ſaporem verſus uſum in alterum. SCRIV.

ita

EP. XXI. *Laus Liberi.*

Lenaee, vitiſator, Bromie, Semeleïe Bacche,
Thirſitenens, bimater, trieterice, Nyſie, Liber,
Flos Ariadnaee, coriatice, laete Thyoneu,
Da reditum nobis. ſic totis dulcia rivis
Muſta fluant, ſpumetque cavis vindemia labris.

EP. XXII. *In eumdem.*

Infantem Nymphae Bacchum, quo tempore ab igne
Prodiit, inventum ſub cinere, abluerant:
Ex illo Nymphis cum Baccho gratia multa eſt;
Sejunctus quod ſit ignis & urat adhuc.

EP.

ita & corrigendum monuit Salmaſius. *venilis* in ejus Codice legebatur. *urnulis* conjiciebat Heinſius. *Aſperum dicat ſaporem verſus in alteros* edidit vitioſe Lipſius. in Electis vero, ubi producit hoc carmen, quod inſipidum vocat, corrigit, *ne malignis vernulis aſperum duat ſaporem.* ut intelligat poëta, ne vinum acetum fiat, & potui ſervis ſeu vernis tribuatur, quia poſca ex aceto ſervorum & vernularum erat. Sed rectius emendaſſe Scriverium opinor. In editione Patiſſoniana legitur:

——— *ne malignis ſuernulis*
Aſperum dicat ſaporem verſus uſus in alteros.

Pithoeus autem ita corrigendum monuit, ut hic edimus. *verſum uſus vinalteros* in Cod. Salmaſ. unde Heinſius, *verſum uſus in alteros.*

EP. XXI. *Lenaee, vitiſator, Bromie* &c.] Ita edidit hoc Epigramma, hic illic mendoſum, Heinſius in Praefatione ad Claudianum edit. major. ex Codice Vaticano. ſed idem poſt libellum Inſcriptionum MSS. aliter deſcripſerat ex Claudiani Codice Bibliothecae Ambroſianae hos verſus, ſed mutilos:

Lenee, vitiſator, Bromie, Semeleïa Bacche
Thirſitenens . . . .
. . . .
Da reditum nobis. ſic totis dulcia verbis
Mella fluant . . . . *ſpumet vindemia labris.*

Legitur & in Codice Divionenſi, ſed qui nullo hiatus indicio tres tantum verſus exhibet hoc modo:

Lenis vitiſator, proles Semeleïa, Bacche!
Da reditum nobis: ſic totis dulcia verbis
Mella fluant: totis ſpumet vindemia labris.

& ſic Barthius producit ad Claudian. pag. 1071. & teſtatur Claverium id etiam e ſchedis veteribus eruiſſe, qui edidit ante Claudianum poſt Indicem ejus carminum. penult. verſ. Barthius legit *dulcia labris*, & in ultimo *praelis*, vel illud potius in priore, & *labris* in altero. hoc autem loco adſtrui poſſet Heinſii emendatio in illis Ennii verſibus ex Athamante apud H. Steph. in Fragm. Poët. Vet. pag. 112. ubi Bacchi nomina ſimiliter congerit:

His erat in ore Bromius, his Bacchus pater,
Illis Lyaeus, vitis inventor ſacrae,
Tum pariter Evan Evoë, Evoë Evius.

ubi *vitis inventor ſatae* legit ad Ovid. Lib. I. Artis v. 563. ut hic *vitiſator* Bacchus dicitur. & apud Virg. VII. Aen. 179. & Accium in Bacchis apud Macrob. VI. Sat. cap. 5. *O Dionyſe pater, optime vitiſator, Semela genitus, Euthuia* &c. & ſic in loco Ennii legebat P. Francius. confer cum his Orphicorum Hymn. 29. & 44.

EP. XXII. *Infantem Nymphae* &c.] Videtur & hoc converſum ex Graeco, quod eſt Lib. I. Antholog. PITHOEUS. Habet Pithoeus Lib. I. Epigr. Vet. pag. 3. & inter Catalecta Petroniana relatum eſt. verſu ſecundo Heinſius *abluerunt.* ſic corrigendum in Inſcriptione antiqua apud Gruter. pag. MCXXVI.

Oſſaque funeſtis fluctibus abluerunt.

male editur *adluerunt*. Virg. II. Aen. 720. *donec me flumine vivo Abluero.* Idem Heinſius in altero exemplari *obruerunt* emendabat, videturque *ſub cinere obruerunt* conjungere voluiſſe. eadem varietate Pithoeus in alio Epigrammate Lib. I. pag. 35. ubi legitur,

Gurgite ſecuros abluit unda pedes.

notaverat in margine *obruit* pro varia lectione. quod accedit ad codicem Voſſianum, in quo *obluit*. Heinſius autem illic *alluit* malebat. Scaliger in ſchedis ſuis manu exaratis *abluit* vel *obruit*. in carmine Licentii ad Auguſtin. pag. 338. ed. Catal. Pithoei Pariſ. *Moeotidumque plagae, pontus quas obruit Helles.* ubi Heinſius emendabat *Moeotisque plagas, pontus quas alluit Helles.* Claudian. II. in Eutrop. v. 340. *Mirarique ſuas, quas Boſporus alluit, aedes.* ubi *obruit* vulgo. eo ſenſu *obruere* apud Propertium Lib. III. El. 5. 6.

Tu Poetum ad Pharios tendentem lintea portus
Obruis inſano terque quaterque mari.

hoc tamen in loco praeferendum videtur *abluerunt*, nempe inventum ſub cinere, quae jungenda ſunt: nam acumen Epigrammatis in eo conſiſtit, quod quamvis Bacchus, ex utero materno fulmine exactus,

actus,

Digitized by Google

Ep. XXIII. C. Caecilii Plinii secundi.

Huc mihi vos largo ſpumantia pocula vino,
Ut calefactus Amor pervigilare velit.

Ar-

ctus, flammeus & igneus totus eſſet, & licet a Nymphis ablutus, & ita ignis quaſi extinctus videretur, non ceſſaverit tamen adhuc urere, unde forte verſu ultimo caſtigandum,

Extinctus quod ſit ignis & urat adhuc.

pro eo quod nunc inepte circumfertur *Sejunctus.* per *Nymphas* intellige nutrices illas Bacchi, de quibus vide Micylli & Patrui mei notas ad Ovid. III. Met. 314. hae enim Bacchum e Semele recens natum, inventum ſub cinere, abluerunt, & in cunis ſub fronde hederae occultatum in antris ſuis aluerunt. ut eſt apud Euripid. In Phoeniſſ. v. 651. & ſeqq. ubi eruditiſſimas Cel. Valckenarii notas conſule. Bacchum autem ex igne natum eſſe, ex fabulis ſatis notum eſt, unde *ignigenam* vocat Ovid. IV. Met. 12. & hinc ſupra in Epigrammate XVII. de Apolline & Baccho,

Sic Apolio, deinde Liber, ſic videtur ignifer,
Ambo ſunt flammis creati, proſatique ex ignibus,
Ambo de comis calorem vite & radio conſerunt.

ut legendum ex Cod. Salmaſ. Ceterum egregie huc facit Nonni locus Lib. XXIV. Dionyſ. v. 13. ubi Bacchum vocat *πυριτρέφια*, *igne nutritum*, & rationem addit,

——— ἠερίην γὰρ
Σῶν δαΐδων ἀμάρυγμα τεὴν κήρυξε γενέθλην.
——— *coeleſtem enim*
Tuarum lampadum fulgor annunciavit tuam originem.

male illic vertunt, *tuam familiam.* & hinc in urbe Pallene templum erat Διονύσου Λαμπτῆρος, teſte Pauſania Lib. VII. cap. 27. ubi tradit etiam feſtum illic diem, λαμπτηρίαν dictum, fuiſſe Baccho celebratum, quo faces accenſae noctu in templum ejus inferebantur, diſpoſitis per urbem vini cadis, quae reſpiciunt illius ortum ex igne. Haec autem omnia inde venerunt, quia Bacchum quoque Solem credidit ſuperſtitio veterum. vide Macrob. Lib. I. Saturn. 17. Serv. ad Virg. Ecl VIII. v. 13. & VI. Aen. v. 78. & Cuperum in Harpocr. pag. 93. cum vero ex igne natus eſſe fertur Bacchus, intelligitur primus ejus natalis, quo fulminata eſt Semele. Seneca Herc. Fur. 457.

E matris utero fulmine ejectus puer
Mox fulminanti proximus patri ſtetit.

nam ſecundus ejus natalis, quo ex femore Jovis eſt productus, myſterio erat obſcurus, nec homini ſcire eum diem fas erat, ut ſcribit Lutatius ad Stat. Lib. II. Theb. v. 71. quae ex veteri quodam deperdito ſcriptore eſſe deſumta a doctiſſimo Grammatico putat Broukh. ad Propert. III. 15. 21. de Semele a Jove fulminata vide aliquot Poëtarum loca in notis Marklandi ad Statii Silvas pag. 77. Haec ad ſenſum horum verſuum illuſtrandum ſufficiant. Sed forte inanis eſt omnis, quae huic Epigrammati inpenditur, opera. Suſpectum enim merito videri poſſit, neque antiquum, ſed recentioris eſſe Interpretis ex Epigrammate Graeco Lib. I. Antholog. ut libro ſuo adnotaverat Scriverius, & in notulis Pithoeus monuit; quamquam Hieron. Fracaſtorius id ſub titulo veteris Epigrammatis etiam exhibeat poſt Diſſert. de vini Temperat. inter Ejus Opera pag. 334. carminis enim hujus auctor colore poëtico nihil aliud docet, quam vinum aqua temperandum eſſe. unde apud Tibullum Lib. III. El. 6. 57.

Naïda Bacchus amat; ceſſas o lente miniſter,
Temperet annoſum Marcia lympha merum.

Ipſum Epigramma Graecum, quod Meleagro tribuitur, ita occurrit in Anthol. Gr. Lib. I. cap. I. εἰς οἶνον:

Αἱ Νύμφαι τὸν Βάκχον, ὅτ' ἐκ πυρὸς ἥλαθ' ὁ κοῦρος,
Νίψαν, ὑπὲρ τέφρης ἄρτι κυλιόμενον.
Τοὔνεκα σὺν Νύμφαις Βρόμιος φίλος· ἢν δέ νιν εἴργῃς
Μίσγεσθαι, δέξῃ πῦρ ἔτι καιόμενον.

cujus ſenſum optime explicuit Brodaeus, & Salvagn. ad Ovid. Ibin v. 227. totidem verſibus Latinis id interpretatus eſt Obſopoeus in ſua editione pag. 121. Sed cum variae ſint ejus verſiones, quae videri poſſunt in Epigramm. ex Antholog. Gr. ſelect. & carmine redditis, quae H. Stephanus edidit, pag. 118. & Paulus Meliſſus unam exhibuerit in Epigramm. ex Lib. I. Anth. Gr. verſis, inter ejus Schediaſm. Poët. pag. 491. tum Barthius puerili aetate aliam confecerit, Inter ceteras hoc Latinum Epigramma antiquitatem mentiri, & inpoſuiſſe optimo Pithoeo, ut eam ſuis Catalectis inderet, notavit ad Statium Lib. IX. Theb. v. 428. quem etiam vide ad Nemeſian. Ecl. III. v. 25. Ejuſmodi generis nonnulla alia ſunt in collectione Pithoeana, pro antiquis edita, ſed quae neoterica eſſe ſuis locis monebimus. Ceterum expreſſit hoc Epigramma imitatione eleganti Janus Broukhuſius Lib III. Eleg. I. p. 34. & plurimi e recentioribus colorem hujus carminis variis imitationibus adoptarunt, ut Pierii Valeriani, Matthaei Toſcani, Coelii Calcagnini, Mureti, & aliorum exemplis oſtendi ad Lotichium Lib. I. Carm. 24. ubi pulchro Epigrammate, antea inedito, hoc ipſum aemulatur.

Ep. XXIII. C. Caecilii Plinii Secundi] Ita edidit Pithoeus pag. 2. praefixo tamen aſteriſco, tamquam ſuſpectum habuerit. licet in Indice Auctorum Plinio Secundo tribuat, & ſub ejus nomine etiam proferat Almelov. in Amoen. Theol. p. 216. ſi auctorem habeat Plinium, forte ex Graeco expreſſit.

Ardenti Baccho ſuccenditur ignis Amoris,
Nam ſunt unanimi Bacchus Amorque Dei.

EP. XXIV. *De Libero Patre.*

Orgia laſſato quotiens ſolvuntur Jäccho,
Hic Deus uda mero ponere membra ſolet.

EP. XXV.

Non tibi vina placent, o inſanabilis hoſpes,
Nec mens eſt Thebana tibi, licet aggere celſo
Dircaeae rupis dicas fluxiſſe parentes
Vertice de Niſae, per rura & noſtra Lyaeus
Tranſiit, inplevitque vias nigrantibus uvis.
Muſta ſibi poſuit pater, & non tempore ab illo
Deſierant haec ſacra coli, vatumque ſonoro
Carmine Mincius, & tremuit circumſita ripa
Fluminis Etruſci, quem non aequabit Orontes.

EP. XXVI. *Laus Martis.*

Mars pater armorum, fortiſſime belligerator,
Eſto volens, mitis, facilis Deus, eſto benignus:
Sic tibi poſt pugnas & paſtos ſanguine campos
Amplexus tribuit vinclis ſecura Cythere,
Tu criſta galeaque rubes, tu pulcher in aere
Incutis e vultu radiantia lumina ferro:
Te thorax galeaque tegunt: non quo tibi terror
Hoſtilis ſubeat: ſed quod decor exit ab armis.
Tu cum pulſati clypei concuſſeris orbem,
Immugit mundus, tellus tremit, aequora cedunt.

EP. XXVII. A. SEPTIMII SERENI FALISCI. *Jano.*

Jane pater, Jane tuens; Dive biceps, biſormis.

O ca-

preſſit. nam Epigrammata Graeca in Latina vertiſſe patet ex ejus Lib. IV. Epiſt. 18. Clariſſ. Oudendorpio videbatur eſſe fragmentum, & initio legendum, *Huc* vel *Hei mihi des largo* &c.

v. 4. *Nam ſunt unanimi Bacchus Amorque Dei*] Ovid. III. Artis v. 762.

Cum Veneris puero non male, Bacche, facis.

EP. XXIV. *Orgia laſſato* &c.] Legitur in Schedis Salmaſii, & Codice Divionenſi, in quo verſ. ſec. *Hic Deus.* in Salmaſ. *Sic Deus.* utrumque pro varia lectione eſt in Cod. Leid.

EP. XXV. *Non tibi vina* &c.] Praecedenti ſubjungitur in Codice Divionenſi, unde primum edimus, & inſcribitur *de vinalibus.* v. penult. *fremuit* legebat Cl. Oudendorpius, pro *tremuit*, quod eſt in Schedis.

EP. XXVI. *Mars pater* &c.] Hoc carmen Heinſius invenit poſt Codicem Claudiani Ambroſianum: ſed paullo aliter ex Codice Vaticano dedit in Praefat. ad Claudian. edit. major. ubi v. 4. profert *vincli ſecura.* recte. & v. 6. legit, *e cultu ferreo.* deinde v. 8. in Codice Ambroſiano erat hiatus, *ſed quod decor* . . . . v. 9. *pulſatum* habet Heinſius ex Codice Vaticano, qui in fine duos addit verſus:

Da nobis reditum, patriam repetamus ovantes.
Sic tibi laſcivae celebrentur in Urbe Kalendae.

quos non-agnoſcit Codex Ambroſianus, ſed relicta tamen lacuna. in Codice Divionenſi ſolus primus verſus habetur hunc in modum,

AD MARTEM, VERSUS RHOPALICUS.

Mars pater armorum; fortiſſime belligerantum.

EP. XXVII. *Jane pater* &c.] Servavit nobis hos Septimii Sereni verſus, qui apud Pithoeum leguntur

pag.

O cate rerum ſator, o principium Deorum.
Stridula cui limina, cui cardinei tumultus,
Cui reſerata mugiunt aurea clauſtra Mundi:
Tibi vetus ara caluit Aborigineo ſacello.

EP. XXVIII. *Subſcriptum ſtatuae Cupidinis.* INCERTI.

Sol calet igne meo: flagrat Neptunus in undis.
Penſa dedi Alcidae: Bacchum ſervire coëgi,
Quamvis Liber erat. *

EP.

pag. 5. & Scalig. in Catalect. pag. 223. Terentianus Maurus de Metris pag. 84. *b.* edit. Briſſ.

Dulcia Septimius qui ſcripſit opuſcula nuper
Ancipitem tali cantavit carmine Janum.
Jane pater, *Jane tuens* &c.

quo in loco recte *opuſcula ruris* corrigit Nic. Loënſis Lib. v. Epiphyll. cap. 4. in Tom. v. Fac. Crit. Grut. & multa erudita de hoc Septimio Sereno, Phaliſco dicto ex genere carminis quo uſus eſt, ibidem collegit. nam & *poëta phaliſcus* vocatur hic Serenus eidem Terentiano pag. 82. *b.* hos etiam verſus e Terentiano exhibet H. Stephanus in Fragm. Vet. Poët. Lat. pag. 410. Sed qui in eo errat, quod Septimium & Aulum Serenum diverſos faciat: nam ex Septimio hos verſus illic profert, & ſequente pagina alios itidem apud Terentianum Maurum exſtantes ſub nomine Auli Sereni producit, ut recte ad marginem exemplaris ſui notavit Jacobus Roverius, Hardinxveldii quondam Toparcha, & N. Heinſii cognatus, aliudque Sereni hujus fragmentum exſtare adſcripſerat apud Diomedem Grammaticum pag. 372. 4. *Severus Diſtractos atque ſalites.* ubi legendum *Serenus* putabat. Eumdem hunc Serenum in Opuſculis aliquoties etiam ad partes vocat Nonius Marcellus, Martianus Capella, & Marius Victorinus Lib. III. de ration. Carm. p. 178. & 179. ubi profert carmen ex Septimii Opuſculis, *Inquit amicus ager* &c. ut & Terentianus pag. 87. *b.* quod ſuo loco in haec Catalecta retulimus. Saepe etiam Serenum hunc citat Servius ad Virgilium variis in locis, quos vide apud Gronov. Lib. III. Obſerv. cap. 16. ubi nonnulla de hoc Septimio Sereno notavit. Eum inter incertae aetatis poëtas retulit Voſſius de Poët. Latin. cap. 8. & ſimpliciter vocat *Aulum Serenum.* Floruiſſe tamen Veſpaſianorum aevo, & a quibusdam cum Sereno Sammonico confuſum fuiſſe putat Sirmond. ad Sidon. Apollin. pag. 145. huic Aulo Septimio Sereno Moretum adſcribebat Scaliger ad Catalect. p. 158. & notat Crinitum nugari, qui Serenum hunc Faliſcum Afrum faciat. & ſic Barthius Lib. XXXV. Adverſ. 8. & ad Claudian. II. Rufin. 108. ed. pr. qui paſſim in notis ad Statium loca ex Moreto ſub illius nomine producit. Ejusdemque eſſe opinor verſus illos trochaicos, quos ex Commentatore antiquo adfert ad Lib. IV. Theb. 502. Ceterum hos Septimii de Jano verſus illuſtrat Boxhornius ad Plutarch. Quaeſt. Rom. pag. 108. & obſervat veteres in ſacrificiis primo omnium conpellaſſe Janum, (vid. Herald. ad Martial. pag. 93.) & quidem cum cognomine *pater*, ut *Jane pater* invocaretur. de quo vide Scriver. ad Martial. Lib VIII. Ep. 8. pag. 167. id *patris* nomen Jano tributum egregie Gronovius in Obſerv. Eccleſ. p. 97. reddidit Julio Firmico de Error. Profan. Relig. ubi de Saturno dicit: *Hic ex Creta fugiens a Spartanis abſconditur.* ubi optime, *Spartanis* illis ejectis, emendat *a patre Jano abſconditur*, & nonnulla alia loca huc facientia adfert. reliqua vero Jani hoc in carmine cognomina illuſtrat Ouzel. ad Minuc. Felic. pag. 111. ubi etiam hos Septimii verſus adfert, ut & Neapolis ad Ovid. Lib. I. Faſtor. v. 65. ſed qui perperam *Quintum Septimium* vocat.

Ibid. *Cui cardinei tumultus*] *Cui cardines tumultuant* legit Doricans in Tacit. IV. Annal. pag. 502.

Ibid. *Aurea clauſtra Mundi.*] Sic Terentianus. *aurea coeli templa* citat Victorinus, monente Dempſtero ad Roſin. Lib. I. cap. 2. init.

Ibid. *Tibi vetus ara caluit Aborigineo ſacello.*] Ita legitur hic verſus, ſed ſine auctoris nomine, apud Marium Victorinum Lib. IV. pag. 202. ed. Commel.

Ibid. *Sol calet igne meo*] Eſt in antiquo ſaxo. Pithoeus in notis innuit ſe habuiſſe ex veteri exemplari. Apianus exhibet tamquam Romae extet in templo B. Mariae ſupra Veneris ſimulacrum. in verſu ſecundo *Penſa dedi Alcidae* non agnoſcit Apianus, ſed in fine addit *Martem ſine Marte coëgi.* SCRIVER.

Ibid. *Quamvis Liber erat*] Hoc hemiſtichium additum eſt ex vetuſtiſſimo exemplari, cui & pleraque alia hujus collectionis debentur. PITH.

EP. XXVIII. SUBSCRIPTUM &c.] Ita exhibuit Pithoeus pag. 2. DE CUPIDINE inſcribit vetus Voſſii codex, qui nihil differt, niſi quod v. 2. habet *Alcidi*, tum hemiſtichum illud *Quamvis Liber erat* non agnoſcit, quod etiam non additur apud Scaliger. in Catalect. Lib. I. pag. 222. Heinſius autem hos verſus notaverat reperiſſe ſe adſcriptos MS. Petaviano Claudiani ad verſ. 133. Epithalam. Honorii:

——— *iteramne Tonantem*
Inter Sidonias cogis mugire juvencas.

in quo codice legebantur hoc modo:

Mars

Digitized by Google

Ep. XXIX. *De Sigillo Cupidinis aquas fundentis.*

Igne ſalutifero Veneris puer omnia flammans
Pro facibus proprias arte miniſtrat aquas.

Mars calet igne meo, Neptunus flagrat in undis,
Penſa dedi Alcidae: feci mugire Tonantem,
Quamvis Liber erat, Bacchum ſervire coëgi.

aliter autem habentur apud Gruterum p. LX. Inſcr. 4. & Ferretium in Muſis Lapidar. Lib. I. pag. 17.

Sol calet igne meo: flagrat Neptunus in undis:
Penſa dedi Alcidae: Bacchum ſervire coëgi.
Quamvis liber erat, feci ſervire Tonantem.
Quamvis liber erat, Martem ſine Marte ſubegi.

rectius procul dubio, niſi quod perperam verſu tertio legatur *ſervire Tonantem* pro *mugire*, quod Claudiani loco ſatis firmatur. & ſic etiam ex veteri libro Inſcriptionum Moroni hos verſus deſcripſit Heinſius, praeterquam quod vitioſe v. 2. *Penſa redi candent.* & v. 3. *Quamvis erat liber.* Almeloveniusetiam, ita ut Gruterus & Ferretius exhibent, videtur probaſſe, qui ex illis ita ſuppleverat in ſuo exemplari, ut & Martinus Opitius, qui adſcripſerat nihil hoc Epigrammate elegantius eſſe, & haberi id Romae in S. Mariae Majoris ſupra ſimulacrum Veneris. Cum illis etiam convenit fere Apianus pag. CCLXII. niſi quod primum hemiſtichium ſecundi verſus *Penſa dedi Alcidae* illic deſideretur hiatu relicto. tum v. 4. *Martem ſine Marte coëgi.* Opinor hoc carmen auctoritate antiquorum Codicum ſupplendum eſſe hunc in modum:

Sol calet igne meo: flagrat Neptunus in undis.
Penſa dedi Alcidae: Bacchum ſervire coëgi
Quamvis Liber erat. feci mugire Tonantem.

verſum enim quartum, quem Gruterus, Ferretius, & Moroni Codex adnectunt, additum puto ex varia verſus tertii lectione, in quo pro *Bacchum ſervire coëgi*, in aliis legitur *feci mugire Tonantem*, unde ſine dubio geminato hemiſtichio *Quamvis Liber erat*, alii deinceps duos effinxerunt verſus. Imitatus eſt aperte Claudianus Idyll. V. v. 53. de Cupidine:

Quae tibi, ſaeve puer, non eſt permiſſa poteſtas?
Tu magnum ſuperas fulmen, coeloque relicto
Fluctibus in mediis cogis mugire Tonantem.

& haec ante oculos habuit Poëtarum veterum optimus imitator Joſephus Iſcanus Lib. II. de Bel. Troj. v. 426.

——— *non Cynthius ignes*
Majores miratus erat: non cura tridentis
In mediis fervebat aquis: ſed nomine vero
Bacchus liber erat.

tum Alanus ab Inſulis in Anticlaudiano Lib. IX. v. 271. de Veneris calore:

Qui Solis flammas urit, ſuccendit in undis
Neptunum, Bacchum bacchari cogit, & ipſum
Fulminat igne Jovem, Superis furatur honorem
Numinis, & multis cogit ſervire potentes.

nec multum abeunt illa in Epigrammate de Galatea, quod infra a nobis producetur:

Ipſa Cupidineae cedunt elementa pharetrae,
Cujus & in mediis flamma ſuburit aquis.

ejuſdemque fere coloris eſt illud Regiani de Thermis, quod inter haec Epigrammata etiam edendum erit:

Quis Deus has incendit aquas? quis fontibus ignes
Miſcuit, & madidas fecit diſcurrere flammas,
In regnis, Neptune, tuis Vulcanus anhelat.

Denique quod Cupido hic jactet, ardore ſuo Neptunum in undis flagrare, idem etiam non infeliciter expreſſit Joh. Matth. Toſcanus inter Carm. Illuſtr. Poët. Italor. Tom. I. pag. 56. Epigrammate de Cupidine marmoreo ad fontem poſito:

Adjectum fonti puerum qui retur Amorem,
Temperet ut calidas frigida lympha faces;
Fallitur: ille calor non his extinguitur undis,
Neptunum in mediis uſtulat ille vadis.

quod ideo adpono, quia poëtas Italos recentiores haud pauca in ſuis carminibus expreſſiſſe ex his & ſimilibus veterum Catalectis & Epigrammatibus, ſaepe deprehendi, ut alibi videbimus. Sannazar. Ecl. II. 25.

Quaeque vel in mediis Neptunum torreat undis.

Neque abludit illud Nicolai Grudii in Cupidinis imaginem in Thermis poſitam; Lib. III. Epigramm. pag. 93. & 96. nam bis illic excuſum legitur:

Hic tua quis ſtatuit ſigna, inſidioſe Cupido,
An tuus & mediis aeſtuat ignis aquis?

ceterum de Cupidinis imperio in ipſos Deos notum illud Ovidii, *Regnat & in dominos jus habet ille Deos.* & Claudiani Nupt. Honor. v. 75.

——— *ille Deos, coelumque & ſidera cornu*
Temperat, & ſummos dignatur figere reges.

quo refer corruptum Virgilii locum in Ciri v. 138.

Sed malus ille puer, quem nec ſua flectere mater
Iratum potuit, quem nec pater, atque avus idem
Jupiter, ille etiam Poenos domitare leones,
Et rabidae docuit vires miteſcere tigris,
Ille etiam Divos omnes, ſed dicere magnum eſt.

ſic notis ineditis caſtigabat Heinſius, pro quo in vulgatis *Et validas docuit vires*, & ultimo verſu *Ille etiam Divos, homines.* quamquam hoc ultimum vix ſollicitandum videatur, ut Cupidinis imperium in Deos & homines ſimul innuat; firmaturque, ut alios mittam, ex Heſiodo in Theog. 120.

Ἠδ᾽ Ἔρος, ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Λυσιμελής, πάντων τε θεῶν πάντων τ᾽ ἀνθρώπων
Δάμναται ἐν στήθεσσι νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν.

& quae paſſim apud Poëtas obvia. vid. Ritterſhuſ. ad Oppian. Lib. II. Cyneg. v. 410.

Ep. XXIX. *Igne ſalutifero*] Legitur apud Pithoeum pag. 3. & in Catalectis Petronianis. verſu ſecundo pro vulgato *proprias aquas* mallet Heinſius *properas* vel

Ep.

EP. XXX. *Cupido amans.*

Quis me fervor agit? nova ſunt ſuſpiria menti,
Anne aliquis Deus eſt noſtro vehementior arcu?
Quem mihi germanum fato fraudante creavit
Diva parens? * an ſpicula fuſa per orbem
Vexavere polum? laeſusque in tempore mundus
Invenit poenam; ſed ſi mea vulnera novi,
Hic meus eſt ignis, meus eſt qui parcere neſcit.
In furias ignesque trahor, licet orbe ſuperno
Jupiter, ex altis undis, Neptune, tegaris;
Abdita poenarum eſt * ingum Tartara Pluton.
Impoſitum rumpemus onus, volitabo per axem
Mundigerum, coelique plagas, pontique procellas,
Umbriferumque Chaos: pateant adamantina regna,
Torva venenatis cedat Bellona flagellis,
Poenam mundus amet, ſtupeat vis major, anhelat
In ſe ſaevus amor, fraudemque in vulnere quaerit.

EP. XXXI. MODESTINI *de Amore.*

Forte jacebat Amor, victus puer alite ſomno,
Myrti inter frutices, pallentis roris in herba:
Hunc procul emiſſae tenebroſa Ditis ab aula
Circumeunt animae, ſacra face quas cruciarat:
Ecce meus venator, ait, hunc, Phaedra, ligemus;
Crudelis, crinem, clamabat Scylla, metamus;
Colchis & orba Progne, numeroſa caede necemus;

Dido

vel *promtas. flammans* pro *inflammans*, incendens, ut apud Claudian. Epithal. Hon. v. 16. *Scyria ſic tenerum virgo flammabat Achillem.* ubi vid. Barthium. Heinſ. ad Ovid. 1. Met. v. 162. & Markland. ad Statium pag. 270. & ſeq.

EP. XXX. *Cupido amans.*] Hoc & ſequens carmen, ineditum utrumque, ex Divionenſi Codice primi producimus, & Salmaſianis ſchedis.

v. 1. *Quis me fervor agit*] Sic dedi ex Divionenſibus. vitioſe enim in Salmaſianis: *Quis me fera vergit.* & ſic in Cod. Leidenſi, qui Salmaſiani apographum eſt. ubi Iſ. Voſſius in margine adſcripſerat, *fervor agit.* deinde *mentis* pro *menti.* v. 3. *germano fato.* in iisdem.

v. 4. *Diva parens * an ſpicula* &c.] Ita in utroque Schedarum exemplari. & Cod. Leidenſ. forte ſuppleri poſſet, *Diva irata parens,* ut primae ſyllabae vocis *irata* ex praecedenti *Diva* repetantur. *Diva parens latitans* tentabat Cl. Oudendorpius.

v. 5. *laeſusque in tempore mundus*] ſic corrigendum opinor. *mundum* in Salmaſianis. *fuſusque in tempore mundum* Divionenſes. male: praeceſſit enim *ſpicula fuſa* v. 6. In Schedis Salmaſianis & Divionenſibus perperam, *Invenit mundum poenam.* & ſic in Cod. Leid.

v. 10. * *ingum Tartara*] Sic vitioſe in Schedis, & Cod. Leid. forte, *ingens in Tartara Pluton.*

v. 13. *adamantina regna*] Sic corrigendum. vitioſe in Schedis *adamantica.* quod Latinum non eſt.

v. 14. *Torva venenatis*] *Turba* male in Salmaſ. Schedis, & Cod. Leid. & v. ſeq. *Poena mundus amet, ſtupeat vix major.*

v. 16. *Inde ſaevus* &c.] Eaedem & Leid. Cod. hunc verſum ita exhibent:

In ſe ſaevus amor, fraudemque in vulnere quaerat.

in Divionenſibus:

— *Stupeat vis. major anhelat*
Inde ſaevus amor, fraudemque in vulnere quaerit.

EP. XXXI. *Alite ſomno*] Sic Divionenſes Schedae. vitioſe in Salmaſianis, & Cod. Leid. *aſide ſomno.* v. 6. In iisdem: *Scyllam & amus.* Heinſius *petamus.*

v. 8.

Dido & Canace, ſaevo gladio perimamus;
Myrrha, meis ramis; Evadnes, igne crememus;
Hunc, Arethuſa, in aquis; Byblis, in fonte necemus;
Aſt Amor evigilans, dixit, mea penna volemus.

EP. XXXII. *In Imaginem Daphnes.*

Intonſi ſum cura Dei Peneïa virgo,
Perpetuae pulchro frondis honore virens.
Quiſquis amas Phoebum, laurum cole, quidquid amatae
Deditur, acceptum gratus amator habet.

EP. XXXIII. *Pani & Apollini.*

Pan, tibi, Phoebe, tibi, lenimen dulce laborum,
Otia dum terimus, carmina mille damus.

EP. XXXIV. *Sanco Semipatri.*

De decuma victor tibi Luciu' Mummiu' donum
Moribus antiqueis hoc pro uſura dare ſeſe
Viſum animo ſo. perfecit ſa pace rogans te,
Cogendo diſſolvendei ut felicia faxis.
Perficias, decumam ut faciat verae rationis.
Propter hoc, atque alieis doneis des digna merenti.

EP.

v. 8. lege cum Cl. Oudendorpio, *Dido ait & Canace.* v. 9. *Euhadnes.* & v. 10. *Hunc Arethuſa, inquit,* eaedem Salmaſianae Schedae exhibent. unde repoſui, *Hunc, Arethuſa, in aquis.* niſi quis malit cum Cl. Oudendorpio, *Hunc Arethuſa, inquit, Biblisque in fonte necemus.* quia utraque in fontem verſa. dein *Biblisque*, ne ultima male producatur.

EP. XXXII. *In imaginem Daphnes*] Edidit Muratorius Tom: I. Theſ. Inſc. Antiq. p. 146. apud quem male ultimo verſu legitur *gratis amator*, metro adverſante.

EP. XXXIII. *Pan tibi*, &c.] Apud Pithoeum Lib. IV. pag. 146. & G. Fabric. in Monum. Antiq. p. 162.

EP. XXXIV. SANCO FIDIO.] Petrus Marſus refert in Librum octavum Silii, invenit primum Pomponius Laetus. G. FABRICIUS. Inſcriptio haec Reatina, Deo Sanco poſita, legitur apud Pith. pag. 5. Scalig. Lib. 1. Catalect. pag. 222. Gruter. in Inſcript. pag. XCVI. 7. Fabric. in Antiq. pag. 161. & Lipſ. in Auctar. Inſcript. Antiq pag. 32. Aldum in Quaeſit. per Epiſt. pag. 8. Urſinum in Famil. Rom. pag. 305. & Ferret. in Muſis Lapid. Lib. 1. p. 36 Pighium in Inſcriptionibus ineditis, & ex veteri Moroni Codice deſcripſit Heinſius in MSS. Inſcriptionibus. perperam autem apud Fabricium inſcribitur SANCTO FIDIO SABI PATRI. Lipſius tantum SANCTE. ſed rectius apud Gruterum & Ferretium SANCO FIDIO SEMO PATRI. vide de hoc numine multa egregia apud Heinſium aliosque ad Ovid. Lib. VI. Faſtor. v. 213. quibus adde praeter Urſinum de Famil. Rom. d. l. & Salmaſ. ad Hiſt. Aug. pag. 39. Xylandr. in Adnot. ad Plutarch. Quaeſt. Rom. pag. 92. & 93. ed. Boxhorn. Caſtalion. Decad. III. Obſerv. cap. 10. ubi erudite ex antiquis Inſcriptionibus illuſtrat, & Raderum ad Martial. Libr. Spectac. Epigr. 7. pag. 40. de decumis autem Herculi ſolutis vide Gorii Obſervat. Inſcriptionibus Donianis praefixas pag. LXVI.

v. 1. *Tibei*] Grut. Lipſ. Fabric. Ald. Urſin. & Schedae Heinſii.

Ibid. *Lucius Mummius*] Fabr. & Grut. *Munius* Ald. Lipſ. Pigh. & Urſin. *Murius* Inſcript. Heinſ. quae *domi* pro *donum* etiam corrupte ſcribunt.

v. 2. *hoc pro uſura dare ſeſe*] *pro uſura hoc dare ſeſe* apud omnes alios eſt, & paullo poſt *animo ſuo* pro *ſo*, ut Pith. & Scal. quomodo etiam Ald. Urſin. & Heinſ. & Cod. Mor. *dare ſemper* Ferret.

v. 3. *ſa pace rogans te*] ſic Pith. & Scal. pro *ſua*, ut in aliis. *tua* apud Fabr. Urſin. Aldum, Lipſ. & Heinſ. *tua ope* Grut. & Ferret. *tua pace rogante* eſt apud alios.

v. 4. *Cogendo* &c.] *Cogendi diſſolvendei tu ut facilia faxſeis* apud Gruter. Aldum, Urſin. Ferret. Pigh. & Heinſ. *tu vi facilia* Lipſ.

v. 5. *Perficias*] *Perficiasque*, Gruter.

v. 6. *Propter hoc atque alieis*] *Proque hoc atque alieis* Urſin. Aldus, Fabric. Lipſ. Pigh. Gruter. & Heinſ. in fine verſus pro *digna merenti* apud Scalig. aliosque *cuncta roganti*.

Digitized by Google

Ep. XXXV. *Hercules.*

Alcmenae Jovis & magni fortiſſima proles
Tricoſus ſubito poſt mea fata vocor.

Ep.

Ep. XXXV. *Alcmenae*] Romae in Capitolio in baſi parva ſigni. Scriv. Idem adſcripſit Gruterus & notavit haberi in plana ac parva baſi quae ſteterat ſub ſigno, quondam in hortis Cardinalis Carpenſis. legitur & apud Ferretium in Muſ. Lapid. Lib. IV. pag. 303. & habent Pithoeus in Praetermiſſis p. 181. ed. Par. Gruterus pag. L. inf. I. & Lipſius Fol. XXIII.

Tricoſus ſubito &c.] Eſt illud vix obvium alibi Herculis cognomen, quod Romae in Capitolio ſub ejus Dei ſigno tale legitur:

Alcmenae Jovis & magni fortiſſima proles
Tricoſus ſubito poſt mea fata vocor.

Animus mihi eſt exquirere, quid ſibi velit *Hercules tricoſus.* Et primo quidem ſic exiſtimabam; *tricoſi* nomine hominem vafrum, callidum, & denique ex dolis omnibus conſutum denotari. Nimirum a tricis connectendis. Quippe Hercules tot & tam ſaepe laudatos labores ſuos artibus quibusdam confeciſſe videbatur. Sed interpretatio haec diſplicere coepit, ex quo in mentem venit, Herculem a ſimplicitate paſſim ab antiquis commendari; unde *minime vafer* dicitur Senecae in Apocolocynthoſi, ubi de artibus Claudii agit: *Et impoſuerat Herculi homini minime vafro, niſi fuiſſet illic Febris. Placidus* vocatur in Inſcriptione, quae eſt Romae,

HERCULI PLACIDO
IABOLENUS. AUG. LIB.

Nec deeſt ratio, cur hoc creditum olim fuerit, ſi recte & ſerio cogitemus. Quemadmodum enim virtutis eſt, ſemper agere quod agendum, & eo modo quo oportet, ita cum dolo conjuncta virtus bonum quidem agit, ſed non ſicut agere debebat. Hoc autem a ſimplicitate illa veteri & cordata omnino abhorrebat. Utriusque, illius quidem in Hercule, hujus vero in Ulyſſe, exemplum dare nobis voluerunt antiqui. Quare alter iſte *duplex* & *doloſus* ab Horatio, *inventor* & *hortator ſcelerum*, & *fandi fictor*, & *artificis ſcelus* & *pellax* a Virgilio paſſim nominatur. Per *tricoſum* igitur *Herculem*, vafrum aut callidum non ſatis commode intelligi poſſe exiſtimamus. Nec eo opus eſt, dum aliud, veriſſimum illud, meo quidem judicio, ſeſe offert. *Tricoſus* idem eſt, ac ille, qui nullius amplius uſus, vim ſuam & robur diutius non poteſt probare. Et ſic veteres Gloſſae interpretantur; *Tricoſus* Ἀχρεῖος, Ἔκλυτος, Λαγσάνδυς. Atque ita Hercules merito *poſt fata tricoſus* nominatur. Quamdiu vixit, par omnibus aut major fuit: poſtquam fato conceſſit, ſubito ſimul cum vita invidendam, qua tot facinora edidit, tot labores decertavit, virtutem amiſit. Boxhornius *in Quaeſt. Roman. cap.* 2.

Quae Boxhornius ad hoc Epigramma conſcripſit, ut *tricoſi Herculis* cognomen explicaret, in iis nimium mihi videtur argutari. Certe prior ejus interpretatio admodum incommoda & aliena eſt, ut ipſe agnoſcit. altera propius quidem accedit, ſed ſcopum tamen non plane ferit. *tricoſum* Herculem pro contentioſo, rixarum perquiſitore, explicat Ferretius. ſed perperam. licet ita etiam Pighius exponat in Inſcriptionibus ineditis, quia Herculis ingenium rixoſum, eaque propter, quum Jaſoni parere nolebat, ab Argonautis relictus fuit: ut *tricones* pro vaſris & contentioſis apud Capitolin. in Aelio Vero cap. 4. ubi v. Salmaſ. & Gulielm. II. Veriſ. cap. 21. nec felicius, ut puto, ſenſum hujus loci percepit Ever. Otto in Libro de Tutel. Viar. cap. X. pag. 183. ubi de Hercule agens dicit: *Tot fabulis & mendaciis hiſtorica fide comitis eſt involutus, ut vix dignoſci queat: Ipſe a vanis tricis* TRICOSUM *ſe appellatum conqueritur in Epigrammate vetuſto, &c.* quae non intelligere me lubens profiteor. niſi velit Herculem ideo *tricoſum* dici, quia antiquitas veris de Hercule hiſtoriis multa fabuloſa immiſcuit, ideoque intricata ſit Herculis hiſtoria, ſed quomodo, ſi hic ſenſus eſſet, Hercules *tricoſus* diceretur, & id huic loco congruum eſſet, nullus video. Epitome MS. Gloſſarum S. Germani, *Tricoſus* ἀχρεῖος, ἔκλυτος, λαγσὰν δυς .... ubi Scaliger in ſuo Codice, qui eſt in Biblioth. Leidenſi, ſupplet δύσκολος vel δύσχερος. nam male Labbaeus junctim edidit, λαγσάνδυς. quomodo etiam profert Boxhornius, licet aliter Salmaſ. ad Capitolin d. l. Fateor hic aquam mihi haerere, neque rationem hujus nominis ſatis adſequi; Forte igitur alia nobis quaerenda erit lectio. Scriverius margini exemplaris ſui pro *Tricoſus* adſcripſerat *Strigoſus*, quae vox propria eſt de jumentis, & vitium equorum denotat. Nonius Marcellus pag. 168. *Strigoſus apud veteres morbus dicitur jumentorum, qui corpora ſtringat aut fame aut alia vitii cauſa, quaſi ſtringoſus.* ita in verſu Lucilii ex Lib. XII. Satyr.

Hic ſtrigoſu' bovinatorque ore improbu' duro.

ubi *tricoſu'* corrigit Douſa pater in Explan. Plautin. pag. 177. cujus conjecturam margini editionis ſuae pag. 50. adlevit Filius ejus Franciſcus. Scaliger autem ad Catalecta p. 241. *ſtrigoſum* illo in loco explicat non ἰσχνὸν, ſeu macilentum, ut vulgo acceperunt, verum morabundum ac tergiverſatorem. Legitur & hic Lucilii verſus apud Gellium Lib. XI. cap. 7. ubi ineptus & antiquarius orator, uſus voce *bovinatore* cum eſſet & irriſus, hunc Lucilii verſum adfert; ibidemque in ſcriptis & editis eadem eſt varietas. vide notas. Verum Gronovius in nota ad illum Maecenatis verſum, *Ninnio*

nio

EP. XXXVI. *Herculi Sacr.*

Alcide, ſacri generis decus, hoc tibi Praetor,
Et Jovis antiſtes dedico Perpetuus.

EP. XXXVII.

Te precor, Alcide, ſacris invicte periclis,
Rite tuis laetus dona ferens meritis.

Haec

nio videas ſtrigoſiorem, qui legitur in vita Horatii Suetonio addita pag. 405. edit. noviſſ. Patrui mei, erudite de hoc verbo agens, locum Lucilii rectius explicat, ac notat *bovinatorem* eſſe tergiverſatorem, ac morabundum, ſed *ſtrigoſum* dici debilitato corpore gracilem, & ita haec duo equi vitia, primum indolis, alterum corporis, ſeparanda eſſe. & hinc praeferrem hoc in verſu *Strigoſus*, ut ita tranſlatione a jumentis & equis deſumta dicatur Hercules poſt ingentia facta, & exantlatos duriſſimos labores, corporis vires adeo adtenuaſſe, ac conſumſiſſe, ut quaſi defectus annis, & defertus viribus *Strigoſus* vocetur, cum antea Jovis magni fortiſſima proles eſſet; unde & melius in aliis hic legitur *facta*, quam *fata*. probante Gudio apud Gruter. qui in Lapide ipſo ita haberi teſtatur.

EP. XXXVI. HERCULI SACR.] Duo haec Epigrammata Romae inventa apud Scholam Graecam, ubi erat templum Herculis, ſcribit Apianus pag. CCXVI. SCRIV. Quatuor haec Herculi poſita Epigrammata apud Pithoeum habentur pag. 6. Fabric. p. 161. Apian. p. 216. & 217. Mazochium pag. 7. *b.* Ferretium in Muſis Lapid. pag. 21-26. Lipſium in Inſcript. Fol. XXIII. & in Codice Perotti. *Perſpectus* in veteri Moroni Codice; quod nomen etiam occurrit in Priapejis carm. 82. *Haec tibi Perſpectus templa, Priape, dico.* ubi tamen Reineſius ad Claſſ. IX. Inſcr. 68. reponit *Reſpectus*, & notat in nonnullis Codicibus ibidem loci etiam legi *Perpetuus*, ut in hoc carmine, ac refutat virum ſummum, Scaligerum, ni fallor, qui *Perſpectus* illo in verſu correxit. verum nomen illud hic locum habere non poteſt, metri cauſſa; nihil enim variant Apianus & Mazochius, Ferretius, & Gruterus, apud quem habetur pag. XLIII. inſcr. 7. neque ceteri, apud quos conſtanter *Perpetuus* ſcribitur, quomodo & in Inſcriptionibus ineditis Pighii, & in Codice Perotti. nec aliter profert e MSS. Barth. 52. Adverſ. cap. 1.

EP. XXXVII. *Te precor Alcide*] HERCULI INVICTO vetus Inſcriptio. Legitur autem in horto Conſervatorum in Capitolio baſi marmorea; Smetius vidit, & habet Gruterus pag. XLVII. verſu tertio *Camina* eſt in marmore, & ſequenti *potes efficere* apud Apianum. ultimo diſticho *Sume lubens ſim. tuis quae munera Cilo Aris Urbanus* &c. in veteri inſcriptione. *Chilo artibus Urbanis* Apianus. SCRIVER. In Codice Perotti inſcribitur, DEO HERCULI INVICTO C. JULIUS POMPONIUS PUDENS SEVERIANUS V. C. PRAEF. URB. In veteri libro Moroni, quem contulit Heinſius, legebatur etiam hoc Epigramma, variante nonnihil a vulgatis lectione: verſu enim primo *ſacris invicte peractis*, quomodo apud Apianum, & Ferretium, pro *periclis*, & ſic in Perotti Codice aliisque eſt, licet vulgata firmari poſſit ex Epigr. XLI. de Hercule:

Tranſivi intrepidus per mille pericula victor.

apud Mazoch. editur *periclis*. ſed in corrigendis emendavit *peractis*. ut & *Cilo* & *Urbanus*. deinde in iisdem *haec tibi noſtra*, pro quo *dona* apud Apian. Mazoch. Pith. & Fabricium legitur. & ſequenti verſu *tu potes efficere* in iisdem Codicibus, & ſic Ferretius. ultimo diſticho in iisdem habetur, *Sume lubens ſimulacra tuis quae munera Cilo Arius Urbanus.* neque aliter exhibetur hoc carmen apud Gruterum & Lipſium. apud Apianum vero, *Sume lubens ſimulachra tuis que munera Chilo Artibus urbanis dedicat ipſe ſacris. coelo Aris Urbanis* Mazoch. *Cilo Aris Urbanus* Ferret. & ſic etiam hoc Epigramma protulit ex Inſcriptionibus Pighii ineditis Broukhuſius ad Propertium Lib. 1. El. 21. 23. ubi notat in libro autographo Stephani Vinandi Pighii legi *Camena* pro *Camina*, ut apud alios habetur, & penultimo verſu *praetor* pro *Cilo*, ut ſequenti Epigrammate *Urbanus praetor* denuo occurrit: ſed bene ſe habet *Cilo*, praeſertim cum ita apud omnes legatur, quos modo adduxi; idque nomen a capitis acuminati vitio deſumtum aliis etiam inditum eſt; ut C. FLAMINIUS CILO. & P. MULVIUS CILO in Inſcriptionibus apud Tomaſin. de Donar. pag. 12. ubi & verſum hunc profert. Scriverius autem in MSS. ad Gruteri Inſcriptiones legebat *aris Urbanus*. & ſubintelligebat *Praefectus*, ut in ſeptem Inſcriptionibus illic praecedentibus, vel conjungebat *Cilo Urbanus*. Innuit autem ibidem, ut hoc addam, Broukhuſius codicem ineditarum Inſcriptionum Pighii, quem inaeſtimabilem antiquitatis theſaurum, ut vocat, habuiſſe ſe beneficio illuſtris quondam Amſtelaedamenſium Conſulis Joannis Sixii, dicit in notis ad Lib. 1. El. 18. v. 27. Illarum vero apographum prolixae benignitati Patrui quondam mei eſt quod acceptum referam. Barthius etiam Lib. LII. Adverſ. cap. 1. ex MS. Codice Inſcriptionum Jacobi Beyellii, Presbyteri Spirenſis, inter alia pro-

tu-

Haec tibi dona poteſt tenuis perferre Camena:
Nam grates dignas tu pote perficere.
Sume lubens ſimulacra tui, quae munera caelo
Aris urbanis dedicat ipſe ſacris.

EP. XXXVIII.

Argive victor Herculis, donum hoc tibi
Urbanus Praetor vel Dumnianius vovit.

EP. XXXIX.

Hercules invicte Cautus hoc tuo donu*m lubens*,
Numini ſancto dicavit Praetor urbis *maximae*,
Cum pia ſollemne mente rite feciſſ*et ſacrum*,.
Tradidiſti quod Potitiis Evandreo *ſacculo*,
Ad miniſtrandum quod Antiis hic ad *.

EP.

tulit hoc carmen, ubi in primo verſu habetur, *Te precor Alcides, agris invicte peractis.* v. 3. *Haec tibi noſtra poteſt.* v. 4. *Tu potes efficere*, ultimum vero diſtichon hoc modo, *Sume lubens ſimulacra tuis quae munera colo Aris*, *Urbanus dedicat ipſe focis.* Ceterum ut in hoc Epigrammate, ita & in plurimis antiquis monumentis & inſcriptionibus *Hercules* proprio quaſi ac perpetuo titulo vocatur *invictus*, ut ex plurimis apud Gruterum Inſcriptionibus notavit Broukhuſius, quibus adde quas Lipſius habet Fol. XXIII. & ſeq. Apuleius in Apolog. pag. 17. ed. Pric. *Ipſe denique Hercules invictus, ipſe, inquam, Hercules luſtrator orbis, purgator ferarum, gentium domitor &c* & ſic in Inſcript. apud Donium Claſſ. I. Inſcript. 100. HERCULI INVICTO SAC. aliisque haud paucis apud Pighium, Gudium, aliosque. vide D. Heinſii Exercitat. Sacr. p. 340.

v. 4. *Tu pote perficere*] Amicus noſter mallet *non pote*. PITH. *tu potes efficere* apud Apianum. SCRIV.

v. 6. *Aris urbanis*] Fortaſſis ſcriptum fuit *Arius*. PITH. & ſic margini adſcripſit Scriverius.

EP. XXXVIII. *Argive victor Herculis*] Recte Heinſius *Hercules*, ut habet Gruterus. paſſim enim *victor Hercules* occurrit in vetuſtis Inſcriptionibus. ſic apud Gruter. pag. XLII. 7. HERCULES ET PHILOTES ALCIDES HOMINUM VICTOR DOMITORQUE FERARUM. & ſic centies apud alios. vid. Serv. ad Virg. VIII. Aen. 203. & 362. & quae habet Broukhuſ. ad Propert. IV. 9. 20. Idem Heinſius deleto *vel* in ſequente verſu *vovit* emendabat, quod exemplari ſuo etiam adnotavit Scriverius, & monuit Pithoeus, nam *vivit* typographicum eſt ſphalma. apud Gruterum autem pag. L. inſcr. 2. habetur, *donum hoc tibi Urbanus Praetor vel Dumnianus Junius.* & ſic etiam dedit Lipſius. In Perotti Codice alio in loco hoc Epigramma legitur hoc modo:

Argive victor Hercules donum hoc tibi
Urbanus Praetor vel Dumicianus vivus.

pro quo apud Mazochium pag. 89. *b. Praetor vel Dumnianus vivus.*

Urbanus Praetor] Lege, *Urbanus Praetor Dumnianius vovit.* PITH.

EP. XXXIX. *Hercules invicte*] In Codice Perotti, in quo perpetuo tenore hoc Epigramma legitur, inſcriptio haec praefigitur:

Herculi invicto Pompejus Appius
Fauſtinus V. C. Pr. Ur. N. D. D. feliciter.

quomodo & Apianus p. 217. & Mazochius. ipſum autem ita exhibet idem Codex: *Hercules invicte Cautius hoc tuo Numini ſancto d. praet. urbis Cum pia ſollemn. m. r. feciſſe tradidiſti quod potitis. Evandreo adminiſtrandum quod annis hic ude.* pro quo apud Apianum, *Catius hoc tuo donu numini ſ. d. pr. urbis c. p. ſolenni m. r. feciſſe .... Tr. quod potius Evandrio Aminiſtr. quotannis hic ade.* apud Mazochium Epigramm. Antiq. Urb. pag. 20. *b.* legitur:

Hercules invicte cautius hoc tuo donu
Numini Sancto dicavit praetor urbis
Cum pia ſolemne mente rite feciſſe
Tradidiſti quod pro Potitiis Evandreo
Adminiſtrandum quod Antiis hic ade.

Ferretius vero in Muſis Lapidar. Lib. I. pag. 24. ſupplevit ita ut apud Gruterum habetur p. XLVII. 3.

Hercules invicte Cautus h. t. donum libens
Num. ſ. dic. Praetor urbis Annius
Cum p. ſolenne mente rite feciſſet tuum
Trad. q. Potitis Evandreo ſeculo
Adminiſtr. quod annis hic ades votis favens.

in fine enim verſuum horum trochaicorum abraſas in lapide fuiſſe literas teſtatur, quas ita de ingenio ſupplere tentavit. tertio verſu *ſollenni* contra metrum apud Pithoeum aliosque. Ceterum antiquiſſimum hoc monumentum eſſe, & in monte Tarpejo haberi teſtatur Pierius ad Virg III. Aen. 64. ubi primo verſu exhibet, *Hercules invicte Cautius hoc tuo donu.* pro *dono.*

EP. XL. *De Hercule & Junone.*

Viribus Herculeis dum noxia facta requirit,
Juno dedit laudem viribus Herculeis.

EP. XLI. *Herculis Elogium.*

Tranſivi intrepidus per mille pericula victor.
Non acies ferri, non clauſis moenia portis,
Conatus tenuere meos: domat omnia virtus.

EP. XLII. XII. *Labores Herculis.*

Conpreſſit Nemeae primum virtute Leonem;

Ex-

dono. quod profert inter illa exempla, quibus probat in antiquis monumentis ſaepe V pro O poſitum, AGRV pro AGRO, & ita hic DONV pro DONO. Sed nobis id videtur indicare in lapide ipſo lectum fuiſſe DONVM, litera ultima M tantum extrita aut abraſa cum ſequenti voce *lubens.* Angelus etiam Politianus Lib. IV. Epiſt. 9. marmor hoc aenei Herculis tunc inventi memorat, idque in atrio Capitolino vetuſtis ac paene exoletis verſibus inciſum laudat, & ultimo verſu illic legi teſtatur *Adminiſtrandum quodamis*, quam ſcripturam illic ex vetuſtis Virgilii codicibus firmat. vid. Dauſquej. Orthogr. L. L. Part. 2. p. 263.

EP. XL. DE HERCULE ET JUNONE.] Debetur Schedis Salmaſianis & Divionenſibus & Cod. Leidenſi. edidit inter alia ſimilis notae Epigrammata Cl. Dorvill. in Miſcell. Obſerv. Nov. T. V. pag. 476.

EP. XLI. *Tranſivi intrepidus* &c.] Leonardi Aretini, in imaginem Braccii, Montonii. hoc olim titulo edidit Fani Laurentius Abſtemius. PITHOEUS. Ex aenea effigie edidit G. Fabricius. Sed auctor eſt Leonardus Aretinus, nam ſub titulo Leonardi Aretini in imaginem Braccii Montonii Fani olim editum a Laur. Abſtemio an. 1505. SCRIVER. Leon. Aretini eſſe adſcripſerat etiam Opitius. ex antiqua tamen imagine Raimundi Fuggeri edidit Apianus pag. 170. & ex eo Gruter. p. XLIII. inſcr. 2. & inter vetuſta dedit G. Fabric. Lib. III. p. 149. Pithoeus Lib. II. vet. Epigr. pag. 67. & Ferret. in Muſis Lapid. Lib. I. p. 26. vs. ſecundo, *vaſtis moenia foſſis* Codici ſuo Catalectorum Pithoei adſcripſerat Scriverius.

EP. XLII. XII. LABORES HERCULIS,] Exſtat apud Pithoeum pag. 160. & Scalig. pag. 172. qui ſingulos verſus ut monoſticha ſeparata edidit ſub titulo HILASII. Sed nullum auctoris nomen praefigunt Codices antiqui, nec Aldina Catalectorum editio pag. 67. *b.* DE XII. VIRTUTIBUS HERCULIS MAGNI inveni in Codice Leidenſi, & ſic in veteri libro Reginae Chriſtinae, quem contulit Heinſius, cui etiam debentur Voſſiani & Petaviani Codicum variantes Lectiones. Quamvis autem alii ſaepe hos Herculis labores *aerumnas*, *expeditiones*, *opera*, *ſtipendia* & ſim. vocent, *labores* tamen frequentius. vide Cl. Arentz. ad Plinii Paneg. cap. XIV. pag. 79. Herculis XII. Labores enumerat etiam Hyginus Fab. XXX. Sidonius Apollin. carm. IX. Boëthius Lib. IV. Metr. VII. vide Notas Doctorum ad Juſtinum Lib. II. cap. 4. & quos laudat Celeb. Drakenb. ad Silium Lib. III. v. 32. & ſeqq. ſed & de geſtis Herculis Graecum Epigramma ineditum, & inſcriptionem antiquam Graecam, ſed valde mutilam, ex Iſaaci Voſſii cimeliis produxit Tollius ad Palaephatum p. 211. & ſeqq. & confer cum his Anonymum de XII. Certamin. Herc. inter Allatii Excerpta Rhetor. p. 321. & ſeqq. & Graecam inſignem Inſcriptionem è monumento Farneſiano apud Sponium in Miſcell. Erud. Antiq. p. 47. & Muratorium Tom. I. Theſ. Inſcr. pag. IX.

v. 1. *Conpreſſit Nemeae*] Expreſſum puto ex vetere Epigrammate Anthol. Lib. IV. Titul. VII. in quo ad verbum eadem habentur. Ubi etiam decimus tertius ejus agon deſcribitur, quomodo videlicet una nocte virgines quinquaginta imminuerit: de quo Theodoretus Lib. VIII. *ἵνα γὰρ τὴν ἄλλην αὐτοῦ πᾶσαν ἀκρασίαν παρῶ. Φασὶν αὐτὸν ἐν μιᾷ νυκτὶ πεντήκοντα μιγῆναι παρθένοις, τὸν τρίτον καὶ δέκατον ἴσως ἀγωνισάμενον ἆθλον.* Poëta ſic:

Τὸ τρισκαιδέκατον, τοῖον λυγρὸν ἔσχεν ἄεθλον.
Μουνονυχὶ πεντήκοντα ξυνελέξατο κούρας. LINDENBR.

id exprobrat etiam Herculi Deianira apud Ovid. Ep. IX. v. 51.

Non tibi crimen erunt Theutrantia turba ſorores,
Quarum de populo nulla relicta tibi.

vide notas Frontonis Ducaei ad Tatianum cap. 38. p. 701. & in hunc Herculis tertium decimum Laborem, de quo hic agit Lindenbrogius, elegans eſt Hadr. Valeſii Epigramma inter ejus Poëmata poſt Valeſiana p. 73. *Oppreſſit* Reginae Codex, cui conſentit Petavianus, & Leidenſis. dein *Primum Nemeae* Voſſii & Petavii Codex. *prima virtute* eſt in Codice Chriſtinae, & Leidenſi. Legerem itaque, *Compreſſit Nemeum prima virtute Leonem.* ita Leo hic *primus labor* Herculis dicitur in Carmine Vomani de XII. ſignis coeleſtib. apud Pith. Lib. IV. pag. 220. *Atque Leo primus labor Herculis, & pia Virgo.* de ipſo hoc Leone Lernaeo ſive Cleoneo vide Patrui mei notas ad Valer. Fl. Lib. I. v. 34. dicitur autem *Nemeus*, *Nemeaeus*, & *Nemaeus Leo.* vide Scalig. ad Manil. p. 218. ed.

Boecl.

Extincta eſt anguis, quae pullulat, Hydra fecundo;
Tertius enectus ſus eſt Erymanthius ingens;
Cornibus auratis Cervum necat ordine quarto;

Deji-

Boecl. Muncker. ad Hygin. Fab. 30. & Heinſ. ad Virgil. VIII. Aen. 295. pariter in Carmine Juliani de ſignis coeleſt. apud Pith. Lib. IV. p. 167.

Tum Leo terribilis Nemees, atque innuba virgo.

ita Scaliger & Pithoeus, qui tamen in margine pro varia lectione habet *Nemeaeus & innuba Virgo.* recte. quod confirmant Thuani, Petavii, & Voſſii Codices ab Heinſio collati: alia enim ratio eſt in carmine Palladii, quod ibidem ſequitur. *Herculeuſque Leo Nemeae pavor.* eadem varietas apud Statium Lib. XI. Theb. v. 47.

Exuvias imitata Dei trux moeret ab aſtris,
Amphitryoniades Nemeaei ſanguine terga.

Leonis nempe. ubi Aldini libri ſcripturam *Nemees in ſanguine* probat Barthius, & Lindenbrogii, Gevartii ac Bernartii lectionem, qui *Nemeae* ediderunt, rejicit. Lucanus Lib. I. 655.

Si faetum radiis Nemeaeum, Phoebe, Leonem
Nunc premeres. ubi *Nemeum* in aliis Codd. & antiq. edd. notante Cel. Oudendorpio. & ſic in Statio oportune correxit Gronovius Guſtu Notar. ad Thebaid. p. 410. Similiter emendandum forte apud Martialem Epigr. VI. Spectacul. ubi vulgo legitur:

Proſtratum Nemees & vaſta in valle leonem
Nobile & Herculeum fama canebat opus.

ubi membranae Thuaneae teſte Iſ. Voſſio ad Catull. pag. 127. habent:

Proſtratum vaſta Nemeës in valle leonem.

Scribendum enim, *Proſtratum vaſta Nemeaeum valle Leonem.* idque ex veſtigiis harum membranarum *in* mutato in *m.* ſed ingenioſior potius eſt Scriverii conjectura,

Proſtratum Nemeae, ſed vaſta mole, leonem.

quae emendatio vulgatae proprius inſiſtens amplectenda eſt, ſi illud *mole* a codicibus confirmetur. certe adſtrui poteſt ex illo verſu in Carmine de Hercule & Antheo, quod ex Schedis Salmaſianis mox edendum erit:

Protinus Antheum vaſta ſe mole moventem Occupat.

quomodo idem poëta in carmine de Europa:

Hunc Phoeniſſa tenet vaſta ſe mole moventem.

& de Alceſta:

Tum demum movet arma leo, vaſtoque ſub antro
Aſper, acerba tuens, vaſta ſe mole ferebat.

utrumque deſumtum eſt ex Virgilio III. Aen. 656.

Ipſum inter pecudes vaſta ſe mole moventem.

v. 2. *Extincta eſt anguis quae pullulat.*] *Populeaque* vitioſe in Leidenſi, pro quo *populatque* Chriſtinae liber. Heinſius autem legebat, *Anguibus extincta eſt quae pullulat.*

Ibid. *Hydra fecundo.*] Iſidorus Lib. XI. cap. III. *Dicunt & hydram eſſe ſerpentem cum novem capitibus, quae Latine ſcedra dicitur, quod uno caeſo tria capita excreſcebant.* ubi ſcribendum: *quae Latine excetra dicitur.* Simile mendum latet in Mamertini Panegyrico Maximiano Aug. dicto (cap. 4.) *An non illud malum ſimile monſtrorum biformium & hiſce terris fuit, quod tua, Caeſar, neſcio utrum magis fortitudine repreſſum, an clementia mitigatum.* Sic habet tam nova H. Stephani, quam Frobeniana vetus editio. Plane autem dubium non eſt, quin corrigendum ſit: *Simile monſtrorum biformium & excetris fuit.* Nam & Herculis monſtrorum domitoris ſupra meminerat, de quo etiam ſic Plautus, ejus aerumnarum bonam partem enumerans, in Perſa: (Act. I. Sc. I. v. 3.)

Cum leone, cum excetra, cum cervo, cum apro Aetolico,
Cum avibus Stymphalicis, cum Antaeo deluctari mavelim,
Quam cum amore. LINDENBROG.

Vide Muncker. ad Hygin. Fab. XXX. pag. 71. cui eadem in loco Iſidori in mentem venit emendatio. quae firmatur ex Cic. II. Tuſc. cap. 8.

Haec dextra Lernam, tetra mactata excetra,
Placavit: haec bicorporem adflixit manum.

de voce *excetra* plura notavi ad Epigramma Aſclepiadii de Cicerone, quod legitur apud Pith. Lib. III. pag. 91. ubi Barthius legebat:

Excetra me patriae nuper civilis ademit.

pro quo in vulgatis *Dextera.*

v. 3. *Tertius evictus ſus eſt*] V. C. *enectus.* melius. ἐρυμάνθιον ἔκτανε κάπρον. LINDENBR. Ita & Petavii, & Voſſii codex. neque differunt quid reliqui. & ſic legebat Tollius. *evictus* tamen eſt in Aldi & Scaligeri editione. ſed alterum recte probat Lindenbrogius, quod ſollicitaverunt, ut puto, quia in ſequenti verſu iterum habetur *cervum necat ordine quarto.* ſic Lib. III. pag. 97. ed. Pith. in tumulo Hectoris:

Occubuit telo violenti victus Achillis.

ubi cum in Thuaneo legatur *violentis ictus*, Heinſius in uno exemplari adſcripſerat *evictus*, in altero *violenti enectus.* & ſimiliter hoc in loco *evictus* & *enectus* commutari adnotaverat. Ovid. IV. Met. 243. *Nec tu jam poteras enectum pondere terrae Tollere, Nympha, caput.* Vide Torrent. ad Sueton. Calig. cap. 49. poſſis & *eliſus*, ut *elidere collum, fauces, oblidere*, ac *ſublidere*, apud Poëtas frequens. vid. Heinſ. Lib. I. Adverſ. cap. XI. p. 117. & 118. & ſic apud Ovid. IX. Met. 197.

His eliſa jacet moles Nemeaea lacertis.

quod imitatur Seneca Herc. Oet. v. 1235. ubi ipſe gloriatur Hercules,

Hiſne ego lacertis colla Nemeaei mali Eliſa preſſi?

ita enim recte legit Gronov. ad Stat. p. 392. in fine verſus *Erymanthius anguis* perperam in veteri Chriſtinae & Leidenſi Codice.

v. 5.

Digitized by Google

Dejicit horriſono, quinto, Stymphalidas arcu;
Abſtulit Hippolytae, ſexto, ſua vincula victae;
Septimus Augeae ſtabulum labor egerit undis,
Octavo, domuit magno luctamine Taurum;
Tum Diomedis equos, nono, cum Rege peremit;
Geryonem, decimo, triplici cum corpore vicit;
Undecimo abſtractus vidit nova Cerberus aſtra;
Poſtremo Heſperidum victor tulit aurea mala.

Ep.

v. 5. *Dejicit horriſono, quinto, Stymphalidas arcu.*] Memoriae vitio verſum hunc ſub Ovidii nomine citat Scriver. ad Martial. Lib. IX. Ep. 101. *aeriſonas* pro *horriſono* legendum libro ſuo adſcripſerat Heinſius. Sed quomodo *aeriſonae* Stymphalides dici poſſint, vix capio; neque etiam *aeriſono arcu* convenit, nam licet vulgata ideo poſſet defendi, quia *arcu* ab aliis dicatur Stymphalidas viciſſe Hercules, ut Claudian. Lib. II. de Rapt. Prof. praefat. v. 37. *Stymphalidas arcu Appetis.* Joſeph. Iſcan. Lib. II. de Bel. Troj. v. 116. *domuitque fero Stymphalidas arcu.* & Senecae Herc. Oet. 1237. aliisque: hoc tamen in loco pro *arcu horriſono* aut *aeriſono*, parum abeſt, quin ſcribendum exiſtimem *aeriſonis armis.* Notum eſt Herculem non ſagittis aut arcu, ut nonnulli tradunt, ſed aereorum crepitaculorum ſonitu aves Stymphalidas ex Arcadia abegiſſe, quae hic *aeriſona arma* recte vocat auctor Epigrammatis, ut indicet Herculem aeneis illis crotalis pro armis aut ſagittis uſum Stymphalidas ſuperaſſe. vide Apollon. Rhod. Lib. II. v. 1054. ubi χαλκείην πλαταγὴν vocat aereum crepitaculum, quo illas fugavit Hercules. vide illic Scholiaſten. & ſic Anonymus inter Excerpta Rhetorum Allatii p. 332. cum antea χάλκεα κρόταλα vocaſſet, in fine capitis addit, καὶ τῇδε βίλεσι τῶν ὀρνίθων περιεγίνετο. Confer Apollodorum Lib. II. Biblioth. p. 94. qui hunc ſextum Herculis laborem facit, ut & reliquos diverſo ordine enumerat. Si autem *aeriſonas* cum Heinſio legamus, poſſet etiam emendari,

Dejicit aeriſonas, quinto, Stymphalidas aſtris.

ut apud Martial. Lib. IX. Ep. 101.

Aeripedem ſilvis cervam, Stymphalidas aſtris Abſtulit.

ut recte Gruterus pro *undis.* quo loco etiam firmatur emendatio certiſſima Gronovii apud Senec. Herc. Oet. 1237.

—— tenſus hac arcus manu
Aſtris ab ipſis detulit Stymphalidas.

non *depulit.* *Dejicit* autem hoc in verſu elegans & victoribus proprium eſt verbum, quo de Geryone, alio Herculis labore, etiam uſus eſt Claudianus praef. Lib. II. de R. Prof. v. 39.

Tergeminique ducis numeroſos dejicis artus.

ita apud Sueton. in Calig. cap. I. ex conjectura Lipſii *Armenia regem dejeciſſet.* vulgo *deviciſſet.* vide Gebhard. ad Nep. Thraſyb. cap. 3.

v. 6. *Sua vincula victae*] *Vinctae* Petavianus. male. *cingula* optime emendabat Heinſius, & Tollius. quod Auſonius confirmat, qui *baltheum* hoc Hippolytae Amazonis cingulum vocat. & Ovidius eosdem Herculis labores enumerans Lib. IX. Metam. 189. *—— veſtra virtute relatus Thermodontiaco caelatus baltheus auro. & cinctus Amazonios*, ut hic *cingula*, Claudian. Lib. II. de Rapt. Prof. praef. v. 37. Hyginus fab. XXX. *Hippolyten Amazonam, Martis & Otrirae reginae filiam, cui reginae Amazonis baltheum detraxit.*

v. 7. *Septimus Augiae ſtabulum*] *Augei* eſt in codicibus Chriſtinae, Petavii, Voſſii, & Leidenſi: *Augiae*, Scaliger, & Pithoeus. *Augeae* Aldus. Sic infra *Septima in Augeae ſtabulis impenſa laboris*, ut Aldus habet, & in Auſonio vulgo legitur, licet illic *Augei* legendum indicent Codices Voſſ. & S.Germani, in quibus *Augeis ſtabulis*, perperam litera *s* huic voci ex initio ſequentis adhaerente. eadem varietas apud Senecam Herc. Fur. v. 248. *Stabuli fugavit turpis Augiae labor.* ubi *Augei* legitur in omnibus codicibus, quos ſe vidiſſe teſtatur Gronovius. Vide Muncker. ad Hygin. Fab. XXX. pag. 73. & N. Heinſium Lib. II. Adverſar. cap. 2.

v. 9. *Tum Diomedis equos n. cum rege peremit*] *Perempto* Reginae & Petav. Codex, quomodo & in MS. Leidenſi inveni. unde *peremtos* legebat Heinſius. ſed non opus eſt. Hercules apud Ovid. IX. Met. 196.

Quid cum Thracas equos, humano ſanguine paſtos,
Plenaque corporibus laceris praeſepia vidi,
Viſaque dejeci, dominumque ipſoſque peremi.

v. 11. *Undecimo abſtractus vidit nova Cerberus aſtra*] *Extractus* eſt in Reginae Chriſtinae, Petavii, Voſſii, ac Leidenſis Bibliothecae codicibus: ut apud Plinium Lib. XXVII. cap. 2. *Ortum fabulae narravere ſpumis Cerberi canis extrahente Hercule.* & ita Pompon. Mel. Lib. I. cap 19. *Juxta ſpecus eſt Acheruſia ad manes, ut ajunt, pervius, atque inde extractum Cerberum exiſtimant.* quae loca adducit Heinſius ad Ovid. VII. Metam. 413. *Eſt via declivis, per quam Tirynthius heros &c. Cerberon abſtraxit.* ut ex Palatino aliisque Codd. pro *attraxit* illic loci reſti-

EP. XLIII.

Prima Cleonaei tolerata aerumna Leonis;
Proxima Lernaeam ferro & face contudit Hydram;
Mox Erymantheum vis tertia perculit aprum;
Aeripedis quarto tulit aurea cornua Cervi;
Stymphalidas pepulit volucres diſcrimine quinto;

Threï-

reſtituit, & hunc ipſum Epigrammatis verſum etiam adſert, quod confirmat membranaceus Ovidii Codex oblongus optimae notae, quem mihi ex Wittiana ſupellectile aliquando conparavi. in Senecae loco ex Hippolyt. v. 844. eadem, quae hoc in verſu, eſt diverſitas:

—— *finis Alcides fuit,*
Qui cum revulſum Tartaro abſtraheret Canem.

quomodo ex Florentino probat recte Heinſius, cum in vulgatis eſſet *extraheret*: & ita *canem tricipitem Tartarea abſtractum plaga* in verſibus Ciceronis Lib. II. Tuſc. Quaeſt. 8. vide Celeb. Drakenb. ad Sil. Italic. Lib. III. v. 36. qui vulgatam in Silio lectionem *aeterno tum primum tractus ab antro* defendit ſimilibus Poëtarum locis, quibus adde Boëthium Lib. IV. Conſ. Philoſ. Metr. VII. v. 19. de hoc eodem Herculis labore *Cerberum traxit triplici catena.* Ut autem hoc in verſu *abſtractus* dicitur Cerberus, ita *abductus* vocatur Mamertino in Paneg. Genethl. Maximiani cap. 3. de Hercule; *etiam coelo dirarum alitum* (Stymphalidum) *volucria tela detraxit, etiam terrores inferûm, abducto cuſtode* (Cerbero) *compeſcuit.* ubi vid. Cellar. & ita apud Hyginum Fab. XXX. *Hercules canem Cerberum Typhonis filium ab inferis Regi in conſpectum adduxit.* ubi aliquando legebam *Regi abduxit*, pro in gratiam Regis. ſed nunc nihil muto. in antiqua autem Veneta editione hic legebatur, *abtractus.* unde Tollius corrigebat, *attractus.* nempe invitus & ex inferis in lucem prodire nolens.

EP. XLIII. *Prima Cleonei*] Hoc Epigramma vulgo inter Auſoniana Idyll. XIX. p. 536. ed. Toll. ſolet referri, ſed priori de laboribus Herculis Epigrammati adnectendum cenſui, tum quia ab aliis Auſonio abjudicetur, tum quia Scaliger illud etiam Catalectis ſuis inſeruerit pag. 177. ed. Plantin. nam in prima ejus Gallicana editione Lugdunenſi 1573. non legitur. Sunt & qui Virgilio tribuant, alii neutrius eſſe cenſent; ſed incerti auctoris, ut pleraque, arbitror. Profert id, ſed de auctore nihil definiens, Clofanus ad Ovid. XV. Met. v. 39. & legitur utrumque inter Catalecta Aldinae editionis p. 67. *b.* ſed nullo auctoris nomine praefixo. Heinſius id ex veteri Codice Bibliothecae S. Germani deſcripſerat inter alia.

v. 2. *Lerneam hydram*] Ita Aldus & vulgatae omnes Auſonii editiones. perperam *Lerneae hydrae* eſt in Codice S. Germani.

v. 3. *Mox Erymantheum*] Neſcio cur Muncker. in Hygino Fab. XXX. ubi *Aprum in Phrygia Erymanthium occidit*, recte legit, pro eo quod in vulgatis erat *Erimachum*, refutet Schefferum ac Micyllum, qui *Erymantheum* correxerant. quod videtur idem eſſe; ſaltem hoc verſu probari poteſt; & promiſcue poſſe poni, praeſertim in carmine, opinor.

v. 4. *Aeripedis cornua cervi*] Nulla neque in hoc, neque ſuperiori carmine eſt lectionis varietas. apud omnes enim conſtanter *cervi* legitur, cum in aliis auctoribus *cervae.* vide Muncker. ad Hygin. pag. 72. & Drakenb. ad Silium Lib. III. v. 39. qui etiam recte *aeripedem cervum*, celerem, ſive ut Graecis χαλκόποδα, interpretatur. Martialis Lib. IX. Ep. 101. ubi hos Herculis labores deſcribit:

Aeripedem ſilvis cervam, Stymphalidas arcu Abſtulit.

Virgilius Lib. VI. Aen. 803. eadem in re:

Nec vero Alcides tantum telluris obivit,
Fixerit aeripedem cervam licet, aut Erymanthi
Pacarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.

vide Scalig. ad Auſonii Gryphum v. 11. pag. 454. ed. Toll. Sic *aeripedes tauros* dixit Ovidius Epiſt. Medeae XII. v. 93. quos *igniferos* vocat Valer. Flacc. Lib. VIII. v. 342. vide Heinſ. ad Ovid. Epiſt. VI. v. 32. Ceterum ad differentiam *cervi* & *cervae* quod adtinet, praeferrem ultimum, quia ita ſaepe apud Poëtas hac eadem in re, qui paſſim quoque *cervam* cum cornibus, licet iis deſtituatur, ponunt pro cervo; unde & forte, quia hic *cornua* memorantur, id alii mutatum iverunt. vide quos laudat Patruus meus ad Valer. Flacc. Lib. VI. v. 70. verſu quinto Heinſius legebat, *Stymphalias volucres.* pen. verſu *deſtricta* edidi, non *diſtracta*, ut Aldus & Scaliger; ſecutus Auſonii exemplaria & Cuperi judicium Lib. IV. Obſerv. cap. 5. & ita N. Heinſius in editione Auſonii Tornaeſiana pag. 34. emendaverat. Sic in Carmine Repoſiani de Concubitu Martis & Veneris, infra edendo;

Deſtrictis teneras foliis conſtringe papillas.

Adi & Heinſ. ad Virg. II. Georg. 300. Clar. Oudendorp. ad Lucan. L. IV. 317. *Deſtringunt ramos.* & Lexicon Ruſticum poſt Rei ruſticae Scriptores v. *diſtringere.* In Auſonii MSS. & Edd. quoque *undecimo triumpho.* ut & in Cod. S. Germ. in altera lectione ſubintelligendum *dant*, ex praeced. verſ. ubi *Geryonem extinctum* in Cod. Voſſ.

EP.

Threïciam ſexto ſpoliavit Amazona baltheo.
Septima in Augeae ſtabulis inpenſa laboris.
Octava expulſo numeratur adorea Tauro:
In Diomedeis victoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Iberia palmam,
Undecimum mala Heſperidum deſtricta triumphum.
Cerberus extremi ſuprema eſt meta laboris.

EP. XLIV. PETRONII.

Tales Herculea Stymphalidas arte coactas
Ad coelum fugiſſe reor, ſanieque fluentes
Harpyïas, quum Phineo maduere veneno
Fallaces epulae; tremuit perterritus aether
Planctibus inſolitis, confuſaque regia coeli
Viſa ſuas moto tranſcurrere cardine metas.

EP. XLV. *Hercules & Antaeus.*

Litus arenoſum Libyae coeleſtis origo
Alcides aderat, terrae omnipotentis alumnum
Caede nova quaerens & ineluctabile fatum;
Protinus Antaeum vaſta ſe mole moventem
Occupat, ille ſuae contra non inmemor artis
Concidit, atque novae rediere in praelia vires.
Adrepta tellure ſemel vim creſcere victis
Non tulit Alcides, & terra ſublevat ipſum,
Namque manus inter conantem & plurima fruſtra
Corripit in nodum, niſuque inmotus eodem
Auxilium ſolitum eripuit, corpuſque per ingens
Non jam mater alit Tellus vireſque miniſtrat.
Verum ubi nulla datur dextra adtrectare poteſtas,

Illum

EP. XLIV. *Tales Herculea* &c.] e Petronii Satyr. cap. 136. hos verſus ideo hic inſerui, quia eos ſuis Catalectis addidit Scaliger Lib. II. pag. 256. primo verſu in aliis eſt *arte volucres.* ſecundo, *peneque fluentes* in vulgatis Petronii editionibus, & Codice Scaligeri, quo totum manu ſua ex antiquis Cujacii membranis Petronium deſcripſerat, qui hodie in Biblioth. Leidenſi adſervatur, notaveratque in alio Codice legi *ferventes.* ſed *furentes* in margine conjecerat: alii tentant *poenasque luentes*, vel *pennaque fluentes* pro volantes. Heinſius *pennaeque fluentis.* ſed recte Gonſalius *ſanieque fluentes*, quomodo in Catalectis edidit Scaliger, exponit de veneno, ut paulio poſt *Phineo maduere veneno.* quae ſine dubio vera lectio eſt, & in Codice Scaligeri exſtat, non ut vulgo *furtivo maduere veneno.* quod Gonſalius perperam ſollicitat, legitque *Typhoeo veneno*, eum antea optime de epulis Harpyïarum apud Phineum extremis ex Apollonio Rhodio & Valerio Flacco explicaſſet. ingenioſa certe eſt altera N. Heinſii conjectura in Epiſt. ad Muneker. T. V. Sÿllog. p. 350. *quum Phineam pavere Celaeno Fallaces epulae.* quam tamen cum Munckero a manu ipſius Petronii eſſe praeſtare non auſim. ultimus verſus tam in Codice Scaligeri, quam in ejus Catalectis deſideratur.

EP. XLV. HERCULES ET ANTAEUS.] Ex Schedis Salmaſianis, & Cod. Leidenſi, ineditos hos depromſimus Virgilianos centones de lucta Herculis cum Antaeo. v. 3. *quaerens per eneluctabile fatum* legebat Cl. Oudendorpius. v. 7. male in Schedis *Adrepsat.* & v. 10. *niſusque.*

Digitized by Google

Illum exſpirantem magnum Jovis incrementum
Excutit effunditque ſolo. ruit ille volutus
Ad terram, non ſponte fluens, vitaque receſſit.

Ep. XLVI. *De Caſtore & Polluce.*

Ordine mortis eunt alternae munera vitae,
Inque diem fratres ordine mortis eunt.

Ep. XLVII. *Oſtiae.*

Litoribus noſtris quoniam certamina Letum
Exhibuiſſe juvat Caſtor venerandeque Pollux,
Munere pro tanto faciem certaminis hujus,
Magna Jovis proles veſtra pro ſede locavi,
Urbanis Tatius gaudens me faſcibus auctum,
Neptunoque patri ludos feciſſe Sabinos.

Ep. XLVIII. *Romae prope S. Luciae quatuor portarum.*

Eſſe putas marmor, latet hic cum Caſtore Pollux,
Munus olorino de Jove Laeda dedit.

Ep. XLIX. Sylvano. *In urbe Aixmae Tarantaſiae in Alpibus.*

Sylvane, ſacra ſemicluſe fraxino,
Et hujus alti ſumme cuſtos hortuli,

Tibi

Ep. XLVI. De Castore et Polluce.] Ex Schedis Salmaſii & Cod. Leid. ubi vitioſe inſcribitur Da Castori Ipollo. editum eſt in Miſcell. Obſerv. Nov. Vol. v. pag. 480. & habetur in Cod. Divionenſi.

Ep. XLVII. *Oſtiae.*] Legitur apud Pithoeum pag. 6. Apianum pag. 128. & ex eo apud Gruterum pag. xcix. 2. Fabric. in Antiq. pag. 161. & Ferret. in Muſis Lapid. Lib. I. p. 33. Hoſtiae exſtare notaverat Heinſius, qui ad veterem Moroni Codicem contulit, cum quo in plerisque conſentit lectio apud Donium, qui Oſtiae in columella marmorea exſtare & a G. Naudaeo exſcriptum eſſe teſtatur in Claſſ. IV. Inſcript. 55. pag. 149. niſi quod primo verſu *Litoribus veſtris*, & penultimo *Urbanis Catius* habeat. *Urbanis Tatius* eſt apud Fabricium & Gruterum.

v. 1. *certamina Letum*] *certamine laetum* Codex Moroni. *certamina laetum* Ferret.

v. 3. *certaminis hujus*] *faciem certaminis ipſam* idem Moroni Codex. quomodo apud Fabrettum exſtare in Gruteri editione noviſſima notatum eſt. & verſu quinto *Urbanis Catius*, & in ultimo *Saturnus* pro *Sabinos*. apud Fabrettum *Saturno*. *Urbanis Tatius* Ferret. *TACIVS* Pith. Adfert hoc carmen etiam Valeſius ad Ammian. Marcellin. Lib. XIX. cap. 10. & eo locum Ammiani de ſollemni Caſtorum ſacro, quod in urbe Oſtia celebrabatur, oportune illuſtrat.

Ep. XLVIII. *Romae prope* &c.] Ex Mazochio ibidem exhibet Gruterus; & Fabrettus, apud quem *tulit* pro *dedit* in pentametro eſt. Sed & legitur apud Pithoeum pag. 110. ed. Pariſ. ubi recte ſeparatum in initio paginae habetur, quod tamen fraudi fuit illis, qui Genevenſem illam ſordidam & vitioſam adornaverunt editionem: nam in ea conjunctum eſt alteri diſticho, quod ultimum in fine praecedentis paginae occupabat locum in Pariſina, & incipit *Vervex & pueri* &c. licet etiam haec ita male conſuta exhibeat Mazochius & Fabric. in Monum. Antiq. pag. 130. Sed praeterquam quod illud prius nihil cum hoc noſtro habeat commune, Gruterum ac Fabrettum potius ſequi praeſtat. & utrumque etiam ab altero divulſum bene Ferretius exhibuit, apud quem hoc noſtrum legitur Lib. IV. Muſar. Lapid. pag. 254.

Ep. XLIX. Sylvano.] Legitur apud Fabrettum cap. III. Inſcr. p. 230. & exhibuit Graevius hanc elegantiſſimam & antiquam inſcriptionem, quae in Allobrogibus inventa eſt, in Epiſt. ad Gudium pag. 52. & notis ad Florum Lib. IV. cap. 12. & in Epiſt. ad Nic. Heinſium Tom IV. Syllog. a Patruo meo editae pag. 394. monuitque in verſu ſeptimo perperam ſive deſcriptoris ſive marmorarii culpa ſcriptum fuiſſe *tuo favore properanti* pro *proſperanti*. & ſic Fabrett. ſort. *proſperante* in Epiſt. Gudianis. Habetur etiam apud Sponium in Miſcellan. Erud. Antiq. pag. 84. & Fleetwood. in Syllog. Inſcript. pag. 4. ex quibus hauſit Almelovenius pag. 33. ſed apud quem male verſu penultimo diſtinguitur,

Da-

Digitized by Google

Tibi haſce grates dedicamus muſicas,
Quod nos per arva perque montes Alpicos,
Tuique luci ſuaveolentis hoſpites,
Dum jus guberno, remque fungor Caeſarum,
Tuo favore proſperanti ſoſpitas;
Tu me meosque reduces Romam ſiſtito,
Daque Itala rura te colamus Praeſide,
Ego jam dicabo mille magnas arbores.
T. POMPONII VICTORIS PROC. AUGUSTO T.

EP. L. *Tutanus Deus.* VARRONIS.

Noctu Annibalis cum fugavi exercitum,
Tutanus hoc, Tutanu' Romae nuncupor.
Hac propter omnes, qui laborant, invocant.

EP. LI. *ad Priapum.* PETRONII.

Nympharum, Bacchique comes, quem pulchra Dione
Divi-

Daque Itala rura, te colamus praeſide. in ſubſcriptione idem habet PROC. AUGUSTI. i. e. proconſularis, ſed apud Graevium eo modo, quo hic dedi, legitur. de Sylvano autem praecipuo Larum ruralium, ſive agreſtium, numine videſis Broukhuſium ad Tibull. Lib. I. El. I. v. 24. v. 3. *maximas* Fabret. *muſicas* Spon. in ſubſcriptione PROC. AUGUST. apud Fabrettum.

EP. L. TUTANUS DEUS, &c.] Habet Pithoeus p. I. & Scaliger in Catalect. p. 223. & ita in Nonio Marcello pag. 47. ed. Merceri leguntur hi verſus. in editione Hadriani Junii margini adnotatum eſt, forte *Tutatus* in initio verſus. Janus Douza in Schediaſm. ſucced. ad Tibull. p. 57. primo verſu corrigit, *quod fugavi.* & tertio, *Hac propter me omnes*, &c. In Fragmentis Varronis pag. 112. ed. Scal. legitur,

—— *cum fugavi exercitum*
Tutanus, hoc Tutanus &c.

poſſes etiam, *hinc Tutanus Romae nuncupor*, ut addat cauſſam, cur fanum ſibi conſecraverint Romani, quod extra portam Capenam factum eſt, & *Tutanus* Romae nuncupatus ſit, qui ſcilicet populum Romanum adverſus Hannibalem eſſet *tutatus*, nam inde nomen Deo huic Tutelari datum. vide Voſſium in Etymolog. pag. 537. & Scalig. Conject. in Varron. Lib. IV. de L. L. p. 65. ubi & obſervat primo verſu penultimam in *Annibalis* produci, ut & in aliis ejuſmodi nominibus Poenis, *Aſdrubalis*, *Hiempſalis*, & ſim. ſed vulgatum *hoc* etiam exponi poteſt ideo, hac de re. Eadem de cauſſa Dea *Tutelina*, a *tutela* dicta, quam male alii vocant *Titulinam* aut *Tutilinam*, cui in Aventino ara fuit dedicata ad tutelam populi Romani. vide Nonium Marcellum ibid. & Crinit. Lib. XXV. de Honeſt. Diſcipl. cap. 5. & ita omnes dii tutelares *Tutani* dicti. hinc Commodianus Inſtruct. XX.

Titanas vobis Tutanos dicitis eſſe,
Inmites tacitos ſub culmine veſtro rogatis,
Tot lares aediculas ſimulacra ficta Titano.

Haec eadem forte eſt quae *Salus* etiam vocabatur. Macrob. Lib. I. Saturn. cap. 16. *Apud veteres quoque qui nominaſſet ſalutem, Semoniam, Sejam, Segetiam, Tutelinam, ferias obſervabat.* huic *Tutelinae* pulcherrimum marmor poſitum exſtat apud Boiſſardum Tom. V. Antiq. pag. 8. Ceterum in Scriverii Anecdotis Philolog. cap. LVI. pag. 26. exhibentur hi verſus Varronis hunc in modum: *Varro in Libro Hercules:*

—— *tuam fidem*
Noctu Hannibalis cum fugavi exercitum
Tutanus, &c.

quod incuriae Editoris adſcribendum, cui Varronis Satyra Menippea, *Hercules tuam fidem* inſcripta, videtur ignorata fuiſſe, dum verba *tuam fidem*, tamquam laceram verſus partem ceteris praefixit: Sed ita paſſim de his Scriverianis reliquiis promeritus eſt hic ſeculi noſtri, dum viveret, Palaemon.

v. 2. *Tutanus Romae*] Non eſt contemnenda varia lectio, ſive illa conjectura ſit, Nonio pridem adjecta, *tutatus Romam*. PITHOEUS. Apud Nonium ex Varronis Satyra Hercules tuam fidem *Tutatus Romam.* vide Scalig. ad Varronem de L. L. pag. 65. SCRIVER.

EP. LI. *Nympharum Bacchique comes* &c.] Praeterire nolui hoc Petronii carmen ex Satyr. cap. 133. quia id in ſua etiam Catalecta retulit Scaliger Lib. I. p. 224. Verſus ſunt ad Priapum, unde male Braſſicanus in initio legit *quam pulchra Dione* &c. id eſt

Ve-

Digitized by Google

Divitibus ſilvis numen dedit, inclyta paret
Cui Lesbos, viridiſque Thaſos, quem Lydus adorat
Veſtifluus, templumque tuis inponit Hypaepis:
Huc ades, o Bacchi tutor, Dryadumque voluptas,
Et timidas admitte preces: non ſanguine triſti
Perfuſus venio, non templis inpius hoſtis
Admovi dextram: ſed inops & rebus egenus
Adtritis, facinus non toto corpore feci:
Quisquis peccat inops, minor eſt reus. Hac prece, quaeſo,
Exonera mentem, culpaeque ignoſce minori.
Et, quandoque mihi fortunae adriſerit aura,
Non ſine honore tuum patiar decus: ibit ad aras,
Sancte, tuas hircus, pecoris pater ibit ad aras
Corniger, & querulae foetus ſuis, hoſtia lactens;
Spumabit pateris hornus liquor, & ter ovantem
Circa delubrum greſſum feret ebria pubes.

DE DEABUS.

EP. LII. *Quo curru quaeque Dea vehatur.*

Matronam magni vehit ardens pavo Tonantis,

Ad

Venerem Diones filiam. v. 2. *Divitibus numen ſilvis dedit* tranſponebat Francius. deinde *quem Lydus adorat Veſtifluus* praeferunt viri docti, & de fluentibus ac mollibus, quales Lydorum erant, veſtibus exponunt. & ſic dedit Patruus meus in ſua editione, & in notis adſtruxit. nam temere in renovata ejus editione correctum eſt *Sertifluus.* in Codice Scaligeri *Lydus Septifluus.* ut in Catalectis edidit. Non male tamen Gonſalius, ut arbitror, legebat *quem Nilus adorat Septifluus.* Priapus enim apud Aegyptios etiam cultus, ut notum eſt. ſic *ſeptemflua flumina Nili* Ovidio xv. Met. 753. aliisque poëtis paſſim. v. 8. *& rebus egenis adtritus* in Codice Scaligeri & ejus Catalectis. Sed alterum eſt ex emendatione Douzae, & propria magis locutio eſt, *rebus adtritis egentum*, quam *rebus egenis adtritum eſſe:* res enim *adtritae*, ut *opes adtritae*, *vires adtritae* apud Livium, Juſtin. aliosque, quae acciſae vel deperditae aliter vocantur. ut *feſſae*, *laſſae*, *lapſae* res, & ſim. de quo ad Elegiam de Spe v. 9. Similis fere hic conſtructionis varietas *rebus egenis adtritus*. vel *rebus adtritis egenus*, ac in illo Phaedri Lib. 1. fab. 12. v. 10. *retentis inpeditus cornibus.* ubi Schefferus rectius putat *retentus inpeditis cornibus.* ſed alterum bene vindicavit Patruus meus. forte etiam praeſtet *ſed inops*, *ſed rebus egenus adtritis.* ut litera *s* abſorpta ſit a praecedenti voce. talem *inopia deperditum* vocat Phaedrus Lib. 1. fab. 14. ſed ſenſu nequiore haec exponit Gonſallus, ut praeiverat Douza, forte non inoportune. v. 10. *minus eſt reus* legebat Francius. v. 12. praetuli *fortunae adriſerit aura*, cum Lipſio, Salmaſio, Pithoeo, aliisque. *hora* in Cod. Scalig. ut & in Catalectis edidit. eodem verſu male Braſſicanus ex vet. Cod. *Et cum laeta mihi.* recte viri docti *quandoque* exponunt pro quandocumque. Sequentem verſum *Sancte tuas hircus* &c. omiſit Scaliger in Catalectis, neque in ejus Cod. MS. Petronii habetur, ut nec in aliis. & facile poteſt exulare, quia inconcinne duo verſus in iisdem verbis *ibis ad aras*, deſinunt: neque Priapo ſacrificabatur hircus, ſed Baccho, ut bene monuit Gonſalius. Reliqua ex notis Interpretum ad Petronium peti poſſunt.

EP. LII. *Matronam magni* &c.] Producit hoc vetuſtum, ut ait, Epigramma Barthius ad Stat. Lib. IV. Theb. v. 430. qui recte verſu ſecundo legit, *juncta columba cygno* eſt. quod firmat Ovidius Lib. 1. Amor. El. 2. v. 23. ubi hunc Veneris currum, cui triumphantem inponit Cupidinem, eleganter deſcribit,

Necte comam myrto, maternas junge columbas,
Qui deceat, currum Vitricus ipſe dabit.
Inque dato curru, populo clamante triumphum,
Stabis, & adjunctas arte movebis aves.

Lib. XIV. Met. 597. de Venere: *Perque leves auras junctis invecta columbis.* hunc Veneris currum, quem trahunt columbae, deſcribit etiam Claudian. Epithalam. Pallad. & Celerin. v. 104. & ſeqq.

Flori-

Ad Veneris currum blanda columba cygno eſt.
Pallada bubo vehit, ſed eam rota nulla figurat,
Anguibus alma Ceres, Perſephoneque venit.
Delia cum Luna eſt gemina provecta juvenca,
Venatrix cervas virgo Diana tenet.

EP. LIII. *Cybelae Matri.* C. MAECENATIS.

Ades huc, ades Cybebe, Dea montigena Dea,

Age

Floribus exſtruitur currus: juga floribus balant,
Florea purpureas adnectunt frena columbas, &c.

cycnos adjungit etiam Statius Lib. III. Sylv. 4. v. 22.

Dicitur Idalios Ericis de vertice lucos
Dum petit, & molles agitat Venus aurea cycnos,
Pergameas intraſſe domus.

vide Dausquejum ad Silium Ital. Lib. VII. v. 441. pag. 313. ubi habes,

Tum matris currus niveos agitabat olores,
Tempora ſollicitus litis ſervaſſe, Cupido.

primam in *cycno* hic corripit poëta, ſecutus exemplum Ovidii, Horatii, Auſonii, & aliorum. Ita enim apud Naſon. Epiſt. XVI. 250. in Voſſiano codice haberi notat Heinſius, *Complexo matrem candidiora Cycno.* pro *Jove*, quod in vulgatis eſt. Horatius Lib. IV. Od. 3. v. 20. *Donatura cycni, ſi libeat, ſonum.* Auſonius Epiſt. XX. v. 8. *Quid refert, cornix non ideo ante cycnum.* apud Martialem quoque Lib. IX. 106. *Quae capta eſt alio nuda Lacaena cycno.* in Voſſiano Codice legi teſtatur Patruus meus ad Ovid. VI. Met. v. 468. & ſic in Cod. Thuan. & edit. Scriverii, nam tranſpoſito verborum ordine mutaverunt, quibus id latuit, ita ut nunc vulgo legatur: *Quae capta eſt cycno nupta Lacaena alio.* ſic *Progne* in carmine Modeſtini, quod ſupra edidi,

Colchis & orba Progne numeroſa caede necemus.

ad illum Ovidii locum Heinſius plura in *Daphne*, *Tecmeſſe*, *Polymneſtor*, & ſim. exempla adtulit. quem & vide ad Lib. XIII. Met. 430. & V. Faſt. v. 9. adde G. Fabricium ad Terent. Andr. 2. 3. 17. & Markland. ad Statii Sylvas pag. 313. & 314.

EP. LIII. *Ades huc, ades Cybebe*, &c.] Maecenatis illius omnibus ſeculis amore Literatorum nobiliſſimi viri exſtat hic verſus: *Ades huc, ades Cybele Dea, montigena Dea.* Neſcio ſane an umquam dictum pictumve ſit magnam Deorum matrem monte genitam. Et ſi eſt, tamen inter praeconia ejus abſurdum. Legendum putem, *montirega Dea.* Quod vel Idae vel ejus partis Dindymorum vel omnium aliorum montium potius dominium ſignificat. *Regendi* vero verbum ita corruptum eſt & aliis certe plurimis ſcriptorum locis ſimili compoſitione cum *gerendi* ſit ſubſtitutum. Hic verſus in veterum Epigrammatum ſtrue a Pithoeo ſtructa occurrit. BARTHIUS Lib. XVII. Adverſ. cap. 3. Verſu primo apud Diomedem Grammaticum Lib. III. legitur:

Ades Cybelle, fere montium Dea.

Barthius Adverſ. Lib. XVII. cap. 3. pro *montigena* legit *montirega.* verſu ſecundo in quibusdam libris eſt; *Ades & ſonante tympano* &c. verſu autem ultimo pro *ululet* quidam habent *valeat.* Sed minus recte. Lucem his verſiculis, qui de Cybele ſunt, ejusque ſacris & ſacrorum ritibus, arceſſimus a Varrone in Eumenidibus: cujus, ſub perſona Cybeles ſacerdotum, iſta ſunt ad ipſam Cybelen, eodem prorſus carminis genere:

Tibi tympana haut inani ſonitu Dea tonimus:
Sonitum aeris intonamus nos tibi ſemiviri;
Teretem comam volantem tibi jacimus.

Catullo item, carmine de Berecynthia & Atti:

—— *ſimul ite, ſequimini*
Phrygiam ad domum, Cybelles Phrygea ad nemora Deae,
Ubi cymbalûm ſonat vox, ubi tympana reboant,
Tibicen ubi Phryx curvo grave calamo
Ubi capita Maenades vi jaciunt hederigerae.
Ubi ſacra ſancta acutis ululatibus agitant.

Et demum ab Apuleio Lib. IIX. *Arrepto denique flagro* (ſacerdotes Cybeles) *quod ſemiviris iſtis proprium eſt geſtamen, contortis taeniis lanoſi velleris prolixe fimbriatum, & multijugis talis ovium teſſellatum, indidem ſeſe multimodis commulcant ictibus.* Tu vide Frid. Lindenbruchium Notis ad Catalecta Veter. Poët. MEIBOMIUS in *Maecenate* cap XXIV. Hi verſus Maecenatis, magnae Deum matri Cybelae ſcripti, habentur apud Pithoeum Lib. I. pag. 4. & in Scaligeri Catalect. pag. 223. & 224. ubi & Varronis verſus ſubjunguntur. Locum Diomedis Grammatici, apud quem leguntur Lib. III. pag. 514. ed. Putſchii, corruptum & verba tranſponenda eſſe oſtendit Schioppius Lib. V. Suſp. Lect. Epiſt. 26. verſus autem primus non tantum apud Diomedem, ſed & Fortunatianum in Arte pag. 2677. legitur hunc in modum:

Ades, inquit, ô Cybele fera montium Dea.

& ita ex eodem Fortunatiano adducit Iſ. Voſſius ad Catullum p. 162. Heinſius etiam in charta quadam inter ejus Schedas deſcripſerat hoc Maecenatis fragmentum ex veteri Grammatico de verſibus, qui Neapoli apud Thaeatinos exſtat MS. ubi ita legitur:

APUD MAECENATEM.

Ades, inquit, ô Cybele fera montium Dea,
Ades & ſonante tympano quate flexibile caput.
Proximum ſic latus horreat flagello, comitum chorus ululet.

ubi

Age tympano ſonanti quate flexibile caput:
Latus horreat flagello, comitum chorus ululet.

EP. LIV. *Eidem.* M. TER. VARRONIS.

Tibi tympana haud inani ſonitu, Dea, tonimus.
Sonitum acris intonamus tibi nos ſemiviri,
Teretem comam volantem Galli tibi jacimus.

ubi illa *Proximum ſic*, Grammatici verſum hunc proferentis verba ſunt. Recte autem Gudius ad Phaedr. Lib. III. fab. 20. monuit hic ſcribendum eſſe, *Ades huc, ades Cybebe.* non *Cybele.* quem vide. & hanc ſcripturam viri docti amplectuntur, quoties in carmine ſyllaba eſt longa, non *Cybelle*; quoties autem brevis eſt, *Cybele.* ut Graecis Κυβήβη vel Κυβέλη. licet tamen id nondum ſatis in noviſſimis veterum Auctorum editionibus correctum ſit; ut apud Columell. Lib. X. v. 220. *Exſtimulet vatem per Dindyma caſta Cybebes* ex Sangermanenſi Codice ſcribendum eſſe jam monuerat Heinſ. ad Ovid. I. Art. 563. & tamen in ultima editione perperam *Cybelles.* & ſic apud Claudian. I. R. P. 211. & Lib. III. 113. Joſeph. Iſcan. III. de B. Tr. 166. & in his ipſis Pithoei Catalectis Lib. III. pag. 102. cum Heinſio, *Jam tibi Cybebes, ſint & roſa grata Diones.* non *Cybeles*, ut in vulgatis, metri cauſſa ſimiliter caſtigandum. Id dudum quum obſervatum ſit Pierio ad Virg. III. Aen. III. Fulv. Urſino in Virg. cum Graecis coll. p. 407. N. Heinſio ad Prudent. p. 49. Broukhuſio ad Propert. III. El. 15. 35. Drakenb. ad Sillum XVII. 8. & Oudend. ad Lucan. Lib. I. 600. in eo non haerebimus. deinde hoc verſu Barthius tam in Adverſariis, quam Lib. III. Ablegm. Crit. cap. 2. emendat *montirega Dea*, pro *montigena.* quem refutat Triſtan. T. I. Comment. p. 702. & ex loco Arnobii ac Theodoreti vulgatam defendit. Putabam aliquando, *turrigera Dea.* quod ex Ovid. IV. Faſt. 224. Propert. III. 15. 35. & praecipue ex Seneca in Agam. 684. confirmari poſſe noveram; quem ultimum locum Delrius oportune his Maecenatis ac Varronis verſibus illuſtrat. Sed praeſtat forte cum Cl. Schradero, *monticola Dea*, ut *montium Dea* Cybebe apud Catullum in Galliamb. carm. 64. notum illud Maronis Lib. III. Aen. III. *Hinc mater cultrix Cybelae.* ubi vide notas N. Heinſii. vel cum Grammaticis vetuſtis Diomede & Fortunatiano legamus,

Ades huc, ades Cybebe, fera montium Dea.

aut, ſi *fera montium Dea* offendat, Galliambus hic metro ſuo ita erit reſtituendus,

Ades huc, ades Cybebe Dea, montium age Dea,
Age tympano ſonanti &c.

quod ultimum perplacet. quia repetitio illa *Cybebe Dea, montium Dea* elegantiſſima in ſimilibus invocationibus eſt, & ex genio Catulli, apud quem in fine Galliambi ter repetitur:

Dea, magna Dea, Cybebe, Dindymi Dea, Domina.

vulgata tamen *montigena* non mutanda videtur Cel. Oudendorpio. nam & ſic Ὀρεία μήτηρ Diodor. Sic. Lib. III. §. 58. firmabatque ex iis quae ſcribit Phurnutus de Deor. nat. cap. 6. & Fulgent. Lib. III. Mythol. cap. 5.

v. 3. *Latus horreat flagello*] Flagellum hoc graphice depingit Apuleius Lib. VIII. Mileſ. *Arrepto denique flagro, quod ſemiviris illis proprium geſtamen eſt, contortis taeniis lanoſi velleris prolixe fimbriatum, & multijugis talis ovium teſſellatum, indidem ſeſe multimodis commulcant ictibus.* LINDENBR.

Ibid. *Comitum chorus ululet.*] Apuleius *Abſonis ululatibus conſtrepentes fanatice pervolant, denique capite demiſſo, cervices lubricis intorquentes motibus, crinesque pendulos in circulum rotantes.* LINDENBR.

EP. LIV. *Eidem.* M. TERENTII VARRONIS.] Hos verſus ex Varronis Eumenidibus ita dedi, ut eos in ſuis Catalectis exhibuit Scaliger. quod probaſſe videtur Behotius Lib. I. Apophor. cap. 16. niſi quod ultimo verſu *Galli* omiſerit. priores duo apud Nonium in *tonimus* & *tibinos* p. 49. ed. Merc. & tertius apud eumdem in *jactare* p. 328. hunc in modum leguntur,

Tibi tympana non inani ſonitu matris Deûm
Tonimus: tibinos tibi nunc ſemiviri
Teretem comam volantem jactant tibi Galli.

nec aliter ultimam partem adfert Turnebus Lib. XXIX. Adverſ. 28. ubi *comam jactare* de furibundis explicat. eodem fere modo leguntur in Fragmentis Varronis pag. 105. ed. Dordr. niſi quod vs. 2. *tibinos modos*, & in fine, *jactamus tibi Galli* rectius quam *jactant.* Sed Mercerus in notis ad Nonium p. 103. ſcriptum fuiſſe exiſtimat:

Tibi tympana non inani ſonitu matris Deum
Tonimus, tibi nos ſemiviri. & quae de *tibinis modis* apud Nonium ſequuntur, a mala manu adjecta eſſe cenſet. & ſic ultimum verſum adducit Colvius ad Apulej. p. 275. licet paullo aliter e MSS. verba Nonii exhibeat Schegkius in Praemeſſis Epiſt. XIII. Tom. IV. Fac. Crit. dein levius eſt, quod *galli* minore litera ſcribendi, ſi Cybeles ſacerdotes intelligantur. idem enim ac ἀπόκοποι, *evirati*, ſeu *ſemiviri*, ut in his Varronis verſibus. quod monuit Caſaub. ad Lamprid. Helag. cap. 7. vid. Vulcan. ad Apulej. de Mundo p. 137. & Mauſſac. ad Harpocr. voce Ἄττις pag. 85. Ceterum ad utriusque carminis illuſtrationem conferre juvabit Epigramma

Digitized by Google

EP. LV. *M. D. M. Idaeae & Attidi Menotyranno.*

Nobilis in cauſſas, forma celſusque Sabinus
Hic pater Invicti myſtica victor habet.
Sermo duos . . . . reſervat,
Conſimiles aufert . . . .
. . . .
. . . .
Et veneranda movet Cybeles triodeïa ſigna,
Augentur meritis ſymbola tauroboli.

RUF. CAEONius CAEonii SABINI F. V. C. AVGUR.
PUB. P. R. Q. PATER SACROR. INVICT. MITHRAE TAVROBOLINVS
M. D. M. ID. ET ATTIDIS MENOTYRANNI & ARAM III. ID. MART.
GRATIANO V. ET MEROBAVDE COSS. DEDICAVIT.

EP.

ma Graecum Lib. VI. Antholog. pag. 416. ed. Steph. & quae ex monumentis antiquitatis contulerunt Caſtalio Decad. IX. Obſerv. cap. 10. Perizon. ad Aelian. Lib. IX. cap. 8. Muncker. ad Albric. de Imag. Deor. cap. 12. Gabr. Simeonus in Illuſtr. Epitaph. Antiq. pag. 18. quibus addere volupe erit tabellam aeneam, quam dedit Patruus meus ad Ovid. IV. Faſt. 219. in qua Cybele turrita cum tympano, comite Attide, & Maenade, in cujus inferiori parte conſpicitur *comitum chorus ululantium*, ut in carmine Maecenatis dicuntur: in frontiſpicio autem habetur taurinum caput, quod ad taurobolia referendum, de quibus ſequenti Epigrammate.

EP. LV. M. D. M. IDAEAE ET ATTIDI &c.] Legitur mutilum hoc monumentum apud Gruter. p. XXVIII. inſcr. 6. noviſſ. edit. in qua ex Onuphrio Panvinio id ita, ut hic habetur, ſuppletum eſt: nam in prima Gruteri editione magis lacerum conſpicitur; Romae autem in aedibus Colotianis haberi notavit. Sane paullo emendatius legitur in Inſcriptionibus aedium Colotianarum ex Schedis Bibliothecae Barberinae deſcriptis, quae habentur poſt vitam Angeli Colotii a Frederico Ubaldino ſcriptam pag. 89. & Romae editam an. 1673. ubi ſubſcriptio admodum variat. Exbibet hoc etiam, ſed nec minus truncatum, Aldus in Orthograph. pag. 163. Ferretius in Muſis Lapidar. Lib. I. pag. 9. & Philippus a Turre Diſſ. de Mithra cap. VI. inter Monum. Vet. Antii pag. 224. & omnium corruptiſſime Fleetwood Syllog. Inſcr. p. 15. Sacratum eſt *Matri Deum magnae Idaeae*, ut frequenter in Inſcriptionibus antiquis Cybele vocatur. & ita lege in Inſcript. apud Aldum in Orthograph. pag. 163. & 175. & Donium Claſſ. VIII. inſcr. 1. aliosque. vide Caſtalionis Obſerv. Decad. IX. pag. 305. & Notas ad Sueton. Ner. 2. ſed & inſcriptum eſt ATTINI MENOTYRANNO. ita enim recte pro eo quod legebatur MINOTAURO vel MINOTAURANO, ut eſt apud Aldum & Turrium, correxerunt & in hac & aliis Inſcriptionibus Salmaſius, Reineſius, Pignorius, locis infra laudandis. Μηνοτύραννος Attis rex menſium ſeu anni moderator eſt. ſed & ita ex Ligorio in noviſſima Gruteri editione adnotatum eſt. Initio Epigrammatis & inter quintum ſextumque verſum deſiderari nonnulla putat Ant. van Dale Diſſert. de orig. ſacri Taurob. p. 145. Reliqua mutila ſunt ſine ulla medicinae ſpe; ultimum tamen diſtichon ſuppletum, nam in prima Gruteri editione & apud Pithoeum Lib. II. pag. 64. poſt illud, quod mox ſequitur, eum in modum legebatur:

—— *& venerandam* (*di* Pith.)
Augentur meritis ſymbola Tauroboli.
GRATIANO V. ET MEROBAUDE COSS.

quae ſubſcriptio Conſulatus Gratiani & Merobaudis apud alios praefigitur ſequenti Epigrammati *Antiqua generoſe domo* &c. ut exhibet etiam Baronius in Annalib. T. IV. pag. 324. ſecutus Smetii Inſcript. fol. XX. n. 4. & ſic apud alios; forſan recte. nam in Inſcriptionibus Colotianis & Gruteri utrumque una ſerie ita connectitur, ut dici non poſſit, an verba illa ad primum vel ſecundum Epigramma ſint referenda. Saltem inde conſtat verſuum horum aetas, nam Conſulatus Gratiani cum Collega Merobaude incidit in A. V. C. MCXXIX. & A. CHR. CCCLXXVII. ut ex Baronio patet, & Almelov. Faſt. Conſ. p. 113. Deſcripſit hoc etiam Heinſius ex Libro Antiquitatum Pyrrhi Ligorii, quem multo feliciorem in legendo & deſcribendo fuiſſe, quam Smetium, notavit in ſuo Inſcriptionum MSS. Libro, in quibus verſu primo habetur *Nobilis in cauſis fama* rectius, ut opinor, & verſu tertio *reſervans.* quae lectionis diverſitas ex eodem Ligorio apud Gruterum etiam notata eſt. & ita legitur in Inſcription. Colotianis poſt vitam Ang. Colotii editis. verſu penult. pro *Cybeles triodeia ſigna* conjiciebat Ant. van Dale *taurobola*, cum in marmoris inſcriptione reperiſſet, *Cybeles ti . . .* & dein verſum unum deëſſe putabat. Heinſius *triopeïa.* optime. *triopium* quid ſit, & unde *Apollo Triopius, Neptunus Triopius*, &c. dicantur, prolixe explicat Salmaſ. ad Inſcript. Herodis & Regillae p. 57. & 58. ed. Pariſ.

EP. LVI.

Antiqua generoſe domo, cui regia Veſtae
Pontifici felix ſacrato militat igne,
Idem augur triplicis cultor venerande Dianae,
Perſidicique Mithrae antiſtes Babylonie templi,
Taurobolique ſimul magni dux myſtice ſacri.

EP. LVI. *Antiqua generoſe domo* &c.] Ibidem apud Pithoeum, ſed, ut dixi, ante ultimum praecedentis carminis diſtichon lacerum, legitur ita ut ex Grutero hic exhibemus. ex eo etiam habet Fleetwood in Syllog. Inſcript. pag. 15. ſed ex Ferretio auctius pag. 18. Continetur his *taurobolium*, ſive ſacrificium taurorum, quod Cybelae ſive magnae Deum Matri inmolabatur, & *criobolium*, ſive arietum ſacrificium, quod Attidi fiebat; nam repertum eſt in ara, in qua arietes quinque mactati jacebant. de his autem ſacris ne multa commentemur, otium fecerunt Salmaſius ad Lamprid. Helag. cap. 7. Reineſ. in Epiſt. ad Rupert. LXIX. pag. 620. & ſeqq. Laurentius Pignorius peculiari Diſſertatione de magnae matris Deum & Attidis Initiis. & Antonius van Dale, de origine ac ritibus ſacri Tauroboili. tum Phil. a Turre in Antiq. Salengr. Tom. III. p. 858. & Cuper. in Epiſt. ad van Dal. p. 546. & 556. aliique. Addam tantum Epigramma Graecum, quod dedicationis cauſſa Cybelae & Attidi poſuit Petronius Apollodorus, pater ſacrorum Dei Mithrae; quod in lapide elegantiſſimo legitur apud Boiſſardum Tom. III. Antiq. pag. 47 & Tom. V. pag. 33. & 34. ex quo Gruterus habet pag. XXVIII. inſcr. 1. & inter Catalecta Petroniana a nonnullis etiam relatum fuit: Illud ejuſmodi eſt:

Μητέρι τῇ πάντων Ῥείῃ τεκέων τε γενέθλῃ
Ἄττει θ' ὑψίστῳ καὶ συνέχοντι τὸ πᾶν.
Τῷ πᾶσιν χαίροις Θεμερώπερα πάντα φύοντι,
Κριοβόλου τελετῆς ἠδὲ ταυροβόλου.
Μυστοπόλος τελέων τοῦτον συνθήκατο βωμὸν,
Δῶρον Ἀπόλλωνος θεῖον ἔχων ἐπίκλην.

PETRONIUS. APOLLODORUS. V. C.
PONTIF. MAJOR. XV. VIR. SACR. FAC.
PATER SACR. DEI. INVICTI. MITHRAE.
TAUROBOLIO. CRIOBOLIOQUE. PERCEPTO. &c.
ARAM DICAVIT.

ubi Benedictus Hegius priori in verſu legit *τῇ πάντων θνητῶν τε θεῶν τε γ.* ideoque vertit,

Cunctorum Cybelae genetrici hominumque Deumque.

ſed ita ut apud Gruterum legitur, dedi, nam *γενέθλην τεκέων Ῥείην*, vocat Deos, quorum Rhea mater, ut explicuit Scaliger. & ſic profert Mauſſacus ad Harpocration. in voce *Ἄττις* pag. 85. verſu tertio *φυόντι* recte Salmaſius, & Scaliger, *θύοντι* perperam Hegius, qui male etiam *τελετῶν* pro *τελέων*. verſu tertio *Θεμερώπερα matura* bene exponit Scaliger, qui verſus hos longe melius quam Hegius interpretatus eſt in notis ad Gruterum. huic adde ſimile Epigramma Inſcriptionis Graecae, Romae erutae, quam a Rigaltio ſecum communicatam dedit Salmaſ. ad Lamprid. d. l. & cum aliis etiam habet Fabrettus Cap. IX. p. 666. Ita in lapide apud Gruterum ex Boiſſardo p. XXVII. inſcr. 4. Baron. T. IV. Annal. p. 322. & Ferret. in Muſis Lapid. Lib. 1. p. 79.

ULPIVS EGNATIVS FAVENTINVS V. C. AVGVR &c.
PATER ET HIEROCORAX D. S. I. M. & ſeqq.
PERCEPTO TAVROBOLIO CRIOBOLIOQVE &c.

Vota Faventinus bis deni ſuſcipit orbis,
Ut mactet repetens aurata fronte bicornes.

Sed apud quos perperam legitur, PATER ET HIEROCERVX deſcriptorum errore, cum HIEROCORAX D. S. I. M. ſeu, *Dei Solis Invicti Mithrae*, legendum ſit. *Hierocorax* enim vocabatur ſacrorum Mithriacorum particeps vel Sacerdos, & *Hierocoracica* ſacra ipſa. *Hierocerux* vero inferioris ordinis miniſter ſeu praeco, qui ſilentium indicebat. vide Reineſ. ad Claſ. 1. Inſcr. 48. p. 95. perpetuum autem Solis ſeu Mithrae cognomen *Invicti*, ut egregie docet Muratorius ad Paulinum in Anecdotis Tom. I. pag. 128. & 129. Hieronym. Aleander apud Philip. a Turre in Monum. Antii pag. 224. & Davieſ. ad Commodian. carm. XIII. hinc in Epigrammate praecedenti *Hic pater Invicti myſtica victor habet* cum litera majuſcula ſcribendum, non *invicti*, ut alii ediderunt. *pater Invicti* eſt Sacerdos Mithrae, ſeu Dei Solis, qui in hoc Epigrammate, *Perſidici Mithrae antiſtes* dicitur, & paſſim in Inſcriptionibus vetuſtis *pater ſacrorum Dei invicti Mithrae*. ſic Graecis *πατὴρ τοῦ Μίθρου*, & *πατὴρ τῆς Μιθριακῆς τελετῆς* idem adpellatur: ut apud Eunapium, ſed loco corrupto, in vita Maximi Philoſophi pag. 74. ed. Commel. de Hierophanta Athenienſi: ubi *τελεστὴς* perperam vulgo editur, pro quo male P. Faber Lib. III. Semeſtr. cap. 3. legebat *Μητρωακῆς τελετῆς*, & ad Cybeles vel Cereris ſacra referebat. ſed recte *πατὴρ τῆς Μιθριακῆς τελετῆς* correxit Th. Gatakerus in Poſthumis cap. XXI. pag. 660. & Henr. Valeſius Lib. III. Emend. cap. 15. ubi vide quae olim notavimus.

EP.

EP. LVII.

Quis tibi Taurobolus veſtem mutare ſüaſit,
Inflatus dives ſubito mendicus ut eſſes:
Obſitus & pannis modicis tepefactus . . . . :
Sub terra miſſus, pollutus ſanguine tauri,
Sordidus, infectus, veſtes ſervare cruentas,
Vivere cum ſperas viginti mundus in annos.

EP. LVIII.

Egregios proceres currum ſervare Cybebae.
Quem traheret conducta manus Megalenſibus actis,
Arboris exciſae truncum portare per urbem,
Attin caſtratum ſubito praedicere Solem.

EP. LIX. *Fragmentum, de celebrantibus ſacra magnae Matris.*

Animum meum mitto ſpeculatum toto orbe, uti,
Quid facerent homines, quom experrecti ſient,
Me faceret certiorem: ſi quis ſumeret
Me melius operam, ut ejus conſilio ocius
Vigilium adminicularem noſtrum, qui videt
Alium curvantem extrema noctis tempora.
Sed nos, ſimulac ſummam in ſpeculam pervenimus,
Videmus populum Furiis inſtinctum tribus,
Diverſim ferri exterritum formidine.
Aurorae oſtrinum hic indutus ſupparum,

Co-

EP. LVII. *Quis tibi* &c.] Produxit ex antiquo poëmate nondum vulgato Salmaſ. ad Lampridii Helagab. cap. 7. & ex eo Pagius Critic. ad Baron. T. I. pag. 496. unde miror hoc praeteritum Almelovenio, qui pag. 14. illud alterum Epigramma *Egregios proceres* &c. ex eodem tantum edidit. Primum continet ritus ſacri Taurobolii, in quibus ille, qui Taurobolium accipiebat, & conſecrandus erat, terra egeſta in profundam ſcrobem demittebatur, quae tabulis paſſim perforatis conſternebatur: dein taurus fronte inaurata mactabatur, cujus ſanguis per foramina in ſcrobem defluebat, quem toto corpore excipiebat Sacerdos in caverna iſta defoſſus, eoque ſe abluebat, quod genus luſtrationis non niſi poſt viginti annos repetebatur, & ſacerdos tot annis mundus puruſque manere credebatur: ut pluribus egregie exponit ibidem Salmaſius, ſecutus luculentam deſcriptionem Prudentii περιστεφ. Hymno Romani x. v. 1011–1050. quam erudite cum aliis antiquitatis monumentis, huc facientibus, illuſtravit de Boze in Comment. Gallic. Academ. Inſcript. & Eleg. Liter. Tom. II. part. 2. p. 106–151. ubi habetur Diſſertatio de his ſacris Taurobolii, addita in fine tabula aenea, in qua oculis exponuntur ritus iſti, modo ad intellectum horum verſuum enumerati, quam optime ad antiquitatis guſtum formavit, ut corrigeret illam, quam dederat Lomejerus de veter. Luſtrat. cap. XXIII. pag. 292. Alterum Epigramma etiam ad Cybeles & Attidis ſacra pertinet, & utrumque hoc fragmentum, Salmaſii veſtigiis inſiſtens, explicat Lucius Camarra Lib. III. de Teate Antiquo cap. 6. pag. 220. & ſeqq. Sunt enim fragmenta longioris poëmatii, quod tamen nec inter Schedas Salmaſianas aut Divionenſes, neque in Codice Leidenſi inveni. penultimum iſtius Epigrammatis verſum *Arboris exciſae* &c. intellige de Dendrophoria, ſeu geſtatione pinus, quam e luco ſacro exciſam cum radicibus ſollemni Megalenſium feſto XI. Kal. April. per urbem humeris deferebant in ſanctuarium Deûm Matris. vid. Reineſ. ad Claſſ. I. Inſcr. 40. pag. 75. & in Epiſt. ad Rupert. p. 619. & Salmaſ. ad Spartian. Carac. cap. 9. ubi hoc ipſum Epigramma quoque adſert.

EP. LIX. *Fragmentum*, &c.] Habetur hoc in Catalectis Scaligeri Lib. II. pag. 253.

Digitized by Google

Coronam ex auro & gemmis fulgentem gerit,
Luce locum afficiens. . . . .
. . . .
Nam quae vetuſtas hic adeſt gallantibus?
Quae * caſta aetas? quae veſtis adoleſcentium?
Quae teneris ſpecies?

Ep. LX. *Magnae Matri.*

Sum vagus adſidue, toto circumferor orbe,
Nec me diverſi * cogit diſtantia mundi,
Alterius titulo ſubdere vota reum.
Veri certa fides, Tiburni vexit in arcem
Et jam *
Quare o diva parens *
Auſonia in terra *

Ep. LXI. *Junoni Ardeatinae.*

Digne digniloqueis pictureis condecoravi
Reginae Junoni' ſummae conjugi' templum

Mar-

v. 11. *Coronam ex auro* &c.] appoſite Prudentius dicto Romani Hymno vs. 1013. de Sacerdote Cybeles, taurobolium accipiente:

Mitra infulatus, feſta vittis tempora
Nexus, corona tum repexus aurea,
Cinctu Gabino ſericam fultus togam.

vide haec illuſtrantem Reineſ. ad Claſſ. I. Inſcr. 41. p. 84. 85. ubi de Stephanophoris ſacerdotibus tam magnae Matris quam aliorum numinum docte diſſerens, Graeco Epigrammati, cujus ſupra mentionem fecimus, reſtituit Φοίβου στεφανηφόρος ἱερεὺς, ut & apud Fabrettum legitur, pro Φοίβου τε φανηφόρος. ut edidit Salmaſius. neque praeteriit hunc Epigrammatis locum Reineſius, non obſervatum Antonio van Dale Diſſert. v. de Stephanophoris Graecorum.

v. 14. *Nam quae vetuſtas*] Legendum *venuſtas bis adeſt gallantibus*. & verſ. ſeq. *Quae caſtitas*, quod & in variis Lectionibus ed. Catalect. Scaliger. & Lindenbr. ſubjectis notatum eſt. male igitur Voſſius Lib. II. de Idolol. Gentil. cap. 53. *Quae caſta veſtis*. nam id ſequitur. ſed praecedente verſu *gallantibus* recte ex antiqua Mediolanenſi editione probat, cum *gallatibus* eſſet in MS. ſuo & ed. Aldina. eadem varietate apud Macrob. Lib. II. Saturn. cap. 2. ubi in editione Pontani, *Hos Pistonis verſiculos, quorum magis vetuſtatem an brevitatem mireris incertum eſt*. ſed legendum *venuſtatem*. *Gallantes* autem Magnae matris Idaeae Sacerdotes, ut Bacchi *Bacchantes*. vide Salmaſ. Exercit. Plinian. Tom. II. pag. 1087. ed. Par. qui recte profert *venuſtas*. & adde Ferrar. Orig. Ling. Ital. in *Galante* pag. 150. qui vocem illam deducit ab elegantia & cultu horum Sacerdotum. licet aliam originem adferat Menagius in Lexic. Etymolog. Gall. pag. 341.

Ep. LX. *Sum vagus* &c.] Ita legitur apud Pithoeum Lib. IV. pag. 146. & Fabric. in Antiq. Monum. pag. 162. verſu ſecundo pro *cogit* Heinſius conjecerat legendum *cohibet*.

Ep. LXI. *Junoni Ardeatinae*.] Legitur apud Plinium Lib. XXXV. Hiſt. Nat. cap. 10. *Decet non ſileri Ardeatis templi pictorem, praeſertim civitate donatu mihi & carmine, quod eſt in ipſa pictura bis verſibus:*

Dignis &c.

ea ſunt ſcripta antiquis literis Latinis. primo verſu *Dignis digna loca picturis condecoravit*, & verſu ſecundo *ſupremae* pro *ſummae* eſt in Plinii exemplaribus, in MS. Pintiani *ſupremi*, ut referas ad Jovem. Scriver. Habet Pithoeus pag. 5. e Boiſſardo Gruterus in Append. pag. MLXV. 7. ubi Gudius notat ſpuriam eſſe Inſcriptionem, & e Plinio concinnatam, cum tamen Plinius tamquam vetuſtum, & antiquis literis Latinis ſcriptum carmen adferat. Edidit etiam Ferretius in Muſis Lapidar. Lib. I. pag. 7. & Scaliger Lib. I. Catalect. pag 222. apud quem verſu primo *condecoravit*, tum ſequenti verſu *Reginae Junoni ſupremae* &c. ut in MSS. Plinii codicibus legi notavit Scriverius. quod firmari poſſit ex Inſcriptione, Ardeatina itidem, apud Gudium pag. XII. 6. Junoni Reginae Supremae Sacrum. &c. ſed non video, quomodo hic ultima in *Junoni'* poſſit corripi. licet ita etiam proferat Andreas Schot-

Digitized by Google

Marcus Ludius Elotas Aetolia oriundus:
Quem nunc & poſt ſemper ob artem hanc Ardea laudat.

EP. LXII. *Dianae.*

Munere te hoc dono, Latonia, ſancta virago,
Cornigeram cepi virtute & laude potitus,
Exuvieiſque ejus templum tuum decoravi.

EP. LXIII. P. VIRGILII MARONIS *ad Venerem.*

Si mihi ſuſceptum fuerit decurrere munus,
O Paphon, ô ſedes quae colis Idalias:
Troïus Aeneas Romana per oppida digno
Jam tandem ut tecum carmine vectus eat:

Non

Schottus in Dialog. de Diis Gent. poſt Anton. Auguſtini Dialog. Antiq. pag. 176. qui & in verſu primo habet, *Dignis digna loco picturis condecoravit.* quomodo in vetuſtiſſimo Leidenſi codice, & Ed. Tarvis. 1479. haberi monuit me Cel. Oudendorpius. quod & in Parmenſi an. 1480. & in Veneta Benedicti eſt an. 1507. & ſic legi in antiquiori editione Veneta anni 1483. teſtatur Bentlejus Epiſtola ad Millium poſt Malalae Chronica pag. 79. qui corrigit, *Dignis dignu' loco* &c. & ex eadem editione in vs. 3. *Aetolia orundus.* pro *oriundus*, more Lucretiano, per ſynizeſin propter metrum. & ſic Giſan. in Ind. Lucret. p. 460. qui tamen male adfert *Eotas.* verſu primo *doctiloqueis* apud Gruter. *digniloqueis* edidit Pithoeus. *ſupremi* etiam Gruter. & in Cod. Leid. & MSS. Harduini. *condecoravit* in vulgatis Plinii exemplaribus. & apud Gruter.

v. 3. *Marcus Ludius* &c.] In MS. Pintiani prodigioſe ad hunc modum: *Plauſtis Marcus Doctaſia lata eſſe oriundus.* forte, inquit Pintianus, pro *plauſtis* reponi poſſet *plaſtes*, & pro *eſſe oriundus*, *exoriundus.* De ceteris judicent legentes. SCRIVER. in codice mirae antiquitatis Leidenſi legitur, *Marſus plauſtis Marcus eloetaſia lata eſſe oriundus.*

EP. LXII. DIANAE.] Protulit vetus hoc Epigramma Juſtus Ryckius in Primitiis Epiſtolicis Epiſt. XLII. pag. 71. & ex eo Barthius, ſed qui Riccium male vocat, ad Statii XI. Theb. v. 414. & in ultimo verſu, ut metro conſulatur, legendum putat;

Exuvieis cujus templumque tuum decoravi.

non male. forte tamen *templum tuum condecoravi* legi poſſet, ut *tuum* ſit monoſyllabum, ut *ſuo* & *ſua* in ſimilis aetatis carmine ſupra Epigram. 34. vel ſi id nimis antiquatum videatur, *templum tibi condecoravi.* ut in praecedenti carmine Junoni Ardeatinae ſcripto,

—— *picturi condecoravi*
Reginae Junoni' ſummae conjugi' templum.

exhibebat autem monumentum ipſum, ut Ryckius teſtatur, in aedicula Dianae ſub ara inſculptum venatorem, qui cervae a ſe captae pellem Deae huic offert, unde lucem hi verſus accipiunt.

EP. LXIII. P. VIRGILII MARONIS &c.] Legitur apud Pithoeum pag. 4. & Scaligerum pag. 88. & in Catalectis Aldinae editionis p. 19. Heinſius etiam inter Catalecta Virgilio ſubjuncta exhibet pag. 383. & profert Tomaſin. de Donar. cap. XXIII. totum hoc carmen imitatione eleganti expreſſit P. Ang. Bargaeus Epigr. ad Dianam, Lib. II. Carm. pag. 263.

v. 1. *Si mihi ſuſceptum*] Votum Maronis pro ſuſcepto Aeneidis opere ſuſpenſum pro templo Veneris Surrentinae. Eſt autem elegantiſſimum poëmation & Virgilio digniſſimum. SCALIGER. Votum magni vatis pro ſuſcepto opere Aeneidis ſuſpenſum ad templum Veneris Surrentinae; ſucculentum certe & doctum poëma, alti & ſublimis ſpiritus poëta dignum, Maronem dico, illum Poëtarum Deum. SCRIVER. *in Anecdot. Philolog.* cap. LXVII.

Ibid. *fuerit decurrere munus*] In antiqua Catalectorum editione, quae poſt Virgilium impreſſa ſunt Antverp. 1557. in 8. legitur hoc in verſu ad marginem pro varia lectione *dabitur decurrere.* ſed quod puto gloſſema ſive librarii interpretamentum τῶ *fuerit* eſſe: vel profluxiſſe ab eo qui elegantiſſimum hujus ellipſeos uſum ignoravit. *fuerit decurrere* enim idem eſt ac fuerit datum, licuerit. ut apud Silium Ital. Lib. XII. 695. *fuerit delere Saguntum.* ubi vide Celeb. Drakenb. & qui plena manu hunc loquendi modum illuſtrat, Heinſium ad Ovid. Lib. II. Artis Am. v. 28. ita *nunc erat*, *cernere erat*, & ſim. in quibus *tempus*, *occaſio*, *oportunitas*, *facultas*, aut affine quid ſubintelligi debet, paſſim occurrunt, & a viris doctis copioſe illuſtrata ſunt. vide Gronov. Lib. IV. Obſerv. pag. 117. & 118. Patruum meum ad Petron. cap. 126. & Interpretes ad Valer. Max. I. cap. VII. pag. 75.

v. 3. *Troïus Aeneas*] Ita ſemper & ex conſuetudine ipſius Virgilii ſcribendum, non *Troïcus.* ut *Troïa tellus*, *Troïa claſſis* & ſim. in Ovidio aliiſque poëtis paſſim correxit Heinſius, quem vide ad Ovid. Epiſt.

Non ego ture modo, aut picta tua templa tabella
Ornabo, aut puris ſerta feram manibus;
Corniger hos aries humilis, & maxima taurus

Victi-

Epiſt. I. v. 28. & ſic *Troïa arma* emendat idem in Valer. Fl. I. v. 73. & *Troïa Roma reſurget*, non *Troïca*, recte apud Propert. Lib. IV. El. I. v. 71. ex Gebhardi libris praetulit Broukhuſius.

v. 5. *picta tua templa tabella*] ſic Aldus, Scaliger, Pithoeus, aliique ediderunt. *pacta* dedit Heinſ. in ſua Virgilii editione ante init. Aeneid. & vſ. ſeq. *&*. forte quia *picta pharetra* v. 10. ſequitur. ſed in Commentario MS. Virgiliano correxit *picta* & *aut*.

v. 6. *aut puris ſerta feram manibus.*] *&* Aldus. *&* *parcis* citat Cel. Gorius ad Inſcript. Florent. pag. 82. neſcio unde. nam in vulgatam lectionem conſtanter omnes conſpirant: Forte apud alios invenit Vir doctiſſimus hunc verſum ita laudatum, qui putaverunt *parcas manus* hic melius locum habere poſſe, quibus Virgilius ait ſe non tantum ture, aut florum ſertis, templa Veneris ornaturum inſtar pauperis, ſed & mactata tauri victima ipſi ſacrificaturum, quod divitis & lauti eſt: & ita videretur concinnior ac melior eſſe oppoſitio, quomodo frequenter ture, mero, ac flore pauperes Diis litare, victimis vero & taurorum ſanguine aras inbuere dicuntur homines opulenti ac potentes. eleganter Joſephus Iſcanus Lib. III. de Bel. Troj. in init:

Illuſtres Superis epulas molita poteſtas,
Sacrificis bibulos lictoribus inſtruis ignes,
Totaque turicremis Panchaïa ſpirat in aris,
Venales emptura Deos: at pauper acerra
Principe digna Deo, noſtro placitura Tonanti
Mente litat pura, votis exorat honeſtis.

Hoc tamen in verſu vulgatam lectionem non facile moverem, quia *puras manus* in ſacris paſſim memorant veteres. Tibullus Lib. II. El. I. v. 14.

Et manibus puris ſumite fontis aquam.

ubi Broukhuſius in voce *puris* ſuſpicatur adcreviſſe literam ſupremam ex proxime ſequenti verbo *ſumite*, ideoque legit, *puri ſumite fontis aquam*, ut apud Virgil. Lib. VII. Aen. 488. —— *puroque in fonte lavabat.* ὕδωρ ἀκήρατον Homero Iliad. ω. v. 303. ſed & vulgata Tibulli lectio non incommode defendi ac retineri poteſt, ut agnoſcit ipſe Broukhuſius; & adſeruit Heinſius ad Ovid. IX. Met. v. 701. recte refutans Marcilium, qui ad Perſium pag. 52. legebat *puram ſumite fontis aquam. puras manus* enim habere dicebantur, qui nullo capitali ſcelere admiſſo eas inpollutas ſervaverant ac caſtas. ut dicto Ovidii loco: —— *puras ad ſidera ſupplex Creſſa manus tollens.* ita apud Juſtinian. Novell. XXI. cap. I. *Et ut ipſe quoque puris utatur manibus.* vide Gronov. ad Senec. Med. v. 901. & Torrent. ac Lipſium ad Suetonii Titum cap. IX. ſic in loco Joſephi Iſcani modo proiato, *Mente litat pura:* & in genere *pura manus*, *mens pura*, *veſtis* & ſimilia in ſacrorum cerimoniis uſitatiſſima ſunt, quia in iis omnia pura eſſe debebant. vide Patruum ad Petron. cap. XLIV. pag. 212. denique *ferre* proprium ſacrorum verbum eſſe docebunt notae Heraldi ad Arnob. pag. 268. & Cl. Canneg. ad Avian. fab. 39. v. 6.

v. 7. *Et maxima taurus*] Idem ἀκροτελεύτιον invenitur & in Georgicis (II. 146.)

Hinc albi, Clitumne, greges, & maxima taurus
Victima, &c.

Vides doctiſſimum poëtam, *victimam* de magnis dixiſſe, certum veteribus illis, qui pure loquebantur, ita obſervatum fuiſſe. Quod verum eſſe, manifeſto Plautus docet in Pſeudolo (Act. I. Sc. 3. v. 95.) ex verbis lenonis:

Nolo victimas: minimis med extis placari volo.

Nam *minima exta* oppoſuit *victimis*. Sed luſit Comice in voce *minimis*, reſpiciens ad minas viginti, quibus ſibi litari volebat. Adoleſcens vero jocum non percipiens, jubet arceſſi agnos. quia eae ſunt minimae hoſtiae, & quae vere victimae dici non poſſunt, quum ait:

Propera: quid ſtas? arceſſe agnos. audin' quid ait
Juppiter?

Itaque apud Plautum male hodie legitur *agninis extis*. quum pleraeque calamo exaratae membranae habeant, *minimis extis*. ubi ſane vere Plautinus latet jocus. At non ita in vulgata lectione. SCALIGER.

Ibid. *Corniger hos aries humilis & maxima taurus Victima* &c.] Videtur hic locus in mendo cubare, ſed quod nulli tamen, quantum ſciam, ſuboluit. Si enim vulgatam ſequamur, balbuties in ea erit & ſtribligo Virgilio indigniſſima, *hos ſacratos focos* primum, & deinde, ne in iiſdem contraria cumulet, *corniger aries humilis, & maxima taurus victima*, quae ſibi oppoſita ſunt. itaque haec à Virgilio non bene ſimul juncta Veneri offerrentur; ut jam nihil dicam de ultima ſyllaba in *humilis* brevi, ſequente *&*: *ſacrato* legebat D. Heinſius, probante ejus Filio, qui *humilis* pro *humiles focos* poſitum putabat, unde *humileis* in Virgilio ante init. Aeneid. edi curavit. ſed perperam. Legendum opinor:

Corniger haud aries humilis, ſed maxima taurus
Victima ſacratos tinguet honore focos.

qua

Victima ſacratos tinguet honore focos.

Mar-

qua emendatione, facili certe & modeſta, Virgilio ſua reddetur elegantia. Ortus ſcilicet error eſt ex abſorpta litera *s* in τῷ *et*, quae repeti debebat ex fine praecedentis vocis *humilis*. eodem modo apud alios auctores non ſemel peccarunt ſupinae librariorum manus. Ovid. in fine Ibidis v. 645.

Poſtmodo plura leges, ſed nomen habentia verum.

hanc enim primae editionis lectionem praeferrem vulgatae, *leges, & nomen h. v.* apud Virg. Ecl. III. v. 65. rectius forſan legeretur:

Et fugit ad ſalices, ſed ſe cupit ante videri.

nunc in vulgatis circumfertur, *& ſe cupit a. v.* ſic ſupra Ep. 51. *ſed inops ſed rebus egenus adeτitis* legendum conjeci pro *& rebus.* ſimiliter apud Martialem Epigr. VI. Spectacul. cum vulgo legatur:

Proſtratum Nemeës, & vaſta in valle Leonem.

Scriverius ingenioſe profecto emendabat:

Proſtratum Nemeae, ſed vaſta mole, Leonem.

alia apud eumdem Scriverium videbis ad Lib. IV. Ep. 40. Eleganter autem Virgilius vovet Veneri, ſi Aeneida abſolvat, non humilem agnam, ſed taurum, majorem victimam. eodem modo *major beſtia*, ideſt taurus, *agnae* humili & minori opponitur ab Ovidio Lib. I. Triſt. El. 10. v. 43.

Hanc ſi contigerit, meritae cadet agna Minervae,
Non facit ad noſtras hoſtia major opes.

apud Martial. Lib. XII. Ep. 91.

Ut caderet magno victima grata Jovi.

ubi *victima magna* legit Markland. ad Statii Silvas pag. 44. ſic in carmine Petronii Sat. cap. 133.

Non ſine honore tuum patiar decus, ibit ad aras,
Sancte, tuas hircus, pecoris pater ibit ad aras
Corniger, & quer[u]lae foetus ſuis, hoſtia lactens.

Similis oppoſiti[o, u]t in loco Propertii, ſed non ut hodie in vulgatis exemplaribus legitur, Lib. II. El. 9. v. 27.

Ut caput in magnis ubi non eſt tangere ſignis,
Ponitur hic imos ante corona pedes.
Sic nos, nunc inopes laudis conſcendere carmen,
Pauperibus ſacris vilia tura damus.

corruptiſſima haec eſſe fatetur Broukhuſius, & quia medicina ipſi non ſuccurrebat oportuna, ſpuria fere ac notha pronuntiabat. Sed optime reſtituebat Celeberrimus & amiciſſimus Franc. Oudendorpius:

Sic nos, nunc inopes tauris conſcindere collum,
Pauperibus ſacris vilia tura damus.

quae emendatio certe palmaria eſt. Ovid. Lib. II. Triſt. 75.

Sed tamen, ut fuſo taurorum ſanguine centum,
Sic capitur minimo turis honore Deus.

Lib. IV. ex Pont. 8. 39. & ſeq.

Nec quae de parva Dis pauper libat acerra,
Tura minus, grandi quam data lance, valent.
Agnaque tam lactens, quam gramine paſta Faliſca
Victima Tarpejos inficit icta focos.

Tibullus Lib. IV. Carm. I. v. 14.

Parvaque coeleſtes placavit mica; nec illis
Semper inaurato taurus cadit hoſtia cornu &c.

ſimile illud Statii Lib. I. Sylv. IV. in fine:

—— *qua nunc tibi pauper acerra*
Digna litem? nec ſi vacuet Mevania valles,
Aut praeſtent niveos Clitumna novalia tauros,
Sufficiam. ſed ſaepe Deis hos inter honores
Ceſpes, & exiguo placuerunt farra ſalino.

& apud alios poëtas ſaepe.

v. 8. *Sacratos tinget honore focos.*] Scio *inſtaurare aris honores* dictum a Virgilio, ſed πλεοναστικῶς. Itaque hic lego, *tanget odore.* Graeci ὄζοντι τῇ κνίσσῃ. *Tanget*, ut Varro, *tangere tectorio.* SCALIGER.

Vulgatam lectionem agnoſcunt omnes Catalectorum editiones,eamque expreſſerunt Aldus,Pithoeus, Pulmannus, & in Virgilio ſuo Heinſius. Male igitur Scaliger legit *tanget odore*, quam viri magni emendationem rejecit jam Ger. Voſſius ad Valer. Flac. Lib. I. v. 90. & 678. ubi & notat in MS. hujus Epigrammatis haberi *ſparget.* pro *tinget.* Heinſius ibidem ad priorem locum, & ad Claudian. VI. Conſ. Hon. v. 618. vulgatam hoc in verſu etiam probavit, & aliis exemplis firmavit, niſi quod *ſacrata honore* exhibeat, quomodo etiam margini exemplaris ſui adſcripſerat, licet poſt Virgilium ediderit *ſacratos focos.* Idem tamen in notis ad Ovid. Lib. IV. Triſt. El. 4. v. 61. teſtatur ſe in veteri Codice Neapolitano Sannazarii ſcriptum inveniſſe *ſparget honore*, ac reponendum cenſet *paſcet honore*, quod locis adpoſitis confirmat. *honore* autem cum Scaligero non mutandum eſſe in *odore*, optime adſtruxit Cel. Drakenb. ad Silium Lib. VII. v. 90. quem vide. nihil enim frequentius quam *honorem* dici de ſacrificiis, quibus homines propitiant Deos. ut multis oſtendunt Juretus ad Symmach. pag. 218. Cuperus Lib. II. Obſerv. cap. 3. viri docti ad Gratii Cyneg. v. 458. & in Miſcellan. Obſerv. Vol. VI. Tom. II. pag. 381. ita in alio Epigrammate apud Pithoeum Lib. I. p. 7.

Sacra litaturo fecit honore Lacer.

Tibullus Lib. I. El. 8. v. 53.

Sic venias hodierne, tibi dem turis honores.

apud quem recte Broukhuſius ex MSS. adſeruit veram lectionem Lib. IV. carm. 6. v. 1.

Natalis Juno, ſanctos cape turis honores.

Propert. Lib. IV. El. 6. v. 5.

Coſtum molle date, & blandi mihi turis honores.

& apud quos non? eadem varietate in Virgilii Ciri v. 439.

Pro-

Digitized by Google

Marmoreuſque tibi, Dea, verſicoloribus alis

In

Pronuba nec caſtos accendet pinus odores.
ubi *honores* legebat Taubmannus. & apud Ovidium Lib. II. Triſt. v. 76.
Sic capitur minimo turis honore Deus.
ubi in aliis codicibus *odore* perperam legi notavit meus Patruus. Priſcianus in Periegeſi v. 877.
Namque thyo, myrrhaque viget, cum turis honore.
ſic corrige ex Codice Regio, quem contulit Heinſius, non ut in vulgatis *turis odore*, ne vox illa ter in fine verſus ibidem recurrat, ingrata admodum repetitione. Ideo autem *ſacrato odore* hic rejiciendum, quia ſi pro aromate ponatur in ſacrificiis, plerumque uſitatior ſit pluralis *odores*. Joſephus Iſcanus Lib. VI. de bello Troj. v. 379.
Legerat in tumulos Nabathaeae meſſis odores
Ambitioſa parens.
& v. 392.
——— *incenſaque tura*
Corripit, & ſacris ſolatur odoribus aras.
vide Rittershuſ. ad Gunther. Ligurin. Lib. V. vſ. 401. pag. 107. & Rhodii Lexic. Scribon. pag. 416.

v. 9. *Marmoreuſque tibi, aut digne coloribus ales*] Lege, *aut ignicoloribus alis.* PITHOEUS. Lego:
Marmoreuſque tibi diverſicoloribus alis &c.
Alas Amori attribuere recentiores poëtae, ut ajunt, Graeci, quum vetuſtiſſimi nihil tale de eo prodiderint. At fuit, quum non ſolum alatum, ſed etiam barbatum pinxerunt: quod minus vulgare eſt. Ita enim eum de ſe loquentem inducit Theocritus, aut quisquis is poëta fuit, qui ſcripſit πτερύγιον,
Μὴ ᾗ τρέσῃς, αἱ τυτὸς ὢν δάκνεις βέβριθα λάχεια χρόνια.
Ita enim legendum in Theocrito. ubi τυτὸς Dorice pro τυτθός. Sed malò legere hic in noſtro Epigrammate:
Marmoreuſque tibi, Diva, ignicoloribus alis &c.
SCALIGER.
Vir nobiliſſimus, Joſephus Scaliger, in Catalecta Virgilii retulit & votum ad Venerem, cujus initium: *Si mihi ſuſceptum fuerit*, &c. Carmine in illo nonus verſiculus non ſanus eſt, quem perſanaſſe novis collyriis adhibitis me jam nuper putabam. Judicium erit doctis ſuper conjectura mea. Mendoſus, quem dico, verſus hic eſt:
Marmoreuſque tibi aut digne coloribus ales
In morem picta ſtabit Amor pharetra.
Ineptus hexameter, correctorum & librariorum non graviſſimi poëtae culpa. Abſit! abſit! Legebat Scaliger,
Marmoreuſque tibi diverſicoloribus alis.
„ Alas, inquit, Amori tribuere recentiores poëtae, „ ut ajunt, Graeci; quum vetuſtiſſimi nihil tale „ de eo prodiderint. Et fuit quum non ſolum ala„ tum, ſed etiam barbatum pinxerunt, quod mi„ nus vulgare eſt." Verum hanc mavult ſuam lectionem divinus Scaliger:
Marmoreiſque tibi, Diva, ignicoloribus alis.
ex qua lectione conjectura mea fortean non male orta eſt. Reponendum enim puto:
Marmoreiſque tibi, ſive ignicoloribus alis
In morem picta ſtabit Amor pharetra.
Ordo & mens verſus eſt: aderit Amor picta pharetra, marmoreis, ſive igneis alis. Judicabunt docti, quibus ego me & mea ſtudia commendo; vitilitigatores pallidos plorare jubeo. SCRIVERIUS in Anecdot. Philolog. cap. LXX. pag. 32.
Scribendum:
Marmoreuſque tibi, Dea, verſicoloribus alis
In morem picta ſtabit Amor pharetra.
Amori alas purpureas adſcribi a Poëtis quis neſcit? Scaliger *diverſicoloribus alis*, quod Latinum non eſt. Scio occurrere apud Marcianum Capel. Lib. I. p. 6. *diverſicolorem fluentorum diſcretionem*, ſed de ſcripturae ſinceritate dubito. nec felicius Pithoeus, *aut ignicoloribus.* ſed cum nullus dubitem eam Pithoeanae editionis lectionem ex vetuſto aliquo codice depromtam eſſe, parum abeſt quin perſuadear, ut credam reponendum eſſe, *Dea cignicoloribus alis.* ſive candidis, ſive purpureis intelligas. nam & purpureae alae Amori a poëtis paſſim aſſignantur, & *olores* Horatio *purpurei* ſunt. NIC. HEINSIUS ad Ovid. XI. Metam. 610. *diverſicoloribus alis* etiam Vlitius legebat ad Nemeſ. Eclog. IV. v. 68. ubi ſimiliter emendat:
Haec eadem nobis diverſicoloria fila.
ſed vide iſtic Patrui mei notas. *aut digne coloribus ales*, ut Pithoeus edidit, habent Aldi, Pulmanni, Scaligeri, & aliae Catalectorum editiones, ſed addito aſteriſco, verſum corruptum indicante, de quo non dubitandum eſt. & male ita adfert Tomaſin. de Donar. p. 165. in Voſſ. Cod. *aut mille coloribus ales.* ipſe autem Voſſius in libro, qui eſt in Bibl. Leid. conjiciebat, *aut inſignicoloribus alis. tandem ignicoloribus alis* adnotaverat Vir doctus in ora Codicis, cujus nobis copiam fecit Cl. Joh. Arntzenius. *marmoreuſque tibi aut diverſicoloribus* vel *in verſicoloribus* tentabat Cel. Oudendorpius. in alio veteri Codice, *diverſicoloribus*, ut emendabat Scaliger, ſed quod Latinum non eſſe recte notavit Heinſius, qui in uno exemplari adnotavit legendum *Diva, ignicoloribus*, ut Scaliger & alii etiam conjecerunt, quam emendationem firmabat in Commentario MS. Virgiliano ante init. Aeneidos, loco Statii, Pietate Claudii Etruſci Lib. III. Sylv. 3. v. 131.
Illa ſagittiferi circumvolitaſtis Amores
Funera, maternoque rogos unxiſtis amomo;
Nec modus aut pennis laceris aut crinibus ignem
Spargere, conjectaeque (male vulgo *collectaeque*)
pyram ſtruxere pharetrae;

& Clau-

In morem picta ſtabit Amor pharetra.
Adſis ô Cytherea: tuus te Caeſar Olympo,
Et Surrentini litoris ora vocat.

EP. LXIV. *Veneri.*

Haec tibi diva Venus deponit munera Sylla,
Ut ſomno monitus, Martis armatus in armis,
Pugnantem atque acies armatas inter agentem.

EP.

& Claudiani Epithalamio Pallad. & Celerin. in deſcriptione Cupidinum, ſub finem poëmatii,

—— puer ilicet Aethon
Et Pyrois rutilas reſperſi murice plumas
Proſiliunt. idem tamen Heinſius in altero Catalect. Pithoei codice emendabat, ut in notis ad Ovidium, *Dea, verſicoloribus alis*, quod etiam exhibuit in Catalectis Virgilianis, eamque genuinam & ex variis virorum doctorum conjecturis, quibus hunc verſum emendare conati ſunt, lectionem optimam eſſe arbitror. Itaque ſic edidi. ipſe enim Virgilius numquam voce *diverſicolor* uſus eſt, ſed disjunctim *diverſa colore* Ecl. VIII. 73. & in Ceiri v. 370. *verſicoloria arma* dixit Lib. x. Aen. v. 181.

Aſtur equo fidens, & verſicoloribus armis.

ita *cultus verſicolor* apud Ovid. v. Faſtor. 355.

Sic haec eſt cultu verſicolore decens.

ubi de *verſicoloribus* veſtibus, quas *verſicoloria* lecti veteres adpellant, videndus Neapolis, ſed pluribus Salmaſ. ad Vopiſc. Aurel. cap. 46. qui inter alia, ubi de vocabulo hoc agit, p. 558. dicit ſimiliter *verſicolores alas* de Pico Martio apud Poëtam occurrere. quod huic loco optime conveniret. ſed maximo Viro inpoſuit memoria, nam apud Virgilium, cujus verſus animo ejus obverſabatur, Lib. VII. v. 191. legitur de Pico in avem mutato:

Fecit avem Circe, ſparſitque coloribus alas.

ut autem *verſicolores alas* Cupidini hic tribuit Virgilius, ita *multicolores alas* Iridi dat Pompejanus inter Scholaſticorum carmina de Iride apud Pithoeum Lib. IV. Epigr. vet. p. 162.

—— protinus Iris
Picta veſte decens, & multicoloribus alis.

nam forte decepit hic verſus, ut a Scaligero emendatus erat, eruditiſſimum Huetium, qui in Ecloga II. *Iris* inſcripta v. 130. voce *diverſicolor* uſus eſt,

—— caput exſerit aethra
Praecinctum ſertis diverſicoloribus Iris.

quamquam in Poëta recentiore id licentiae dandum ſit. deſtituimur tamen exemplo vetuſti auctoris probati, apud quem *diverſicolor* occurrat: ſed *verſicolor* frequens eſt. vid. Cel. Duckeri Opuſc. de Latin. Vet. Juriſc. p. 201. & 368. nam Marciani Capellae auctoritas ſuffragium voci non validum admodum adferre poteſt, praeterquam quod locum corruptum eſſe ſuſpicetur Heinſius. licet ita exſtet in Codicibus Leidenſibus. *Verſicolores alas* igitur hoc in verſu recte ſe habere puto, alteram enim Heinſii emendationem, *cignicoloribus alis*, paucis arriſuram eſſe confido.

v. 10. *In morem picta ſtabit Amor pharetra*] *Adſtabit* legendum eſſe libro ſuo adſcripſerat Heinſius. non opus eſt, ut opinor. innuit enim poëta ſtatuam Cupidinis marmoream, quae recte *ſtare* dicitur; ſimplici enim hoc verbo frequenter de ſtatuis utuntur veteres. Ovidius Epiſt. Heroid. XII. 70.

Aurea barbarica ſtat Dea facta manu.

& Lib. I. Faſt. 201.

Jupiter anguſta vix totus ſtabat in aede.

Propert. Lib. II. El. 22. 7.

Atque aram circum ſteterant armenta Myronis.

vide Patruum meum ad Valer. Flacc. Lib. I. v. 679. & in Jove Fulgur. cap. XIV. pag. 322.

EP. LXIV. *Haec tibi diva Venus* &c.] Legitur apud Pithoeum Lib. IV. pag. 146. Fabricium in Antiq. pag. 161. & in Apiani Inſcript. pag. 193. Verſum eſt ex Graeco, quod legitur apud Appianum Alexandrinum Lib. I. de Bell. Civ. p. 685. ed. Tollii. ubi & habetur alterum illud ex oraculo,

Crede mihi a Venere Romana potentia crevit &c.

quod in Apiani Inſcriptionibus huic praefigitur, & cum hoc Epigrammate connectitur apud Ferret. in Muſ. Lap. Lib. v. p. 324. ne quis perperam inter antiqua monumenta Latina id etiam referat. *ſomno monitus* frequens in Inſcriptt. antiquis. vid. Heinſ. ad Ovid. XIII. Met. v. 216. Broukhuſ. ad Tibul. III. El. 4. 11. & notas Interpr. ad Silium Italic. Lib. x. 373. vel *ex viſu*, aut *viſu monitus*. vid. Vignol. ad Inſcript. Select. pag. 188.

v. 2. *Martis armatus*] Forte *Marti ſacratus*. SCRIVER. *armatos* Apian. forte *animatus in armis*. vel *animoſus*. ſic apud Ovid. Epiſt. Laodamiae XIII. v. 91. *ne ſis animoſus in armis*. Horat. Lib. I. Od. 19. 11.

Et verſis animoſum equis
Parthum dicere.

Florus Lib. I. cap. 16. §. 7. *Gentem, ſi opulentiam quaeras, uſque ad ambitum armatam*, &c. *ſi pertinaciam, cladibus ipſis animoſiorem.* ſed Cl. Oudendorpius hic legebat,

Te ſomno monitus Martis ſervavit in armis

Pugnantem &c. pro obſervavit, conſpexit, ut Venerem in ſomnio vidiſſe dicatur Sylla; uti eſt in Epigrammate Graeco apud Appianum d. l.

v. 3. *Pugnantem atque acies.*] *Pugnatemque atque* Inſcript. Apian.

Ep. lxv. *Veneri & Charit.*

Coelum, terra, mare, & Deum remota
Mens voſtro colitur favente ductu.
Noſtris ergo Deae favete votis.

Ep. lxvi. Epicteti *de Venere.*

Nuda Venus picta eſt, nudi pinguntur Amores,
Nam quos nuda capit, nudos amittat oportet.

Ep. lxvii. *De Statua Veneris.*

In gremium Veneris quoddam genus herba vireſcit,
Senſit dura ſilex quo * loco exaeſtuat ignis.

Ep. lxviii. *De Venere.*

Uritur igne ſuo fumantibus Aetna cavernis,
Pendet amore Venus uritur igne ſuo.

Ep. lxix. *De Adone & Venere.*

Pingitur ora Venus, ne vel contemnat Adonis
Aut roget; omnipotens pingitur ora Venus.

Ep. lxx. *Idem.*

Vulnera ſaevus aper laeſae ſpectanda Dianae,
Flenda dedit Veneri vulnera ſaevus aper.

Ep.

Ep. lxv. *Veneri & Charit.*] Inter Inſcriptiones nonnullas Mediolanenſes producitur a Joh. Mario Mattio Lib. iii. Opinion. in Vet. Auct. cap. 32.

Ep. lxvi. Epicteti] Habet Pithoeus pag. 3. ſuſpecti hi verſus fuiſſe videntur Scriverio, nam adſcripſerat iis, ut ſaepe aliis in ſuo exemplari *N. L.* indicans forte non liquere ſibi, an vetuſti eſſent, & ſane mihi quoque neſcio quid recentioris genii ſapere videntur, & forte e vena monachi cujusdam prurientis effluxerunt; qui *Epicteti* nomen iis praefixerit, tamquam ex Graeco Epicteti dicto verſi eſſent. Ita ſuſpicabar aliquando; cum poſtea incidi in Notitiam Imperii a Frobenio & Labbeo editam, cui inter alia adjungitur Altercatio Hadriani & Epicteti per Interrogationes & reſponſiones, neſcio quo auctore conpoſita, ubi pag. 194. ed. Labb. legitur hoc modo: *Quare Venus nuda pingitur? Nuda Venus picta, nudi pinguntur amores. Quibus nuda placet, nudos dimittat oportet.* unde jam liquet, cur *Epicteti* nomen verſiculis his praefixum. quemadmodum Epicteti titulus adhaeret alteri Epigrammati apud Pithoeum Lib. i. in fine pag. 46. quod incipit, *Poma ut in arboribus* &c. non alia de cauſſa, quam quia id in eadem Altercatione Hadriani & Epicteti p. 193. etiam occurrat. quod miror aliis non obſervatum eſſe. ſic idem Pithoeus in Praetermiſſ. pag. 481. ed. Pariſ. edidit Epigramma, cui ejuſdem Epicteti nomen male inſcribitur. Secundo verſu legi hic poſſet, *Nam quis nuda placet.* quia in dicta Hadriani Altercatione habetur, *Quibus nuda placet.* pro quo Pithoeus edidit, *Nam quos nuda capit.* Cl. Oudendorpius, *Quoſquos nuda capit.* ut pro ſemel omiſſo *quos* ſuppoſitum fuerit *nam.* rectius etiam illic *nudos dimittat*, nummis nempe & crumena emunctos, quomodo etiam margini codicis ſui adſcripſerat Heinſius, vel potius *admittat.* ad concubitus amplexum videlicet.

Ep. lxvii. *De Statua Veneris.*] Quatuor haec Epigrammata ex Schedis Salmaſii & Cod. Leid. proferimus, e quibus tria a Cel. Dorvillio inſerta ſunt aliis ejusdem coloris ac genii in Miſcell. Obſerv. Novis Tom. V. pag. 476. primo verſu mendoſe legebatur *genus erbe vereſcit.* & in ſequenti *exta eſt ut ignis.* in Collectione Epigrammatum ex Divionenſi Codice ſcriptum eſt, ut edidi. in quibus melius in initio legitur, *In gremio.* Sed miſere haec corrupta ſunt, nam locutio illa *quoddam genus herba* inſolentior, ibidemque in metri leges inpingens vitium, prima in *loco* producta: quae omnia eleganti & ingenioſa emendatione ita ſanabat Cel. Oudendorpius:

In gremio Veneris quondam herba geniſta vireſcens
Senſit, dura ſilex quo luco exaeſtuet igni.

Lucus nempe Veneris in gremio, ſacrum feminal, quo ſemen herbae geniſtae forte illapſum eviruit. de herba geniſta quaedam vide in Comm. ad Virg. ii. Georg. 12. & Broukh. ad Tibull. ii. 1. 63.

Ep. lxviii. *Pendet amore*] pro *pendet* Cl. Dorvill. tentabat *candet.* Cl. Oudendorpius legit *Splendens*, vel *Candens*, vel *Pallens ore Venus.* putatque luſum eſſe in ſtatuam marmoream Veneris, quae uritur ſuo igni.

Digitized by Google

EP. LXXI. *De templo Veneris, quod ad muros exſtruendos dirutum eſt.*

Caeduntur raſtris veteris miracula templi,
 Inque uſum belli tecta ſacrata ruunt.
Nam qua dejectis volvuntur ſaxa catervis,
 Haec ſunt murorum mox relocanda minis.
Dilati Mavors compendia cepit Amoris,
 Per muros quaerit jam ſua templa Venus.

LXXII. REPOSIANI
Concubitus Martis & Veneris.

Diſcite ſecuros nonnumquam credere amores:
Ipſa Venus, cui flamma potens, cui militat ardor,
Quae tuto poſſet cuſtode Cupidine amare,
Quae docet & fraudes, & amorum furta tuetur,
Nec ſibi ſecuras valuit praebere latebras.
Inprobe, dure puer, crudelis crimine Matris,
Pompam ducis Amor, nullo ſatiate triumpho:
Quod converſa Jovis laetaris fulmina ſemper,
Ut mage flammantes poſſis laudare ſagittas;
Junge puer teretes Veneris Martisque catenas,

igne. cujus rei indicium eſt Deae candor, ſplendor, vel pallor. aut inverſis vocibus *Ore Venus pallens.* deinde, *vel ne contemnat Adonis* habetur in Divionenſi libro. verſum illum *Aut roget; omnipotens pingitur* &c. ita dedi ut in eodem Codice Divionenſi legitur, nam vitioſe in Salmaſianis Schedis *aut rogit omps.* forte & legendum, *Aut neget.* vel ne contemnat Venerem Adonis, aut neget ei gaudia.

EP. LXXI. DE TEMPLO VENERIS.] Ineditum hoc Epigramma debetur ſchedis Divionenſibus. in Cod. Leid. legebatur mutilo & vitioſo titulo, DE TEMPLO VENERIS QUI AD MUROS. Cel. Oudendorpius initio Epigrammatis malebat, *Caeduntur rutris.* quam vocem Lucano, Prudentio, aliisque reſtituit Heinſius ad Ovid. IV. Faſt. v. 843. & in Adverſ. Lib. I. cap. 13. pag. 135. ubi obſervat *raſtrorum* uſum in caſtrenſi & bellica re non eſſe, ſed in ſola agricultura. ut Statio Lib. III. Theb. 590. *Raſtraque & incurvi ſaevum rubuere ligones.* Auctor Elegiae de Spe apud Pith. Lib. I. p. 32.

Spes ſequitur gravibus raſtris mala rura domantem.

& alibi. de *rutro* autem vid. Scalig. ad Varr. de L. L. pag. 58. & egregie Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 437. & Solin. T. I. p. 515. ed. Par. ubi utriusque diſtinctionem bene notavit. hic tamen *rutris* praeferendum cum eruditiſſ. Oudendorpio, quem & vide in Obſerv. Miſcell. Vol. VII. p. 151. & notas Interpr. ad Aurel. Vict. de viris ill. cap. I. in fine. idem tertio verſu legebat, *Nam quae dejectis volvuntur ſaxa cathedris*, & per *cathedras* intelligebat ſellas femineas, forſan ἀναθήματα Veneri. adeantur notae Doctorum ad Phaedr. III. fab. 8. ad Calpurn. Ecl. VII. 27. & Paſſeratii ad Propert. IV. 5. 37. p. 617. 618. vſ. ſecundo male in Schedis Divionenſ. *Inque uſu belli templa ſacrata ruunt.* ſed *tecta ſacrata* e Cod. Leid. praetuli, ne ter in hoc Epigrammate *templi* vox recurrat.

LXXII. REPOSIANI &c.] Ex Salmaſianis & Divionenſibus Schedis, & e Codice Leidenſis Bibliothecae carmen hoc producimus. in Leidenſi autem titulus eſt, REPOSIANI CONCUBITU MARTIS ET VENERIS: id eſt, DE CONCUBITU. Repoſianum hunc cum ignariſſimis ignoro, ſed inferioris ſeculi poëta eſt Scholaſticus, non quidem elegans ſed nec omnino ineptus. Eſt autem totum carmen ex artificio illorum temporum, quo thema aut argumentum celebratioris fabulae ex Homero aut Virgilio deſumtum ſibi proponebant imitandum, centonibus maxime de Marone conſutis. quales exercitationes Scholaſticae vocabantur, & non paucae ex Salmaſiano & Divionenſi codice in hac Catalectorum Sylloge producuntur. Sic Homerica deſcriptio hujus fabulae, qua nullam in coelo notiorem fuiſſe dicit Ovidius, huic carmini argumentum praebuit, Odyſſ. Θ. v. 267. & ſeqq. & confer Ovid. II. Artis Am. v. 561–590. & IV. Met. 171. & ſeqq.

v. 1. *ſecuros*] *ſecurus* male in Leid. & v. 5. *ſecura.*

v. 8. *Quod converſa* &c.] forte *Quid converſa* &c.

Geſtet amans Mavors titulos & vincula portet
Captivus, quem bella timent, utque ipſe veharis,
Jam roſeis fera colla jugis ſubmittat amator:
Poſt vulnus, poſt bella, potens Gradivus anhelat
In caſtris modo tyro tuis, ſemperque timendus
Te timet, & ſequitur qua ducunt vincla mariti.
Ite, precor, Muſae; dum Mars, dum blanda Cythere,
Imis ducta trahunt ſuſpiria crebra medullis,
Dumque intermixti captatur ſpiritus oris,
Carmine doctiloquo Vulcani vincla parate,
Quae Martem nectant, Veneris nec brachia laedant.
Inter divitias roſeo prope livida ſerto.
Namque ferunt Paphien Vulcani & Martis amorem,
Inter adulterium vel juſti jura mariti
Indice ſub Phoebo captam geſſiſſe catenas:
Illa manus duros nexus tulit, illa mariti
Ferrea vincla ſui. quae vis fuit iſta doloris?
An fortem faciebat Amor? quid, ſaeve, laboras?
Cur nodos Veneri Cyclopea flamma paravit?
De roſeis connecte manus, Vulcane, catenis,
Nec tu deinde liges, ſed blandus vincla Cupido,
Ne palmas duro nodus modo vulnere laedat.

Lucus

v. 16. *qua ducunt*] ſic lege ex Salmaſ. & Divion. Schedis. *dicunt* in Leid. *vincla marita* Cl. Oudendorpius.

v. 22. *Inter divitias*] forte *delicias*. ut v. 47.

—— ſubſtramina flores
Deliciis Veneris dives natura laborat.

utrumque jungit Maximianus Eleg. v. v. 88.

—— feſtorum cultrix operoſa dierum,
Quondam divitiae deliciaeque meae.

idem v. 110.

Vade, inquam, felix, ſemper felicibus apta,
Utere cognatis utere deliciis.

pari modo caſtigandum in Epigrammate, quod edidit Pithoeus in Praeterm. pag. 481. ed. Pariſ.

Cum te mortalem noris, praeſentibus exple
Deliciis animum, poſt mortem nulla voluptas.

male enim *Divitiis* illic legitur. eadem variatione in Gloſſario inedito MS. Bibliothecae Leidenſis poſt Iſidori Etymologias: *Ferculorum, epularum vaſa, in quibus feruntur divitiae.* ubi ſcribendum *deliciae*, vel *lautitiae*. & in initio ſupplendum *Fercula, ferculorum.* firmat Papias in Vocabulario: *Ferculum, diſcus, menſa edentium aut vaſculum menſorium, in quo epulae feruntur.* ubi pro *menſorium* Barth. ad Stat. vi. Theb. v. 126. emendat *vaſculum miſſorium.*

v. 23. *Paphien Vulcani & Martis amorem, Inter adulterium* &c.] Reponebat Cel. Oudendorpius,

—— Vulcani & Martis amorem
Inter, adulterio vel juſti jure mariti &c.

v. 29. *Cyclopea ſaxa*] ſic omnes ſcribunt Schedae. ſunt qui praeferant *Cyclopeia.* Sed rectius *Cyclopia*, tertia correpta, quae in *Cyclopea* producitur. & hanc ſcripturam egregie vindicavit N. Heinſius ad Virg. I. Aen. 201. idem obtinet in *Cydonia* & *Cydonea*. aliiſque. vid. ad Ovid. VIII. Met. 22. & ad Virg. Ecl. x. 59.

Ibid. *paravit*] *parabit* Cod. Leid.

v. 32. *Ne palmas duro nodus* &c.] ſic Salm. Codex & Schedae Divionenſ. in quarum margine *comodus.* in Leidenſi Codice, *comodus vulnere laedat.* ſed in margine emendatum, *Ne palmas duro commotus vulnere laedat.* Lege cum amiciſſimo Oudendorpio, *diro cum nodis vulnere laedat.* Id eſt ne quando nodet eas, vulnere laedat, ſive vulnera ſimul cum nodis infligat. vel *commodans.* quae vox apud Proſperum Aquitan. & ſimilis temporis ſcriptores huic poëtae aetate non valde diſpares occurrit. forte & praecedenti verſu legendum, *det blandus vincla Cupido.*

v. 33.

Digitized by Google

Lucus erat Marti gratus, poſt vulnera Adonis
Pictus amore Deae; ſi Phoebi lumina deſint,
Tutus adulterio, dignus quem Cypris amaret,
Quem Byblos coleret, dignus quem Gratia ſervet.
Vilia non illo ſurgebant gramina luco;
Pingunt purpureos candentia lilia flores,
Ornat terra nemus, nunc * locos vitis inumbrat,
Nunc laurus nunc myrtus (habent ſua munera lauri.)
Namque hic per frondes redolentia lilia pendent,
Hic roſa cum violis, hic omnis gratia florum,
Hic inter violas coma mollis laeta Hyacynthi.
Dignus amore locus, cui tot ſunt munera rerum:
Non tamen in lucis aurum, non purpura fulget,

v. 33. *poſt vulnera Adonis*] ſic legend. ex Salm. & Divionenſ. vitioſe in Leid. Cod. *poſt vulnera donis.* & v. 34. *ſe Phoebi. Adonis* pro *Adonidis* perperam dici monuit Voſſius Lib. II. de Analog. cap. 9. & Ill. Bouhierius ad Pervig. Ven. p. 187. ubi occurrit *factae Adonis de cruore.* tamen ita apud Plin. Lib. XIX. 4. *Hortos regum Adonis, & Alcinoi.* & *Adoni* in Inſcript. apud Murator. T. IV. p. 2099. *Adonem* apud Arnob. Lib. IV. pag. 145. & *Adone* apud Apulejum Lib. VIII. p. 170. *cum ſuo Adone Venus domina*, alibique in MSS. haberi monuit Cel. Oudendorpius. ſic ſupra in inſcriptione Epigr. LXIX. *de Adone & Venere.* vide de his Munck. ad Hygin. fab. 10. & Heuſingerum in Antibarb. p. 449.

v. 36. *Quem Byblos coleret, dignus quem Gratia ſervet.*] *dignum* vitioſe in Divion. *Quem Biblos coleret dignusque gratia ſervit* in Leidenſ. Cod. Similia habes in Luxorii Epigrammatibus, ſuo loco edendis, Num. XLVI. de laude Horti:

Hortus, quo faciles fluunt Napaeae,
Quo ludunt Dryades, viretque Chloris,
Quo fovit teneras Diana Nymphas,
Quo Venus roſeos recondit artus.
Quo feſſus teretes Cupido flammas
Suſpenſis reficit liber pharetris &c.

ſic enim illic caſtigandum: nam male verſ. ſecundo in Codicibus MSS. *Quo ludunt Dryades virente choro.* & v. 3. *Quos obit teneras.* & v. ult. *Suſpenſus reficit liber* (vel *puer*) *faretris.* Conferenda etiam eſt non diſſimili colore poëtico efficta, quamquam luculentior, luci amoeniſſimi deſcriptio apud Auctorem Culicis v. 120. & ſeqq. Ceterum tam hoc in verſu, quam infra v. 66. & 90. intelligit Byblon Syriae urbem, Adonidi ſacram, ubi templum Bybliae Veneris erat, & Adonidis orgia peragebantur. de qua vide Lucian. de Dea Syria §. 6. & Strabon. Lib. XVI. Geogr. p. 755. ubi Ἡ μὲν οὖν Βύβλος τὸ τοῦ Κινύρου βασίλειον, ἱερά ἐστι τοῦ Ἀδώνιδος. quae male ab interprete vulgo verti, *Byblus fuit Cinyrae regia, in qua Adonidis templa ſunt*, cum verti deberet, *eſt Adonidi ſacra*, monuit Pinedo ad Stephan. Byzant. in Βύβλος. quem errorem etiam erravit Dominic. Marius Niger Geogr. Aſiae Comm. IV. p. 497. βύβλον ἀγχίαλον vocat Dionyſ. Perieg. v. 912. cujus verſum perperam ſub Heſiodi nomine proferri ab Etymologo M. notat Berkel. ad Steph. Byz. & Muncker. ad Lactant. Narr. Fab. IX. p. 855.

v. 39. *Ornat terra nemus, nunc * locos vitis inumbrat*] *locus* in Leid. Quid ſi *nunc lucos vitis* vel *nunc lotos mitis inumbrat.* ſed forte altius vulnus hos verſus inſidet. Quae praecedunt v. 37.

Vilia non illo ſurgebant gramina luco;
Pingunt purpureos candentia lilia &c.

ſuſpecta admodum videbantur Cel. Oudendorpio, & vel emendandum, *Cingunt* vel *Inter purpureos* &c. vel potius adulterinos verſus cenſebat; ſequuntur enim *lilia* & flores alii. Ideo jungenda putabat hunc in modum,

—— *dignus, quem Gratia ſervet*
Hortus terna (vel *trina*). *Nemus nunc lotos*
mitis inumbrat.

ut *ortus* de more fuerit ſcriptum, unde *ornat* fecerunt, & *terra* pro *terna* vel *trina.* unde corrupta lectio nata fuit. Reliqua vero ita conſtituebat,

Nunc myrtus nunc laurus habent ſua munera. lauri
Namque hic &c.

in Salmaſ. Divionenſ. & Leid. Cod. ita ſcriptum erat, ut edidi. forte tamen caſtigandum, *habent ſua numina lauri.* praeſertim cum *munera* paullo poſt ſequantur v. 44. *Dignus amore locus, cui tot ſunt munera rerum.* aliter Schedarum lectionem non nihil vindicare poſſit illud Virgilii Ecl. III. 62.

—— *Phoebo ſuo ſemper apud me*
Munera ſunt lauri, & ſuave rubens hyacinthus.

v. 41. *redolentia lilia*] ſic Salmaſ. & Leidenſ. Codex. in Divionenſi, *languentia lilia.*

Flos lectus flos vincla toris, ſubſtramina flores,
Deliciis Veneris dives natura laborat.
Texerat hic liquidos fontes non vilis arundo,
Sed qua ſaeva puer conponat tela Cupido,
Hunc ſolum Paphie puto lucum fecit amori,
Hic Martem exſpectare ſolet, quid gratia ceſſit?
Quid Charites? quo, ſaeve puer, non licia nectis?
Tu lectum conſterne roſis, tu ſerta parato,
Et roſeis crinem nodis ſubnecte decenter.
Haec modo purpureum decerpens pollice florem,
Cum diligatum ſuſpiria ducat odorem,
Aſt tibi blanda manus * ſub pectore condat.
Tunc, ne purpurei laedat te ſpina roſeti,
Deſtrictis teneras foliis conſtringe papillas.
Sic decet in Veneris luco gaudere puellas;
Ut tamen inlaeſos Paphiae ſervetis amores,
Vincula ſic mixtis caute conſtringite ramis,
Ne diffuſa ferat per frondes lumina Titan.
His igitur lucis Paphie, dum praelia Mavors
Horrida, dum populos diro terrore fatigat,
Ludebat teneris Bybli permixta puellis:
Nunc varios cantu Divum referebat amores,

Inque

v. 46. *ſubſtramina*] *ſub tramina* Leidenſ. Cod. & in marg. *ſub gramine.* male. infra v. 53.

Tu lectum conſterne roſis, tu ſerta parato.

ſed forte diſtinctione & levi emendatione adjuvandi hi verſus:

Flos lectis dat vincla, toris ſubſtramina flores
Deliciis Veneris dives natura laborat.

Cl. Oudendorpius conjiciebat,

Flos lectos, flos vincla, toris ſubſtramina flores
Deliciis v. d. natura laborat.

v. 50. *lucum fecit amori*] perperam in Leid. MS. *lucrum.* in qua voce & *puto* ſedem & fontem mendae collocabat Cel. Oudendorpius, ut illud irrepſerit pro alio verbo ex gloſſa, ideoque divinabat,

Hunc ſolitum Paphie praefectum fecit Amori.

vel,

Hunc ſolum Paphie luco praefecit Amorum.

aut *amoris.* vel denique,

Huic ſoli Paphie puero ſacravit Amorum.

ut Cupido, ſolus amorum, luci Venerei praeſes dicatur. certe *Hunc* ad Cupidinem referendum.

v. 51. *quid gratia ceſſit*] forte, *quid Gratia ceſſas?* vel *ceſſat.*

v. 54. *nodis*] *notis* male in Cod. Leid.

v. 56. *ducat odorem*] *ad orem* mendoſe in Divionenſ. Poſt hunc verſum aliquid deëſſe videtur, vel vſ. 55. legendum, *decerpit pollice florem.* & ſequenti verſu ſuppleri poſſet, *telum ſub pectore condat.* vel *vulnus.* ut Virg. v. Aen. v. 689.

Infixum ſtridit ſub pectore vulnus.

aliter Cel. Oudendorpius, qui legebat, *Nec modo purpureum decerpas* (Cupido) vel *decerpat* (mater Venus) *pollice florem, Cujus ob ingeſtum ſuſpiria ducat odorem.* vel *ab ingeſto odore*, aut *illatum* ſive *illato odore.* ſequenti verſu vocem librariis non intellectam excidiſſe putabat, *penito ſub pectore condat.* vel potius *blanda manus matris ſub pectore condat.* ut conſtructio ſit, *manus matris tibi blanda.*

v. 58. *Tunc, ne purpurei* &c.] in Leid. Cod. *tunc purporei* & ſuperſcriptum *hinc.* lege, *Hinc ne purpurei* &c.

v. 59. *Deſtrictis foliis*] ſic ſcribendum. vitioſe *De ſtrictis* in Salmaſ. vid. ſupra ad Epigr. XLIII. v. 4.

v. 65. *dum populos diro terrore fatigat*] *duro* in Schedis Salmaſ. *duro temone* tentabat Cl. Oudendorpius, conjectura blandienti, ut intelligatur currus, quem agitat Mars. ſed alterum tamen praeferebat.

v. 67. *Nunc varios cantu divum referebat amores*] aperta imitatio Virgilii IV. Georg. 347.

Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Volcani, Martisque dolos, & dulcia furta,
Aque Chao denſos divum numerabat amores.

v. 68.

Inqne modum vocis nunc motus ſorte decentes
Corpora laeta dabat, nunc miſcens denique plantas,
Nunc alterna movens ſuſpenſo pollice crura,
Molliter inflexo ſubnitens poplite ſidit.
Saepe comam pulchro collectam flore ligabat,
Ornans ambroſios divino pectine crines.
Dum ludos ſic blanda Venus, dum gaudia miſcet,
Et dum ſuſpenſo ſolatia quaerit amori,
Dum flet, quod ſero venit ſibi grata voluptas;
Ecce furens poſt bella Deus, poſt praelia victor
Victus amore redit: cur geſtas ferrea tela?
Ne metuat Cypris, comtum decet ire roſetis.
Ah quotiens Paphie vultum mentita furentis

Lumi-

v. 68. *Inque modum vocis nunc motus forte decentes Corpora laeta dabat*] Corrigendum levi mutatione, *nunc motus forte decentes Corpore laeta dabat.* corrupta etiam aliquando videbantur illa, *Inque modum vocis.* ſed potius videtur, ut exponamus, ad vocis modos & numeros dediſſe motus ſeu geſticulationes corpore. ut de Venere apud Apulej. Lib. x. p. 235. & Lib. vi. p. 126. *Venus ſuavi muſicae ſuppari greſſu formoſa ſaltavit.* ut legendum admonuit Cl. Oudendorpius. vel cum Heinſio *geſtu.* ut in priore loco Venus dicitur *ad cantus Lydios delicatis reſpondere geſtibus.* ubi male *greſſibus* reponebat Pricaeus. vid. Heinſ. ad Ovid. vi. Met. 308. paſſim vero apud Poëtas vocem ſaltationi junctam videbis. Ovid. Lib. i. Artis v. 595.

Si vox eſt, canta, ſi mollia brachia, ſalta.

Lib. ii. v. 305.

Brachia ſaltantis, vocem mirare canentis.

& Rem. 334.

Exige quod cantet, ſi qua eſt ſine voce puella:
Fac ſaltet, neſcit ſi qua movere manum.

Tibullus Lib. i. El. 8. v. 38.

Ille liquor docuit voces inflectere cantu,
Movit & ad certos neſcia membra modos.

ubi vide Broukhuſii notas. adpoſite Maximianus Eleg. 5. v. 23.

Docta loqui digitis & carmina fingere docta,
Et reſponſuram ſollicitare lyram. &c.
Quid referam greſſus certa ſe lege moventes,
Suſpenſosque novis paſſibus ire pedes.

ubi in Codice Voſſiano & fragmento Petri Danielis, *novis plauſibus.* unde Heinſius conjiciebat *auſibus.* non opus eſt. *ſuſpenſos pedes novis paſſibus ire* dixit, ut in hoc loco,

Nunc alterna movens ſuſpenſo pollice crura.

ſic in Epigrammate de Muſarum inventis:

Plectra gerens Erato ſaltat pede, carmine, vultu.

& in alio Epigrammate de Muſis, quod edidit Tollius ad Auſon. Idyll. xx.

Cum plectris Erato ſaltat, canit, ambulat, & ſtat.

ubi cantus ad tragoediam & comoediam, quae canendo fabulas exprimunt, ſaltatio ad hiſtriones, qui numeris & voci decentes addebant motus & geſtus, referenda. vide Graev. ad Cic. i. de Offic. 42. p. 175.

v. 76. *Dum flet quod ſero*] corrupte in Leidenſi Codice, *Dum flit quod ſera venis ſibi gratula voluptas.* Cl. Oudendorpius cenſebat hunc verſum ante praecedentem ponendum ac legendum eſſe,

Et deflet quod ſera venit ſibi grata voluptas.

ut apud Ovid. iii. A. A. 751.

Sera veni; poſitaque decens incede lucerna.
Grata mora eſt Veneri: maxima lena mora eſt.

v. 78. *victor Victus amore redit*] *venit* pro *redit* Divionenſ. & Leid. Codex. male. forte hic imitatur Ovidium Epiſt. ix. v. 25. de Hercule:

Quem non mille ferae, quem non Stheneleïus hoſtis,
Non potuit Juno vincere, vicit Amor.

quomodo initio Epiſtolae dixerat Deianira:

Victorem victae ſuccubuiſſe queror.

ubi vid. Ciofan. & v. 70.

Huic victor victo nempe pudendus eras.

Seneca Herc. Oet. v. 753.

—— qui domuit feras
Mille, ille victor vincitur &c.

ut emendat Heinſ. Lib. iii. Adverſ. 2. quem etiam vide ad Ovid. Epiſt. xx. 70. modum loquendi elegantem illuſtravit Huetius ad Manil. iv. 30. & Lindenbr. ad Eleg. de Spe v. 22. ſaepe enim tali ὀξυμώρῳ utuntur poëtae. ut auctor egregii Epigrammatis de Maevio a fratre in caſtris occiſo apud Pith. Lib. iv. p. 189. *Victorem & victum conficit una manus.* ſic enim legendum, non *condidit.* & ſequenti Epigrammate, *Vincere victorem debes, defendere fratrem* & in fine, *Ut victor victo non ſupereſſe velit.* Rutilius Lib. i. Itin. 398. *Victoreſque ſuos natio victa premit.* ubi ſimile exemplum e Floro Patruus meus notavit. & ita ſaepe Juſtinus & alii. hinc apud Horatium Lib. i. Epiſt. 10. v. 37. praeferrem veteris editionis Cadomenſis lectionem, quam tamen repudiavit inſignis Bentlejus, *victo victor diſceſſit ab hoſte.*

v. 80. *Vultum mentita furentis*] *vultu* Cod. Leid.

forte

Lumine converſo ſerum incuſavit amantem!
Verbera ſaepe dolens mentita eſt dulcia ſerto,
Aut ut forte magis ſuccenſo Marte placeret,
Admovit teneris ſuſpendens oſcula labris,
Nec totum effundens, medio blanditur amore.
Decidit, aut poſita eſt deviċtis lancea palmis,
Et dum forte cadit, myrto retinente pependit.
Enſem tolle puer, galeam tu Gratia ſolve,
Haec laxet nodos, haec vincula ferrea rumpat;
Solvite Bybliades praeduri pectora Martis,
Loricaeque moras, vos ſcuta & tela tenete,
Nunc violas tractare decet. laetare Cupido,
Terribilem Divum tuo ſolo numine victum:
Pro telis flores, pro ſcutis myrtea ſerta,
Et roſa, forte nocet gladius, quem jura tremiſcunt.
Iverat ad lectum Mavors, & pondere duro
Floribus incumbens, totum turbarat honorem,
Ibat pulchra Venus, vix preſſo pollice cauta,
Florea ne teneras violarent ſpicula plantas,
Et nunc innectens, ne rumpant vincula, crinem,
Nunc veſtes fluitare ſinu, vix laxa retentat,
Cum nec tota latet, nec tota enudat amorem:

Ille

forte pro *vultum furentem.* vel *vultu mentita furentem.* quod verum puto, & probabat Cel. Oudendorpius. Non enim mentiebatur vultum, ſed vultu ſimulabat ſe furere. in Salmaſ. & Divionenſ. Schedis ita legebatur, ut edidi.

v. 89. *vincula ferrea rumpat*] *templet* Leid. Cod. & in margine Divionenſ.

v. 93. *tuo ſolo numine victum*] forte,

—— *laetare Cupido,*
Terribilem Divum tu ſolo numine vincis.

ne ad monoſyllabum *tuo* confugere neceſſe ſit. ut ſupra Epigr. LXII. ubi id melius locum habere ex notatis patebit. ut & *ſuum* & *tuum* in vetuſtioris aetatis carminibus. Corrige Maximianum Eleg. 2. v. 65. ubi vulgo habetur:

Quis ſuam in alterius condemnet crimine vitam.

cum enim in Cod. Voſſiano illic ſit, *Quiſnam*, voculis tranſpoſitis legendum, *Nam quis in alterius*, &c.

v. 94. *pro ſcutis*] *pro ſcuto* Divionenſ. & Leid.

v. 95. *forte nocet gladius, quem jura tremiſcunt.*] ſic Salmaſ. & Divionenſes Schedae. in Codice Leidenſi,

Et roſa forte nocet gladii quem jura tremeſcunt.

quod proxime ad verum, ſi legamus cum Cel. Oudendorpio,

Et roſa forte nocet, gladii quem jure tremiſcunt.

roſa nocet Marti, quem jure timent ipſi gladii & bellatores armati. ſic *gladii* pro viris armatis, militibus, apud Cic. IV. ad Fam. Ep. 2. *magna gladiorum eſt licentia.* & Lib. X. Ep. 2. *Sed nec ſine periculo quiſquam libere de rep. ſentiens verſari poteſt in ſumma inpunitate gladiorum, nec noſtrae dignitatis eſt, ſententiam dicere de rep. ubi me melius & propius audiant armati quam Senatores. tremiſcere* active, ut infra v. 136. & apud Virg. Lib. VIII. Aen. 296. *Te Stygii tremuere lacus.* & Lib. XI. v. 403. *Nunc & Myrmidonum proceres Phrygia arma tremiſcunt.* & paſſim.

v. 96. *pondere, duro*] ſic Salmaſ. & Leid. *pectore* in Divionenſ. ut ſupra v. 90.

Solvite Bibliades praeduri pectora Martis.

v. 100. *ne rumpant vincula*] *rumpat* in Salmaſ. & & Divionenſ. *ne rumpant oſcula crinem* Leidenſ. recte. id eſt ne turbentur capilli inter oſculandum: tum v. ſeq. *Nunc veſtes fluitare ſinum* in eodem Codice. pro quo legebat Cl. Oudendorpius, *Nunc veſtes fluitare ſinens* &c. id eſt, modo ſinebat veſtes fluitare, ut adpareret flos aetatulae, ſed vix laxa retentat & reſtringit veſtes, ut nec tota lateat, nec *tota enudat amorem*, ut legendum, pro *nudat*, quod in Schedis erat, metro hiante. & ſic corrigebat idem Oudendorpius, vel *renudat.* ut apud Apulejum Lib. I. pag. 4. *pube tenus renudata.* notaveratque conferenda haec eſſe cum eodem Apulejo Lib. II. Met. p. 32. & Lib. X. p. 233. ed. Pric.

v. 103.

Ille inter flores furti velamine tectus
Spectat hians Venerem, totoque ardore tremiſcit.
Incubuit lectis Paphie; pro ſancte Cupido!
Quam blandas voces, quae tunc ibi murmura fundunt?
Oſcula permixtis quae tunc fixere labellis?
Quam bene conſertis haeſerunt artibus artus?
Stringebat Paphiae Mavors tunc pectore dextram,
Et collo innexam ne laedant pondera laevam,
Lilia cum roſeis ſupponit candida ſertis:
Saepe levi cruris tactu permovit amantem
In flammas, quas Diva movet. jam languida feſſos
Forte quies Martis tandem compreſſerat artus.
Non tamen omnis amor, non omnis pectore ceſſit
Flamma Dei, trahit in medio ſuſpiria ſomno,
Et Venerem totis pulmonibus ardor anhelat.
Ipſa Venus tunc tunc calidis ſuſpenſa venenis
Uritur ardeſcens, nec ſomnia parte quieta.
O quam blanda quies! o quam bene preſſerat artus
Nudus forte ſopor! niveis ſuffulta lacertis
Colla nitent, pectus gemino quaſi ſidere turget.
Non omnis reſupina jacet, ſed corpore flexo
Molliter, & laterum qua ſe confinia jungunt.
Martem reſpiciens deponit lumina ſomno,
Sed gratioſa, decens. pro lucis forte Cupido

Martis

v. 103. *furti velamine tectus*] cum Salmaſiano Codice conſpirat Divionenſis. *furti volumine tectus* in Leidenſi. Oudendorpius malebat,

Ille inter flores, furti velamina, tectus.

v. 105. *prob ſancte Cupido*] ita Salm. & Divion. in Leidenſi *proſcae Cupido.* unde forte caſtigandum, *pro ſcaeve Cupido!* vel *ſaeve*, ut v. 28. 52.

v. 109. *Stringebat Paphiae Mavors tunc pectore dextram, Et collo innexam* &c.] feliciter caſtigabat Cl. Oudendorpius;

Stringebat Paphiae Mavors tunc pectora dextra,
Et collo innexae ne laedant pondera laevae
Lilia cum roſeis &c. & v. 112. *Saepe levis cruris tactus* vel *crurum.*

v. 113. *In flammas quas Diva movet*] ita ſcribendum firmat Ovid. Epiſt. Paridis XVI. 78. de Venere,

Hanc eſſe ut ſcires, unde movetur amor.

v. 114. *Compreſſerat artus*] *arte* in Leid. Cod.

v. 116. *Flamma Dei*] Lege cum eodem Oudendorpio *Flamma Deae*, quam nempe Martis ardor anhelat.

v. 118. *calidis ſuſpenſa venenis*] forte *ſuccenſa*. dein legebat Cl. Oudendorpius,

Ipſa Venus tamen hinc calidis ſuccenſa venenis
Uritur ardeſcens, nec ſomnia parta quiete:

id eſt, licet ab opere quieſcat, tamen non dormit.

v. 121. *preſſerat artus Nudus forte ſopor*] lege *Nudos.*

v. 123. *Non omnis reſupina jacet, ſed corpore flexo Molliter* &c. *Sed gratioſa, decens.*] forte ante oculos habuit illa Ovid. Lib. I. Amor. El. 14. 20.

Saepe etiam nondum digeſtis mane capillis
Purpureo jacuit ſemiſupina toro.
Sic quoque erat neglecta decens; ut Threcia Bacche,
Cum temere in viridi gramine laſſa jacet.

Auctor Epigrammatis de Arethuſa in Catalectis Scaligeri Lib. I. pag. 200.

Nunc collo molles circum diffuſa lacertos,
Et flectat niveum ſemiſupina latus.
Inque modos omnes, dulces imitata tabellas,
Tranſeat, & lecto pendeat illa meo.

v. 126. *pro lucis forte Cupido*] Haec corrupta eſſe nemo non videt. Quid ſi, *proludens forte Cupido*,

vel

Martis tela regens, quae poſtquam ſingula vidit,
Loricam, clypeum, gladium, galeaeque minaces
Criſtas, flore ligat; tunc haſtae pondera tentat,
Miraturque ſuis tantum licuiſſe ſagittis.
Jam medium Phoebus radiis poſſederat orbem,
Jam tumidis calidus ſpatiis libraverat horas,
Flammantes retinebat equos; pro conſcia facti
Invida lux! Veneris qui nunc produntur amores
Lumine, Phoebe, tuo? Stant capti judice tanto
Mars, Amor, & Paphie, ramiſque incerta tremiſcunt
Lumina, nec poſſunt crimen, te teſte, negare.
Viderat effuſis Gradivum Phoebus habenis
In gremio Paphiae ſpirantem incendia amoris;
O rerum male tuta fides! o gaudia & ipſis
Vix ſecura Deis! quis non, cum Cypris amaret,
Praeſide ſub tanto tutum ſperaret amorem?

Crimi-

vel *pro ludis forte Cupido Martis tela regens.* vel *proludit* aut *praeludit* cum Oudendorpio, ante fores thalami nempe. ſeq. verſ. *quae poſtquam ſingula* . . . in Salm. Divion. & Leid. ſed *vidit* in margine additum. forte ſuppleri poteſt, *quae poſtquam ſingula luſtrat.* ut apud Virg. I. Aen. 443.

— ſub ingenti dum luſtrat ſingula templo.

& Lib. VI. v. 888.

—— tota paſſim regione vagantur
Aëris in campis latis, atque omnia luſtrant.

ſive ut exprimit Lib. VIII. 618.

Ille deae donis & tanto laetus bonore,
Expleri nequit, atque oculos per ſingula volvit.

132. *Jam tumidis calidus ſpatiis libraverat boras*] ſic correxi, cum in Schedis legeretur,

Jam tumidis calidum ſpatiis libraverat boris.

Cl. Oudendorpius hariolatur,

Jamque udas calidis ſpatiis libraverat boras.

udae borae noctis ſunt, quae paſſim *bumere* dicitur. ſcriptum fuerat *bumidas* e gloſſa, unde enatum *tumidas. libraverat* poſuit pro aequaverat, adhaerens Virgilio Lib. I. Georg. 208.

Libra die ſomnique pares ubi fecerit boras.
Et medium luci atque umbris jam dividit orbem.

v. 133. *pro conſcia facti*] *furti* praeferebat Cl. Oudendorpius, & deinde *Veneris quid nam* vel *quianam* aut *quid nunc.*

v. 135. *Stant capti judice tanto*] ſic conſtanter Schedae manu exaratae. malim tamen *capti ſtant indice tanto.* ut ſupra v. 25.

Indice ſub Phoebo captam geſſiſſe catenas.

hinc Venus apud Ovid. IV. Met. 190. hac eadem in re:

Exigit indicii memorem Cytberea poenam.

& Lib. II. Artis 573.

Indicio Solis, quis Solem fallere poſſit,
Cognita Vulcano conjugis acta ſuae.

Hygin. fab. 148. in fin. *Soli autem Venus ob indicium ad progeniem ejus ſemper fuit inimica.* Servius ad Virg. IV. Georg. 346. *Scimus enim quod, Sole indice, Mars cum Venere deprebenſus eſt, & per artem Vulcani eſt religatus catenis.* & ad VI. Aen. 14. *Indicato a Sole adulterio Martis & Veneris, Vulcanus minutiſſimis catenis lectulum cinxet, quibus Mars & Venus ignorantes implicati ſunt, & cum ingenti turpitudine reſoluti ſub teſtimonio cunctorum Deorum.* has voces paſſim confuſas patebit e notis Cel. Oudendorpii ad Suet. Caeſ. cap. 17.

v. 136. *ramiſque incerta tremiſcunt*] ita in Salm. & Divion. ſed melius in Codice Leidenſi,

—— ramiſque inſerta tremiſcunt
Lumina, nec crimen poſſunt, te teſte, negare.

inſerta ramis lumina, ut apud Virg. III. Aen. 152.

——— multo manifeſti lumine, qua ſe
Plena per inſertas fundebat Luna feneſtras.

ubi Servius, *quaſi lumine ſuo Luna inſeruerat*, ab *inſerendo, quod ſe per rimas inſereret.* ubi tamen aliter Patruus meus. vide ad Propert. Lib. I. El. 3. 31. *diverſas percurrens Luna feneſtras.* verſu ſequenti in eodem Cod. Leid. *viderat infuſis* pro *effuſis*, quod admitti poteſt, ſi legatur *in fuſis babenis*, ut *in equis eſſe* dicitur qui currum regit; vel eo ſenſu quo *in baſta, in enſe* eſſe dicitur, qui ea tendit. ſed praeſtat altera lectio, ſi explicetur, pro celerrime ſuo more currum circumagens vidit adulterium. & hinc v. 146. *compreſſit babenas*, id eſt inhibuit currum, quod & praeferendum videbatur Cel. Oudendorpio.

v. 143.

Digitized by Google

Criminis exemplum ſi jam de numine habemus,
Quid ſperet mortalis amor? qua voce ferenda
Quod numen poſcat, quo ſit ſecurus adulter:
Cypris amat, nec tuta tamen. conpreſſit habenas
Phoebus, & ad lucos tantum, puto, lumina vertit;
Et ſic pauca refert, ſparge nunc tela, Cupido,
Nunc nunc Diva Venus natis Divumve ſagittis
Da mihi ſolamen, ſub te ſecurus amavi,
Fabula non crimen noſtri dicuntur amores.
Haec ait: & dictis Vulcanum inſtigat amaris:
Dic ubi ſit Cytherea decens, ſecure marite,
Te exſpectat lachrymans, caſtum tibi ſervat amorem;
Quaere ſimul Martem, cui tu modo tela paraſti,
Vel ſi forte tuae Veneris fera crimina neſcis.
Dixit. & infuſo radiabat lumine lucus,
Inque fidem ſceleris totos dimiſerat ignes.
Haeſerat ignipotens, ſtupefactus crimine tanto,
Jam quaſi torpeſcens, vix ſufficit ira dolori,
Ore fremit, moeſto * modo gemit ultima pulſans
Ilia, & indignans ſuſpiria preſſa fatigat.
Antra furens Aethnea petit, vix juſſerat, omnes
Incubuere manus, multum dolor addidit arti;
Quam cito cuncta gerunt, ars, nomen, flamma, maritus,

Ira,

v. 143. *Criminis exemplum ſi jam de numine habemus, Quid ſperet mortalis amor*] vide ſupra ad Epigr. XIII. praecedens verſus *praeſide ſub tanto* &c. deſideratur in Cod. Leid.

v. 148. *ſparge nunc tela Cupido,*] *nunc ſparge tela* Leid. Cod. forte *nunc ſparge en tela Cupido*, vel potius *age nunc tua tela Cupido.* Cl. Oudendorpius conjiciebat; *ſpargit*, vel *age nunc nunc tela Cupido*, *Nunc nunc Diva Venus nati devicta ſagittis Das mihi ſolamen* &c.

v. 151. *dicuntur*] *dicentur* Cod. Leid.

v. 154. *Te exſpectat lacbrymans*] ſic in Salmaſ. & Divionenſibus Schedis. ut ſupra v. 51.

Hic Martem exſpectare ſolet.

rectius tamen in Codice Leidenſi, *Te ſpectat lacbrymans.* id eſt exſpectat. haec enim ſaepe mutata docebunt notae ad Petron. cap. XVII. & ad Juſtin. Lib. XX. cap. XVIII. ſic in Laberii Sententiis:

Ab alio exſpectes alteri quod feceris.

ubi *ſperes* legit Muncker. ad Hygin. Poët. Aſtron. cap. 6. pag. 351. quod praetuliſſe etiam videtur Gudius ad Phaed. Lib. III. fab. 17. & firmari poſſet ex Inſcriptione apud Gruter. p. 928. 9.

Date terrae fructum, ut terra poſſit reddere,
Ab alio ſperes alteri quod feceris.

Malim tamen *Ab alio ſpectes.* ut & citat Gebhardus notis ad Liv. VII. 24. 6. apud Juſtinum Lib. XII. cap. 3. *reditum in patriam exſpectantibus.* ubi in MSS. *ſpectantibus.* in aliis *ſperantibus.* vid. Taubm. ad Plauti Moſtell. Act. I. Sc. 3. 31. Gruter. tam in Suſpicionibus, quam in notis ad Auct. Rhetor. ad Herenn. Lib. I. cap. 6. plura apud Rhodium ad Scribon. Larg. 60. & Patruum meum ad Virg. V. Aen. 400. & VIII. 503.

Ibid. *caſtum tibi*] *tibi caſtum* Cod. Leid.

v. 158. *dimiſerat*] *demiſerat* Leid. Cod.

v. 161. *moeſto modo gemit*] ſic Salmaſ. & Divion. *Ore fremit moeſta, modo gemit* in Leidenſi. forte *moeſtoque modo* vel *moeſtoſque modos gemit, ultima pulſans Ilia.* quae adhaerent Virgilio III. Georg. 505.

Tum vero ardentes oculi atque attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu gravis, imaque longo
Ilia ſingultu tendunt. & IX. Aen. 415. *& longis ſingultibus ilia pulſant.*

v. 165. *ars, nomen,*] lege *numen* cum Cl. Oudendorpio.

 v. 166.

Ira, dolor: nam vix cauſſam tunc forte jubendo
Dixerat, & vindex conjux jam vincla ſerebat.
Venerat ad lucos, non ipſi viſus Amori,
Non Chariti, totas arti mandaverat iras.
Vincula tunc manibus ſuſpenſo molliter ictu
Inligat, & teneris connectit brachia palmis.
Excutitur ſomno Mavors, & pulchra Cythere.
Poſſet Gradivus validos diſrumpere nexus,
Sed retinebat amor, Veneris ne brachia laedant.
Tunc tu ſub galea, tunc inter tela jacebas
Saeve Cupido timens? Stans Mavors lumine torvo,
Atque indignatur, quod ſit deprenſus adulter.
At Paphie converſa dolet, non crimina facti,
Sed quae ſit vindicta ſibi, dum ſingula volvens
Cogitat, & poenam ſentit, ſi Phoebus amaret
Jamque dolo * preparans decorabat cornua tauri,
Paſiphaaë crimen mixtique Cupidinis iram.

EP. LXXIII. *De Muſis.*

Clio ſaecla retro memorat ſermone ſoluto.
Euterpae geminis loquitur cava tibia ventis.

Voce

v. 166. *Nam vix cauſſam* &c.] ſic lege. male in Schedis Salm. *nam vix cauſa* addito aſteriſco. & ſic in Divion. Cod. in Leidenſi male diſtinguitur,

Dixerat & vindex: conjunx jam vincla ferebat.

v. 168. *Venerat ad lucos*] *Pervenit ad lucos* in Cod. Leid.

v. 169. *Non Chariti*] forte *Chariſi* vel *Chariſin* cum Cl. Oudendorpio. ut *Gratia trina* ſupra ex ejuſdem conjectura v. 39. & v. 52.

— quid Gratia ceſſas?
Quid Charites?

v. 176. *ſtans Mavors* &c.] Leg. *ſtat Mavors lumine torvo. Atque indignatur, quod ſit deprenſus adulter.* Ovid. I. Am. 9. v. 39.

Mars quoque deprenſus fabrilia vincula ſenſit.

v. 178. *At Paphie converſa dolet*, &c.] melius forte diſtinguatur;

At Paphie converſa dolet non crimina facti,
Sed quae ſit vindicta ſibi, dum ſingula volvit,
Cogitat, &c. *vindicta ſiui* in Leid. pro *ſui* vel *ſibi.*

v. 181. *Jamque dolo preparens*] ſic omnes Schedae. Legendum tamen, *Jamque dolos properans.* locutione elegantiſſima, qua *properare* activo ſenſu veteribus uſitatiſſimum. cujus exempla larga manu dabit Lambin. ad Horat. Lib. II. Od. 7. v. 24. & Broukhuſ. ad Tibull. Lib. IV. 1. 205. pro *Paſiphaë*, ut in Schedis, ſcripſi *Paſiphaäe*, ut mox ſeq. Epig. *Euterpae & Terpſichorae*, ut *Phoebe*, *Leda*, & ſim. vid. Cel. Oudendorp. ad Suet. Aug. 69. & Ner. 13. vel *Paſiphaës.* in fine carminis videntur nonnulla deëſſe, quae ſuppleri poſſent deſumtis coloribus ex Ovidio IV. Met. 190. & ſeqq. aut ultimo verſu legendum, *mixtaeque libidinis iram.* ut innuat Minotaurum e Paſiphaë genitum, quae ultio Veneris propter Solis indicium. ita enim Servius ad Virg. VI. Aen. 14. *Indicato a Sole adulterio Martis & Veneris.* & ſeqq. *Quod factum Venus vehementer dolens, ſtirpem omnem Solis perſequi nefandis amoribus coepit. Igitur Paſiphaë Solis filia, Minois regis Cretae uxor, Tauri amore flagravit* &c. & ad vſ. 25. *Paſiphaë mixtumque genus prolesque biformis* &c. haec ſubjungit: *Aut memoria turpiſſimi coitus, aut ultio Veneris a Sole proditae. Significat autem Minotaurum.* Cl. Oudendorpius praeferebat, *moeſtique Cupidinis iram*, ut innuat aeque Cupidinem ac Venerem indoluiſſe indicium Solis. ut in MS. fuerit *miſtique* pro *mixtique.*

EP. LXXIII. DE MUSIS.] Ita inſcribitur in Petaviano Codice, quem conſuluit Heinſius. MUSARUM titulo exhibet Pithoeus initio Lib. II. Epigr. p. 47.

Euterpe geminis loquitur, * *cavent avia ventos*] Sic edit. Pithoei. locus manifeſto corruptus. In Petaviano eſt *caventi avia ventos.* Salmaſii ſchedae *Euterpe geminis loquitur cava ticia ventis.* feliciter hunc verſum

Digitized by Google

Voce Thalia cluens ſoccis Dea Comica gaudet.
Melpomene reboans Tragicis ferveſcit ïambis,
Aurea Terpſichorae totam lyra perſonat aethram,
Fila premens digitis Erato modulamina fingit,
Flectitur in faciles variosque Polymnia motus,
Uranie numeris ſcrutatur munera mundi,
Calliope doctis dat laurea ſerta poëtis.

EP. LXXIV. *Muſarum inventa.*

Carmina Calliope libris Heroica mandat,
Clio geſta canens transactis tempora reddit,

Dulci-

verſum emendaſſe puto Heinſium, qui margini exemplaris ſui adnotaverat legendum eſſe:

Euterpae geminis loquitur cava tibia avenis.

ſic apud Pindarum Theban. Epit. Iilad. v. 892.

Illa lyrae graciles extenſo pollice chordas
Percurrit, ſeptemque modos modulatur avenis.

ita enim inveni in Cod. Leidenſi, non *modis*. nec aliter Barth. Lib. LIX. Adv. 15. *amoenis* Cod. Voſſ. In altero tamen codice idem conjecerat Heinſius,

Euterpae gemino loquitur cava tibia flatu.

ut in carmine mox producendo, quod Auſonio vulgo ſolet adſcribi, *Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget.* ſed idem tamen vir Illuſtris in notis ad Petronium cap. XXVIII. pag. 101. *geminis ventis* videtur probaſſe, ut in ſchedis Salmaſ. id eſt geminis flatibus, idque etiam praetuli, ut minimum a vulgata lectione recedatur, & ita inter Catalecta Petroniana editum eſt. ſapit hic verſus illud Auſonianum in Epiſt. XXV. ad Paulinum, de pinu loquenti:

Eſt & arundineis modulatio muſica ripis,
Cumque ſuis loquitur tremulum coma pinea ventis.

Soccis] *Sociis* cod. Petav. & ſchedae Salmaſii, corrupte.

Ferveſcit] Eaedem ſchedae *ferviſcit.*

Antea Terpſichore &c.] Lege, *Aurea Terpſichorae totam lyra perſonat aethram.* PITHOEUS. Ita etiam Scriverius & Heinſius ſuis codicibus adſcripſerant, quae indubitata & facilis per ſe emendatio eſt, & confirmatur Petaviani codicis auctoritate.

Varios motus] Saltationem exprimit, cuius inventrix Polyhymnia. ſupra in carmine Repoſiani v. 68.

Inque modum vocis nunc motus forte decentes
Corpore laeta dabat.

ita *motus* apud Horat. III. Od. VI.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo.

Ovidius Lib. VI. Met. v. 491.

—— *repetens faciem motuſque manuſque.*

vide Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. Eleg. VIII. v. 38.

Uranie n. ſ. munera mundi] *Urania numeris ſ. ſidera mundi* legitur in eodem Petaviano codice, & ſchedis Salmaſii, quod vulgato praeferrem, nam & ita in carmine, quod infra ex veteri codice profert Tollius, *Uranie canit caelos & ſidera tangens.* forte & hic legi poſſet *ſcrutatur moenia mundi.* ut apud Catullum initio Carminis de Coma Berenices:

Omnia qui magni diſpexit moenia mundi,
Qui ſtellarum ortus comperit, atque obitus.

ubi ſimili variatione in aliis Codicibus legitur, *munera mundi.* in aliis *lumina*, ut & in meo Codice MS. ſed recte Iſ. Voſſius reſtituit *moenia mundi.* quem vide. *mundus* autem pro coelo frequens apud Poëtas. Manilius Lib. I. v. 761.

—— *quia qualicumque ſub hora*
Ter quinas mundi tollunt ſe ſidera partes.

Idem Lib. III. v. 306.

—— *ſuumque habitantia coelum*
Aetherios vivunt annos, mundoque fruuntur.

& ita mille in locis abſolute *mundus* pro coelo ponitur, licet Broukhuſius ad Tibul. Lib. III. El. 4. v. 17. notet poëtas libentius *aetherium mundum* addere. ſed *ſidera mundi* apud Lucretium aliosque ſine ullo epitheto addito, ſimpliciter ſaepe occurrunt. vide aliquot loca apud Bulacum ad Valer. Flacc. Lib. I. 563. & ſic Minucius Felix in Octav. cap. XI. *Quid quod toto orbi, & ipſi mundo cum ſideribus ſuis minantur incendium, ruinam moliuntur.* vid. Cel. Drakenb. ad Silium Lib. XII. v. 336. *numeros* autem, ut hoc in verſu, proprie de Aſtrologiae ſtudio dici, docet Barthius ad Stat. Lib. IV. Theb. 411. & ad Conſ. Mall. v. 130. hinc apud Cicer. II. de Divin. cap. 6. ubi vulgo habetur, *Qui ſiderum curſus & motus numeris perſequuntur*, auctoribus tribus vetuſtiſſimis Codd. Voſſianis delendam eſſe Gloſſam *curſus &* recte cenſet Cl. Oudendorpius. & ſic apud Auſon. Parent. IV. 17.

Tu coeli numeros & conſcia ſidera fatis Callebas.

ut legendum ex antiquiſſimo Codice Voſſiano.

EP. LXXIV. *Clio geſta canit &c.*] Verſum ex Graeco Anthologiarum Lib. I. Titulo LXVII. ΕΙΣ ΠΟΙΗΤΑΣ. LINDENBROG. Aliter hoſce verſus expreſſos inveni in ſcripto papyraceo, qui Juvenalis Satyras continebat, margini adſcriptos a Petro-

 Joannis

Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urguet,
Melpomene tragico proclamat moeſta boatu,

Terpſi-

Joannis de Gouda anno 1478. ad quem & Eraſmi epiſtola exſtat a Merulâ edita, ubi hujus codicis facit mentionem. adſcribam igitur illos, qui diverſi ſunt:

Clio geſta canit tranſactis tempora rebus;
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus implet,
Dulcia Terpſichore citharis modulamina miſcet,
Cum plectris Erato ſaltat, canit, ambulat, & ſtat.
Rhetoricos dictat Polymnia Muſa colores.
Uranie canit caelos & ſidera tangens.

In editione Veneta & Voſſiano quodam papyreo ultimus hic verſus legebatur: *Uranie poli motus*, pro vulgato *coeli*. Iidem vero & proſa oratione *Muſarum inventa* tamquam metris continebant, hoc pacto:

Clio hiſtorias invenit, Melpomene tragoedias:
Thalia comoedias: Euterpe tibias: Terpſichore
Pſalterium: Erato geometriam: Calliope literas:
Urania aſtrologiam: Polihymnia Rhetoricam.

Eſt & aliud de Muſarum inventis carmen inter Petroniana Catalecta, quod deſcribere piguit. TOLLIUS *ad Auſonii Eidyll.* XX. Hoc carmen inter Auſoniana vulgo refertur, ſed ordine longe diverſo, quem tamen ſecutus eſt Scaliger, qui ſub Auſonii nomine etiam Catalectis ſuis inſeruit pag. 173. Deſcripſi id aliquando ex Voſſiano Leidenſis Bibliothecae codice, in quo ſub nomine *Catonis Philoſophi de novem Muſis* inter alia legebatur, & quidem eo ordine, quo ex ejuſdem Leidenſis libri membrana hos verſus a doctiſſimo Ottone Arntzenio deſcriptos & ſecum communicatos non ita pridem edidit Clariſſ. Henr. Cannegieterus in Reſcript. Boxhorn. de Diſtich. Caton. cap. XXIV. qui recte notavit ex eodem libro habuiſſe Tollium, quia in eo ſubjunguntur Muſarum inventa proſa oratione, ſed ita ſcripta, tamquam verſus conſtituerent, ut ille in notis ad Auſonium haec dedit, quae etiam adduntur in nonnullis veteribus Catalectorum editionibus Virgilianis. Conferenda autem ſunt iſta proſaica cum Scholiaſte Epigrammatis Graeci ex Antholog. mox producendi; in quo tamen rectius fortaſſe legatur, Πολυμνία ἁρμονίαν. ut in ipſo Epigrammate habetur, quam quod Obſopaeus edidit γεωργίαν. Sed & Barthius ex perveteri membrana eosdem profert Lib. XXXVII. Adverſ. cap. 12. apud quem nihil differunt cum Leidenſi codice, niſi quod mutilum exhibeat verſum iſtum *Urania poli motus &c.* cui & praeponit verſum nonum, *Signat cuncta manu &c.* iſta autem proſaica, quae in eadem membrana his verſibus adduntur apud Barthium, totidem verbis invenies in Fulgentii Mytholog. Lib. I. cap. XIV. ut illic notavit Munckerus. Forte & eadem ſunt, vel ſaltem ſimilia, quae habentur in MS. codice Bibliothecae Caeſareae, teſte P. Lambecio Lib. VI. Comm. de Bibl. Caeſar. p. 934. ubi recenſet codicem MS. in quo inter alia legitur *Deſcriptio novem Muſarum partim proſa oratione, partim verſibus.* Allo ordine hoc carmen edidit idem Barth. Lib. LII. Adv. cap. 1. ex Cod. MS. Inſcriptionum Jacobi Byellii; & v. 1. *Heroica laudat.* v. 3. *Dulciloquos calamos.* v. 7. *Signat victa manu.* dein, *Urania poli motus ſcrutatur & aſtri.* ſic & Papias in *Urania.* niſi quod *aſtra* habet. Ego autem malui hic eo ordine diſpoſitum edere hoc carmen, quo illud exſtat in Catalectis Ed. Aldinae pag. 68. idque ea de cauſſa, quia ſic melius ſinguli verſus conveniunt cum Graeco Epigrammate, unde hoc verſum putabat Lindenbrogius. Inde enim expreſſum eſſe, & quidem eodem ordine, patebit, ſi illud in conſpectu Lectoris hic adjiciamus. Legitur autem Lib. I. Antholog. Gr. cap. 67. pag. 138. ed. Obſopaei, & totum meretur adſcribi:

Ὅσαι Μοῦσαι ϗ οἷαι,
Καλλιόπη σοφίην ἡρωΐδος εὗρεν ἀοιδῆς.
Κλειὼ καλλιχόρου κιθάρης μελιηδέα μολπὴν,
Εὐτέρπη τραγικοῖο χοροῦ πολυηχέα φωνὴν,
Μελπομένη θνητοῖσι μελίφρονα βάρβιτον εὗρε,
Τερψιχόρη χαρίεσσα πόρεν τεχνήμονας αὐλοὺς,
Ὕμνους ἀθανάτων Ἐρατὼ πολυτέρπεας εὗρε,
Ἁρμονίην πάσαισι Πολύμνια δῶκεν ἀοιδαῖς,
Οὐρανίη πόλον εὗρε, ϗ οὐρανίων χορὸν ἄστρων,
Κωμικὸν εὗρε Θάλεια βίον τε ϗ ἤθεα κεδνά.

quod Epigramma exponit & illuſtrat Fulvius Urſinus in Famil. Roman. pag. 213. & ſeqq. ibidemque Latinum hoc profert eo ordine, quo Aldus edidit, & inter Virgilii Poëmata legi dicit, innuens Catalecta Epigrammatum veterum, quae Virgilio vulgo ſubjungi ſolent, cui hoc etiam tribuit Gyraldus Hiſt. Deor. Tom. I. p. 263. Illis autem Graecis verſibus recte Begerus in Theſaur. Brandenb. Tom. II. pag. 576. & ſeq. explicat nummos antiquos novem, in quibus cum Hercule Muſagete novem Muſae, & quidem ſingulae cum inventis ſibi propriis conſpiciuntur. Elegans quoque eſt Sarcophagus marmoreus, novem Muſas inſtrumentis ſuis Muſicis inſtructas exhibens, qui habetur apud Sponium in Miſcellan. Erud. Antiq. pag. 44. ſed vide pluribus haec inluſtrantem Fortunium Licetum in Reſponſ. de Quaeſit. per Epiſt. in Gaudentii Miſcellan. Italic. Erud. Tom. II. pag. 184. & ſeqq. & confer fragmentum Doſithei Graecum Genealogiae Muſarum cum ſingularum inventis, editum e Cod. Voſſ. in Miſcellan. Obſerv. Vol. IX. pag. 420.

v. 3. *Euterpe flatibus urget, Melpomene tragico* &c.] adfert hunc verſum Papias in Vocabulario in *Euterpe*, ut & alterum in *Melpomene.* non ſine cauſſa Melpomene hic dicitur *moeſta proclamare tragico boatu*, unde in monumentis antiquis Melpomenae

addun-

Terpſichore affectus citharis movet, imperat, auget,
Plectra gerens Erato ſaltat pede, carmine, vultu;
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia geſtu,
Uranie coeli motus ſcrutatur & aſtra,
Comica laſcivo gaudet ſermone Thalia:
Mentis Apollineae vis has movet undique Muſas,
In medio reſidens conplectitur omnia Phoebus.

EP. LXXV. *De Muſis.*

Cunctae igitur Camenae,
Fonticolae puellae;
Quae canitis ſub antris
Mellifluos ſonores.
Quae lavitis capillum
Purpureum Hippocrene
Fonte; ubi fuſus olim
Spumea lavit almus
Ora jubis aquoſis
Pegaſus, in nitentem
Pervolaturus aethram.

EP. LXXVI. *De Luna & Muſis.*

Phoeba ſedens gremio quem fert germana reclinem,
Languidulos pueri reſpiciens oculos.

Vos

adduntur larvae Tragicae triſti & patulo ore, ut in duobus marmoribus apud Sponium in Miſcell. Erud. Antiq. pag. 46. ubi id bene illuſtrat. ſequente verſu male apud eumdem Papiam in *Terpſichore* legitur, *Terpſichore cauſam muneris movet*, *imperat*, *auget*. unde legi poſſet, *muneris movet*.

v. 6. *gerens Erato*] profert Papias in *Erato*.

v. 7. *Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia geſtu*,] *loquiturque Polymnia* in Cod. Voſſ. & ed. Venet. 1484. recte Mercerus ad Ariſtaenet. p. 216. hunc verſum exponit de arte Pantomimica. & inde colligit eſſe hoc carmen Auſonii potius quam Virgilii, cujus aetate repertae nuper arti praeſes Muſa nondum erat conſtituta. nam male alii ad Rhetoricam retulerunt, unde ſupra in proſaicis ex MS. a Tollio adductis, *Urania Aſtrologiam*, *Polihymnia Rhetoricam*. & apud Papiam in Vocabulario in *Polyhymnia* citatur hic verſus, *Rhetoricos dictat Polyhymnia nova* (l. *nona*) *colores*. qui eſt alterius Epigrammatis de Muſis, in quo Polyhymnia nono numero memoratur. & quod ex MS. papyraceo ſupra quoque adfertur a Tollio, ſed ubi legitur, *Polymnia Muſa*. pro *nona*.

v. 8. *Uranie coeli motus*] *Uranie ipſa poli* in Cod. Voſſ. & ed. Ven. 1484.

v. 9. *laſcivo*] *laſciva* Papias in *Thalia*.

EP. LXXV. *De Muſis.*] Leguntur hi verſus apud Auguſtinum Lib. III. de Muſica cap. 2. quos Pomponii Secundi eſſe ſuſpicatur Delrius Comment. ad Senec. Oedip. v. 229. p. 93. & verſ. primo legit *Culta* vel *Cinctae Camenae*. Ego mallem *Ite igitur Camenae*, ut idem Auguſtinus profert in cap. 2. forte fragmentum eſt Chori ex quadam ejus Tragoedia. nam diverſus hic Publ. Pomponius Secundus, Tragicus, a L. Pomponio Atellanarum ſcriptore. aliud ejus fragmentum e Terentiano habet H. Stephan. in Fragm. Poët. Vet. p. 272. quibus plura e Grammaticis antiquis poſſent addi. nonnulla de Pomponio hoc Secundo, cujus vitam olim deſcripſerat major Plinius, notavit G. Joh. Voſſius de Poët. Lat. p. 43. & Patruus meus ad Quinctilian. Lib. VIII. cap. 3. p. 689. ſed plura Lipſius ad Tacit. Lib. XI. Annal. cap. 13. in fine carminis *Pervolaturus aethram* metro adverſatur, pro quo tentabat Cl. Oudendorpius,

—— & nitentem
Pervolitans in aethram.

pro pervolitare cogitans. ut ſaepe praeſens eo ſenſu pro futuro occurrit.

EP. LXXVI. *Phoeba ſedens* &c.] Ex Salmaſii Schedis

Vos Heliconiadae lentum ſubmittite carmen,
  Carmine ſomnus adeſt, carmine ſomnus abeſt.

Ep. LXXVII. *Charites.*

Sunt nudae Charites niveo de marmore, & illas
  Diva Columna ſuis aedibus intus habet.
Par tribus eſt facies, qualem decet eſſe ſororum,
  Par tribus eſt aetas, par quoque forma tribus.
Grata Thalia tamen geminae converſa ſorori,
  Implicat alterne brachia, blanda ſoror.
Euphroſynam dextra ſtupeo, Aglaiamque ſiniſtra,
  Miror & implicitis brachia nexa modis.
Jupiter eſt genitor: peperit de ſemine coeli
  Hemonia, & Veneris turba miniſtra fuit.
Inde alitur nudus placida ſub matre Cupido,
  Inde voluptates, inde alimenta Dei.

Ep.

dis & Divionenſi ac Leidenſi Codice hoc ineditum promimus: in fine rectius *ſomnus abeſt* in Divion. quam *adeſt*, ut in Salmaſ. niſi in eadem repetitione ſibi placuerit poëta non valde elegans, ut & *Heliconiadae* pro *Heliconiades* vix Latinum eſt.

Ep. LXXVII. *Sunt nudae Charites* &c.] Legitur apud Apianum pag. CCXXVI. G. Fabricium in Monum. Antiq. pag. 164. & Pithoeum Lib. IV. Epig. vet. p. 148. profert etiam Jacobonius in Append. ad Fontejum de priſca Caeſior. gent. cap. III. p. 32. deſcripſitque N. Heinſius ex veteri Moroni codice, in quo praefigebatur, haberi Romae in domo Columnenſium, & quidem, ut apud Apianum additur, in baſi vetuſta, tribus Nymphis marmoreis, quae brachia inter ſe connectunt, ornata. recens ſibi videri in uno codice notaverat Heinſius. primo verſu rectius *at illas* habetur apud Apianum, & in Moroni libro; in quo tamen perperam ſequenti verſu *ſororem* ſcribitur pro *ſororum.* ita enim legendum patet ex Ovidio, cui hemiſtichium illud debetur, Lib. II. Metam. 14.

—— facies non omnibus una,
Nec diverſa tamen; qualem decet eſſe ſororum.

diſticho tertio *connexa* pro *converſa* caſtigabat Heinſius in notis ad Ovid. Epiſt. v. v. 48. ſeq. verſ. *alternae* in Cod. Mor. deinde *Dextra Euphroſinam* male apud Apianum. Sed in verſu decimo major lectionis varietas. *Hemonia* Apianus, Pithoeus, ac Fabricius ediderunt. *Emonia* Cod. Moroni. Alciatus Lib. I. Parerg. cap. 40. profert hunc in modum: *genuit de ſemine coeli. Eunomia & Veneris* &c. *Eunomia* vel *Harmonia*, ut Heinſius, emendabat Th. Munckerus ad Hygin. pag. 9. ſic *Harmonia* Cadmi conjux, Martis & Veneris filia, de qua Tzetzes Chil. v. Hiſt. 139. ubi de eorum ſepulcro. cujus & meminit Avienus Deſcript. orbis v. 545.

Tunc prorepentis qua ſunt vada turgida Nerei
Harmoniae & Cadmi ſuſtentat gleba ſepulcrum
Barbara.

haec frequenter in Latinis auctoribus commutatur in *Hermione.* lege Antonii Codri Urcel Serm. I. in Ejus Operib. fol. XI. & XII. Bern. Martinium Lib. III. Var. Lect. cap. 8. Vinetum ad Auſon. Cup. Cruc. aff. v. 26. Patrui mei notas ad Ovid. III. Met. v. 133. & Lib. III. A. A. v. 86. & Heſſelium ad Vib. Sequeſt. p. 55. & 56. ubi illa quae ex Commentatore Horatii Cruequiano profert, totidem fere verbis habentur in Scholiaſte MS. codicis Franequerani, niſi quod in illo *Hermonia* bis ſcribitur pro *Hermiona.* ſic apud Joſephum Iſcan. Lib. II. v. 529. *Harmonie Martis* praefert Dreſemius pro *Hermione*, quod in vulgatis. & ita aliquoties in Scholiaſte Statii nomen hoc corruptum circumfertur. ut ad Lib. I. Theb. v. 288. *propter Hermionem, Veneris & Martis filiam, Cadmi uxorem.* pro quo *Harmoniam* vel *Harmonien* legendum. & ita peccatur ad Lib. I. v. 670. pag. 39. ſed idem ad Lib. II. v. 272. vocat *Harmonien.* quamquam ibidem in ipſo Statio paullo ante v. 266. perperam *Harmiones* edatur. recte vero apud eumdem Lib. III. Th. 271. *Nec genus Harmonies.* ubi Lutatius pluribus de Cadmo & Harmonia, eorumque ſobole agit. Sed hoc in verſu quaerenda eſt mater Charitum, ex qua Jupiter eas peperit. Illa de re non unam fuiſſe veterum opinionem, oſtendit Bernard. Martinius Lib. I. Variar. Lect. cap. 19. licet haec opinionum diverſitas de matre Charitum nullas umquam in Republica tragoedias excitaverit,

Digitized by Google

EP. LXXVIII. *Annae Perannae.* VARRONIS.

Te Anna, & Peranna, Panda, te Lato, Pales,

Ne-

verit, ut jocabundus ſcribit Ger. Falkenburgius ad Nonni Dionyſiaca pag. 892. Veram igitur in hoc verſu emendationem dedit nobis eruditiſſimus Abbas Sevinus in Hiſtor. Acad. Reg. Inſcript. Tom. II. p. 212. qui nomen *Eurynomes* huic loco reſtituit non minus quam Scholiaſtae Statii ad Lib. II. Th. 286. ubi nunc vulgo legitur: *Nomina Gratiarum ſunt tria, Paſitbea, Aglaïe, Euphroſyne, Jovis & Harmiones filiae.* cujus tamen vulgata lectione fretus Munckerus hoc in verſu etiam *Harmonia* reponebat, licet in ipſo Hygino recte habeatur *Ex Jove & Eurynome, Gratiae.* altera ejuſdem Munckeri emendatio *Eunomia* nititur corrupto Orphei loco in Hymnis p. 156. ed. Eſſenb.

Κλῦτέ μοι, ὦ Χάριτες μεγαλώνυμοι, ἀγλαότιμοι,
Θυγατέρες Ζηνός τε καὶ Εὐνομίης βαθυκόλπου,
Ἀγλαΐη τε, Θάλεια, καὶ Εὐφροσύνη πολύολβε.

Papias in Vocabulario: *Gratiae tres dicuntur. Euphroſyne, quae interpretatur divitiae. Euryale, quae pulchritudo. Agalie quae ſapientia.* ubi leg. *Aglaïe.* & pro *Euryale*, quae una eſt ex Gorgonibus, non Gratiis, corrige *Thalia, quae pulchritudo.* quia Thaliam ἀ θάλλειν derivant Grammatici. ſed apud Orpheum pro Εὐνομίης Sevinus legit Εὐρυνόμης & recte. nam Gratiarum mater etiam ab aliis non uno in loco *Eurynome*, nusquam vero, quod ſciam, *Eunomia* adpellatur, quae una ex tribus Horis eſt, filia Jovis ac Themidis, ut docent Heſiod. Theog. v. 902. & Apollod. Lib. I. Bibl. c. 3. §. 1. confirmat optimam emendationem Heſiodus in Theogon. v. 907. & ſeqq.

Τρεῖς δὲ οἱ Εὐρυνόμη Χάριτας τέκε καλλιπαρήους,
Ὠκεανοῦ κούρη πολυήρατον εἶδος ἔχουσα,
Ἀγλαΐην, καὶ Εὐφροσύνην, Θαλίην τ' ἐρατεινήν.

quem locum etiam producit & Latinis verſibus reddit Papias in Vocabulario in *Charites.* Oceani illic filia nuncupatur, ut apud Homerum Iliad. Σ v. 398.

Εἰ μή μ' Εὐρυνόμη τε, Θέτις θ' ὑπεδέξατο κόλπῳ,
Εὐρυνόμη θυγάτηρ ἀψορρόου Ὠκεανοῖο.

Apollodorus Lib. I. Biblioth. cap. 3. ubi de Jovis ſobole. ἐξ Εὐρυνόμης δὲ τῆς Ὠκεανοῦ Χάριτας Ἀγλαΐαν, Εὐφροσύνην, Θάλειαν. Auctor Etymologici Magni p. 396. Εὐρυνόμη, ἡ θεὰ ἡ τῶν Χαρίτων μήτηρ. παρὰ τὸ εὐρέως καὶ μεγάλως νέμειν αὐτὴν καὶ διδόναι. διὰ τοῦτο γὰρ τὴν θυγατέρα Ὠκεανοῦ, καὶ μητέρα Χαρίτων φασίν. Appoſitus eſt Senecae locus, quo certiſſima haec correctio unice probatur, Lib. I. de Benefic. cap. 3. ubi late de Gratiis agit, his verbis: *tres Chryſippus Gratias ait Jovis & Eurynomes filias eſſe: aetate autem minores quam Horas, ſed meliuſcula facie, & ideo Veneri datas comites. Matris quoque nomen ad rem judicat pertinere. Eurynomen enim dictam, quia late patentis matrimonii ſit, beneficia dividere, tamquam matri poſt filias ſolent nomen inponi, aut poëtae vera nomina reddant.* apud eumdem quae praecedunt in ſuperioribus, *Nam dicam quare tres Gratiae, & quare ſorores ſint, & quare manibus inplexis, quare ridentes &c.* optime inluſtrant. tertium hujus Epigrammatis diſtichon. Addi his poſſunt, quae Clariſſ. Joh. Schraderus in Animadv. ad Muſaeum cap. IX. notavit, ubi inter alia recte in Orphei loco eamdem proponit conjecturam, quae Sevino, ut ſupra vidimus, in mentem venerat. ſed in cap. ſeq. pag. 200. *Harmonia* hoc in verſu, duce Munckero, nollem praetuliſſet. licet auctor hujus carminis, ſi recentior ſit, corruptis Codicibus deceptus ita ſcribere potuerit. *Euronyme* etiam in hoc Epigrammate legiſſe videri poſſit Broukhuſius, ut ex ejus imitatione conjicio, Lib. III. Epigramm. p. 261. Poëmat.

Jamque tuos celebrat Gratia trina lares.
Quid majus poteras dulci cum matre paciſci,
Eurynome plures non dedit ipſa Jovi.

Eunomia tamen hic praeferendum videbatur Celeb. & amiciſſimo Oudendorpio, putatque poëtam hunc Gratiarum matrem, quam veteres *Eurynomen* vocarunt, non male finxiſſe *Eunomiam.* de qua vide Periz. ad Aelian. Lib. II. cap. 22. init. praeter hanc autem Charitum matrem plures aliae memorantur *Eurynomae*, ut videbis apud Patruum meum ad Ovid. IV. Met. 210. quibus enumeratis adde *Eurynomen* unam inter filias Amyntae apud Juſtin. Lib. VII. cap. 5. ut recte emendat Tanaq. Faber. ultimo verſu *Deis* legebat Heinſius Ex illo diſticho colorem traxit, aperta imitatione, Alciatus in Emblem. 50.

Tres Charites Veneri adſiſtunt, Dominamque ſequuntur,
Hincque voluptates, atque alimenta parant.

ut illic notavit Cl. Minos, & Rivinus ad Pervig. Ven. p. 59. Ceterum protulit etiam hoc Epigramma Laur. Schradaeus in Monum. Ital. pag. 199. primo diſticho omiſſo, & v. 6. *Implicat alterius.* v. 8. *Aglaiamque ſiniſtra Miror, & inplicitis* &c. & v. 10. *Haemonia.* Sed dubitat Muratorius, qui edidit Tom. I. Theſ. Inſcr. pag. 494. an vetus an novum ſit, & a nonnullis Johanni Georg. Triſſino, celebri Vicentino, tribui notat: verſu autem ſecundo dedit *aedibus inter habet*, & conjicit *intus* legendum, ut dudum alii ediderant. v. 6. *alternae.* & v. 10. *Aenomia.* Certe recentioris ſeculi foetum eſſe, & vix ducentis abhinc annis editum, propter mentionem *Divae Columnae*, per quam pro ratione illius temporis intelligi putat Victoriam Columnam, Ferdinandi Marchionis Piſcarine conjugem, ex illuſtri Columnenſium familia apud Romanos, obſervavit Joh. Henr. Leichius in Miſcellan. Lipſ. Nov. Vol. I. pag. 457. & ſeq.

EP. LXXVIII. *Annae Perennae.*] Apud Gellium Lib. XIII. Noct. Att. cap. 22. haec carmina Varronis citantur hunc in modum:

Nerienes & Minerva, Fortuna, ac Ceres.

Ep.

Theanna & Peranna, Pranda, Celato Pales,
Nerienes & Minerva, Fortuna ac Ceres.

In quibus quae Deae ſint *Theanna Pranda* & *Celato* quaeſitum eſt. Ego in *Theanna* puto duas voces in unam eſſe confuſas, & ex eo deformatam utramque, & velut perſonatam non apparere, niſi ſeorſum diſtrahantur. *Te Anna* enim a Varrone ſcriptum ſuſpicor. *Annam* enim a Romanis cultam fuiſſe Ovidius, ut alios omittam, ſcribit in Faſtis Lib. III. 135. & ſeqq. *Panda* quoque non *Pranda* ſcribi debet ex antiquis libris: declaratur autem in Vetere Lexico εἰρήνης θεὸς, id eſt pacis, a pandendis & aperiendis, ut reor, portis. Pro *Celato & Pales*, quod velut carie laeſum putruit, repono *Latona & Pales*, niſi quis Varronem ſuſpicetur eſſe Graece locutum, quod non inſolens facit, eumque ſcripſiſſe Graece *te* Λατὼ Dorice, ut in antiquo libro ſcriptum ferunt pro *te* Λατὼ, ſic autem Latonam a Graecis nominari ſciunt, qui primis Graecarum Literarum rudimentis initiati ſunt. Pales autem pabuli Dea cenſetur, aliis Dea paſtorum & pecoris a paſcendo nomen adepta. *TVRNEBVS Lib.* XIX. *Adverſ. cap.* XI. Varronis apud Gellium ex Satyra Menippea, quae *Sciamachia* dicam an *Criomachia* inſcribitur, verſus hi ſunt:

Theanna & Peranna, Pranda Celato, Pales
Nerienes & Minerva, Fortuna ac Ceres.

Quorum priorem qui ita ſe conſtituere poſſe exiſtimant,

Te Anna & Peranna, Pranda, Celato, Pales.

multimodis falluntur. neque enim vident, quod tamen viſu facillimum erat, non duas easque diverſas Deas, ſed unam implorari. eamdem deinde *Perannam*, iidem illi non recte indigetant. nam ſive ab amne perenne, ut ipſa apud Ovidium vult:

Amne perenne latens Anna Perenna vocor.

ſive a temporis & annorum perennitate, ut Macrobio (Lib. I. Sat. cap. 12.) placuit: ſive denique,

Pace domi facta ſignum poſuere perenne,
Quod ſibi defectis illa ferebat opem.

ex quacumque, inquam, earum cauſſarum nomen illi veteres dederunt, *Perennam*, non *Perannam* dici oportuit. Hanc autem Deam Ariciae coli ſolitam teſtis eſt Martialis Lib. VI. Epigr. 47. ut quidem in vetere familiaris mei Petri Divaei, omnis hiſtoriae & antiquitatis ſtudioſiſſimi & ſcientiſſimi, libro legi video:

Sive Numae conjunx Triviae te miſit ab Anna.

nam & vulgo & in aliis aliter. Sed ad Varronem: cujus verba ita ſcribo:

Ted Anna Perenna, Panda, te Lato, Pales,
Nerienes & Minerva, Fortuna, ac Ceres.

Scribo, *Ted Anna*; antiquorum in litteris hujusmodi interponendis conſuetudinem ſecutus; cujus literae interjectioni errorem illum *Theanna*, libenter aſſignare ſoleo: niſi quis literam eam nihil neceſſariam eſſe dixerit, & hiatum admittat. Fuit etiam tempus cum poſteriorem illum verſum paulo aliter legerem:

Te Nerienes, Minerva, Fortuna ac Ceres.

quomodo mihi quidem neſcio quid amplius venuſtatis habere videtur. *CARRIO Lib.* I. *Antiq. Lection. cap.* I. hos verſus ita emendavit Carrio in Antiq. Lect.

Ted' Anna Perenna, Panda, te Lato, Pales.
Nerienes & Minerva &c.

cum vulgo, etiam in vett. edd. haberetur:

Theanna & Peranna, Pranda, Celato, Pales,
Nerienes, Minerva &c.

Scaliger vero primum verſum ita legit;

Te Anna & Peranna; Panda ϗ Λατὼ, *Pales.*

In Scriveriano codice notatum reperio:

Te Anna, te Peranna, te Latona, te Pales,
Nerienes & Minerva, Fortuna ac Ceres.

Sunt qui legunt:

Θεὰ *Anna, Perenna, Panda,* ϗ Λατὼ, *Pales.*

Anſonius Popma ad Varronis Fragmenta (p. 672.) ita legendum cenſet:

Te Anna, Perenna, Panda, ϗ Λατὼ, *Pales.*

Sed rectiſſima videtur Carrionis emendatio *Ted' Anna Perenna* &c. *d* inſertum ad explendam hiatum; & *Anna Perenna*, non vero *Anna & Perenna*, ſive *te Peranna*, quaſi duae diverſae eſſent Deae, cum una eademque ſit, quae imploratur, *Anna Perenna* vocata. *Ted' Anna Perenna* autem dictum, ut bene obſervat Scaliger, more implorantium Deos, qui ἱκετευτικῶς fere id faciunt, ut *Dii voſtram fidem*, & Plautus, *Tuam fidem Venus Noctuvigila.* item Satyra Varronis *Hercules tuam fidem.* *OVSELIVS ad Gellium Lib.* XIII. *cap.* 22. Attamen MSS. Reg. Lugd. uterque Petav. *te anna ac perenna.* Lincolnienſis *te amina ac peramna.* *JAC. GRONOVIVS.* Vide Scaliger. Conjectan. ad Varron. Lib. V. de L. L. pag. 80. qui primum verſum ita legit, ut notavit Ouſelius, cujus reliqua de *Anna Perenna* obſervata recte reſcidit Gronovius, quia pleraque nota & ex aliis corraſa ſunt: igitur ea tantum exhibuimus, quae ad lectionis varietatem ſpectant. Grotius in notis ad Aratea pag. 38. ita legit hos verſus,

Θεὰ *Anna Peranna, Panda,* ϗ Λατὼ, *Pales,*
Nerienes, & Minerva, Fortuna ac Ceres.

In praeſtantiſſimo autem ac vetuſtiſſimo Gellii membranaceo Codice, qui in Bibliotheca Franequerana adſervatur, legitur,

Te Anna ac Peranna, Panda, te Lato, Pales,
Nerienes Minerva &c. Ego hic dedi ita ut Pithoeus edidit p. 1. niſi quod praetulerim *te Lato* ex Gellio, & Codd. MSS. non ϗ Λατὼ. ejuſdem

memi-

Digitized by Google

EP. LXXIX. *Deae Nortiae. Romae in Villa Caeſarini.*

R. FESTVS V. C. DE SE AD DEAM NORTIAM.

Feſtus Muſonî ſuboles proleſque Avieni,
Unde tui latices traxerunt Caeſia nomen,
Nortia te veneror, lare cretus Vulſinienſi,
Romam habitans, gemino Proconſulis auctus honore,

Carmina

meminit Martial. Lib. IV. Ep. 64.

Annae pomiferum nemus Perannae.

& Lib. VI. Ep. 47.

Sive Numae conjux Triviae te miſit ab Anna.

ut ex MS. correxit Carrio, probante Scriverio, quem vide. niſi cum Heinſio ad Ovid. III. Faſt. v. 675. malis, *Tyria te miſit ab Anna.* in vulgatis *ab antro.* ſub *Annae Perennae* titulo drama mimicum ſcripſiſſe Laberium teſtatur Gellius Lib. XVI. 7. & Nonius Marcellus in *Colabella.*

v. I. *Panda*] Sic enim non *Pranda* legendum. In Gloſſis Philoxeni eſt *Panda*, *εἰρήνης θεός*. ſic *Panda* erit *Pacis Dea.* Dictam autem *Pandam* a pandendis ſive aperiendis portis, arbitratur Turnebus: quia pacis tempore Urbis panderentur portae. Aliam tamen ſententiam adfert Arnobius Lib. IV. Adv. Gentes, qui & *Panticam* appellatam ſcribit: *Quod Tito Tatio Capitolinum ut captat collem, viam pandere atque aperire permiſſum eſt, Dea Panda eſt appellata, vel Pantica.* apud Varronem Lib. I. de Vita Pop. Rom. Aelius hanc Deam eamdem putat cum Cerere, dictamque a pane dando, cujus verba nobis ſervavit Nonius in verbo *pandere.* Verum *pando* non eſt a *panem do*, & more ſuo ludit Varro, cum Aelii ſententiam in medium adſerat, eamque probare videatur. Neque *Panda* eſt Ceres, cum aperte ipſe Varro in hiſce verſibus eam a Cerere diverſam faciat. Scaliger Conject. in Varron. *Empandam* eam in Paganalibus ſacris vocatam ſcribit. *OVSELIVS.*

Ibid. *Te Lato*] Vulgo *Celato*, unde docti homines fecere *ϗ Λατώ*. Turnebus hoc velut carie laeſum exiſtimans reponit *Latona.* Addit tamen ſuſpicione non carere Varronem Graece locutum, utpote ipſi haud inſolens, eumque ſcripſiſſe, *Te Lato* Dorice pro *τε Λατώ*. Quod veriſſimum autumo: & ſic Latonam Apollinis & Dianae matrem Graecis nominari vix quisquam eſt, qui non norit. *IDEM.*

v. 2. *Nerienes & Minerva*] Ita recte etiam habet Aſcenſiana (Gellii) Editio. male vero Stephanus omiſit copulam *et*, quod & fecit vet. ed. Romana. Carrioni plus venuſtatis habere videtur, ſi legatur;

Te Nerienes, Minerva, Fortuna ac Ceres.

Quod, ut modo notatum, more implorantium Deos factum. *IDEM.* Non Stephanus ſic nominari debet, ſed varii ante illum; nam & Aldus habet, nec vel Sebaſtianus vel Antonius Gryphii, ſed neque ullus ex ſcriptis ibi copulativam approbat. Itaque ut neſcio quid contigerit in hoc loco, ita certe cautela nocere non debuit. Cur enim diſtinguere ſic voluiſſe auctor ſupponitur per paria? Etiam Regius liber habet *Minervam.* *GRONOVIVS.*

EP. LXXIX. *Deae Nortiae.*] Habetur hoc apud Fabrettum in Inſcript. Antiq. cap. X. p. 742. & Sponium in Miſcellan. Erud. Antiq. Sect. II. p. 99. ex quo inter Epigrammata vetera a ſe collecta retulit Almeloven. pag. 34. & e Gudiano Inſcriptionum Corpore in ſcheda deſcripſerat Graevius, licet id nunc in Gudianis Inſcriptionibus ab Heſſelio editis non conpareat. apud hos omnes additur Elegiacum Epigramma, ſeu Epitaphium, quod Ruſo Feſto patri filius Placidus poſuit, & incipit, *Ibis in optatas ſedes*, &c. ſed quod ſuo loco inter Epitaphia retuli. Carmen autem hoc Rufus Feſtus ſcripſit Nortiae, Sutrinorum Deae, licet ipſe ex Vulſinio ortum ſe indicet, unde quia Sutrium & Vulſinium non longe a ſe diſtant, Rufum Feſtum, poëtam Vulſinienſem, Sutrinorum vicinam Deam coluiſſe ſuſpicatur Sponius. vide Hagenbuch. Epiſt. Epigraph. p. 127. In Tertulliani tamen loco, quem adfert, Apolog. cap. XXIV. memoratur Dea *Volſinienſium Nortia* & *Sutrinorum Hoſtia*, licet in aliis edd. *Nurſia*, *Nerſia*, vel *Nurſcia* legatur. ubi vide Cl. Haverk. eadem nominis varietas eſt in Codd. apud Juvenalem Sat. X. v. 74. ubi vide Interpretes. & plura de Dea Nortia, quae communis Etruſcorum Dea *Fortuna* fuiſſe videtur, dabit Lipſius ad Tacit. IV. Annal. cap. I. Gorius ad Inſcr. Donii Claſſ. I. inſ. 149. & in Vol. II. Muſei Etruſci Tab. IV. p. 16. & poſt eos Cel. Duker. ac Drakenb. ad Liv. Lib. VII. cap. 3. Quod autem Sponius verſum primum, ubi verba *ſuboles proleſque* cumulantur, idem ſignificantia, ita explicet, ut ſubolem Muſoni, ſive ex ejus poſteris ſe deſcendere, & *prolem Avieni*, id eſt filium fuiſſe dicat Rufus Feſtus, tum Avienum illum hic indicari putet, cujus Phaenomena, Fabulae, aliaque, hodie nobis ſuperſunt, quod etiam cenſet Ed. Corſin. in Faſtis Attic. Tom. I. pag. 383., id refutatum videbis ab exquiſitae eruditionis Viro Henr. Cannegietero in Diſſertat. Aviani Fabulis ſubjecta cap. 2. qui *Muſonium Avienum* ejusdem hominis nomina ſuſpicatur, & locutionem illam *ſuboles proleſque* Avieno peculiarem, eidemque in Arateis Phaenomenis

uſur-

Digitized by Google

Carmina multa ferens, vitam inſons, integer aevom;
Conjugio laetus Placidae, numeroque frequenti
Natorum exſultans, vivax & ſpiritus ollis:
Cetera conpoſita fatorum lege trahentur.

Ep. LXXX. *Votum Fortunae Praeneſtinae.*

Tu, quae Tarpejo coleris vicina Tonanti,
Votorum vindex ſemper Fortuna meorum:
Accipe quae pietas ponit tibi dona merenti,

Effigiem

uſurpatam notat. Cum tamen in verſu ex Phaenomenis diſtincta paullum ſignificatione *ſuboles* & *proles* ponantur, praeſtare putem explicationem alteram, quae eidem illic in ventem venit, ut Feſtus maternum genus a Muſonio, paternum ab Avieno ducere ſe jactet, & ita Muſonium Avienumque diverſos potius ſtatuamus. aliter abſurdius conjungerentur *ſuboles proleſque*, praeſertim cum vix apud alios duae hae voces ita occurrant cumulatae. Intelligendus autem procul dubio eſt Muſonius, celebris ſectae Stoicae Philoſophus, cujus ſaepiſſime meminit Gellius, itemque Macrobius, quique Apollonii Tyanaei aequalis fuit, & ſub Nerone periit; Ille autem vocatus fuit *Muſonius Rufus*, Tyrrhenus ſive Thuſcus ex Vulſinio, ut tradit Suidas in Μυσώνιος: Μυσώνιος Καπίτωνος Τυῤῥηνὸς, πόλεως Βυλσινίων, διαλεκτικὸς φιλόσοφος καὶ Στωϊκὸς, &c. unde patet ejus ſubolem fuiſſe, ſeu ex poſteris ejus deſcendiſſe, hunc ipſum domo Vulſinienſem *Rufum Feſtum*, ſeu *Rufium*, ut Sponius, & Fabrettus. nam ita in Inſcript. praeced. apud Sponium, & p. 276. *Rufius Sabinus Voluſianus* & Reineſ. in Append. inſcr. 22. ejusque pater *Cejonius Rufius* apud Gruter. pag. 28. Inſ. 5. & 6. & avus conſul cum Aniano pag. 437. 5. vide plura de iſto Muſonio egregia apud Jonſium Lib. III. de Script. Hiſt. Philoſ. cap. 7. & Olear. ad Philoſtrat. Lib. IV. de Vita Apollon. Tyan. cap. 35. Denique verſu hujus carminis ſexto edidit Almelovenius, *Conjugio laetus placidae*. unde legi poſſet, *placido*, vel potius *Placidae* cum majuſcula litera, ut ſit nomen uxoris proprium, quod verum puto, ideoque ſic edidi. & hinc filius ejus *Placidus* dictus pro frequenti illorum temporum more: perperam autem ita diſtinguit Almelovenius:

Conjugio laetus placidae numeroque frequenti,
Natorum exultans vivax & ſpiritus ollis.

nullo ſane ſenſu. & tamen etiam apud Spon. & Fabrett. eſt, ut indicet, illos bene ſanos eſſe, & vitam longaevam promittere. ſed ita diſtinguendum, ut edidi, & forte legendum vivax *ſit ſpiritus ollis.* ut in ſcheda Graevii habetur. quae formula fauſtae acclamationis eſt, ſimilis illi, quae ſaepe in Epitaphiis occurrit antiquis, *Vivite felices*, & in Inſcriptionibus *Vivatis*. de qua vide quae notabimus ad Lib. III. ubi occurrit *Vivite felices moneo* &c. in fine ultimi verſus *trahuntur* male apud Sponium & Almeloven. *trahentur* rectius apud Fabrett. & in ſcheda Graevii.

Ep. LXXX. *Tu quae Tarpejo &c.*] Legitur Praeneſte in antiquiſſimo marmore. Producit inter alia Fabricius. SCRIVER. in Cod. Moroni notatur Hoſtiae legi hoc carmen, quod in Fortunae Praeneſtinae templo ſacravit Titus Caeſius Taurinus, Filius Titi Caeſii Primi, mercatoris ſive negotiatoris frumentarii, qui decumas Fortunae perſolvit, & centenas coronas voto annuo ei donat. Eſt ſatis elegans & antiquum, ſed hic illic corruptum. Legitur apud Apianum pag. 192. Mazochium pag. VII. Pithoeum initio Lib. IV. pag. 147. Scaligerum Lib. I. Catalect. p. 222. in Inſcriptionibus Smetii Fol. XXX. 6. inſ. I. & in Antiq. G. Fabricii p. 160. tum ex Boiſſard. Tom. I. Antiq. pag. 81. habet Gruterus pag. LXXII. Inſ. 5. & hanc Inſcriptionem ab H. Antonio Coronato, viro erudito, deſcriptam & ſibi miſſam protulit Aldus Manutius in Orthogr. pag. 6. & in Pighianis Inſcriptionibus ineditis quoque occurrit. Sed & ipſe Pighius, ita ut quondam oculatus teſtis Praeneſte totum deſcripſit Epigramma hoc, lectu digniſſimum, & a nemine, ut dicit, correcte publicatum, edidit in Hercule Prodicio pag. 385. Ferretius in Muſis Lapidar. Lib. I. init. & Joh. Matth. Toſcanus poſt carmina Illuſtr. Poët. Italor. ubi dedit vetera nonnulla Epigrammata ex vetuſtis lapidibus collecta, iis hoc quoque inſeruit Tom. II. pag. 90. & 91. nec non Itinerario ſuo Italiae Andreas Schottus Lib. III. pag. 580. denique etiam Coſmographiae ſuae Paulus Merula Part. II. Lib. IV. pag. 844. & quem minime praeteritum decebat, Joſ. Mar. Suarezius Lib. I. Praeneſtes Antiq. cap. XIV. p. 401. qui hoc carmen Valentiniani aevo ſcriptum putat. toto etiam Commentario illuſtratum dedit Fontejus de priſca Caeſiorum gente cap. V. a p. 111—120. quem vide. Apud hos tamen omnes non una eſt lectionis & ſcripturae diverſitas, ut videbimus.

v. 3. *Quae pietas ponit tibi dona merenti.*] *ponit*

ſibi

Effigiem noſtri conſervatura parentis:
Cujus ne taceat memorandum litera nomen,
CAESIUS hic, idemque TITUS, PRIMUSQUE vocatur.
Qui largae Cereris meſſes fructuſque renatos
Digerit in precium: cui conſtat fama, fideſque,
Et qui divitias vincit pudor; ire per illos
Conſuetus portus cura ſtudioque laboris,
Litora qui praeſtant feſſis tutiſſima nautis.
Notus in urbe ſacra, notus quoque finibus illis,
Quos Umber ſulcare ſolet, quos Tuſcus arator.
Omnibus hic annis votorum more ſuorum
Centenas adicit numero creſcente coronas,
Fortunae ſimulacra colens, & Apollinis aras,

Arca-

ſibi Apianus, *poſuit* Pighius in Inſcript. ſed *ponit* edidit in Herc. Prod. quomodo ceteri omnes. recte. praeſtat enim praeſens in votivo ſeu dedicatorio hoc carmine, & id ſequentia poſtulant. perperam autem Smetius exhibet *donat tibi dona merenti.* & ſic apud Merulam legitur. *donare* quidem & *donari donis* occurrere memini, ut apud Livium XXIV. 16. §. 9. aliosque. in Inſcript. apud Gruter. p. 365. inſ. 5. & apud Vignol. poſt Diſſ. ad Column. Ant. p. 321. DONIS DONATO AB IMP. TRAJANO. vide Patruum meum ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 115. & ad Sueton. Domit. cap. 2. ſic & in Epiſtola Septimii poſt Dictyos Cretenſis Praefationem, editur vulgo: *pro quo plurimis ab eo donatus eſt.* ubi Heinſius recte legit, *plurimis ab eo donis donatus*, vel *ornatus eſt*: *ponit* tamen hic praeferendum, & tam hoc in verſu, quam infra circa finem carminis, *Hoc poſuit donum*, ſignificat, dedicat, conſecrat, ut ſaepe. ita in alio Epigrammate apud Pithoeum Lib. I. p. 5. *Aediculam hanc Nymphis poſui.* Virg. VI. Aen. v. 19. de Daedalo: — *poſuitque immania templa.* Juvenalis Sat. XII. v. 94. *Cujus pro reditu tot pono altaria.* Auctor carminis liberi in Priapejis carm. XXVI. *Cymbala cum crotalis, prurigini arma, Priapo ponit.* ſed hoc ſatis notum & obvium eſt. vide Muncker. ad Hygin. Fab. 3. & 188. & Broukhuſ. ad Propert. Lib. II. El. XI. v. 27.

v. 4. *Noſtri conſervatura parentis*] *Conſervaciva* vitioſe apud Apianum. Scaliger edidit *conſerva Diva parentis*, neſcio an ex ingenio aut membrana veteri, an mendoſam Apiani lectionem emendans. certe apud neminem alium ita occurrit, ſed omnes in vulgatam conſpirant, ſi ſolum excipias Boiſſardum, qui eodem modo, quo Scaliger, exhibet, ut ad Gruterum in margine notatum eſt.

v. 6. *Idemque Titus*] *Titius* eſt apud Mazochium, Ferretium, & Fabricium. *hicque Titus* Boiſſard.

v. 7. *Qui largae Cereris meſſes*] *large* apud Mazoch. *longe* vetus Caroli Moroni codex Heinſio collatus. *meſſis* Boiſſard.

v. 8. *Digerit in precium*] Ita ad unum omnes: ſolus Mazochius & Fabricius habent *dirigit.* vitioſe. *praecium* eſt in Pighii Inſcript. MSS. & Apian. Ceterum his verſibus contineri deſcriptionem praefecti annonae rebuſque venalibus praepoſiti, quales apud Romanos fuiſſe Aediles, apud Graecos τιμούχους, vel ἀγορανόμους, putat Chishull ad Antiq. Aſiatic. pag. 101. Sed hi Romanis erant *Curatores Annonae*, vel, qui illis majores, *annonae Praefecti.* non autem Aediles. vide Patrui mei Diſſ. de Vectig. cap. 8. p. 118. & 119. hoc autem loco ſimpliciter de mercatore frumentario agitur.

v. 9. *Et cui divitias neclit pudor*] Ita Pithoeus, Scaliger. & Boiſſardus. *Aequi divicias* Apian. *& qui divitias vincit pudor* recte apud Smetium, Mazochium, Ferretium, Gruterum, Fabricium, Aldum, Pighium, Schottum, & Merulam legitur hoc ſenſu, cui fama & pudor conſtat, qui ſuperat divitias. neque aliter in veteri codice Moroni, & Toſcani editione Poëtar. Italorum. qui omnes etiam conſtanter habent, *ire per illos conſuetus portus*, pro quo *altos* Scaliger ac Pithoeus ediderunt.

v. 11. *Litora qui praeſtant*] Ita Pithoeus, Gruterus, Pighius, Aldus. & Schottus. ut ad portus referatur. & indicet ſtudioſiſſime obiiſſe illos portus, quo ſolent naves frumentariae adpellere, & hinc illi nautas praeſtant tutos. *praeſtans* codici ſuo adſcripſerat Heinſius. *praeſtat* Boiſſardus, Apianus, Scaliger, ac G. Fabricius.

v. 14. *Omnibus hic annis*] *anni* codex Moroni. *hinc* edidit Mazoch.

v. 15. *Centenas adicit*] Ita in omnibus pro *adjicit*, ut edidit Fabricius. de quo ſcribendi more vide Acidalium ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 130. pag. 613. & ex eo Bernecces. ad Juſtin. Lib. V. cap. 4. Manilius Lib. IV. init. *adice & civilia bella.*

Arcanumque VII. quorum conſentit in illo

Majeſtas,

plura Cel. Drakenb. ad Liv. I. 30. III. 2. X. 9. & alibi. in carmine autem, cum litera una hac in voce ejicitur, ſemper prima corripitur ſyllaba, ut videbis in exemplis optimorum Poëtarum apud Barth. ad Stat. VI. Theb. v. 4. & Carrion. Lib. I. Lect. Antiq. cap. 5. *Contentas adjicit* Mazochius.

v. 17. *Arcanumque* VII.] Hic locus varie legitur, & ſatis habet difficultatis. videamus primo lectionum variarum differentiam, & ſi quid ex iis poſſimus exſculpere, quod oportunius prae ceteris ac melius ſit, tentemus. apud Apianum hiatu relicto *Arcanumque* v¦¦. Pithoeus, Scaliger, & Boiſſardus ediderunt *Arcanumque* VII, quod apud ceteros non conparet; & quid ſibi velit, fateor me ignorare. Scaliger autem in notis ad Catalect. pag. 242. id explicat *Arcanumque Vii*, & ad Mercurium Deum Vium, ut vult, refert. quomodo & *Deos Vios*, ad quos omnis lucri decumae deferebantur, in Servio ac Solino corrigit. & ita etiam Gutberlethus de Myſter. Deor. Cabiror. cap. X. pag. 73. & Petavius ad Themiſt. Orat. IV. p. 392. ubi operarum vitio hoc carmen inſcribitur de *femina Praeneſtina*. Ea autem omnia, quae ibidem notavit Scaliger, videbis nunc iisdem verbis etiam legi in Scriverianis Anecdotis Philolog. cap. LXXV. p. 36. Verum hac Scaligeri emendatione refutanda totam paginam inplevit, Criticum agens, Cl. Ever. Otto in libro de Tutel. Viar. cap. IX. pag. 154. & 155. ſed quae omnia, pro more, ad verbum deſcripta ſunt ex Voſſio, quem tamen adſert, in Lib. VIII. de Theolog. Gentil. cap. XI. in fine. Pergamus recenſere varietatem lectionis, & inde, ſi poſſimus, veram & ex veſtigiis vulgatae ſcripturae erutam lectionem promere. Aldus, Smetius, Gruterus, & Merula ediderunt *Aegeriumque Jovem*, & ſic Demſter. in Etrur. Reg. Lib. I. cap. X. pag. 43. ubi integrum hoc carmen adſert: nec aliter dedit Toſcanus, & in Muſis ſuis Lapidariis Ferretius, qui in notis *Aegerium* explicat *Aricinum Jovem*, ab Egeria, quae in luco Aricino colebatur. nam quod *Ageriumque* apud Schottum legitur, typographicum vitium eſt. id vero longe videtur praeſtare, & ita etiam habet Pighius tam in Inſcriptionibus ſuis ineditis, quam in Hercule Prodicio; licet *Aegerii Jovis* non frequens adeo mentio nobis exſtet apud antiquos. Sed apud Mazochium tamen, Fabricium, & Suarezium habetur *Arcanumque Jovem*, quomodo etiam in veteri Moroni codice invenit Heinſius, quod vulgatae *Arcanumque* VII. propius inhaeret. at cum *Arcanus Jupiter* a veteribus vix memoretur, nata mihi fuit conjectura, legendum forte, *Albanumque Jovem*, & intelligendum eſſe Jovem Latiarem ſive Latialem, qui in Albano monte ſollemni & annuo Latinarum feriarum ſacro colebatur, ac praeſes erat totius Latii & foederis, quod Romanos inter & Latinos percuſſum erat a Tarquinio, ut notum eſt. de eo Servius ad illa Virgilii Lib. XII. Aen. v. 134.

At Juno e ſummo, qui nunc Albanus habetur,
Proſpiciens tumulo &c.

ita commentatur: *Hoc ideo ait, quia in Albano res divina a jure triumphantibus fieri ſolebat: ſcilicet quod Alba patria populi Romani habetur: unde omnis origo Romana: propter quod Albanique patres, & Jupiter Latiaris antiquiſſimus eſt.* vide & Feſtum in *Oſcillum*. Hanc emendationem confirmat Lucani locus Lib. I. v. 198. ubi ſimiliter Jovem Tarpejum, id eſt Capitolinum, cui vicinam hic poëta ponit Fortunam, & Latialem, id eſt Albanum, Jovem conjungit his verſibus:

—— O magnae qui moenia proſpicis urbis
Tarpeja de rupe Tonans, Phrygiique penates
Gentis Jüleae, & rapti ſecreta Quirini,
Et reſidens celſa Latialis Jupiter Alba.

quem ultimum verſum memoriae vitio perperam Horatio adſcribit Dauſq. in Orthogr. part. 2. pag. 180. ubi de Latiari ſeu Latiali Jove agit; de quo etiam vide eruditiſſ. Oudendorp. ad hunc Lucani locum, & adde Caſaub. aliorumque notas ad Sueton. Calig. 22. & Davieſ. ad Lactant. Epit. Inſtit. cap. 23. Ovidius Lib. XV. Met. 866.

Quique tenes altus Tarpeſas Jupiter arces.

ubi Cioſanus errat corrigens *Latius Jupiter* pro *altus*, addens Latialem Jovem in Capitolio cultum fuiſſe: cum Latialis Jupiter in Alba coleretur, ut ex Lucani loco patet. adde Valer. Flacc. Lib. II. v. 305.

Jam nemus Egeriae, jam te ciet altus ab Alba
Jupiter.

ubi vide Patruum meum, &, quem illic laudat, Cluver. Lib. III. Ital. Antiq. cap. 4. Statius Lib. V. Sylv. 2. v. 170.

Sed quis ab excelſis Trojanae collibus Albae,
Unde ſuae juxta proſpectat moenia Romae,
Proximus ille Deus.

Si vero *Aegeriumque Jovem* quis amplecti velit, eodem fere modo ex monte Albano explicare debebit: Pighius enim ad MSS. Inſcriptiones haec pauca adnotaverat, *vide num Jupiter Aegerius ſit idem qui Elicius, nam Aegeriae Nymphae monitu coelo evocatus fuit a Numa Jupiter.* Sed tunc ſine diphthongo ſcribe *Egeriumque Jovem* ab Egeria Nympha. quae confirmari poſſent ex Scholiaſte Cruquiano ad illum Horatii verſum ex Lib. II. Epiſt. I. v. 27.

Dictitet Albano Muſas in monte locutas.

ubi Scholiaſtes: *quia Egeria Nympha dicitur cum Numa Pompilio in Albano monte fuiſſe locuta.* & ſic recte cum Pighio *Egerium Jovem* intelligemus *Elicium Jovem*, de quo vide Patrui mei Jov. Fulg.

cap.

Majeſtas, longae promittens tempora vitae.
Accipe poſteritas, quod per tua ſecula narres.
TAURINUS cari juſſus pietate parentis
Hoc poſuit donum, quod nec ſententia Mortis

Vin-

cap. IX. Ne quid tamen diſſimulem, profiteri par eſt, poſtquam aliquot abhinc annis haec in chartam conjeceram, me admonuiſſe aliquando Celeb. Dorvillium, *Arcanum Jovem* memorari in Inſcriptione antiqua apud Fabrettum cap. V. pag. 411.

PATRONO COLONIAE
AMATORES REGIONIS
MACELLI CULTORES
JOVIS ARKANI
L. D. D. D.

& apud Murator. in Theſ. Inſcr. Tom. I. p. 181.

CULTORES JOVIS
ARKANI
REGIO MACELLI
PATRONO DIGNISSIMO
L. D. D. D.

ubi Muratorius ſolam hanc eſſe Inſcriptionem notat, in qua mentio fiat *Jovis Arcani*, quem primum hinc emergere putat, adeo ut fugiſſe eum videatur illa apud Fabrettum; neque decernere ſe poſſe fatetur, an ita dictus fuerit Jupiter, quaſi Abditus & Inviſibilis, vel quod in Arca (ſic enim ſcripſiſſe eum puto, non *Arce*) aut ſacrificiis a vulgi notitia remotis coleretur. Cum vero uterque lapis Praeneſte exſtet, vindicare hae Inſcriptiones poſſent *Arcanumque Jovem* in hoc carmine, quod cum ſit votum Fortunae Praeneſtinae, praecedentibus duobus monumentis Praeneſtinis Suarezio non memoratis accedat, in quibus *Arcanus Jupiter*, hactenus vix notus, occurrit. Eamdem hanc Inſcriptionem, a Joh. Bottario Florentino ſecum communicatam, jam ante Muratorium ediderat Cel. Gorius in Obſervat. ad monum. antiq. & aras Deorum ante Inſcript. Donian. Tab. II. pag. XLI. qui cenſet *Arcanum Jovem* cognominatum fuiſſe, quia in antro Cretae latuerit, & arcanis ſacris cultus fuerit, ac Praeneſte templum & aram fuiſſe *Jovis Arcani* ex hac eadem Inſcriptione colligit. tamen in nonnullis librorum exemplaribus hic perperam legi *Arcanumque Jovem* notat Fontejus de Priſc. Caeſior. gente pag. 118. qui *Aegerium Jovem* putat eſſe, qui in luco Aegerio Romae proximo templum haberet: male autem addit nullam alibi mentionem fieri *Arcani Jovis*, cum contrarium pateat ex his Inſcriptionibus. Sortium enim Praeneſtinarum ſeu Fortunae praeſides ſunt Apollo & Jupiter *Arcanus*. cujus haec Inſcriptio, quod bene animadvertendum, Praeneſtina eſt. vide Vulpii Lat. Antiq. Lib. XVI. cap. 8. p. 167. Cl. Oudendorpius exiſtimat, non incongrue hnc facere Romuli Deum *Conſum*, & forte *Arcanum Jovem* ſeriore latinitate derivari poſſe ab *arca* Sortium Praeneſtinarum, de qua Sueton. in Tiber. cap. 63. *Majeſtate Praeneſtinarum Sortium territus deſtitit, quod obſignatas devectaſque Romam non reperiſſet in arca, niſi relatas rurſus ad templum.* ubi vid. Torrent. aliter non male *arcarius* audiret Jupiter. ut *arcarii* in Inſcriptionibus ſaepe memorantur. vide Gruter. pag. DLXXX. 10. & Maffei Muſ. Veron. pag. 129. Cl. Cannegieterus in ſuis ad me literis d. XI. Aug. 1752. Arnhemia ſcriptis putat *Arcanum Jovem* deducendum eſſe ab Arca, quod Latii oppidum fuit: ut ab eodem oppido Arcanum Q. Ciceronis praedium fuit dictum. cujus ſaepe meminit M. Cicero frater in Epiſt. ad Attic. Lib. VII. Ep. 5. Lib. X. Ep. 1. & XVI. Ep. 10. & crebrius in Epiſtolis ad Q. Fratrem. Cl. Saxius tentabat *Agrariumque Jovem*. Nic. Bontius, juvenis egregius, *Agoriumque Jovem*, & intelligebat Διὰ Ἀγοραῖον mercatoribus praecipue cultum. de quo vid. Bergler. ad Ariſtoph. Plutum *v.* 1156. & ad Equites v. 408. 498. & de Mercurio Ἀγοραίῳ ad Equit v. 297. Cl. Schraderus *Arcanumque Invi*. Sed de his jam ſatis, de quibus Lectoris eruditi arbitrium eſto. Ego ceteris lectionibus & conjecturis *Jovem Arcanum* hic praefero.

v. 18. *Longae promittens tempora vitae*] Solus Moroni codex *promittere*. reliqui omnes nihil variant.

v. 19. *Accipe poſteritas, quod per tua ſecula narres*] Ita Pithoeus, Scaliger, Aldus, Gruterus, Mazochius, Fabricius, ac Matth. Toſcanus ediderunt. Pighius tamen in Inſcriptionibus & in Hercule Prodicio, ut & Merula ac Schottus habent, *poſt tua ſecula*, & ſic Smetius ac Metellus, ut in noviſſima Gruteri editione margini adnotatum eſt; inprobante Barthio ad Statii Lib. XII. Theb. v. 810. pag. 1563. & merito. ita in Inſcript. apud Ferret. in Muſ. Lapid. Lib. IV. pag. 249. *creſcat ſemper per ſecula nomen.* & ita legiſſe videtur Janus Secundus, ut ex ejus imitatione patet Lib. 1. Epigr. 43.

Pictor Hogenbergus, quod per tua ſecula cernas,
Hoc tibi, poſteritas vivida, fecit opus.

Hunc autem verſum etiam expreſſit poëta, neſcio quis, recentior in monumento tabulae, quae adhuc hodie Ultrajecti in templo D. Mariae, ab Epiſcopo Conrado aedificato, habetur in columna, cui taurus inciſus conſpicitur cum his verſibus:

Accipe poſteritas quae poſt haec ſecula narres,
Taurinis cutibus fundo ſolidata columna eſt.

vide Buchelium in notis ad Chronic. Joh. de Beka in Conrado Epiſc. XXII. pag. 44. Hiſtor. Ultraject. *Taurinus* Apian.

v. 22.

Digitized by Google

Vincere, nec poterit Fatorum ſumma poteſtas:
Sed populi ſalvo ſemper rumore manebit.

EP. LXXXI. *De Nympha ad fontem dormiente.*

Hujus Nympha loci, ſacri cuſtodia fontis,

Dor-

v. 22. *Vincere, nec poterit*] *potuit* V. C. Moroni.

v. 22. *Sed populi ſalvo ſemper rumore manebit*] Recte Clariſſ. Cannegieterus in Reſcript. Boxhorn. de Diſtich. Caton. cap. 23. in fine, illud *ſalvo*, quod in marmore habetur, exponit & legit *ſalvom*, ut ſcribebant veteres, id eſt *ſalvum*. Ex hoc antiquo ſcribendi more frequenter haec variata fuerunt, & ſaepe in ablativos in *o* tranſierunt accuſativi in *um*, quia per *om* ſcribebant, & verſa vice. ita *remediom*, *auxiliom*, unde *remedio*, & *auxilio* ab aliis natum. vide Patrui mei Comment. ad Phaedrum Lib. III. fab. 10. pag. 141. & ad Lucan. Lib. III. v. 277. apud Suet. in Aug. c. XIV. fine, *oppidom eruperat* ſcriptum fuit, unde alii *oppido*: vide iſtic notas, & ad Tiber. cap. 58. in Claudio cap. 37. pro *ſeducto* exaratum erat *ſeductom*, unde fecerunt *ſeductum*. ſic apud Juſtin. Lib. IV. cap. 1. §. 9. *citato impetu* vulgo legitur, ſed *citatom* antiquitus ſcriptum fuiſſe, & *citatum* legendum putat Schefferus, quem vide ad Lib. XXXVIII. cap. 5. §. 9. ubi *populo* ex *populom* id eſt *populum*. nec aliter ſcribendum Lib. V. in fine: *in eo praelio decem millia Graecorum in auxilio Cyri fuerunt*. ubi MSS. τὸ *in* non agnoſcunt. lege *auxiliom fuerunt*. ut eſt Lib. IV. cap. 3. *mox caeſis, quibus fuerant auxilium*. Ita enim optime codex Franequeranus, vulgati *tulerant*. ſic Lib. XII. cap. 7. *quae res illi exitium fuit*. ut in MSS. legitur, *non exitio*. & Lib. II. cap. XI. *qui dum ulciſci ſuos quaerunt, principium caedis fuerunt*. apud Propertium Lib. II. Eleg. 25. 61. *Actia Virgilium cuſtodis litora Phoebi*, ubi in aliis codd. *Virgilio*, quod recte Broukhuſius factum opinatur, quia ſcriptum fuerat, *Virgiliom*. Alia videbis in Miſcellan. Obſervat. Vol. VIII. Tom. III. p. 383. Ceterum quod Taurinus hic marmoreo ſuo monumento ſpondeat aeternitatem, in eo ſibi imitandum ante oculos habuit, ut recte Barthius d. l. obſervat, finem Ovidianae Metamorphoſeos. Hinc forte ſuſpicari quis poſſet hoc in verſu τὸ *quod* excidiſſe, & ex praecedentibus repetendum, ac legendum eſſe,

Sed populi ſalvum quod ſemper in ore manebit.

ut mutuatus ſit ex illis Ovidii:

Ore legar populi, perque omnia ſecula famâ,
Si quid habent veri vatum praeſagia, vivam.

ſed quia in marmore poſita eſt Inſcriptio, & qui eam adferunt, hic nihil variant, praeſtat manum abſtinere, & *populi rumore* pro fama ſecunda accipere. ut *rumore ſecundo* exponunt nonnulli apud Virg. VIII. Aen. 90. Horat. Lib. I. Epiſt. 10. 9. *Quae vos ad coelum fertis rumore ſecundo*. contra *adverſo rumore* apud Suet. in Tito cap. 7. ubi vide Patrui mei notas.

EP. LXXXI. *Hujus Nympha*] Suſpectum & ſane mihi commentitium plane videtur. SCRIVER. Legitur apud Apianum p. 325. & vitioſe apud Mazochium pag. CLVIII. ex viridario Cardinalis S. Clementis, ediditque Pithoeus p. 3. Fabricius in Monum. Antiq. pag. 163. Ferret. in Muſ. Lap. Lib. II. p. 108. Matth. Toſcanus poſt Carm. Illuſtr. Poët. Ital. Tom. II. p. 89. *b*. & ex arca marmorea in aedibus Jacobi Colotii produxit Boiſſard. in Topogr. Urb. Rom. pag. 106. Tomaſin. de Donar. p. 320. & Sponius in Miſcell. Erud. Antiq. pag. 37. quorum auctoritate vetuſtis Epigrammatibus adſcribere licet, quamquam recentius eſſe carmen, atque auctorem habere Angelum Colotium, ex Ubaldino in vita Colotii p. 32. adfirmat Leichius in Miſcell. Lipſ. Nov. Vol. I. p. 460. Exſtare tamen in Britannia in agro Dunelnenſi, ex Jacobi Bromii Inſcriptionibus Anglicanis traditur in Supplem. Act. Lipſ. Tom. IV. Sect. VII. p. 328. Habetur quoque in Cod. MS. Perotti: deſcripſitque ex Moroni codice Heinſius, praefigens, inveniri ſuper ripam Danubii in lapide, in quo ſculpta erat Nympha ad fontem dormiens mirabili arte. verſu tertio *Parce meum, quicumque ſubis cava marmora*, profert Bonifacius de comp. Epit. p. 160. ex MS. etiam Codice Inſcriptionum Jacobi Beyellii dedit Barth. LII. Adv. cap. 1. ſibi tamen male hoc vindicavit J. Auratus in Poëmat. Lib. 1. Epigramm. p. 38. niſi quod mutaverit v. 3. *quiſquis tanges mea marmora, ſomnum Frangere*. inter Romana monumenta etiam habetur apud Chytraeum in Delic. varior. per Europ. itiner. pag. 41. ubi male *cava murmura*. & apud eumdem inter Cimbrica pag. 504. habetur recens in Nympham venatricem horti & piſcinae cuſtodem carmen, cujus initium ex hoc Epigrammate poëta ille plagio aperto ſibi vindicavit:

Hujus Nympha loci, parvi cuſtodia ſtagni,
Dormio, dum ſtando feſſa reclino caput.
Parce meum, quiſquis venis huc, abrumpere ſomnum,
Seu tibi ſtare libet, ſive ſedere, tace.

Ipſa autem Nymphae in fonte ſuo dormientis effigies additis his verſibus conſpici poteſt in elegantiſſimo marmore apud Boiſſardum Part. VI. Antiq. tab. 25. *cuſtodia* recte pro cuſtode exponit Richter. Specim. Obſerv. Crit. p. 14.

v. 2.

Digitized by Google

Dormio, dum blandae ſentio murmur aquae.
Parce meum, quisquis tangis cava marmora, ſomnum
Rumpere. ſive bibas, ſive lavere, tace.

EP. LXXXII.

Sextus Pompejus I. cognomine Pandus,
Quoius & hoc ab avis contigit eſſe ſolum,
Aediculam hanc Nymphis poſui, quia ſaepius uſus
Hoc ſum fonte ſenex tam bene quam juvenis.

EP. LXXXIII.

Undis Cyaneis donum placabile fecit

Gon-

v. 2. *blandae aequae*] *blande* Aplan. & Mazoch. male. vide Heinſium Lib. I. Adverſ. cap. 13.

v. 3. *meum*] *meo* Apian. & *ſonum* pro *ſomnum* vitioſe.

v. 4. *ſive bibas, ſive lavere, tace*] Eodem modo in Inſcriptione, quam habet Tomaſinus, & Gruterus pag. XCIII. 12. quae Romae legi dicitur in domo Salvatiorum:

NYMPHIS. LOCI. BIBE. LAVA. TACE.

EP. LXXXII. *Sextus Pompejus*] Legi hoc Uticae, vulgo Uſetz, notavit Scriverius, ſed haberi Ucetiae, quatuor leucis a Nemauſo, videbis apud Bimardum in Diatrib. ante Muratorii Inſcript. Tom. I. pag. 55. apud Pithoeum habetur pag. 6. & Gruterum pag. XCIII. 9. niſi quod ille *abavis* conjungat. & v. 3. *poſuit quia ſaepius uſſus*. & ita ex Grutero profert Holſtenius in Commentariolo ad Veter. Nymphaei pictur. pag. 385. poſt ejus notas in Stephan. Byzant. ubi hoc Epigrammate illuſtrat morem veterum Aediculas Nymphis ad fontium capita ponendi. Verſu primo Scaliger ſupplebat, *Sextus Pompejus primus*, quod conjecit forte ex veſtigiis monumenti antiqui, in quo ſcriptum fuit ..*I*... unde integram vocem ei inſcriptam fuiſſe colligi poſſit, niſi potius compendio ſcribendi ſola I. litera numeralis inciſa. apud Ferretium in Muſis Lapid. Lib. I. pag. 31. habetur *Sextus Pompejus* .... relicto hiatu. qui etiam *abavis* conjungit, & v. 3. habet *poſuit quia*. & ſic Bimardus. ſed rectius in Pithoei editione legitur *poſui*, quod exigit ſequens pentameter, ut de ſe ipſe hic Sextus loquatur Pompejus. *quia* recte pro *qua* ex aliis emendatum Scaligero & Pithoeo, ne ad *aediculam* referatur, ſed ut indicet Nymphis ſe aediculam ideo dedicaſſe, quia fontis hujus aqua ſaepiſſime uſus ſit. ut autem hic *fonte uſum* ſe fuiſſe dicit S. Pompejus, ita apud Ovid. Lib. I. Faſt. v. 511.

Fluminaque & Fontes, quibus utitur hoſpita tellus.

Ejuſmodi vota Nymphis facta in monumentis antiquis videbis apud Gorium Obſerv. ad Aras Deor. ante Donii Inſcr. pag. 59. & 60. & ad Inſcr. Donian. Claſ. I. inſ. 107.

Ibid. *poſui qua*] Lege, *quia*. PITHOEUS.

EP. LXXXIII. *Undis Cyaneis*] Inſcriptionem hanc ex tabula marmorea Romae apud Gentilem Delphinium ipſe deſcripſit Smetius, in cujus Inſcriptionibus legitur Fol. XXIII. 9. & ex eo habet Gruterus pag. XCIII. inſ. II. Pithoeus Lib. I. pag. 7. & Ferret. in Muſis Lapid. Lib. I. pag. 32. ad hoc autem Epigramma apud Smetium & Gruterum adnotatum videas, primam ſyllabam in *Cyane*, Nympha ac fonte Siciliae, unde *Cyaneae undae*, corripi Ovidio Lib. V. Met. alio tamen in loco, Lib. IX. Met. produci: tamquam hoc in verſu ſingulare eſſet primam in *Cyaneis undis* longam occurrere. Ego apud antiquos poëtas numquam primam in *Cyane* productam, in adjectivo autem *Cyaneus* nullibi correptam inveni. ita in primo Ovidii loco Lib. V. Met. 412.

Hic fuit, a cujus ſtagnum quoque nomine dictum eſt
Inter Sicelidas Cyane celeberrima Nymphas.

Lib. II. ex Ponto Ep. 10.

Quaque ſuis Cyanen miſcet Anapus aquis.

& ſic apud Claudian. III. de Rapt. Proſ. v. 246.

—— *mediis invenimus arvis*
Exanimem Cyanen. & ſic ſaepe apud alios. at in altero Ovidii loco ex Lib. IX. Met. 451.

Cognita Cyanëe praeſtanti corpore nympha.

apud Statium Lib. V. Theb. 357.

—— *oraque primum*
Cyaneis arctata vadis. ubi Lutatius Scholiaſtes perperam Cyaneas cautes ſive inſulas Symplegadas, ab hac Cyane Nympha nomen traxiſſe innuit, ut a Viris doctis obſervatum eſt. de illis Lucanus Lib. II. 716.

Cyaneas tellus emiſit in aequora cautes.

& Valer. Flac. I. 630.

Hoccine Cyaneae concurrunt aequore cautes.

aliisque in locis, quos ibidem Weitzius cumulat. Sed & *Cyaneae undae*, ut in hoc Epigrammate, & *Cyaneum aequor*, apud poëtas frequenter occurrunt, ſemperque prima producta, & plus ſemel apud

I Avic-

Conducius blandas per aquas aram venerandam.
Hinc oritur pergitque fluens, deinde occidit in ſe
Ripas mox viridis renovantibus inclita Nymphis
Numina fontigero grates ex undique ſolvens
Soſpes cum comite praeſtat renovante liquore.

Ep. LXXXIV. *Ad Nympham.*

Dat tibi marmoreo caeſam de monte Dianam,
Regina undarum, Nympha, decus nemorum,
Voto damnaſti perfecta quem prece, Baſſus,
Moenitae propter moenia Germiſarae.

Avienum in Deſcript. Orb. ſed locis per librariorum malas manus corruptis: ſic v. 375.

Pars quae Cyaneo diſcedit ab aequore ſeptem
Oppida ſuſtentat.

ubi editum nunc circumfertur vitioſe: *Pars quae coëan.* & corruptius in Codice Bibliothecae Amboſianae, *Pars quae coeundis cedit.* v. 773.

Tenduntur Scythici longe maris in facis ortum
Eoae: tunc Cyaneis erepit ab undis

Inſula. ubi in vulgatis libris: *Eoa & ut coëaneis ſe repit.* Ita haec loca optime emendat Heinſius in margine ſui exemplaris, & prolixius in notis ineditis ad Val. Catonis Diras v. 39. ubi corrigit:

Quum tua Cyaneo reſplendens aequore ſilva.

vulgo *aethere. Cyrneo* perperam Scaliger.

v. 1. *donum placabile*] ſic Smetius. *placavile* apud Gruter. Ferret. & Tomaſin. de Donar. cap. XXVIII. ex promiſcua illa *b* & *v* ſcribendi ratione. *venerabile* memoriae, ut opinor, vitio citat Heinſius Lib. 1. Adverſ. 13. nulla enim eſt apud quemquam varietas, & ſequitur mox, *aram venerandam.*

v. 2. *Gonducius*] ita Pithoeus. *Contuccius* apud Smetium, & Gruter. *Contucius* Ferretius. *Conturcius* Pighius.

v. 3. *occidit in ſe*] ſic Pithoei editio. *occidet* eſt apud Smetium & Gruterum.

v. 4. *Ripas*] *Ripai* Smetius & Pighius. * IPAI Gruter. & ſic Ferretius edidit, qui pro *ipſa* poſitum ſcalptoris mendo putat.

v. 5. *Numina*] *Numine fontigero* vel *fontigeno* Smetius, Ferretius, Gruterus, ac Pighius.

v. 6. *cum comite*] ſic Pith. & Manutius, ut in Grutero notatur, ſyllaba producta ob ſequentes conſonas *pr.* ſed ceteri omnes *comites* exhibent. & ita Ferret.

Ibid. *renovante liquore*] praeceſſit modo *renovantibus Nymphis*, quae ingratiſſima eſt repetitio. forte *redeunte liquore.* ut in Inſcript. apud Gruter. p. XCIII. inſ. 1.

NYMPHIS. LYMPHISQ. AVG.
DVLCISSIMIS.
OB. REDITVM. AQVARVM.
PLACIDE. PROSILIENTIVM.

& Donium Claſ. 1. inſ. 107.

NYMPHIS. LYMPHISQVE.
AVGVST. OB REDITVM. AQVARVM.
P. POMPONIVS.
AVRELIANVS. C. F.
VIR. C. VOVIT.

Sed non tantum in his antiquitatis monumentis mihi ſumo.

Ep. LXXXIV. *Dat tibi marmoreo* &c.] Hoc Epigramma, quod in Tranſilvania ad Waradinum inter alias Romanas Inſcriptiones legitur prope thermas aquarum ſalubrium, primus, quod ſciam, produxit Wolfg. Lazius Lib. XII. Comment. Reip. Rom. Sect. 2. cap. 1. pag. 1091. ed. Baſil. ex quo hauſit Gruterus, ſed loco ejus non adnotato, pag. 39. inſcr. 8. qui varie corruptum edidit, & in nonnullis aliter quam Lazius: primo verſu apud utrumque haec lacuna erat: ...... *bi marm. c. d. m. Dian.* ... tertii verſus initio .... *to damnaſti praefecta* &c. habetur apud Lazium: *perfecta* recte Gruterus. ultimo verſu MOENITE dedit Lazius uno vocabulo: Gruterus MOENI. TE. & in notis ſuis monuit emendandum eſſe MOENITE unica voce, pro MOENITAE, idque pro MUNITAE. deinde PRO. TER. MOENIA. GERM. ISARAE. legitur apud Lazium: Gruterus ita, ut verſum hunc exhibui, edidit. Lacunas vero in hoc carmine, ſic, ut deſcripſi, ſupplevit Illuſtris Cuperus in Monum. Antiq. poſt Harpocrat. pag. 233. & quia verborum conſtructio in primo diſticho confuſior & intricatior eſt, hoc modo expoſuit; Baſſus tibi, Nympha, Regina undarum, dat, dedicat Dianam, decus nemorum, ſive Dianae ſtatuam, ex quibus ſatis commodus elicitur ſenſus. recte etiam Cl. Dorvillius legebat *Reginae.* id eſt, Nympha, tibi, Reginae undarum, Baſſus dat Dianam,

Digitized by Google

EP. LXXXV. *De Galatea.*

Diffugiens pontum ſilvas Galatea peragrat,

Cuſto-

nam, decus nemorum. *Regina undarum* eleganter hic dicitur Nympha, non autem ipſa Diana, ut male in Indice Gruteriano legitur, quomodo paſſim Deae apud poëtas *Reginarum* nomine occurrunt, ut *Venus Regina*, *Juno Regina* & ſim. apud Virgilium, Horatium, alioſque. vide Broukhuſ. ad Propert. Lib. IV. El. 5. v. 63. ſic *Regina nemorum* Diana, Senecae in Hippolyto v. 406. quae hoc in verſu, ut alias frequenter, *decus nemorum* dicitur. Emendanda forte eſt Inſcriptio antiqua, ſed mutila, quam in Indice Gudianarum Inſcriptionum exhibuit Cl. Heſſelius pag. 96.

RARVM AC NEMO
RVM INCOLAM.
ERARVM. DOMITRICEM
DIANAM DEAM. VIRGINEM.
VXENTIVS. VIR. C. VRIQVE.
PIVC. SVO. NVMINI. SEDI
QVE. RESTITVIT.

initio hujus Inſcriptionis truncatae illud RARVM merito offendit eruditiſſ. Heſſelium, qui ſupplendum conjiciebat LATEBRARUM, quaſi latebricola & nemoricultrix dicatur Diana. ſed non multum ipſe huic conjecturae videtur tribuiſſe, quia addit, illa conjunctim poſita LATEBRARUM AC NEMORVM INCOLAM ſibi non placere. Fateor mihi etiam illa minime ſatisfacere. Sponius in Miſcell. p. 88. edidit PEVRARVM, & inde male conjicit PIRARVM, & *piras* pro ſilvis explicat. quod merito exploſit Fabrett. p. 689. qui edidit..ARARVM; unde Patruus meus ad Grat. Cyneg. v. 494. legebat VMBRARUM. quod & Cl. Oudendorpio placebat. Opinor lapidis mutilati deſcriptorem nobis illud RARVM hic dediſſe ex proxime ſequente verſu tertio ERARVM, id eſt FERARUM, ut edidit Fabrettus. & in ipſo monumento fuiſſe VARVM, ideſt SILVARVM. & ita *incola Silvarum ac nemorum* Diana hic dicetur, ut in Senecae loco, quem ipſe profert Heſſelius, in Hippolyto v. 922. — *ſilvarum incola Ille efferatus &c.* & *Domina ſilvarum* Catullo Carm. ſecul. v. 5. *Regina nemorum* eodem Senecae Hippolyto v. 406. & *Dea ſilvarum* Ovidio Lib. III. Met. 163. *montium cuſtos nemorumque virgo*, & *ſilvarum potens Diana*, Horatio in Carmine ſeculari. & apud quos non? Ne vero quis otioſa aut inutili cumulatione *Silvarum ac nemorum incolam* hic dici Dianam putet, adeat Heinſii ac Patrui mei notas ad Ovid. I. Faſt. 512. ita *nemorum cultrix Latonia virgo* apud Virg. XI. Aen. 556. & *nemoricultrix* Statio Lib. IV. Theb. v. 425. Epigrammatis verſu tertio optime ſupplevit Cuperus *Voto damnaſti.* ita enim dicitur de eo, qui Deo alicui obnoxius eſt, ut votum ſolvat. Firmari hoc loco poteſt lectio vetus in noto Virgilii verſu Ecl. V. v. 80.

—— *damnabis tu quoque votis.*

ubi in aliis eſt *damnabis voti.* ſed Heinſius recte contra membranas veteres nil mutandum, & *voto damnari* pariter dici ac *voti damnari*, exemplis docuit: eamque lectionem illic agnoſcit Nonius Marcellus in *damnare.* & Servius, cujus loca Heinſio praeterita miror, ad Lib. V. Aen. v. 699. ubi dicit: *cum vota ſuſcipimus, rei voti dicimur, donec conſequamur beneficium, & donec condemnemur, id eſt promiſſa ſolvamus, ut alibi; damnabis tu quoque votis.* & ad Lib. V. Aen. v. 237. *Voti reus Debitor: unde vota ſolventes dicimus abſolutos. Inde eſt: Damnabis tu quoque votis: quaſi reos facies*: ubi admittendam puto Barthii emendationem, qui ad Statii Lib. VI. Theb. v. 198. corrigit: *unde vota ſolventes dicimus damnatos.* & vocem *abſolutos*, naſuto librario tribuendam cenſet, quod priore Servii loco, & Macrobii, quem bene corrigit, unice probatur. De ipſa locutione vide Caſtalion. Obſerv. Dec. III. cap. 9. & Paſſerat. ad Propert. pag 336. ubi cum ſexto caſu etiam occurrit in voto, quod pro Cynthiae ſalute faciebat poëta:

Pro quibus officiis ſacro me carmine damno.

Ultimo Epigrammatis verſu, quem intactum reliquit Cuperus, fateor mihi aquam haerere: dubitavi an in voce MOENI. TE. ut apud Gruterum legitur, vel MOENITE. ut Lazius edidit, nomen urbis aut loci lateret. ſed ſi bene Gruteri emendationem percipio, voluit ille corrigi *Moenitae*, pro *munitae*, id eſt muris cinctae. ut *moenire* pro *munire*, ſive urbem moenibus cingere, idque verum puto. Gellius Lib. VII. Noct. Att. cap. 1. *oppidum in Hiſpania ſitu, moenibus, defenſoribus validum & moenitum.* Excerpta ex Gloſſario MS. Balthaſ. Moreti, quae olim apud Heinſium fuerunt, *Moenio, muros aedifico. moenia munire* dixit Joſeph. Iſcanus Lib. I. 486. vide Salmaſ. ad Solin. Tom. I. pag. 372. ed. Pariſ. & ad Tertull. Pall. pag. 171. ſic *moeri* pro *muri* in optimis Virgilii Codd. MSS. vide Heinſ. ad Lib. IX. Aen. 664. & Lib. X. 24. & 144. Tunc *Germiſarae* nomen proprium erit loci aut oppidi. Sed de quo nihil mihi conſtare fateor. Sane *Germiſara* inter nomina Chorographica oppidorum & regionum in Indice Gruteriano ex hoc ipſo carmine refertur, adeo ut Gruterus aut Scaliger; cujus laborioſa manu Indices illi digeſti ſunt, idem etiam cenſuiſſe videantur.

EP. LXXXV. *Diffugiens pontum &c.*] Legitur in Codice Divionenſi ac Leidenſi, & ſchedis Salmaſii ab Heinſio deſcriptis, unde ipſe id protulit in notis ad

 Clau-

Digitized by Google

Cuſtodem ut pecorum cernere poſſit Acin.
Nam teneros greſſus infigit ſentibus ardens,
Nec tamen alta pedum vulnera ſentit amor.
Ipſa Cupidineae cedunt elementa pharetrae,
Cujus & in mediis flamma ſuburit aquis.

EP. LXXXVI. *De Galatea in vaſe.*

Fulget, & in patinis ludit pulcherrima Nais,
Prandentum inflammans ora decore ſuo.
Congrua non tardus diffundat jura miniſter,
Ut lateat poſitis tecta libido cibis.

EP. LXXXVII. *Aliter.*

Ludere ſueta vadis privato Nympha natatu,
Exornat menſas membra venuſta movens.

Comtas

Claudian. Lib. III. de Rapt. Proſerp. v. 333. & ex co habet Almeloven. pag. 8. notat ibidem Heinſius, Epigrammatis hujus auctorem contra legis metricae uſum primam in *Acis* corripere, neque enim auctoritatem ejus tanti eſſe, ut ſtabiliri hoc loco poſſit prava lectio in Claudiano: *Lucus erat prope flumen Acin.* pro quo recte ex antiquo Claverii codice reſtituit *prope flavum Acin.* ejus verba deſcripſit Lexici Poëtici & Geographici inſtaurator N. Lloydius in *Acis.* Certe apud omnes poëtas conſtanter producitur *Acis* fluvius, in quem Siculus ille *Acis* paſtor, Fauni & Symaethidis Nymphae filius, mutatus eſt, qui hic indicatur. vide Ovid. XIII. Met. v. 750. & ſeqq. In tumulum hujus Acidis Epitaphium Pentadii occurrit Lib. III. Epigr. vet. pag. 98. ed. Pith. ubi ſimiliter producitur:

Acidos haec cernis montana cacumina buſti &c.

de fluvio *Acide* adeundus magnus Caſaubonus in Lection. Theocr. cap. 2. & P. Carrera in Monum. Urb. Catanae Lib. II. cap. 6.

v. 3. *Nam teneros greſſus &c.*] Recte Cl. Oudendorpius diſtinguendum exiſtimabat,

Nam teneros greſſus infigit ſentibus, ardens
Nec tamen alta pedum vulnera ſentit amor.

& forte *Jam* cum eo legendum pro *Nam.*

v. 4. *Alta vulnera*] Vide Cl. Drakenb. ad Silium Lib. VI. v. 580. & Patrui notas ad Petron. cap. 136. p. 651. *vulnusque cruris haud altum* &c.

v. 5. *Pharetrae*] *Faredrae* erat in ſchedis Salmaſ.

EP. LXXXVI. *Fulget* &c.] Hoc & ſequens Epigramma, quod in Catalectis Petronianis p. 166. & 167. Ed. Patiſſon. etiam occurrit, habet Pithoeus Lib. IV. p. 159. & utrumque legitur etiam in ſchedis Salmaſianis. primo verſu *patenis* non *patinis* ſcribi in vetuſtiſſimo, & quadratis literis exarato, Divionenſi codice, quo Epigrammata quaedam vetera conprehendebantur, monet Gudius ad Phaedr. Lib. I. fab. XXVI. p. 39. eamque veram eſſe hujus vocis Orthographiam probat ex ejus diminutivo *patella.* vide Salmaſ. ad Trebell. Poll. Claud. cap. XVII. ubi ex antiquiſſimo codice haec Epigrammata etiam produxit, & *in patena* exhibet. In Apographo Heinſiano tamen legitur *in patinis.* ſed parum refert. In Gallicanis Divionenſis codicis Excerptis bina haec Epigrammata non inveni, unde mirari ſubit in antiquiſſimo illo, quem Gudius memorat, Divionenſi codice haberi; ſed illum ego cum Salmaſiano eumdem puto. neque etiam in Cod. Leidenſi leguntur. in Heinſiano eodem apographo legitur *ludens*, id eſt ſaltans, de quo alibi. & v. 2. *Prandentem* vitioſe.

v. 4. *Poſitis cibis*] Id eſt appoſitis in menſa, ut *ponere menſam*, *ponere vinum* poëtis familiare. ſic mox ſequitur *vacuum mihi pone boletar.* vide multa apud Heinſ. ad Ovid. I. Artis Am. 231. & recte hoc verbum Valerio Maximo Lib. II. cap. VI. I. adſeruit Doctiſſimus Abrah. Torrenius, quem virum optimum primae juventutis ac tyrocinii moderatorem me habuiſſe non in ultima felicitatis parte repono.

EP. LXXXVII. *Ludere ſueta vadis* &c.] *Bais* vitioſe in ſchedis Salmaſianis.

v. 3. * *Comcas nolo dapes*] Forte *Coſme has.* PITHOEUS. Ita etiam legitur in Petronio Joh. Petr. Lotichii p. 83. & in editione Frelionii ac Patiſſoniana. ſed male. & miror ita emendaſſe Pithoeum. hanc enim lectionem proveniſſe arbitror ab aliquo deſcriptore Italo, qui ſub Coſmo Mediceo vivebat. plurimi enim habentur codices MSS. circa illud tempus in Italia exarati, quibus farrago Epigrammatum, qua veterum qua recentiorum, nullo delectu aut ordine habito continetur,

Digitized by Google

Comtas nolo dapes, vacuum mihi pone boletar:
Quod placet adſpiciam, renuo quod ſaturat.

EP. LXXXVIII. *Aliter.*

In medio generata ſalo nunc arte magiſtra
Perveni ad menſam, hic quoque nuda nato.
Si prandere cupis, differ ſpectare figuram,
Ne tibi jejunus lumina tendat amor.
Quae ſim ne dubites, ludens ſine nomine lympha,
Quod Galatea vocer, lactea maſſa probat.

EP.

tur; qualem codicem alibi nobis uſui in his futurum ipſe etiam poſſideo: unde quum in Italorum Epigrammatibus iſtius temporis, frequentes Coſmi laudes & encomia occurrant, & illa vetuſtioribus Epigrammatibus inſerta ac conmixta habebantur, facile fuit librario vitioſam & corruptam lectionem offendenti, de ſuo ingenio ſubſtituere *Coſme bas nolo dapes.* mendoſum illud *Comeas* in Pithoei editione conparet, praefixo tamen aſteriſco in ſignum depravatae lectionis, unde ipſe etiam conjecit, *Coſme bas nolo dapes.* forte non ad Coſmi Medicei, ſed ad *Coſmi* nomen, Martiali & aliis veteribus memoratum reſpiciens, ut putabat Cl. Schraderus. Sed recte *comptas*, vel *comtas* profert ibidem Salmaſius, ex cujus ſchedis ita etiam deſcripſit Heinſius, & in ora libri ſui emendaverat Scriverius. unde illud in textum recepi. *comtas dapes* intellige multo artificio exſtructas & ad ornatum conpoſitas. ut contra *incomti epularum apparatus* Tacito de Morib. Germ. cap. 14. *comere convivia* Statio egregie reſtituit Gronovius in Diatrib. Stat. pag. 170. cujus locus eſt Lib. IV. Sylv. 6. v. 87.

Nec poſt Sidonii letum ducis aere potita
Egregio plebeja domus: convivia Sullae
Comebat.

ubi in vulgatis nunc circumfertur librarii vel Aldi gloſſa, *Ornabat.* ſed cum in MS. Senenſi *Canebat* inveniſſet Scaliger, ipſe in ora exemplaris ſui, quod apud me eſt, emendabat *Comebat*, quod recte probavit Gronovius. & ſic inveni adſcriptum editioni in Biblioth. Leidenſi, cui Franc. Junius varias lectionea ex eodem Senenſi codice adnotavit, quas eum a Scaligero habuiſſe puto: & recte hanc emendationem ſequitur Marklandus.

v. 3. *Vacuum mihi pone boletar*] Vid. Salmaſ. d. l. ubi de *boletari* egregie agit.

v. 4. *Quod placet*] *placeat* male in ſchedis Salmaſ.

Ibid. *Renuo quod ſaturat*] Ita in ſchedis ſcriptis, & editione Pithoei Genevenſi. & ad Hiſt. Aug. dedit Salmaſius. Heinſium tamen offendit hic verſus, & in leges metricas inpingere viſus eſt, quia verba tranſponebat, *quod ſaturat renuo.* in emendatiori Pariſina Pithoei editione & Patiſſoniana Catalect. Petron. vitio huic conſultum eſt inſerta litera, *rennuo.* ſed cum in mille poëtarum longe melioris aevi locis jam abunde notaverint viri docti, ſyllabam illam *re* plerumque communem occurrere, ut in *recido*, *redeo*, *refero*, *reficio*, *refugio* & ſim. adeo ut non opus ſit geminatis conſonantibus, ut in *relligio*, *repperio*, *rettulit*, & ceteris, cur etiam in his, non optimae aetatis carminibus, id non admittemus? Exempla vide apud Vinet. ad Auſon. p. 282. ed. Toll. Rittershuſ. ad Gunther. Ligur. pag. 103. Heinſ. ad Ovid. Ep. XVI. v. 46. & Drakenb. ad Silium Lib. I. v. 309.

EP. LXXXVIII. *In medio generata ſalo*] Debetur Salmaſianis & Divionenſibus ſchedis: in quibus ita, ut hic dedimus, legitur. in Codice Leidenſi titulus erat *de Galatea in vaſe.* primo verſu *arte magiſtra* elegantiſſime dictum, & ad imitationem veterum. vide Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XV. v. 83. v. 2. idem Heinſins adſcripſerat *menſas.* ſed cum in utroque apographo ita legatur, praeſtat forte nihil mutari, cum ejuſmodi licentiae non pauca, apud poëtas praeſertim deterioris ſeculi, ſint exempla. Adcuratius tamen locum hunc exigenti, vitii hujus inmunem reddere hunc poëtam, & a macula hac liberare poſſe mihi viſus ſum, ſi emendetur hoc modo:

In medio generata ſalo nunc arte magiſtra
Perveni ad menſam: ſic quoque nuda nato.

ut dicat Galatea, licet in menſam procul a mari arte ſim perducta, nihilominus nuda nato, in vaſe ſcilicet vini pleno. eadem variatione apud Lucan. IX. 528. *Sic quoque nil obſtat Phoebo.* ubi antea legebatur *Hic quoque.* Sed in optimis Codd. MSS. ut & tribus meia, ac Dorvillianis, habetur *ſic quoque.* vide iſtic Cl. Oudendorpii notas. vulgaris quidem, ſed elegans eſt uſus ille particularum *ſic quoque.* ut apud Statium Lib. IX. Theb. v. 616.

Sic quoque venatrix, animoque innupta remanſi.

& Lib. XII. v. 257.

Et tamen illaeſus ſi reddis conjugis umbras,
Sic quoque dulce ſolum.

Digitized by Google

HEROES ET HEROIDES.

LXXXIX. *Verba Achillis in Parthenona, dum tubam Diomedis audiſſet.*

Vana velut cautae ſurgens formido Parenti
Foemineos juvenem juſſit me ſumere cultus,
Et celare virum falſo per tegmina ſexu;
Unde ego lanificas tentavi inglorius artes,

5. Vir-

Suetonius in Aug. cap. LXXVIII. *In proximo cujuſcumque domeſticorum coenaculo manebat. ſic quoque ſaepe indigens ſomni.* id eſt, nihilominus ſomno deſtituebatur. Idem in Othone cap. 3. *Id ſatis viſum, ne poena acrior nimum omnem divulgaret: qui tamen ſic quoque hoc diſticho enotuit.* Eamdem formulae hujus elegantiam in Floro ſaepe obſervavit Freinshemius, cujus Indicem conſule, & Addenda Cel. Dukeri pag. 915. ſed & nonnullis Ovidii locis eam reddidit manus Heinſii, probante Patruo meo, quem vide ad Lib. III. Art. Amat. v. 265. praecipue ad illud Valerii Flacci Lib. IV. v. 598.

Sic quoque non uno dabitur tranſcurrere luctu.

quem verſum contra Heinſium, perperam illic *hic quoque* emendantem, recte vindicavit. forte & apud Ovid. v. Met. 676. legendum:

Aëre pendebant nemorum convicia picae:
Sic quoque in alitibus facundia priſca remanſit.

pro quo *Tunc quoque* Markland. in Epiſt. Crit. p. 138. apud eumdem Ovid. I. Am. 7. 13. legebat Heinſius:

Nec dominam motae dedecuere comae.
Sic quoque pulchra fuit.

quod fere admiſit Patruus meus. v. 3. *differs* male in ſchedis Salmaſianis & Cod. Leid. vitio enim aberrantis calami duplicata fuit litera ex initio ſequentis vocis.

v. 4. *Ne tibi jejunus lumina tendat amor*] *jejunum amorem* interpretor, qui efficit, ut ſpectator elegantis figurae in menſa eſuriat, & obliviſcatur cibi adpoſiti; niſi *jejunus* dicatur *amor*, quia effictus in vaſe non poterat ſatisfacere libidini, quam adſpectus in conviva excitaverat. ut *jejuna* & *deſtricta luxuria*, cui deeſt optima adparatus portio, apud Juſtin. Lib. XII. cap. 3. §. 11. vel *adſtricta*, ut illic legit Heinſ. ad Petron. cap. 119. *lumina* autem *tendere* credo poſitum pro intendere. ut oculos in ſe convertat. paullo aliter Virgilius Lib. V. Aen. v. 508.

—— *pariterque oculos telumque tetendit.*

ſic *contenti oculi* apud Suet. Tib. 7. quod vel de oculis amore tumentibus, vel fixis in Agrippinam & inmotis exponunt, quo refer illud Propertii Lib. I. 3. 19.

Sed ſic intentis haerebam fixus ocellis.

Vel forte legendum quis conjicere poſſet *lumina tentet amor.* id eſt oculos in laſciviam irritet ac ſollicitet. ſic apud Gellium Lib. VI. cap. 8. de Alexandro: *Victi hoſtis uxorem facie inclutam mulierem vetuit in conſpectum ſuum deduci, ut eam ne oculis quidem ſuis contingeret.* id eſt, ne illius adſpectu oculi ejus libidinis irritamento perſtringerentur. ſic *tentari* pro ſollicitari ad amorem. Ovid. I. Art. Am. 319.

Aut non tentaris, aut perfice.

& eſſe hoc nequitiae verbum videbis in notis Broukhuſii ad Tibull. Lib. I. El. 3. v. 73. Ultimo denique diſticho legi poſſet *Nympha* pro *lympha*. licet parum referat.

LXXXIX. VERBA ACHILLIS IN PARTHENONA] Sic optime legebat Celeb. Dorvillius, cum in ſchedis Salmaſ. Divionenſ. & Codice Leidenſi ſcribatur, IN PARTE NONA. Intellige autem Παρθενῶνα, gynaeceum Lycomedis. quae certiſſima emendatio eſt, firmaturque ex Scholiaſte Homeri ad Iliad. A. 131. Ἐπειδὴς γὰρ ὑπερεῖχε πάντας τοὺς ἥρωας Ἀχιλλεύς, καὶ γυναικοπρόσωπος, ὡς καὶ ἐν τῷ Λυκομήδους Παρθενῶνι ἀγνοηθῆναι ὅτι εἴη ἀνήρ. ita apud Tzetz. Chiliad. v. Hiſt. 16. pag. 78. legitur carmen cum hoc titulo, περὶ Ἀχιλλέως, τοῦ ἐν τῷ Λυκομήδους Παρθενῶνι. vide Nicephori Baſilacae Narrationes a Leone Allatio editas inter Excerpta Rhetorum cap. I. de Achille pag. 137. quo toto capite hoc carmen illuſtratur. alia dabit Meurſius ad Lycophr. v. 276. Carmen hoc, licet non aureae illius & probatiſſimae aetatis, ſed poëtae Scholaſtici ſit, merebatur tamen, ut in lucem a nobis protraheretur. Conferendum eſt cum Statii Achilleidos Lib. II. ubi Thetis oratione ſua Achillem adloquitur & perſuadet, ut femineo habitu indutus ſexum celaret: ſed deinde ſe prodit Achilles, & in turba mulierum, in Scyro inſula diem feſtum celebrantium, praeſertim eoram Deidamia, qua ardebat, ſimulatum femineum habitum deponit & virum denuo exſerit. In Divionenſibus autem legebatur hoc carmen poſt Exercitationes Scholaſticas eodem metro ad themata Virgiliana conpoſitas a Ruſino & Coronato, ut inſcriptio prae ſe fert. ſed an hoc ejusdem ſit auctoris, neſcio dijudicare. Certe ad hunc locum illud referre malui, cetera etiam in hac Epigrammatum & Poëmatium antiquorum Collectione deinde exhibiturus. Variantes Salmaſianarum & Divionenſium ſchedarum ut & Codicis Leidenſis lectiones, notis inſertas, hic ſubjungimus.

v. 2. *Foemineos juvenem juſſit me ſumere cultus,*
Et celare virum falſo per tegmina ſexu] licet ita in

ſchedis

Virgineiſque toris carpenda ad vellera inhaeſi:
Nunc autem proprium ſervans natura vigorem
Conpellit fluxos humeris depellere amictus;
Dum nos bella vocant rauco clangore tubarum,
Mens quatitur, ſaevuſque fovet praecordia Mavors:
Rumpe moras omnes fervens in praelia virtus,

Nec

ſchedis Salm. & Divion. exſtet, in Codice tamen Leidenſi a manu prima *falſos ſexus.* unde ſuſpicabar aliquando, hic turbatum eſſe deſcribentium culpa, & ultimam vocem ſecundi verſus in finem primi tranſponendam eſſe hoc modo:

Femineos juvenem juſſit me ſumere ſexus,
Et celare virum falſo per tegmina cultu.

ſumere femineos ſexus, eſt ſimulare puellam habitu muliebri adſumto. quomodo *ſexum mentiri* & *ſexum mutare* de Semiramide & Ninya Juſtinus Lib. I. cap. 2. *falſus* cultus eſt fallax, ſimulatus. vid. Serv. ad Virg. I. Georg. 463. & Broukh. ad Propert. II. 7. 43. cujus tamen notata *falſum ſexum* hic etiam vindicare poſſent. forte & tertio verſu non male quis conjiciat, *Et ſimulare virum.* ut apud Ovid. I. A. A. 690. — *Achilles veſte virum longa diſſimulatus erat.* vel quia *celare* in Codd. MSS. habetur, caſtigandum erit, *Et celare virum falſi per tegmina ſexus*; quod verum puto: quomodo *falſi ſub imagine ſexus occultum Achillem* dixit Statius Lib. III. Achill. v. 164.

At procul occultum falſi ſub imagine ſexus
Aeaciden furto jam noverat una latentem
Deidamia virum.

ſic *fallacia veſtis* itidem de Achille Ajax apud Ovid. Lib. XIII. Met. 162. & ſeqq. loco eleganti:

Praeſcia venturi genetrix Nereia leti
Diſſimulat cultu natum, deceperat omnes,
In quibus Ajacem, ſumtae fallacia veſtis:
Arma ego femineis, animum motura virilem,
Mercibus inſerui, neque adhuc projecerat heros
Virgineos habitus, &c.

ubi *ſumtae veſtis fallacia*, ut *ſumere cultus* hoc in loco. Itaque nihil nunc muto.

v. 5. *Carpenda ad vellera inhaeſi*] Sic edidi ſecutus Heinſium, qui ſchedis Salmaſianis ita adſcripſerat, cum in iis eſſet *ineſi.* ut & in Cod. Leid. in Divionenſibus legitur, *adhaeſi.* per *toros virgineos* intellige lectum ſtratum, qualem in atrio habebant mulieres lanificio operantes, ut de Lucretia Ovidius Lib. II. Faſt. 642.

Ante torum calathi lanaque mollis erat.

ubi vide Neapolim.

v. 7. *Dum nos bella vocent*] Sic ſchedae Salmaſ. & Cod. Leid. *vocant* Divionenſes. recte licet utrumque ſaepe varietur. vid. Miſc. Obſerv. Nov. T. II. p. 67. & Cl. Oudend. ad Hirt. de bell. Afric. cap. 88.

v. 9. *Saevuſque fovet praecordia Mavors*] Legendum putabam, *movet praecordia Mavors.* Valerius Flaccus Lib. VI. v. 403.

Romanas veluti ſaeviſſima cum legiones
Tiſiphone regeſque movet.

ſic apud Sil. Ital. Lib. V. 224.

Buccina lymphatas agit in certamina mentes
His iras adverſa fovent. ubi *movent* legebat Patruus meus, teſte Cl. Drakenborchio. ſed alterum hic praeferebat Cl. Oudendorpius, & exponebat, Mavors calefacit, incendit praecordia, quia mox ſequitur *fervens in praelia virtus*, id eſt incaleſcens. quod conferebat illis Lucani Lib. II. 557. *Fervidus haec iterum circa praecordia ſanguis Incaluit.* & Lib. VI. 240. *Incaluit virtus.*

v. 10. *Rumpe moras omnes fervens in praelia virtus.*] Ita hic verſus legitur in utroque ſchedarum exemplari & Cod. Leid. ut oratio Achillis directa ſit ad fortitudinem ac virtutem ſuam, cujus ſibi conſcius erat. aut ſe ipſe adloquatur, *Rumpe moras omnes, fervens in praelia virtus*; id eſt vivida mihi virtus eſt, & ardens in pugnam, ut apud Virg. XI. Aen. 386. *poſſit quid vivida virtus Experiare licet.* ſed non ſatis concitata oratio, & languere aliquantum mihi videtur hic verſus. Emendare igitur tentabam:

Rumpe moras; omnes fervent in praelia vires.

ſic Ulyxes ad Achillem apud Statium Lib. II. Achill. 198.

Te tua ſuſpenſis exſpectat Graecia ſignis,
Ipſaque jam dubiis nutant tibi Pergama muris,
Eia, age, rumpe moras.

quomodo forte caſtigandum apud eumdem Lib. I. v. 108. *Eia, age, rumpe moras, & fata latentia laxa.* ubi nunc legitur: *Eia irrumpe moras.* pro quo Gronovius ſubſtituit, *Eia irrumpe Deos.* Virgil. Lib. III. Georg. v. 43. *Te ſine nil altum mens inchoat. En, age, ſegnes Rumpe moras.* Lib. IV. Aen. 569. *Si te his attigerit terris Aurora morantem: Eia, age, rumpe moras.* Valer. Flaccus Lib. I. v. 306 *Tempus adeſt. age, rumpe moras.* & ſic paſſim. apud Virgilium tamen *omnes* etiam additur Lib. IX. Aen. v. 13.

Quid dubitas, nunc tempus equos, nunc poſcere currus,
Rumpe moras omnes, & turbata arripe caſtra.

& XII. Aen. 699. de Aenea,

Praecipitatque moras omnes: opera omnia rumpit.

Lucan. II. 524.

— *rue certus, & omnes*
Lucis rumpe moras.

unde

Nec fuerit latuiſſe meum. Si claſſica temno,
Dilexi latebras, neque ulla eſt culpa parentis:
Nam cum reſpicio quo ſim de ſemine cretus,
Semiferique animis recolo praecepta magiſtri,
Nec puerum decuit muliebri pectora peplo
Induere, & teneram greſſu ſimulare puellam:
Nunc igitur creſcens annis ſapientior aetas
Devovit Marti, tenuit quae corda Cupido,
Belligerumque Deum cum mens tum membra ſequuntur.
Stamina linquentes currant ad ſpicula palmae,
Terrificumque caput praefixa caſſide mitram
Pellat, & in gracili decorentur tempora ferro:
Arma tegant noſtrum potius quam ſuppara corpus,

A telis

unde & hic quoque diſtingui poſſet, *Rumpe moras omnes: fervent in praelia vires.* cur enim hic *ferveant* ſaltem requiri putet cenſor Lipſienſis, non video.

v. 12. *Dilexi latebras, neque ulla eſt culpa parentis*] Ita in Salmaſ. & Leid. Cod. ut innuat ſe deſtituiſſe in Inſula Scyro. ut infr. v. 63. *Degener ut lateam primaevo flore juventae.* ſed cum *latuiſſe* modo praeceſſerit, inconcinnius hic *latebras* repetit. Recte igitur *tenebras* in Divionenſibus, quod & amplectebatur amiciſſimus Oudendorpius, eo ſenſu, quo e tenebris in lucem prodire dicitur obſcura ac celata virtus, & firmabat e Silio Ital. Lib. xv. 69.

Tum virtus: Quasnam juvenem florentibus, inquit,
Pellicis in fraudes annis, vitaeque tenebras.

& ita haec variantur apud Stat. II. Achill. 243.

—— arcanis effert pudibunda tenebris
Deidamia gradum.

ubi in Cod. Voſſ. *latebris.* in ceteris hiatum agnoſcunt ambae Schedae cum Cod. Leid. qualis etiam infra occurrit v. 72. *Abſit ab ingenio & viribus Aeacidarum.* Heinſius tamen legebat: *neque enim ulla eſt culpa parentis.* rectius omnino. vid. infr. ad v. 33.

v. 14. *Animis recolo.*] Sic Divionenſes. *animi* in Salmaſ. & Leid. Cod. litera ultima abſorpta. *animo recolo* adſcripſerat Heinſius, ut ex eodem hoc ſchedarum ſuarum Florilegio Epigrammatum MSS. produxit ad Ovid. Epiſt. V. v. 113. verum quia id mihi ſonum ingratiorem reddere videbatur, praetuli Divionenſis codicis ſcripturam.

v. 16. *Teneram greſſu ſimulare puellam*] Similiter apud Statium II. Achill. 161. ubi manifeſtatus Achilles etiam mollitiem hanc averſatur:

Tunc vero tunc praecipue manifeſtus Achilles
Nec ſervare vices, nec jungere brachia curat.
Tunc molles greſſus, tunc adſpernatur amictus
Plus ſolito, rumpitque choros, & plurima turbat.

ubi rectius forte legeretur: *tunc adſpernatur amictus Inſolitos*, femineum habitum ſcilicet, ſive quod pectora muliebri peplo induerit, ut hic poëta loquitur. niſi *plus ſolito* quis jungat cum *adſpernatur*, quia jam per anni tempus amictum iſtum femineum geſſerat.

v. 19. *Cum mens tum membra ſequuntur*] Ita dedi ex Divionenſibus ſchedis. vitioſe Salmaſianae & Leid. Cod. *cum mens nunc membra ſecuntur.* in quibus verſu ſeq. etiam perperam *liquentes.*

v. 21. *Praefixa caſſide mitram Pellat*] Sic eaedem Divionenſes. & ita correxit Heinſius Salmaſianas ſchedas, in quibus male *mitra.* quomodo & in Cod. Leid.

v. 22. *in gracili decorentur*] ſic Divionenſis codex. in Leid. *in gracili decurentur.* Salmaſ. Schedae, *ingracili. gracile ferrum* de galea, ut *graciles ex aere catenae* Ovid. IV. Met. 76.

v. 23. *Arma tegant noſtrum potius quam ſipara corpus*] ita in MSS. Scribe, *ſuppara.* Nam *ſupparum* ſive *ſupparus*, ut Feſtus inquit, *lineum puellare veſtimentum eſt quod & ſubucula, (id eſt camiſia) adpellatur.* ubi ex Afranio profert hunc verſum,

Puella non ſum, ſupparo ſi induta ſum?

ad quem vide Scaliger. pag. 200. & 201. & qui Feſti verba & verſum Afranii per interrogationem bene conſtituit, Voſſium in Etymolog. pag. 504. Gloſſae Iſidori *ſuperaria, veſtis quae ſuperinduitur.* ubi Scaliger *ſuppara* corrigebat. Lucanus Lib. II. v. 364. de Marcia Catonis:

Balteus haud fluxos gemmis adſtrixit amictus
Colla monile decens, humeriſque haerentia primis
Suppara nudatos cingunt anguſta lacertos.

ubi vides *fluxos amictus* etiam de muliebri ac molli habitu dici, ut ſupra Achilles v. 7. *Compellit fluxos humeris depellere amictus.* & apud Statium Lib. I. Achil. v. 532. ad hunc eumdem Achillem:

O ſcelus! en fluxae veniunt in pectora veſtes,
Scinde puer, ſcinde, & timidae ne crede parenti.

molles habitus vocat infra v. 85. *Induxi molles habitus,*

Digitized by Google

A telis ad tela decet tranſire juventam,
Atque hoſtes gladio quam lanas fundere fuſo;
Tenuïa loricae cedant multicia forti,
Splendeat & raptus projecto pectine mucro;
Contemtis radiis onerentur brachia pilis;
Clauſa diu thalamo reddamus pectora campo;
Praeſumit certam virtus ſibi conſcia palmam,
Haec dubios gaudet perferre interrita caſus:
Nil metuat qui magna cupit. conſtantia mentis

Fata

tus, velut edita virgo. nec diſſimilis Senecae locus in Oedipo v. 425. de Baccho:

Inde tam molles placuere cultus
Et ſinus laxi, fluidumque ſyrma.

quae loca de femineis veſtibus agunt: nam *ſuppara* muliebre, numquam virile veſtimenti genus. vide de iis Deir. ad Senec. Med. 328. & egregie Cuper. Lib. IV. Obſerv. 17. & plura dabit Barthius in Animadv. & Gloſſar. ad Scriptor. Bongarſ. Hiſt. Palaeſt. in Reliq. MSS a Ludewigio editis Tom. III. pag. 250. ſeq. Cl. Schraderus hic conjiciebat *pectus* pro *corpus*. ut ſupra v. 15.

Nec puerum docuit muliebri pectora peplo Induere.

& apud Stat. II. Achill. 137.

O ſcelus! en fluxae veniunt in pectora veſtes.

quia tamen alterum in Codd. MSS. exſtat, nulla mutandi neceſſitas eſt.

v. 24. *A telis ad tela decet tranſire juventam,*
Atque hoſtes gladio quam lanas fundere fuſo] ſic Codd. MSS. niſi quod vitioſe *fuſa* in Salmaſ. nota ellipſi hic intelligitur *magis* vel *potius*. ſed quam elegantiam poëtae huic Scholaſtico in mentem veniſſe non opinabatur Cl. Oudendorpius, ac legebat, *Atque hoſtes gladio, non lanam fundere fuſo.* Ludit poëta in ſignificatione *telarum*, quae mulieribus & puellis lanam trahentibus conveniunt, & *telorum*, quae viros fortes & bello habiles decent. ut praecipit Hector apud Homer. Iliad. Z. 491. quem locum forte ante oculos noſter habuit:

Ἱστόν τ' ἠλακάτην τε καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
Ἔργον ἐποίχεσθαι. πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει.

id eſt, ex interpretatione Eobani Heſſi,

—— *telam, ſubtegmina, lanas*
Ancillae expediant, tua ſunt opera iſta: virorum
Bella relinque viris.

quae cum verteret, cogitabat illa Ovidii XII. Met. 475.

—— *Columque*
I cape cum calathis, & ſtamina pollice torque,
Bella relinque viris.

ſic in Epigrammate apud Pithoeum Lib. IV. p. 179.

Tela viris decus eſt, peplumque coluſque puellae.

ſimili colore haec inter ſe opponit Hypermneſtra apud Naſonem Epiſt. XIV. 55.

Femina ſum & virgo, natura mitis & annis,
Non faciunt molles ad fera tela manus.

& v. 65.

Quid mihi cum ferro? quo bellica tela puellae?
Aptior eſt digitis lana coluſque meis.

& videri poſſit auctor haec adumbraſſe ex elegantiſſimo ejuſdem Ovidii loco Lib. I. Art. Am. 691. & ſeqq. ubi ſimiliter de Achille:

Quid facis, Aeacida? non ſunt tua munera lanae,
Tu titulos alia Palladis arte petas.
Quid tibi cum calathis? clypeo manus apta terendo eſt,
Penſa quid in dextra, qua cadat Hector, habes?
Rejice ſuccinctos operoſe ſtamine fuſos,
Quaſſanda eſt iſta Pelias haſta manu.

v. 26. *Tenuïa loricae cedant multicia forti*] ſic exhibent Schedae Divionenſes, cujus lectionis veſtigia ſunt in Salmaſ. . . *via loricae edant multicia.* quomodo & in Cod. Leid. niſi quod in illo *aedant*, id eſt *cedant*. Heinſius in margine Schedar. Salm. corrigebat, *Licia loricae cedant multicia forti.* ſic *licia multiplicia* apud Ammian. Marcell. Lib. XVII. 4. Forte legendum,

Tenuia loricae cedant nunc licia forti.

licia enim telarum ſtamina. vid. Salmaſ. ad Capitolin. Pertin. 8. neque incommode hic legi poſſet, niſi obſtarent Codices MSS.

Serica loricae cedant multicia forti.

quia *multicia* veſtes femineae tenues, ac pellucidae, erantque ſerica. certe hanc conjecturam juvant non parum notata Salmaſio ad Vopiſc. Aurel. cap. 12. Neque tamen vulgatam *Tenuia multicia* repudio, cum defendat illam Juvenalis Sat. II. 66.

—— *cum tu multicia ſumas.*

ubi Scholiaſtes exponit, *veſtes molli intextas ſubſtamine, quibus uti ſolent puellae.* quae certe Achilli in Parthenone convenientiſſima ſunt. de proceleuſmatico *tenuia* triſyllabice vid. Serv. ad Georg. I. 397. & Erythr. Ind. Virg. ac diverſo ejus uſu Zinzerling. Promulſ. Crit. c. 36.

v. 31. *Haec dubios gaudet*] perperam in Salmaſ. & Leid. Cod. *Hac dubios.* unde emenda, *Ac dubios.*

v. 32. *Nil metuat qui magna cupit.*] *metuit* legebat Cl. Schraderus. Expreſſum videri poſſit ex illo Senecae in Thyeſt. v. 388.

Rex eſt qui metuit nihil.
Rex eſt qui cupiet nihil.
Hoc regnum ſibi quiſque dat.

Fata domat: nec jam potis eſt fortuna nocere
Securo mortis, cui non ſunt bella timori:
Fortibus una viris pariliſque per omnia fors eſt,
Aut palmae aut leti pugnando adquirere laudem.
Cernere jam videor, quanta mercede cruoris
Conſtabit raptus Paridi crimenque jacenti.
Obvia criſtatus cum ſparſerit agmina vertex,
Et ſolo adſpectu claudentur Pergama noſtro:
Cumque novus fuſos bellator fudero Teucros,
Multa trahet Xanthi Trojana cadavera gurges,
Majoremque feret cultorum ſanguine curſum.

Sed

v. 33. *Fata domat*] *domant* male Salmaſianae ſchedae. *domat* Leid. Cod. & Divion. a manu ſecunda.

Ibid. *Nec jam potis eſt fortuna nocere*] Friget valde illud *nec jam.* nihil tamen ſchedae variant. Scribendum nihilominus exiſtimo: *nec enim potis eſt fortuna nocere Securo mortis*; elegans, apud poëtas praeſertim, uſus eſt hujus locutionis, ſed ſaepe depravatae. Ita ſupra in hoc carmine v. 12. ex emendatione Heinſii: — *neque enim ulla eſt culpa parentis.* Ovidius XIV. Met. v. 25. *At Circe, neque enim flammis habet aptius ulla Talibus ingenium.* & v. 246. *Nate Dea (neque enim, finito Marte, vocandus Hoſtis es,) Aenea.* & ſic ille ſaepius. Statius Lib. V. Sylv. II. 51. *Diſce puer, nec enim externo monitore petendus Virtutis tibi pulcher amor.* Joſephus Iſcanus Lib. II. v. 363. *nec enim ſecura meandi Copia.* & ibid. v. 523. *nec enim tibi, Juno, nepotes Invideo.* Juſtinus Lib. II. cap. 13. §. 11. *Siquidem quotidiano labori, (neque enim ulla eſt metuentibus quies) etiam fames acceſſerat.* porro *ſecurus mortis* hic dicitur ad exemplum optimorum auctorum. *ſecurus amorum* Virg. I. Aen. 350. *ſecurus ſceptri* Silius Lib. XVII. 628. *ſecurus fati* apud Claudian. IV. Conſ. Hon. 393.

Tunc ego ſecurus fati, laetuſque laborum.

ita *ſecurus potentiae Auguſtus* apud Tacit. III. Aen. 28. & *ſecurus fugae* apud Juſtinum Lib. XIII. cap. ult. ut ex MSS. ſcribendum monuit Patruus meus ad Valer. Flacc. Lib. VIII. v. 14. ſic *ſecurus pelagi, ſecurus vulgi*, & ſim. de quibus vide Heinſ. ad Ovid. VII. Met. 435.

v. 37. *Cernere jam videor*] Ita legend. non *nam videor.* Obvia, ſed elegans locutio, & poëtis uſitata. Sidonius Apollin carm. XXII. pag. 367.

Cernere jam videor quae ſint tibi, Burge, futura.

Nemeſianus Cyneg. v. 80.

— videorque mihi jam cernere fratrum
Auguſtos habitus.

Plinius Lib. V. Epiſt. 6. *Neque enim terras tibi, ſed formam aliquam eximiamque pulchritudinem videberis cernere.* ſic locus ille ſcribendus ex binis Leidenſis Bibliothecae codicibus. *videre videor* etiam apud alios. Ovid. Lib. II. ex Ponto El. 4. v. 8. *Et videor vultus mente videre tuos.* Boëthius Lib. I. de Conſol. Philoſ. Proſ. IV. *Videre autem videor nefarias ſceleratorum officinas gaudio laetitiaque fluitantes.* plura vide apud Bentlejum ad Horat. Lib. II. Od. I. v. 21. ubi etiam illuſtrat morem loquendi poëtis familiarem, quo videre ſe ſtrages & bella ſibi fingunt, quae deſcribunt: ut hoc in loco. vide Barth. & Cuper. ad Petron. cap. 121. *Cerno equidem gemina jam ſtratos morte Philippos.* Lucanus Lib. VII. v. 292. *videor fluvios ſpectare cruoris Calcatoſque ſimul reges* &c. Silius Italicus Lib. I. v. 126.

Aetolos Latio conſterni milite campos
Ideoque lacus ſtagnantes ſanguine cerno.

ut locum emendat Heinſius Lib. II. Adverſ. 10.

v. 39. *Obvia criſtatus cum ſparſerit* &c.] ita correxi ex Cod. Divionenſi optimo. In Schedis Salmaſ. legebatur,

Obbia criſtatus conſparſerit hac mina vertex.

in Cod. Leidenſi,

Obbia criſtatus conſpar ſerit hac̃ mina vertex.

& *agmina* in margine.

v. 43. *Cumque novus fuſos bellator fudero Teucros,*
Multa trahit ſecum Trojana cadavera gurges,
Majoremque feret cultorum ſanguine curſum] Sic fere leguntur hi verſus in Codd. MSS. licet ita vix commodum habeant ſenſum. In Salmaſ. & Leid. Cod. erat, *Cumque novos fuſos.* In Divionenſibus aliquanto rectius, *Cum novus effuſos.* licet vel ſic *effuſos fudero Teucros* merito offendant. Sed reliqui verſus graviori laborant vulnere. *Multa trahit ſecum* legebatur in Divionenſibus, ſed ſic tamen, ut aſteriſci ſignum voci *ſecum* adpoſitum indicaret vitioſam aut lectu difficilem in codice ipſo fuiſſe lectionem. In Salmaſiano & Leidenſi libro erat, *Multa trait Sci*, id eſt *Sancti*, unde non difficile eſt cum Heinſio veram eruere lectio-

nem,

Digitized by Google

Sed mihi quis referat, quae tu praeſaga creatrix
45. Subducens fatis, alieni ſymbola ſexus, Ad

nem, qui corrigebat *Xanthi*, ut in verſu illo apud Terentianum Maurum pag. 53. ed. Briſſ.

Sanguine turbatus miſcebat litora Xanthus.

quae certiſſima & indubitata lectio eſt, quamque dediſſet nobis craſſus monachi librarii ſtupor, niſi auribus verba praelegentis prave excepiſſet, & ex *Xanthi* voce ipſi ignota formaſſet *Sancti*. itaque eam in contextum recipere non dubitavi. Simili ſcripturae diverſitate corruperunt locum Auguſtini Lib. XVIII. de Civ. Dei cap. 19. ubi vulgo legebatur, *Sabini Regem ſuum primum Xanthum, ſive ut aliqui appellant, Xanthium retulerunt in Deos*; pro quo in Codd. MSS. aliisque exemplaribus vel *Sanctum*, vel *Xanctum* haberi teſtatur Lud. Vives, qui *Sangum* emendat, pro quo *Sancum* rectius Caſtalio Dec. III. Obſerv. cap. ult. pag. 161. contra librarii aberrantes in MSS. Virgilii, teſte Pierio, Lib. VIII. Aen. v. 72. pro *genitor cum flumine Sancto*, dederunt, *cum flumine Xanto*. Ego amplius hoc in loco ſeq. verſ. pro *cultorum* caſtigandum opinabar *caeſorum ſanguine* pari mendo laborat Catullus Carm. LXV. v. 563. ubi feliciſſime emendat Heinſius,

Cum Teucrum e caeſo *concervatum aggere buſtum.*

ut intelligantur Trojani mactati ad tumulum Achillis. in vulgatis nunc legitur, *Cum teres excelſo concervatum &c.* Totus igitur locus ſic conſtituendus:

Cum novus effuſos bellator ſudero Teucros,
Multa trahet Xanthi Trojana cadavera gurges,
Majoremque feret caeſorum ſanguine curſum.

indicat fluvium Trojae Xanthum ex ſanguine caeſorum Trojanorum quaſi turgentem, & cruore illo auctum latius ſe effuſurum. Achilles enim plurimos Trojanorum ſugatos agitavit in Xanthum, ut videbis apud Homer. Iliad. Φ. init. ubi v. 15. dicit:

Ὣς ὑπ' Ἀχιλλῆος Ξάνθου βαθυδινήεντος
Πλῆτο ῥόος κελάδων ἐπιμὶξ ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν.

quod imitatus eſt Virgilius, notante Servio, Lib. V. Aen. 806.

—— *cum Troia Achilles*
Exanimata ſequens impingeret agmina muris,
Millia multa daret leto, gemerentque repleti
Amnes, nec reperire viam atque evolvere poſſet
In mare ſe Xanthus.

Auctor Enarrationis Belli Trojani ex Periochis Homericis, quae inedita legitur in Cod. MS. Biblioth. Leid. poſt Gloſſas Doſithei; ubi poſt Lycaonem, Aſteropaeum, & Paeonem ab Achille interfectos addit: Ἐφ' ᾧ ὀργισθεὶς Σκαμάνδρος ὁ ποταμὸς τῷ Ἀχιλλεῖ, διότι ῥεῖθρον αὐτοῦ ᾑμάτωσε. Pindarus Thebanus Epit. Iliad. v. 915.

—— *Dardana pubes*
Confugit ad Xanthi rapidos perterrita fluctus &c.
Ira dabat vires, tinguntur ſanguine ripae,
Sparſaque per totos volvuntur corpora fluctus.

ubi *ſtringuntur* pro *tinguntur* in duobus Leid. Bibl. codicibus. Catull. Epith. Pelei & Thet. v. 357. de Achille:

Teſtis erit magnis virtutibus unda Scamandri,
Quae paſſim rapido perfunditur Helleſponto,
Cujus iter caeſis *anguſtans corporum* acervis
Alta tepefaciet permiſta flumina caede.

ubi legendum *auguſtans* ex Cod. meo MS. monui in notis ad Lotichium. in ſuperioribus dixerat Catullus v. 344.

Non illi quiſquam bello ſe conferet heros,
Cum Phrygii Teucro manabunt ſanguine rivi.

ubi perperam Iſ. Voſſius emendavit & edidit, *Teucro manabunt ſanguine Teucri*. cum *campi* rectius dederant alii, vel potius *rivi*, ut in editione Douzae aliorumque, quod verum puto. *mtui* male Vulpius. adpoſite ad hunc locum Statius I. Achill. 86.

Quem tu illic natum Sigeo in pulvere, quanta
Adſpicies victrix *Phrygiarum funera matrum?*
Cum tuus Aeacides tepidos modo ſanguine Teucro
Undabit campos. ut e MSS. praefert Cl. Oudendorpius. pro quo *tepido modo ſanguine Teucrum* Dorvill. in Miſc Obſerv. Vol. II. pag. 75 Expreſſus autem eſt Catulli locus ex verſibus Accii in Epinauſimache apud Nonium in *amnem*. quae ipſius Achillis verba eſſe putabat Scaliger,

Et Scamandriam undam ſalſo ſanctam obtexi ſanguine,
Atque acervos alta in amni corpore explevi hoſtico.

ut locum conſtituit G. J Voſſius in Caſtig. ad Fragm. Tragic. a Scriverio Collect. p. 152. & Columna ad Ennium pag. 106. qui teſtatur Giſanium priorem verſum ſic legiſſe,

Cum Andrum undique ſalo cinctum obtexi ſanguine.

ſed fruſtra. vide & de hoc loco Accii Fruterium Lib. II. Veriſ. cap. 5 p. 75. in Catulli verſu Iſ. Voſſius ad marginem Nonii adſcripſerat legendum eſſe,

Cum Phrygii Teucro manabunt ſanguine acervi.

inconcinne, cum mox ſequantur *caeſi corporum acervi*. qui proprie de ſtrage mortuorum dicuntur. Auctor Panurgi ineditus v. 615.

Aſt illum juvat undanteis late undique campos
Graminaque undanti ſtare altum tecta tueri
Sanguine, & ingenteis caeſorum *cernere* acervos,

quo loco emendatio noſtra in his verſibus non parum probatur. pari modo Lotichius, non minor antiquis poëta, Lib. I. El. IX. 16.

Albi pater, pater Albi, tuo quot corpora volves
Gurgite, caeſorum *quantus* acervus *eris.*

ubi vide quae notavi. Ex his etiam firmari poſſet Tanaq. Fabri correctio apud Juſtinum Lib. II. p. XI. ubi pro *ingentibus ſtratorum hoſtium catervis* reponit *acervos*, quomodo & in verſibus Catulli & Accii apud Nonium modo productis. id eleganter expreſſit Homerus Iliad. A. 383. οἱ δέ νυ λαοὶ θνῆσκον ἐπασσύτεροι, *cadebant alii ſuper alios.* quamqam Statii locus a Graevio citatus vulgatam Juſtini lectionem ſatis defendere poſſit. Ita *ingentem ſtragis* vel *caedis acer-*

Digitized by Google

Ad Lycomedeos fecit tranſire penates;
Depoſitumque ſuum maluit committere blandis
Virginibus, nec te rapiat ſic Martius ardor,
Orbatam ut crucies non viſo pignore matrem.

50. Va-

rum Virg. XI. Aen. 207. & 384. ubi vide notas. *cumulum ſtragis* vocant alii. vide Heinſ. ad Claudian. III. Rapt. Proſ. v. 342. Steph. Stephanium ad Saxon. Gramm. pag. 78. & Patrui mei notas ad Valer. Flacc. VI. 596. Quia tamen *cultorum* tam in Divionenſi, quam in Salmaſ. & Leid. Codice habetur, adquieſco illorum judicio, qui *cultorum* hic retinent, & pro accolarum exponunt. certe id melius, quam *multorum*, ut conjiciebat juvenis ad eruditionis Criticae ſacra feliciter adſpirans Jod. Joh. Struchtmeyerus in Animadv. Crit. cap. 8. quia enim *Multa* modo praeceſſit, ſuavitatem iſtius repetitionis me non ſentire fateor. Ceterum in ſtrage bellica fluvii vicini a poëtis ſaepe inducuntur ſanguine caeſorum tumidi ac creſcentes. vide Virg. VI. Aen. 87. & XI. 393. Silium Ital. Lib. VI. 603. XI. 139. & XII. 673. Lucan. II. 212. X. 32. & Claudian. Bell. Get. v. 515. quibus adde Minucium Felicem Octav. cap. VII. p. 66. *& ut Thraſymenus Romanorum ſanguine & major eſſet & decolor, ſprevit auguria Flaminius.* & Ammian. Marcellin. Lib. XVI. cap. 12. *Spumans denique cruore barbarico decolor alveus inſueta ſtupebat augmenta.* ſimilia vide apud Freinshem. Indice in Florum in *fluvii.* Sed ſufficiant haec paullo operoſiora, fateor, ad adſtruendam verſuum horum emendationem.

v. 44. *Sed mihi quis referat, quae tu praeſaga creatrix* & ſeqq.] ſic Divionenſes. *quae tu praeſaga creatoris* in Salmaſ. & Leid. Cod. & vſ. ſeq. pro *alieni ſymbola ſexus*, quod in Divionenſi legitur, idem codex Salmaſ. exhibet *alieni ſcemate ſexus.* cujus veſtigiis inſiſtit Leidenſis Codex, in quo *alienis cematis.* ſed ſenſum & aptum connexum in his verſibus merito quis deſideret. Cel. Oudendorpius haec ex perſona poëtae dici putabat, & eſſe allocutionem ad Achillem, atque ex ductu Codicum illorum legebat, ſenſu, ni fallor, aperto,

Sed mihi quis referat, quur te praeſaga creatrix
Subducens fatis, alieni ſchemate ſexus,
Ad Lycomedeos &c.

nec male Cl. Schraderus tentabat,

Sed mihi quis regerat; quum te praeſaga creatrix
Subducens fatis, alieni ſchemate ſexus,
Ad Lycomedeos &c.

ad quae objecta reſpondet Achilles v. 49.

Aufer, iners monitor, turpis fomenta medelae &c.

Aliter rei literariae tribunus in Actis Lipſienſ. ad an. 1748. Mart. Part. I. pag. 127. ubi Specimen operis hujus, olim a me editum, ad examen revocavit, qui cenſet ex perſona Achillis haec capienda, & defectum eſſe inter ſecundum tertiumque loci hujus verſum, atque hiatui, quem fingit, ſed cujus tamen nullum exſtat in Codd. MSS. indicium, ſupplendo poëticae artis periculum ex ingenio inſtituit, ejusque inſigne ſpecimen dedit, liberalitate non invidenda ſuppoſitis his vel inſertis octo verſibus, quos addere hic operae pretium eſt, niſi tantum lectori faciant taedium legendo, quam mihi deſcribendo:

Sed mihi quis referat, quae tu praeſaga creatrix,
Subducens fatis alieni ſymbola ſexus
„ *Indutum, caris labiis blanda oſcula figens,*
„ *In lacrymarum imbres effuſa, Jovemque Patroum,*
„ *Et moeſti canos ſenis obteſtata, monebas,*
„ *Hic in tranquillo portu, mi care, latebis,*
„ *Inſano circum Trojana furore cadentes*
„ *Moenia deridens Graecos: tu, ſi iveris illuc,*
„ *Saevorum certa ex fatorum lege, periſti.*
„ *Grandaevum noli genitorem affligere, qui te*
Ad Lycomedeos fecit tranſire penates &c.

feſtivam vero corniculam, cujus tam belli ſunt pulli. Nos eos cum auctore ſuo illuc redire jubemus, unde malum pedem adtulerunt: ut de ſupplemento Lat. Latinii Propertiano dicit Broukhuſ. ad Lib. I. El. 3. 31. *Jovem* certe *Patroum* jurare velim, artificem hunc cum Scholaſtico venae minime felicis aut foecundae verſificatore, de palma invenuſti & inculti modulaminis certare voluiſſe. Quod autem Calliopen noſtram advocet ad jacturam hujus defectus reſarciendam, joculare puto, ſed noſtrum non eſſe ſciat, cum ejuſmodi ingeniis capitalibus in campum progredi. Melius, *mi care*, *in tranquillo* tuarum literarum *portu* in poſterum *latere* poteris, quam conatu temerario in Parnaſum eniti:

——— *tu, ſi iveris illuc,*
Saevorum certa ex fatorum lege periſti.

v. 47. *Maluit committere blandis*] Sic Salmaſ. & Leid. Cod. *maluit deponere* legitur in Divionenſibus. ſed τὸ *maluit* peccat in metri leges. forte tolli poſſit vitium, ſi literam *m* adhaeſiſſe huic voci ſtatuamus ex praecedenti *ſuum*, & pro *maluit* reſcribamus *valuit.* vel cum Cl. Schradero *voluit* aut *caluit.* ſed inferioris aevi foetum prodit carmen. ut mox v. 55. *comes eſſe placet* pro *comitem.* *Atridi* pro *Atridae.* v. 57. *Therſites* ultima brevi v. 70. *menteque fugaci* v. 71. *Deidamiam* quadriſyllabum v. 80. & alia non melioris monetae.

v. 48. *nec te*] ita in MSS. Codd. *ne* corrigebat Cl. Oudendorpius, & Schraderus.

v. 49. *Orbatam ut crucies*] ita in Divion. *Ut* omittitur in Salmaſii ſchedis & Cod. Leid.

v. 51.

Digitized by Google

Vadis in arma ferox, thalamum natumque relinquens,
Nec venit in mentem, quantum mereatur amore,
Quae te prima virum conlato pectore fecit:
Is ad bella libens, ubi quaeritur alea mortis,
Nec ſpondet certam triſtis Bellona ſalutem:
Sed Danais comes eſſe placet, ſociumque pericli
Pro famae titulis meliori adjungere cauſae.
Scilicet ut conjunx viduo reddatur Atridi,
Procumbet vilis Teucrorum victima Achilles!
Aufer, iners monitor, turpis fomenta medelae,
Meque ſine proprio ſectari praelia ſenſu.
Non ita me genitor praeclarus nomine Peleus,
Aut dilecta Jovi fudit Thetis alma ſub auras,
Degener ut lateam primaevo flore juventae,
Major & ignavo tantum mihi torpeat aetas,
Abſtrudamque toris jam debita pectora caſtris,
Cum manus Argivûm victricia ludat in arma.
Denique cum promtum ruat in certamina vulgus,
Solus ego in cunctis infami carcere clauſus

Sub-

v. 51. *Quantum mereatur amore*] *amorem* legebat Cl. Schraderus.

v. 54. *Nec ſpondet certam*] *ſpondit* Salmaſ. & Leid. Cod. & verſu ſeq. *Danai* pro *Danais*. Legi poſſet, *Sed Danais comitem eſſe* &c.

v. 58. *Procumbat vilis Teucrorum victima Achilles*] Hanc lectionem Divion. Schedae & Codex Leidenſis agnoſcunt: qui hic diverſus eſt a Salmaſiano, in quo legitur, *Procumbat titulis Teucrorum victima Achilles*. quod forte ex Ovid. Epiſt. II. 73. Ep. IX. init. & Epiſt. X. 130. defendi poſſet. ſed quia *titulis* modo v. 56. praeceſſit, priorem lectionem hic oportunam magis puto. praeſertim cum manifeſta ſit imitatio Virgilii XI. Aen. 371.

Scilicet, ut Turno contingat regia conjunx,
Nos animae viles, inhumata infletaque turba,
Sternamur campis.

v. 59. *turpis fomenta medelae*] quia ita in Divion. Salmaſ. ac Leid. Cod. in quo *medellae* legitur, pro *cautela* ſumi ab auctore putabat Cl. Oudendorpius. aliter *loquelae* ipſi in mentem venerat.

v. 60. *Meque ſine proprio*] Ultima in *ſine* hic producitur propter ſequentis vocis literas *pr.* ut apud Auſon. Eclog. de Menſib. p. 553. ed. Toll. *Jane nove, primo qui das tua nomina menſi.* ubi vide Vinet. iſtius licentiae plurima exempla ante voces ab *ſp*, *ſt*, *ſc*, incipientes vide apud Rader. ad Martial. Lib. V. p. 416. G. Fabric. ad Terent. Andr. III. 3. 40. Barthium ad Claudian. I. in Rufin. 158. & ad Calpurn. Ecl. III. v. 69. Pmcier. Parerg. IV. 12. & praeter alios haud paucos Zinzerlingum peculiari Diſſertatione poſt ejus Promulſidem Criticam. Potuiſſet ceteroquin noſter poëta id evitaſſe, ſi ſcripſiſſet: *Et ſine me proprio*, vel, *Meque ſinas.*

v. 62. *Fudit Thetis alma*] in Salmaſ. & Leid. Cod. *fodit.*

v. 65. *Abſtrudamque thoris*] Sic recte Divionenſes ſchedae. in Salmaſianis *Abſtrutamque. abſtructamque* Cod. Leid. poſſis etiam, *Abſcondamque*, ut ſupra dixit v. 29. *Clauſa diu thalamo reddamus pectora campo.* Ceterum in iisdem Salmaſii membranis & Cod. Leidenſi, earum apographo, *devita* pro *debita* exaratur, ut ſaepe in illis haec ſcriptura obtinet: ſic ſupra v. 37. & 38. *conſtavit* pro *conſtabit.* & *obbia bacmina* pro *obvia agmina*. antiquiſſima enim manu codicem Salmaſianum exaratum fuiſſe ex ſimili ſcribendi ratione paſſim in hoc carmine obſervata adparet. ſic vſ. 5. *ineſi* pro *inhaeſi. peblo* pro *peplo* v. 15. *mugro* pro *mucro* v. 27. *hac* pro *ac.* & *Aeacitarum* v. 72. *divitem* pro *dubitem* v. 73. *ortatur* pro *hortatur* v. 82. & ſimilia.

v. 66. *Cum manus Argivûm victricia ludat in arma*] Sic edidi, Divionenſis codicis ſchedas ſecutus: nam in Salmaſiano habebatur: *Cum manus Argivûm ultricia ludere in arma.* in Leid. Cod. *luderet.* Cl. Schraderus reponebat, *victricia ducat in arma.* quod praeſtat conjecturae Anonymi Lipſienſis, *victricia tendat in arva.*

v. 71.

Subducar pugnae? quanto tolerabo pudore
Me non ferre pedem, quo fert Therſites, in omni
Parte miſer, forma brevior, menteque fugaci.
Abſit ab ingenio, & viribus Aeacidarum,
Ut vitem pro laude mori, metuamque ſupremum,
Quem das Parca, diem; mihi nam lux amplior ulla eſt,
Quae virtute fluit, quae neſcit clauſtra ſepulchri:
Namque hominis ſemper, meritorum lege perenni,
Quam breviat fatum, propagat gloria vitam.
Ergo animus fidens in Dardana ſaeviat arma,
Nec mihi jam gemini dilectus pignoris obſtet:
Deidamiam, Pyrrhumque meos nunc Scyros habebit,
Viſuros noſtrum reditum celeremque triumphum.
Me pudor hortatur rapere in certamina greſſus,
Ferre potes quaecumque labans ſucceſſibus aetas.

Exi-

v. 71. *Menteque fugaci*] Conjeceram, *tergoque fugaci.* ut apud Ovidium I. Met 541.

——— *tergoque fugaci*
Imminet, & crinem ſparſum cervicibus adflat.

ubi vid. N. Heinſ. ita enim Therſitae hic exprobrabit Achilles *κραδίην ἐλάφοιο*, quod Agamemnoni apud Homer. Iliad. *α.* 225. & qualem eleganter deſcribit Horat. Lib. I. Od. 15. 29. vide Livii & Latini Pacati loca apud Bentlej. ad Lib. III. Od. 2. 16. & Drakenb. ad Silium XII. 283. ſed invito alicui conjecturam hanc non obtrudo, quia abit nonnihil a Codd. MSS. non quia jungenda putavi *brevior tergo fugaci*, ut tricatur Actor Lipſienſis. quod valde ineptum eſſet. ſed ut *tergo fugaci* dicatur Therſites, id eſt inbellis, ignavus, & tergo melior quam robore & armis. ſeu *mente fugaci*, quia bellum gerendum negaverat, & timido corde in patriam redeundum ſuaserat. ut eſt apud Pindarum Thebanum Epit. Iliad. v. 135.

Hic tum Therſites, quo non deformior alter
Venerat ad Trojam, linguaque protervior alter,
Bella gerenda negat, patriaſque hortatur ad oras
Vertere iter.

mentisque fugacis tentabat Cl. Oudendorpius. ut metro conſulatur. ſed quia codices nihil variant, poëtae hujus vitium potius ſtatuamus, neque cum Critico Lipſienſi, Therſitae admodum propitio, *menteque ſagaci* emendare opus eſt. forte quia in ſimiam, ſagacitatis humanae imitatricem, Cercopum inſtar mutatus fingitur a Platone.

v. 73. *Ut vitem pro laude mori*] Ita eaedem Divionenſes ſchedae: In Salmaſiano codice: *Ut divitem*, cui a manu recentiori adſcriptum fuiſſe *dubitem* vel *vitem* (quod & in marg. Cod. Leid.) notaverat Heinſius, qui conjiciebat: *Devitem pro laude mori.* ſed *Ut dubitem* placet. verſu ſequenti: *Quem das Parca diem* praetuli ex Divion. Cod. pro eo quod in Salmaſiano & Leidenſi habetur, *Quem dat Parca diem.* eodem verſu rectius legeretur,

——— *mihi nam lux amplior illa eſt,*
Quae virtute fluit.

non *ulla eſt*, licet ita in utroque ſchedarum exemplari & Cod. Leid. exaratum ſit.

v. 77. *Quam breviat fatum*] Nota vocem *breviare* hoc in verſu, unde ſequioris quidem, ſed non tamen infimae aetatis poëtam ſe prodit auctor. hoc enim verbo etiam uſus eſt non uno in loco Quintilianus. tum Manilius, Lactantius, aliique. vide Cellarii Curas Poſter. pag. 202. & Vorſtii notas ad Sulpit. Sever. Lib. I. cap. I. Cenſorino etiam ex MS. reſtituit Barth. XXVII. Adv. 19. quem vide.

v. 78. *In Dardana ſaeviat arma*] ita edidi ex Salmaſ. & Leid. Cod. *ſaeviet* in Divion.

v. 83. *Ferre potes quaecumque labans ſucceſſibus aetas Exigua obſervans matris* & ſeqq.] Locus perplexus & non uni conjecturae obnoxius. In Codice Divionenſi depravata erat lectio,

*Ferre poteſque * cum labans ſucceſſibus aetas*
Exigua obſervans matris praecepta verendae,
Induxi molles habitus velut edita virgo
Luſimus, & tactis modulantur carmina chordis.

In Codicis Salmaſiani apographo N. Heinſii manu exarato, & Excerptis, quae his ipſis diebus ex Gallia redux ad me eruditiſſimus Dav. Runckenius miſit, deſcriptis ex ipſo Salmaſii codice authentico, non

Exigua. Obſervans matris praecepta verendae,
Induxi molles habitus, velut edita virgo;
Luſimus & tactis modulantes carmina chordis.
Virtuti adſurgat, fuerat quaecumque voluptas;
Succedat ferrum citharae; quod nutrit amores
Depenſum eſt Veneri, reddamus cetera Marti.

EP. XC. *De Achille.*

Cauta quidem genetrix, noceant ne vulnera nato,

Con-

non ita pridem e Burgundia a Salmaſianis heredibus redemto, & cum aliis Viri magni ſcriptis in Bibliothecam Regiam Pariſienſem illato, verſus hi legebantur hunc in modum:

Ferre potes quecumque labans ſucceſſibus etas
Exegi obſervans. matriſque praecepta verende
Induxi moles habitus. velut edita virgo
Luſimus & tactis modulantes carmina cordis.

& ſic fere in Codice Leidenſi, niſi quod in eo,

Ferre poteſque cumque labans ſucceſſibus etas
Exigi obſervans &c.

quod nonnihil juvare poſſet conjecturam meam, qua tentabam aliquando,

Ferre poteſt quaecumque labans ſucceſſibus aetas
Exigis, obſervans &c.

Sed altiori indagatione indiget hic locus, quem ſibi expediendum ſumſit etiam Ariſtarchus Lipſienſis, qui proſaicam primo interpretationem hanc facit, *Ferre potes, o Achilles, & condonare tibi, quando quidem praeterita mutare nequis, ea, quae exigua & puerilis aetas, ſucceſſibus annorum labentium emendatura peccavit. Hoc enim verbum tacite ſupplendum.* labens *autem* (ſaltem ſcripſiſſet *labans* ut in MSS. quia *labens* metro adverſatur) *ſucceſſibus aetas exigua conferetur cum eo quod in ſuperioribus hic idem poſita, creſcens annis ſapientior aetas.* Ita haec explicat, praemiſſa invectiva in Criticos, qui pro interpretationibus periphraſticis vel analyſi Grammatica amant Codicum MSS. varietates adſcribere, ſine quorum tamen ope loca corrupta aut obſcura emendari ac proinde recte explicari poſſe negant ſanae mentis Critici. Iis igitur poſthabitis, ſolo ingenio, ut firmiſſimo tibicine, innitens *ex ſua mente* ita hunc locum conſtituendum jubet:

Ferre potes, quaecumque fluens ſucceſſibus aetas
Exigua. Obſervans matris praecepta verendae
Induxi molles habitus. Velut edita virgo
Ludimus, & doctis modulamur carmina chordis.

ne vero aegre ferat vir eruditus, quod his juſſis inmorigeri primum rejiciamus *fluens*, quia ſcripturam trium Codicum vetuſtiſſimorum, ſanam lectionem *labans* exhibentium, praeferimus auctoritati ejus mentis, tum quia paullo ante praeceſſit *Quas virtute fluit.* deinde verba illa *velut edita virgo* male conjungit cum *Luſimus*, quum connectenda ſint cum illis *Induxi molles habitus.* neque *modulamur* admittimus, pro *modulantes*, quia major Codicum pars, Salmaſianus & Leidenſis nempe, ſic habeant. multo minus *doctis chordis* legendum arbitror, tum quia hic ineptiſſimae ſunt, tum quia tres Codices conſtanter *tactis* ſervant. Adeo enim Codices vetuſtos hac in parte, ut duces certiores, ſequi adſuevimus prae lubricis ac temerariis conjecturis vel periphraſticis interpretationibus abſurdis. Nuper quoque ab his cenſoris publici emendationibus in diverſa abiit eruditus juvenis Jod. Joh. Struchtmeyerus, qui in Anim. Crit. c. 8. locum ſic refingendum arbitratur:

Ferre potes quaecumque labans ſucceſſibus aetas
Exigua. Obſervans matris praecepta verendae
Induxi molles habitus; velut edita virgo
Ludimus, & tactis modulamur carmina chordis.

cujus explicationem ut non penitus rejiciendam puto, ita nollem *velut edita virgo* etiam conjunxiſſet cum *Ludimus.* Ego partim ex MSS. Codicum veſtigiis, partim ex recto Celeberrimi Oudendorpii judicio, totum locum ita ordinandum opinor,

Me pudor hortatur rapere in certamina greſſus,
Ferre poteſt quaecumque labans ſucceſſibus aetas
Exigua. Obſervans matris praecepta verendae
Induxi molles habitus, velut edita virgo;
Luſimus & tactis modulantes carmina chordis.

vel ſi quis retinere velit *potes*, per me licet; ut *aetas* &c. ſit vocativus. vel *potis* pro *potis eſt.* certe *quaecunque* ad *certamina* referenda. *labans* pro *etiamſi, quamvis labet.* neque dicatur Achilles *luſiſſe ut virgo*, ſed *induxiſſe molles habitus ut virgo.* quae cum clariſſima ſint, ampliorem periphraſticam explicationem proſaicam, aut Grammaticam analyſin non deſiderabit, ut puto, Dictator Lipſienſis, a longo abhinc tempore literariis Batavorum ſtudiis nimis certe adverſus & injurius. Sed ad alia pergendum.

EP. XC. *De Achille*] Legitur apud Pithoeum Lib. II. p. 59. & inter Petronii Antigenidis carmina a nonnullis relatum eſt in Catalecta Petroniana;

Digitized by Google

Confirmat Stygio fonte puerperium.
Sed quia fas nulli eſt humanam vincere ſortem,
In membris tincti dant ſibi fata locum.

EP. XCI. *De Thetide.*

Pande manum genetrix, totus tingatur Achilles,
Tu facies natum mortis habere locum.

EP. XCII. *De Achille.*

Credita virgo parem blande decepit Achilles,
Inplevitque piam credita virgo parem.

EP. XCIII. *In Achillem.*

Inprobe diſtractor, pretium ſi poſcere noſſes,
Non traheres quod funus erat . . . . . .

EP. XCIV, *De Tractu Hectoris.*

Funere turbat equos nec dum ſatiatus Achilles,
Hector & exanimis funere turbat equos.

EP.

na; unde & edidit Oliver. ad Marm. Piſaur. p. 165. Schedae Salmaſianae & Divionenſes cum Cod. Leid. inſcribunt *de Thetide.* & verſu primo exhibent *genetrix*, non *genitrix*; ita enim ſcribendum eſſe lapides & nummi antiqui evincunt. ut *Veneri Genetrici* inſcriptio poſita apud Gruterum pag. 225. inſ. 3. & p. 1012. 3. vide Pierium ad Virgil. I. Aen. 594. licet inprobet ſcripturam hanc Aldus Manutius in Orthogr. p. 353. Sed pro Pierio ſtat Dauſquejus in Orthogr. Part. II. p. 142. idemque etiam Giſanium Indice Lucretiano, & Stewechium notis ad Arnobium ſequi monet.

v. 2. *Confirmat Stygio fonte puerperium.*] *puerperium* hic poni pro foetu vel infante recens edito obſervat Muncker. ad Lactant. Narr. Fab. Ovid. Lib. X. fab. 10. p. 861. qui addidit ſimile ex ſolo Interprete Abdiae Babylonii exemplum. forte & ita capi poteſt apud Sueton. Calig. cap. 8. ubi aras Treveris inſcriptas memorat OB AGRIPPINAE PUERPERIUM. ideſt Caligulam Agrippinae filium recens natum: eo enim ſenſu ipſe in ſequentibus hanc inſcriptionem exponit: *Nec Plinii opinionem inſcriptio arae quidquam adjuverit, quum Agrippina bis in ea regione filias enixa ſit, & qualiſcumque partus ſine ullo ſexus diſcrimine* puerperium *vocetur, quod antiqui etiam* puellas pueras, *ſicut &* pueros puellos *dictitarent.* id quod pluribus docuiſſe Suetonium ipſum libro deperdito de inſtitutione Officiorum, patebit, ſi locus ille conferatur cum Priſciano Lib. VI. p. 696. 697. ed. Putſch. ita & apud Plinium Lib. VII. cap. XI. *uno abortu* XII. *puerperia egeſta.* & paulo poſt: *quae ſeptem menſium edito puerperio inſectatis menſibus geminos enixa eſt.* porro hoc Epigramma illuſtratur optime ex iis, quae Fabrettus habet ad Tabellam Iliadis p. 356.

v. 4. *In membris tincti*] haec ſine dubio corrupta. conjiciebat Cl. Oudendorpius *Non tincti* vel *tacti membri*, vel *non tinctis membris.*

EP. XCI. *De Thetide.*] Ita habetur in Divionenſi Codice. In Salmaſianis ſchedis perperam verſu ſecundo legitur, *Tu facis natum.* an forte aliud latet, & ſcribendum, *Tu facies talum mortis habere locum.* ut intelligatur ima pedis pars, qua Achillem Styge tinguendum tenuit Thetis.

v. 1. *totus tingatur Achilles*] Expreſſum videri poſſet ex Statio Lib. I. Achill. v. 270. in oratione Thetidis ad Achillem:

——— *ſi progenitum Stygis amne ſevero*
Armavi, (*totumque utinam*) quo in loco male in nonnullis editionibus legitur *Armavit.* nam & ita citatur ille verſus a Servio ad Virg. VI. Aen. v. 57.

EP. XCII. *De Achille*] recte Fr. Oudinus in Obſerv. Miſcell. Nov. Tom. V. pag. 409. initio & fine hujus diſtichi emendat *parem*, pro *patrem*, ut in MSS. Deidamiam nempe. quia agit de Achille, puellari cultu apud Lycomedem latente. quam emendationem probat Cel. Dorvill. pag. 475. & male in aliis lemma eſſe *de Polyxena* notavit p. 481. ut erat in Salm. & Leid. Cod. in quibus *Creditur.* ſed *Credita* a manu ſecunda in margine.

EP. XCIII. *In Achillem*] Hoc & tria ſequentia inedita Epigrammata Schedis Divionenſ. debentur, & diverſis in locis etiam in Salmaſiano & Leid. Cod. leguntur. in quibus *fundus erat.* pro quo *funus* correxi. ut ſeq. Epigr.

EP,

Digitized by Google

EP. XCV. *De Dolone & Achille.*

Praemia magna Dolon, currum dum poſcit Achillis,
Prodidit ipſe cadens munera magna Dolon.

EP. XCVI. *De Tumulo Achillis.*

Jurgia conflat Amor, ut blandius urat amantes,
Ad tumulum fidei jurgia conflat amor.

EP. XCVII. *Epitapium Achillis.*

Hectoris Aeacides domitor; clam, incautus, inermis,
Occubui Paridis trajectus arundine plantas.

EP. XCVIII. EUSEBII, *Tumulus Achillis.*

Pelides ego ſum, Thetidis notiſſima proles,
Cui virtus clarum nomen habere dedit:
Qui ſtravi toties armis victricibus hoſtes,

In-

EP. XCV. DE DOLONE ET ACHILLE] ſic ſcribendum. DE DOLON ACHILLIS vitioſe inſcribitur in Salm. & Leid. Cod. in Miſcell. Obſerv. ibid. pag. 480. hoc modo editur:

Praemia magna Dolum . . . um dum poſcit Achillis:
Prodidit ipſe cadens munera magna dolor.

unde Cel. Dorville legebat *Dolon currum dum poſcit* &c. ut in Divion. *currus* in Salm. & Leid. *dolor* autem in fine pentametri vitio aberrantis calami illic adſcribendum. certe in omnibus MSS. *Dolon.* primo autem verſu *munera* vel ſecundo *praemia* eſſe reponendum, ut conſtet ſibi luſus, recte ibidem cenſet Cl. Dorvillius. deinde *prodedit* in Cod. Leid. *perdidit* conjiciebat Heinſius.

EP. XCVI. *De Tumulo Achillis.*] Sic in Salm. & Leid. Epigrammatis titulum inſcribendum eſſe *de Oreſta & Pylade*, nihilque cum tumulo Achillis commune habere notat ibidem Dorvillius.

EP. XCVII. *Hectoris Aeacides*] Ex Schedis Voſſii Salm. & Leid. Cod. ineditum hoc proferimus.

EP. XCVIII. *Pelides ego ſum, Thetidis* &c.] Habetur apud Pithoeum Lib. III. pag. 98. Scaligerum p. 178. & Fabricium in Monum. Antiq. Lib. III. p. 149. qui id in vetuſto codice repertum teſtatur. Legitur & in Schedis Voſſii, quae inſcribunt *Epitaphium Achillis*, neque agnoſcunt EUSEBII auctoris nomen, quod in editione Pithoeana praefigitur. in veteri Petavii & Thuani Codice ab Heinſio collato EUSTHENIO tribuitur rectius, cujus & plurima alia ſunt in Pithoeana Collectione, quae ſuo loco dabimus. Sub *Pentadii* nomine adſert Delrius ad Senecae Troad. v. 171. pag. 238. quod inde factum puto, quia apud Pithoeum & Scaligerum inter alia *Pentadii* Epigrammata editum eſt. Occurrit & in antiqua Hetruſcorum Poëtarum editione Florentina an. 1562. ut adnotaverat Heinſius. ubi etiam *Euſthenio* tribuitur. Sed & habetur in Chronico Engelhuſii Tom. II. Rer. Bronſvicenſ. Leibnitii pag. 989. verum ubi tria priora diſticha tantum exſtant, deficientibus ceteris. integrum autem legitur in fine Hiſtoriae Trojanae Guidonis de Meſſana editionis Argentinae 1494.

v. 1. *notiſſima proles*] *noviſſima* male legitur in Thuani Codice & apud Guidonem de Meſſana in Hiſt. Troj.

v. 3. *Qui ſtravi toties armis victricibus hoſtes*] *ſtatui totiens* Thuaneus. *ſtravi* recte edidit Scaliger, Fabricius, & Pithoeus in editione Pariſina, nam in Genevenſi perperam *ſtravit*. *ſtravi* etiam apud Guidon. de Meſſ. *armis victoribus* tam in eodem Thuani, quam in Petavii ac Voſſii codice habetur. quod forte non adſpernandum, ut arma dicantur victores ipſi, quomodo *fatis auctoribus* apud Virgil. X. Aen. 67. *corruptor aurum* in carmine Sulpicii Luperci de cupiditate apud Pithoeum Lib. I. pag. 27. de Jove & Danaë:

Sic quondam Acriſiae in gremium per clauſtra puellae
Corruptore auro fluxit adulterium.

ubi quod aurum *corruptorem* vocavit poëta, *lenonem* dixit Prudentius Hamartig. v. 260. de auro: *ſolvendi leno pudoris.* eadem figura Juvenalis *ſaxa* vocavit *cinerum cuſtodes* Sat. X. 144.

Haeſuri ſaxis cinerum cuſtodibus.

ut obſervat Broukhuſ. ad Propert. Lib. II. El. 7. v. 91. & ſic ſaepe aliis in locutionibus ſubſtantiva vim adjectivorum habent. ut *lenones undae* infra Epigrammate de Narciſſo. *Victorem pedem* habes apud Ovid. Epiſt. XVI. v. 88. *Victorem coelo*

L retulit

Digitized by Google

Inque fugam ſolus millia multa dedi.
Hectore ſed magno ſumma eſt mihi gloria caeſo,
Qui ſaepe Argolicas debilitavit opes.
Ille interfectus ſubiit me vindice poenas.
Pergama tunc ferro procubuere meo.
Laudibus inmenſis victor ſuper aſtra ferebar,
Hoſtilem preſſi fraude peremtus humum.

XCIX. *De Telepho.*

Telephus, excellens Alcidis pignus & Augae,

Ex-

retulit illa pedem. deſertor animus apud Senecam Phaeniſſ. v. 45. ut recte Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. v. adſerit contra Gronovium *Deſertor animi* legentem: nam ita *animus contemtor*, *animus victor*, *animus liberator* & ſim. de quibus egregie Bentlejus ad Horat. IV. Od. 9. v. 39. ita Cel. Oudendorpius emendabat in Apulejo Lib. II. pag. 26. *Amatoribus oculis occurrens* in Miſcell. Obſ. Vol. II. T. II. p. 301. & ita leg. ex MSS. in Valer. Max. Lib. II. cap. I. *Subſeſſores alienorum matrimoniorum oculi.* Joſ. Iſcan. Lib. II. v. 479. *oculo cenſore.* Lib. III. 244. *leno oculus.* & ſimiles ſunt *adulteri crines* Horatio Lib. I. od. 15.

v. 4. *Inque fugam*] ita in Pithoei editione Genevenſi, at in Pariſina, *Inve fugam.* Sed priorem lectionem confirmant Petavii ac Voſſii codices. *Sicque fugae* habet Chronicon Engelhuſii.

v. 5. *Hectore ſub magno*] ſic ediderunt Pithoeus, ac Scaliger & citat Delrius. *ſed magno* exemplaribus ſuis adſcripſerant Iſ. Voſſius & P. Francius, quod confirmatur Petavii, Voſſii, ac Thuani codicibus. nec aliter in veteri Hetruſcorum Poëtarum editione & Monumentis Fabricii. itaque ſic edidi, licet etiam legi poſſit, *Hectore de magno* &c. apud Guidonem de Meſſana habetur, *Hectore ſed magno ſumma eſt mihi gloria celſo.*

v. 7. *Ille interfectus ſubiit me vindice poenas*] V. C. *Ille Menoetiadae ſolvit, m. i. p.* Sed & *ſubiit* rectum eſſe poteſt. *ſubire* enim *poenam*, eſt puniri. ut apud Luciferum Calaritanum Epiſcopum: *Cain ſubit ſententias*; pro damnatur. LINDENBROG. ſic in editione Pithoei, Scaligeri, ac Fabricii, & citatur a Delrio. *Ille interemptus* legitur apud Guidonem. in Petaviano & Thuaneo, *Ille manu Aeacidae ſolvit:* at quanto melius in Voſſianis Schedis: *Ille Menoetiadae ſolvit, me vindice, poenas.* quomodo ex v. c. legendum in margine editionis primae Lugdunenſis Catalect. Scalig. & Pithaeanae notatum eſt. & ſic Cactalectis Scaligeri adſcripſit Scriverius. neque aliter legitur in Poëtarum Hetruſcorum editione, niſi quod perperam illic copula inſeratur, *Ille & Menoetiadae ſolvit.* Nihil poterat opportunius & cum hiſtoria ipſa convenientius. Patroclus enim, Menoetii filius, armis Achillis indutus in bello Trojano occiſus ab Hectore cecidit, unde falſis cecidiſſe ſub armis dicitur Ovidio Epiſt. I. v. 17. *Sive Menoetiaden falſis cecidiſſe ſub armis.* Ideo autem hic gloriatur Achilles, Hectorem ſe vindice dediſſe poenas Menoetiadae, quia quum ab Hectore eum interfectum reſciviſſet, caedem Patrocli ulturus, ad Trojanam expeditionem ſe contulit, & Hectorem ſingulari certamine interfectum ac currui ſuo adligatum circa muros Trojae traxit, ut notum eſt. adpoſite Sidonius Panegyrico Aviti, Carm. VII. v. 272.

Sic Phrygium Aemathia victorem cuſpide poſcens
Aeacides caeſi luctum fraenavit amici
Per mortes tot Troja tuas &c.

ubi vide Savaronem. & ſic *Hectoris ultor* dicitur apud Severum in Aetoa v. 589.

—— hic & Achilles
Inpiger, & victus magni jacet Hectoris ultor.

de *Menoetio* Patrocli patre adeundus Patruus meus in Catalogo Argonautarum ante Valerium Flaccum. ſequenti verſu *ſuccubuere* in Schedis Voſſianis, & apud Guidonem de Meſſana.

v. 10. *Hoſtilem preſſi*] Ita Pithoeus, Scaliger, & Fabricius ediderunt, ſed in margine editionis Lugd. Scalig. & Pithoei notatum eſt in v. c. legi, *Compreſſi hoſtilem.* quod confirmat Petavii Codex, & Schedae Voſſii, niſi quod in illis *hoſtili.* etiam non male. & ſic in Hetruſcorum Poëtarum editione legi notavit Heinſius: nec aliter exhibet Guido de Meſſana. *Cum preſſi* legebat Scriverius. ut in marg. ed. Scalig. Lugdun. & ed. Pith. Totum igitur diſtichon ita emendandum:

Laudibus inmenſis victor ſuper aſtra ferebar,
Cum preſſi hoſtilem &c.

male in Pithoei editione Genevenſi *ferebat* excuſum eſt, nullo ſenſu. Addit enim Achilles ſe, quum ob Hectorem occiſum inmenſis laudibus extolleretur, non diu poſt ipſum obiiſſe fraude Paridis vulneratum in illa parte pedis, quam manu tenuerat Thetis, quum aquis Stygiis infantem tingeret, ut omnibus notum eſt. vide Serv. ad Virg. VI. Aen. v. 57. & Lactant. ad Statii III. Achill. v. 84.

EP. XCIX. *Telephus* &c.] Legitur in Catalectis Petronianis p. 167. Ed. Frellon. & apud Pithoeum

Digitized by Google

Externae ſortis bella inopina tulit.
Nam Graji Trojam peterent cum mille carinis,
Tangeret & claſſis litus adacta ſuum;
Occurrens Danais forti dum pugnat Achilli,
Scyria pugnanti percutit haſta ſemur.

Pro

thoeum Lib. II. p. 59. & inter carmina Petronio Antigenidi adſcripta edidit Oliverius in notis ad Marm. Piſaur. pag. 165. Inveni id etiam in libro Iſ. Voſſii, qui eſt in Bibliotheca Leidenſi, quo continebantur nonnulla Epigrammata ex antiquis Codd. a Voſſio deſcripta. Diverſae ſententiae Epigramma in Telephi vulnerati ſtatuam eſt in Lib. IV. Anth. Graec. cap. 8. & in caſu hujus Herois celebrando multi ſunt poëtae, quorum loca hic cumulare non vacat.

Ibid. *Alcidis pignus & Augae*] *Alcidae* Heinſius. recte. & ſic edidit Oliverius. ita enim in genitivis nominum propriorum ſaepe. ut *Thyeſtes*, *Thyeſtae*, *Gerymes*, *Geryonae*, *Oreſtes*, *Oreſtae*. vide Heinſ. ad Ovid. Epiſt. VIII. v. 9. de matre vero Telephi *Auge* vid. Delr. ad Senec. Herc. Oct. v. 366. Columnam ad Ennium pag. 269. Periz. ad Aelian. Lib. XII. 42. & Spanhem. Animadv. ad Callimach. Hymn. in Delum v. 70.

v. 2. *Externae ſortis*] *Externi Martis* conjiciebat Heinſius. *Extremae ſortis* Struchtmeyer. in Anim. Crit. pag. 41.

v. 3. *Nam Graji Trojam peterent cum mille carinis*] addi poteſt hic locus illis, quae de integro claſſis Graecorum ad Trojam expugnandam mille navium numero notarunt Ciofan. ad Ovid. XII. Met. 6. Barneſ. ad Eurip. Electr. v. 2. & Drakenb. ad Silium Lib. III. v. 229.

v. 4. *Tangeret & claſſis litus adacta ſuum*] *ad acta ſuum* notaverat Heinſius, pro *claſſis acta ad litus ſuum*. & Virgilii nomen adpoſuerat. Reſpexit ejus locum ex Lib. XI. Aen. 261. *diverſum ad litus adacti*. ubi in hoc verſu probat *litus adacta*. vel *litus* ad *tangeret* referri poſſe exiſtimat. ſed vulgatam hic firmat Codex Voſſianus. & nihil mutandum ſuadet Silius Italicus Lib. XII. v. 447.

Et jam per colles dumoſque ad litus adacta
Innabat pelago veniens ſine remige claſſis.

adigere enim *claſſem* & *navem* proprium hac in re verbum eſſe docuit Gronov. ad Livium Lib. XXVI. cap. 7. ut & *tangere litus* paſſim dicitur navis, cum ad locum deſtinatum pervenit. ut apud Virgil. IV. Aen. 612. Ovid. Lib. IV. Met. 779. & Horat. Lib. III. Od. 27. alioſque. lege Savaron. ad Sidon. Apollin. Lib. I. Ep. 10. pag. 74. eamdemque rationem eſſe conpoſiti *contingere*, & *attingere*, docent notae Patrui mei ad Petron. cap. LXXXVIII. p. 426. *litus* autem *ſuum* hic poſitum eſt pro ejus, Telephi nempe. de quo vide Gronovium de Centeſ. Uſur. pag. 047.

v. 6. *Scyria pugnanti percutit haſta femur*] *Syria haſta* editio Pithoei, & liber Voſſianus. ſed quam lectionem non admittere carminis legem notavit Oliverius ad Marm. Piſaur. ac proinde emendat *Pyrria haſta*, quia antiquitus ita dicebatur Theſſalia. Sed cur metro obſtet *Syria haſta* non video, ſi derivetur ab inſula *Syro*, quae ſaepe contra abiit in *Scyron*. Adi Pintian. & alios ad Melam L. II. cap. 7. Salmaſ. Plin. Exerc. p. 126. Menag. ad Diog. Laert. Lib. I. Seg. 120. N. Heinſ. ad Ovid. L. VII. Met. v. 469. Sed ſequor potius Heinſium, & Munckerum ad Hygin. ſab. 101. emendantes, *Scyria haſta*. ut legebat etiam Cl. Oudendenpius. & ſic profert Barthius ad Claudian. p. 497. ubi de verbo *flammare*. *Scyria* autem *haſta* ab Achille, qui in inſula Scyro latuit. ut Deidamia, Lycomedis filia, *Scyria* vel *Scyrias* paſſim poëtis. Ovidius I. Artis Am. 682.

Scyrias Aemonio juncta puella viro.

Propertius Lib. II. El. 7. v. 54.

Scyria nec viduo Deidamia toro.

& *Scyria virgo* apud Claudian. Epithal. Honor. v. 16.

Scyria ſic tenerum virgo flammabat Achillem.

eadem de cauſſa *Scyria membra* de Pyrrho apud Ovid. Epiſt. III. 112. *vada Scyria* apud Stat. II. Ach. 48. & *Scyreides*, filiae Lycomedis, apud eumdem II. Achill. 146. *Nec minus egreſſae thalamis Scyreides ibant Oſtentore choros*. ut recte emendatum viris doctis. male vulgo *Scyriades* contra metrum. vide illic Gronovium, & Heinſ. ad Ovid. II. Met. 250. pro *percutit* vetus Salmaſii codex Heinſio collatus & Voſſianus *perculit*, ſollemni permutatione, ut apud Juſtin. Lib. I. cap. 7. & Lib. II. cap. 13. ubi pro *percuſſum* in aliis eſt *perculſum*. & Lucret. Lib. I. v. 262.

Ludit lacte mero mentis percuſſa novellas.

ubi in MS. quem G. Voſſius contulit, *perculſa*. apud Lucan. Lib. X. v. 323.

——— *primos ſentit percuſſa tumultus.*

quod praeferunt meliores libri, pro *perculſa*. ſic in Epitaphio Ajacis apud Gellium a Cicerone Latinis verſibus reddito, quod infra exhibebimus; *Qui quondam Hectoreo percuſſus concidit enſe.* ubi in MS. Franeq. *perculſus*. apud Pindar. Theban. Epitom. Iliad. v. 762.

Hector tunc pugnae ſubit acri concitus ira
Priamides, mox percuſſos agit undique Grajos.

ſic ſcribe ex utroque Leidenſis Bibliothecae codice,

Digitized by Google

Pro cujus cura conſultus dixit Apollo,
Hoſtica quod ſalubrem cuſpis haberet opem.

Mox

ce, quos contuli, nam in primo *percuſos*, proxime verum. vulgo *perculſos*. vide plura apud Bentlejum ad Horat. Epod. XI. v. 2. & qui *percuſſum* multis in locis praefert, ut magis poëticum, Heinſium ad Virgil. I. Aen. v. 513. Hoc certe in loco *percutit* probo, & contra *perculſus* in Epitaphio Ajacis praeferebat Cl. Oudendorpius. ut apud Stat. I. Achil. 169. *leaenam perculerat ferro*. & *perculit* ac *perculſus* ſcribendum cenſet, cum agitur de eo, qui ictu ad terram proſtratus eſt, ut de leaena apud Stat. ubi certe aliter ſcribi nequit. hic vero de femore *percuſſo* agitur.

v. 7. *Conſultus dixit Apollo*] proprie. *dicere* enim de oraculis frequenter occurrit, & de vaticiniis, pro praedicere. vid. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. V. v. 33. & ad Claudian. I. in Eutrop. v. 160. & adde Cl. Drakenb. ad Silium XIII. v. 819.

v. 8. *Hoſtica quod ſalubrem cuſpis haberet opem*] Sic edidit Pithoeus, neque aliter legitur in Excerptis Voſſianis. Sed Heinſius propter ſecundam in *ſalubrem* correptam hunc verſum obelo notaverat, & exemplari ſuo adſcripſerat forte *certam* emendandum eſſe pro vulgato *ſalubrem*. Sane apud ullum probati aevi poëtam ſimile exemplum occurrere non memini. Unicum, quod ſciam, inveni in Epigrammate inedito de Baineis, quod ex ſchedis Salmaſianis ſuo loco producendum erit, ubi habetur:

Cum ſalſum ſalubri litus abundat aqua.

imitatus tamen id fuit inter recentiores Buchananus in Paraphraſi Pſalmi XCIX.

Nomen qui ſalubri temperie modum
Sceptris conſtituas tuis.

verum recte ob id notatus a Voſſio Lib. II. Art. Gramm. cap. 16. & Munckero ad Hygin. fab. 101. pag. 162. & ſic Joh. Stigelius Lib. I. Eleg. 7. 21.

Tu vitium ſalubres ſpargis pollinctor in auras.

aliorum poëtarum recentiorum, auctoritatem verſiculi hujus ſequentium, errata in hac voce vide apud Daumium ad Bernardi Geyſtenſis Palponiſtam Lib. I. v. 500. Munckerus autem, ut vitio ſuccurreret, hic legendum conjiciebat *celebrem* vel *celerem opem*. praeterea, *dixit Apollo quod cuſpis opem haberet* pro *habituram*, bonae Latinitatis non eſt. vid. Sanct. Minerv. Lib. III. cap. 14. & illic Periz. Comm. ad Cic. L. III. ad Fam. Ep. 5. *dico quod velles*: ſed ubi ſignificat *quia*, ut bene Graevius & alii. adde Patruum meum ad Calpurn. Ecl. III. 35. ſed vel ideo vulgatam nihil adtinet ſollicitare. Non enim tantum nobis permittimus in his Epigrammatibus, quorum aevum ignoramus: etſi Helvio Cinnae hunc verſum adſcribat Proſodiae Poëticae auctor Smetius, qui in errorem duxit Pincierum L. III. Parerg. cap. 19. ubi de quantitate vocis *ſalubris* agit, & hunc verſum ſub antiqui poëtae *Helvii Cinnae* nomine profert, (ut & Daumius d. l.) licet recte tamen non tantum auctoritati hujus Epigrammatis tribuat, ut eo Buchanani licentiam defendi poſſe putet. Perperam etiam Epigramma hoc de Telepho *Helvio* adſcribit Savaro ad Sidonium p. 74. ubi verſum quartum ex eo citat ſub *Helvii* nomine. Puto his anſam erroris dediſſe, quod in Collectione Pithoeana praeceſſerit Epigramma, ſub titulo:

In Commentarium L. Craſſitii
Grammatici in Smyrnam
C. Helvii Cinnae.
Uni Craſſitio ſe nubere &c.

& putaverunt *Helvii Cinnae* nomen iſti tamquam auctoris praefixum eſſe, eidemque tribuendum eſſe hoc noſtrum de Telepho, quod ibidem ſubſequitur: ſed cum nobis perpauca ſuperſint Epigrammatum Cinnae fragmenta, illud incerti auctoris eſt in L. Craſſitii Grammatici, qui tempore Auguſti vixit, Commentarium in Cinnae Smyrnam, obſcuriſſimum poëma, de quo vid. Salvagn. Böeſſii Prolegom. in Ibin Ovid. cap. I. in fine. iſti autem Epigrammati hoc carmen de Telepho & alia apud Pithoeum quidem ſubjunguntur, ſed an omnia ejuſdem auctoris ſint, valde dubito, idque in tam inordinata & indigeſta farragine dijudicare perquam difficile eſt. Sed redeamus ad hunc verſum. *ſalubrem* igitur *opem* haſtae hoſtili ineſſe, oraculum Apollinis reſpondiſſe dicit poëta, id eſt quod Telephus eadem haſta, qua ab hoſte Achille vulneratus erat, ſanandus eſſet. ita apud Sueton. in Aug. cap. 42. *ſed ut ſalubrem magis quam ambitioſum principem ſcires*. id eſt, per quem populus a vitiis & luxuria ſanaretur, ut recte contra Gronovium expoſuit Patruus meus, quem & vide ad Gratii Cyneg. v. 121. & de hac ſignificatione Lambin. ad Horat. Art. Poët. v. 198. Ceterum Telephum ab Achille haſta vulneratum & ſanatum plurimi e veteribus tradunt, id quod hoc Epigrammate confirmatur. ſecus quod alii herbis curatum prodiderunt. Cuſpidi Achilleae id ſimiliter tribuit Propertius Lib. II. El. I. v. 66.

Myſus & Aemonia juvenis qua cuſpide vulnus
Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.

ubi legendum *Haemonii juvenis*, id eſt Achillis, cum Heinſio lib. II. Adverſ. cap. I. vide quae de hac differentia illic notavit eruditiſſimus Poëtarum Interpres Broukhuſius, & adde Delrium ad Senecae Troad. v. 218. pag. 240. ac Behotium lib. I. Apophor. cap. 2. de haſta etiam Ovidius Remed. Amor. v. 50. Serenus Sammon. cap. XLVI. v. 836.

&

Digitized by Google

Mox precibus flexi Pelidae robore ſacro
Injecto membris pulvere plaga fuit.
Monſtrant fata viri vario miracula caſu.
Unde datum eſt vulnus, contigit inde ſalus.

Ep. ci. *De Pyrrbo.*

Placat buſta patris jugulata virgine Pyrrhus,
Dilectaſque litat manibus inferias.

Sors

& Pentadius apud Pithoeum lib. I. Epigr. vet. p. 31.
Pelias baſta fuit; vulnus grave quae dedit boſti,
Et quae ſanavit, Pelias baſta fuit.
adpoſite Claudian. in Epiſtola ad Hadrian. v. 46.
Sanus Acbillea remeavit Telepbus baſta,
Cujus pertulerat vires: & ſenſit in uno
Letalem placidamque manum: medicina per boſtem
Contigit, & pepulit, quos fecerat ipſe, dolores.
ſic enim recte, cum antea *Acbilleis berbis* legeretur, ex Gyraldino libro reſtituit Heinſius, qui iſtic videndus. confer & Hier. Columnam ad Ennium pag. 270. ed. Heſſel. alii tamen hoc aliter narrant. vide Dictyn Cretenſ. Lib. II. de Bell. Troj. cap. 6. *Macbaonem & Podalyrium venire, ac vulneri mederi jubent, qui inſpecta cura propere apta dolori medicamenta inponunt.* ubi pro *inſpecta cura* male Wopkenſius in Miſc. Obſ. Nov. Tom. I. Vol. II. p. 18. corrigebat *cauſa.* lege cum N. Heinſio, *incepta* vel *ſuſcepta cura.* vel cum Cel. Oudendorpio *inpenſa cura.* & *curam* expone pro curatione. ut cap. 10. *adbibentes curam vulneri.* ita hoc loco, *Pro cujus cura conſultus dixit Apollo.* & millies de curatione aegri. idem Oudendorpius quoque tentabat *inſpecto crure*, ut & Vindingius & Obrechtus conjiciebant, licet omnes tradant *femur* vulneratum.

v. 9. *Mox precibus flexi Pelidae robore ſacro* &c.] Sic edidit Pithoeus. *Robore ſato* Cod. Voſſian. *robore raſo* ex V. Cod. Salmaſii in margine libri ſui notavit Heinſius. quod firmat Hyginus fab. CI. de Telepho agens: *Tunc Ulyxes ait: Non te dicit Apollo, ſed auctorem vulneris baſtam nominat: quam cum raſiſſent, remediatus eſt.* ubi Munckerus hoc diſtichon ita profert, ut legitur apud Pithoeum. aliter Oliverius ad Marm. Piſaurenſ. pag. 166. qui corrigit: *Mox precibus flexi Pelidae robore ſana* &c. ſana plaga fuit, pleniuſque ſe hoc de loco acturum promittit in libro de Viris Illuſt. Piſaurenſ. Verſu ſequente ex eodem codice adſcripſerat Heinſius *pulvere membra fugit.* unde ipſe corrigebat: *Injecto & membris pulvere plaga fugit.* Quod verum puto, quia magis accedit ad *fuit.* Idem etiam tentabat *coit.* quod probat Anonymus Lipſienſis pag. 129. ſed qui totum locum hoc modo conſtituit:

Mox precibus flexo Pelidae robore, ſacro
Injecto membris pulvere plaga coit.

id eſt poſt flexum Pelidae robur. & *robur Pelidae* interpretatur καῤῥότητα, αὐθαδίαν, ferociam, pertinaciam Achillis, vel *robore Pelidae flexo* pro flexo Achille, βίῃ Ἀχιλλῆος Homero. tum *pulverem ſacrum* intelligit illum, quem ſacrum Apollinis oraculum vulneri ſalubrem fore dixerat; quae ſatis contorta & dura ſunt. Ego autem *robore raſo* pro haſta Achillis raſa, maxime propter locum Hygini, & vetuſti codicis Salmaſiani auctoritatem, praeferendum puto, ſive ea fuerit e quercu ſive e fraxino. quia nihil notius quam *robur* de quocumque ligno dici, ut & *robora ferri* Lucretio aliiſque, adeo ut ex abraſis ferratae haſtae ramentis, ſive πριστοῖσι λόγχης ῥινήμασιν, ut vocat Euripides, pulvis vulneri Telephi fuerit injectus. nam ita Plinius Lib. XXXIV. cap. 15. *Eſt & rubigo ipſa in remediis, & ſic Telepbum proditur ſanaſſe Acbilles; ſive id aerea ſive ferrea cuſpide fecit.* fruſtra etiam exagitat balbutiem non ferendam in illis, *robore raſo injecto pulvere* pro *roboris raſi pulvere.* quis enim ita expoſuit? quamvis nec venuſtior elegantia ſit in illius emendatione, *ſacro injecto pulvere*, ut mittam pulverem propter oraculum Apollinis *ſacrum* hic dici: ſed diſtinguendum hoc modo;

Mox precibus flexi Pelidae robore raſo,
Injecto membris pulvere plaga fugit. vel *coit.*

vel *Injecto & membris*, ut Heinſius. eo nimirum ſenſu, ne periphraſticam interpretationem & analyſin grammaticam deſideret; poſtquam raſa eſſet haſta Achillis flexi precibus (Ulyxis nempe) ſanatus eſt Telephus, injecto plagae pulvere aeruginis, quam ex ipſa haſtae cuſpide aerea vel ferrea gladio ſuo decuſſiſſe Achillem teſtatur Plinius lib. XXV. cap. 5. Cel. Oudendorpius legebat,

Mox precibus flexo Pelida, e robore raſo
Inj. m. p. plaga fugit.

ſic & *ſacro* poſſet retineri. pulvis e ſacro robore, eſt raſura haſtae Peliadis.

v. 11. *Monſtrant fata viri vario miracula caſu.*] In Voſſ. Cod. *caſus.* unde conjiciebat Cel. Oudendorpius, *Monſtrant fata viro varii m. caſus.* quod videtur clarius.

Ep. ci. *De Pyrrbo.*] Ineditum hoc ex Schedis Salmaſianis & Divionenſ. & Cod. Leid. depromtum eſt.

Sors nova nymphigenae votum poſt fata meretur,
Quam pepigit thalamis, hanc habet in tumulis.

EP. CII. *Tumulus Hectoris.* PENTADII.

Defenſor patriae, iuvenum fortiſſimus Hector,
Qui murus miſeris civibus alter erat,

Oc-

v. 4. *Pepigit*] *pepigi* perperam in Salmaſianis Schedis. & Cod. Leid.

EP. CII. *Defenſor patriae* &c.] Habet G. Fabricius Lib. III. antiq. Monum. p. 150. ſed ſine auctoris titulo. Pithoeus lib. III. p. 97. & Scaliger in Catalectis p. 178. *Pentadio* tribuunt, licet margo Pithoei *Maximiano* adſcribat. ſub *Pompejani* nomine editum occurrere in Florentina Illuſtrium Poëtarum Hetruſcorum editione notaverat Heinſius. cui autem ex his adjudicandum ſit, difficile eſt diſcernere, cum illorum trium non pauca etiam alia apud Pithoeum occurrant Epigrammata. *de Hectore Pompilianus* inſcribitur in Thuaneo, vitioſe pro *Pompejanus. Maximino* adtribuit Petavianus, pro *Maximiano.* Voſſii codex, cujus varias lectiones excerpſit Heinſius, auctoris nomen tacet, & inſcribit tantum, *Hectoris Trojani virorum ſtrenuiſſimi Tumulus.* forte haec eadem ſunt quae in codice MS. Bibliothecae Caeſareae Hectoris & Achillis Epitaphia recenſentur apud P. Lambecium lib. VI. Comm. de Bibl. Caeſar. pag. 935. Habetur etiam hoc Epigramma, ſed nullo auctoris indicio, in Chronico Engelhuſii Tom. II. Rer. Bronſvicens. p. 988. ubi ultimum diſtichon deſideratur, & ipſi Epigrammati verſus hic, alienus, ut puto, & prae ceteris nimis inſulſus praemittitur,

Troum protector, Danaum metus hic jacet Hector.

qui praefigitur etiam huic Epitaphio in editione Argentina anni 1494. Hiſtoriae Trojanae Guidonis de Meſſana, in fine; niſi quod *Trojae protector* illic habeatur. eſt autem tam propter rhythmum inficetus, quam propter vocem *protector* barbarus. de quo vide ad Lotich. Lib. I. Carm. 18. In Voſſianis ſchedis poſt hoc Epigramma etiam ſubſequebatur, unde patet inepti alicujus monachi pannum prave adſutum eſſe, & in dicto Chronico praepoſtere his adnecti. Cujuſcumque tandem hi verſus ſint, ut pleraque ſub incertorum auctorum nominibus vagantur, ſatis bonae tamen notae ſunt.

v. 1. *Juvenum fortiſſimus Hector.*] *fortiſſimus iſte* habet Guido de Meſſana in Hiſtor. Trojana. ſimiliter infra in Epigr. 105. quod ex Leidenſi codice deſcripſit Heinſius,

O Hector, quondam Troum fortiſſime, fruſtra
Conjugis in facie defectorumque parentum
Hoſtiles proprio foedaſti ſanguine currus:

v. 2. *Qui murus miſeris civibus alter erat.*] *ater* in Thuaneo. *ater erit* in Petaviano. pro quo *acer* in editione Hetruſcorum Poëtarum Florentina. rectius *altus erat* in Chronico Engelhuſii, & in Hiſtoria Trojana Guidonis de Meſſana. *murus* autem eleganter hic pro firmo praeſidio ac tutela. ut paſſim apud poëtas, & *Grajum murus Achilles* Ovidio XIII. Metam. v. 281. ubi vide notas. quibus adde Dauſq. & Drakenb. ad Silium Ital. XVI. 68. ſic Lucanus Lib. VI. v. 201. de Sceeva:

—— ſtat non fragilis pro Caeſare murus
Pompejumque tenet.

apud Auſonium in Moſella v. 394. ut locum emendat Cl. Cannegieterus In Miſc. Obſerv. Vol. X. Tom. II. pag. 199.

———— quum facta Quiritum,
Belgarum, patrioſque canam, decora inclyta, muros.

Juſtinus Lib. XIV. cap. 5. §. 7. *cum multis ſeculis murus urbi civium, virtus fuerit.* Cicero in Piſon. cap. 4. *Ergo his fundamentis poſitis conſulatus tui triduo poſt a T. Clodio lex Aelia & Fufia everſa eſt, propugnacula murique tranquillitatis atque otii.* In Altercatione Hadriani & Epicteti: *Quid eſt miles? murus imperii, Defenſor patriae. glorioſa ſervitus.* ſic τεῖχος Graecis eodem ſenſu. v. Cel. Weſſeling. ad Anton. Itiner. p. 446. & 681. in Epigrammate apud Reines. Cl. II. Inſ. 34. ubi Aſula caſtellum loquitur:

Deſine dux belli de me ſperare triumphum,
Frange opus hoc: hominum pectora murus erunt.

apud Senecam in Troadibus v. 126. ubi Chorus Troadum ita ipſum Hectorem luget:

Columen patriae. mora fatorum,
Tu praeſidium Phrygibus feſſis,
Tu murus eras; humeriſque tuis
Stetit illa decem fulta per annos:
Tecum cecidit, ſummuſque dies
Hectoris idem patriaeque fuit.

quem locum Delrius hoc ipſo Epigrammate adpoſite inluſtrat. paſſim enim inter Hectoris laudes a poëtis celebrari videas, cum eo ſimul periiſſe Trojanum imperium, ut ex hoc Epigrammate & illuſtri Pindari Thebani loco in Epit. Iliad. v. 1012. & 1061. & ſeqq. notat Barthius Lib. LIX. Adv. cap. 15. non procul a fine. vide & Taubman. ad Virgil. Culic. pag. 287. & plura apud Barth. ad Claudian. IV. Conſ. Honor. v. 108. & Celeb. Drakenb. ad Silium Lib. XVI. v. 68.

v. 3.

Digitized by Google

Occubuit telo violenti victus Achillis.
Occubuere ſimul ſpeſque ſaluſque Phrygum.
Hunc ferus Aeacides circum ſua moenia traxit,
Quae juvenis manibus texerat ante ſuis.
O quantos Priamo lux adtulit illa dolores!
Quos fletus Hecube, quos dedit Andromache!
Sed raptum pater infelix, auroque repenſum
Condidit, & moerens hac tumulavit humo.

EP.

v. 3. *Telo violenti victus Achillis.*] Sic edidit Fabric. Pith. & Scalig. *Violenter bictus* Voſſii codex, unde Heinſius conjiciebat *evictus*. At in ſchedis, in quibus Epigrammata quaedam ex veteri Ger. Joh. Voſſii codice deſcripſit, legitur, *fractus Achillis. violentis ictus* in Thuaneo MS. & in editione Florentina Poëtarum Hetruſcorum, *violentus ictus*, unde *violentius ictus* tentabat Struchtmeyer in Anim. Crit. cap. 8. p. 42. Heinſius autem legendum putabat *nectus*, vel *enectus*, ut ſupra Ep. 42. v. 3. de Hercule, ubi ſimilis eſt varietas; *Tertius enectus ſus eſt Erymanthius ingens*. ubi in aliis *evictus*. ſed ſatius eſt ut hic loci nihil mutetur. niſi placeat ſequi veſtigia Thuanei codicis, & praeferre hanc lectionem, *Occubuit telo violentis victus Achillis. violens* enim aeque receptum vocabulum ac *violentus*, & Achilli aptum epitheton, quod & Ovidius ipſi tribuit Epiſt. III. 61. & in Ibid. 375. & ſane librarii facilius *violentis* mutarunt in *violenti*, quam contra, quippe quibus τὸ *violens* videbatur inſolitum. ſed ſic apud Horat. Lib. III. od. 30. 10. *violens Aufidus*. & *violens victor* Lib. I. Epiſt. 10. 37. ita Cel. Oudendorpius putabat emendandum eſſe apud Apulej. Lib. VI. p. 119. ed. Pric. *violentes aquas excipit*. In MSS. enim *volentes*. ed. Rom. *molentes*. vulgo *nolentes*. ſine ſenſu. Marcian. Cap. Lib. I. p. 7. *undarum violens rapiditas*. immo Virgilio IV. G. 373. *violentior amnis*. tum apud Serenum Sammon. v. 471. *violens natura medelae*. ut in veterrimis Voſſ. & Reg. membranis. vulgo *vehemens*. Gloſſae Labbaei p. 195. *Violens βίαιος*. ubi idem legebat *Violens*. hanc autem vocem in proſaico auctore ſe non inveniſſe ſcribit Cl. Drakenb. ad Liv. Lib. IX. 34. §. 9. & ſic *opulens* pro *opulentus* apud Auſon. Idyll. 2. v. 7. *Non opulens, nec egens, parcus ſine ſordibus egi*. de quo vide Mercer. ad Apulej. de Deo Socratis pag. 116. & 159. Ceterum huic loco ſimile eſt illud Hectoris Epitaphium apud Auſonium in Epitaph. Heroum. XIV.

Hectoris hic tumulus, cum quo ſua Troja ſepulta eſt,
Conduntur pariter qui periere ſimul.

ubi Tollius hoc Pentadii Epigramma in notis adferens habet *violenti victus Achillei*. quod admitterem, ſi ab editis aut manu exaratis codicibus confirmaretur, praeſertim ſi *violentis* legamus: nam genitivus ille *Achillei* vel *Achilli* atque *Ulixi* multis in locis a viris doctis reſtitutus eſt. vide Pierium ad Virg. I. Aen. 30. Heinſ. ad Virg. III. Aen. 87. ad Ovid. I. Artis 743. & ad Vellej. Lib I. pag. 69. tum Gronov. ad Liv. Lib. XLII. 25. & in Obſerv. ad Scriptor. Eccleſ. cap. IX. Fabrum ad Juſtin. Lib. I. cap. 7. pag. 36. & Cl. Abrah. Gronov. ad Eumdem Lib. III. cap. 7. pag. 801.

v. 5. *Hunc ferus Aeacides &c.*] Totum hoc diſtichon, ut & ultimum, *Sed raptum* &c. non legitur in Chronico Engelhuſii.

v. 6. *Quae juvenis manibus texerat ante ſuis*] Id ita expreſſit Ovidius in Ibide v. 335.

Vel qui, quae fuerat tutatus moenia ſaepe,
Corpore luſtravit non diuturna ſuo.

quem locum bene Salvagnius his ipſis Pentadii verſibus inluſtrat. *Quem juvenis* legitur apud Guidon. de Meſſan. in Hiſt. Troj.

v. 8. *Quos fletus Hecube, quos dedit Andromache*] ita apud Fabric. & Pith. *Quot fl. H. quot* legitur in Chronico eodem, & in Hiſtoria Trojan. Guidon. de Meſſana; ſed apud quos inepte habetur *Andromede*. *Hecubae* & *Andromachae* eſt in Florentina Poëtarum Hetruſcorum editione. recte omnino. id enim requirit praecedens verſus. & ita etiam ad marginem editionis Scaligeranae in ſuo exemplari emendaverat P. Francius. Lege igitur,

O quantos Priamo lux adtulit iſta dolores!
Quos fletus Hecubae, quos dedit Andromachae!

& quantos dolores exponere licet pro *quot dolores*, ex uſu non tantum cadentis Latinitatis, ſed & bonorum auctorum. de quo plura ad Lib. III. ubi occurrit,

Taederet quantos coeli convexa tueri,
Quantae ſaevirent in ſua colla manus.

v. 10. *Hac tumulavit humo*] ita Pith. & Scalig. *contumulavit* apud Fabric. *Adtumulavit* margo Pithoei, cui favet lectio Voſſianarum ſchedarum *accumulavit*, quomodo & apud Guidonem de Meſſana; in Petaviano codice *atumulavit*. at in alio Voſſiano *hac tumulavit*, ut editum eſt, legi notavit Heinſius.

EP. CIII.

EP. CIII. GERMANICI CAESARIS *ad Hectoris tumulum.*

Martia progenies, Hector, tellure ſub ima
  (Fas audire tamen ſi mea verba tibi)
Reſpira, quoniam vindex tibi contigit heres,
  Qui patriae famam praeferat uſque tuae.
Ilios en ſurgit rurſum inclita, gens colit illam,
  Te Marte inferior, Martis amica tamen.
Myrmidonas periiſſe omnes dic Hector Achilli,
  Theſſaliam & magnis eſſe ſub Aeneadis.

EP.

EP. CIII. *Martia progenies*] Ex Graeco Hadriani Imp. quod exſtat Libro II. Antholog. uno diſticho minus, ſeu veteris illud, ſeu recentioris ſit interpretis. PITHOEUS. qui edidit Lib. II. p. 49. e Graeco Hadriani eſſe libris etiam ſuis adnotarant Scriverius & N. Heinſius. Sed legitur in Lib. I. pag. 98. ed. Steph. & meretur hic adſcribi:

ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ, οἱ δὲ, ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ, εἰς Τροίαν.

Ἕκτορ, ἀρήιον αἷμα, κατὰ χθονὸς εἴ που ἀκούεις,
  Χαῖρε, καὶ ἄμπνευσον βαιὸν ὑπὲρ πατρίδος.
Ἴλιον οἰκεῖται, κλεινὴ πόλις, ἄνδρας ἔχουσα
  Σοῦ μὲν ἀφαυροτέρους, ἀλλ' ἔτ' ἀρηιφίλους.
Μυρμιδόνες δ' ἀπόλοντο. παρίστασο καὶ λέγ' Ἀχιλλεῖ
  Θεσσαλίην κεῖσθαι πᾶσαν ὑπ' Αἰνεάδαις.

quod explicat & Latinis verſibus interpretatur Vincent. Obſopaeus p. 145. edit. Wechel. pulcherrimum igitur hoc ſive Germanici, ſive Hadriani Caeſaris monumentum eſt: uterque enim praeter alios ſtudii poëtici foetus etiam Epigrammata plurima ſcripſerunt. Germanico certe hoc tribuit Barthius Lib. XLIX. Adv. c. 17. ſub illius ſaltem nomine nonnulla in his Catalectorum collectionibus habentur. ut illud, *Parce hoſpes tumulo.* &c. Lib. III. p. 97. apud Pithoeum. tum elegans Epigramma de puero Thrace ibid. pag. 105. Hadriani verſus, quibus Floro reſpondet, noti etiam ſunt, ut & illi, quibus animam ſuam morti vicinus adloquitur, quos ex Spartiano Pithoeus Lib. IV. Epigr. vet. pag. 184. inſeruit. Ei etiam tribuitur anacreonticum illud in equum Boriſthenem, quod ſub finem libri tertii idem edidit Pithoeus, niſi id Graece ab eo conpoſitum & a recentiore verſum ſit, ut putabat Voſſius, quomodo & hujus Epigrammatis in Hectorem Latina forſan Hadriano recentior eſt interpretatio de Graeco ejus carmine, ut cenſebat Pithoeus. Ita & Hadriani Epitaphium in tumulum Voconii memorat Apulejus in Apolog. p. 13. ed. Pric. cumque etiam multos liberioris argumenti verſus luſiſſe ibidem teſtatur. quod firmat Spartianus in Hadr. cap. 14. *Fuit enim poëmatum & literarum omnium ſtudioſiſſimus, aritimeticae, geometriae, picturae peritiſſimus. Jam pſallendi & cantandi ſcientiam prae ſe ferebat: in voluptatibus nimius. Nam & de ſuis dilectis multa verſibus compoſuit, amatoria carmina ſcripſit.*

v. 4. *Qui patriae famam praeferat*] leg. *proferat*. PITHOEUS. Ita etiam Heinſius emendabat, adſcripto Albinovani verſu Eleg. ad Liv. v. 20. ubi ſimiliter *proferre imperium* pro extendere occurrit,

Protulit in terras imperiumque novas.

Tacitus Lib. I. Annal. c. 3. *Abolendae magis infamiae ob amiſſum cum Quintilio Varo exercitum, quam cupidine proferendi imperii.* Seneca VI. Nat. Quaeſt. 23. de Alexandro: *Imperium ex angulo Thraciae uſque ad Orientis terminos protulit.* Juſtinus Lib. I. cap. I. *Fines imperii tueri magis quam proferre mos erat.* vide & Cioſanum ad Ovid. Lib. V. Metam. v. 372. eſt autem *proferre famam*, quod *extendere* dixit Virgil. *famamque extendere factis.* vulgatum ſervare placebat Cl. Schradero, & emendare,

Qui patriae famam praeferat uſque ſuae.

hoc eſt quod alibi in Epitaph. Julii Vindicis,

Imperium adſeruit non ſibi ſed patriae.

ſed prius puto admittendum.

v. 5. *Ilios en ſurgit rurſum inclita.*] *Ilion* ſcribi nominandi caſu, more Graeco, & quidem feminino genere, volebat Scaliger notis ad Catullum pag. 69. verum utrumque dici, & in libris antiquis promiſcue inveniri, videbis ex notis Heinſii ad Ovid. Epiſt. I. v. 48. ſic *Pergamon* & *Pergamos*. ut in Epigrammate Sulpitii in Aeneidem Virgilii p. 140. Catalect. Scalig.

Infelix alio cecidit prope Pergamon igni.

ubi Francius in ſuo libro caſtigavit *Pergamos*. vide & Gronov. ad Senec. Troad. v. 14.

v. 8. *Magnis eſſe ſub Aeneadis.*] Forte *magnos iſſe ſub Aeneadas.* ita in fragmento praefat. Corippi:

Subjectus paret mundus, Deus omnia regna
Sub ſedes dedit iſſe ſuas.

ita enim legit Barth. Lib. XXV. Adv. 6. niſi malis *Sub leges dedit iſſe tuas.* ut adloquatur Juſtinum. Sic in vexato Statii loco Lib. I. Sylv. I. v. 28. ex emendatione D. Heinſii,

Et minor in leges iret gener & Cato noſtras.

vulgata tamen apud Corippum *Sub pedibus dedit eſſe*

tuis

EP. CIV. *De Hectore.* C. ABRONII SILONIS.

Ite agite, o Danai, magnum Paeana canentes.
Ite triumphantes. belli mora concidit Hector.

EP.

tuis etiam ſervari poteſt. Ovid. Ep. VII. 6. *Haec tibi ſub domino, Pyrrhe, puella ſuo eſt.* Vellej. Pat. Lib. I. cap. 3. *Athenae ſub regibus eſſe deſierunt.* plura vide apud Sanct. in Minerv. IV. 6. p. 678. ſaepe autem ita variare codices notavit Cl. Drakenb. ad Silium Lib. XV. 151. Propert. Lib. IV. El. 4. 71.

Hic primus coepit moenibus eſſe dies.

ubi *Hinc p. c. moenibus iſſe dies* corrigit Heinſ. ad Ovid. IV. Faſt. v. 727. apud Sedulium Lib. V. v. 2. *jam proxima Paſchae Ceperat iſſe dies.* ſic lege, vulgo *eſſe.* vid. & Heinſ. ad Ovid. Rem. Am. v. 541. *ire ſub imperium* dixit Tibull. Lib. II. El. 4. 54. & *ſub imperium accipere* Tacit. Lib. I. Ann. cap. 1. ubi fruſtra Dorleans *ſub imperii vim.* Ceterum initio hujus Epigrammatis eriges haud parum ſententiam, ſi mutetur diſtinctio hunc in modum:

Mavia progenies, Hector, (tellure ſub ima
Fas audire tamen ſi mea verba tibi!)

ita enim ſuadet Graecum Epigramma, κατὰ χθονὸς εἴ που ἀκούεις. ſimillimum illud Attii ex Epigonis Aeſchyli apud Cic. II. Tuſc. cap. 24.

Audiſne haec, Amphiaraë, ſub terram abdite?

Virg. IV. Aen. 387.

Audiam, & haec manes veniet mihi fama ſub imos. *tellure ſub ima*, ut Lib. VI. Aen. 459. *ſi qua fides tellure ſub ima eſt.* & ſic D. Heinſius in verſione Latina Graeci Epigrammatis pag. 136. Poëm. ex Graec. verſ. ubi totum ita reddidit:

Sanguis Martius Hector, adhuc ſi mortuus audis,
Gaude, &, vel patriae nomine, vive parum.
Ilios incolitur urbs inclyta: nactaque gentem eſt,
Si tibi non ſimilem, Martis amore parem.
Theſſalia at nuſquam eſt. Pete Achillem protinus, & dic,
Theſſaliam cunctam ſtare ſub Aeneadis.

Ceterum edidit hoc etiam Binetus in Catalect. Petron. & Epigr. vet. pag. 7. ſed qui nihil a Pithoeo differt.

EP. CIV. C. ABRONII SILONIS] Quod in Catalectis Virgilii titulo & nomine C. Silii leguntur, ut monuit Dalechampius, nulla in eo eſt difficultas: non magis, quam ſi alibi Julium Caeſarem, alibi C. Caeſarem legas. *Abronium* enim hic (apud Senecam) legam cum Glandorpio, ut nomen ſit Gentis, ni fuit *Apronianum Silonem*, & ſignificetur ex gente Apronia hunc Silonem adoptatum fuiſſe. JOH. SCHULTINGIUS. Eſt apud Pithoeum Lib. II. pag. 51. & Scalig. Lib. I. Catalect. pag. 221. deſumtum ex Senecae Suaſor. II. ubi ex Silonis verſibus hoc profert *belli mora concidit Hector.* ſed illud utcumque venuſtum vinci ait a Virgilio, qui id ita expreſſerit Lib. XI. Aen. v. 288.

Quidquid apud durae ceſſatum eſt moenia Trojae,
Hectoris Aeneaeque manu victoria Grajum
Haeſit. vide locum ipſum Senecae, ad quem notata ab Andr. Schotto & Joh. Schultingio non piguit hic inſerere. *Abronium Silonem* etiam apud Senecam legendum eſſe monet Voſſius de Poët. Latin. cap. 2. pag. 37. & hunc verſum Siloni patri eſſe tribuendum putat, cum Seneca illic filium etiam memoret, qui pantomimis fabulas ſcripſit. Non video igitur cur, quia diverſi fuerint Silones, fluctuet Schottus in definiendo, quis Silo Senecae nominetur.

v. 1. *Ite agite ô Danai*] & ab editis, & à ſcriptis abfuit vocandi adverbium. Maro tamen ſemper conjungit: Exempla piget congerere. SCHOTT.

Ibid. *Magnum Paeana canentes*] Expreſſit Silo Maronem VI. Aeneïd. (v. 657.)

Conſpicit ecce alios dextra laevaque per herbam
Veſcentes, laetumque choro Paeana canentes.

& Lib. X. (v. 738.)

Conclamant ſocii, laetum Paeana ſecuti. SCHOTTUS.

v. 2. *Cincidit hora*] *Hector* poſcit res ipſa, quod Danaos alloquatur Achilles, aut quiſquis eſt: quod admonere viſum eſt: nam in veteri libro Covar. legitur, *occidit ore*, & quidem verbum *occidit* bis collocatur, quaſi renitens atque identidem repetens, ne quis librarius immutaret, & vero hujuſmodi vocalium comploſio non infrequens priſcis illis vatibus: Quale illud: *Clamaſſent ut litus Hyla, Hyla omne ſonaret.* SCHOTT.

Ibid. *Belli mora concidit Hector.*] Poſtremam vocem recte habere inde opiner, quod illam non video ſollicitatam variis codicum lectionibus paulo poſt, ubi haec totidem iterantur verbis, quot ſunt vulgo in editis. Igitur ſuſpicabar illa pro *Hector* hoc loco *ore ſed ora* partim ad verſum, ad proſam partim pertinere. Veluti ſi ſcriptum fuerit; *Belli mora concidit Hector. Scilicet ad omnia tam diligentes,* &c. ut *ſ* ſolum ſit poſitum pro *ſcilicet*, non uno loco hujus Suaſoriae patet uſitatiſſimum fuiſſe. Reliqua ſuam facile egerint atque obtinuerint cauſam. Ille tamen mihi ſemper ſuperfuit ſcrupulus, quo pacto quicquam in his improbari potuerit, ſi non aliter olim habuerunt, ut ſuadere poſſit videri ratio: & quare ſordis alicujus comparatione Virgilii arguantur. Certe filius Seneca non dubitavit haec tribuere Hectora flentibus, Troad. 124. *Tibi noſtra ferit dextra lacertos*, &c *Columen patriae, mora fatorum*, non id auſurus, puto, meliora doctus a patre, ſi quidquam in his eſſet vitii: *Belli mora concidit Hector:* unde quandoque conjeci auctoritati etiam cedens librorum: *Belli mora, concidit ore Hector.* Ut ſit quale illud Homeri Iliad. β. πολέες δ᾽ ἀμφ᾽ αὐτὸν ἑταῖροι πρηνέες ἐν κονίῃσιν ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν. *Multique circa illum ſocii proni in pulveribus mordicus accipiant terram.* Virgil. XI. Aen. v. 418. *Procubuit moriens & humum ſimul ore momordit.* Filius Lucius

Ep. cv. *De Troja & Hectore.* *Ex* Incerto.

O Aſiae flos Troja potens, o gloria; quo nunc
In cineres collapſa jaces? ubi regia proles
Ex Hecuba Priami veniens a ſemine Divum?
O Hector, quondam Troum fortiſſime, fruſtra
Conjugis in facie defectorumque parentum
Hoſtiles proprio foedaſti ſanguine currus:
Hanc adeo patriae cladem tua, perfide paſtor,
Navibus invexit Dîs exſecrata voluptas.

Ep.

Herc. Fur. 895. *Ultrice dextra fuſus adverſo Lycus Terram cecidit ore.* Sed ita ſi haec reformanda, non video qua dote haec eruditis commendari potuerint: ubi illa *mora* & *ore* tam duriter feriunt aures, ubi verſus praeterea non ita commode ambulat. In his tanto facilius ſuſtineo judicium, quod ſaepe eas tuliſſe ſententias Senecam meminerim, quae nos non perſpeximus, quo jure niterentur. Si *Belli mora concidit ore Hector* amplectimur pro vero, ejusdem fili haec erunt cum Virgilianis, quod verſu in tertio vox tantum poſita eſt una, quod unice laudabat, nec cetera Virgilii eſſe judicabat Meſſala. Sed hic rurſum illa ſe offert difficultas, quod his verſibus tantum quaeritur, quanto decentius extulerit Virgilius hoc celebre: *Belli mora concidit Hector.* Quare ego, ut ſemel dicam, quod ſentio, hic ἐπέχω. Joh. Schultingius.

Ibid. *Belli mora concidit Hector*] Inepta lectio, quae fuit in antiquitus excuſis, *belli mora concidit hora*, pro momento temporis, non expreſſo ſed ſubintellecto Hectoris nomine, ut ſcilicet Achilles, qui hic loquitur, glorietur, Hectorem, ſed quem nominare dedignatur, qui per decem annos moratus erat bellum Trojanum, ſua manu caeſum momento temporis bello iſti finem impoſuiſſe. Sed in illa certe lectione illud ſcabri & duri aures offendit, quod culpandum in his verſibus quaerit Joh. Schultingius, vir eruditiſſimus, ſed literis elegantioribus nimis immaturo fato ereptus. *concidit hora* tamen laudatur etiam a Delrio ad Senecae Troad. v. 171. pag. 238. Conjectura vero Schultingii, qua emendat, *belli mora concidit ore Hector*, erudite ſatis ab eo adſerta eſt. quomodo paſſim Viri illuſtres & Heroesq cadentes dicuntur *ore mordere humum* apud Homerum, & ex fonte illo perenni ſua haurientem Virgilium. vide Victor. Lib. xxix. Variar. Lect. cap. 17. eo trahunt nonnulli illud Senecae in Oedipo v. 480. *Ore dejecto petiere terram Thermodontiacae graves catervae.* ſed perperam, ut videbis apud Heinſium Lib. i. Adverſ. cap. 17. melius ad rem facit Virgil. xi. Aen. v. 418.

Egregiusque animi, qui, ne quid tale videret,
Procubuit moriens, & humum ſemel ore momordit.

ubi *ſimul ore momordit* conjeceram, cum poſtea vidi Patruum meum notaſſe ita in MS. Zulichemio & ed. Veneta haberi. quomodo hic etiam Schultingius adfert. licet vulgatum in meo MS. & Cod. Biblioth. Amſtelaed. etiam legatur. eodem Libro v. 669.

Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam
Mandit humum, moriensque ſuo ſe in vulnere verſat.

Silius Italicus Lib. V. v. 525.

Labitur infelix, atque oppetit ore cruento
Tellurem exſpirans. & Lib. ix. v. 383.
Volvitur ille ruens, atque arva hoſtilia morſu
Appetit, & mortis premit in tellure dolores.

vide ad utrumque locum doctorum Interpretum notas. & Patruum meum ad illud Virgilii x. Aen. 489. *Et terram hoſtilem moriens petit ore cruento.* ubi forte *moriens ferit ore cruento* legendum, ut apud Senecam in Oetaeo Hercule v. 834. *Nunc ore terram languidus prono ferit.* Hoc tamen in verſu ea viri eruditiſſimi emendatio mihi non admittenda videtur, ſi bene Senecam capio. Non enim id vult, ut aliquid ingratum & Poëticis auribus moleſtum hic culpetur, recurſu ſcilicet earumdem vel ſimilium ſyllabarum in *mora* & *ore*, qui tamen major eſt in altera illa lectione *mora* & *hora*: ſed innuit ſenſum vulgati iſtius ac celebris verſus *belli mora concidit Hector*, bene quidem dictum, ſed dici tamen poſſe melius, & longe decentius a Virgilio expreſſum eſſe ita; *Quidquid apud durae ceſſatum eſt* &c. ſic enim cum Schotto in Seneca legendum, non *item*, quod in vulgatis loco Virgilii praemittitur, & ſenſum valde turbat, tamquam praecedens hemiſtichium, de quo agit, *belli mora* &c. Virgilii etiam eſſet. Ita haec apud Senecam bene ſibi conſtare arbitror, & in hoc verſu retinendam eſſe illam lectionem, quam Scaliger & Pithoeus expreſſerunt, *belli mora concidit Hector.* ut apud Senecam filium Agamemn. 211. *Non ſola Danais Hector & bello mora.* & in Lucani loco, ab aliis etiam producto, Lib. i. v. 100. *Craſſus erat medius belli mora.* Vide Cel. Drakenb. ad Silium Ital. Lib. viii. v. 33.

Ep. cv. *De Troja & Hectore.*] Ineditum hoc ex veteri Codice Biblioth. Leidenſis, in quo legebatur Marbodii poëma de ornamentis verborum, deſcripſit N. Heinſius. v. 2. *In cinerem collapſa jaces?*

EP. CVI. *Ajacis tumulus ex Homero.* M. T. CICERONIS.

Hic ſitus eſt vitae jampridem lumina linquens,
Qui quondam Hectoreo percuſſus concidit enſe.
Fabitur haec aliquis: mea ſemper gloria vivet.

EP. CVII. *De Memnone.*

Filius Aurorae, Phoebi naſcentis alumnus,
Producit gentis millia tetra ſuae;
Succurrens feſſis fauſto non omine Teucris,
Pergit Pelidae protinus enſe mori.
Jam nunc monſtratur, maneat qui Pergama caſus,
Cum nigrum Priamus ſuſcipit auxilium.

EP. CVIII. *In Aeneam patrios penates ex Trojae incendio cum Patre auferentem.*

Cum patrem & patrios ferret cervice penates,
Atque adeo ingentis fata noverca Aſiae;
Romanosque Deos, Europaeosque triumphos,
Totius & mundi * exſuviis ſpolia,

Tros

ces? magis poëticum eſſe, patebit ex notis Heinſii & Patrui mei ad Ovid. Epiſt. I. 24. ubi correxerunt,

Verſa eſt in cinerem ſoſpite Troja viro.

non *in cineres*, ut olim edebatur. vide ad Lotich. Lib. I. El. 4. v. 81. Vſ. 4. emendavi *defectorumque*, pro eo quod in Scheda legebatur *defuctorumque*. *defectos* pro deficientes, aetate nempe, & fere ad mortem redactos, expone. quod *defectos annis* alii dicunt. vid. Salmaſ. ad Solin. Tom. I. pag. 325. & notas ad Phaedr. Lib. I. fab. 21. 3. ita corrige apud Pindar. Theb. Epit. Iliad. v. 976.

Horruit inſtantem defectus viribus Hector.

vulgo *defectis viribus.* & Maximianum El. 5. 83.

Aſt ubi defecti perſenſit funera membri.

ubi male editur *delecti.* ſic enim Eleg. I. v. 15. *Quae cum defectis jam ſunt immortua membris.* & v. 117. *Me vero, heu tantis defectum partibus olim.* ut in Cod. Voſſ. pro varia lectione, & conjecerat Heinſius. *defunctum* edidit Pithoeus. pro quo *defunctum in partibus* fragmentum P. Danielis. plura vide apud Coler. ad Valer. Max. Lib. V. cap. 5. 3. Holſten. ad Paſſion. Perpet. pag. 116. N. Heinſ. ad Ovid. III. Faſt. 674. & Patrui mei notas ad Valer. Fl. II. 463.

EP. CVI. *Ajacis tumulus ex Homero.*] Hoc Ajacis Epitaphium a Cicerone in Lib. II. de Gloria verſibus Latinis redditum ex Homeri Iliad. H. v. 89. & ſeq. ubi vide S. Clarkii notas, legitur apud Gellium Lib. XV. Noct. Attic. cap. 6. ſed in cujus MSS. non reperiri hos verſus, ideoque a Stephano ejectos monent notae. Leguntur tamen in antiquiſſimo Gellii Franequeranae Bibliothecae Codice, in quo verſu ſecundo *perculſus* habetur, ut etiam in editis Gellii libris. melius *percuſſus* edidit Pithoeus in Praetermiſſis pag. 482. ſed qui perperam verſum tertium omiſit. de permutatione harum vocum vide ſupra ad Epigr. 99. v. 6.

EP. CVII. *De Memnone.*] Debetur Salmaſianis & Divionenſibus ſchedis, ac Codici Leidenſi. DE MENNONE vitioſe in Salmaſian. & Leid. in quibus v. 3. *homine* pro *omine*. tum *prodinus ſenſe.* pro *protinus enſe.* v. 5. *jam tunc* erat in Divionenſibus.

EP. CVIII. *In Aeneam.*] Ineditum hoc produxit ex priſco Codice Barthius Lib. XVI. Adverſ. I. ubi dicit ſe illud aliquando inter alias Schedas donaſſe juveni cuidam ingenioſiſſimo, qui id pro ſuo perperam edidit. Quem plagiarium indicet, ignoro. an Euſtathius Swarthius notetur, qui apud Barthium quondam habitavit, ipſique a manu fuit, ſed plurima ei ſubiegit, divinare quidem, ſed non certo adfirmare poſſumus. ex Barthio etiam habet Almelov. pag. 44.

v. 4. *Totius & mundi * exſuviis ſpolia*] Nec metrum nec ſenſus in his conſtat. quibus ut ſuccurram, venit in mentem, in medio verſu excidiſſe vocem, & *ſpolia* eſſe putidum gloſſema τῦ *exuvias.*

 Le

Tros Anchiſiades; poterat periiſſe per ignes,
. Aemonia ut virtus tracta erat ante rota.
At cum flamma furens tetigit ſenis ora parentis,
Diſſiluit nullis noxia turbinibus.
Fata operi reſtent, Pietas ſi ſola favebit.
Invictum in mediis ignibus obſequium eſt.

EP. CIX. *De Glauco.*

Squammeus anguis erat, qui reddidit aethera Glauco;
Qui tulit Archemorum, ſquammeus anguis erat.

EP. CX. *De Laocoonte.*

Laucontem gemini diſtendunt nexibus angues,
Cumque ſuis genitis ſors habet una patrem.
Quod tamen iligni violarit terga caballi,
Hinc toleraſſe ferunt ſaeva venena virum.

Quid

Legendum itaque opinor:
Romanosque Deos, Europaeosque triumphos,
Totius & mundi duceret exuvias
Tros Anchiſiades:
niſi cum Cel. Oudendorpio praeſeras *tolleret*, ideſt ſecum auferret. *exuvias* eleganter vocat Deos Penates, quos ex Trojano excidio Aeneas ſecum duxit tamquam ſpolia de hoſtibus relata. ut ipſe jactat apud Virg. I. Aen. v. 382.
Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoſte penates
Claſſe veho mecum, fama ſuper aethera notus.
Gloſſarium Leidenſe MS. poſt Iſidori Origines, *Excubias ex ſpolia, hoſtium vel indumenta, vigilias, ſive cuſtodia*; quae confuſa ſunt. Lege, *Exuvias, ſpolia hoſtium vel indumenta. Excubias, vigilias ſive cuſtodias.* Conferendum eſt hoc carmen cum Epigrammate Graeco Lib. I. Antholog. Gr. p. 173. ed. Obſop. cujus interpretationes a Marullo, Vellio, & Alciato factas profert, & rem ipſam illuſtrat Conſtantius Landus in Explicat. Veter. Numiſm. pag. 7. eleganter Ovidius Lib. IV. Faſt. 37.
Hinc ſatus Aeneas, pietas ſpectata per ignes
Sacra patremque humeris altera ſacra tulit.
vid. Heinſ. ad Lib. V. Faſt. 563. hinc *penatiger* Aeneas dicitur eidem Lib. XV. Met. 450. de quo Freinshem. ad Flor. Lib. I. cap. 2. §. 3. & illuſtrabunt hoc Epigramma, quae de Aenea Deos penates & patrem Anchiſem humeris ferente occurrunt apud Virg. II. Aen. 717. Ovid. Epiſt. VI. v. 79. & ſeqq. & Senec. Lib. III. de Beneſ. cap. 37. quomodo & conſpicitur in tabula Iliaca poſt Fabretti Comment. ad Column. Trajan. & in nummo gentis Juliae apud Patinum in Numm. Famil. p. 124. & Auguſtin. in Dial. Antiq. pag. 34.

EP. CIX. *De Glauco.*] Hunc titulum feci, licet Salmaſianae ſchedae inſcribant *de Lauconte*; & Divionenſes *de Laocoonte*; tum in primo verſu habeant *Lauco.* vid. Cl. Dorvill. qui hoc etiam edidit in Miſc. Obſerv. Nov. Vol. II. T. V. p. 482. & legit, *quo reddidit aethera Lauco.* ut *Lauco* ſit nominandi caſus pro *Laucon* ſive *Laocoon*, ut *Creo*, *Agamemno.* & ſim. & *reddere aethera*, pro ſpiritum, auram, ut *reddere animam.* Sed recte Heinſius Salmaſianis ſchedis adſcripſit, legendum eſſe *Glauco.* Intellige Glaucum Minois & Paſiphaae filium, cujus fabulam lege apud Hygin. Fab. CXXXVI. & Palaephat. de Incred. cap. XXVII. unde diſces, cur anguis ſquammeus hic dicatur Glauco reſtituiſſe aethera, ideſt vitalem ſpiritum, ſive auram aetheriam, ut Virgilius vocat. de *Archemoro* infante, in apio expoſito, & ab angue necato, dum Hypſipyle principibus Achivis, ad bellum Thebanum tendentibus, fontem monſtrabat, ut ſitim conpeſcerent, nota eſt fabula. vide Hygin. fab. LXXIV. Columm. ad Ennium pag. 290. & Paſſerat. ad Propert. pag. 395. 396.

EP. CX. *De Laocoonte.*] ita hoc Epigramma, quod in Salmaſ. Divion. & Leid. Codice legitur, inſcribendum eſt, licet in ſchedis Divion. DE EODEM, & praecedenti connexum ſit, cum illud, ut dixi, non de Laocoonte agat. *Laucontem* vocari vides pro *Laocoontem*, priſco ſcribendi more, ut bis apud Petronium in cap. 89. ubi vide Erhardi notas. quomodo *Laumedon* pro *Laomedon* in vetuſtiſſima Daretis Phrygii editione ſemper occurrit, & ſic apud alios, ut *Laudice* pro *Laodice*, & ſimilia frequenter ſcribi videbis ex notis Scaligeri ad Feſtum pag. 14. & ad Catalecta pag. 269. Voſſii ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 69. Bongarſii ad Juſtin. XIII. cap. 4. §. 12. & Broukhuſ. ad Propert. Lib. II. El. XI. v. 2.

v. 3. *Quod tamen iligni violarit terga caballi*] In Cod. Salm. & Leid. *ligni.* In Divionenſibus ſchedis

Digitized by Google

Quid ſperare datur Superum jam numine laeſo,
Cum ſic iraſci ligneus audet equus.

EP. CXI. *Antenoris.*

Inclitus Antenor patriam * vox niſa quietem,
Tranſtulit huc Henetum Dardanidumque fugas.
Expulit Euganeos, Patavinam condidit urbem:
Quem tenet hic humili marmore caeſa domus.

EP.

dis voci *iligni* adpoſita erat aſteriſci nota, ad ſignum vitioſae aut non ſatis clarae lectionis. an forte *abiegni* olim ſcriptum fuerit, divinare liceret, ut apud Propert. IV. I. 42.

Jam bene ſpondebant tunc omina, quod nihil illam
Laeſerat abiegni venter apertus equi.

ubi in Cod. Voſſiano quarto *armati equi* legitur. quod provenit a librario alteram vocem minus intelligente. Sed bene ſe habet haec ſcriptura. *ilignum caballum*, tanquam ex ilice factum, vocat equum Trojanum, in quem haſtam inmiſit Laocoon, unde numinum iram ſibi contraxit, & a duobus ingentibus ſerpentibus una cum filiis occiſus interiit. vide Hygin. fab. 135. & Virg. II. Aen. v. 201. & ſeqq. ita apud Terent. Adelph. Act. IV. Sc. 2. 46. *lectuli ilignis pedibus.* ubi vide notas. Virg. III. Georg. 330. *Currentem ilignis potare canalibus undam.* ubi Servius *factis ex ilice.* & in aliis Codd. *illignis*, *illigneis*, vel, *in lignis.* vide notas. *ilignum* vero quod vocet, & mox *equum ligneum*, ita explicandum, ut ſaepe Virgilius dicit Trojanum equum nunc ex abiete, nunc ex pinu factum, pro quocumque ex ligno, ſpecie pro genere poſita. vid. Serv. ad Lib. II. Aen. 112. Verſu ſequente vocem *toleraſſe* corruptam puto: & ſi emendare liceret, *Inde tuliſſe ferunt*, conſtaret ſenſus. vel cum Cl. Oudendorpio, *Hinc violaſſe*, aut *laceraſſe*. qui verſ. penult. ubi illud *jam* inepte abundat, etiam legebat, *Superorum numine laeſo.*

EP. CXI. *Antenoris.*] Ex Appiano pag. 336. Ferretio in Muſ. Lapid. Lib. V. pag. 321. Pithoeo Lib. III. Epigr. pag. 101. & Fabricio in Monum. Antiq. pag. 150. qui id Patavii in marmore legi teſtatur, exhibemus hoc Epitaphium Antenoris, ſive id antiquum, ſive potius recentius ipſo, quod oſtenditur, Antenoris ſepulchro ſit. Ita certe jubet Gruterus, qui illud retulit inter ſpuria pag. IX. inſcr. 7. Sane primus verſus, ſi ab auctore & non potius inperito ſculptore, ita ut legitur, provenerit, nullum ſenſum habet. Et tamen ita produci hoc carmen videas ab illis, qui tumulum ipſum Antenoris, verſibus his ornatum, Patavii viderunt. Andreas enim Schottus in Itinerario Italiae Lib. I. pag. 64. teſtatur haberi illud in porticu ducente ad S. Franciſci fanum, ibique occurrere ſepulcrum lapideum, quatuor columnis erectum, & quaſi concameratum; ibique haberi hoc Epitaphium, quod profert eodem modo, quo Pithoeus & Fabricius id ediderunt. Neque aliter etiam exhibetur a Johanne Cavaccio in Aula Zabarella ſeu Elogiis illuſtrium Patavinor. pag. 9. ubi & Bernardi Georgii duo ſimilis argumenti Epigrammata in Antenorem ſubjungit, quibus hoc illuſtrat. Laurentius quoque Pignorius in Antenore cap. 8. p. 37. poſt Orig. Patavinas, ipſum ſepulcrum & Epitaphium exhibet, & illuſtrat, primumque verſum, a Pithoeo aſteriſco notatum, ita exponit, *cujus vox ſtuduit ſemper quieti patriae*, licet duram conſtructionem fateatur ipſe. ſed illo ſenſu admittenda potius eſſet conjectura Cel. Oudendorpii, qui ex veſtigiis corruptae lectionis tentabat minima mutatione,

Inclitus Antenor patriam monuiſſe quietem.

vel *vovisſe.* ſcil. ut Helenam reddendo patriae quies maneret vel reſtitueretur. *inclitus monuiſſe*, infinitivo pro gerundio, ut ſaepe. Eodem modo, ut ceteri exhibent, edidit etiam Montfaucon. In Diar. Ital. cap. VI. p. 79. ubi illud Antenoris ſepulchrum in vico S. Laurentii ad oſtium PP. Servorum ſe vidiſſe tradit, & Epigramma ipſum a ſe deſcriptum profert, ſed ita ut fateatur primi verſus ſententiam fruſtra quaeri. Sed & legiſſe ſe addit in codice trecentorum circiter annorum D. Cornari Biſcopia, juſſum fuiſſe inſcriptionem ſequentibus verbis adponi:

Inclytus Antenor patriam vix viſa quietam,
Tranſtulit huc Atnetum Dardanidumque fugas &c.

& illa *vix viſa* accipi poſſe pro *vix viſam*, licet ſententia minime congrua, ſubjungit. Ex eo etiam producit Chriſtoph. Gotl. Sachſius in Vindic. pro Maron. Aeneid. contra Harduin. Lipſiae editis pag. 33. ubi Antenoris ſepulchrum vetuſtum eſſe, licet recens Inſcriptio ſit, contra Harduinum adſerit, ſed nihil ad emendationem hujus verſus confert. Eoſdem etiam, non aliter ac Pithoeus edidit, deſcripſit, & in Itinerario ſuo Italiae exhibuit Miſſonius Tom. I. p. 178. & 178. vid. Sickii & Neocor. Biblioth. Nov. Libr. Tom. II. p. 626. Nihil quoque praeſidii nobis adfert codex Moroni ab Heinſio collatus, in quo nulla cum ſcripturae differentia legebatur, niſi quod *nixa* pro *niſa*, & verſu ſecundo *Enetum*, & in quarto *haec humili* (pro quo *tumuli* Heinſius) in eo haberi notaverit. apud Gruterum *Hevetum Dardaniumque* vitioſe. & v. 4. *hic tumuli.*

EP. CXII.

Eſt via, quae populum ducit Junonis ad aedem,
Fons ubi nativis aëra pulſat aquis.
Quisquis ad hanc pergis, Periandri tranſage thermas,
Antra, domos, curvis parva theatra locis,
Et ripas Atheſis, Phrygiique palatia Jani,
Regia ſepta, lares, atria, templa, forum.
Inde celer ſubeas magni delubra Tonantis,
Qua fert ſublimes Martia porta gradus.

Hic

muli. Enetum Dardanidemque apud Apianum. ipſum vero Antenorei ſepulcri monumentum oculis videndum dedit Sertorius Urſatus in Monum. Patav. Lib. I. Sect. X. qui ex Grutero id etiam inter ſpuria refert: Ex ejus autem adnotationibus patet ſepulcrum hoc uſque ad an. MCCLXXIV. latuiſſe, ſed cum Xenodochii ſtruerentur fundamenta, repertum eſſe, ejuſque antiquitatem quidem certam, ſed carminum ei inſculptorum auctorem eſſe *Lupatum*, tunc temporis Quatuorvirum, Equitem, ac poëtam inſignem, quod confirmat etiam Bern. Scardeonius de Antiq. Urb. Patav. Lib. I. Claſ. I. p. 7. ſed qui eum *Lovatum* adpellat, & primum verſum ita exhibet, *Inclitus Antenor patriae, vox niſa quietem.* Apud alios longe aliter exhibetur, & ſententia quidem, ut fatendum eſt, congrua & apta, ſed quem interpolatum facile agnoſcas ab ingenio illorum, qui loco adfecto medicinam ferre voluerunt, & quidem hoc modo:

Inclitus Antenor poſt diruta moenia Trojae
Tranſtulit huc Henetum Dardanidumque fugas.

Sic enim produxit Paullus Merula Part. II. Cosmogr. Lib. IV. cap. 36. p. 1043. ſed unde deſcripſerit ac hauſerit non indicat. & ita legitur apud Schradaeum in Monum. Ital. Lib. I. pag. 26. & inter Epitaphia Patavina apud Fr. Sweertium in Deliciis Orbis Chriſt. pag. 420. *poſt eruta Pergama bello* in ipſo Epitaphio, ſuis verſibus inſerto, legi ſcribit Georgius Sabinus in Hodoeporico Itineris Italici Lib. II. Eleg. I. pag. 66. ubi de Patavio:

Multa vetuſtatis, clarorum multa virorum
Omnibus hic exſtant & monumenta locis.
Quatuor hos tumuli ſcriptos in marmore verſus,
Troius Euganeae conditor urbis habet.
„ *Inclitus Antenor, poſt eruta Pergama bello,*
„ *Tranſtulit huc Henetum Dardanidumque fugas.*
„ *Expulit Euganeos, Patavinam condidit urbem,*
„ *Quem tegit hic humili marmore caeſa domus.*

Sed relinquamus potius reliquias has antiquitatis eruditae, licet carie ac ſitu vetuſtatis corruptas, easque ita, ut in ipſis monumentis conſpici nobis adfirmant oculati teſtes, exhibeamus. Si enim eo modo in his graſſari velimus, ut pro laceris aut mutilatis verſibus tota hemiſtichia ex ingenio ſubſtituamus, modo ſententia & metrum id patiatur, poſſemus eadem interpolandi licentia ex Virgilio, ubi Antenoris fata deſcribit, & quomodo Urbem Patavium condiderit, ſupplere hunc verſum, *Inclitus Antenor, mediis elapſus Achivis, Tranſtulit huc Henetum* &c. vel ex eo quod apud eumdem ſubjungitur, *nunc placida compoſtus pace quieſcit*, aliquid exſculpere, quod hic conveniret, & propius inſiſteret vulgatae ſcripturae veſtigiis. vide Lib. I. Aen. v. 246. & ſeqq. Sunt & qui aliud Antenoris epitaphium eodem in loco ſcalptum tradant, quod ita ſonat:

Hic jacet Antenor, Patavinae conditor urbis,
Proditor ipſe fuit, quique ſequuntur eum.

quod etiam in ſchedis Heinſii, quibus Epigrammata ex Codice Ger. Joh. Voſſii deſcripta continentur, inveni, & ab aliis adſertur. Sed quia nimis inſulſum, & poëtaſtri cujusdam trivialis genium nimium quantum referre nobis videbatur, nolui locum ei inter haec dare, praeſertim cum Montfauconius teſtetur, ſe illud ibidem non animadvertiſſe, ſive id eraſum, ut dicit, a Patavinis fuerit, ſive alicubi in ſepulchro lateat, aut potius nusquam exſtiterit, ſed commentum fuerit malevoli & invidi hominis. Sane facile eo carere poſſumus, & ut malum pedem ad ipſum auctorem hinc referat, per nos licet.

EP. CXII. *Eſt via, quae populum* &c.] Praecedenti Antenoris Epitaphio ſubjungit Pithoeus Lib. III. p. 101. vide Scardeonii Antiq. Patav. Lib. I. p. 15. Pignorii Antenorem pag. 13. & Orig. Patav. p. 28. qui teſtatur ſe Pithoei editionem ſecutum, & inde nonnulla correxiſſe apud Scardeonium vitioſa; ſed ab Hieronymo Atheſtino in ſuo Chronico Eſtenſi antiquitatem hujus Epigrammatis in dubium vocari. male etiam id profert Angelerius in Atheſte pag. 4. & Salomonius in Inſcript. Agr. Patav. pag. 68. ubi v. 2. *nativus.* v. 3. *tranſige.* v. 6. *Regia ſceptra.* v. penult. *& parvam condidit urbem.* quod ab aliis forte ſuppoſitum in invidiam Patavinorum. ibidem v. ult. *brevis arca.* ut apud Scardeonium. apud illos quoque alterum illud de Atheſte habetur. Ceterum totum hoc Epigramma ex centonibus Ovidianis conſutum eſſe notavit Patruus meus praefat. ante Theſaur. Ital. Tom. VII. P. I. pag.

Hic & Atheſte jacet, qui poſt Antenora nomen
Laudibus & titulis tollit in aſtra ſuum.
Tranſtulit huc Henetos, Patavinam condidit urbem.
Cujus & oſſa ducis nunc brevis urna tegit.

EP. CXIII. *De Atheſte.*

Vicerat Euganeos Henetorum ductor Atheſte,
Cui Rex Antenor Dardana tela dedit.
Et profugus noſtram fundavit moenibus Urbem,
Mox obit, & magnum parva ſepulchra tegunt.

EP. CXIV. *De Pallante.*

Filius Evandri Pallas, quem lancea Turni
Militis occidit, morte ſua jacet hic.

EP. CXV. *De Eodem.*

Quae dedit, ipſa tulit virtus Pallanta dolendum,
Prima dies bello quae dedit, ipſa tulit.

EP. CXVI. *De Turno & Pallante.*

Turnus honore ruit fuſi Pallantis in hoſtem,
Pallantis fuſi Turnus honore ruit.

EP. CXVII. *De equis Diomedis.*

Vim Diomedis equi monſtrabant hoſpite caeſo,
Hoſpite fregerunt vim Diomedis equi.

EP.

pag. 9. ut initium adhaeret Naſoni Lib. II. Faſt. 679. *Eſt via quae populum Laurentes ducit in agros* &c. quo modo & verſus ſecundus debetur eidem Ovidio Lib. I. Artis v. 82.

Appias expreſſis aëra pulſat aquis.

& verſus octavus adumbratus eſt ex Lib. I. Faſt. 638.

Qua fert ſublimes alta Moneta gradus.

v. 4. emendabat Cl. Schraderus *tholis* pro *locis*. ut Lib. VI. Faſt. 296.

Mox didici curvo nulla ſubeſſe tholo.

ſed quia *tholi* vix theatris conveniunt, *loci* poſſunt capi de ſedilibus & ordinibus ſpectantium. unde *legem loci* vocat Ovid. III. Am. 2. 20. ſic Lib. II. ex P. Ep. 4. 20.

Nos fora viderunt pariter, nos porticus omnis,
Nos via, nos junctis curva theatra locis.

& Lib. III. A. A. 394. *Viſite conſpicuis terna theatra locis.* vel legendum, *parvis curva theatra locis.* ut Lib. II. Am. 2. 26. *nec tu curva theatra time.* Lib. I. A. A. 89. *curvis venare theatris.* vel cum Cel. Oudendorpio, *variis curva theatra locis.* Idem Schraderus conjiciebat verſu ſeq. *Phrygiique palatia Jüli.* ut apud Lucan. Lib. III. v. 213.

—— *Phrygiique ferens ſe Caeſar Jüli.*

v. 2. *nativis aquis*] vid. Huet. ad Manil. p. 51.

EP. CXIII. *& magnum parva ſepulcra tegunt*] ita edidi ex Pignorio. vitioſe apud Salomonium, *dedit.*

EP. CXIV. *Filius Evandri* &c.] Legitur apud Ferretium in Muſis Lapid. Lib. II. pag. 117. ſed ubi in pentametro male habetur, *more ſuo jacet hic.* nam melius apud alios, *morte ſua* vel *mole ſua.* vide Octav. Ferrar. de Lucern. ſepulchr. p. 17. & ſeqq. quem in Analectis de Re Veſtiaria hoc inter ſuppoſititia retuliſſe notavit Ferretius. qui illud non procul ab urbe Roma cum ſepulchro & cadavere Pallantis inventum ex Fortunio Liceto addit.

EP. CXV. *De Pallante*] Decem haec inedita Epigrammata debentur Schedis Salmaſianis, Excerptis Divion. & Cod. Leidenſi, in quibus legebantur ſparſim & diverſis in locis. illud *dolendum* merito non valde elegans videbatur Cel. Dorvillio, qui edidit ibidem in Miſc. Obſ. pag. 483. ſed additum putat e Virg. x. Aen. 509. *O dolor atque decus magnum rediture parenti.* & verſum alterum notat expreſſum eſſe ex Lib. eod. v. 510.

Haec te prima dies bello dedit, haec eadem aufert.

EP. CXVI. *De Turno* &c.] edidit ibidem Cl. Dorville in Miſc. Obſ. Nov. pag. 483.

EP. CXVII. *Hoſpite fregerunt*] *Hoſpide fregunt* corrupte in Salmaſianis. *Hoſpitae* legebatur in ſchedis, unde

Digitized by Google

Ep. cxviii. *De Euryalo.*

Unicus Euryalus meruit ſolatia matris,
Ereptus matri eſt unicus Euryalus.

Ep. cxix. *De Niſo & Euryalo.*

Nomen amicitiae magna pietate colendum eſt,
Maxima pars vitae eſt nomen amicitiae.

Ep. cxx. *De Judicio Paridis.*

Judicium Paridis provexit conjuge Trojam,
Decepit Trojam judicium Paridis.

Ep. cxxi. *De Eodem.*

Connubii bellique Deas ſuperavit amorum,
Cum paſtor pulchram judicat eſſe Cyprin.
Verticis & thalami pignus ſublime Tonantis
Exſuperat Paridis laude probata Venus.
Exſtat cauſſa mali malum ceſſiſſe Dionen,
Cum ruerent Graja Pergama pulſa manu.
Dat Veneri malum formae pro munere paſtor,
Cum Junone dolens victa Minerva redit.

Ep. cxxii. *De Aegypto & Danao.*

Perfida nox Danai dirarum caede ſororum,
Mitis Hypermneſtrae, perfida nox Danai.

Ep.

unde edidit Dorville in Miſc. Obſerv. Nov. p. 478. qui *Hoſpite* correxit, & *laeſo* edidit, & Herculem intelligit, eo ſenſu; qui in aliis hoſpitibus vim ſuam oſtenderunt, in Hercule hoſpite eam exſuerunt & perdiderunt.

Ep. cxviii. *De Eurialo.*] *De Euriliano* vitioſe ſchedae Salmaſii. & in Epigrammate ipſo *Eurialanus*. editum ibid. in Miſcell. Obſerv. pag. 483. ut & ſequens. ubi Cl. Dorville exponit *Unicum* hic dici, quia Niſi mater a Virgilio non inducitur filii mortem deplorans, ut facit Euryali mater apud eumdem.

Ep. cxx. *Judicium Paridis provexit* &c.] edidit ibid. Cl. Dorvill. p. 482. & *provexit conjuge Trojam* explicat, pro auxit, extulit Helenae adventu Trojam, quia in initio Trojani Helenae raptu ſuperbierunt. certe *provehere* pro extollere, producere, optimis ſcriptoribus uſitatum. de quo vide Graev. ad Cic. de Amic. cap. 19. pag. 514.

Ep. cxxi. *Connubii bellique Deas ſuperavit amorum*] ellipſin pro genio iſtius temporis hic obſervat Cel. Dorvill. in Miſc. Obſerv. pag. 479. bonumque latinitatis auctorem ſcripturum fuiſſe,

Connubii bellique Deas Dea vicit amorum.

v. 5. *Exſtat cauſſa mali malum ceſſiſſe Dionen, Cum ruerent* &c.] *Dionen* in Salm. & Leid. Cod. *Dionae* in ſchedis Divionenſ. & *rueris* in iisdem. unde Cel. Oudendorpius optime emendabat,

Exſtat cauſſa mali, malum ceſſiſſe Dionae,
Cur ruerint Graja Pergama pulſa manu.
Dat Veneri malum formae pro munere paſtor,
Cum Junone malum victa Minerva dedit.

ut *dare malum alicui*, pro poenam infligere, Comicis paſſim, Phaedro, aliisque. omne enim acumen Epigrammatis conſiſtit in ambiguitate *mali* prima correpta, & *mali* prima producta pro pomo, non diſſimile monachali iſti verſui de pomo primorum humani generis parentum,

Mala mali malo mala contulit omnia mundo.

de quo vide Menagiana T. III. pag. 133.

Ep. cxxii. *De Aegypto & Danao.*] Produxit Patruus meus ex iisdem Heinſii Schedis ad Ovid. Epiſt. xiv. 1. & Cl. Dorville in Miſcell. Obſ. Nov. T. V. p. 477. ubi recte edidit *Hypermneſtrae*, ut ſubintelligatur *nox*. in ſchedis enim MSS. *Hypermneſtre.*

Ep.

Ep. CXXIII. *De Bellerophonte.*

Bellerophon ſuperans incendia dira Chimerae,
Victor Gorgoneo nubila tangit equo.

Ep. CXXIV. *De Bellerophonte, Pegaſo, & Chimaera.*

Vectum Pegaſeo volucri pendente caballo,
Compita ſenſerunt Bellerophonta Deum.
Cujus iter vacuos & calcans ungula ventos.
. . . .

Ep. CXXV. *De Philoctetа.*

Prodentem ducibus Tyrinthia tela Pelasgis,
Laeſa Philoctetam vulnere planta domat.
Docta manus vivos duxit de marmore ſenſus,
Sentit adhuc poenam triſtis & inde lapis.

Ep. CXXVI. *Argonautae.*

Theſſalici Proceres, junctis virtutibus, Argo
Magnificam aedificant fatiloquamque ratem.

Hac,

Ep. CXXIII. *dira*] *dura* in Excerptis Divion.
v. 2. *nubila tangit equo*] ſic Cod Leid. *tangat* in Salmaſ.

Ep. CXXIV. *De Bellerophonte, Pegaſo & Chimaera.*] Hoc Epigramma in ſoliis Divionenſibus Schedis offendi, deficiente verſu ultimo.

Ep. CXXV. *Docta manus vivos duxit de marmore ſenſus*] offendit vox *ſenſus*, quia ſequitur, *Sentit adhuc poenam* &c. pro quo vitioſius in Leid. Cod. *Sentit adhuc ſenſus.* forte igitur legendum, *vivos duxit de marmore vultus.* ut ſit imitatio Virgilii Lib. VI. Aen. v. 849.

Excudent alii ſpirantia mollius aëra,
Credo equidem, & vivos ducent de marmore vultus.

vid. N. Heinſ. ad Prudent. p. 78. & 79. quia tamen *vivi vultus* poſſunt exprimi, licet non in iis ſint doloris ſenſus, ſeu lineamenta triſtitiam fatentia, alterum ſervari poſſe exiſtimabat Cel. Oudendorpius, ut ipſum dolorem expreſſerit manus in lapide; licet vel ſic quoque major energia accedat *vivis vultibus*, ſi exprimant affectum, qui requiritur ex hiſtoria illius, quem refert imago. videtur enim ſcriptum eſſe Epigramma in ſtatuam Philoctetae, a ſerpente vulnerati in pede, quum pyram Herculis incendiſſet, a quo donatas ſibi ſagittas Graecis prodidit. vid. Hygin. fab. 102. & Vinet. ad Auſon. Epigr. LXXI. 4. ut autem hoc in verſu, ita infra Epigr. 138. de Marſya,

Docta manus varios lapidem limavit in artus.

v. 4. *Sentit adhuc poenam triſtis & inde lapis*] ita correxi ex certiſſima Heinſii emendatione. *triſtis & in lapidem* legebatur in Schedis Salmaſianis, & Cod. Leid. ſed in Divionenſ. *& in lapide.* quod probabat Cl. Oudendorpius eo ſenſu, *ſive etiam lapideus ſentit poenam.* ſed poëticum magis eſt, ut lapis ipſe poenam ſentire dicatur. ſimilis locus in Epigrammate Ponnani de Cleopatra, in Schedis MSS.

O quam vivit opus, quam paene figura dolorem
Sentit, & ex ipſo moritur pictura veneno.

quod elegantiſſime dictum, & ad imitationem optimorum poëtarum. Sic marmor *preces & lacrimas fundere* dicitur in alio Epigrammate apud Pithoeum Lib. IV. pag. 184.

Quem non commoveant quamvis de marmore, fundit
Paene preces Satyrus, paene puer lacrimas.

vide egregie Cl. Drakenb. ad Silium Italic. Lib. II. v. 417. & Heinſ. ad ejuſdem Libri v. 634. in Epigr. apud Pith. Lib. III. pag. 83.

Laetitiam Divûm ſenſit & ipſe locus.

Statius Lib. IV. Sylv. 6. v. 38. de ſtatua: *parvusque videri Sentirique ingens.* idem loquendi modus, de ſtatuis ac marmoribus ubi ſermo eſt, Plinio perquam familiaris. ut videbis ex locis ab Heinſio prolatis Lib. II. Adverſ. cap. XII. pag. 301. Adde Patrui mei notas ad Virg. I. Aen. 483.

Ep. XXVI. *Argonautae.*] Ineditum hoc ex Bibliothecae ſuae cimeliis publicavit Barthius ad Statii Lib. VI. Theb. v. 23.

N Ep.

Hac, ope ventorum, Junone & Pallade fauſtis,
  Auratum referunt trans freta longa pecus.
Omnis in hac picta eſt Virtutis imagine forma,
  Hanc Labor acer opus grande parare jubet.
Cumque opus effectum eſt, ventis piger indiget uſus;
  Hi tibi Fortunae dant rapiuntque rotam.
Juno notat nummos, ſapientia Pallade conſtat,
  His ducibus tandem gloria parta venit.
Niteris incaſſum, nec te aurea praeda ſequetur;
  Hic niſi te ternus dux ſuper aſtra vehat.
Quid facias igitur? Fortunae Gloria ſervit,
  Divitiis ſervit, ſervit & illa libris.
Ora igitur Divos, ut ſis felixque bonusque,
  Ut doctus, Muſas irrequietus ama.

EP. CXXVII. *De Jaſone & Medea.*

Conjugis arte decus patriae reduxit Jäſon,
  Amiſit patriae conjugis arte decus.

EP. CXXVIII. *De Medea cum Filiis ſuis.*

Opprimit inſontes infidi cauſſa parentis
  Jaſonis, & nati crimina morte luunt;
Sed quamvis mater vivo viduata marito
  Conjugis in poenam pignora cara metat;
Sacra tamen pietas, inſanae mitigat auſus,
  Hunc furiata premit, hunc miſerata levat.

EP. CXXIX. *De Creonte & Medea.*

Mens tibi dira Creon, vel cum Medea fugatur,
  Vel cum buſta negas, mens tibi dira Creon.

EP.

EP. CXXVII. *De Jaſone & Medea.*] Ex Schedis Salmaſii, & Divionenſ. ac Leid. Cod. editumque a Cl. Dorvill. T. V. Miſc. Obſ. Nov. p. 478.

EP. CXXVIII. *De Medea cum filiis ſuis.*] Legitur in ſchedis Salmaſ. Divion. & Leid. Codice.

v. 4. *Conjugis in poenam pignora cara metat*] *necat* conjiciebat Cel. Oudendorpius. ut in Epigr. apud Pith. Lib. IV. pag. 155.

Ut prolem inceſtam mutua dextra necet.

& putabat *metere* vel *demetere caput alicui* recte dici, non item *metere aliquem*, pro occidere. apud Silium tamen Ital. Lib. X. 146.

Tum Veſulum, calido lapſantem in ſanguine fratrum
Enſe metit rapido. ubi vid. notas Cel. Drakenburgii. & plura apud Patruum meum ad Valer. Fl. Lib. III. 670. ubi Heinſii emendationem —— *quoque agmina ferro Plura metat*, egregie firmat locus Horatii Lib. IV. Od. XIV. 29.

Ut barbarorum Claudius agmina
Ferrata vaſto diruit impetu,
Primoſque & extremos metendo
Stravit humum, ſine clade victor.

eleganter Catullus Carm. LXI. v. 349.

Namque velut denſas praeſternens meſſor ariſtas,
Sole ſub ardenti flaventia demetit arva,
Trojugenum infeſto proſternit corpora ferro.

EP. CXXIX. *De Creonte & Medea.*] Ex Salmaſ. & Divionenſ. ſchedis & Cod. Leid. depromtum. DE CARONE perperam Divion. & Cod. Leid. ut etiam edidit Cl. Dorvill. in Miſc. Obſerv. pag. 479. ſed male Salmaſ. & Cod. Leid. *mens ibi*, & ſecundo verſu, *buſta negat.*

EP.

Digitized by Google

Ep. cxxx. *De Jocaſta & Oedipo.*

Dirum Jŏcaſta nefas, vel cum venit effera conjux,
  Vel cum ſit mater, dirum Jŏcaſta nefas.

Ep. cxxxi. *Chiron.*

Stat duplex nullo completus corpore Chiron.

Ep. cxxxii. *De Oreſte & Clytemneſtra.*

Pro pietate nefas matris purgavit Oreſtes,
  Incurrit magnum pro pietate nefas.

Ep. cxxxiii. *De Theſeo.*

Theſea magnanimum non cepit janua Ditis,
  Decepit conjux Theſea magnanimum.

Ep. cxxxiv. *De Pentheo & Agave.*

Fert miſeranda caput domino quod monſtret Agave,
  Solum quod doleat fert miſeranda caput.

Ep. cxxxv. *Orpheus* C. Cassii Parmensis.

Argutae primum cum plectra parentis, & auro
Diſtinctam ſumſit citharam Rhodopeïus Heros,
Ridebant ſegnes pulſus, digitoſque micantes
Serius, & chordis indoctae diſſona vocis.

Mox

Ep. cxxx. *De Jocaſta & Oedipo*] Ex iiſdem Divionenſibus & Salmaſianis Schedis: quae ultimae inſcribunt, *De Jŏcaſta & Idipo*, pro *Oedipo*. quod non negligendum eſt. nam ita ſcripſiſſe & pronuntiaſſe patet ex verſu illius Epigrammatis, quod legitur apud Pithoeum Lib. iv. p. 155. & quod infra exhibebimus:

Haec fecit thalamos Idipum conſcendere matris.

quomodo in iiſdem Salmaſianis Schedis ille verſus legitur. vide Salmaſium ipſum ad Spartian. Hadr. cap. 26. p. 216. deinde nota *Jŏcaſta* quadriſyllabam vocem. eodem hoc verſu perperam eaedem Salmaſii Schedae & Cod. Leid. *vel convenit effera conjunx.* & in pentametro: *dirum o caſta nefas.* male etiam *Vel cum ſit mater* edidit Dorvill. in Miſc. Obſerv. p. 478.

Ep. cxxxi. & ſeqq. *Chiron*, *De Oreſte*, *Theſeo*, &c.] Quatuor haec Epigrammata etiam nobis ſervaverunt Salmaſianae ac Divionenſes ſchedae. & Cod. Leid. in primo *ſtat duplex & nullus* erat in Salmaſ. ſed manu recentiori correctum *nullo*, ut edidi. quartum Epigramma in iiſdem vitioſe inſcribebatur De Penteu et Agaugi. in Leid. Cod. Adaugi. & in marg. Agavi. & verſu primo, *Fer miſeranda*, pro quo *Fert* ex Divionenſ. dedi. ad illuſtrationem hujus diſtichi vide quae adfert Cl. Dorville Obſerv. Miſc. Nov. Tom. V. pag. 477.

Ep. cxxxv. *Orpheus C. Caſſii Parmenſis.*] Caſſii Parmenſis verſus, qui ſequuntur, in Bruttiis inventos, quos inde mihi Sertorius Quadrimanus juvenis doctrina moribusque elegantiſſimus, curavit, publico damus, ne pereant ſcilicet: digniſſimi enim Caſſio viſi ſunt, cujus Horatius, Plinius, ceterique meminerunt. Ach. Statius. Ipſum A. Statium hos Caſſii verſus confinxiſſe communis eſt eruditorum opinio. a qua eum calumnia liberatum ivit Barthius ad Stat. ii. Achill. 443. ſed tamen ita, ut vel unum talem verſum extundere potuiſſe neget. vid. Bayle Fragmens d'un Diction. Critiq. pag. 161. Scaligerum Epiſt. 409. Rittershuſ. ad Phaedr. pag. 114. & Voſſium de Poët. Lat. pag. 24. Broukhusius. Carmen hoc Caſſii Parmenſis, quia illud Pithoeus Catalectis ſuis Lib. iv. pag. 185. inſeruit, hic etiam exhibendum putavi. licet illud ſictitium & quidem ab Achille Statio ſuppoſitum Viri docti dudum ſuſpicati fuerint. quamquam Barthius ad Claudian. pag. 904. ſuppoſititium quidem credat, ab

Achille

Mox pudor exardens, & gloria dulcis honeſti
Luſibus avertit puerilibus. omnis & illuc
Perditus incumbens, Muſae pallebat amore.
Et nunc maternis inhiat, nunc ille paternis
Cantibus. hinc illinc diſcens dependet utrimque.
Nulla Venus faciem cepit mentita doloſis
Compedibus. ſomni fuerat, parcusque Lyaei.
Donec, ridiculus dudum, modulamine ſilvas;
Evulſosque ſuis ſcopulos radicibus egit.
Auſus & ire viam viventibus inconceſſam,
Poenarum oblitos demulſit carmine Manes.
Non levis adſcenſus, ſi quis petit ardua. ſudor
Plurimus hunc tollit. nocturno exſomnis olivo

In-

Achille tamen Statio profectum neget. Spurium quoque eſſe notavit Scriverius in MSS. notulis, quas primis paginis editionis Pariſinae Pithoei adlevit, ubi haec inter alia: *Complurium in hac Collectione recentiorum Poëtarum, non inelegantia quidem, ſed adfectatae vetuſtatis, ab hominibus doctis confecta, ut ſunt L. Apuleji ex Menandro Anecbomenos, &c. Corn. Galli Elegia, Caſſii Parmenſis Orpheus, & alia, quorum piget pudetque.* neque aliter de hoc carmine cenſebat N. Heinſius in notis ad Virg. VI. Aen. 556. *Caſſius Parmenſis in Orpheo, ſi tamen id poëmatium ſuperiori ſeculo non eſt confictum.* Pro veris tamen ac genuinis eos venditavit, & commentario illuſtravit Chytraeus libro Francofurti edito an. 1585. ut notavit Patruus meus ad Sueton. Tom. II. pag. 399. unde notam Ach. Statii, & Broukhuſii, ſed nonnihil emendatam, excerpſi. Idyllium hoc, ut vocat, elegantiſſimum notis ſuis ad Phaedrum inſeruit, ac metaphraſin Graecam avunculi ſui Matthiae Bergii, Brunſvicenſis, dedit Rittershuſius ad Prolog. Lib. III. Totum etiam produxit Lambinus ad Horatium Lib. I. Sat. X. & Georg. Fabricius ad Senecae Herc. Oetaeum v. 1034. ubi illud non ita pridem Florentiae inventum eſſe teſtatur. Ideo autem huic Caſſii Parmenſis carmini inter haec Epigrammata vetera locum dedi, quia inter alia opera poëtam hunc etiam Epigrammata ſcripſiſſe teſtatur antiquus Horatii Scholiaſtes Acro ad illum verſum Lib. I. Epiſt. 4. 3.

Scribere quod Caſſi Parmenſis opuſcula vincat.

ubi de Caſſio dicit: *Hic aliquot generibus* (forte *operibus*) *ſtylum exercuit, inter quae elegi & Epigrammata laudantur. Hic eſt qui in partibus Caſſii & Bruti Tribunus militum fuit, quibus victis Athenas ſe contulit. Quintus autem Varus ab Auguſto miſſus, ut eum interficeret, ſtudentem reperit, & peremto eo, ſcrinium cum libris tulit, unde multi crediderunt Thyeſtem Caſſii Parmenſis fuiſſe: ſcripſerat enim multas alias Tragoedias.* quibus paria habet Porphyrio. Gloſſator in Codice Franequerano ad hunc verſum adnotavit: *Hic Epicurus fuit & poëta.* neſcio an non voluerit potius, *Hic Epicus fuit poëta.* ad Thyeſten illam Tragoediam quod adtinet, eam Caſſianum drama eſſe patet ex Scholiaſte Horatii Cruquiano ad Lib. I. Sat. 10. v. 62. cujus locus adſcribi meretur, quia dubitare nos jubet, an Caſſius horum verſuum auctor ſit. Scribit enim, omnia Caſſii Parmenſis carmina periiſſe, juſſu Senatus abolita: *Caſſius Parmenſis, cujus Tragoedia Thyeſtes exſtat* &c. *Caſſius multos verſus parvi momenti ſcribebat, ideo poſt ejus mortem decrevit Senatus, ut libri cum cadavere exurerentur.* quae totidem fere verbis etiam leguntur in iisdem Codicis Franequerani ſcholiis.

v. 12. *Donec ridiculus*] Merito haec videntur Heinſio ſuſpecta fuiſſe, ſed nihil tamen ſubſtituit. *ridiculus* enim hic vitioſiſſimum eſt. nec quid *dudum* notet, perſpicio. Cel. Oudendorpius tentabat,

Donec & auriculis dudum ad modulamina ſilvas &c.

vel, quod mihi videtur praeferendum,

Donec & auritas duxit modulamine ſilvas.

ut apud Horat. Lib. I. Od. 12. v. 11. de Orpheo: *Blandum & auritas fidibus canoris Ducere quercus.* idem quoque conjiciebat *pellectas*. ut *ſegetem pellicere carmine.* vid. Serv. ad Virg. Ecl. VIII. 99.

v. 13. *Evulſosque*] *Convulſosque* ad Senecam l. c. dedit G. Fabricius, & verſu ſequente rectius, ut puto, *viam mortalibus inconceſſam.* vide ad Lotich. p. 685. ubi in fragmento Pedonis Albinovani emendavi, *Per non conceſſas audacibus ire tenebras.* ſed perperam idem G. Fabricius in illo, quod proxime ſubſequitur, *Poenarum oblitus* pro *oblitos*.

v. 18.

Digitized by Google

Inmoritur. jactat, quod mox laudaverat in ſe,
Qui cupit aeternae donari frondis honore.

EP. CXXXVI. PALLADII, *Allegoria Orphei.*

Threicius quondam vates fide creditur canora,
Moviſſe ſenſus acrium ferarum,
Atque amnes tenuiſſe vagos, ſed & alites volantes,
Et ſurda cantu concitaſſe ſaxa.
Suaviſonaeque modos teſtudinis arbores ſecutae
Umbram feruntur praebuiſſe vati.
Scilicet haud potuit quae ſunt ſine, permovere, ſenſu,
(Finxere docti fabulam poëtae)
Sed placidis hominum dictis fera corda mitigavit.
Doctaque vitam voce temperavit.
Juſtitiam docuit, coetu quoque congregavit uno,
Moresque agreſtes expolivit Orpheus.

v. 18. *jactat, quod mox laudaverat in ſe*] ita edidit Pithoeus. Fabricius tamen protulit, *delet quod mox laudaverat in ſe*, quomodo etiam dedit Ach. Statius poſt Suetonium de Clar. Rhetor. aliter hunc verſum profert Patruus meus ad Phaedrum Lib. v. fab. ult. v. 9.

—— *jactat modo, quod damnaverat ante.*

& Heinſium pro *jactat* legere *laudat* teſtatur. ſed in uno exemplari conjecerat Heinſius legendum forte, *damnat, modo quod laudaverat in ſe*, quod rectum puto. In altero autem codice nihil ad hunc locum ab eo adnotatum inveni.

EP. CXXXVI. PALLADII, *Allegoria Orphei*] Legitur apud Pithoeum Lib. IV. p. 152. & in Scaligeri Catalectis pag. 174. ediditque poſt Virgilii Catalecta Aldus pag. 69. *b.* in antiqua ed. Veneta Catalectorum Virgilii an. 1480. verſus hujus Epigrammatis longiores, in duos continuo tenore ſecantur hoc modo:

Threïcius quondam vates
Fide creditur canora & ſeqq.
Sed placidis hominum dictis
Fera corda mitigavit &c.

DE ORPHEO PALLADIUS inſcribunt Voſſii & Petavii Codices ab Heinſio collati. qui verſu ſecundo habent *atrium ferarum*. ut in ed. Venet. & lacunam, quae in eadem Veneta, Aldina, & Scaligerana editione conſpicitur in verſu tertio, ita ſupplent, ut Pithoeus edidit. verſu quinto: *Suaviſonosque modos teſtudinis* Aldus edidit & Scaliger. *ſuaviſonaeque modo* Petavii & Voſſii codex. *ſuaviſonoque modo* in ed. Veneta. ſed verſu ſexto, *umbra feruntur* vitioſe in iisdem Codd. MSS. legitur. diſtichon quartum Aldus & Scaliger omiſerunt. neque legitur in ed. Venet. & facile etiam abeſſe poteſt, cum pannus videatur male adſutus ab homine otium perdente. Agnoſcitur tamen a Petaviano & Voſſiano codice, qui verſu octavo *doctam fabulam* habent. verſu nono *placudis*, forte pro *placidus*, erat in Petaviano, & *mitigarit* pro *mitigavit* in eodem & Voſſiano: qui in ultimo *expoliavit* corrupte exhibent. quod & in ed. Venet. legitur.

v. 10. *Doctaque vitam voce temperavit*] Quia praeceſſit Orphea *fera hominum corda* mitigaſſe, hoc in verſu *vitam* poëta hic poſuit pro vita humana, ſive pro ipſis hominibus tunc viventibus: qua locutione frequenter uſum eſſe Plinium in Hiſtoria Naturali notavit Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. XIV. pag. 147. & ex eo loca nonnulla dedit Gronovius in Diatrib. Stat. pag. 366. Martialis Lib. X. Ep. 4. *Hoc lege, quod poſſit dicere vita, meum eſt.* id eſt praeſentes homines. ut recte Palatini codicis lectionem exponit idem Gronovius, cum in aliis legatur *jure*. vide illic etiam Gruteri notas. & Huetium ad Manil. V. 471. plura non modo ex Plinio, ſed & aliis auctoribus larga manu protulit Patruus meus in Commentario ad Phaedrum Prolog. Lib. I. cujus notam quum prave invertiſſet Wopkenſius in ſuis Lection. Tullian. pag. 260. ubi de hac locutione agit, merito adverſus cenſorem ſe vindicavit in notis ad Lucanum Lib. VI. v. 311. ubi occurrit,
—— *ſancto caruiſſet vita Catone*, eadem loquendi forma.

Ep. CXXXVII. *De Fratribus Thebanis.*

Quos paribus nutrix eadem paviſſe papillis,
Pectore quos uno genetrix geſtaſſe probatur,
Diſſidiis indiſciſſis in mutua ſaepe
Vulnera, non una perituri clade ruerunt.
Quos poſt longaevos Diſcordia deſerit annos,
Aut poſt commiſſas junxerunt foedera dextras,
Conſtantis dederunt documenta frequenter amoris,
Thebanum nullo linquit diſcrimine Tydeus,
Tydea nullo umquam Polynices Marte relinquit.

Ep. CXXXVIII. *De Marſya.*

Aërio victus dependet Marſya ramo,
Nativusque probat pectora tenſa rubor.
Docta manus varios lapidem limavit in artus,
Arboris atque hominis fulget ab arte * figis.

Ep.

Ep. cxxxvii. *De Fratribus Thebanis.*] Ineditum hoc ex ſchedis ſuis protulit Barthius ad Statium Lib. ii. Theb. v. 365. qui verſum antepenultimum pedibus laborantem dedit, hoc modo, *Conſtantis documenta frequenter amoris dederunt.* ideoque verba tranſponenda judicavi, ita ut edidi, licet etiam legi poſſit, *Conſtantis documenta dedere frequenter amoris,* quamquam prius praeferendum ſit, ne verſus ſine caeſura fiat. Sed felicius alii forte hoc curabunt. Confer Auſonii carmen de fratribus Thebanis Epigr. cxxxix. & Menagium in Obſerv. ad Malherbae Poëmata Lib. iii. pag. 171.

v. 5. *Quos poſt longaevos Diſcordia deſerit annos*] pariter Auſonius dicto Epigr.

Infandos juvenes! quos nec Diſcordia caſſos
Luce, nec in ſemet linquit atrox animos.

Ep. cxxxviii. *De Marſya.*] Heinſium ſecutus ſum, qui recte hoc Epigramma divellendum cenſebat ab alio De Dafne, cui connectebatur in Schedis Salmaſianis: quomodo & in Divionenſibus & Cod. Leid. eidem adjunctum inveni. verſu primo legebatur in Salmaſiano & Leid. Codice *Eris*, unde ante formaverat Heinſius, *Ex illo victus*, ut praecedentibus connecteretur. ſed quam emendationem recte induxit, & praetulit *Aërio*, quod non dubitavi recipere prae eo, quod in Divionenſibus ſchedis habebatur *Pierio ramo.* ſic *aëria ulmus* Virgilo Ecl. i. v. 59.

Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab ulmo.

ubi recte a viris doctis notatus eſt Servii error, qui *aëria turtur* illic conjungit, quam hallucinationem jam caſtigavit Neſtor in Vocabulario ſuo in voce *turtur:* & *aëria ulmo* conjungenda eſſe docuit. perperam enim Servii cauſſam agit Behotius Lib. ii. Apophor. cap. 4. *aëriae quercus* eidem Virgilio Lib. iv. Aen. v. 680. *aëria ornus* Valer. Fl. viii. 113. *aëriae cypariſſi* Martiali Lib. xii. Ep. 50. *Daphnonas platanonas & aërias cypariſſos.* ut recte caſtigavit Douza Filius notis in Catull. cap. vii. licet ex Thuanei codicis veſtigiis, in quo *aërias Phyonas*, Heinſius ad Virg. Ecl. vii. 65. emendet, *& aërias Pityonas.* quomodo ex iiſdem membranis Thuaneis iſ. Voſſius ad Catull. p. 236. ſed vide plura apud Barth. ad Stat. viii. Theb. 408. & Heinſ. ad Virg. viii. Aen. 221. Verſu ſecundo *Nativusque* recte etiam ab eodem Heinſio emendatum pro *Natibusque*, quomodo in his Schedis MSS. *b* pro *v* promiſcue, ut in vetuſtis codicibus adſolet, ſcripta. & inde formatam puto Divionenſis exemplaris lectionem, *Natibus uſque probat.* verſu ultimo *figis* in utroque legebatur, unde Cel. Oudendorpius divinabat *lues*, vel *luis*, de quo vid. Heinſ. ad Prudent. p. 104. & intelligebat cruorem, ſanguinem Marſyae ab arbore & ipſius membris undique fluentem. ita enim eum deſcribit Ovid. vi. Met. 388.

—— cruor undique manat,
Detectique patent nervi: trepidaeque ſine ulla
Pelle micant venae. ſalientia viſcera poſſis,
Et perlucentes numerare in pectore fibras.

vide & figuram Marſyae apud Montfaucon. in Antiquit. Tom. I. pag. 126.

Ep.

Digitized by Google

EP. CXXXIX. PENTADII *de Narciſſo.*

Cui pater amnis erat, fontes puer ille colebat,
 Laudabatque undas, cui pater amnis erat.
Se puer ipſe videt, patrem dum quaerit in amne,
 Perſpicuoque lacu ſe puer ipſe videt.
Quod Dryas igne calet, puer hunc inridet amorem:
 Nec putat eſſe decus, quod Dryas igne calet.
Stat, ſtupet, haeret, amat, rogat, innuit, aſpicit, adret,
 Blanditur, queritur, ſtat, ſtupet, haeret, amat.
Quodque amat ipſe facit, vultu, prece, lumine, fletu,
 Oſcula dat fonti, quodque amat ipſe facit.

EP. CXL. *Item, de Eodem.*

Invenit propriis Narciſſus fontibus ignes,
 Et ſua deceptum torret imago virum.

EP.

EP. CXXXIX. PENTADII *de Narciſſo.*] Quatuor priora de Narciſſo Epigrammata edidit Pithoeus Lib. II. pag. 64. 65. & Lib. III. pag. 98. & ſub nomine PINTADI leguntur in veteri Voſſii Codice ab Heinſio collato. Reliqua tria, quae alibi publicata eſſe dubito, debentur Salmaſianis & Divionenſibus ſchedis: Similis argumenti Epigrammata habentur apud Auſonium Ep. 97, 98. & 99.

v. 3. *patrem dum quaerit in amne*] *quaerit inanem* ex Salmaſ. Codice notavit in libro ſuo Heinſius. eo forte ſenſu quia non erat, niſi aqua. *patrem eſſe dum* a manu ſecunda in Voſſiano. ex Cephiſo autem amne & Liriope Nympha genitum Narciſſum videbis in notis Patrui mei ad Ovidium Lib. III. Met. 342. ubi in genus ejus & natales pluribus inquirit.

v. 5. *Quod Dryas igne*] *Quo* Heinſius.

v. 7. *Stat*, *ſtupet*, *haeret*, *amat*, *rogat*, &c.] Recte idem Heinſius legebat. *Flet*, *ſtupet*, *haeret*&c. pro *ſtat*. Id enim jubent ſequentia: *vultu*, *prece*, *lumine*, *fletu*. v. 8. *quaeritur* vitioſe in utraque Pithoei editione excuſum legitur. Totum hoc diſtichon eſt ex genio ſequioris ſeculi, quo amabant uno verſu cumulare plura verba ac voces, vel diverſas rerum ſpecies conſtipare. de quo vide Brouwer. ad Venant. pag. 123. & 196. & Buchner. ad ejusdem Venantii Hymn. de Reſurrect. v. 23. quo refer illud Statii Lib. II. Sylv. 7. 85.

Forma, *ſimplicitate*, *comitate*,
Cenſu, *ſanguine*, *gratia*, *decore.*

ſed quos verſus ſpurios & a mala manu adjectos recte viri docti cenſent. vide illic Markiandum.

EP. CXL. *Invenit propriis Narciſſus fontibus ignes*] Rectius in Salmaſianis ſchedis:

Invenit proprios mediis in fontibus ignes.

& *Narciſſi* nomen abeſſe poteſt, quod firmat Voſſii codex, in quo hiatus erat hoc modo, *Invenit propriis.... in fontibus.* licet *proprios fontes* hic capere poſſemus, ut mox *ſuas undas.* ſed alterum acutius. ſaepe enim *mediis in aquis* additur, quando de amoris igne ſermo eſt: ut ſupra in Epigr. 85. de Galatea:

Cujus & in mediis flamma ſuburit aquis.

Joſephus Iſcanus Lib. II. v. 426. de Neptuni amore:

—— *non cura tridentis*
In mediis fervebat aquis.

&, quem ille expreſſit, Claudianus Idyll. V. v. 52.

Fluctibus in mediis cogis mugire Tonantem.

quae ſupra adduximus ad Epigr. XXVIII. *proprios ignes* igitur praeſtat, ut mox in alio Epigr. *propriae gaudia formae*. & de eodem hoc Narciſſo Virgilius in Culice prope finem:

Non illinc Narciſſus abeſt: cui gloria formae.
Igne Cupidineo proprios exarſit in artus. ubi forte cum Francio *gratia formae* praeſtat. Sequente verſu *urit* pro *torret* in eodem Codice Voſſiano. & Schedis Salmaſ. an forte *ludit?* ſimilis locus apud Claudianum Lib. I. Rapt. Proſ. v. 135. de Hyacintho & Narciſſo:

Te quoque flebilibus moerens, Hyacinthe, figuris,
Narciſſumque metunt, nunc inclita germina veris,
Praeſtantes olim pueros, tu natus Amyclis:
Hunc Helicon genuit, te diſci perculit error:
Hunc fontis decepit amor.

e recentioribus non minori elegantia Hier. Angerianus in Erotopaegnio pag. 195.

Dum cernit nitida ſeſe Narciſſus in unda
 Et perit, in florem vertitur omne decus.
Saepe illum in pratis pueri, & legere puellae,
 Texentes pexis florida ſerta comis.
Dum preſſat diſci moles oneroſa Hyacinthum,
 Quaeſitus Phoebo flos tener haeſit humo.

& Joh.

Digitized by Google

Ep. CXLI. Ejuſdem *de Narciſſo.*

Hic eſt ille, ſuis nimium qui credidit undis,
Narciſſus vero dignus amore puer.
Cernis ab irriguo repetentem gramine ripam,
Ut per quas periit, creſcere poſſit aquas.

Ep. CXLII. Ejuſdem *de Eodem.*

Se Narciſſus amat captus lenonibus undis.
Cui ſi tollis aquas, non eſt ubi ſaeviat ignis.

Ep. CXLIII. *De Narciſſo.*

Dum putat eſſe parem vitreis Narciſſus in undis
Solus amore perit, dum putat eſſe parem.

Ep. CXLIV. *Aliter.*

Ardet amore ſui flagrans Narciſſus in undis,
Cum modo perſpicua ſe ſpeculatur aqua.

Ep.

& Joh. Baptiſta Amaltheus pag. 99. ed. Broukh.

Dum tener irriguam floret Narciſſus ad undam,
Conſcius in tacito flore revixit amor.
Ecce ſuae quaerens ſimulacra fugacia formae,
Nunc quoque ſe liquidis ſpectat & ardet aquis.

Ep. CXLI. *Hic eſt ille, ſuis* &c.] Habetur apud Pithoeum, Scalig. in Catalect. p. 179. & Fabricium p. 131. & antiquum hoc pro ſuo Epigrammate edidit Joh. Matth. Toſcanus in Anthologia Epigramm. Gnomicor. p. 146. *Hoc eſt* Voſſianus, & *creditur* in eodem & Salmaſiano. pro *vero amore* mox Heinſius emendabat *fero*, me non probante. *verus amor* hic contrarius eſt fallaci & inani ſui ipſius amori. ita *verum* & *falſum* amorem opponit Ovidius I. Artis 618.

Fiet amor verus, qui modo falſus erat.

Maximianus Eleg. V. v. 8.

Nam cum ſe noſtro captam ſimularet amore,
Me potius vero fecit amore capi.

ubi tamen praeferenda forte eſt Heinſii emendatio, *verſo fecit amore capi.* ut apud Ovidium Epiſt. XV. 167. *Nec mora; verſus amor tetigit lentiſſima Pyrrhae Pectora.*

v. 3. *Cernis ab*] Heinſius emendat, *Cernis ubi irriguo repetentem*, ſcil. Narciſſum. *ripas* erat in Salmaſiano. Sequenti verſu *Ut puer* vitioſe in Voſſiano. & *poſcit*, in aliis *poſſet.*

Ep. CXLII. *Se Narciſſus amat captus lenonibus undis*] Lucillius Antholog. Lib. II. Titulo XIII. ΕΙΣ ΑΥΣΕΙΔΕΙΣ:

Καὶ σὺ γὰρ ὡς Νάρκισσος, ἰδὼν τὸ πρόσωπον ἐναργὲς
Τεθνήξῃ, μισῶν σαυτὸν ἕως θανάτου.

Lenonibus undis, id eſt frauduloſis, quia lenones in fraudem ſolent amatores illicere. qua eadem de cauſa maris perfidiam *pellaciam* Lucretius vocavit Lib. V.

Nec poterat quemquam placidi pellacia ponti
Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis.

LINDENBROGIUS.

Ibid. *captus lenonibus undis*] Eleganter hic *lenones undae* pro lenocinantes, adlicientes. ut *vox lena pro facie* apud Ovidium Lib. III. Artis v. 516.

Pro facie multis vox ſua lena fuit.

ſic *lenonem oculum* habes apud Joſephum Iſcan. Lib. III. de Bel. Troj. v. 244.

Ducit amor, dum ſigna juvant, dum nutus oberrat
Interpres, cordisque vagi praeſentior index
Leno oculus taciti garrit praeludia voti.

ubi Dreſemius adpoſite hunc ipſum ex Catalectis verſum adduxit. ita de more regio per effigies tabulis expreſſas conciliandi amantes *lena pictura* dicitur Claudiano in Nuptiis Honor. v. 25.

Non ego luxuriem Regum moremve ſecutus
Quaeſivi vultum tabulis, ut nuntia formae
Lena per innumeros iret pictura penates.

quem locum contra Claverium, qui *Laeva* illic edidit, vindicat & exponit Barthius, qui ſimilia elegantiſſimae hujus locutionis exempla dedit.

Ep. CXLIII. *Dum putat eſſe parem* &c.] debetur cum duobus ſequentibus Codici Salmaſiano, Divionenſi & Leidenſi. & edidit Dorvill. in Miſc. Obſ. Nov. pag. 477.

Ep.

EP. CXLV. *de Eodem.*

Suſpirat propriae Narciſſus gaudia formae,
Quem ſcrutata ſuis vultibus unda domat.

EP. CXLVI. *Narciſſus.*

Candida per ſilvam primaevo flore juventus
Adſidue veniebat: ibi haec coeleſtia dona,
Et fontes ſacros inſigni laude ferebat
Inſignis facie, longumque bibebat amorem,
Intentos volvens oculos, ſecurus amorum:
Dum ſtupet, atque animum pictura paſcit inani,
Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo
Egregium forma juvenem, quem Nympha crearat,
Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat.
His amor unus erat, dorſo dum pendet iniquo,
Oblitusve ſui eſt, & membra decora juventae
Miratur, rerumque ignarus imagine gaudet.
Ilicet ignis edax ſecreti ad fluminis undas,
Ipſius in vultu vana ſpe luſit amantem,
Et praeceps animi collo dare brachia circum
Ter conatus erat, nec, quid ſperaret, habebat.

EP. CXLVII. MAVORTI *Judicium Paridis.*

Pictus acu tunicas & barbara tegmina crurum,
Forte recenſebat numerum ſub tegmine fagi,

EP. CXLV. *ſcrutata*] Vocem corruptam opinor. nam & in Divionenſibus vitioſae lectionis ſignum additum erat. *ſcrutada* in Cod. Leid. *vibrata* vel *luſtrata* conjiciebat Cel. Oudendorpius.

EP. CXLVI. & CXLVII. *Narciſſus*, & *Judicium Paridis.*] Utrumque debetur Salmaſianis Schedis & Codici Leidenſi.

EP. CXLVII. *Judicium Paridis. Pictus acu tunicas* &c.] In Salmaſ. & Leid. Cod. *acus.* ſed *acu* ſuperſcriptum. eſt ex Lib. XI. Aen. 777. ſecundus verſus deſumtus quidem eſt ex Lib. VI. Aen. 683. de Aenea: —— *omnemque ſuorum Forte recenſebat numerum.* ſed hic *numerum* quo referas, non adparet. Quia igitur de paſtore Paride agitur, conſtaret ſenſus, ſi verſus ille ex Eclog. V. v. 44. *Formoſi pecoris cuſtos* &c. qui infra occurrit v. 29. ubi ſine ullo detrimento abeſſe poteſt, hic collocaretur hoc modo,

Pictus acu tunicas & barbara tegmina crurum,
Formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe
Forte recenſebat numerum ſub tegmine fagi.

addit autem *ſub tegmine fagi*, ut exprimat id quod de ſe ipſe Paris, judicium ſuum inter rixantes Deas narraturus, ait apud Ovid. Epiſt. XVI. 53.

Eſt locus in mediis nemoroſae vallibus Idae
Devius, & piceis ilicibusque frequens. &c.
Hic ego Dardaniae muros, excelſaque tecta,
Et freta proſpiciens, arbore nixus eram.

& ſic Paris arbori adſtans, prope paſcente boum caprarumque grege, conſpicitur in monumentis antiquis. ita ſtans exhibetur in eleganti nummo Antonini Pii, quem illuſtravit Spon. Recherch. des Antiq. Diſſ. XVII. p. 221. licet ſedens occurrat in gemma apud Beger. Theſ. Brandenb. Tom. I. p. 43. & in pulcherrimo monumento ex ſepulchro Naſonum apud Montfaucon. Tom. I. Antiq. pag. 174. vid. Cel. Drakenb. ad Silium Ital. VII. 437. Ceterum haec *tegmina crurum barbara*, ſeu Phrygia. θυλάκους vocant Graeci, & viſis his Paridis braccis variegatis, ſive acu pictis, praecipue exarſiſſe Helenam tradit Euripid. in Cyclop. v. 181. vide Bergler. ad Ariſtoph. Veſp. v. 1082. verſu tertio in Salmaſ. & Leid. Cod. *viſo* & *nomen.* ſed a manu ſecunda *viſu* & *numen.* eadem quoque eſt diverſitas in loco Virg.

Horreſcit viſu ſubito, & memorabile numen
Aut videt, aut vidiſſe putat. quo tenditis, inquit,
Coelicolae magni, pacemne huc fertis, an arma?
Ad quem tunc Juno ſupplex his vocibus uſa eſt.
O lux Dardaniae, Trojanae gloria gentis,
Quam dives pecoris, nivei quam lactis abundans;
Et proprio fuerint diſtentae lacte capellae
Ubera, nec metas rerum, nec tempora pono;
Haec tibi ſemper erunt, hic inter flumina nota
Sponte ſua ſandix paſcentes veſtiet agnos;
Praeterea ſceptrum dabitur, Trojane, quod optas.
Talibus orabat Juno. Tritonia Pallas
Orſa loqui, nimbo effulgens, & Gorgone ſaeva;
Diſce, puer, virtutem ex me, verumque laborem,
Militiam & grave Martis opus: ſit pectore in iſto
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno.
Has inter voces, media inter talia verba,
Sic contra eſt ingreſſa Venus, numen male amicum,

Nuda

Aen. IV. 94. ubi Juno ad Venerem: *Tuque puerque tuus magnum & memorabile nomen.* ſed *numen* illic ex MSS. praeferendum. licet frequenter haec varientur. vide illic Patrui mei notas. Quartus verſus, cujus pars occurrit Aen. VI. 454. *Aut videt aut vidiſſe putat*, ſimilis eſt illi Ovidiano Epiſt. XVIII. 32. *Aut videt aut acies noſtra videre putat.* poſt haec forte deſunt nonnulla in Schedis, quae Junonem, Palladā, ac Venerem memorabant, quia ſequitur, *quo tenditis, inquit, Coelicolae magni.* nam v. 4. *memorabile numen* ad ſolum Mercurium referendum. ut apud Ovid. Epiſt. XVI. v. 61. poſt Mercurium tres illas Deas ſibi adfuiſſe refert Paris:

Conſtitit ante oculos actus velocibus alis
Atlantis magni Pleïonesque nepos.
Fas vidiſſe fuit &c. *Venus & cum Pallade Juno*
Graminibus teneros inpoſuere pedes.

in iisdem Schedis v. 6. legebatur *uno*, ſed correctum erat in margine *Juno.*

v. 9. *Et proprio fuerint diſtentae lacte capellae Ubera*] valde diſplicet illud *proprio lacte.* puto verba nonnihil tranſponenda, & legendum,

Et propriae diſtenta ferant tibi lacte capellae Ubera.

vel ut praecedenti verſui connectatur aptius, *Tam propriae diſtenta ferent tibi lacte capellae Ubera:* &c. *ferent* autem, quia ſequitur, *Haec tibi ſemper erunt. Sandix veſtiet, ſceptrum dabitur.* eleganter vero *propriae capellae*, ut opponantur conductis, alienis, ut *ſuis bubus arare* Horatio Epod. 2. nam alienis aut conductis bubus arare, paupertatis indicium aeque ac in conducto habitare. vid. Broukh. ad Tibull. I. 7. 85. & Patrui mei notas ad Ovid. III. Met. 585. deinde *diſtenta lacte ubera* propius adhaeret Virgilio, quam *diſtentae lacte capellae.* Eſt enim deſumtum ex Ecl. IV. v. 21. *Ipſae lacte domum referent diſtenta capellae Ubera.* & ſic infra v. 28. *diſtendant ubera vaccae.* tum *ferant* vel *ferent tibi* ex *fuerint* elicui, non violenta, ut opinor, criſi, neque farciendi verſus gratia: *tibi* enim hic eſt, in commodum, lucrum tuum. ut in noto Rutilii verſu, Lib. I. 145.

Aeternum tibi Rhenus aret, tibi Nilus inundet.

& centies alibi.

v. 18. *Vulnera dirigere*] exemplo Virgilii, cujus hic verſus eſt ex Aen. X. 140. *dirigere vulnera* dixit pro telis vel ſagittis, quibus infliguntur vulnera, ita ut ictus certus ſit neque fallat. vide Senecae & Silii loca apud Cel. Drakenb. ad Silium Ital. Lib. V. 251. ubi ſimiliter *vulnera dirigere* occurrit. eo ſenſu *vulnera* pro telis forte capienda apud Caeſ. I. de B. Civ. cap. 45. *Ut nullum fruſtra telum in eos mitteretur, tamen virtute & patientia nitebantur, atque omnia vulnera ſuſtinebant. dirigere* etiam apud Valer. Fl. VI. 541.

Sic ait; intentaque adjutum miſſile planta
Dirigit, & laxis patuerunt vulnera villis.

Seneca in Hippol. v. 50. *Tu grave dextra laevaque ſimul Robur lato dirige ferro.* & v. 813. *Et totis jaculum dirige viribus.*

v. 20. *ſic contra*] Ita recte Heinſ. in Sched. Salmaſ. & Voſſius in marg. Cod. Leid. correxerant, cum *ſi contra* in illis legeretur.

v. 23.

Digitized by Google

Nuda genu, nudos cervix cui lactea crines
Corripit in nodum, roſea cervice refulſit,
Et vera inceſſu patuit Dea, illa repente
Obſtupuit, ſubitaque animum dulcedine movit;
Et mentem Venus ipſa dedit, decus enitet ore,
Exſultatque animis, & ſe cupit ante videri.
Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos,
Sic citiſo paſtae diſtendant ubera vaccae,
Formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe.
Adſpice nos tantum, Lacedaemoniosque hymenaeos
Conjugio jungam ſtabili, propriamque dicabo
Reginam thalamis Phrygio ſervire marito.
Ille Deae donis, ac tanto laetus honore,
Ultro animos tollit dictis, ac talia fatur.
Jam jam nulla mora eſt, neque me ſententia vertit,
Do quodvis, licet arma mihi mortemque minentur,
Me tamen urit amor, veniam, quocumque vocaris,
Tu modo promiſſis maneas. ea verba locutus
Vendidit hic auro patriam, dux femina facti.
Nec mora, continuo penetrat Lacedaemona paſtor,
Ledaeamque Helenam Trojanas vexit ad urbes,
Et ſi fata Deum, ſi mens non laeva fuiſſet.

v. 23. *Dea, illa repente*] forte *Dea : at ille repente* &c. Paris nempe. vel cum ſynalaepha neglecta *patuit Dea ; ille repente* &c. ut apud Virg. I. Aen. 409.

Et vera inceſſu patuit Dea. Ille ubi matrem
Agnovit, tali fugientem eſt voce ſecutus.

Cetera ad Venerem pertinent, obſtupeſactum Parida demulcentem.

v. 27. *Cyrneas fugiant examina taxos*] *Grineas* habent Schedae Salmaſ. & Cod. Leid. ſed a manu recentiori *Cyrnaeas* emendatum. omnino vere. Eſt enim ex Ecl. IX. 30. ubi eadem in ſcriptis codicibus eſt varietas. vide illic notas. dictae autem *taxi Cyrneae* a Cyrne, quo nomine olim vocabatur Corſica, a Cyrno Herculis filio, ut monet Servius. vid. & Pompon. Melam Lib. II. cap. 7. §. 129. hinc in Epigrammate Senecae apud Pith. Lib. I. Epigr. vet. pag. 36.

Corſica quae Grajo nomine Cyrnus eras.

Emendandus Papias in Vocabulario: *Grynea inſula brinea antea dicta, nunc vero Corcyra dicitur, in qua taxi naſcuntur, unde Gryneae taxi.* legendum enim, *Grynea inſula, Cyrnea antea dicta, nunc vero Corſica dicitur, in qua taxi naſcuntur. unde Cyrneae taxi.* & hanc lectionem in Virgilio agnoſcit Junianus Majus de Proprietate priſcorum verborum : *Cyrnus, rex Theramner, id eſt Corſicae; a quo Cyrne prius dicta eſt, pater Batti, & eſt inſula in mari Liguſtico, dicta primum Theramne, inde Cyrne, inde Corſica: inde Cyrneus. Virgilius in Moeri, Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.* cur autem *Cyrnaeas taxos* & non buxos potius iſtic memoraverit Virgilius, inquirit Turneb. XXII. Adverſ. 24.

v. 28. *diſtendant ubera vaccae*] ſic recte, non *diſtentent* legendum, patebit ex Heinſii notis ad Virg. d. l. quamquam in loco Tibulli Lib. II. El. 5. 84. in Codice Bodlejano, & Eboracenſi, omnium vetuſtiſſimo, legatur, *Diſtenset ſpicis horrea plena Ceres.* ſed bene *Diſtendet* praetulerunt Viri docti. Columell. Lib. X. v. 306. *Jam roſa diſtendat contorti ſtamina junci.* plura de verbo *diſtendere* vid. apud Heinſ. ad Ovid. IV. Met. v. 457. deinde vitioſe *Lacedemoniosque umeneos* in Salmaſ. *umentos* in Leid. ſed in marg. *hymenaeos.*

v. 41. *Trojanas vexit ad urbes*] *arces* legebatur apud Virg. VII. Aen. 364. ſed *urbes* e MSS. & vetuſtis Grammaticis reſtituit Heinſius, quod tam ex hoc loco, quam a Bibliothecae noſtrae Amſtelaedamenſis & meo Codice MS. firmatur.

v. 42. *Et ſi fata Deum* &c.] forte deſunt illa

Digitized by Google

EP. CXLVIII. PENTADII, *tumulus Acidis.*

Acidos haec cernis montana cacumina buſti,
  Aequor & ex imis fluminis ire jugis.
Iſta Cyclopei durant monumenta furoris.
  Hic amor, hic dolor eſt, candida Nympha, tuus.
Sed bene, ſi periit, jacet hac ſub mole ſepultus,
  Nomen & exſultans unda perenne vehit.
Sic manet ille quidem, nec mortuus eſſe feretur.
  Vitaque per liquidas caerula manat aquas.

EP. CXLIX. *Pyrami & Thisbes Epitaphium.*

Quos habet unus amor, quos perdidit enſis & unus,
  Una habet extinctos marmoris urna duos.

Sponte

quae ſequuntur apud Virg. II. Aen. 54. *Impulerat ferro Argolicas foedare latebras, Trojaque nunc ſtaret, Priamique arx alta maneret.* vel *ſtares* & *maneres*, ut in Virgilio legitur.

EP. CXLVIII. PENTADII, *tumulus Acidis.*] Exſtat apud Pithoeum Lib. III. p. 98. & Scaligerum in Catalect. p. 179. qui inſcribit PENTADII ACIS TUMULUS. G. Fabricius, qui in Monum. Antiq. p. 131. edidit, nullum auctoris nomen praefixit. vide & de hoc Epigrammate, ac ſepulcro Acidis Petr. Carrerae Monum. Urbis Catanae Lib. III. cap. 5. p. 227. ubi tamen perperam ex editione Virgilianorum Catalectorum Pulmanni, hoc Pulici poëtae antiquo tribuit, quia id ibidem editum habetur poſt Epigramma Pulicis de Hermaphrodito, *Dum mea me genetrix* &c. de quo ſuo loco videbimus.

v. 1. *Acidos haec cernis*] *Acidos hoc cernis montana cacumina buſtum* legendum eſſe adſcripſerat Heinſius.

v. 3. *Iſta Cyclopei durant monumenta furoris*] Ut verſus hic intelligatur ab iis, quibus Mythica non ita ſemper in promtu ſunt, ſciendum eſt, reſpici hic ad furorem Polyphemi, qui repulſae inpatiens, quam tulerat a Galatea, paſtorem Acim ipſi praeferente, hunc rivalem ſuum ſaxo ex monte Aetna deſumto interfecit, qui a Diis deinde in fluvium mutatus eſt. vide Ovid. XIII. Met. v. 883. & ſeqq. ubi quam nobis imaginem amantis & ſe ſuo more comentis, ſed mox rabie propter repulſam inſanientis Cyclopis depinxit ingenioſiſſimus poëta, inter praecipua praeclari operis loca poni meretur. de fluvio *Acide* vide quae ſupra notavimus ad Epigr. 85. Vibius Sequeſter de Fluminibus pag. 13. *Acis ex monte Aetna in mare decurrit, ex cujus ripis Polyphemus ſaxa in Ulyxem egiſſe dicitur.* ubi *jeciſſe* perperam emendare Munckerum recte notavit Pauus meus ad Valer. Flacc. II, 179. & ad Vellej. Lib. II. 80. pag. 438. & vulgatam Vibii ſcripturam firmat Statii locus Lib. VI. Theb. 717.

Quale vaporifera ſaxum Polyphemus ab Aetna,
Lucis egente manu, tamen in veſtigia puppis
Auditae, juxtaque inimicum exegit *Ulyxem.*

inter veteres quoque, Polyphemi amores, quibus in Galateam arſit, deſcripſerat Satyrico poëmate Philoxenus, teſte Suida, cujus locum habet Cuper. Lib. III. Obſerv. 15. & e recentioribus venuſte expreſſit primi ordinis inter Italos poëta, Petrus Bembus, in feſtiviſſima de Pane a Galatea eluſo Elegia; & verſibus ad genium Propertianum eleganter formatis M. Ant. Flaminius, aeternum Muſarum decus, & venae puriſſimae ſuavitate antiquis non inferior poëta, Lib. IV. Carm. v. pag. 94. ed. Patav. Mancurtii. *durant monumenta* autem hic eſt, ut apud Sueton. Ner. cap. 38. *quidquid viſendum atque memorabile ex antiquitate duraverat.* & in Gramm. cap. XXIV. *durante adhuc ibi antiquorum memoria.*

v. 6. *Nomen & exultans unde perenne vehit.*] Puto ſcribendum *unda.* Poſſet etiam: *Ne exudans unda, p. v.* ut Apulejus: *Fons dives exudat.* LINDENBROGIUS. *unda* etiam, emendatione facili, ſcribendum viderunt Heinſius, Iſ. Voſſius, & P. Francius ad oras exemplarium ſuorum. & ſic edidit G. Fabricius. vitioſe enim apud Pith. *unde.* Ego amplius ſcribendum opinor: *unda perenne dedit*, pro *vehit.* ut ſupra in tumulo Achillis Ep. 98. *Cui virtus clarum nomen habere dedit.* in Lindenbrogii nota puto operas aberraſſe, nam *Ne exudans unda*, tolerari nequit. forte per compendium ſcripſerat, *N. e. exudans u. p. v.* id eſt: *Nomen et.*

v. 7. *nec mortuus*] *neque* Fabric.

EP. CXLIX. *Pyrami & Thisbes Epitaphium.*] Ineditum hoc ſuppeditavit nobis Codex MS. Viri Ampliſſimi Balthaſaris Huydecoperi, quo Epigrammata nonnulla antiqua & recentiora continebantur.

Legi-

Sponte manu miſeri ſimul occubuiſtis amantes,
Cauſſa fuit dirae vitta cruenta necis.
Sed quae purpureo madefacta eſt ſanguine radix;
Nunc atra, quae dudum candida, mora dabat.

EP. CL. *De Pyramo & Thisbe.*

Pallia nota fovet lacrimis decepta Themiſto;
Pyramus heu! lacrimis pallia nota fovet.

EP. CLI. *De Hyla & Hercule.*

Raptus amator Hylas, Nympharum gaudia creſcunt;
Herculis ira tumet, raptus amator Hylas.

EP. CLII. *De Hero & Leandro.*

Fecit amore viam juvenis crudele per aequor,
Praedurae morti fecit amore viam.

EP. CLIII. *De Hippolyto & Phaedra.*

Vincere falſa pudor poterat. ſed caſtus & inſons
Erubuit Phaedrae vincere falſa pudor.

EP. CLIV. VINCENTII *Phaedra.*

Victe pudor, conpone preces, ſecreta duorum
Tertius ignoret. ſit tantum litera teſtis,
Inmenſum * locutura nefas, metus unicus urget,
Ne ſperet juvenis lacrimas finxiſſe novercam.

Hinc

Legitur etiam inter carmina inedita Porcelii, ex Codice Wittiano a me deſcripta, ex quo v. 4. edidi *dirae vitta*, non autem *durae vita*, ut male in priore codice legebatur. Intelligit enim vittas & velamina relicta a Thisbe fugiente leaenam, quae ore a recenti praeda ſanguineo illa cruentarat, unde deceptus Pyramus ſibi mortem conſcivit, & redeuntem Thisben in ejusdem fati calàmitatem adtraxit. vide Ovid. IV. Met. 101. & ſeqq.

EP. CL. CLI. CLII. CLIII. *De Pyramo & Thisbe*, &c.] Quatuor haec inedita primum producimus ex Salmaſianis & Divionenſibus ſchedis. ex quibus edidi in pentametro ſecundi Epigr. de Hyla, *ira tumet*, pro eo quod in Salmaſian. perperam legebatur: *iratum &*. tum in praecedentis initio: *Palla nota fobet*. in ceteris nihil variant. Edidit haec etiam Cl. Dorvill. in Miſc. Obſerv. Nov. Vol. II. pag. 478. & 479. & obſervat in primo Epigr. *Thisben* ſine exemplo vocari *Themiſto*. ut in nominibus propriis corrupti vel licentioſi ſunt hoc genus ſcriptores. altero Epigr. *amator Hylas* poni pro *amata*.

EP. CLIV. VINCENTII *Phaedra.*] Ex Salmaſianis & Divionenſibus ſchedis hoc quoque producimus. v. 3. *locutura* metro adverſatur. forte *Immenſum dolitura nefas*. licet ſimili pedum negligentia infra v. 13. *vel negature veni*. & v. ult. *rogatura* ſecunda brevi. v. 9. *mixti* in Salmaſ. *mixtis* in Divion. v. 11. in Divionenſi codice legebatur vitioſe *caſum * ſemper & rea ſola*. in Salmaſiano, *rea ſum ſemper & rea ſola*. unde correxi, *rea ſum ſemper*, *rea ſola*. v. 18. forte legendum, *Teſtor amoris opus*. licet *onus* in Salm. & Divion. codice exſtet. *opus amoris*, ut apud Ovid. Epiſt. XV. 46.

Sed tum praecipue, cum ſit amoris opus.

ſic ſupra Ep. 147. e Virgilio Lib. VIII. Aen. 516. *Militiam & grave Martis opus*. Lib. X. 469. *virtutis opus*. Ovid. III. Am. 7. 68.

Nunc opus expoſcunt militiamque ſuam.

& apud Petron. In Fragmentis pag. 675.

Dicta, ſales, luſus ſermonis gratia, riſus,
Vincunt naturae languidioris opus.

ut recte legebat Patruus meus. & ſic apud alios.

 v. 5.

Digitized by Google

Hinc tamen incipiam. Coeli regnator amavit,
Et thalamos tenet una ſoror, nec crimine dignum eſt,
Quod mundus cum lege facit. telluris alumnus
Unus in orbe fuit; nulla eſt cognatio plebis.
Venimus ex uno mixti patre, matre, ſorore,
Ne metuas facinus, non vult hoc ſcire Cupido.
Pignus habet tabulas, rea ſum ſemper, rea ſola;
Sed ſi virgineum ſuffundunt ora ruborem,
Vel negature veni; liceat ſperare rogantem,
Et faſtus tolerare tuos; ſequar ora ſuperbi.
Oſcula ſuſpenſis defigam ſingula plantis,
Me cruciet captivus amor, nemus omne reſultet
Hippolytum: ſecumque ferat vox ultima nomen.
Teſtor amoris onus, Venerisque inſignia noſtrae,
Dum volo, dum nolo, dum vincor, ſcribo, repugno,
Suſpenſos collo laqueos rogatura reſolvi.

EP. CLV. *De Hyacintho.*

Diſcrimen vitae, ludit dum ſorte Hyacinthus,
   Incurrit, diſco tempora fiſſa gerens.
Non potuit Phoebus fato ſubducere amatum;
   Sed cruor extincti florea rura replet.
Diſperſit remeans ludentis tempora diſcus,
   Et dira pulcher morte Hyacinthus obit.
Gratia magna tamen ſolatur morte peremti,
   Semper Apollineus flore reſurgit amor.

EP.

v. 5. *Coeli regnator amavit* &c. *nec crimine dignum eſt, Quod mundus cum lege facit*] ita paſſim apud poëtas humana facinora, & praecipue amores, excuſantur Jovis ac Deorum exemplo. vide quae ſupra notata ſunt ad Epigr. XIII. v. 3. & notas Raph. Columbani ad Longi Paſtoralia pag. 95.

EP. CLV. CLVI. *De Hyacintho.*] Utrumque hoc de Hyacintho ineditum Epigramma debetur Salmaſianis & Divionenſibus Schedis. primum vulgavit Patruus meus ad Ovid. Lib. X. Met. v. 162. beneficio earumdem Heinſianarum Schedarum. Quod exiſtimet dividendum eſſe Epigramma, ita ut ſingula, duobus diſtichis conprehenſa, exhibeantur, in eo paucos, ut puto, ipſi obloquentes habebit. licet continua verſuum ſerie tam in Salmaſii quam in Divionenſis Codicis exemplari legatur. verſu primo nemo non videt veram eſſe Patrui emendationem: *ludit dum forte*, ut edidi, pro ſcriptura Codicum *ludis de forte*; & ſic legendum eſſe margini Divionenſium Schedarum etiam adſcriptum erat. Verſum penultimum procul dubio corruptum ibidem hoc modo emaculavit: *ſolatur fata peremti*, vel *ſolatus*, vel denique, *ſolatur morte peremtum.* quod ultimum ab ipſius poëtae manu eſſe arbitror. produxit etiam hoc Epigramma Tollius ad Palaephat. p. 249. qui primo verſu *ludit dum forte*, & penultimo *ſolatur morte peremti* etiam perperam exhibet, licet ita legendum jubeat. confer Libanii Sophiſtae Narrat. Fabul. editas a Leon. Allatio inter Excerpta Rhetor. cap. XXV. p. 71. & Palaephat. cap. 47. Sequenti Epigrammate ſcripſi *Ulyxis*, ut in Salmaſiano antiquiſſimo codice, nam malc in Divionenſibus *Ulyſſis*, ſed alterum in vetuſtioribus MSS. ſemper obtinere, viri docti abunde notarunt. vide ad Ovid. Epiſt. I. v. 1. & Graevium ad Cicer. Lib. I. de Offic. cap. 31. pag. 123. Verſum ſecundum ita dedi, ut in Divionenſibus Excerptis inveni, licet eam genuinam eſſe lectionem vix putem; in Salmaſianis

Digitized by Google

EP. CLVI. *De Eodem.*

Sanguine flos genitus fraudem teſtatur Ulyxis,
Servat ut ante decus ſanguine flos genitus.

EP. CLVII. *De Myrrha, Patrem fugiente.*

Cerne Arabem Myrrham, temerati a crimine lecti,
Patria praecipiti linquere regna fuga!
Pone ſequens genitor vi vindicis inminet enſis,
Et premit inceſtae jam pede poena pedem.
Donec mutata in fruticem projecta figura eſt,
Sic quoque non certo limpha liquore fugit.

EP. CLVIII. *De Calypſo & Didone.*

Inputat aegra thoris qui * profert deſerta Calypſo,
Vim Dido inpenſis inputat aegra thoris.

EP.

nis portentoſa erat ſcriptura: *Servat erilire decus.* unde optime Heinſius emendabat *berile decus.* ut in loco Ovidii de Myrrha, mox producendo, *Nomen berile tenet.* editum quoque hoc diſtichon in Miſc. Obſerv. Nov. Tom. V. pag. 476. ubi oportune illuſtratur ex Ovidio XIII. Met. 394.

—— rubefactaque ſanguine tellus
Purpureum viridi genuit de ceſpite florem,
Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.

ſed quos verſus admodum vitioſe illic operae typographicae expreſſerunt. Columella Lib. X. v. 175.

Et male damnati moeſto qui ſanguine ſurgunt
Acacii flores, inmortaleſque amaranthi.

ita in Aldi, Gryphii, aliiſque vetuſtis editionibus; in vet. Codice a Scaligero collato *Ajacis flores.* forte, *Oebalii flores.* vid. ad Lotich. pag. 677.

EP. CLVII. *De Myrrha, Patrem fugiente*] Primus hoc Epigramma ex vetuſto Codice Metamorphoſeon Ovidi, Leodii a ſe conparato, produxit Barthius Lib. XVI. Adverſ. cap. 1. & optimi aevi carmen, quodque cum ſummorum poëtarum Epigrammatibus certare poſſit, judicat. Ex eo etiam Andr. Rivinus edidit inter Poëmata vetera poſt Palladium, ſed qui ultimnm diſtichon ita emendavit:

Donec mutata in fruticem porrecta figura eſt,
Nec quoque nunc certo Myrrha liquore fluit.

primo verſu *in fruticem* praeferendum duxi, non *fontem*, ut edidit Barthius. nam ita apud Ovid. X. Met. v. 500. ſeqq.

Flet tamen, & tepidae manant ex arbore guttae,
Eſt honor & lacrimis: ſtillataque cortice Myrrha
Nomen berile tenet, nulloque tacebitur aevo.

ſic in Nicephori Baſilacae Narrat. Fabuloſ. inter Allatii Excerpt. Rhetor. cap. 2. pag. 142. de Myrrha: καὶ θεοὶ τὴν κόρην οἰκτείραντες εἰς φυτὸν μεταβάλλουσι. elegantius quoque & ſupra captum deſcriptorum eſt *porrecta*, qui illud facilius mutarunt in *projecta*, licet utrumque non intelligerent. eadem varietas apud Tibullum Lib. I. El. 3. 75.

Porrectuſque novem Tityos per jugera terrae.

ubi in aliis codd. *Projectuſque.* ſed *porrectus* illic vindicabunt notae Heinſii ad Ovid. IV. Met. v. 457. apud Propertium Lib. II. El. 7. 22.

Viderat informem multa Patroclon arena
Porrectum, & ſparſas caede jacere comas.

ubi *Projectum* in tertio Voſſiano. ſed *Porrectum* tam in primo ac ſecundo Voſſiano, quam binis Leidenſibus, & Dorvillianis, meoque Codice conſtanter legitur; ut & variant MSS. apud Virg. IX. Aen. 589. *multa porrectum extendit arena.* ubi *projectum* in aliis. *projecta* tamen pro extenſa, exporrecta, etiam bene ſe tueri poteſt ex iis, quae de hoc verbo obſervavit Macrob. Lib. VI. Saturn. cap. 4. ubi inter alia in fragmento Siſennae habes: *Vetus atque ingens erat arbor ilex, quae circum projectis ramis majorem partem loci ſummi tegebat.* vide copioſe N. Heinſ. ad Virg. X. Aen. 587. & Patruum meum ad Valer. Fl. Lib. IV. 268. & VIII. 90. & paſſim hae voces *projectus* & *porrectus* confunduntur. vide Bentlej. ad Horat. Lib. III. od. 10. v. 3. ultimo autem verſu *Sic quoque* mutari non debet: de cujus elegantia vide ſupra ad Epigr. 88. cetera *non certo Myrrha liquore fluit*, ut edidit Rivinus, ita exponi poſſunt, quia ex diſrupto arboris cortice emergit & ſtillat liquoris irradians pulchritudo, quae verbis exprimi non poteſt, ut ait Nicephorus Baſilaca in fine capitis de Myrrha; licet forte Barthius alterum cum titulo ac ſenſu Epigrammatis melius convenire putaverit. *fluit* etiam adſtrui poteſt ex Hygino fab. 58. *Cui Venus poſtea miſerta eſt, & in ſpeciem arboris eam commutavit, unde Myrrha fluit, ex qua natus eſt Adonis.*

EP. CLVIII. *Inputat aegra thoris qui * profert deſerta Calypſo*] Ita in Schedis Divionenſibus & Salmaſiano ac Leidenſi codice. Dorvill. in Miſc. Obſerv. Vol. II.

pag.

Digitized by Google

Ep. clix. *De Daphne.*

Frondibus & membris ſervabit dextera ſollers,
Congruus ut ſculptis poſſet ineſſe color.
Dant mirum junctae ars & pictura decorem,
Oſtendit varius cum duo ſigna lapis.

Ep. clx. *Deïdamia.*

Deïdamia virum qua coepit nocte mereri,
Perdidit ac dulcem Deïdamia virum.

Ep. clxi. *De Hecuba.*

Prole, viro, regnoque carens Priameïa conjunx,
Dura ſorte venit ſub juga nunc Ithaci.
Quae cupiens tantos lacrimis aequare dolores,
Perpetuo planctu tranſit in ora canis.
Quid valeat variis monſtrat Fortuna figuris,
Poſt regnum in vico ſaucia latrat anus.

Ep.

pag. 482. edidit, *Imputat aegra thoris qui p. . . . . deſerta Calypſo.* & conjicit, *Imputat aegra thoris quoque vim deſerta Calypſo.* putatque prius ſcriptum fuiſſe *qq vim.* ut connectatur Epigrammati, *de equis Diomedis*, quod ſupra edidi Ep cxvii. nam ordo Epigrammatum pro variis MSS. Codicibus diverſus eſt. *vim* autem exponit *violentas manus*, quas ſibi ob amatorem infidum intulit: quia Calypſo, licet Dea, taedium abſentis amantis morte finiiſſe a quibusdam traditur. *impendere* autem *toros* pro concedere, indulgere, explicat, vel *infenſis thoris* legendum conjicit. quod verum puto. recte etiam Celeb. Oudendorpius emendabat,

Imputat aegra thoris vim prob deſerta Calypſo.

Ep. clix. *De Daphne.*] Legitur in Schedis Salmaſianis & Divionenſibus, in quibus cum hoc Epigrammate coaluerat illud de Marſya *Aërio victus* &c. quod ab hoc ſeparandum ita ut ſupra exhibui Ep. 138.

v. 1. *ſervabit*] *ſervavit* Divion. recte.

v. 3. *dolorem*] ſic recte Schedae Salmaſ. *colorem* male in Divionenſ. forte etiam legendum, *Dant mirum junctis* &c.

Ep. clx. *Perdidit ac*] ſic Salm. & Divion. Schedae. *ab* legit Heinſius. & ſic Dorvill. in Miſcell. Obſerv. Nov. Vol. ii. pag. 481. ſed melius puto, *Perdidit hac* &c. nocte ſcilicet.

Ep. clxi. *De Hecuba.*] Hoc non inelegans debetur Schedis Salmaſ. Divionenſ. & Cod. Leidenſi. in fine ſuſpectum Cl. Oudendorpio videbatur *in vico*. Cogitabam *in tumulo.* vel potius *vicum* propter humilitatem vocari, & *regno* opponi, locum illum, ubi poſt regnum prolemque amiſſam, & Polymneſtora erutis oculis ob caedem filii ſui Polydori necatum, lapidata a Thracibus, & propter convitia in Graecos effuſa in canem mutata fingitur Hecuba, ubi adhuc quoque latrare eam dicit. unde in alio Epigrammate apud Pith. Lib. ii. pag. 80.

A cane non mirum eſt ſubito periiſſe Pelasgum,
Nam rabies Hecubae durat in Argolicos.

Huic explicationi certe favet Pomp. Mela Lib. ii. cap. 2. §. 90. *Eſt & Cynoſſema, tumulus Hecubae, ſive ex figura canis, in quam converſa traditur, ſive ex* fortuna, *in quam deciderat, humili nomine accepto.* ubi Iſ. Voſſius putat non fuiſſe ſepulcrum Hecubae, ſed potius canis cujusdam illuſtris, ſed ab illa nomen traxiſſe hunc locum indicat Ovid. xiii. Met. 569.

Latravit conata loqui: locus exſtat, & ex re
Nomen habet, veterumque diu memor illa malorum
Tum quoque Sithonios ululavit moeſta per agros.

& meretur cum hoc Epigrammate conferri Auſonii Epitaph. xxv. Dictys Cretenſis Lib. v. cap. 16. qui locus partim ex v. c. partim ex Heinſii emendatione ita caſtigandus: *Ceterum poſt exceſſum Ulyxis, Hecuba, quo ſervitium morte abſolveret, multa ingerere maledicta, inprecarique infauſta exercitui: quare motus miles lapidibus obrutam necat, ſepulchrumque apud Abydum ſtatuitur, appellaturque Cynoſſema, ob linguae proterviam inpudentemque petulantiam.* plura de tumulo hoc Hecubae, *Cynoſſema* dicto, vide apud Salmaſ. ad Solin. cap. x. pag. 117. ed. Ultraj. & Munckerr. ad Hygin. fab. cxi. ut autem Cynoſſema a ſepulchro Hecubae nomen ſortitum eſt, ita & locus, ubi ſepulta eſt Phyllis, Demophoontis amica, Ἐννέα ὁδοὶ, & poſtea Amphipolis dictus eſt, unde Amphipolis Ἠρίον Φυλλίδος *ſepulcrum Phyllidis* in Epigrammate Antipatri, quod profert & emendat Bentlej. ad Horat. pag. 227.

Ep.

EP. CLXII. *De Lemniadibus.*

Funera Lemniadum neſcit veneranda Thoantis,
Sola tamen ſenſit funera Lemniadum.

EP. CLXIII. *De Pelope.*

Fervidus axe Pelops condemnat jura Tyranni,
Fata ligat ſoceri fervidus axe Pelops.

EP. CLXIV. *De Caphareo Monte.*

Reliquias Danaum dira premit arte Caphareus,
Albula Tuſcus amat reliquias Danaum.

EP. CLXV. PENTADII.

Chryſocome gladium fugiens ſtringente marito,
Texit adulterium judice caſta reo.

EP. CLXVI. *De Progne & Philomela.*

Da ſenſus mihi, Phoebe, precor, nam poena puellae
Non habet exemplum, triſtis poſt funera linguae
Sanguis ineſt, pingitque cruor tormenta pudoris.

EP. CLXVII. *De iisdem.*

Sanguine muta probat facinus Philomela ſorori,
Vimque, vice linguae, ſanguine muta probat.

EP. CLXVIII. *Progne & Philomela.*

Adſpice ut inſignis vacua atria luſtrat hirundo;
Vere novo moeſtis late loca queſtibus inplet,

Victum

EP. CLXII. *De Lemniadibus.*] Legitur in Divionenſ. Salmaſ. & Leid. Codice. & edidit Dorvill. in Miſcell. Obſerv. Nov. Tom. II. pag. 479. notatque inſolita ellipſi reticeri hic *filia Thoantis* vel *Lesbias.* ſenſum autem Epigrammatis exponit, quod Hypſipyle primo neſciebat conſilium Lemniadum, funus caedemque viris & patribus parandi; mox tamen *ſenſit*, & patrem periculo liberavit. vel *ſenſit*, quia a ceteris ob conſervatum parentem occiſa fuit, addito Apollonii Rhodii loco Lib. I. v. 620.

EP. CLXIII. *De Pelope.*] Ita ex ſchedis Divionenſibus edidi. in Cod. Salm. ac Leid. male in pentametro, *Facta ligat ſocer.* Legitur etiam in Miſc. Obſerv. Nov. Vol. II. pag. 477.

EP. CLXIV. *De Caphareo Monte.*] Exſtat in Codice Salmaſiano, Divionenſi, & Leidenſi, ediditque Cel. Dorvill. in Miſc. Obſerv. Nov. Vol. II. p. 481.

EP. CLXV. *Chryſocome gladium* &c.] in ſolo Codice Leidenſi hoc inveni, cui If. Voſſius id in margine, ut ab amanuenſi omiſſum, adſcripſerat. PENTADIO illic tribuitur, & corrupte ſcribebatur * *Chryſoconte.* ſed recepi emendationem Cel. Oudendorpii *Chryſocome.* cui videbatur majoris Epigrammatis fragmentum eſſe, & intelligendum de adultero Chryſocomes judice, qui eam abſolvit, & maritum damnavit.

EP. CLXVI. *De Progne & Philomela.*] Ex iisdem Schedis. ultimo verſu vitioſe in Salmaſianis & Leid. Cod. legebatur, *pingit quae cror turmenta.* ſed in margine ita ut edidi.

EP. CLXVII. *Sanguine muta* &c.] Ex iisdem ſchedis. v. 1. *ſorori* in Divion. *ſororis* Salm. ſchedae & Cod. Leid. edidit etiam Dorvill. in Miſc. Obſerv. Nov. Vol. II. pag. 478. notatque vitio ſeculi ultimam in *vice* produci. ut & in aliis peccant hi poëtae. aliter enim ſcribere potuiſſe auctorem, *Et vice vim linguae.* Cl. Oudendorpius praeferebat, *Vimque vicem linguae*, elliptice.

EP. CLXVIII. *Adſpice ut inſignis vacua atria* &c.] Ineditos hos centones Virgilianos debemus Salmaſiano ac Leidenſi Codici. *alta atria* legitur apud Virg. XII. Aen. 474. ubi male in editione Maaſviciana,

Pervolat, & penitus alta atria luſtrat hirundo.

ſed recte *pennis* edidit Patruus meus. quod probat antiquus Bibliothecae Amſtelaedamenſis & meus codex.

EP. CLXIX. FESTI AVIENI *Sirenum Allegoria.*

Sirenes varios cantus, Acheloïa proles,
Et ſolitae miros ore ciere modos:
Illarum voces, illarum Muſa movebat
Omnia, quae Thymele carmina dulcis habet:

Quod

EP. CLXIX. FESTI AVIENI *Sirenum Allegoria.*] edidit Scalig. in Catal. pag. 173. & exſtat apud Pithoeum Lib. IV. p. 152. ſub titulo FESTI AVIENI, & in margine JULIANO adſcribitur, cui etiam tribuit codex Petavianus. in Thuaneo legebatur DE SIRENIS EUF. id eſt EUFORBII, ſub cujus nomine etiam alia in his Catalectis Epigrammata exſtant. in veteri MS. Voſſiano ſimpliciter inſcribitur DE SIRENIS. ut & in codice antiquo Chartaceo Biblioth. Ambroſianae, quem contulit Heinſius. DE CANTU SIRENUM Aldus & ed. Venet. 1480. in MSS. etiam nonnullis inter Catalecta Virgilii habetur. Confer cum hoc Epigrammate Claudiani Epigr. 33. ad Serenam. Martial. Lib. III. Epigr. 64. & Auſon. Perioch. Odyſſ. XII. & copioſe de Sirenibus egerunt Barthius ad Claudian. pag. 1036. & ſeqq. Urſin. in Famil. Roman. pag. 266. & 267. Fortun. Licetus ad aram Pythiam Publilii pag. 21. Delr. ad Senec. Med. v. 355. Joh. Columbus ad Scriptor. Incert. Fab. Homer. de Ulyx. Error. pag. 114. & ſeqq. notae Doctor. ad Petron. cap. 127. Drakenb. ad Silium XII. 34. totamque Sirenum Mythologiam exhauſit Nicaſius Diſſertatione Gallica de Sirenibus, de qua vide Broukh. ad Tibull. IV. 1. 96. ubi erudite de Sirenibus earumque figura diſſerit: & illuſtrabitur hoc Epigramma ex Tab. CXLVII. Claſſ. II. Muſei Etruſci, & quae ad illam notat Cel. Gorius Vol. II. p. 279. Sed praecipue ex Fragmento Genealogiae Hygini Doſitheano, in codice Voſſiano Bibliothecae Leidenſis, quod hic adſcribere non pigebit: quia ad Epigrammatis hujus illuſtrationem facit. Eſt autem ejuſmodi:

Περὶ Ὀδυσσέως. πῶς ἐδυνήθη Σειρῆνας παρελθεῖν.

Σειρῆνες Ἀχελώου καὶ Μελπομένης Μούσης θυγατέρες διὰ τὴν ἁρπαγὴν Περσεφόνης θρηνοῦσαι κατέφυγον πρὸς πέτραν Ἀπόλλωνος, κἀκεῖθεν συμβουλίᾳ θεῶν μεταμορφώθησαν εἰς ὄρνεα, κεφαλὰς μόνον ἔχουσαι, κἀκεῖ ᾄδουσαι κατεῖχον τοὺς πλέοντας.

Καταλειφθεῖσαι ὑπὸ Ὀδυσσέως ἔρριψαν ἑαυτὰς εἰς θάλασσαν, καὶ ἀπώλοντο.

Sirenae Acheloi & Melpomenae Muſae filiae propter raptum Proſerpinae lamentantes confugerunt ad petram Apollinis, & inde conſilio Deorum demutatae ſunt in aves, capita ſolum habentes, & ibi cantantes detinebant navigantes.

Relictae ergo ab Ulixe projecerunt ſe in mare, & perierunt.

ex eodem Codice Voſſiano editum hoc eſt in Miſcell. Obſerv. Vol. IX. pag. 423. ſed ubi levi operarum incuria in verſione Latina omiſſum, *detinebant navigantes.* Ex hoc autem loco egregie Cel. Valkenarius, ex cujus apographo deſcripſi, emendabat apud Hyginum fab. 141. *Sirenes, Acheloi fluminis & Melpomenes Muſae filiae, Proſerpinae raptum lamentantes ad Apollinis petram venerunt.* ubi nunc in vulgatis editur, *Proſerpinae raptu aberrantes ad Apollinis terram venerunt.* firmabatque ex Dionyſ. Perieg. v. 360. qui Σειρήνιδα πέτρην vocat. ubi vide Euſtath. & Scholiaſt. Homer. ad Odyſſ. M. v. 39. & Heraclid. Allegor. Homer. p. 496. cujus tamen locum in mendo cubare, nec bene eum eluere Meibomium notaverat: quae certe optima & indubitata emendatio eſt.

v. 1. *Sirenes varios cantus*] *Sirenas* Voſſ. Petav. Ambroſ. & ed. Ven. *Clarios cantus* conjiciebat Heinſius. ſed non opus eſt.

v. 2. *Et ſolitae miros ore ciere modos*] in prima Scalig. ed. *miſeros.* ſed in marg. ex v. c. emendari juſſit *miros. miſeros* quoque in Thuaneo, Petaviano, & Voſſiano. & ſic Aldus. *ac varios* in Cod. Ambroſiano, unde Heinſ. *Aonios.* ſequitur enim, *illarum Muſa movebat omnia.* ſed *miros* non ſollicitandum patet ex imitatione Lactantii de Phoenice v. 46.

Incipit illa ſacri modulamina fundere cantus,
Et mira lucem voce ciere novam.

quod nollem quoque tentaſſet Heinſius mutando *lucem voce fovere*, quia in Voſſiano *referre.* ſed *ciere*, id eſt cantando lucem quaſi evocare, ibidem ex hoc loco firmatur.

v. 4. *quae Thymele carmina dulcis habet.*] *Thymile* Ambroſ. *Thymale* Petav. *habet* deeſt in Voſſiano, Petav. Thuaneo. & ed. Venet. Legendum *amat*, ut edidit Aldus. & ſic Scalig. ed. & Voſſianus Virgilii codex, in quo inſcribitur DE CANTU SIRENARUM. *Thymele* famoſa olim mima ſaltatrix, unde *thymelici* citharaedi hiſtriones. de quibus vide ad Valeſ. Lib. III. Emend. cap. 10. Auſonius p. 340. ed. Toll.

Seria contractis expende poëmata rugis,
Nos Thymelen ſequimur. ubi vid. Vinet.

Juvenalis Sat. I. 36.

—— *& a trepido Thymele ſubmiſſa Latino.*

& Sat. VI. 66.

—— *ſubitum & miſerabile longum*
Attendit Thymele, Thymele tunc ruſtica diſcit.

ubi vid. Grang. forte tamen hic *thymele* ponitur pro theatro. Gr. Θυμέλη. erat enim *thymele* menſa, ſuper quam ſtabant hiſtriones cantantes & fabulas agentes in ſcena. Vide Galei notas ad Phurnut. de natur. Deor. cap. XXX. pag. 220.

Digitized by Google

Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca queruntur,
Quodque foraminibus tibia mille ſonat:
Quodque leves calami, quod ſuavis cantat aëdon,
Quod lyra, quod citharae, quod moribundus olor.
Illectos nautas dulci modulamine vocis
Mergebant avidae fluctibus Ioniis.
Sanguine Siſyphio generatus magnus Ulyxes
Hac tutos ſola praeſtitit arte ſuos;
Illevit cera ſociorum callidus aures,

At-

v. 5. *quod cornua rauca queruntur*] *fuerunt* Voſſ. Thuan. & Ambroſ. & ed. Ven. unde Heinſius *fuerunt*. ſed vulgata non videtur loco movenda. *fuere* v. c. in marg. primae ed. Scalig. ſed male, ut addit.

v. 7. *Quodque leves calami, quod ſuavis cantat aëdon,*
Quod lyra, quod citharae, quod moribundus olor] *aëdonem* hic Muſici nomen eſſe putabat Mariang. Accurſius, ſed quem recte refutavit Fortun. Licetus d. l. perperam quoque Barthius *mollis aëdon*. ſcripti enim codices nihil variant, niſi quod *edon* in Voſſiano & Petaviano. *aedon* in Thuan. *Quod leves & calami* in Thuan. *Quod leves* Petav. In edit. Veneta antiquiſſ. *Quodque leves calami, ſuavis cantat & aedo.* Totum hunc locum eleganter expreſſit Lactantius, ſive quicumque auctor Phoenicis v. 47.

Quam nec aëdoniae voces, nec tibia poſſit
Muſica Cyrrbeis aſſimulare modis.
Sed neque olor moriens imitari poſſe putetur,
Nec Cylleneae fila canora lyrae.

ut monuit illic Heinſius, qui egregie corruptiſſimos antea verſus reſtituit pro eo quod legebatur, *Quam nec Jüleae voces*, & *aëdonis* nomen aliis quoque veterum locis ſaepe corruptum notavit. Auctor Panegyrici ad Piſonem v. 257.

Sed nec olorinos audet Pandionis ales
Parva referre ſonos. nec, ſi velit, inproba poſſit.
Sic & aëdonia ſuperantur voce cicadae.

in Epitaphio Athenaidis & Probi apud Fabrett. cap. x. pag. 702.

Cum te nate fleo, planctus dabit Attica aëdon,
Et comes his lacrimis veniet pro conjuge Siren &c.
Oebaliusque dabit mecum tibi murmura Cycnus.

vide Scriver. ad Martial. pag. 243. ſic in Epitaphio apud Pith. Lib. III. p. 123.

Et ſuper in nido Marathonis cantet aëdon.

& in Judicio Coci & Piſtoris pag. 454.

Tu facis, in lucis ut cantet triſtis aëdon,
Moeſtaque ſub tecto ſua murmuret acta chelidon.

Nemeſianus Ecl. II. v. 61.

Vocalem longos quae ducit aëdona cantus.

ita in carmine de Philomela apud Pithoeum in Praetermiſſis pag. 486. ed. Par.

Judice me cycnus, & garrula cedat aëdon,
Cedat & illuſtri pſittacus ore tibi.

ſic in codice ſuo emendabat Heinſius. ubi nunc *hirundo* legitur. quae eadem varietas apud Petronium cap. 131.

Dignus amore locus, teſtis ſylveſter aëdon,
Atque urbana Progne, quae circum gramina fuſae
Et molles violas, cantu ſua rura colebant.

ubi & in aliis *hirundo*, vel *iaedon*. ut notarunt illic viri docti. de moribundi oloris cantu vide ad Lotich. pag. 107. & 226.

v. 9. *Illectos nautas dulci modulamine vocis*] *vocam* in Cod. Thuan. unde *vocum* Heinſius. *Illector* Ed. Venet.

v. 10. *Mergebant avidae fluctibus Iōniis*] *Marcebant* in Cod. Ambroſiano. *avide* ed. Ven. Heinſius legebat, *rabidi fluctibus Iōnii*. eleganter enim *Iōnius* dicitur maſcul. gen. ut *Aegeus* & ſim. pro *Iōnium* mare vel *Aegeum*. vid. Rutgerſ. Venuſ. Lect. cap. x. pag. 287. vel neutro genere *Iōnium* & *Aegeum*, non addito mare vel ſim. vid. Broukhuſ. ad Propert. III. El. 5. 11. & Patrui mei notas ad Valer. Fl. Lib. V. v. 715. Avienus Deſcr. Orb. pag. 264.

Ionii ſi quis rate rurſum caerula currat Aequora.

v. 11. *Sanguine Siſyphio generatus magnus Ulyxes*
Hac tutos ſola &c.] ſic edidit Aldus, Pithoeus, & Scaliger. in Petaviano ac Thuaneo codice,

—— *venit Ulyſſes*
Et tutos ſolita. quomodo etiam ex V. C. margo Pithoei, & prima Scaligeri editio. *venit* etiam in Cod. Ambroſ. pro quo *ventus* in Voſſiano. *vectus Ulyxes Et totos ſolida* Ed. Venet. *Et toto ſolida* Voſſ. Cod. Barthius ad Claudian. pag. 1039. legebat,

Sanguine Siſyphio generatus donec Ulyxes
Inſolita tutos praeſtitit arte ſuos.

non male, ſi a vetuſto codice firmaretur.

v. 13. *Illevit cera ſociorum callidus aures*] *In levi* Thuaneus. in ed. Veneta,

In levi caera ſociorum callida Circes
Atque ſuas unctis praebuit ipſa manus.

Inde

Atque ſuas vinclis praebuit ipſe manus.
Tranſiluit ſcopulos, & inhoſpita litora claſſis.
Illae praecipites deſiluere freto.
Sic blandas voces nocituraque carmina vicit.
Sic tandem exitio monſtra canora dedit.

CLXX. *Hippodamia.*

Pandite nunc Helicona Deae. nunc pectore firmo
Eſte duces, ô ſi qua via eſt, & pronuba Juno!
Pallida Tiſiphone fecundum concute pectus,
Non hic Atride * nec ſcelus exitiale Lacaenae:

5. Hic

Inde ſuas vinclis Heinſius. ſed vulgata ſcriptura recte ſe habet. Ovid. III. Artis Am. 311.

Monſtra maris Sirenes erant: quae voce canora
Quamlibet admiſſas detinuere rates.
His ſua Siſyphides auditis paene reſolvit
Corpora. nam ſociis illita cera fuit.

Juvenalis Sat. IX. in fine:

Adfixit ceras illa de nave petitas,
Quae Siculos cantus effugit remige ſurdo.

ubi Scholiaſtes: *Ulyxis, ut Sirenarum periculum poſſet evadere.*

v. 15. *Tranſiliit ſcopulos & inhoſpita litora claſſis*] recte *Tranſiluit* Voſſ. Ambroſ. Thuan. Aldus & Ven. ed. de quo alibi ad Carmen de Venere & vino,

—— *hos fines tranſiluiſſe nocet.*

ubi & in aliis *tranſiliiſſe.* ſed *Tranſiluit* hoc in verſu, & ſequenti *deſiluere* merito offendebat Heinſium, ut nihil dicam de inſolita locutione, qua *claſſis tranſiluiſſe ſcopulos* dicatur ſine exemplo. Itaque cum eo lege, *Tranſiit ut ſcopulos* &c. *hoſpita litora* vitio operarum in utraque Pithoei editione, Pariſina ac Genevenſi. ſed in notis monuit corrigendum *inhoſpita*, ut res ipſa & metrum jubent. *unoſpita* in Thuaneo. *claſſi* legebat Barthius.

v. 16. *Illae praec. deſiluere freto*] *Diſiluere* Voſſ. *diſſiluere* Thuaneus & ed. Ven. in qua *Illi.*

v. 17. *Sic blandas voces nocituraque carmina vicit*] ita in Petaviano ac Thuaneo codice & editione Pithoei. Aldus & Scaliger ediderunt:

Sic blandas vocisque notas & carmina vicit.

in ed. Veneta, *vocis notas ac carmina vicit.* & ult. verſ. *canore.*

CLXX. *Pandite nunc Helicona Deae* &c.] Haec & ſequentia carmina, ut & ea, quae alibi in hac Catalectorum Sylloge proferuntur, ex centonibus Virgilianis conſuta, quamquam delicato & melioris aevi dapibus adſueto palato vix placitura, ideo a nobis eduntur, ne quid ex vetuſtiſſimi Codicis Salmaſiani aliarumque Schedarum Excerptis ſupprimamus, ſed bona fide exhibeamus, quaecumque in illis exſtabant, quae licet inter inferioris ſeculi Exercitationes ſcholaſticas referenda ſint, hic & illic tamen probatas a viris eruditis in poëta principe lectiones auctoritate harum Schedarum MSS. confirmare poſſunt; in quibus vitioſiſſima ubique erat ſcriptura, non ſine taedio inquirendorum hemiſtichiorum e Virgilio caſtigata. Ceterum ejuſmodi poëmatia, artificioſa magis quam elegantia, ex Centonibus Virgilii aut Homeri contexta, ſequioris aevi poëtis frequentia fuerunt, nam antiquiora Auſonii Centone Nuptiali non habemus, qui in Praefatione, iſti opuſculo praefixa, optime hoc genus carminis deſcripſit; ut de Probae Falconiae aliorumque Centonibus, ab H. Stephano in unum collectis, nihil dicamus. de quibus diſſerendi otium fecit Fontanin. de Antiq. Hortae Lib. II. cap. 5. Unicum addam Papiae locum in Vocabulario hac occaſione emendandum, quia corrupte circumfertur: ita enim ille, *Centones apud Grammaticos dici ſolent, qui carminibus Homeri ſeu Virgilii ad propria more centenario ex multis hinc inde compoſitis in unum ſartiuntur corpus ad facultatem uniuscujuſque materiae.* ſic habetur in utraque ed. Venet. 1485. & 1496. ſed legendum eſſe, *qui carminibus Homeri ſeu Virgilii, propria opera, more centonario, ex multis hinc inde compoſitis in unum ſarciuntur corpus*, patebit ex loco Tertulliani, ex quo iſta ad verbum more centonario deſcripta ſunt, de proſcript. Haeret. cap. 39. quem adfert Patruus meus ad Petron. cap. 45. ubi de centonariis.

v. 3. *concute*] *concipe* Salm. ſed *concute* m. rec. & ſuperſcr. in Leid. Cod. *fecundumque erige pectus* dixit Statius Lib. I. Ach. 543. ubi imitatur hoc Virgilianum Aen. VII. 338. ut illic notavit Patruus meus.

v. 4. *Non hic Atride nec ſcelus* &c.] ita in Schedis. Lege,

Non hic Atridae, aut ſcelus exitiale Lacaenae:

primum hemiſtichium eſt ex Lib. IX. Aen. 602. ubi optime Servius: *Poteſt & Atridas intelligi,*

 quarum

Hic crudelis amor, nunc illas promite vires,
Majus opus moveo; quaeſitas ſanguine dotes,
Et ſcelerum poenas, inconceſſosque hymenaeos.
Urbs antiqua fuit, fama eſt obſcurior annis;
Quid memorem infandas caedes, & facta tyranni,
Auſi omnes inmane nefas, irasque, minasque,
Quis tam crudeles optavit ſumere poenas:
Hic qui forte velit currus agitare volantes,
Invitat pretiis animos, & praemia ponit,
Tormenti genus incertum de patre ferebat.
Fama malum, incautum dementia cepit amantem;
Horreſco referens, rapido contendere curſu
Conpoſuit, legesque dedit, populosque propinquos
Infelix habuit thalamus, ruit omnis in urbem
Magnanimûm heroum primaevo flore juventus,
Undique conveniunt & virginitatis amore.
Contendunt petere dubii ſeu vivere credant,
Ille * dies vitamque volunt pro laude paciſci.
Poſt ubi confecti curſus, Circenſibus actis,

Sup-

quorum conjuges aut deſerunt maritos, aut interimunt revertentes. alterum debetur Aen. VI. v. 511.

Sed me fata mea & ſcelus exitiale Lacaenae
His merſere malis.

v. 7. *inconceſſosque hymenaeos*] mendoſe in Salm. & Leid. Cod. *inconceſſoque ymeneus.* Eſt enim deſumtum ex Lib. I. Aen. 651.

Pergama quum peteret, inconceſſosque hymenaeos.

ad quem Virgilii verſum reſpiciens auctor Gloſſarii inediti Voſſiani emendandus eſt, cum in eo vitioſe legatur, *Inconceſſum femineus, licitas nuptias.* & in Gloſſis Placidi MSS. *Inconceſſus feminius, licitas nuptias.* ſed utroque in loco legendum eſt, *Inconceſſos hymenaeos, illicitas nuptias.* ut & recte in Iſidori Gloſſario corrigendum eſſe monuit Graevius, ubi male vulgo edebatur, *Inconceſſum femen, illicitas nuptias.* quod firmat etiam Gloſſarium MS. Bibliothecae Leidenſis poſt Iſidori Etymologias, ubi legitur, *Inconceſſos hymeneos, inlicitas vel inconceſſas nuptias.* ita paſſim ad Virgilii loca reſpiciunt Gloſſarum magiſtri, ſed deſcriptorum incuria nimis ſaepe corrupti.

v. 19. *Magnanimûm heroum*] ſic ſcribe ex Lib. IV. G. 476. & VI. Aen. 307. quae duo loca ſimilia in his & ſeqq. ante oculos habuit. In Schedis *Magnanimi*. altera pars verſus eſt ex Lib. VII. Aen. 162.

v. 21. *dubii ſeu vivere credant Ille dies* &c.] ita correxi ex Lib. I. Aen. 218. in Schedis enim legebatur, *dubiis eum vivere credam.* forte & legendum, ac diſtiguendum,

Undique conveniunt, & virginitatis amore
Contendunt petere, & dubii ſeu vivere credant.

ut Lib. I. Aen. 162.

Contendunt petere, & Libyae vertuntur ad oras.

Sequenti verſu unum aut alterum puto excidiſſe hemiſtichium Virgilianum. quo enim referatur *Ille dies*, non video. Itaque partim ex Lib. I. Aen. 223. partim ex Lib. II. 248. conjectura, ni fallor, opportuna ſupplendum ſuſpicor,

—— *dubii ſeu vivere credant,*
Sive extrema pati, miſeri, quibus ultimus eſſet
Ille dies, vitamque volunt pro laude paciſci.

favet certe huic hariolationi Proba Falconia Cent. in N. T. cap. XIX. v. 12.

Spemque metumque inter dubii, ſeu vivere credant,
Sive extrema pati, leti diſcrimine parvo.

ultimum illud *vitamque volunt* &c. exſtat Lib. V. Aen. 230. Indicat autem illos Hippodamiae procos, qui ante Pelopem, ope ac dolo Myrtili victorem, crudelitatis Oenomai miſerae fuerunt victimae, quorum capita ſuper valvas regiae Oenomai adfigebantur, ut ait Hyginus fab. 84. quo reſpicitur v. 27. 28. & ſeq. *Ora virum triſti pendebant pallida tabo Veſtibulum ante ipſum* &c. ubi *ſquallida* Codex Mediceus a manu prima apud Virg. VIII. Aen. 197. quod probari poſſet ex iis quae notavit

Brouk-

Supplicia expendunt juvenes ante ora parentum.
Linquebant dulces animas, & corpora patrum:
Pro molli viola, pro purpureo narciſſo,
Ora virum triſti pendebant pallida tabo
Veſtibulum ante ipſum, ſaevique in limine regis
Terribiles viſu formae inpoſuere coronas,
Quin ipſae obſtupuere domus noctesque diesque,
Umbrae ibant tenues odium crudele tyranni
Saepe queri, & longas in fletum ducere voces.
O virgo infelix, jam fas eſt parcere genti,
Peſtis & ira Deum crudeli funere virgo,
Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello;
Tempore jam ex illo nil magnaé laudis egentes
Deponunt animos ſcelerata excedere terra.
Ecce inter ſanctos ignes, dum ſacra morantur,
Et juxta genitorem adſtat laſciva puella.
Cui pater & conjunx, ſi qua fors adjuvet auſum,
Ora puer prima ſignans intonſa juventa,
Pictus acu chlamydem, & barbara tegmina crurum,
Venit amor fidens animi in utrumque paratus,

Lucet

Broukhuſ. ad Tibull. IV. 4. 6. & Patruus meus ad Lucan. Lib. V. 628. licet vulgata firmetur ab his ſchedis, in quibus male *pendebat*. deinde *ſaevique in limine regis* emendavi ex Lib. XII. 849.

v. 24. *ante ora parentum*] ſic lege ex Lib. VI. Aen. 308. *Inpoſitique rogis juvenes ante ora parentum.* ut & Lib. II. 531. *ante oculos evaſit & ora parentum.* & Lib. V. 553. *Incedunt pueri, pariterque ante ora parentum Frenatis lucent in equis.* male enim in Schedis erat *parenti*. & v. ſeq. *corpora patrum* reſcripſi, pro *partum*, quod in iisdem legebatur.

v. 30. *Quin ipſae obſtupuere domus*] ita in Schedis Salm. & Leid. Cod. vel *obſtipuere*. apud Virgilium tamen in omnibus MSS. Lib. IV. Georg. 481. *Quin ipſae ſtupuere domus.* quomodo etiam legitur in Probae Falconiae Centonibus N. Teſt. cap. XXVII. v. 4.

v. 35. *Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello*] eſt ex Lib. VIII. Aen. v. 703. ubi vid. Servium, apud quem ad Lib. IX. Aen. 53. legendum eſſe, *denique in eo loco ante aedem Bellonae conſecrata eſt columna*, non autem *ante pedem*, ut vulgata circumferunt exemplaria, patebit ex Feſto in voce *Bellona. Bellona dicebatur Dea bellorum, ante cujus templum erat columella, quae bellica vocabatur.*

v. 36. *nil magnae laudis egentes*] vitioſe in Schedis Salmaſ. *nil magnum laudis egente*. in Cod. Leid. *nil magnem laudis egentem.* ſed mutata tantum diſtinctione adhaeſi Lib. V. Aen. 750.

——— *populumque volentem*
Deponunt, animos nil magnae laudis egentes.

ſequenti verſu male in iisdem Schedis, *ſcelerati exidere terra.* vide Lib. III. Aen. 60.

Omnibus idem animus ſcelerata excedere terra.

v. 38. *Ecce inter ſanctos ignes*] ita malui ex Schedis Salmaſ. non ut in Cod. Leid. *ſacros*. ſequitur enim ex Lib. VI. 40. *dum ſacra morantur.* & ſic jubebat Virg. III. Aen. 406.

Ne qua inter ſanctos ignes in honore deorum.

& Lib. II. Aen. 686. *ſanctos reſtingere fontibus ignis.*

v. 39. *Et juxta genitorem adſtat*] ita ſcripſi ex Lib. VII. Aen. 72.

Et juxta genitorem adſtat Lavinia virgo.

male enim in Schedis MSS.

Et juſta genitorem adſtat laciba puella.

v. 40. *ſi qua fors adjuvet auſum*] ita Salmaſ. *ſors* in Cod. Leid. male. vid. ad Lib. X. Aen. 458.

v. 42. *Pictus acu chlamydem*] ex Lib. IX. Aen. 582. vide ſupra ad Ep. 147. init.

v. 43. *fidens animi in utrumque paratus*] ſic Schedae. ſed vel legendum, *fidens animis*. vel, quod malim, e Virg. II. Aen. 61. ſupplendum, *fidens animi, atque in utrumque paratus.* ubi vide notas.

v. 44.

Lucet ebur tantum egregio decus enitet ore.
Poſtquam introgreſſi, & coram data copia fandi,
Rex prior adgreditur dictis, atque increpat ultro,
Quo moriture ruis, quae te dementia cepit,
Aut quisquam ignarum connubia noſtra petentem
Juſſit adire domos, * quidve hinc petis inquit:
Poenarum exhauſtum ſatis eſt, miſeretque pudetque,
Pone animos & pulſus abi, miſerere tuorum.
Non fugis hinc praeceps, dum praecipitare poteſtas,
Sunt aliae innuptae, thalamis ne crede paratis,
Ne pete connubiis natam, dabis inprobe poenas.
Ad quae ſubridens paucis ita reddidit heros:
Hoſtis amare, quid increpitas, mortemque minaris?
Ne tantos mihi finge metus tam fortibus auſis,
Nec mortem horremus, nec nos via fallit euntes,
Quo res cumque cadent, nec me ſententia vertit,

Au-

v. 44. *Lucet ebur, tantum egregio decus enitet ore*] verſum deſiderari opinor in Schedis Salmaſianis & Leidenſi codice; non enim haec cohaerent cum praecedentibus. Forte omiſſa fuerunt propter voces librariis minus notas, ex illo Virgilii verſu Aen. x. 135. ſupplenda:

Incluſum ut buxo, vel Oricia terebintho,
Lucet ebur, tantum egregio decus enitet ore.

ultimum hemiſtichium, *tantum egregio decus enitet ore* eſt ex Lib. IV. Aen. 150. ubi in aliis Codd. *emicat.* ſed alterum *enitet* a majori codicum numero, accedentibus his Schedis, & Amſtelaedamenſi meoque codice ſervatur.

v. 45. *Poſtquam introgreſſi*] ita Schedae, quae conſentiunt cum plerisque Virgilii codicibus Lib. XI. Aen. v. 248. ubi Pierius teſtatur in Romano codice legi, *Poſtquam congreſſi*, ſed merito alterum probavit.

v. 49. *Juſſit adire domos * quidve hinc petis inquit*] ſic Cod. Salm. & Leid. verſu hiante. forte ſupplendum:

Juſſit adire domos noſtras, quidve hinc petis, inquit.

ita enim apud Virg. IV. Georg. 446.

Nam quis te, juvenum confidentiſſime, noſtras
Juſſit adire domos? quidve hinc petis, inquit. At ille &c.

& ſic apud Probam Falcon. Cent. in N. T. c. XIII. 12. vel ſi quem offendant *connubia noſtra*, & *domos noſtras*, legi poſſet, *connubia nota petentem.* ut τῷ ignarum opponantur, ut mox v. 53. *thalami parati.* ſic *litora nota petentem* Aen. III. 657. niſi cogitaverit illud ex Lib. XII. Aen. 42. *natam & connubia noſtra petentem.* ſic Lib. IV. 535. *Nomadumque petam connubia ſupplex. poſcere connubia* dixit Lib. IX. 600. *En qui noſtra ſibi bello connubia poſcunt.*

v. 51. *abi miſerere tuorum*] ſic recte in Salmaſ. *abi miſere* Leid. Cod. in quibus etiam vitioſe *Poene animos & pulſos abi.* vid. Lib. XI. Aen. 366.

v. 52. *Non fugis hinc praeceps, dum praecipitare poteſtas*] ita edidi ex Lib. IV. Aen. 565. ridicule in ſchedis Salmaſ. & Cod. Leid. legebatur, *dum-praecipitare poëtas.*

v. 55. *Ad quae ſubridens paucis ita reddidit heros*] Reſpicit procul dubio Lib. VI. Aen. 672.

Atque huic reſponſum paucis ita reddidit heros.

qui verſus etiam eſt apud Probam Falcon. cap. XVIII. in N. T. v. 14. ſed ibi *reſponſum* additur, quod tamen hic loci ſubſtituendum non puto. *reddere* enim pro reſpondere, referre, vel reponere dixit. ut Lib. XI. Aen. 251.

Auditis ille haec placido ſic reddidit ore.

ubi in Mediceo *edidit.* quod recte rejecit Heinſius, & *reddere* pro reſpondere expoſuit. & ita ſaepe apud Valerium Flaccum. *ſubridens* autem magnam rei ipſi addit elegantiam, & petitum eſt ex ſimili reſponſione, qua inſultanti Orodi regerit Mezentius apud Virg. X. Aen. 742.

Ad quem ſubridens mixta Mezentius ira;
Nunc morere. &c.

ex quo loco hic etiam forte *Ad quem* reſcribendum. Oenonaum nempe, cui reſpondet Pelops. licet illic in variis Codd. MSS. *Ad quae.* probante Heinſio. vide notas.

v. 57. *Ne tantos mihi finge metus*] ita correxi ex Lib. VII. Aen. 438. corrupte in ſchedis MSS. *medus.*

v. 59. *Quo res cumque cadent*] ita apud Virg. XII. Aen. 203. ubi *cadant* in Cod. Hamburgico, quod & apud Probam Falc. Cent. in N. T. cap. XII. v. 12.

v. 60.

Digitized by Google

Audentes Fortuna juvat, ſtat, quidquid acerbi eſt,
Morte pati, quo fata trahunt retrahuntque ſequamur,
Talia dicentem jam dudum averſa tuetur
Cauſa mali tanti, multos ſervata per annos:
Qualis gemma micat, fulvum quae dividit aurum,
Inter utramque viam talis ſe laeta ferebat;
Ac veluti Pariusve lapis circumdatur auro
Arte nova, tales virgo dabat ore colores,
Inſignis facie, oculos dejecta decoros;
Uritur infelix, ſubitoque accenſa furore,
Stare loco neſcit. quis enim modus adſit amori?
Nulla Venus, nulli quondam flexere hymenaei;
Solus hic inflexit ſenſus. dum plurima volvit,
In parteſque rapit varias, famulumne parentis

Audeat

v. 60. *ſtat quidquid acerbi eſt Morte pati*] ex Lib. XII. 678. ubi Servius quidem agnoſcit *acerbum eſt.* ſed recte a Pierio alterum ex pleriſque Codd. vetuſtis praefertur, & confirmant hic Schedae Salm. & Cod. Leid. in quibus ſcriptum erat,

Audentes Fortuna jubat ſtat quidquid acervi eſt
Morti pati quo fata traunt retrauntque ſequamur.

quorum ultima ſunt ex Lib. v. Aen. 709.

v. 63. *Cauſa mali tanti*] ſic recte Schedae, non *malis tantis*, ut eſt in Codd. nonnullis apud Virg. XI. Aen. 480. quod propter ſibilum vocum in literas plures *ss* definentium, inprobavit illic Patruus meus, eademque de cauſſa hic ingratum eſſet. neque aliter apud Probam Falcon. in Cent. Vet. Teſt. cap. XVII. v. 6.

v. 64. *Qualis gemma micat, fulvum quae dividit aurum*] Haec quoque corrupte in Schedis legebantur, quae emendavi ex Lib. X. Aen. 134.

Qualis gemma micat, fulvum quae dividit aurum
Aut collo decus aut capiti: vel quale per artem &c.
Lucet ebur.

& Lib. XII. v. 67.

Indum ſanguineo veluti violaverit oſtro
Si quis ebur, aut mixta rident ubi lilia multa
Alba roſa: tales virgo dabat ore colores

v. 66. *Ac veluti Pariusve lapis*] ſic legendum, nam in ſchedis male,

Haec veluti parvuſve lapis circumdatus auro.

ſatis enim eleganter hanc conparationem adoptavit ex Lib. I. Aen. 593. de Aenea:

——— namque ipſa decoram
Caeſariem nato genetrix, lumenque juventae
Purpureum, & laetos oculis adſlarat honores.
Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum Pariuſve lapis circumdatur auro.

ubi tamen in multis codicibus *circumdatus*, ut hic etiam in Schedis MSS. ſed alterum praetuli, agnoſcitque Aruſianus Meſſius libello Elocutionum inedito: *Circumdat haec res illam rem. Virg. Argentum, parviſve (Pariusve) lapis circumdatur auro.*

v. 68. *Inſignis facie, oculos dejecta decoros*] adſtipulantur hic Schedae MSS. Pierio & Heinſio, qui in optimis ſuis codicibus inſertum *atque* non agnoſci teſtantur ad Aen. XI. 480. ubi legitur:

Cauſa mali tanti, oculos dejecta decoros.

tales enim hiatus in Virgilio paſſim probarunt Heinſius aliique, & ex MSS. occurrunt Lib. II. Georg. 144. Lib. II. Aen. 589. 622. 654. & alibi. vide Canter. Lib. VI. Nov. Lect. cap. 8. pag. 374. Giſan. Ind. Lucr. pag. 436. & 437. Ciofan. ad Ovid. II. Am. I. 15. & Heinſ. ad Claudian. III. de Laud. Stilic. 167.

v. 71. *nulli quondam flexere hymenaei*] ſic Cod. Leid. & Schedae Salm. in quibus *fexere.* apud Virgil. Lib. IV. Aen. 35. legitur, *nulli quondam flexere mariti.* integro hemiſtichio. ubi pro *mariti* in tertio Rottendorphiano a manu prima *juventa* invenit Heinſius. ſed quod ex v. 32. illic repetitum eſt. *quondam nulli* in ſecundo Moreti. *mariti* autem illic tam in meo codice, quam in Amſtelaedamenſi ſervatur, ſuperſcripta gloſſa, *non qui erant ſed qui eſſe cupiebant.* ſed alterum adhaeret Lib. IV. Georg. 516. *Nulla Venus. non ulli animum flexere hymenaei.* quem verſum ne totum hic adoptaret auctor, ex altero loco inſeruit *nulli quondam* pro *non ulli animum.* Sed quoniam duo hemiſtichia ex diverſis locis connectere in his centonibus praeſtat, forte *mariti* praeferendum eſt.

v. 73. *famulumne parentis Audeat affari*] ita emendavi ex Lib. V. Aen. 95. *Incertus, Geniumne loci,*

Q *famu-*

Digitized by Google

Audeat affari, quae prima exordia ſumat;
Incipit effari, mediaque in voce reſiſtit.
Verſanti potior vix haec ſententia ſedit.
Cuſtodem ad ſeſe, per noctem plurima volvens,
Intra tecta vocat, funditque has ore querelas:
Quis novus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes?
Ire iterum in lacrimas miſera & tam dira cupido,
En quid ago? aut quamnam ſpondet fortuna ſalutem,
Per tot ducta viros? qui nunc certamine tanto?
Umbrarum hic locus eſt, quo me decet uſque teneri.
Reſpice ad haec, miſerere animi non digna ferentis,
Ora manusque ambas, defunctaque corpora vita,
Et funus lacerum, caput, & ſine nomine corpus,
Argumentum ingens, currusque rotasque volucres.
Falle dolo, dolus an virtus quis in hoſte requirat?
Accipe daque fidem: media inter talia verba
Luctantem amplexu molli fovet; hoc decus illi
Venturum excidio, vana ſpe luſit amantem:
Tandem pauca refert; tuus, ô regina, quid optes,

Ex-

famulumne parentis Eſſe putet. In Schedis legebatur, *famulam nec parentis Audeat effarique prima* &c. per *famulum parentis*, & mox v. 77. *Cuſtodem.* Innuit Myrtilum, Oenomai aurigam, quem Hippodamia, Pelopis amore incenſa, corrupit, primi coitus pactione, ut fragiles & cereos axes (vid. v. 132.) ſubjungeret currui Oenomai, unde Pelops, curuli certamine victor, Myrtilum, promiſſum praemium poſcentem, in mare praecipitavit (vid. v. 165.) quod ab illo Myrtoum dictum eſt. ut notat Serv. ad Virg. III. Georg. 7. licet paullo aliter narret Hyginus fab. 84. ubi vide eruditorum notas, quibus illum Servii locum praeteritum miror. & adde Parrhaſ. Quaeſ. per Epiſt. pag. 196. 197.

v. 75. *Incipit effari, mediaque in voce reſiſtit*] ita in Schedis, & Codd. MSS. apud Virg. IV. Aen. 76. firmatque MS. Biblioth. Amſtel. & meus codex. licet illic in fragmento Walliano, quod olim contuli, *mediaque in voce moratur.* ſed in marg. *reſiſtit.* cujus alterum eſt gloſſema.

v. 76. *ſententia ſedit*] ſic lege ex Virg. XI. Aen. 551. & Prob. Falcon. Cent. Vet. Teſt. cap. X. non *ſedet.* ut in Schedis MSS.

v. 77. *Cuſtodem ad ſeſe*] Adhaeret Lib. V. Aen. 546. de Aenea:

Cuſtodem ad ſeſe, comitemque inpubis Iüli
Epytiden vocat, & fidam ſic fatur ad aurem.

v. 82. *qui nunc certamine tanto*] In his laborat ſenſus & diſtinctio; male etiam verſ. praec. in Schedis *quemnam.* quare ita haec caſtiganda opinor;

En quid ago? aut quamnam ſpondet fortuna ſalutem,
Per tot ducta viros, quo nunc certamina tanta?

vel legendum, ut nunc in Virgilio exſtat Lib. XII. v. 637.

Nam quid ago? aut quae jam ſpondet Fortuna ſalutem?

aut, niſi Virgilianum eſſet hemiſtichium,

Sed quid ego haec? quae jam ſpondet Fortuna ſalutem?

quod firmari poſſet ex notis Heinſii ad Ovid. Epiſt. XV. v. 207. ſed praefero, *En quid ago*, vel *Heu quid ago.* eumdem vide ad Virg. X. Aen. 675. ſecundo verſu vitioſos Virgilii codices ſecutus eſt hic poëta, apud quem Lib. IV. Aen. 98. legitur:

Sed quis erit modus? aut quo nunc certamine tanto?

ſed recte Heinſius aliique emendarunt, *aut quo nunc certamina tanta?* genus loquendi prolixe illuſtravit idem Heinſ. ad Ovid. Epiſt. II. 53. & Epiſt. IV. 157. & Bentlej. ad Horat. I. Epiſt. 5. 12.

v. 83. *quo me decet uſque teneri?*] favent hic Schedae Pierio apud Virg. V. Aen. 384. recte *teneri* praeferenti, pro *morari*, quod in Mediceo, aliisque codicibus legebatur.

v. 91. *vana ſpe luſit amantem*] ſic recte Cod. Leid. ex Lib. I. Aen. 352. *amentem* male in Schedis Salmaſ.

v. 92. *tuus, ô regina, quid optes*] Firmatur hinc lectio plerorumque codicum vetuſtorum Virgilii apud Pierium & Heinſium Lib. I. Aen. 76. in aliis enim *quod optas.*

v. 94.

Explorare labor, vincant quos vincere mavis:
Teſtor utrumque caput, mihi juſſa capeſſere fas eſt.
Unum pro multis dabitur caput; atque ita fatur.
Ergo juſſa parat ſpe multum captus inani,
Scilicet id magnum ſperans fore munus amanti.
Artificis ſcelus & taciti ventura videbant,
Unius in miſeri exitium ventura ſub axem.
Oceanum interea ſurgens Aurora relinquit,
Jam ſole infuſo, magnae ſub moenibus urbis.
Graecus erat, fama multis memoratus in oris,
Nec viſu facilis, nec dictu affabilis ulli.
Undique viſendi ſtudio, turbante tumultu,
Conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni,
Aut metus acer erat, puerique parentibus orbi,
Et trepidae matres, & lamentabile regnum,
Flent moeſti muſſantque patres, hîc cara ſororum

v. 94. *Teſtor utrumque caput*] Innuit Myrtilus ſuum & Hippodamiae caput. vel illius ac Pelopis. Ita Serv. ad Virg. IV. Aen. 375. ubi hoc idem Aeneas dicit, exponit, *aut meum aut tuum*, (*Didus* nempe) *aut Jovis & Mercurii*, *aut Anchiſae & Aſcanii*: quos in praecedentibus memoraverat.

95. *Unum pro multis dabitur caput, atque ita fatur*] forte ſupplere voluit lacunam verſus Virgiliani Lib. v. Aen. 815.

Unum pro multis dabitur caput. . . . .

ſimili modo Proba Falconia in Cent. N. Teſt. cap. XXIII. 6.

Unum pro multis dabitur caput. Haec ita fatus
Conticuit &c. ubi *fatus*, ut hic in Schedis MSS. ſed *fatur* hic magis congruum eſt. & utrumque in hoc hemiſtichio alibi apud Virg. legitur.

v. 97. *Scilicet id magnum* &c.] eſt ex Lib. VI. Aen. 526. male in Schedis: *Scilicet hic magnum* &c.

v. 99. *ventura ſub axem*] ſic audacter ſubſtitui, ut axes Oenomai currui ſubditos intelligat. vitioſe enim in Schedis Salm. *ſubaſe.* & in Cod. Leid. *ventura ſub alae.* eſt autem adumbratum ex Lib. VI. Aen. 791. *magnum coeli ventura ſub axem.* Claudianus Laud. Serenae v. 166.

—— curru Piſaea marito
Fugit tela Pelops: nam perfidus obſice Regis
Prodidit Oenomai deceptor Myrtilus axem.

ut recte legit Heinſius, probatque Patruus meus in notis ſuis hactenus deſideratis, ſed brevi, faventibus Muſis, in lucem producendis. aliter hic praeferrem *ruitura*, propter verſum praecedentem *taciti ventura videbant*, qui eſt ex Lib. II. Aen. 125. primum hujus verſus hemiſtichium eſt ex L. II. Aen. 131.

Unius in miſeri exitium converſa tulere.

v. 100. *relinquit*] ita apud Virg. IV. Aen. 129. *relinquet* in Schedis. *reliquit* apud Auſon. Perioch. XIX. Iliad. & Prob. Falcon. Cent. N. T. cap. XXIV. & in Cod. Amſtel. ac meo.

108. *Flent moeſti muſſantque patres*] Exſtat Lib. XI. Aen. 454. ubi Servius explicat *queruntur*. Hoc tamen loco rectius pro *timent* vel *murmurant* ponitur. ut Lib. XI. Aen. 345. *ſed dicere muſſant.* ubi idem Servius, *verentur vel timent ſignificat*, *alias dubitant.* & XII. 718. *pavidi ceſſere magiſtri*, *Stat pecus omne metu mutum*, *muſſantque juvencae*, *Quis nemori imperitet.* ubi pro *dubitant* exponit. Alias plerumque pro *murmurare* vel *tacere* occurrit. vide Philarg. ad Lib. IV. Georg. 188. ubi duo loca Ennii profert, quae forte etiam cogitabat Servius ad Lib. XII. Aen. 657. ubi notat Ennium *muſſare* pro tacere poſuiſſe, niſi illum reſpexerit ex Lib. VI. Annal. *Intus in occulto muſſabant.* ubi vide Columnae notas pag. 70. & 118. 137. & 145. Gloſſarium Voſſianum ineditum, *Muſſat*, *murmurat.* ſive ut addunt Gloſſae Leidenſes MSS. *Muſſat*, *ſilentia murmurat.* Nonius Marcellus, *Muſſare hominum occulte & preſſa voce loquentium quod celatum velint. murmurare majoris ſoni eſt proximi ad tumultum.* In Gloſſis vero Iſidori minus recte ſcribitur: *Murrat*, *murmurat.* lege *Muſſat.* Gloſſarium Gr. Lat. pag. 646. Ed. Vulc. ὑπογογγύζω *Submiſſo.* ſcribe *Submuſſo.* ὑπογογγυστὴς *Muſſitator.* plura de *muſſare* vel *muſſitare* vide apud Lambin. ad Lucret. pag. 97. & 867. & Barth. ad Stat. III. Theb. 92. & XI. 455. ubi Nonii diſtinctionem inter *muſſare* & *murmurare* laudat, eamque non bene obſervaſſe notat Feſtum, ad quem vide F. Urſini notas pag. 29.

Digitized by Google

Pectora moerentum, quibus eſt fortuna peracta.
Hos inter motus ſtat ductis ſortibus urna.
Tunc loca ſorte legunt. extemplo arrectus uterque;
Stat ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit.
Nec mora: continuo vaſto certamine tendunt
Cuſtodes lecti, atque arrectis auribus adſtant,
Orantes veniam: certatur limine in ipſo.
Atque ea diverſa penitus dum parte geruntur;
Diſceſſere omnes medii, ſignoque repente,
Qua data porta, ruunt. ſic denſis ictibus heros
Stridore ingenti atque oculis vigilantibus exit,
Incumbens humero: ſonitu quatit ungula campum:
Dant animos plagae, pronique in verbera pendent
Pro ſe quiſque viri: tunc caeco pulvere campus
Conditur in tenebras, qua proxima meta viarum,
Et longum ſuperant flexu coecique furore.
* Inter illis ſedent veſano ſanguine certant,
Regina e ſpeculis miro properabat amore,
Omnia tuta timens, quamquam ſors omnia verſat;
Audit equos, audit ſtrepitus, timet omnia ſecum,
Praeſcia venturi, ſed ſpes incerta futuris;

Et

v. 112. *Stat ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit*] Favent hic Schedae noſtrae plerisque Virgilii codicibus Lib. IV. Aen. 135. quomodo & in Amſtelaed. ac meo codice habetur. idque etiam Nonius Marcellus agnoſcit, nam in ſecundo Hamburgenſi codice illic *mordet* pro *mandit* legitur. male. ſic enim & Lib. VII. Aen. v. 279. de equis:

Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent,
Tecti auro, fulvum mandunt ſub dentibus aurum.

v. 117. *Diſceſſere omnes medii, ſignoque repente*] ita lege partim ex Lib. XII. Aen. 696. partim ex Lib. V. v. 315. in ſchedis MSS. vitioſe:

Diſceſſere omnes mediis, ignoque repente.

v. 121. *pronique in verbera pendent*] Eſt ex Lib. V. Aen. 147. quem locum cum altero ſimili adfert Aruſianus Meſſius in Elocutionum libello MS. *In verbera pendent. Virg. Aen. V. pronique in verbera pendent. Idem Lib. XI. locatus ut prono pendens in verbera telo Amovit bijugis.* ubi corrigendum ex ipſo Virgilio Lib. X. 586. *Lucagus ut pronus pendens in verbera telo Admonuit bijugos.* locutionem ipſam illuſtrant notae Drakenburgii ad Silium VIII. 283. & Patrui mei ad Phaedr. Lib. V. fab. 8. init.

v. 125. * *Inter illis ſedent veſano* &c.] Haec corruptiſſima ſunt in Schedis. Ut ſenſum aliquem elicerem, excogitavi,

Illi inter ſeſe de vita & ſanguine certant.

ut prima pars verſus ſit ex Lib. VIII. Aen. 452. altera autem ex Lib. XII. 764.

— *Turni de vita & ſanguine certant.*

eodem loquendi modo Lib. IV. Aen. 443. *Eruere inter ſe certant.* & alibi. Cl. Oudendorpio tamen placebat *veſano* retinere, ita ut haec vox petatur e medio verſu Virgiliano, qui exſtat Lib. X. Aen. 584. *His dabitur terris. veſano talia late Dicta volant Ligeri.* ſed ex diverſis hemiſtichiis integris potius conflantur centones, quam inſerta una voce intermedia, ſi modo in Virgilio occurrat.

v. 126. *Regina e ſpeculis*] ex Lib. IV. Aen. 586. male in ſchedis MSS. *Regine ſpeculis.*

v. 127. *Omnia tuta timens*] ſic ſcribe ex Lib. IV. Aen. 298. in Schedis Salm. *Omnia tutatim mens.* in Cod. Leid. *tuta timmens.* in Salm. etiam *q̄m fors* ideſt *quoniam.*

v. 128. *Audit equos, audit ſtrepitus* &c.] ita edidi ex Lib. IX. Aen. 394.

Audit equos, audit ſtrepitus, & ſigna ſequentum.

mendoſe in Schedis MSS. *Audite quos audit.*

v. 129. *Sed ſpes incerta futuris*] Id praetuli ex Sche-

Digitized by Google

Et proni dant lora: volat vi fervidus axis,
Liquitur, in medioque ardentem deſerit ictu:
Carpit enim vires, &, haec ut cera liqueſcit,
Excoquitur vitium, tum nititur acer & inſtat;
Vertitur interea, & ſcelus expendiſſe merentem
Matres atque viri, voceſque ad ſidera jactant:
Dum trahitur, curruque haeret reſupinus inani,
Radit iter laevum interior, ſubitoque priorem
Praeterit', & ſuper haec inimico pectore fatur:
Iſtic nunc, metuende, jace. vetitoſque hymenaeos
Sume, pater, fruſtraque animis elate ſuperbis.
En! qui noſtra ſibi tot jam labentibus annis
Servabat ſenior, noſtraſne evadere demens
Speraſti te poſſe manus, Circenſibus actis?
Hic tibi mortis erant metae, ſubmitte furorem;
Qui juvenum tibi ſemper erat: ſperavimus iſta,
Et tandem laeti ſociorum ulciſcimur umbras.
Dixit, & e curru ſaltum dedit: ocius omnes
Excipiunt plauſu, coelum tonat omne tumultu;
Ipſe etiam eximiae laudis cum virgine victor

Ibat

Schedis, ad emolliendum rhythmum, licet apud Virg. VIII. Aen. 580. edatur,

Dum curae ambiguae, dum ſpes incerta futuri.

v. 130. *Et proni dant lora, volat vi fervidus axis*] ita legendum ex Lib. III. Georg. 107. perperam enim Schedae manu exaratae:

Et proni dant lora volavit fervidus axis.

v. 131. *in medioque ardentem deſerit ictu*] firmant Schedae MSS. lectionem Medicei codicis apud Virg. XII. Aen. 732. ubi in Romano codice aliiſque legi *ictum* teſtatur Pierius.

v. 135. *voceſque ad ſidera jactant*] *voces ad ſidera* ſine copula praeferebat Cl. Oudendorpius.

v. 137. *Radit iter laevum interior, ſubitoque priorem Praeterit*] ita legitur in codicibus Virgilii Pierianis & N. Heinſii, cui tamen *ſubituſque* praeferendum videbatur, ut & edidit Maaſvicius. locus eſt Lib. V. Aen. 170. ſequentia ſunt ex Lib. XII. 556.

v. 140. *Iſtic nunc, metuende, jace. vetitoſque hymenaeos Sume pater.*] ſic legendum & diſtinguendum arbitror. tribus centonibus deſumtis ex Lib. X. 557. v. 623. licet codicibus nonnullis in tertio hemiſtichio apud Virg. V. Aen. 533. hic adſentiantur Schedae, in quibus,

Iſtic nunc metuende jace vetitoſque hymenaeos,

Summe pater. quod & in meo exſtat codice & fragmento Walliano. ſed *Sume pater* in Cod. Amſt. legitur, quomodo adfert Nonius Marcellus, & agnoſcit Servius, atque a Patruo meo ſatis vindicatum eſt.

v. 144. *Hic tibi mortis erant metae*] ita correxi ex Lib. XII. Aen. 546. vitioſe enim in Schedis MSS. *Hic tibi mortis erant me te.*

v. 146. *ulciſcimur umbras*] *umbram* male in Codice Hamburgico apud Virg. III. Aen. 638.

v. 147. *Dixit, & e curru ſaltum dedit*] vitioſam ſchedarum ſcripturam, *Dixit ite currus oltum dedit ocyus omnis*, emendavi ex Lib. XII. Aen. 681. *Dixit. & e curru ſaltum dedit ocius arvis.* aliter apud eumdem Lib. XII. Aen. 326.

Poſcit equos, atque arma ſimul, ſaltuque ſuperbus
Emicat in currum, & manibus molitur habenas.

deinde correxi, *ocius omnes Excipiunt plauſu, coelum tonat omne tumultu.* ex Lib. V. 575. & XII. 757. male enim in Schedis, *Excipiunt plauſum celum tonat* &c. pro *tumultu* in plurimis Virgilii Codd. illic legitur *fragore*, quod de Mediceo aliiſque etiam teſtatur Pierius. & ita eſt apud Probam Falcon. Cent. in N. T. cap. XXVI. 6. ſed id petitum ex Lib. IX. Aen. 541. ubi tamen nulla in MSS. varietas.

v. 149. *Ipſe etiam eximiae laudis cum virgine victor Ibat ovans*] Pelopem curuli certamine victorem Hippodamiam inpetratam abduxiſſe in patriam refert

Hygi-

Ibat ovans, humeroque Pelops inſignis eburno:
Tunc vero exarſit juveni dolor oſſibus ingens,
Olli (ſenſit enim ſimulata mente locutam)
Nec latuere doli, caput horum & cauſſa malorum;
Tunc quaſſans caput, haec effundit pectore dicta,
Me, (adſum qui feci) merui, nec deprecor, inquit,
Spargite me in fluctus. en! haec promiſſa fides eſt.
I nunc, ingratis offer te, inriſe, periclis:
His etiam inſtruxi manibus, deceptus amore.
Nusquam tuta fides: varium & mutabile ſemper
Femina, ſic fatus liquidas projecit in undas
Aeternam moriens famam, quae maxima ſemper
Dicitur, aeternumque tenet per ſecula nomen.

CLXXI. FRAGMENTUM.

Ipſe manu patiens inmenſa volumina verſat,
Adtollitque globos, ſonuerunt omnia plauſu.
Tunc Cererem corruptam undis emittit ab alto;
Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit
Lubrica convolvens. & torrida ſemper ab igni,
At rubicunda Ceres, oleo perfuſa niteſcit.
Scintillae abſiſtunt. opere omnis ſemta fervet,
Fervet opus redoletque, volat vapor ater ad auras;

In-

Hyginus fab.84. *Hippodamiam in patriam abduxit ſuam, quod Peloponneſum adpellatur.* ita enim recte legebat Munckerus, pro vulgato *adduxit.* quod firmat emendationem noſtram ſupra in Epigr. XIV. in fine, de Europa a Jove rapta, ubi ex Virg. VII. Aen. 362. corrigendum monui:

Perfidus alta petens abducta virgine praedo.

pro *adducta*, quod in Schedis MSS. legebatur. Reliqua de Myrtilo capienda ſunt.

v. 152. *Olli (ſenſit enim ſimulata mente locutam* &c.] ſecutus ſum diſtinctionem Virgilianarum editionum, Lib. IV. Aen. 105. ubi *ſimulata voce* in nonnullis Codd. Parentheſin hic male neglexerant Schedae quam neceſſariam indicant Servii Scholia notantis: *Olli, aut illi, aut tunc. Cetera per parentheſin dicta ſunt.*

v. 155. *Me (adſum qui feci) merui, nec deprecor inquit, Spargite me in fluctus*] in Schedis Salmaſ. & Cod. Leid. perperam ſcribebatur: *Me me adſum qui feci* &c. *Spargite in fluctus.* ſed ita, ut edidi, requirebat lex carminis, licet Lib. IX. Aen. 427. legatur,

Me, me, (adſum qui feci) in me convertite ferrum.

Cl. Oudendorpio placebat *me me* ſynalaepha neglecta, & *merui* pro gloſſa ejici. ſed totum hoc legitur Lib. XII. Aen. 931. *equidem merui, nec deprecor inquit.* ſequentis verſus hemiſtichium eſt ex Lib. III. Aen. 605.

v. 156. *En haec promiſſa fides eſt*] conprobant Schedae vulgatam Virgilii lectionem Lib. VI. Aen. 346. ubi in aliis codicibus haberi teſtatur Pierius *en, haec promiſſa, fidesque.* ut & in meo codice legitur, idque ex Codice Hamburgico, vel, *fidesque eſt*, e Veneto, etiam notavit Patruus meus, qui tamen vulgatam tuetur, quam in Cod. Biblioth. Amſtelaed. etiam inveni.

v. 157. *I nunc, ingratis offer te, inriſe, periclis*] ex Lib. VII. Aen. 425. vitioſe in Schedis Salmaſ. & Cod. Leid. *Ii nunc ingratis offerite inriſe periclis.*

v. 158. *His etiam inſtruxi manibus*] ita Schedae Salm. & Leid. Cod. apud Virgilium tamen Lib. IV. Aen. v. 680. legitur *ſtruxi*, neque a viris doctis diverſitas ſcripturae e Codd. vetuſtis notatur. ſed forte *in* adhaeſit ex ultima litera *m* vocis praecedentis *etiam.*

CLXXI. *Ipſe manu patiens* &c.] Ab hoc fragmento incipit codex Salmaſ. & prior Leidenſis. ſed quo referendum ſit, aut de quo agat, haerere me fateor.

CLXXII.

Inſtant ardentes verubusque trementia figunt,
Conclamant rapiuntque focis, onerantque caniſtris,
Undique conveniunt pueri innuptaeque puellae.

CLXXII. *Alceſta.*

Egregium forma juvenem, pactosque hymenaeos
Incipiam, & prima repetens ab origine pergam,
Si qua fides, animum ſi veris inplet Apollo.
Jam gravior Pelias, multis memoratus in oris,
Rex erat, & tantas ſervabat filia ſedes.
Illam omnis tectis primaevo flore juventus
Ardebat; ſed res animos incognita turbat.
Jura dabat legesque viris, ſub rupe leonem,
Aut ſpumantis apri curſum qui foedere certo
Et premere, & laxas ſciret dare juſſus habenas.
Jamque aderat Phoebo ante alios dilectus amore;
Ipſe inter primos caput objectare periclis
Obtulerat, fidens animi, fretusque juventa:
Ergo jugo parat, multis comitantibus armis,

Itur

CLXXII. ALCESTA. *Egregium forma juvenem*] Innuit Admetum, qui ab Apolline aprum & leonem currui junctos accepit, quibus Alceſtim avexit, quam pater Pelias addixerat e procis illi, qui feras beſtias ad currum junxiſſet. hinc enim pendet carminis hujus intellectus uſque ad v. 44. vide Apollodor. Lib. I. Biblioth. pag. 40. Hygin. fab. 50. & Fulgent. Lib. I. Mythol. cap. 27. ubi in fine etiam *Alceſta* occurrit pro *Alceſtis*. qualia exempla larga manu congeſſit Muncker. Diſſert. de Hygin. p. 10. & ſeq. & ad Poët. Aſtron. cap. XII. Altera carminis hujus parte a v. 45. ad finem, deſcribitur id quod addit Hyginus fab. 51. de Admeto: *Illud ab Apolline accepit, ut pro ſe alius voluntarie moreretur. Pro quo quum neque pater, neque mater mori voluiſſent, uxor ſe Alceſtis obtulit, & pro eo vicaria morte interiit, quam poſtea Hercules ab inferis revocavit.* vide Apollodor. Lib. I. Biblioth. pag. 41. licet paullo aliter narret Palaephatus pag. 100. & 102. ed. Tolii.

v. 3. *animum ſi veris inplet Apollo*] *verus* male in Cod. Leid. *animam* profert Aruſianus Meſſius in libello inedito Elocutionum, *Inplet illa re. Virg. Aen.* (III. 434.) *animam ſi veris inplet Apollo. vera* autem pro oraculis, reſponſis. vide notas ad Valer. Fl. Lib. V. v. 3.

v. 4. *Jam gravior Pelias*] male in ſchedis Salm. & Cod. Leid. *graviter*. Reſpicit enim ad Lib. II. Aen. 436.

—— quorum Iphitus aevo
Jam gravior, Pelias & vulnere tardus Ulixi.

gravior autem de grandaevo & annis venerando dicitur. vide Patrui mei notas ad Valer. Fl. Lib. I. 296. Aruſianus Meſſius in Elocutionibus MSS. *Gravis hac re. Virg. Aen.* (VIII: 246.) *Hic annis gravis, atque animi maturus Alethes.* alterum hemiſtichium *multis memoratus in oris* eſt ex Lib. VII. Aen. 564.

v. 8. *ſub rupe leonem*] ita correxi ex Lib. VIII. Aen. 295. *Nemeae ſub rupe leonem.* in Schedis enim Salm. & Cod. Leid. *ſubrepe.* ſequentia in iisdem ſchedis mendoſiſſime exarata erant hoc modo,

Aut ſpumantis afri curſu qui fidere certo,
Et premere & laſſas ſciret dare juſſus abenas.

primum hemiſtichium eſt ex Lib. I. Aen. 328.

Aut ſpumantis apri curſum clamore prementem.

reliqua ex Lib. I. Aen. v. 63.

Inpoſuit, regemque dedit, qui foedere certo
Et premere, & laxas ſciret dare juſſus habenas.

ubi male *lapſas* in aliis Codd. *laxare habenas* eodem modo dixit Valer. Fl. II. 35. *& evectae prono laxantur habenae Aethere.*

v. 12. *caput objectare periclis*] ex Lib. II. Aen. 751. in Salm. & Leid. *caput jactare.*

v. 13. *fidens animi*] Eſt ex Lib. II. Aen. 61. ut Servius etiam habet, & Amſt. ac meus codex. licet *animo* legi in Romano codice teſtetur Pierius. ſed vide illic notas.

v. 14. *multis comitantibus armis*] in Schedis Salm. & Cod. Leid. legebatur *cogitantibus*. quod cum ineptum ſit, & fruſtra in toto Virgilio quaeras, non

Itur in antiquam ſilvam, ſtabula alta ferarum,
Atque hic exſultans animi, patienſque pericli,
Optat aprum aut fulvum deſcendere monte leonem.
Tunc breviter ſuper adſpectans ſic voce precatur;
Sancte Deûm, ſummi cuſtos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, tua ſi mihi certa voluntas,
Ibo animis contra, nec me labor iſte gravabit:
Nec mora nec requies oranti & multa precanti.
Aethere ſe mittit, auditque vocatus Apollo,
Et juveni ante oculos his ſe cum vocibus offert,
Incipe ſi quid habes, ſi tantum pectore robur
Concipis, et ſi adeo dotalis regia cordi eſt,
Mecum erit iſte labor, mitte hanc de pectore curam.

Per

dubitavi reſcribere, *comitantibus armis.* nam ſic Lib. IV. Aen. 48.

—— Teucrum comitantibus armis,
Punica ſe quantis attollet gloria rebus.

quem locum in animo potius habuiſſe puto poëtam hunc, quam ex Lib. III. Aen. v. 346.

Priamides multis Helenus comitantibus adſert.

tunc enim hic diſtinguendum eſſet,

Ergo juſſa parat, multis comitantibus, armis
Itur in antiquam ſilvam &c.

quamquam id contra morem carminis centonarii ſit, quia vox *Helenus* illic inſeritur inter *multis comitantibus.* & *comitantibus armis* in priore loco junguntur. vel legi poſſet, *Ergo juſſa parat multis, comitantibus armis.* licet hic potius *multis* ex altero illo loco adjeciſſe videatur auctor, quia in primo hemiſtichio apud Virg. IV. Aen. 503. tantum legitur, *Ergo juſſa parat.* deficiente reliqua verſus parte.

v. 16. *exſultans animi*] lege *animis.* ita enim Lib. II. Aen. 386.

Atque hic ſucceſſu exſultans animiſque Coroebus.

Exſultantque animis apud Probam Falcon. Cent. N. T. cap. XVI. 7. non *animi.* quod tamen hemiſtichium in Virgilio non reperi. ſic *exſultans fulgentibus armis* Lib. X. 550. & *Laetitia exſultans* Lib. XII. 700. eleganter autem *animi* de fortitudine, & robore aetatis integrae. infra v. 21. *Ibo animis contra.* ſic Lib. XI. Aen. 854. in codice Mediceo legi teſtatur Heinſius,

Ut vidit laetantem animis, ac vana tumentem.

pro quo nunc in vulgatis *fulgentem armis.* ut Lib. VIII. Aen. 151.

—— ſunt nobis fortia bello
Pectora, ſunt animi, & rebus ſpectata juventus.

ita *animos vireſque* ſaepe conjungit Virgilius, ut Lib. II. Aen. 617. *Ipſe pater Danais animos vir .e ſecundas Sufficit.* ubi vide Patrui mei notas, .. ad Lib. X. 337. apud Valer. Fl. Lib. I. 55.

Tu, cui jam curaeque vigent, animique viriles.

ubi male alii *annique.* quas voces frequenter confundi videbis ex notis ad Quintilian. Lib. I. cap. I. p. 13. & Drakenb. ad Silium I. 187. & hinc apud Ovid. Lib. I. Met. 166. praeferrem Patrui mei emendationem,

Ingentes animos, dignas Jove concipit iras.

vel cum Gul. Capoferreo,

Ingentes animos digna Jove concipit ira.

non *Ingenteſque.* nam & illic praeceſſit. pro quo malebat Heinſius,

Ingentes animo & dignas Jove concipit iras.

paſſim autem librarios in hac voce mutaſſe numerum, rectius putantes *animum* de uno homine dici, notavit idem Patruus meus ad Virg. IV. Aen. 414. & de plurimis *animum*, contra de uno homine *animos*, ſaepe occurrere, ad Lib. I. Aen. 579.

v. 17. *Optat aprum aut fulvum*] ſic recte Schedae Salmaſ. ex Lib. IV. Aen. 159. vitioſiſſime in Cod. Leid. *Optata pruma ut fulbum* &c.

v. 19. *Sancte Deum, ſummi cuſtos Soractis, Apollo*] ita in Schedis Salmaſ. & Cod. Leidenſi legitur, quae ſcriptura notari merebatur, nam apud Virg. XI. Aen. 785. legitur,

Summe Deûm, ſancti cuſtos Soractis Apollo.

licet *cuſtos ſci* in codice Zulichemio. quod pro *ſacri* vel *ſancti* poſitum eſt. vide Patrui mei notas. vulgata tamen Virgilii lectio praeferenda, praeſertim cum *Summe Deûm* agnoſcat Servius, nam exponit, *Ex affectu colentis dicitur, nam Jupiter ſummus eſt.* neque aliter in Amſtelaedamenſi meoque codice habetur. & *ſancti Soractis* illuſtrabunt notata Achilli Statio ad Catull. carm. LXIV. pag. 243. ed. Graev.

v. 24. *Et juveni ante oculos bis ſe cum vocibus offert*] ſic exſtat apud Virg. VII. Aen. 420. *bi ſecum* in Schedis MSS.

v. 28.

Per ſilvam tum ſaevus aper cum murmure montis,
Tum demum movet arma Leo, vaſtoque ſub antro
Aſper, acerba tuens, vaſta ſe mole ferebat,
Excutiens cervice toros; ea frena furenti
Concutit, & ſtimulos ſub pectore vertit Apollo,
Dat juveni, & tenues fugit, ceu fumus, in auras:
Ille autem inpavidus, & munere victor amici,
Emicat in currum, & manibus molitur habenas.
Ut ventum ad ſedes, reddi ſibi poſcit honorem,
Adjungi generum miro properabat amore.
Tum ſic mortales referebat pectore voces;
Non haec humanis opibus, neque arte magiſtra,
Accipio agnoſcoque libens, tibi ducitur uxor,
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos

Exi-

v. 28. *Per ſilvam tum ſaevus aper*] ita me expedivi ex corrupta Schedarum Salmaſ. & Cod. Leid. ſcriptura, in quibus legebatur:

Per ſilvam tunc ſeba percum murmure montis.

ut primum hemiſtichium adhaereat Lib. III. Georg. 248.

Tam multa informes urſi ſtragemque dedere
Per ſilvas. Tum ſaevus aper, tum peſſima tigris.

poſtremum hemiſtichium *cum murmure montis* habetur Lib. I. Aen. 59.

Illi indignantes magno cum murmure montis.

& v. 249.

Unde per ora novem vaſto cum murmure montis
It mare proruptum.

v. 31. *& frena furenti Concutit* &c.] ſic Schedae MSS. ſed correxi *ea frena furenti* ex Lib. VI. Aen. 100. ubi *Incutit* in Codice Hamburgico.

v. 33. *Dat juveni*] Adſentior Cel. Oudendorpio verſum hic deëſſe ſuſpicanti, ſed quem e binis Virgilii hemiſtichiis diverſis conſutum ſupponere conveniat, divinare difficile eſt. Itaque hariolabar:

Vix ea fatus erat, cum dextram, haud multa moratus,
Dat juveni, & tenues fugit, ceu fumus, in auras.

primum hemiſtichium eſt ex Lib. VI. Aen. 190. alterum vero, verbis nonnihil mutatis, ex Lib. III. Aen. 610.

Ipſe pater dextram Anchiſes, haud multa moratus
Dat juveni &c.

ubi Aeneae dextram porrigit Anchiſes, ut hic Apollo forte Pelopi, ut animos ipſi addat, & metum omnem adimat. Sequitur enim ibidem,

Ille haec depoſita tandem formidine fatur.

ut mox hoc loco,

Ille autem inpavidus, & munere victor amici.

Sed quum rectius mihi videatur Anchiſes apud Virgilium Aeneae dextram dare, quam hic Apollo Pelopi, altera mihi nata fuit conjectura, ſecundam verſus partem alio ad ſenſum aptiori hemiſtichio ſuppleri poſſe hunc in modum:

Vix ea fatus erat, currum geminosque jugales
Dat juveni, & tenues &c.

ex Lib. VII. Aen. 280.

Abſenti Aeneae currum geminosque jugales &c.

ut intelligat leonem & aprum currui junctos ab Apolline donatos Admeto, quos hic memorari rei ipſius ſeries & nexus requirebat. vide ad init. hujus carminis. Id oportunius, adeoque viris doctis magis arriſurum arbitror.

v. 33. *& tenues fugit, ceu fumus, in auras*] ita ſupplevi ex Lib. V. Aen. 740. cum in Schedis Salmaſ. & Cod. Leid. legeretur, *& tenuis ceu fumus in auras.*

v. 35. *Emicat in currum*] quamquam Schedae Salmaſianae & Codex Leidenſis exhibeant, *Et micat in curru*, ſcribendum tamen putavi, *Emicat in currum* &c. ex Lib. XII. Aen. 327. praecedenti verſu *munere victus amici* legebatur in fragmento Walliano Lib. V. Aen. 335. ſed *victor* ſuprafcript. a man. ſec.

v. 36. *Ut ventum ad ſedes*] ita recte Schedae Salmaſ. ex Lib. VIII. Aen. 362. *Et* male in Leid. Cod.

v. 37. *Adjungi generum*] *tenerum* male in Schedis. Eſt ex Lib. VII. Aen. 57.

v. 39. *neque arte magiſtra*] notanda haec ſcriptura Schedarum Salmaſ. & Cod. Leid. hiatu apud Virgilium frequenti, quum in vulgatis Maronis codicibus legatur Lib. XII. 427.

Non haec humanis opibus, non arte magiſtra
Proveniunt &c. aliter legi poſſet, *neque ab arte magiſtra.*

v. 42.

Exigat, & poſſit parvos educere natos.
Haec ubi dicta dedit, ſolio ſe tollit ab alto
Jam ſenior, mediiſque parant convivia tectis.
Interea magnum ſol circumvolvitur annum,
Parcarumque dies & vis inimica propinquat
Egregium forma juvenem jam morte ſub aegra:
Jamque dies infanda aderat, & tempora Parcae
Debita conplerant, crudeli morte ſodalis.
Ut primum fari potuit crinitus Apollo,
Multa gemens, caſuque animum concuſſus amici,
Ipſius ante oculos ſic fatis ora reſolvit:
Diſce tuum, ne me incuſes, volventibus annis,
Adveniſſe diem, nam lux inimica propinquat.
Haec ubi deſlevit, coeli cui ſidera parent:
Tunc ſic pauca refert, fatis adductus iniquis;
Phoebe, tot incaſſum fuſos patiere labores,
Nil noſtri miſerere, mori me denique cogis,
Eripe me his, invicte, malis, miſerere tuorum,
Si qua fata ſinant, & eris mihi magnus Apollo.
Talibus oranti ſic ore effatus amico eſt:
Deſine fata Deûm flecti ſperare precando,
Sed cape dicta memor, duri ſolatia caſus:
Objectare animam quemquam aut opponere morti
Fas & jura ſinunt; prohibent nam cetera Parcae.
Audiat haec genitor, patet atri janua Ditis:

Hacte-

v. 42. *& poſſit parvos educere natos*] ita correxi ex Lib. VIII. Aen. v. 413. perperam enim in Schedis MSS. *adducere.* Recte autem hunc verſiculum addere maluit auctor, ut diverſa conjungat loca, nam pro hoc hemiſtichio Auſonius in Cent. Nupt. pag. 512. ed. Tollii, praecedenti verſui adnectit: *& pulchra faciat te prole parentem*, ex Lib. I. Aen. 79. Sed ita duos integros Virgilii verſus adoptat, quod poëtis centonariis non adeo frequens eſt, quam ex quatuor hemiſtichiis duos formare verſus, licet in his ſimilia quidem, ſed rara, occurrant exempla.

v. 44. *mediiſque parant convivia tectis*] *lectis* in Cod. Leid. quod ne quis de accubitoriis lectis capiat, Servius cavet, qui exponit *media domo*, Lib. I. Aen. 638.

v. 51. *Multa gemens caſuque animum concuſſus amici*] ita dedi ex Lib. VII. Aen. 869. vitioſe in Salm. & Leid. Cod. *Multas gemens caſumque* &c.

v. 53. *Diſce tuum, ne me incuſes,*] Favent hic Schedae Donato & Pierio, qui lectionem hanc ex bona veterum codicum parte praetulit apud Virg. XII. Aen. 146.

Diſce tuum, ne me incuſes, Juturna, dolorem.

ubi in aliis exemplaribus *nec me* legi teſtatur, quod ex Zulichemio, Parrhaſiano, & Dorvilliano Codice etiam notavit Patruus meus. *volentibus annis* etiam prave in Salm. & Leid. Cod.

v. 58. *mori me denique cogis*] ſic recte Schedae Salm. *nil* in Cod. Leid.

v. 64. *Objectare animam*] ex Lib. XII. Aen. 230. vitioſe in Schedis Salm. *Olectare.* & in Cod. Leid. *Oblectare.* altera verſus pars eſt ex Lib. II. Aen. 127.

v. 68. *Mortales viſus*] ita Schedas MSS. in quibus *Mortalis viſos*, correxi. & ſic legitur apud Probam Falcon. Cent. in N. T. cap. XXIII. v. 3. eſt enim ex Lib. IV. Aen. 277.

—— tali Cyllenius ore locutus
Mortales viſus medio ſermone reliquit.

ubi in aliis Codd. legitur *Mortalis viſus.* *βροτῷ ἀνδρὶ ἐοικώς.* & videtur utramque lectionem indicare,

Hactenus indulſiſſe vacat: ſic fatus Apollo
Mortales viſus medio ſermone reliquit.
Tunc vero ancipiti mentem formidine preſſus
Obſtipuit, cui fata parent, quem poſcat Apollo;
Ire ad conſpectum cari genitoris & ora
Cogitur, & ſupplex animum tentare precando:
Multaque praeterea longaevo dicta parenti
Cum fletu precibusque tulit, ne vertere ſecum
Cuncta pater, fatoque urgenti incumbere velit;
Ecce iterum ſtimulat, ſed nullis ille movetur
Fletibus, aut voces ullas tractabilis audit.
Tunc genitor natum dictis affatur amicis;
Non, ut rere, meas effugit nuntius aures,
Infelix cauſſas nequicquam nectis inanes,
Hoc uno reſponſo animum deluſit Apollo,
Stat ſua cuique dies, lacrimae volvuntur inanes.
Utere ſorte tua, patet atri janua Ditis:
Talia perſtabat memorans, fixusque manebat.
Egregia interea conjunx in limine primo

Agno-

re, ſed alteram probare Servius, ut ex ejus verbis colligere licet; ita enim exponit: *aut oculis ſe Aeneae ſuſtulit.* quae ſpectant ad lectionem *Mortales viſus.* dein addit, *aut humanam reliquit effigiem, quam ſumſerat, ut ab Aenea poſſet videri, quod melius eſt.* quibus praefert ſcripturam *Mortalis viſus.* certe hoc loco vix alius in Marone majorem ambiguitatem parit ex diverſa ratione ſcribendi accuſativos plurales in *is* vel *es.* ſed recte G. Fabricius *Mortales viſus* confirmavit ex ſimili Virgilii loco Lib. IX. Aen. 656. *ſic orſus Apollo Mortales medio adſpectus ſermone reliquit.* ubi *reliquit* omnes Codd. ſervant, nam *relinquit* in altero loco alia MSS. Excerpta habent. ut & hic Schedae Salm. & in Cod. Leid. a man. ſec.

v. 70. *cui fata parent, quem poſcat Apollo*] ſic legitur in Virgilio Lib. II. Aen. 121. ubi contra virum eruditum *paret* emendantem, id eſt cui fata, ſeu mortem, paret Apollo, recte vulgatam tuetur Patruus meus, docetque ſimilibus exemplis *parare* abſolute poni. quomodo explicaſſe etiam videtur Servius, *Cui reſponſa praeparent mortem. Sunt qui ita dividunt: Cui fata parent, vitam; quem poſcat Apollo, ut moriatur.* certe *parent* hic clare in Salm. & Leid. Cod. ſed in quibus praeterea, *quam poſcat Apollo.* quod ad Alceſtin pro Admeto mortem voluntariam ſubituram referri poſſet.

v. 72. *animum tentare precando*] in Salm. & Leid. Cod. *temperare.* quod provenit ex vetuſto ſcribendi more *temptare.* hic autem duo diverſa Virgilii loca in unum miſcuit. primum ex Lib. IV. Aen. 113.

Tu conjux tibi fas animum tentare precando.

alterum ex eodem Libro v. 413.

Ire iterum in lacrimas, iterum tentare precando
Cogitur, & ſupplex animos ſubmittere amori.

v. 74. *ne vertere ſecum Cuncta pater, fatoque urgenti &c.*] Debentur haec Lib. II. Aen. 652. in Schedis Salmaſ. legebatur, *ne verteret ſecum functa pater factoque urgenti incumbere vellit.* pro *velit.* & v. praec. *cum fleto.* quod & in Leid. Cod.

v. 78. *aut voces ullas tractabilis audit*] ſic lege ex Lib. IV. Aen. 439. male enim in Salm. & Leid. Cod. *voces illas.* ut in Codice Virg. Menagiano priore.

v. 79. *Non (ut rere) meas*] ita correxi ex Lib. VII. Aen. 437. & clare legebatur in Cod. Leid. nam vitioſe in Schedis Salm. *Non ut remeas.* in Leid. etiam *aures.* in Salm. *auris.* ut ſaepe.

v. 81. *Hoc uno reſponſo animum deluſit Apollo*] ita in Schedis MSS. *deriſit* male in Hamburg. & Voſſiano Codice apud Virg. VI. Aen. 344.

v. 82. *Stat ſua cuique dies*] Lib. X. Aen. 467. in ſchedis Salm. *Stat ua.* in Cod. Leid. *una.* ſeq. vs. *janua dictis* & v. 84. *fixiſque* etiam vitioſe in Schedis Salm.

v. 87. *Tunc ſic pauca refert, quid o pulcherrime conjunx*] incuriam poëtae hic notare licet, dum in conſuendis duobus hemiſtichiis inpingit in leges metri, *quid o pulcherrime conjunx.* primum exſtat

Lib.

Agnovit longe gemitus, praeſaga mali mens:
Tunc ſic pauca refert, quid ô pulcherrime conjunx!
Fare, age, quid venias, quae cauſſa indigna ſerenos
Foedavit vultus? quae te fortuna fatigat?
Quaecumque eſt fortuna, mea eſt, ſic talia fatur,
Demiſit lacrimas, factoque hic fine quievit.
Ille autem gemitus imo de pectore ducens
Talia voce refert: quid me alta ſilentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
Eloquar an ſileam? luctum ne quaere tuorum:
Vixi, &, quem dederat curſum fortuna, peregi.
Jamque dies, niſi fallor, adeſt; crinitus Apollo
Hos mihi praedixit luctus, pro nomine tanto
Objectare animam, ſeu certae occumbere morti.
At regina gravi jam dudum ſaucia cura,
Triſtior & lacrimis, & pallida morte futura,
Deficit ingenti luctu, (miſerabile viſu)
Atque illum, tales jactantem pectore curas,
Talibus effata eſt dictis, ſeque obtulit ultro,
Decrevitque mori; breve & inreparabile tempus

Omni-

Lib. VIII. Aen. 154. alterum Lib. X. 611.

Cui Juno ſubmiſſa: Quid, o pulcberrime conjunx.

in Schedis Salm. & Cod. Leid. male *Tunc ſi.* & *pulcerrima conjux.* nam Admetum hic adloquitur Alceſtis. ideoque v. 90. *fatur* correxi, vel *fata*, pro *fatus*, quod erat in Schedis MSS. & *Demiſit lacrimas* ex Lib. VI. Aen. 455. non *lacrimans fatoque*, ut in iisdem ſcribebatur. & ſeq. v. *immo de pectore.* pro *imo de pectore ducens*, non *fundens*, ut eſt in Cod. Parrhaſ. Lib. II. Aen. 288.

Sed graviter gemitus imo de pectore ducens.

v. 89. *Foedavit vultus, quae*] ita recte Salmaſ. Schedae. *Foedavit vultusque* in Cod. Leid. eſt ex Lib. II. Aen. 285. ubi *ſeveros* in Cod. Hugeniano. ſed *ſerenos* etiam Servius habet. praec. verſu, *Fare age, quid venias.* pro, cur venias, legitur Lib. VI. Aen. 389. ſeq. vs. firmant Schedae probatam lectionem Lib. VI. Aen. 533. *quae te Fortuna fatigat.* non *quia te*, ut in aliis Codd. vide Patrui mei notas.

v. 90. *ſic talia fatur*] *ſic talia fatus* male in Schedis MSS. Legendum ex Lib. VI. Aen. v. 53. — *& talia fata Demiſit lacrimas.*

v. 93. *quid me alta ſilentia cogis Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?*] utrumque exſtat Lib. X. Aen. 64. ubi perperam in aliis Codd. *coges.* & *obtectum dolorem.* vulgatam firmant Schedae MSS. hoc loco. & *obductum dolorem* recte Servius probat, nam exponit cicatrice diuturna jam coopertum, quia *obduci* dicuntur vulnera, quae cicatrice clauduntur. v. Turneb. ad Cic. III. Agrar. cap. 2. p. 537. ed. Graev. ubi in hoc ipſo Maronis loco *obductum dolorem* bene tuetur. & ſic clare legitur in meo Virgilii Codice, & Biblioth. Amſtel. cum Gloſſa ſuperſcr. *celatum.*

v. 96. *Vixi, &, quem dederat curſum fortuna, peregi*] ſic diſtinguendum & ſcribendum ex Lib. IV. Aen. 654. ut in Mediceo aliisque antiquiſſimis codicibus habetur. quomodo hunc Virgilii verſum etiam adfert Seneca Epiſt. 12. Lib. V. de Benef. cap. 17. & de Vita beat. cap. 19. nec aliter in Cod. Amſtel. & meo legitur. perperam enim in Salm. & Leid. Cod.

Vixi, &, quem dederat curſum, fortuna peregit.

non diſſimile illud ex Lib. III. Aen. 493.

Vivite felices, quibus eſt fortuna peracta Jam ſua.

v. 99. *ſeu certae occumbere morti*] ſic recte Schedae Salm. *certe* in Cod. Leid.

v. 105. *Decrevitque mori, breve & inreparabile tempus*] ita legendum e Virgilio. primum hemiſtichium eſt ex Lib. IV. Aen. 475. in Schedis Salm. & Cod. Leid. mendoſe,

Decrevitque brevi mori & inſeparabile tempus:

ita ut *brevi* profluxerit ex *decrevit*, vel tranſpoſita voce

Omnibus eſt vitae, neque habet fortuna regreſſus:
Sed moriamur, ait, nihil eſt, quod dicta retractent
Concordes ſtabili fatorum numine Parcae.
Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Eſt hic eſt animus lucis comtemtor, & iſtum,
Qui vita bene credat emi: nova condere fata,
Nec mortem horremus, ſub terras ibit imago,
Si te fata vocant; in me mora non erit ulla.
Ergo aderat promiſſa dies, lacrimansque gemensque
Debita conplerat peſti devota futurae,
Teſtatur moritura deos, ſtratisque relictis
Incubuitque toro, dixitque noviſſima verba;
O dulcis conjunx, dum fata Deusque ſinebant,
Fortunati ambo, ſcirent ſi ignoſcere manes,
Te propter alia ex aliis in fata vocamur,
His lacrimis vitam damus & miſereſcimus ultro;
Quod te per Superos, & conſcia numina veri,
Per connubia noſtra, per inceptos hymenaeos,
Adjuro, & repetens iterumque iterumque monebo:
O dulcis conjunx, caſtum ſervare cubile
Sis memor, extremum hoc munus morientis habeto;
Si bene quid de te merui, lectumque jugalem

Natis

voce ceſpitaverit librarius. itaque haec emendavi ex Lib. x. Aen. 467. ubi legitur:

Stat ſua cuique dies: breve & irreparabile tempus
Omnibus eſt vitae. ubi *irremeabile* ex codice Oudartii notavit Patruus meus, eadem variatione, qua Lib. III. Georg. v. 284.

Sed fugit interea, fugit inreparabile tempus.
ubi in Cod. Zulich. etiam *irremeabile* legi monuit. & certe ea vox videtur Virgilio amata fuiſſe, ut *irremeabilis error* Lib. v. Aen. 591. & *irremeabilis unda* Lib. VI. 425. ſed *irreparabile* tamen illic ex ſuis codicibus etiam adfert Proba Falcon. Cent. N. Teſt. cap. XVIII. v. 35. poſſet & legi, *irrevocabile tempus.* nam ita hae voces commutantur apud Claudian. Lib. II. in Eutrop. v. 406. *Protinus excitis iter irremeabile ſignis Arripit.* ubi *irrevocabile* in Cod. Juniano. ſed vulgatam in notis ſuis Patruus meus retinet. ſic *revocabile*, & *reparabile* mutantur in MSS. ut apud Lucan. x. 419. *viſum famulis reparabile donum.* ubi *revocabile* in Rottendorph. Cod. legi teſtatur Patuus meus. quem vide. & ita *revocare*, *reparare*, *renovare* & ſim. de quibus vid. notas ad Ovid. I. Met. II. & 363. VII. 177. & alibi. & *revocare dies*, *revocare juventam*, potius, quam *renovare.* de quo vid. ad Lotich. pag. 97. & 655.

v. 107. *Sed moriamur ait*] ſic recte Schedae, non *moriemur.* ut in nonnullis codicibus Lib. IV. Aen. 660.

v. 110. *Eſt hic eſt animus lucis contemtor, & iſtum &c.*] ſic recte quidem Schedae, non *En hic eſt animus*, ut Statii Scholiaſtes, aut *vitae contemptor*, ut in Codd. MSS. apud Virg. Lib. IX. Aen. 205. ſed cetera *& iſtum* quo retulerit hic poëta, non liquet, cum ad *animum* referri non poſſint, niſi voluerit Admetum intelligere, quod tamen durius eſſet. ſed ita ſaepe ſenſum abrumpunt panni aliunde conſuti, nam apud Virgilium ſequitur, *& iſtum, Qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem.*

v. 116. *Teſtatur moritura deos*] ita lege ex Lib. IV. Aen. 519. in Schedis Salm. & Cod. Leid. *dō.*

v. 120. *Te propter, alia ex aliis in fata vocamur*] primum illud *Te propter* exſtat Lib. IV. Aen. 320. altera verſus pars, *alia ex aliis in fata vocamur*, eſt ex Lib. III. 429.

—— *quibus eſt fortuna peracta*
Jam ſua, nos alia ex aliis in fata vocamur:
unde patet poëtam hunc in duobus connectendis hemiſtichiis metri leges nimis ſecure neglexiſſe, cum ſcripſit, *Te propter alia ex aliis* &c.

v. 128.

Natis paſce tuis. Sic, ſic juvat ire ſub umbras,
Hanc ſine me ſpem ferre tui, audentior ibo,
Juſſa mori feror ingenti circumdata nocte,
Haec ſunt, quae noſtra liceat te voce moneri;
I decus i noſtrum, melioribus utere fatis.
Haec effata ſilet, pallor ſimul occupat ora,
Nam quia nec fato, ingeminat jam frigida cymba;
Sed miſera ante diem, matrum de more locuta,
Multa patri mandata dabat, ſolatia luctus.
Interea dulces pendent circum oſcula nati,
Illa manu moriens humeros dextramque tenebat
Amborum, & vultum. lacrimis ingreſſus obortis,
O dolor atque decus magnum, ſanctiſſima conjunx;
Tu lacrimis evicta meis; per ſidera juro,
Per ſuperos, haerent infixi pectore vultus,
Verbaque; per coeli jucundum lumen & auras,
Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos regit artus
Oblitus fatorum, manet alta mente repoſtum:

Quis-

v. 128. *ſic, ſic juvat ire ſub umbras*] ita Schedae, ut plerique codices Lib. IV. Aen. 660. *jubat* Salm. *jubet* Cod. Leid. id eſt *juvet*.

v. 133. *pallor ſimul occupat ora*] recte Schedae conſentiunt optimis codicibus Virgilii Lib. IV. Aen. 499. ubi in aliis Codd. *inficit*, merito id repudiante Pierio, quia id non horroris, ſed verecundiae proprium eſt. ita *pavor*, *horror*, & ſim. *occupat artus* paſſim apud poëtas. apud Valer. Lib. IV. v. 664. *pavor ora virum, pavor occupat aures.* ubi *artus* Pettenil Excerpta. vid. Cel. Oudend. ad Lucan. I. 246.

v. 134. *ingeminat jam frigida cymba*] ſic legendum conjeci. corrupte in Cod. Leid. *ingeminantia frigida cumba*. in Salmaſ. *ingeminant jam frigida cumba*. ultimum hemiſtichium *jam frigida cymba* exſtat Lib. IV. Georg. 505.

Illa quidem Stygia nabat jam frigida cymba.

Ingeminat in medio verſu hic ex aliis Virgilii locis inſertum. ut *multis* ſupra v. 14. quod tamen in ejuſmodi centonibus rarius fieri notavi ad carm CLXX. v. 125. reliqua ſunt ex illis de Didone Lib. IV. Aen. 696.

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,
Sed miſera ante diem &c.

v. 137. *Interea dulces pendent circum oſcula nati*] ita ſupplevi ex Lib. II. Georg. 523. nam male in Schedis Salm. & Cod. Leid.

Interea dulces pendent oſcula nati.

alio ordine in codicibus nonnullis Virgilii habetur *pendent dulces circum* &c. quod licet apud Servium quoque habeatur, tamen a Pierio aliiſque praelata fuit major codicum pars, & hic a Schedis noſtris firmatur.

v. 139. *lacrimis ingreſſus obortis*] haec ad Admetum referenda: quamquam omnia in Schedis MSS. ſine ulla diſtinctione ſcripta ſint. itaque, ſi liceret ex more carminis centonarii, inſerere mallem *lacrimis tum ingreſſus obortis*. Admetus nempe. ut adhaereat Lib. VI. Aen 867.

Tum pater Aeneas, lacrimis ingreſſus obortis.

v. 140. *O dolor atque decus magnum, ſanctiſſima conjunx*] ſic lege partim ex Lib. X. Aen. 507. & Lib. XI. 158. vitioſe enim in Schedis,

O dolos atque decus magnum ſcientiſſima cenjux.

v. 145. *Oblitus fatorum* &c.] hunc & ſequentes tres verſus omittit Codex Leidenſis, ſine dubio deſcriptoris oſcitantia: nam in Schedis Salmaſianis exſtant, in quibus tamen *Oblitus natorum.* cum *Oblitus fatorum* legatur Lib. V. Aen. 703. Sed trahit pedem hic verſus juſto longior, vitio forte poëtae, qui cum primum centonem poſuiſſet, & locum ſuppiendo verſui vacuum reliquiſſet, dum alium quaereret, deinde adjeciſſe videtur *manet alta mente repoſtum*, oblitus, ſe a centone incepiſſe, qui pede ſuperfluo non conſentiret ſequenti. ſimile exemplum infra in Medea, Centone itidem Virgiliano, v. 22.

Heu pietas, heu priſca fides! & haec captiva videbo.

ut

Digitized by Google

Quiſquis honos tumuli, quidquid ſolamen humandi eſt,
Servati facimus, ſemper celebrabere donis;
Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus,
Ipſe tibi ad tua templa feram ſollemnia dona,
Cui tantum de te licuit, neque enim ipſa feretur
Fama levis, tantive abolebit gratia facti.
Funeris heu tibi cauſſa fui. quas dicere grates,
Quasve referre parem fati fortiſque futurae?
Aeternam moriens famam tam certa tuliſti:
Contra ego vivendo vici mea fata ſuperſtes,

Mor-

ut in Codice Salmaſiano legitur, pro

Heu pietas, heu priſca fides, captiva videbo.

ut edidit Scriverius. Ut tamen eum ab hac culpa immunem faciam, ſuſpicatus ſum, hic nonnihil turbatum eſſe a librariis, (praeſertim quum in Cod. Leidenſi quatuor verſuum lacuna ſit) unumque aut alterum deſiderari centonem, unde & metrum, & ſenſus, & conſtructio hic vacillant. Advocata igitur ope aliorum Virgilii centonum haec forte ſubſtituenda:

Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos regit artus,
(Teſtor utrumque caput) non ille oblitus amorum,
Oblituſve fui: manet alta mente repoſtum.

nimirum repetitio vocis *oblitus* turbationi anſam dedit, quae tamen hic non invenuſta aut intempeſtiva eſt. eodem modo in Medea v. 17.

—— & oblitus famae melioris amantis,
Oblituſve ſui eſt.

ubi *eſt* additur, ut quidem in vulgatis Virgilii editionibus, ſed in Cod. Menteliano ac Dorvilliano non legi notavit Patruus: exſtat in Amſtel. ſed in meo codice, *Oblituſque ſui Ithacus eſt.* forte & cento hic, *non ille oblitus amorum* (*ſpiritus* nempe) qui exſtat Lib. v. 334. propter ſonum ſimilem librario ſuppeditavit hemiſtichium illud, *Oblitus fatorum* ex Lib. v. Aen. 703. cum alterum *Oblituſve ſui* requireretur ex Lib. III. 629. deinde inſertum illud tertium hemiſtichium *Teſtor utrumque caput* ex Lib. IV. 357. in hac obteſtatione valde appoſitum nemo diffitebitur: ut Admetus per ſuum & Alceſtae caput juret, quibus egregie cohaerent illa *oblitus amorum*, quae ad Alceſtin, & *oblitus ſui*, quae ad Admetum referenda. ſic ſupra Myrtilus per ſuum & Hippodamiae caput jurans hoc eodem verſu utitur Carm. CLXX. v. 94.

Teſtor utrumque caput, mihi juſſa capeſſere fas eſt.

ubi vide. Qui feliciore medicina locum hunc adfectum ſanabit, ei equidem lubens cedam.

v. 148. *Et cum frigida mors anima ſeduxerit artus*] ita habent Schedae Salmaſ. *ſubduxerit* tamen in nonnullis Virgilii Codicibus legitur Lib. IV. Aen. 385. & apud Probam Falcon. Cent. N. T. cap. XVII. 18. Servius dicit hypallagen eſſe, pro *animam artubus eduxerit.* unde Pierius putat Servium legiſſe, *animae ſubduxerit.* ſed potius *ſeduxerit* in ejus exemplaribus fuiſſe videtur, ut litera *s* ex ultima vocis *artubus* abſorpta fuerit. *anima ſeduxerit* tamen in Virgilio praefert Pierius. quod & in Amſtel. meoque codice habetur.

v. 149. *Ipſe tibi ad tua templa*] ſic emendavi ex Lib. IX. Aen. 626. male enim in Salm. & Leid. Cod. *Ipſe tui.*

v. 151. *neque enim ipſa feretur Fama levis, tantive abolebit gratia facti*] in Cod. Salm. & Leid. *neque enim in ipſa feretur.* ſed apud Virg. VII. Aen. 231. legitur in vulgatis editionibus,

—— nec veſtra feretur
Fama levis; tantive aboleſcet gratia facti.

cui ſcripturae favent Schedae Salmaſ. in quibus *adoleſcet.* ſed *abolevit* in Cod. Hugeniano haberi, & Heinſium malle *abolebit* notavit Patruus meus. recte. cui hic adſtipulatur Cod. Leid. in quo *adolebit.* eſt enim pro abolebitur, quia *abolere* pro interire, extingui, haud raro occurrit. Lactantius Argum. Ovid. Lib. I. fab. 8. *& ne ejus aboleret nomen, inſtituit ludos.* ubi vide Giſelini notas, qui tamen fruſtra dubitat, an *aboleretur* ſcribendum ſit. nam ſimiliter apud Livium Lib. I. cap. 23. *donec cum re nomen quoque vetuſtate abolevit.* quod recte vindicant Cell. Dukerus & Drakenb. cum in aliis legeretur, *nomen quoque vetuſtas abolevit.*

v. 153. *quas dicere grates Quaſve referre parem*] ita ſcribendum ex Lib. XI. Aen. 509. mendoſiſſime in Schedis Salmaſ. *Quaſve referrem parem fatis ortiſque futurae.* & in Cod. Leid. *Quas vere ferrem fati fortiſque future.*

v. 155. *Contra ego vivendo vici mea fata ſuperſtes*] in Schedis Salm. *vicem ea.* in Cod. Leid. *vice mea. vici mea fata* emendavi ex Lib. XI. Aen. 160. &

verſ.

Morte tua vivens. media inter talia verba,
Non lacrimis hoc tempus eget, Cyllenia proles;
Acceleremus, ait: nos flendo ducimus horas.
Regina ut tectis venientem conſpicit hoſtem,
Agnoſcit lacrimans ſua nunc promiſſa repoſci;
Tempus ait, Deus ecce Deus! cui talia fanti
Delapſus color, atque in ventos vita receſſit.

CLXXIII. *Praefatio.*

Sic tua ſemper ames, quisquis pia vota requiris;
Noſtra libenter habe; quid carminis otia ludant,
Cerne bonus, mentisque fidem probus incole judex;
Dulce ſonat, quod cantat amor; cui grata voluptas
Eſſe poteſt, modicum dignetur amore poëtam.

DIDO AENEAE.

Debuit ingrato nullam dictare ſalutem
Laeſus amor, ſed nulla juvant convicia flentem.
Si modo flere vacet. nam me magis inproba mortis

Fata

verſ. ſeq. *Morte tua vivens* ex Lib. x. 849. nam male *videns* vel *ridens* in Salm. & Leid. Cod.

v. 157. *Non lacrimis hoc tempus ait Cyllenia proles*] ita in Schedis Salm. & Cod. Leid. ſed quia ſequitur *ait*, legendum exiſtimavi,

Non lacrimis hoc tempus eget.

eſt enim ex Lib. XII. Aen. 156.

Non lacrimis hoc tempus, ait Saturnia Juno.

ubi variant codices. nam in tertio Moretano, *Non lacrimis, i, tempus ait.* quod placebat Heinſio. *Non lacrimis hoc tempus erat* in Bigotiano. ſed *non lacrimis hoc tempus eget* ex Dorvilliano Codice adfert Patruus meus. licet vulgata exſtet in Amſt. meoque codice. ſic Lib. v. Aen. 173. *Nec lacrimis caruere genae. tempus eget* eodem modo ut Lib. II. Aen. 522.

Non tali auxilio, nec defenſoribus iſtis
Tempus eget.

v. 160. *Agnoſcit lacrimans*] ſic leg. ex Lib: I. Aen. 470. perperam enim in Salm. & Leid. Cod. *Agnoſcens lacrimans.*

CLXXIII. *Sic*] *Si* Divionenſ.

v. 2. *carminis otia*] *carminini ſocia* vitioſe in Salm. *carmini . . ſocia* Cod. Leid. & a man. ſec. correctum *carminis otia*, quomodo ex Divionenſibus edidi.

v. 5. *amore*] ſic Divion. *amare* in Salm. & Leid. Cod.

DIDO AENEAE] Ex Schedis Divionenſ. Salmaſ. & Cod. Leidenſi primi producimus. Conferendum eſt totum hoc carmen cum eximia Didonis querela ad Aeneam apud Virg. IV. Aen. 304. & ſeqq. usque ad v. 330. & a v. 365. & ſeqq. ad v. 387. quam pulcherrime imitatum fuiſſe Ovidium in quereta Scyllae ad Minoëm bene obſervavit Fredericus Ranaldus apud Ciofan. ad Lib. VIII. Met. v. 108. quibus adjungenda eſt egregia Ariadnes expoſtulatio ad Theſeum apud Catullum Epithalamio Pelei & Thetidos a v. 32.

Siccine me patriis abductam, perfide, ab oris & ſeqq.

quorum tamen inconparabili divitis ingenii foecunditati, & admirando aureae aetatis artificio, ſi quis conferre aut aequare vellet foetum hunc decreſcentis aevi, geniique ad veterum elegantias non adſurgentis, nae ille pro Junone nubem, aut pro integra ac floridae juventutis virgine emeritam & effoetam anum amplecti mallet. Sed vel ideo haec proferenda, ut hac etiam in arte conſtet,

Quantum aevi longinqua valet mutare vetuſtas.

v. 1. *nullam dictare ſalutem*] more ſequioris aevi *dictare ſalutem* pro ſcribere epiſtolam. vid. Savar. ad Sidon. Lib. VII. Ep. 6. p. 498. inde *dictatum* pro Epiſtola, & *Dictator Epiſtolarum* & ſim. vid. Barth. ad Claudian. II. in Rufin. 169. & operoſe Salmaſ. ad Vopiſci Carum cap. 8.

v. 4.

Digitized by Google

Fata vocant. Trojane nocens, haec dona remittis?
Quamvis ſaepe gravi conponam carmine fletus,
Plus habet ipſe dolor; nec conplent verba dolorem,
Quem ſenſus patientis habet, vel regna requiro,
Quae maledicta dedi, miſeris circumdata fatis.
Pendet amore domus, caſtus dolor auget amorem.
Dum ſtudet iratas animus celare querelas,
Continuit dolor ipſe manum, nec plura loquentem
Paſſus amor, meritiſque vias, & verba ligavit.

Ah

v. 4. *Fata vocant, Trojane nocens. haec dona remittis?*] ita Salm. & Leid. In Divionenſ. diſtinguitur,

Fata vocant: Trojane nocens haec dona remittis.

reſpicit forte ad initium Epiſtolae Didus Ovidianae: *Sic ubi fata vocant.* & ita ſaepe de certo & inſtanti fato. Virg. x. Aen. 471.

—— & jam ſua Turnum

Fata vocant. ubi in aliis Codd. *Turno Fata manent.* quod probabat Heinſ. ad Claud. II. in Eutrop. 478. ſed vide Patruum ad Lucan. VII. 185. & quae notavi ad Lotich. Lib. III. El. 9. 1. per *dona* intelligit enſem illum Dardanium ab Aenea Didoni miſſum, quo ſe ipſa deinde interfecit, *non hos quaeſitum munus in uſus*, ut Virgilio dicitur, Lib. IV. Aen. 646. unde apud Ovid. Epiſt. VII. v. 195. & III. Faſt. 549.

Praebuit Aeneas & cauſſam mortis, & enſem,
Ipſa ſua Dido concidit uſa manu.

vide Cel. Drakenb. ad illud Silii Ital. Lib. VIII. v. 150. ex Virgilio expreſſum:

— enſem media in praecordia adegit,
Enſem Dardanii quaeſitum in pignus amoris.

v. 7. *Quem ſenſus patientis habet*] Scio *patientis* ſignificationem hic exponi poſſe de Didone Aeneae injurias & perfidiam concoquente. Seneca Agam. v. 668.

Dura virago, patiensque mali,
Poteris tantas flere ruinas.

ita de homine lento, nimis aequo animo omnia perferente, vel inſtrenuo, apud Hirtium Bel. Afr. c. 31. §. 7. *patientem ſe timidumque hoſtium opinioni praebebat.* ubi male in aliis Codd. ut & Torrentiano Lovanienſi, & ed. Rom. 1469. legitur *ſapientem ſe.* ſed *patientem* recte vindicavit Ciacconius, & admiſit Cel. Oudendorpius. de Octavio verſus ſuos obſerante aliisque invidente Plinius Lib. II. Epiſt. 10. *Hominem te patientem, vel potius durum, ac paene crudelem, qui tam inſignes libros tam diu teneas.* & de eo qui aerumnas & labores virtute eluctatur, apud Valer. Fl. Lib. I. 236.

—— praeduri plena laboris
Cerno equidem; patiens ſed quae ratis omnia vincat.

Hoc tamen in loco aliud requiri ſuſpicor, & forte majorem elegantiae vim habebit, ſi conjectura non violenta literis tantum tranſpoſitis pro *patietis* reſcribamus *pietatis.* ut innuat Dido verborum conſolatione non inminui dolorem, quem perfert animus pietatis, ſeu fidei ac conſtantiae, conſcius. ut infra v. 106. *— gemitusque graves atque oſcula figit Confeſſus pietate dolor.* & v. 118. *& nos pietate perimus.* Ovid. III. A. A. 39. de ipſa Didone:

At famam pietatis habes: tamen hoſpes & enſem
Praebuit, & cauſſam mortis, Eliſſa, tuae.

pietatis enim nomine apud poëtas paſſim dicitur caſtitatis conſtantia & candor amoris. Penelope apud Ovid. Epiſt. I. 85.

—— tua ſum, tuus dicar, oportet;
Penelope conjux ſemper Ulyxis ero.
Ille tamen pietate mea, precibusque pudicis
Frangitur, &c.

ſic enim diſtinguendum. Catullus Carm. LXXVII. in fine:

O Di, reddite mi hoc pro pietate mea.

probitatem vocat Ovid. III. ex P. Ep. 2. 39.

Cumque ego de veſtra nuper probitate referrem.

& ſic ſaepe poëtae recentiores. vid. ad Lotich. L. V. El. XIII. 41. quam frequens autem librariis mos ſit tranſponere ſyllabas, & hinc longe diverſas formare voces, & mendis auctores inquinare, paſſim obſervarunt viri docti, & exempla dat Rittersh. ad Gunther. Lib. X. p. 187.

v. 10. *Dum ſtudet iratas animus celare querelas*] ita emendandum non dubitavi, cum prave in Salm. Leid. & Divion. Cod. legeretur *colorare.* non diſſimile illud Paridis apud Ovid. Epiſt. XVI. 7.

Sed male diſſimulo, quis enim celaverit ignem?
Lumine qui ſemper proditur ipſe ſuo.

& Medeae Epiſt. XII. 37.

Perfide, ſenſiſti; quis enim bene celat amorem?
Eminet indicio prodita flamma ſuo.

Ah quoties revocata manus, dubiumque pependit,
Quid factura fuit trepidanti pollice! dextram
Torpor & ira ligat, dum dura vocabula firmat,
Et minus explicitam commendat litera vocem;
Torſit iter male tractus apex, dubiaque remiſſus
Mente pudor, dum verba notat, dum nomina mandat.
Flamma nocens, irata, ridens, penituſque cucurrit
Sopitus per membra calor, duroque medullas
Igne vorat. nullus confeſſum culpet amantem.
Connubium tunc crimen erat; male credula votis
Cuncta dedi; nec mira fide ſub lege mariti,
Cujus & ipſa fui; numquam nec conſcia reddent
Vota fidem; ſi talis erit non digna marito.
Hanc reddis, Trojane, vicem? meus iſta meretur
Affectus? non ille thorus, non conſcia lecti
Sacramenta tenent? totum pro crimine perdi,
Quidquid amore dedi. fatis licet, inprobe, tendas
Aemula regna meis, nihil eſt quod, perfide, jactes;
Fraude perit, non ſorte, fides; ſed regna petebas
Debita, nec rerum poteras convincere ſortem.

Si

v. 19. *Flamma nocens, irata, ridens, penituſque cucurrit Sopitus per membra calor*] ita in Schedis MSS. ſed quid *flamma ridens* huc faciat, nemo facile dixerit. Cogitabam igitur *furens*. ut de Didone Virg. IV. Aen. 69.

Uritur infelix Dido, totaque vagatur
Urbe furens.

& de eodem hoc Didus amore Lib. V. v. 6.

—— duri magno ſed amore dolores
Polluto, notumque, furens quid femina poſſit.

poſſis aliter *virens*. nam haec inter ſe commutantur. ut apud Horat. Epod. XVII. v. 33.

—— O mare, & terra, ardeo,
Quantum neque atro delibutus Hercules
Neſſi cruore; nec Sicana fervida
Virens in Aetna flamma.

ubi in Codice Regio, a Joh. Sixio a Chandelier collato, & aliis MSS. *furens flamma*, *Urens* in ed. Aldina. *Vibrans* edidit Spilinbergius, quod cum prius placuiſſet Lambino, dein tamen *virens* praetulit, quem vide etiam ad Lucret. I. 899. H. Stephan. Diatr. Hor. pag. 52. & Giſan. Ind. Lucr. p. 347.

v. 21. *— duroque medullas Igne vorat. nullus confeſſum culpet amantem*] ſic legend. nam male Salm. Leid. & Divion. *forat*. Seneca Hippol. v. 282.

Sed vorat tectas penitus medullas.

Virg. IV. Aen. 66. de hac ipſa Didone Aeneae amore ſaucia:

—— Eſt mollis flamma medullas
Interea, & tacitum vivit ſub pectore vulnus.

vitioſe etiam in iisdem Schedis *confeſſus*. ſcribe *confeſſum* vel potius *confeſſam*. paſſim apud poëtas faſſis amantibus parcendum occurrit. Hero apud Ovid. Epiſt. XIX. 4.

Da veniam faſſae; non patienter amo.

& Paris Epiſt. XVI. 9.

Parce precor faſſo, nec vultu cetera duro
Perlege.

Demophoon apud Sabinum Epiſt. II. 47.

Ignoſce & faſſo; memor es Minoïdos ipſe,
Antiquus nondum pectore ceſſit amor.

& alibi ſaepe.

v. 26. *meus iſta meretur Affectus?*] ſic bene Schedae Divionenſes. *iſte* Salm. & Leid. Cod.

v. 28. *Non conſcia lecti Sacramenta tenent*] *tenet* perperam Salm. & Leid. *tenent* Divion. ſed in quibus vitioſe *thori* pro *lecti*.

v. 29. *Quidquid amore dedi*, &c.] Deeſt hic verſus in Cod. Divionenſi.

v. 30. *Aemula regna*] *Romula* in Divion. ſed *Aemula regna meis* praetuli ex Salmaſ. & Leid. quo enim aliter referetur *meis*? nam *fatis meis* jungi

non

Si datur ire, placet. nam quo fugis? unde recurſus?
Vota nocentis habes; nihil eſt, quod dura querelis
Verba fidemque voco; quisquis mea vulnera deflet,
Invidiam feciſſe negant, trahit omnia caſus.
Dum ſortem natura rapit, *ſua taedia ſolus*
Fallere neſcit amor. reparatum Cynthia format
Lucis honore jubar, curvatis cornubus arcus,
Quod de fratre rubet: ceſſurus lege ſorori
Conſumit ſua jura dies: ſic continet orbem,
Dum recipit natura vicem. *ſua taedia ſolus*
Fallere neſcit amor. merſum pallentibus umbris
Circumdat nox atra diem, fruiturque tenebris

Lege

non poſſunt. neque Dido ſcire tunc poterat Romula ſive Itala regna eſſe, quae fatis non ſponte petebat Aeneas. & hanc lectionem probabat Cel. Oudendorpius, ac *tendere regna* poſitum notabat, ut *tendere diverſa* Apulejo Lib. II. Met. pag. 66. & VI. pag. 201. idque recte Joſ. Mercerum reſtituiſſe praefat. ad Diſſ. de Deo Socrat. ſeu Florid. Lib. IV. N. 24. *in principio vobis diverſa tendentibus.* ut exſtat in Flor. Voſſ. Thuan. aliisque Codd. non *petentibus.* ſic *tendere curſum*, *fugam*, & ſim. vid. Heinſ. ad Claudian. VI. Conſ. Hon. 291. & Markland. ad Stat. p. 369. pro *perfide* in Divion. *pro fide.*

v. 33. *nam quo fugis*] ſic Divion. *quod* Salm. & Leid. Cod.

v. 35. *Verba fidemque voco*] id praetuli ex Salm. & Leid. Cod. *Vota* in Divion. ſed praeceſſit modo *Vota nocentis habes.*

v. 36. *Invidiam feciſſe negant*] *necat* Salm. *necant* Leid. & v. ſeq. *forte* in iisdem.

v. 38. — *reparatum Cynthia format Lucis honore jubar*] ſic Divion. vitioſe *Quintia* in Salm. ſed a manu recent. *Cynthia.* ut in marg. Cod. Leid. imitatur Horat. Lib. IV. Od. 7. v. 13.

Damna tamen celeres reparant coeleſtia lunae.

v. 40. *curvatis cornubus arcus Quod de fratre rubet: ceſſurus* &c.] ſic recte Salmaſ. & Leid. male enim Divionenſ. *jubet*, *ceſſuris.* innuit enim Lunam a Sole fulgorem mutuari. quod apud poëtas frequens. vid. ad Lotich. Lib. I. El. 5. v. 77. non diſſimilis, ſed corruptiſſimus locus eſt apud Martian. Capell. Lib. IX. pag. 309. ed. Grot. quem ex emendatione N. Heinſii adponam:

Te Phoebea ſacro munere lumina
Terris purpureum dum renovant jubar,
Teſtata ambroſium ſplendificant diem,
Cynthia noctis honos, lampade menſtrua
Auratis rubuit praedita cornubus.

primo verſu in vulgatis *Te foveant ſacro.* ſed in duobus vetuſtis Leidenſibus Codd. cum inveniſſet Heinſius, *Te potata*, quod & in Cauchiano codice legitur, inde conjecit *Phoebea.* verſu quarto edidit Grotius, *Sic tua noctis honos*, ex quo optime *Cynthia* elicuit. nam manifeſte de Luna agitur, a fratre Sole jubar accipiente, quam *auratis cornubus rubere* dicit, pro quo editur, *Auratis crevit proemia cornibus.* at in Cod. Cauchiano, *Auratis trivia & praedia cornibus.* in qua lectione *praedia* firmat Heinſii conjecturam *praedita.* Huc refer locum Claudiani Paneg. Prob. & Olybr. v. 23.

Haud ſecus ac tacitam Luna regnante per Arcton
Sidereae cedunt acies, ceu fratre retruſo
Aemulus adverſis flagraverit ignibus orbis.

ſic enim in notis ſuis, jam edendis, praeferebat Patruus meus, vel *fratre recuſſo*, quia Solis lumen acceptum Luna recutit & reverberat: licet Heinſius *fratre retuſo* propugnet. & hac de cauſſa, cum ceteri poëtae Solem Lunae fratrem dicant, Aeſchylum atque Euripidem Lunam Solis filiam appellaſſe docet Victorius Lib. XXX. Var. Lect. 20. & Delrius ad Senecae Hippol. pag. 192.

v. 44. *fruiturque tenebris*] *tenebras* Salm. & Leid. recte. ne concurrant tot ablativi, & duo verſus ingrato rhythmo *umbris* & *tenebris* finiantur. ſic *frui ingenium* Terent. Heaut. II. 4. 21. ubi v. Faërn. *data poſſidere & frui* Phaedr. Lib. IV. fab. 4. 10. ubi vid. Scheffer. & ita in octo vel pluribus Codd. legi monuit Cel. Oudendorpius apud Apulej. Lib. VIII. Met. *nuptias non frueris.* quod e Cod. Florentino jam probavit Heinſ. ad Ovid. II. Artis v. 227. nec aliter in MSS. & Edd. nonnullis apud eumdem Apulej. Lib. IX. Met. pag. 192. *libertatem fruitur.* vide Elmenh. Ind. Apulej. & bene Lucretio locutionem hanc vindicavit Lambinus Lib. III. 953. & 968. & IV. 1089.

v. 45.

Lege poli, peraguntque micantia ſidera curſus.
Naviſragi tacet unda ſali, nec murmurat Auſter,
Nec flexum quatit aura nemus. *ſua taedia ſolus*
Fallere neſcit amor. ramis male garrula pendens
Jam Philomela tacet, damno male victa pudoris;
Amplexuſque fovens querulos ſub culmine nidos

Penſat

v. 45. *peraguntque micantia ſidera curſus*] ita optime in Salm. & Leid. Cod. perperam in Divionenſibus Schedis a man. ſec. *cadentia ſidera*, quod deſumtum ex Virg. Lib. IV. Georg. 81. *ſuadentque cadentia ſidera ſomnos.* cujus verſus numerum hic auctor imitatur. *micantia* proprie dicuntur ſidera. Lucretius Lib. V. v. 1204.

Nam quum ſuſpicimus magni coeleſtia mundi
Templa ſuper, ſtelliſque micantibus aethera fixum.

Seneca Herc. Fur. v. 125.

Jam rara micant ſidera prono
Languida mundo.

& in Oedip. v. 46.

Nullum ſerenis noctibus ſidus micat.

Horat. Lib. I. Od. 12.

—— *micat inter omnes*
Julium ſidus, velut inter ignes
Luna minores.

Martian. Capella Lib. IX. pag. 309.

Te nam flammigeri ſemina ſomitis
Spargentem referunt aſtra micantia.

46. *Naviſragi tacet unda ſali*] ſic emendavi. nam male in Divion. Salm. & Leid. Cod. *ſalis*. *naviſragum ſalum*, ut *aequor naviſragum* apud Naſonem, loco corruptiſſimo, Lib. V. Triſt. El. 8. 11. *Vidi ego naviſrago piratas aequore mergi.* ut quidem ex veſtigiis codicum MSS. tentabat Heinſius, vel *naviſragum qui riſerat.* quod alibi me probaſſe memini. Sed bene Fr. O. Menckenius in Miſcell. Lipſ. Vol. IV. P. III. pag. 538. & 539. obſervavit *aequor naviſragum* activo ſenſu dici, non item *hominem naviſragum* paſſive, ſed *nauſragum*, ac proinde Heinſianis veſtigiis inſiſtens tentabat, *Vidi ego, nauſragium qui riſit, in aequore mergi.* & *nauſragium* exponit pro nauſrago, vel calamitate nauſragi. quod amplectitur Heumannus Vol. V. P. 2. p. 331. niſi quod *riſerat*, ut Heinſius legebat, retinere mallet. Cel. Oudendorpius *nauſragio qui riſerat*, pro tempore nauſragii. ut *ludis*, *tempeſtate*, & ſim. Tentabam aliquando ex *nauſragioque & in viros*, verbis nonnihil tranſpoſitis, *nauſragio quos iniquos aequore mergi.* pro nauſrago duros & inclementes, idque propter ultimam ſyllabam in *viros* ex lectione vulgata, quae non adparet in voce *riſerat*. neque ſorte contemnenda eſt Withofii conjectura in Obſerv. Miſc. Nov. Vol. I. pag. 140. *Vidi ego, nauſragio qui creverat, aequore mergi.* vel *crevit, in aequore mergi.* quamquam Ovidius tota Elegia non invehatur in inimicum e calamitatibus ſuis creſcentem, ſed iis inſultantem. Sed ſorte alia adhuc medicina locus mendoſus indiget.

v. 47. *Nec flexum quatit aura nemus*] ita corrigendum putavi. *reflexum* Divionenſ. *Ne flexum* Salm. & Leid.

v. 48. *ramis male garrula pendens Jam Philomela tacet* &c.] non aliter extricare potui vitioſam ſchedarum MSS. ſcripturam. In Codice Divionenſi legebatur cum aſteriſco, *primis * garulam mane pendens.* In Salm. & Leid. *pinis garulam mane pendens.* Quod ſi quem offendat *male garrula*, quia ſequitur *male victa*, (pro quo vitioſe in iiſdem Schedis *picta*) illud *mane* a poëta adverſus metrum poni ſtatuat, vel ex *mane* trajectis literis & deleta *e* reſcribi poſſet, *ramis nam garrula pendens.* quod praeſero. firmat conjecturam meam Virg. IV. Georg. 514.

Qualis populea moerens Philomela ſub umbra
Amiſſos queritur foetus &c.
Flet noctem, ramoque *ſedens miſerabile carmen*
Integrat, & moeſtis late loca queſtibus implet.

quo loco pulcherrime imitatus eſt Lucretium Lib. II. 355.

At mater virides ſaltus orbata peragrans
Omnia convolſens oculis loca, ſi queat uſquam
Conſpicere amiſſum foetum: completque querelis
Frondiferum nemus adſiſtens, & crebra reviſit
Ad ſtabulum, deſiderio perfixa juvenci.

Catullus Carm. LXVI.

Qualia ſub denſis ramorum *concinit umbris Daulias* &c.

Seneca Agam. 671.

Non quae verno nobile carmen
Ramo *cantat triſtis aëdon*
Ityn in varios modulata ſonos.

& Herc. Fur. 146. de Philomela, loco prorſus ſimili;

Pendet *ſummo ſtridula* ramo,
Pennaſque novo tradere ſoli
Geſtit querulos inter nidos
Thracia pellex.

v. 50. *Amplexuſque fovens querulos ſub culmine nidos*] Haec quoque corrupta arbitror. Tentabam,

Affectuſque fovens querulos ſub culmine nidi.

ut per *affectus querulos* intelligat pullos, vel *implumes foetus*, ut vocat Virg. d. l. ita *affectus* de liberis

ac

Penſat amore nefas, miſeraſque alitura querelas
Nocte premit, quod luce dolet. *ſua taedia ſolus*
Fallere neſcit amor. nunc jam bene junctus amantem
Ardor alit, thalamique fidem ſua pignora conplent.
Conjunx laeta viro, felix uxore maritus.
Vota recenſet amor, ſecretaque dulcia: ſomnus
Concordat cum nocte torum. *ſua taedia ſolus*
Fallere neſcit amor. foecundo ſemine rerum
Mutat terra vices, autumni temporis auras

Laeta

ac filiis hominum paſſim dici notum eſt. Gloſſarium Voſſianum MS. *Orbus, affectibus deſtitutus.* in Epigr. vet. apud Pith. Lib. III. p. 140. *Affectus omnes poſſidet iſte lapis.* v. Caſaub. ad Suet. Aug. cap. 21. Barth. ad Claud. p. 489. ed. pr. Sirmond. ad Sidon. p. 65. & Munck. ad Fulgent. Lib. III. p. 717. Sed praeſtat Cod. Divionenſis lectio, *Amplexuque fovens querulos ſub culmine nidos.* ut *nidos querulos* capiamus pro ipſis pullis aut foetu. Sic *querulos nidos* dixit Seneca Herc. Fur. v. 148. Ovid. Med. Fac. 77.

Addita de querulo volucrum medicamina nido
Ore fugant maculas: Halcyonea vocant.

ubi vide Patrui mei notas. Virg. IV. Georg. 17.

Ore ferunt dulcem nidis inmitibus eſcam.

ubi Servius, *id eſt crudelibus pullis.* & XII. Aen. 475.

Pabula parva legens, nidiſque loquacibus eſcas.

Columella Lib. VII. de R. R. cap. 9 §. 13. *ſic nec alienus irrepit, & in cubili ſuam quiſque matrem nidus exſpectat.* & de hominibus Plinius Lib. XXXV. cap. 3. *ſi liberum turbam parvis imaginibus ceu nidum aliquem ſobolis pariter oſtendant.* ſcil. clypei. ita locus ille legitur in MSS. Leidd. aliiſque Codd. & ſic Durandus in Commentario ad illum Plinii librum Londini edito. ſimilia vide apud N. Heinſ. ad Claudian. Praef. III. Conſ. Hon. v. 5. & Cl. Cannegiet. ad Avien. fab. XXI. 5. Poſſis & *tremulos* vel *teneros nidos.* ut in Epigrammate antiquo, alibi edendo, quod quia in V. C. Scriverii Ovidio adſcribebatur, inter fragmenta Ovidiana retulit Heinſius,

Alludunt teneri tremulis cum matribus agni,
Lacteolaſque animas lacteus humor alit.

ubi notabimus forte legendum eſſe, *Alludunt teneri tremulis balatibus agni.* ut ſit imitatio Lucretii Lib. II. 367.

Praeterea teneri tremulis cum vocibus haedi
Cornigeras norunt matres. & Lib. III. v. 7.
—— *aut quidnam tremulis facere artubus haedi*
Conſimile in curſu poſſint.

v. 56. *Vota recenſet amor*] *recens & amor* in Salm. & Leid. ſed emendatum man. ſec. *recenſet.*

v. 59. *Mutat terra vices, autumni temporis auras Laeta vocat, ſpiſſo revireſcit gramine campus*] *& autumni* Salm. & Leid. Cod. primum hemiſtichium debetur Horatio Lib. IV. Od. 7. 3. — *redeunt jam gramina campis, arboribuſque comae: Mutat terra vices.* reliqua etiam ex Horatio imitata eſſe margini ſchedarum Salmaſianarum adſcripſerat Heinſius, innuens ſine dubio locum ex A. P. 302. *Qui purgor bilem ſub verni temporis auram.* ita enim illic legebat pro vulgato *horam.* quae conjectura hoc loco egregie firmatur. frequens enim eſt harum vocum permutatio. vide notas ad Ovid. Epiſt. III. 44. Remed. Am. 264. & IV. Triſt. 5. 20. ad Valer. Fl. II. 60. Petron. cap. CXXXIII. & Lucan. Lib. I. v. 16. & plura Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 6. pag. 73. eleganter autem terra dicitur *vocare* auras autumni, id eſt provocare, jam venturum autumnum ſignificare. ſic in carmine III. Theodulfi edito a Mabillon. in Analect. pag. m. 411.

Dura ſatis roſtro ceu pulſat pectora cornix,
Imbriferos luxus quum vocat ore procax.

ut recte legit Cuperus in Harpocr. pag. 72. non *vorat*, ex imitatione Virgilii Lib. I. G. 388. *Tum cornix plena pluviam vocat improba voce.* ſed & *Imbriferos fluxus* illic mallem, quam *luxus*, aut *lapſus* cum Graevio. ita enim apud Senec. Thyeſt. v. 171. de Tantalo, — *ſtat miſer obvios Fluctus ore vocans.* ubi fruſtra *petens* in Cod. Lipſii, ut notat Gronov. & in MS. Florentinô, teſte Patruo meo ad Virg. III. G. 193. qui elegantiam verbi *vocare* pro provocare illic illuſtrat, ubi etiam vide Heinſ. ita Phoenix dicitur *lucem voce ciere novam* in carmine Lactantii v. 46. id eſt cantando provocare, ut notavi ſupra ad Ep. CLXIX. & *auroram vocare* Lucifer Ovidio XI. Met. 296. Ceterum in Salmaſ. *reviveſcit.* & in Leid. ſed a man. ſec. *reviviſcit.* quod & in Divionenſibus ſchedis. Sed correxi *revireſcit.* hae enim voces paſſim in MSS. confunduntur. ut apud Cic. VII. Philip. cap. I. *qui Senatum dolent ad auctoritatis priſtinae ſpem revireſcere.* ubi in aliis MSS. & Cod. Leid. *reviviſcere.* quod & probabat Gruterus. ut apud Tacit. IV. Ann. cap. 12. *domuſque Germanici reviviſcere occulti laetabantur.* ſed recte in loco Ciceronis *revireſcere* praetulerunt Faërnus, Muretus, Lambinus, & Graevius, cujus notas illic vide. & Barth. ac Drakenb. ad Silium XV. 134. & certe

Laeta vocat; ſpiſſo revireſcit gramine campus,
Et vitreas ligat herba comas, nec fallit ariſtas
Proventum meliore die. *ſua taedia ſolus*
Fallere neſcit amor. feſſus juga ſolvit arator,
Et noctem per vota capit: reparare labores
Novit grata quies, nec ceſſat reddere vires
Infuſus per membra ſopor, noctiſque miniſtram
Ruricolis dat ſemper opem. *ſua taedia ſolus*
Fallere neſcit amor. reparant ſua litora ponti
Succeſſus poſt damna ſuos, perituraque ludunt

In-

hoc in verſu *reviviſcit* metro adverſatur. quomodo & alibi apud poëtas peccarunt librariorum manus. vid. Heinſ. ad Ovid. vII. Met. v. 305.

v. 61. *Et vitreas ligas herba comas, nec fallit ariſtas Proventum meliore die*] ſorte *virides comas.* dein corruptiſſime in Divionenſ. *nec fallidam * ſtans.* in Salm. *nec fallid ariſtas proventum meliore diem.* & ſic Leid. ſed in quo *die*, ut & in Divion. An ſcribendum, — *nec fallit ariſtas Proventu meliore dies.* Cl. Oudendorpius *ariſta* vel *ariſtae* aut *ariſtis.*

v. 63. — *feſſus juga ſolvit arator, Et noctem per vota capit*] ita in Cod. Divionenſi. *ſolvet* in Salm. & Leid. ſed *ſolvit* a m. ſec. primo verſu adparet imitatio Virgilii Ecl. IV. 41.

Robuſtus quoque jam tauris juga ſolvet arator.

altero mallem, *Et noctem per vota rapit.* quod aratori feſſo, & parciſſimo ſomno membra ad matutinum laborem reparanti, melius convenit. frequenter has voces confundi in MSS. notare ſuperſedeo. ſed praeſtat ubique *rapere*, ubi temporis compendium fit, & celeritas indicatur. apud Horat. Lib. IV. Od. 7. 8. *& altum quae rapit hora diem.* & Lib. III. Od. 8. 27. *Dona praeſentis rape laetus horae.* ubi tamen Cel. Bentleius *cape* praefert. ſed rationes, quas adducit, magis philoſophum quam poëtam faciunt Horatium; praeſertim cum major codicum pars in alteram lectionem conſpiret. *rape* enim illic eſt, ne ſinas inutiliter praeterlabi. ut Epod. XIII. 3.

— *rapiamus, amici,*
Occaſionem de die.

& ut hic *noctem rapere*, ita apud Valer. Fl. II. 665.

— *hasque inter variis nox plurima dictis*
Rapta vices, nec non ſimili lux poſtera tractu.

quod recte contra Francium *Acta* emendantem tuetur Patruus meus, quem etiam vide ad Lib. II. 252. & ad Lucan. Lib. I. 461. Statius Lib. x Th. 665.

— *rape mente deos, rape nobile fatum,*
I, precor, accelera.

ubi vide Barth. Virg. XI. Aen. 459.

Immo ait, o cives, arrepto tempore, Turnus,
Cogite concilium &c.

ubi male *accepto* apud Scholiaſtem Statii ad Lib. VII. Th. 612. nam eadem vis eſt in *arripere.* vide notas Patrui mei ad Ovid. I. A. A. v. 400. ita *tempore rapta* apud alios. de quo egregie Rittershus. ad Gunther. pag. 29.

v. 64. *reparare labores Novit grata quies*] ſic edidi ex optimo Codice Divionenſi. vitioſe in Salmaſ. *Non vibrata quies.* in Cod. Leid. *Non vi . . . brata quies.* ſed in marg. a manu recentiori *Novit grata.* paſſim apud poëtas *labor* & *quies* alternare vices hominum laborioſorum, & ſomnus operi eos reparare dicitur. adpoſite Ovid. Lib. XI. Met. 625. in deſcriptione Somni:

Somne, quies rerum, *placidiſſime Somne Deorum,*
Pax animi, quem cura fugit, qui corda diurnis
Feſſa miniſteriis mulces, reparasque labori.

Virg. II. Aen. 268.

Tempus erat, quo prima quies *mortalibus aegris*
Incipit, & dono divum gratiſſima venit.

contra Lib. XI. Aen. 183.

Aurora interea miſeris mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera atque labores.

hinc caſtigandum opinor locum corruptiſſimum in Carmine in Laudem Solis, quod exſtat in Pithoei Catalectis pag. 446. ed. Pariſ. ubi legitur:

Sol Liber, Sol alma Ceres, Sol Jupiter ipſe,
*Sol labor & * ribice, inſunt cui nomina mille.*

ubi *Sol labor Euridices* tentabat Pithoeus. Heinſius *Sol labor aetherius*, vel *Sol labor & reliquis.* Sed veriſſima, niſi fallor, emendatio eſt, *Sol labor & requies.* quae optime ſibi oppoſita ſunt, ut innuat Sole oriente incipere mortalibus laborem, requiem vero ſole cadente, ut illic pluribus videndum erit. Ita & apud Auctorem Elegiae in obitum Maecen. v. 99. loco ad hunc verſum adpoſito:

Lux eſt, taurus arat; nox eſt, requieſcit arator.

66. *noctiſque miniſtram*] *miniſtra* legebat Cel. Oudendorpius. *quies* nempe. vel *miniſter* ſopor. ſed non ineleganter ſopor dicitur dare *noctis opem miniſtram* adjective. ut *dextra ſenſus miniſtra* Ovid. Ep. XVIII. 24. & *lumina propoſiti miniſtra* Ep. XXI. v. 114. & alibi.

v. 73.

Digitized by Google

Incrementa maris dubii, regit aequora fluctus
Lite ſua, vicibusque ſuis, quod deperit, auget.
Officiis natura vacat. *ſua taedia ſolus*
Fallere neſcit amor. gemmatis roſcida Veſvî
Rident prata roſis, & floribus arva tumeſcunt.
Pictus ager ſub flore latet, dat fronte coronas
Laſcivis natura roſis. *ſua taedia ſolus*
Fallere neſcit amor. nec grata ſilentia noctis,
Nec ſomni pia dona placent, nec munera lucis
Carpit, & inducias fugientis non capit anni:
Sed ſua victus amor tantummodo vulnera paſcit
Inter mille dolos, totidemque piacula fraudis.
Nota queror: vellem placidis peritura querelis

Flere

v. 73. *gemmatis roſcida Veſvî Rident prata roſis*] ita recte, vel *Veſbî*, me emendaſſe arbitror ex veſtigiis Salmaſiani, Divionenſis, & Leidenſis Codicis, in quibus *viſui* vel *veſui* legebatur. agris enim amoeniſſimis viret hic Campaniae mons Veſuvius. vide Martial. Lib. IV. Ep. 44. ubi in MSS. *Verbius* vel *Vervius* ſcribitur. ut paſſim poëtis antiquis dicitur. quod male Giſanium Indice Lucretiano negaſſe, dudum monuerunt viri eruditi. vid. Carr. ad Valer. Fl. Lib. III. 208. & Heinſ. ad Silium Lib. VIII. 655. & XII. 152. ubi etiam vid. Cl. Drakenb. ſed nomen hoc non raro apud veteres corruptum, aut in aliud tritius verbum mutatum eſt. ſic apud Tertull. Apolog. cap. 40. *Volſinios de coelo, Pompejos de ſuo perfudit ignis.* ubi N. Heinſius legebat *Pompejos de vicino* vel potius *Veſuvino monte.* quod ultimum etiam in mentem venit Meurſio in Critic. Arnob. Lib. VII. cap. 11. in fine. niſi quod ille ex *de ſuo* formaret *Veſuvio*; deleto *de*, & ex praecedentibus ſubintellecto. apud Plinium Lib. VI. Epiſt. 16. *imminenti periculo exterriti (nam villa ea ſubjacebat) nec ulla niſi navibus fuga, ut ſe tanto diſcrimini eriperet, orabant.* ubi in aliis *villa ejus.* unde ingenioſe Heinſius inter vocem utramque *ejus ſubjacebat* ex ſimilitudine literarum *Veſuvio* excidiſſe credens, ſuppiebat, *nam villa ejus Veſuvio ſubjacebat.* nam de Veſuvio paullo ante praeceſſerat. alia vide apud Cl. Oudend. ad Frontin. I. 5. 21. & ad Suet. Tit. cap. 8. venuſte etiam *gemmatis roſis* (*gemmantis* vitioſe in Divion.) a poëta hoc dictum eſt. de quo plura ad Lib. IV. Epigrammate Vomani de quatuor anni tempeſtatibus:

Ver pingit vario gemmantia prata colore.

Rident prata roſis illuſtrabunt notae N. Heinſii ad Ovid. XV. Met. 205. ubi hunc ipſum ex Catalectis MSS. verſum adfert. ſeq. vs. *tumeſcit* male in Salm. & Leid. paullo poſt praeſtaret forte, *Laſcivis natura notis.* quia *roſis* modo praeceſſit. & ex Cod. Divion. praetuli, *dat fronte coronas.* licet in Salm. & Leid. *dat fronde coronae.* Cel. Oudendorpius tentabat,

—— *dat frondea robur Laſcivis natura roſis.*

v. 82. *Nota queror: vellem placidis peritura querelis Flere domo; vellem tacitos profundere fletus*] caſtigavi hic Schedarum ſcripturam corruptam. *Vota queror* legebatur in Salm. Leid. & Divion. Cod. male, ſic *Nota cano* Ovid. Lib. I. A. A. 297. *Nota loquor* Lib. II. Met. 570. Tibullus Lib. II. 6. 41. *Nota loquor. regnum ipſe tenet.* &c. deinde pro *tacitis querelis*, quod eſt in Salm. & Leid. *placidis* legendum ex Divion. vel *placitis* cum Cl. Oudendorpio. ſequitur enim *tacitos profundere fletus*, ut in Divionenſ. habetur, ſed cum ſigno aſteriſci. In Salm. & Leid. Cod. *tacito ſumere.* unde forte legendum *tacitos conſumere fletus.* id eſt exhaurire, privatim devorare dolorem, ac fletus conbibere. ſic *conſumere* de iis, quae irrito conatu perdimus. ut *conſumere preces*, pro incaſſum fundere, apud Ovid. VIII. Met. v. 106.

Conſumtis precibus violentam tranſit in iram.

& Lib. II. v. 575.

—— *utque precando*
Tempora cum blandis conſumſit inania verbis.

ubi vide notas. quo loco egregie firmatur lectio Cod. MSS. Florent. & Dorvill. apud Apulejum, monente Oudendorpio, Lib. V. Met. pag. 91. *Eo ſimul cum nocte dilapſo diem totum cum lacrimis* (vel *in lacrimis*) *ac plangoribus miſella conſumit.* eo ſenſu *conſumere orationem* apud Salluſt. Jug. 25. fine, *multa tamen oratione conſumta legati fruſtra diſceſſere.* ubi vid. Cort. ita *conſumere* pro exhaurire Ovidio VIII. Met. 875.

Vis tamen illa mali poſtquam conſumſerat omnem
Materiam,

Digitized by Google

Flere domo, vellem tacitos profundere fletus.
Sed negat ipſe dolor, quod jam pudor ante negavit.
Scribere juſſit amor; miſeram me, cujus honeſtam
Fecit culpa fidem: poteram diſpergere ponto
Membra manusque tuas, miſeramque tumentibus undis
Praecipitare diem, poteram creſcentis Iüli
Rumpere fata manu, parvumque reſolvere corpus
Morte gravi, merſumque in viſcera figere ferrum.
Vel dare membra feris; ſed noſtro pectore pulſum,
Creſcit amore nefas, & honeſta pericula paſſus
Corda ligavit amor. quis tantum in hoſpite vellet
Hoc audere nefas? quis vota nocentis habere?
Nullus amor ſub corde latet. *cui digna rependes,*
Si mihi dura paras? miſerandae fata Creuſae,
Lamentis gemituque trahens infanda peregit
Vota deis, durumque nefas ſortemque malorum,
Te narrante, tuli, gemitus mentisque dolorem,
Et lacrimas prior ipſa dedi, *cui digna rependes,*
Si mihi dura paras? dulcis mea colla fovebat
Aſcanius, miſerumque puer * fovebat amorem:

Cui

& de mole mundi pondere feſſa Valer. Fl. Lib. I. 832.

Ingenti jacet ore Chaos, quod pondere feſſam
Materiem, lapſumque queat conſumere mundum.

ita fortuna vires *conſumere* dicitur Senecae Agam. 698.

Fortuna vires ipſa conſumſit ſuas.

vide notas Patrui ad Petron. cap. XXXIII. p. 130.

v. 88. — *miſeramque tumentibus undis*
Praecipitare diem, poteram creſcentis Jüli
Rumpere fata manu &c.] ita quidem in Schedis MSS. ſed quia *miſeram* modo praeceſſit, praeferrem, *feramque tumentibus undis Praecipitare diem.* id eſt properare mortem. ſimile mendum ſaepe corruptis veterum locis abſtulerunt viri eruditi. v. Heinſ. ad Valer. Fl. II. 234. Lib. II. Adverſ cap. 6. & cap. 14. e Martiali Gronovius Lib. IV. Obſerv. cap. 12 & plura exempla vide in notis Broukh. ad Propert. I. El. 15. 21. & Patrui mei ad Ovid. III. Triſt. 13. 3. Ceterum totus hic locus ſatis feliciter expreſſus eſt ex illis Didonis apud Virg. IV. Aen. 600.

Non potui abreptum divellere corpus, & undis
Spargere? non ſocios, non ipſum abſumere ferro
Aſcanium, patriisque epulandum adponere menſis?

v. 90. *Morte gravi*] *Mox te* Salm. & Leid. ſed *morte* corrigebat Heinſius. quod clare legitur in Divionenſ mox *menſa feris* Salm. ſed *membra* a manu rec. & in marg. Leid. *membra focis* Divion.

v. 94. *Hoc audere nefas*] ita recte Divion. *audire* male in Salm. & Leid.

v. 95. *Sub corde latet*] *laude* in Salm. & Leid. quod non adſpernandum videtur.

96. *miſerandae fata Creuſae*, &c.] haec per exclamationem legenda putabat Cl. Oudendorpius,

——— *miſerandae fata Creuſae!*

Lamentis gemituque &c. & tum v. 99. corrigebat *tulit.* Creuſa nempe, ut ſequentia Didonis ſint ad Aeneae narrationem ſe ingemuiſſe dicentis

v. 97. *Lamentis gemituque trahens* &c.] *Lamenta* Salm. & Leid. ſed in quo *Lamentis* a man. ſec. *Lamenta* Heinſius. non opus eſt. imitatur Virgilium IV. Aen. 667.

Lamentis, gemituque, & femineo ululatu,
Tecta fremunt. paullo poſt *Vota dies* in Salm. & Leid. ſed *deis* in marg. ut legitur in Cod Divion..

v. 102. *miſerumque puer * fovebat amorem*] ita in Schedis MSS. contra metrum; & ingrato ejusdem vocis recurſu. forte *fallebat.* ut innuat Cupidinem, qui pro Aſcanio Didonem eluſit. ita enim Venus apud Virg. I. Aen. 692. ad Cupidinem:

Falle dolo, & notos pueri puer indue vultus:
Ut cum te gremio accipiet laetiſſima Dido,
Regales inter menſas, laticemque Lyaeum,
Cum dabit amplexus, atque oſcula dulcia figet,
Occultum inſpires ignem, fallasque veneno.

ſic

Cui modo noſtra fides amiſſam reddere matrem
Dum cupit, hoc verum mentito pignore nomen
Format amor; gemituſque graves atque oſcula figit
Confeſſus pietate dolor. *cui digna rependes,*
Si mihi dura paras? noſtri modo litoris hoſpes
Nudos diſtuleras diſperſa clade per undas
Naufragus: ut taceam claſſes, quaſcumque videbar
Inpendiſſe tibi; licet haec tibi cuncta fuiſſent,
Regna tamen Carthago dedit. *cui digna rependes,*
Si mihi dura paras? nihil eſt quod dura repoſcent,
Nec quidquam donaſſe velim, quod perdere poſſem.
Numquam damna volo, vel hoc mihi perfide redde,
Quod ſibi debet amor, ſi nil pia facta merentur.
Eſſe Deos natura docet, non eſſe timendos
Rerum facta probant: quid enim non credere poſſum?
Tutus fraude manes, & nos pietate perimus.
Inprobe, dure, nocens, crudelis, perfide, fallax,
Officiis ingrate meis; quid verba minantur?
Non odit qui vota dolet, nec digna rependit
Quidquid laeſa gemit. tibi me permiſſus habetur

Lege

ſic *fallere* dicitur, qui ficta ſub imagine latet. Ovid. II. Faſt. 397.

Si genus arguitur vultu; ni fallit imago,
Neſcio quem vobis ſuſpicor eſſe Deum.

hinc *falſus* de eo, qui ſimulatam imaginem adſumſit. Virgilius hac eadem in re Lib. I. 716. de Cupidine in Aſcanii formam verſo:

Ille ubi complexu Aeneae colloque pependit,
Et magnum falſi inplevit genitoris amorem.

Ovidius Epiſt. XVII. 45.

Matris in admiſſo falſa ſub imagine luſae
Error ineſt, pluma tectus adulter erat.

Lib. I. Amor. 10. 3.

Qualis erat Lede, quam plumis abditus albis
Callidus in falſa luſit adulter ave.

falſus olor, de eodem Jove, Ledae corruptore, Claudiano Paneg. Prob. & Olybr. v. 238. & *falſa ſoror* Juno, Chalciopae adſumta imagine, Valerio Fl. VI. 491. ubi vide Patrui mei notas. de Amore Seneca Hippol. v. 295.

Et jubet coelo ſuperos relicto
Vultibus falſis habitare terras.

pluribus elegantiam hujus locutionis illuſtrant Lambin. ad Horat. Lib. I. Od. 10. 16. & Broukh. ad Propert. II. El. 7. 43 Cel. Oudendorpio videbatur emendandum, *figebat.* vel *faciebat* aut *fingebat.*

v. 108. *diſperſa clade per undas*] ita ex Divion. legendum, & ſeq. verſu *claſſes*, ubi in Salm. & Leid. *clades quaſcumque videbor.*

v. 110. *licet haec tibi cuncta fuiſſent*] ſic Salm. & Leid. *juncta* Divion.

v. 113. *nec quidquam donaſſe velim quod perdere poſſem*] *donare* Div. *quae* Salm. & Leid. & v. ſeq. *voco.*

v. 115. *Si nil pia facta merentur*] ita ſcribendum ex Cod. Leid. *ſin ilpia* Salm. *fata* Divion.

v. 117. *quid enim non credere poſſum*] ſic Divion. *credere non* Salm. & Leid.

v. 118. *Tutus fraude manes*] ita caſtigandam arbitror vitioſam Salm. Leid. & Divion. Codicum ſcripturam, in quibus, ſed adpoſito aſteriſco, mendi indicio, legebatur, *Totus frauda manes.* bene etiam Cl. Oudendorpius, *at nos pietate perimus.*

v. 122. *Quidquid laeſa gemit*] ita in Divion. *lexa* Salm. & Leid. unde *plexa* conjiciebat Heinſius. mox corrupte in Salm. & Leid. *tibi me peremiſſus habetur Lege podoris amor.* ſed corrige cum Cl. Oudendorpio,

—— tibine inpermiſſus habetur
Lege pudoris amor?

amor autem *inpermiſſus*, eſt inconceſſus, interdictus. ut apud Horat. III. Od. 6. 27.

Cui donet inpermiſſa raptim

Lege pudoris amor, cui tanta dediſſe recuſem,
Sceptra, domum, Tyrios, regnum, Carthaginis arces,
Et quidquid regnantis erat. de conjuge, fallax
Non de jure queror, meritum ſi non habet ardor:
Sed quod hoſpes eras, nec te magis eſſe nocentem,
Quam miſerum, Trojane, puto, qui digna repellis,
Sum * non digna cupis: nondum bene ſiccus ad aequor
Curris, & extremas modo naufragus arripis undas.
Tutior eſſe times, & honeſta pericula neſcis,
Cum mala vota cupis, ſolus tibi dura profecto
Damna paras, fugis, ecce fugis, noſtroſque penates
Deſeris, & miſeram linquis Carthaginis aulam,
Quae tibi regna dedit, ſacro diademate crines
Cinxit, & auguſtam gemmato ſidere frontem
Conplevit, noſtrumque tibi commiſit amorem.
Nil, puto, majus habes, & adhuc ſine conjuge regnas,
Aeneas, ingrate, meus, regat ira dolenti
Conſilium, ſed praeſtat amor. mea vulnera vellem
Fletibus augeri, ſed jam diſcrimine mortis
Victa feror, neque enim tantus de funere luctus,
Quantus erit de fratre, licet ſimul improbus, exul,
Et magis hoſpes eras, & ubique timendus haberis,
Vive tamen, noſtrumque nefas poſt fata memento.

CLXXIV.

Gaudia, luminibus remotis.
ubi Bentlejus vocem hanc nemini veterum adhibitam obſervat, ſed recte tamen eam retinet pro *intermiſſa* vel *inproviſa*, ut in aliis Codd. MSS. legitur. Sane neque mihi ſuccurrit antiqui ſcriptoris locus, in quo inveniatur haec vox, & in vulgatis Linguae Latinae Lexicis fruſtra eam quaeras, neque in Collectione vocabulorum in iiſdem Lexicis deſideratorum, induſtria Fr. O. Menckenii tam Miſcellaneis Lipſienſibus Novis inſerta, quam peculiari opere edita, notata eſt.

v. 123. *cui tanta dediſſe recuſem*] ſic Salmaſ. & Leid. *Creuſam* Divion.

v. 129. *Sum non * digna cupis. nondum bene ſiccus ad aequor curris*] Haec eſt Salm. Leid. & Divionenſis Codicis ſcriptura cum aſteriſci ſigno. niſi quod *nudum* in Divion. pro *nondum*. Heinſius tentabat, *qui digna repellis*, *Somno digna cupis*. ſed veriſſimam eſſe Cl. Oudendorpii emendationem, *qui digna repellis*, *Dum non digna cupis*, patebit ex iis quae Aeneae ſcribit Dido apud Ovid. Epiſt. VII. v. 10. & ſeqq.

v. 136. *& auguſtam gemmato ſidere frontem*] ſic Salm. & Divion. *gematos* vitioſe in Leid.

v. 139. *regat ira dolenti Conſilium*] ita Salm. & Leid. *ligat* in Divion. male. Sic in veteri Epigrammate apud Pithoeum Lib. I. ut proferunt nonnulli,

Iratus rege te, quod nobilis ira Leonis
In ſibi proſtratos ſe neget eſſe feram.

ubi tamen Pithoeus & alii ediderunt, *Iratus recolas* &c.

v. 141. *Sed jam diſcrimine mortis Victa feror*] ſic Divion. corrupte in Salm. & Leid. *feſſos*. ſed *feror* a man. rec. in marg. imitatur denuo illud Virg. Lib. IV. Aen. de Didone.

— feror ingenti circumdata nocte.

v. 376.

Heu Furiis incenſa feror!

ſequenti verſu *de funere* edidi ex Divion. & Leid. codice. *defendere* in Salm.

v. 144. *Et magis hoſpes eras*] forte *eas*. quod probabat Cl. Oudendorpius, & pro *haberis* legebat *ameris*.

v. 145. *Vive tamen* &c.] pariter Dido apud Ovid. Epiſt. VII. v. 63.

Vive precor, ſic te melius, quam funere, perdam.
Tu potius leti cauſſa ferare mei.

pro *fata* in Cod. Salm. & Leid. *facta*. male.

CLXXIV.

Digitized by Google

CLXXIV. THEMA VIRGILIANUM. *Nec tibi Diva parens* &c.

Dedecus o juvenum, turpiſque infamia Teucrum!
Qui ſegnis per bella fores, gens perfida & amens,
Non virtute potens, non belli maximus auctor:
Ignavus tu ſemper eris, ſemperque fuiſti,
Naufragus atque miſer, ſegniſque in praelia ductor.
Nec non eſt aliud quod majus crimen obibit;
Jamque tuo generi quod ſemper perfidus exſtas,
Non equidem miror. non eſt ex tempore natum;
Antiquos imitaris avos, perjuria patrum:
Nec non & Veneris pulchra de ſtirpe crearis,
Nec pater Anchiſes, veſtraeque aut Dardanus auctor
Gentis, ſed durae tigres, lapideſque ſiniſtri,
Te genuere virum, ſylvae, monteſque profani,
Ubera quaeque tibi & potum admovere malignum,
Quae tibi perfidiam mixto cum lacte dederunt.

CLXXV.

CLXXIV. THEMA VIRGILIANUM. *Nec tibi Diva parens* &c. *Dedecus o juvenum*] Hoc praecedenti connectendum, & Didonis quoque expoſtulationem ad Aeneam eſſe puto; licet alio ordine in Schedis legatur. Eſt enim thema deſumtum ex Virg. IV. Aen. 365. & ſeqq. Tales Exercitationes Scholaſticas, quae themata Virgiliana dicebantur, plures ex his Schedis MSS. ſupra produximus, & deinde erunt eruendae. Sequiori enim aevo hae valde frequentatae fuerunt, tam ligato quam ſoluto ſermone, & quia publice dicebantur, etiam *Dictiones* vocatae ſunt: v. Sirmond. ad Sidon. pag. 91. Similes habemus Ennodii Dictiones, ejuſmodi exercitia Eloquentiae conprehendentes, inter quas Dictio XXVIII. exhibet ad eumdem hunc locum Virgilianum, *Nec tibi Diva parens* &c. verba Didonis, cum abeuntem videret Aeneam. quam plurimis in locis caſtigavit Barthius Lib. XVIII. Adverſ. 19. ubi de ejuſmodi ſtyli exercitiis agit. *Locos* etiam *Virgilianos* & *Adlocutiones* vocatas fuiſſe has Declamationes obſervat Sirmond. ad Ennod. p. 80. ubi profert ex Cod. Pithoeano initium illius, quod V. C. Coronato tribuitur, & infra integrum a nobis edetur.

v. 2. *gens perfida & amens*] Cel. Oudendorpio placebat *mens perfida*, quia de ſolo loquitur Aenea. quas voces frequenter confuſas docebunt notae Doctorum ad Ovid. I. Met. 100. ad Silium Ital. VI. 611. & Lucan. IV. 576.

v. 6. *quod majus crimen obibit*] ita in Schedis MSS. forte *habebit*. ſed *obibis* rectius videbatur Cel. Oudendorpio. ideſt majora adhuc ſcelera perages. ut *obire adulteria* Sueton. Calig. cap. XI. ubi vide ejus notas. vs. 8. forte corrigendum, *non eſt hoc tempore natum*. ut ſuadent ſequentia.

10. *Nec non & Veneris* &c.] vere conjiciebat Cel. Oudendorpius,

At non es Veneris pulchra de ſtirpe creatus.

quod ſubjicit, quia praeceſſit *perjuria patrum*.

v. 11. *Nec pater Anchiſes, veſtraeque aut Dardanus auctor*
Gentis, ſed durae tigres, lapideſque ſiniſtri,
Te genuere virum] ita legendum conjeceram ex veſtigiis Codicis Salmaſiani, Schedis Runckenianis, & MS. Leidenſi, in quibus, *ſed daret tigres lapidisque ſiniſtri*, cum id confirmatum inveni a Codicis Divionenſis Excerptis. ſic enim Dido apud Virgilium d: l.

Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide; ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hyrcanaeque admorunt ubera tigres.

quod egregie imitatur Ovid. VIII. Met. 12. in expoſtulatione Scyllae ad Minoëm: & ſimiliter Dido apud eumdem Epiſt. VII. 37. & Ariadne Epiſt. X. v. 131. & apud Catullum Carm. LXV. v. 154. & alios poëtas paſſim; ſecutos veſtigia Homeri Iliad. Π. v. 33. ubi Patroclus idem Achilli exprobrat. penult. vers. correxi, *Ubera quaeque tibi*. nam in Schedis MSS. *Uberaque tibi*. licet Cl. Oudendorpius mallet, *Ubera quae tibi, quae potum* &c.

CXXLV.

CLXXV. THEMA VIRGILIANUM. *Turne, in te ſuprema ſalus* &c.

Turne, ſpes Italum, cuſtos fortiſſime regni,
Si properes muros, arces, civesque Latinos,
Non ſolitis urget Trojanus viribus hoſtis,
Sed potiora premunt: quare * nunc ignoſce fugaci;
Nec pugnae inferior, nec belli cede relictor
Adſerar, armatus * timendo praelia miles
Nec culpam nec crimen habet, nam bella minatus
Dum gerit Aeneas, reverendi fragor Olympi
Ex umbone tonat, coeleſtes concita flammas
Haſta jacit, oculis * flatus ingerit enſis

Ful-

CLXXV. *Turne ſpes Italum* &c.] Exſtat in iisdem ſchedis Salmaſianis, Runckenianis, Divionenſibus, & Leidenſi codice. Locus eſt ex Lib. XII. Aen. 653. & ſeqq. primo verſu forte legendum, *Turne, o ſpes Italum.* ut apud Virg. II. Aen. 281.

O lux Dardaniae, ſpes o fidiſſima Teucrum.

licet poſterioris aevi poëtae ſyllabas breves ſequente *ſp*, *ſt*, *ſc*, & ſim. paſſim produxerint. vid. ſupra ad LXXXIX. v. 60.

v. 3. *Nec ſolitis urget Trojanus viribus hoſtis*] ſic optime Divionenſis codex. in Salmaſ. Runcken. & Leid. Cod. vitioſe, *Non ſoliti ſurget homanus viribus hoſt s.*

v. 4. *quare * nunc ignoſce fugaci*] ita in Schedis Divion. & Runcken. In Salmaſ. *quare nuignuſce.* forte pro *quare ne ignoſce.* vel *quae nunc ignoſce fugaci.*

v. 5. *nec belli cede relictor* &c.] Salm. & Leid. *credere lictor.* Runckenianae ſchedae, *crede relictor.* in Divion. *caede relictor.* *Adſerar* in Salm. Runcken. & Leid. *Adſeris* Divion. in quo *timendo praelia miles.* metro invito. *fulmina* in Salm. & Leid. Corrupta haec & turbata ita forſan caſtiganda ſunt:

Nec pugnae (vel *pugna*) *inferior, nec bello, crede, relicto*
Adſerar, armatus renuendo praelia miles
Nec culpam nec crimen habet.

primo verſu imitatur illud Virg. XII. 630.

Nec numero inferior, pugnae nec honore recedes.

renuendo praelia, ut in illo Ennii fragmento, apud Diomedem, ex Lib. VIII. Annal. pag. 472. Ed. Merulae:

Certare abnueo, metuo legionibu' labem.

vel quia *fulmina* in Salm. & Leid. Cod. legitur, poſſis etiam, *metuendo fulmina.* nam ſequitur, *reverendi fragor Olympi Ex umbone tonat.* ut ſenſus ſit, ſe non habitum iri timidum aut victum, quia fugit Aeneam; quoniam miles non culpandus eſt, ſi metuit fulmina, quae Jovis inſtar emittit Aeneas.

v. 7. *nam bella minatus*] * *mutatus Dum gerit Aeneas* in Divion. & *me crimen. mutatus* in Salm. Leid. & Schedis Runcken. Sed ex conjectura edidi *minatus.* ut apud Virg. Turno dicit Saces v. 654.

Fulminat Aeneas armis, ſummaſque minatur
Dejecturum arces &c. *Dum* ſcripſi ex Cod. Divion. *Nunc* in Salm. & Leid.

v. 8. *reverendi*] *reverendo* Salm. Runcken. & Leid.

v. 10. *oculis * flatus ingerit enſis*] ita in Salm. & Leid. In Divion. *Haſta jacit oculis. flatus ingerit enſis.* Cel. Oudendorpius conjiciebat:

Haſta jacit, oculis adflatuque ingerit enſis
Fulgura. ut *oculis* ſit dativus. vel *adflatus*, ut *fulgura adflatus* pro *adflatu fulgurum* per Hypallagen dicantur. Sed pro *flatus* forte legendum, *oculis elatus ingerit enſis Fulgura.* vel *elatus ut.* quamquam de ultima hujus vocis ſyllaba cur ſolliciti ſimus in hoc genus poëtis, nulla cauſſa ſit. *elatus* autem enſis eſt, ictum minitans. ut apud Virg. X. Aen. 414.

—— *dextram fulgenti deripit enſe*
Elatam in jugulum.

ubi Servius, *Elatam, jugulo ſuo vulnus minantem.* ſic *elatam in colla bipennem* Silio Lib. V. v. 499. reſtituit Gronovius, probante Heinſio. *elata in caput ſecuris* Livio Lib. I. cap. 40. fin. vide notas Patrui ad Valer. Fl. V. 614. praeterea male in Divionenſi a manu prima *injicit*, pro *ingerit*. Virg. IX. Aen. 763. & XII. 330. *raptas fugientibus ingerit haſtas.* ejusque imitatione Valer. Fl. VI. 230. loco huic ſimili:

Fulmineumque viris proturbans ingerit enſem.

ubi vide notas. eadem varietas apud Lucanum Lib. VI. 232.

Non eget ingeſtis ſed vulſis pectore telis.

& Lib. VII. 157. *atque oculos ingeſto fulgure clauſit.* ubi in aliis *injecto.* vide iſtic Patrui mei notas.

v. 11.

Fulgura, progenieſque Dei teſtata vigorem
Numinis antiqui ſpoliavit fulmine coelum,
Et tulit arma Jovi, quod felix turba Deorum
In ſaevos quondam potuit conferre Gigantas,
Aeneas nunc ſolus habet; urbisque ruinam
Saevo Marte parat, Italasque evertere turres,
Non ariete gravi, non torti turbine ſaxi
Diſponit, ſpernit belli tormenta magiſter,
Et memor exitii Trojam ſic eſſe ſepultam,
Jamque faces, non tela jacit, ſcit quippe Tyrannus
Iliacas ſine * face domos ſtetiſſe per aevum.
Eia age, curre puer, te mater, Rexque Latinus,
Turba ſenum lacrimans, Lavinia virgo requirit.

CLXXVI. THEMA. INCIPIT LOCUS VIRGILIANUS.

Vivo equidem, vitamque extrema per omnia duco.

VIRI CLARISS. CORONATI VERSUS XXIX.

Aſpera diverſo laxatur vita dolore,
Et morti vicinus eo, vivitque dolori
Aegra ſalus, noſtras cruciant dum flamina mentes,
Vitae flatus abit: quantus poſt Pergama caſus!

5. Vi-

v. 11. *progenieſque Dei*] ita in Salm. & Runckenianis ſchedis, ac Cod. Leid. *progeniemque* Divion. Oudendorpius legebat *progenieſque Deûm.* ſeu proles Deae teſtata vigorem *numinis antiqui*, vel *antiquo fulmine.*

v. 13. *Et tulit arma Jovi*] Diſtingue cum Cel. Oudendorpio, *Et tulit arma. Jovi quod felix* &c.

v. 16. *Saevo Marte parat*] ita recte in Divion. & Runcken. Schedis. *Saevam arte* Salm. & Leid. Cod.

Ibid. *Italasque evertere turres*] ſic lege ex Codicis Salm. & Leidenſis veſtigiis, in quibus *Italasque vertere.* vitioſe in Divionenſ. *ſtatasque tollere.* reſpicit forte illud Virg. IX. 532.

Turris erat vaſto ſuſpectu, & pontibus altis,
Oportuna loco: ſummis quam viribus omnes
Expugnare Itali, ſummaque evertere opum vi
Certabant. & Lib. XII. 655.
—— *ſummasque minatur*
Dejecturum arces Italum, excidioque daturum.

vers. ſeq. metri vitium admiſit in voce *ariete*, licet habuerit aute oculos illud Virgilii XII. Aen. 706.

Convertere oculos Itali; quique alta tenebant
Moenia, quique imos pulſabant ariete muros.

v. 21. *Iliacas ſine * face domos*] ita in Schedis MSS. repugnante metro, & ingrata repetione, cum *faces* praeceſſerint. Cl. Oudendorpius tamen id retinendum putabat, & intelligendum de Trojae ruina, ex vaticinio Caſſandrae & Nerei apud Horat. Lib. I. Od. 15. & ſomnio Hecubae apud Ovid. Epiſt. XVI. v. 49. & 121.

v. 22. *curre puer*] ſic Divion. an *Eia age, care puer?* Sed melius tamen in ſchedis Salm. Runcken. & Leid. Cod. *curre precor. te mater, rexque Latinus* &c. adumbrata enim haec ſunt ex Lib. XII. Aen. 656.

Jamque faces ad tecta volant. In te ora Latini,
In te oculos referunt: muſſat rex ipſe Latinus &c.

CLXXVI. *Aſpera diverſo* &c.] initium hujus carminis ex vetuſto Codice Pithoeano ſub titulo etiam CORONATI V. C. produxit Sirmondus ad Ennodium pag. 80. ſed vitioſi codicis mendis deterritus reliqua omiſit, quae nos, partim ex Divionenſibus, partim ex Salmaſianis, & Runckenianis Schedis, ac Leidenſi Codice, inſtituta conparatione, integra & emendata hic exhibemus.

v. 1. *laxatur*] lege *laſſatur.* ut perpetua eſt harum vocum varietas. vide notas ad Ovid. Epiſt. II. 123. & Petron. cap. 82. ubi *laſſata temeritate* etiam eſt in Cod. Scaligeri, pro *laxata.* & ſic apud Claudian. II. de Laud. Stil. 145. & Lib. III. 228. alioſque. ſed nec male in Cod. Divionenſi legitur *luxata eſt vita.* adpoſito tamen aſteriſco.

Vidit enim praeclara manus, quos ſaepe dolores
Pertulit, atque iterum quas ſenſit Troja ruinas,
Plus cecidit poſt fata Phrygum, nunc ipſa cremata eſt
In natis incenſa ſuis, recidivaque morti
Juncta eſt, & caeſum meruit miſeranda maritum.
Traditur infeſtis ſemper nova nupta procellis,
Et flammas habet ipſa ſuas, taedasque miniſtrat
Sola ſibi, non lucis eget, non ignibus umquam,
De facibus micat ipſa ſuis, lumenque nigellum
Poſſidet infelix ſemper; quas aequoris iras,
Quas coeli terraeque lues miſerabile vulgus
Pertulit errantes ſaevis Tritonis in undis.
Atque domus mihi pontus erat, Phrygiique penates,
Et quaſi jam pirata fui, lacrimisque profuſis
Inter aquas ſiccabat homo, noſtroque profecto
Fluctibus addebant, fluctus creſcebat in aſtris,
Et mihi naufragium noſtri fecere liquores.
Jam mulier ſibi nauta fuit, jam virginis aſtrum
Vidit virgo potens, fortes torquere rudentes,
Et remis aptare manus, curaque vigente
Nocte vigil fuerat, non norat femina ſomnum,
Sideribus jam docta poli, labor ipſe magiſtram
Fecerat aſtrorum, norat venientia fata;
Non ver tranquillum fuerat, non mollior aeſtas
Sideribus, tempus requiem non denique norat.

CLXXVII.

v. 10. *Infeſtis*] ſic Salm. & Leid. *infauſtis* Divion.

v. 12. *non lucis eget*] ita legend. *egit* Salm. & Leid. *non * luce legit* Divion.

v. 16. *ſaevis Tritonis in undis*] ita legendum, nam vitioſe in omnibus ſchedis MSS. *ſaepius* exaratur: quomodo paſſim peccarunt ſupinae librariorum manus. apud Ovid. Epiſt. XIX. 22, *Corripio verbis aequora ſaeva tuis.* ut legebat Heinſius & Francius, probante Patruo meo. ubi in MSS. *ſaepe*, in aliis *paene*. Lib. XIV. Met. 559. *quam multa pericula ſaevo Pertulerint pelago.* ut recte a viris doctis pro *ſaepe* reſtitutum. & apud Lucanum Lib. IX. 338. *Tunc magis impactum brevibus mare, terraque ſaevit Obvia conſurgens.* ubi antea *ſaepe* legebatur. apud Claudian. IV. Conſ. Hon. 420. in MSS. *variis quam ſaeva procellis Exploravit hiems.* ubi *ſaepe* in vulgatis. & ita variant codices apud Propert. I. 3. 44. & II. 29. 52. Ovid. IV. Triſt. 6. 23. & alibi. in Floro Lib. II. cap. 18. *nec ſuſtinuit modo ſed ſaevius aliquanto perculit.* ubi *ſaepius* malebat Lipſius, improbante Graevio. apud Horat. II. Od. 10. 9. *Saepius ventis agitatur ingens Pinus.* ubi recte *Saevius* corrigebat Patruus meus ad Ovid. Epiſt. XIV. v. 39. quam emendationem unice firmat Lucret. Lib. I. 275. & ſeqq. eamque alii poſtea arripuerunt.

v. 19. *Inter aquas ſiccabat homo noſtroque profecto &c.*] Inepta haec lectio, & cujus ſenſum nemo facile adſequatur. Cel. Oudendorpius tentabat,

—— lacrimiſque profuſis
Inter aquas ſtagnabat humus, noſtraſque profecto
Fluctibus addebat, fluctus creſcebat in aſtra.

ut innuat multitudine lacrimarum ſuarum ſtagnaſſe humum, & eas addidiſſe fluctibus, qui hinc creſcebant in aſtra: unde ſuis lacrimis ſibi naufragium factum. Ita ſaltem aliquis huic loco ineſt ſenſus, licet pro genio poëtae mirificus.

v. 27. *venientia fata*] ſic leg. ex Divion. *venientium facta* Salm. & Leid.

Digitized by Google

CLXXVII. V. C. CORONATI.

Medeam fertur natos Prognemque necaſſe,
En natis atavisque ſimul, vel caede ſuorum,
Creſcit plus moriens, ſumſit de prole tumorem.

CLXXVIII. MEDEA.

Eſto nunc Sol teſtis, & haec mihi terra precanti,
Et dirae ultrices, & tu Saturnia Juno,
Ad te confugio, nam te dare jura loquuntur
Connubiis, ſi quid pietas antiqua labores

5. Reſ-

CLXXVII. V. C. CORONATI.] In iisdem Schedis MSS. CORONATO tribuitur hoc Epigramma.

v. 1. *necaſſe*] *negaſſe* S. & L.

v. 3. *prole*] ſic Salm. & L. *caede* Divion.

CLXXVIII. MEDEA &c.] Poëmatium hoc, inſtar Tragoediae ſcriptum, & ex Centonibus Virgilianis conflatum, producimus ex vetuſto Cod. Salmaſiano, & Leidenſi recentiore, Salmaſiani libri apographo. Ejus initium uſque ad v. 134. *Ramo frondente pependit*, edidit P. Scriverius ſub titulo *Tragoediae Veteris* in Collectaneis veter. Tragicorum poſt Senecam pag. 187. ad p. 190. ex iisdem membranis Salmaſii, qui ſaepe jactavit ſe habere antiquam Tragoediam Medeam. vide eum ad Capitolin. Macrin. cap. XI. & Trebell. Poll. Gallien. cap. 8. ubi ita laudat: *in Tragoedia Medea, quam penes me ſcriptam in vetuſtiſſimis membranis habeo.* Sed in errorem adduxit viros eruditos, qui exiſtimarunt eum poſſediſſe deperditam Ovidii Medeam, quod & de Bilibaldo Pirkheimero traditum. ita credebat Fabricius Vol. I. Bibl. Lat. c. 15. p. 274. ſed quod ipſe correxit Vol. II. p. 380. Notum eſt Ovidianam Medeam memorari Quintiliano Lib. X. cap. 1. ubi vide Patrui mei notas p. 912. & ad Lib. VIII. cap. 5. p. 721. ubi & Salmaſium & Scriverium erroris inmunes facit, cum neuter Ovidio adtribuerit, ſed Salmaſius tantum notaverit penes ſe eſſe antiquam Tragoediam Medeam in vetuſtiſſimis membranis, ſed Ovidio tamen non adſcripſerit. Certe verſus ille, quem ex Ovidii Medea altero loco adfert Quintilianus, *Servare potui, perdere an poſſim rogas?* in his legi non poteſt, quia diverſi metri eſt, quem ex illo Virgilii in Ciri v. 275. deſumtum eſſe Patuus meus putabat,

Ut me ſi ſervare potes, ne perdere malis.

ubi idem notavit Scaliger. & ſic Barthius in Adverſariis, & Delrius in notis ad Senec. Med. init. ſed dubito an non adumbratus ſit ex antiquiore poëta; veluti ex illo Ariſtophanis in Nubib. v. 1179.

Νῦν δ' ὅπως σώσῃς μ', ἐπεὶ κἀπώλεσας.
Nunc ergo me ſerves, quia & perdidiſti.

ſimiliter ipſe Ovidius Lib. IX. Met. 728.

—— *ſi Di mihi parcere vellent,*
Parcere debuerant, ſi non & perdere vellent;

quamquam verſum iſtum adulterinum exiſtimet Heinſius. & forte nota e Tragico vetuſtiore fuit ſententia, ad quam etiam reſpexiſſe potuit Cicero pro Planc. cap. 36. in fine: *ut idem perditor Reipubl. nominarer, qui ſervator fuiſſem.* neque diſſimile illud Jaſonis apud eumdem Ovidium Epiſt. XII. 75.

Perdere poſſe ſat eſt; ſi quem juvet ipſa poteſtas.
Sed tibi ſervatus gloria major ero.

Ejuſdem Medeae Ovidianae meminerunt inter veteres Auctor de Cauſſ. Corr. Eloq. cap. 12. *Nec ullus Aſinii aut Meſſalae liber tam illuſtris eſt, quam Medea Ovidii aut Varii Thyeſtes.* eamque ſcripſiſſe juvenem patet ex Lib. III. Amor. El. 1. 29. & certus ſum genuinum ex Medea Ovidiana verſum haberi apud Senecam Suaſor. III. *Feror huc illuc ut plena Deo.* licet tantum ex Tragoedia Ovidii, Medeae nomine non expreſſo, proferat. Gravius autem inpegerunt viri eruditi, qui adfirmarunt de Ovidii Medea loqui Tertullianum de praeſcript. Haeret. cap. 39. quod falſum eſſe, & eodem in loco innui hanc ipſam, quam nunc primi integram publicamus, Medeam, e centonibus Virgilianis conpoſitam, verumque ejus auctorem eſſe *Oſidium* vel *Hoſidium Getam*, qui cum Ovidio inter Getas exſulante confuſus eſt, conſtabit, ſi ipſa Tertulliani verba adſcribamus: Ita enim ille: *Vides hodie ex Virgilio fabulam in totum aliam conponi, materia ſecundum verſus, verſibus ſecundum materiam concinnatis. Denique Hoſidius Geta Medeam Tragoediam ex Virgilio pleniſſime exſuxit. meus quidam propinquus ex eodem poëta inter cetera ſtili ſui otia Pinacem Cebetis explicuit. Homero-Centones etiam vocari ſolent, qui de carminibus Homeri propria opera more centonario ex multis hinc inde conpoſitis in unum ſarciunt corpus.* quae ultima deſcripſiſſe in Vocabulario ſuo Papiam, ubi de centonibus agit, ſupra notavi ad Carm. CLXX. init. niſi potius ea pro more conpilaverit ex Iſidoro. Lib. I. Orig. cap. 38. circa finem, ubi plane eadem occurrunt, & in fragmento MS. quod olim P. Danielis, deinde N. Heinſii fuit, pari errore, quo apud Papiam, legi-

5. Reſpicit humanos, noſtro ſuccurre labori,
Alma Venus; quicumque oculis haec adſpicis aequis;

Ac-

tur *more centenario* &c. *in unum farciunt corpus.* pro *more centonario farciuntur.* Patet igitur Tertullianum memorare Medeam hanc Tragoediam, e verſibus Virgilianis artificio centonario concinnatam, ejusque auctorem eſſe Hoſidium Getam, male cum Ovidio confuſum, quia illius Tragoediam Medeam exſtitiſſe olim noverant, ſed quae verſibus Jambicis conſcripta fuiſſe videtur, unde ridicule caecutiit Delrius, qui initio Commentarii ad Senecae Medeam ſcribit, *Tertullianum forte ad ſententiam magis quam ad verba reſpexiſſe, dum Ovidii Medeam ex Virgilio centonem nuncupat.* neque ſagacius rem egit Barthius, qui ad Claudian. pag. 1160. conjicit illam Ovidii Tragoediam verſibus Virgilianis contextam a Tertulliano tradi. perperam quoque apud eumdem Colomeſius & alii emendarunt, *Ovidius Scytha.* vel *Getam* vocari crediderunt Naſonem, quia ipſe Lib. IV. Ponticor. Epiſt. 13. 18. dicit:

Carmina quae faciam paene poëta Getes.

quae certe viris eruditis non excidiſſent, ſi Tragoediam hanc Medeae centonariam vidiſſent. An autem ille Oſidius vel Hoſidius Geta idem ſit ac Cn. Hoſidius Geta, qui ſub Claudio Conſul fuit cum L. Vagellio A. V. C. 800. & qui in Faſtis Conſul. Almelov. p. 119. atque Inſcriptione inſigni occurrit apud Reineſ. Cl. VII. n. XI. p. 475. & 476. quae continet illud Sctum, cujus ad Tertull. d. l. meminit Rigaltius, ſed quod emendatius exſtat in Inſcriptionibus Donianis pag. 84. decernere vix poſſum. neque an ille ſit, qui apud Dion. Caſſ. Lib. LX. cap. 20 p. 678. Γαῖος ὁ Σίδιος male vocabatur, ut ibidem Rigaltius notat; nam recte Γναῖος Ὀσίδιος Γέτας edidit Reimarus, ut & corrigendum monuit Cuperus in Epiſt. ad la Croze pag. 29 & an ad hunc vel patrem ejus referendus ille Ὀσιαῖος Γέτας, cujus ſecundi Triumviratus meminit idem auctor Lib. XLVII cap. 10. pag. 498. ubi quoque α in δ mutato ex correctione Fabricii edidit Reimarus Ὀσίδιος. vide etiam Lib. LX. cap. 9. pag 947. ubi olim edebatur etiam Γναῖος ὁ Σίδιος. Et certe Hoſidius ille Geta, Tertulliano laudatus, ad inferiorem aetatem detrudendus eſt, neque conſtare puto, id genus carminis centonarii jam Claudii tempore in uſu fuiſſe, quod minime tam antiquum, neque facile aliud hac ipſa Medea, & Auſoniano Centone Nuptiali vetuſtius nobis ſupereſſe credo: neque credebat etiam Cuperus in Epiſtolis Gallicis Ep. VIII. p. 23. & 24. qui Hoſidium Getam, Medeae hujus auctorem, ad aetatem Tertulliani refert ex voce *hodie* in ejus loco: *Vides hodie ex Virgilio* &c. & quia addit, *meus quidam propinquus ex eodem poëta* &c. Hoſidio nempe. Aliter tamen cenſet Fontanin. de Antiq. Hortae Lib. II. pag. 295. ubi auctorem hujus Medeae facit antiquiſſimum prae ceteris, quorum centones Virgilianos habemus, Oſidium Getam, qui ſub Claudio I. vixit, & Tertulliano memoratur, atque inepte cum Ovidii Medea confunditur: quod pluribus ſe oſtendiſſe dicit in Diſſertationibus ineditis de Cornelio Gallo poëta, quas deinde inſeruit Hiſtoriae Literar. Aquilejenſi, ubi vide cap. 2. pag. 36. De aliis poëtis antiquis, qui *Medeam* Tragoediam ſcripſerunt, vide notata Patruo meo ad Ovid. II. Triſt. v. 387. & de Statii Medea Gevart. Lect. Papin. pag. 15. Ennium quoque Medeam, ex Euripide expreſſam, conſcripſiſſe, notum eſt, quam *Medeam exſulem* inſcriptam fuiſſe ex Nonio Marcello docet Victor. ad Cic. VII. ad Fam. Epiſt. 6. ne quid dicamus de Attii Medea, cujus fragmenta cum Euripideis egregie contulit Scaliger ad Varron. pag. 100.

v. 1. *Eſto nunc Sol teſtis, & haec mihi terra precanti*] ita in Salm. & Leid. ſed Heinſius ex majori codicum optimorum numero *vocanti* praetulit apud Virg. XII. 176. ubi totus hic verſus legitur: & recte, quia praecedit illic *precatur*, & *precor* mox ſequatur. id firmat codex Amſtelaed. ſed *precanti* in meo codice, ut & hic edidit Scriver. ita paſſim cognata haec verba in MSS. confunduntur. Lib. XI. Aen. 101.

Velati ramis oleae, veniamque rogantes.

ubi in Parrhaſ. & Veneto *precantes.* apud Tibull. Lib. III. El. 2. v. 15.

Praefatae ante meos manes, animamque precatae.

ubi *rogatae* in plurimis MSS. & Edd. vetuſtis. ſic *vocare* & *rogare.* vid. ad Ovid. Ep. XX. 191. & alibi.

v. 4. — *ſi quid pietas antiqua labores Reſpicit humanos, noſtro ſuccurre labori*] ſic edidit Scriverius. In Salmaſ. vitioſe legebatur, *Reſpice homano.* in Leid. *ſuccurrere labori.* primum legitur Aen. V. 688. alterum Lib. IX. 404.

Tu Dea, tu praeſens noſtro ſuccurre labori.

ubi ſi *dolori* in Codd. exſtaret, huic certe loco melius conveniret, propter inconcinnam in fine duorum verſuum utriusque vocis repetitionem. alia enim res eſt infra v. 28.

Et ſi pietate meremur,
Noſtro ſuccurre labori.

unde tamen colligas poëtam hunc in ſuo Codice Virgiliano etiam *labori* habuiſſe. Quam frequenter autem *labor* & *dolor* in MSS. apud Ovid. alioſque poëtas confundantur, adnotare opus non eſt. Quia tamen in loco Virgilii nihil variant codices, retineamus *labori*, licet verſus praecedens in eamdem vocem exeat, cum non pauca talia exempla ſint apud ſimiles non tantum centonarios, ſed longe melioris aevi poëtas, ubi in eadem voce aut

plu-

Accipite haec, meritumque malis advertite numen.
Quid primum deſerta querar? connubia noſtra
Repulit, & ſparſos fraterna caede penates.
Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vaſta Charybdis,
Profuerit, mediosque fugam tenuiſſe per hoſtes?
Inprobe amor, quid non mortalia pectora cogis?
Juſſa aliena pati: iterumque revolvere caſus,
Ire iterum in lacrimas. Sed nullis ille movetur
Fletibus, infixum ſtridet ſub pectore vulnus.
Extinctus pudor, atque inmitis rupta tyranni
Foedera, & oblitus famae melioris amantis,
Oblitusve ſui eſt: lacrimae volvuntur inanes.
Nusquam tuta fides, vana ſpe luſit amantem
Crudelis. quid, ſi non arva aliena domosque
Ignotas peteret, pro virginitate reponit?
Heu pietas, heu priſca fides! captiva videbo
Reginam thalamo cunctantem, oſtroque ſuperbo.
Haud inpune quidem, ſi quid mea carmina poſſunt.

CHO-

pluribus deſinunt, vel ſimili principio inchoantur verſus, qui ſaepe ob id perperam a librariis omiſſi, vel ab editoribus deleti fuerunt: ut egregie oſtendit Rittersh. ad Gunther. Ligur. pag. 148. quo referendum illud Petronii, quod ſupra dedi Epigr. 51.

——— *ibit ad aras*,
Sancte, tuas hircus, pecoris pater ibit ad aras.

Corniger. ubi alterum verſum a Scaligero in Catalectis ea propter omiſſum eſſe notavi.

v. 6. *quicumque oculis haec adſpicis aequis*] male in Cod. Salm. & Leid. *aut quicumque. adſpicit* legitur in ipſo Virg. Aen. IX. 209. ſed *adſpicis* edidit Scriver. ut eſt in Cod. Salm. & Leid.

v. 13. *quid non mortalia pectora cogis*] *pectora* deerat Salm. & ſuperſcr. in Leid.

v. 15. *infixum ſtridet*] *ſtridit* in Salm. & Leid. a verbo *ſtridere*. penult. brevi. quod & apud Virg. IV. Aen. 689. in antiquioribus haberi codicibus teſtatur Pierius, & multis defendit Heinſius. Sane Servius ad Virg. II. Aen. 217. teſtatur antique *ſtrido, ſtridis.* ſed ſua aetate *ſtrideo, ſtrides*, dictum fuiſſe. v. Heinſ. & Patr. ad Ovid. IX. Met. 171. Oudend. ad Lucan. VI. 179. & Lib. IX. 916. de ſimilibus verbis *fervere*, *tergere*, & aliis, vide Rittersh. ad Gunther. Lib. I. Ligur. pag. 18. & 19. Pincier. Lib. IV. Parerg. 4. Scriver. ad Martial. III. Ep. 4. Heinſ. ad Prudent. pag. 92. & Schoetg. ad Juvenc. Lib. I. v. 114. ut autem hic *ſtridet vulnus*, ita apud Valer. Fl. Lib. III. v. 278. & *adhuc ſtridentia prenſant vulnera.* ideſt recentia, calentia. ut *ſtridentia exta*, & ſim. vide notas Patrui mei ad Petron. cap. 95.

v. 17. — *oblitus famae melioris amantis*] ſic Salm. & Leid. & Scriverii editio. *oblitos amantes* legitur in Virg. IV. Aen. 221.

v. 18. *Oblitusve ſui eſt*] *ſuae eſt* in iisdem Schedis, quia *famae* praeceſſit. ſed male. vid. ſupr. ad carm. CLXXII. v. 145.

v. 21. *Ignotas peteret, pro virginitate reponit?*] ita optime in Cod. Salm. & Leid. nec video cauſſam, cur & membranarum ſcripturam, & diſtinctionem ac lectionem hemiſtichiorum Virgilii ipſius ex ſuo arbitrio mutaverit Scriverius hunc in modum:

——— *quid? ſi non arva aliena domosque*
Ignotas petis? haec pro virginitate reponis?

non enim Jaſonem ipſum hic aut in praecedentibus adloquitur Medea, ſed tacitas & ſolas querelas in eum effundit exſul ac repudiata. Mutationis anſam Scriverio dedit, quod in Cod. Salmaſ. legeretur:

Ignotas peteret, haec pro virginitate reponit.

& ita in Cod. Leidenſi. ſed deleta tantum *haec* recte conſtat ſenſus, & integra manet lectio hemiſtichiorum Virgilianorum ex Lib. IV. Aen. 311. & Lib. XII. v. 878.

v. 22. *Heu pietas, heu priſca fides! captiva videbo*] bene ita correxit Scriverius. cum in Cod. Salmaſ. eſſet, — *heu priſca fides, & haec captiva videbo.* quomodo etiam in Leid. ſed in neutro hujus ver-

Digitized by Google

CHORUS COLCHIDARUM.

Rerum cui ſumma poteſtas,
Precibus ſi flecteris ullis,
Et ſi pietate meremur,
Noſtro ſuccurre labori.
Et tu Saturnia Juno
Cui vincla jugalia curae,
Oculis haec adſpicis aequis?
Nemorum Latonia cuſtos,
Triviis ululata per urbes
Sic nos in ſceptra reponis?
Quid o pulcherrime conjunx,
Potuiſti linquere ſolam?
Per tot diſcrimina rerum
Nequidquam erepte periclis.
Manet alta mente repoſtum,
Quem forti pectore & armis
Quaeſitas ſanguine dotes.
Felix, heu nimium felix,
Dum fata deusque ſinebant!
Neſcis heu perdita necdum,
Quae te dementia cepit
Caput objectare periclis.

ſus hemiſtichio apud Virg. *& haec* leguntur. verſumque efficiunt plus aequo longum. ut modo verſ. praeced. vide ſupra ad Carm. CLXXII. v. 145.

v. 23. *Reginam thalamo cunctantem*] ſic exſtat apud Virg. IV. Aen. 133. *thalami cunctantes* in Salm. & Leid. & v. ſeq. *Aut inpone.*

CHORUS COLCHIDARUM.] neſcio cur Chorum hunc totum edere neglexerit Scriverius, cum in Codice Salmaſiano, unde habuit, legatur. male autem in illo Cod. & Leid. COLCITARUM ſcribitur pro COLCHIDARUM, ideſt COLCHIDUM. vid. Salm. ad Trebell. Poll. Gallien. cap. 8. vel ſcribe cum Cl. Oudendorpio COLCHICARUM. nam a *Colchis* eſt *Colcha*, *Colchica*, *Colchiaca*, non *Colchida.*

v. 37. *Per tot diſcrimina rerum*] in Salm. *per totu.* In Leidenſ. *per tot o diſcrimina.*

v. 40. *Quem forti pectore, & armis,*
Quaeſitas ſanguine dotes] ita in Salm. & & Leid. Cod. Sed in his ſenſum deſidero, uno hemiſtichio Virgiliano, quod forte excidit, facile reſtituendum, ſi ex Lib. IV. Aen. 111. inſeramus, ac legamus,

Quam forti pectore, & armis,
Medioque ex hoſte recepit
Quaeſitas ſanguine dotes!

quas dotes ſanguine quaeſitas Medeam in gratiam Jaſonis medio ex hoſte, ideſt ſerpentibus ac tauris, recepiſſe hic indicet Chorus, deſcribit ipſa apud Ovid. Epiſt. XII. 199. & ſeqq.

Dos ubi ſit, quaeris; campo numeravimus illo,
Qui tibi laturo vellus arandus erat.
Aureus ille aries, villo ſpectabilis aureo,
Dos mea: quam, dicam ſi tibi, redde; neges.
Dos mea, tu ſoſpes: dos eſt mea, Graja juventus,
I nunc, Siſyphias, inprobe, confer opes.

vide & Euripid. in Medea v. 476. & ſeqq.

v. 43. *Dum fata Deusque ſinebant*] Deeſt hic verſus codici Leidenſi.

Digitized by Google

Haec nos ſuprema manebant,
Hoc ignes araeque parabant.
Noſtram nunc accipe mentem,
Vaginaque eripe ferrum,
Ferroque averte dolorem.

CREON, MEDEA.

CR. Femina quae noſtris erras in finibus hoſtis,
Flecte viam velis, neque enim neſcimus & urbem,
Et genus inviſum, & non innoxia verba.
Hoſtilis facies occurrat & omina turbet.
MED. Nullae hic inſidiae; nec tanta ſuperbia victis.
CR. Non ea vis animo: nec ſic ad praelia veni.
Non, ut rere, meas effugit nuntius aures,
Unde genus ducis varium & mutabile ſemper.
Tu potes unanimes armare in praelia fratres,
Funereasque inferre faces, & cingere flamma,
Pacem orare manu, & vertere ſidera retro,

At-

v. 52. *Femina quae noſtris erras in finibus hoſtis*] ſic edidit Scriverius. *errans in finibus* legitur in Virg. IV. Aen. 211. & hic in Cod. Salm. & Leid. ſingulare in hoc carminum genere eſt, quod hoc in loco unica vox *hoſtis* in fine verſus adjiciatur ex Lib. VII. 713. ubi legitur *Trojani nominis hoſtis.* ut in margine adnotavit Scriver. nam in primo Virgilii loco habetur *Femina, quae noſtris errans in finibus urbem Exiguam pretio poſuit:* ſed potuit etiam poëta reſpicere ad Lib. VII. 469. ubi eſt, *detrudere finibus hoſtem*, & in ſuo Cod. ſcriptum inveniſſe *finibus hoſtis* pro *hoſtes. Flectem viam* vitioſe in Salm. & Leid.

v. 54. *Et genus inviſum, & non innoxia verba*] ſic Salm. & Leid. Cod. primum hemiſtichium eſt ex Lib. I. 28. In altero edidit Scriverius *nec non innoxia verba.* repugnante ſenſu. Itaque alterum praetuli, quia ita non tantum in ſchedis noſtris MSS. exſtabat, ſed in ipſo Virg. II. Georg. 129. eſt enim hiatus in verſu, Virgilio frequentiſſimus, de quo ſupra ad Carm. CLXX. v. 68.

v. 55. *Hoſtilis facies occurrat & omina turbet*] in Cod. Salmaſ. *occurrat adque homina turbet.* in Leid. *turbat* a man. pr. ſed *turbet* a m. ſec. Scriverius edidit,

Hoſtilis facies occurris, & omina turbas.

Sed ita mutare verſus Virgilianos in his centonibus non decet. levius eſſet, ſi legeremus,

Hoſtilis facies ne occurrat &c.

nam apud Virg. Lib. III. Aen. 407. habetur,

Ne qua inter ſanctos ignes in honore deorum
Hoſtilis facies occurrat, & omina turbet.

ubi *omnia* in multis Codd. MSS. ut ſemper haec confunduntur.

v. 57. *nec ſic ad praelia veni*] *venis* in Cod. Leid. male.

v. 59. *Unde genus ducis varium & mutabile ſemper*] ſic edidi ex Cod. Salmaſ. & Leid. ut *genus varium & mutabile* junxerit poëta. nam Scriverius addidit ex Aen. IV. 569.

Unde genus ducis. Varium ac mutabile ſemper
Foemina;
Tu potes unanimes &c.

relicto verſu mutilo. Sed cum in Cod. Salmaſiano, unde ipſe Scriverius protulit, una ſerie legantur ita ut edidi, nullo cum lacunae indicio, membranarum auctoritatem ſequi praeſtat.

v. 62. *Pacem orare manu, & vertere ſidera retro,*] Hunc quoque verſum a Scriverio omiſſum revocavi ex Salmaſ. & Leid. Cod. primum hemiſtichium exſtat Lib. X. 80. alterum Lib. IV. 489. ſane hunc negligi non oportebat, ne quatuor integri verſus Virgiliani hic occurrant, qui leguntur Lib. VII. 335. & ſeqq.

Tu potes unanimes armare in praelia fratres,
Atque odiis verſare domos; tu verbera tectis
Funereasque inferre faces; tibi nomina mille,
Mille nocendi artes.

vs. 64.

Atque odiis verſare domos. tibi nomina mille,
Mille nocendi artes foecundaque * poenis
Viſcera * notumque furens quid femina poſſit.
Cede locis, pelagoque volans da vela patenti.
MED. Rex, genus egregium, liceat te voce moneri,
Pauca tibi e multis, quoniam eſt oblata facultas,
Dicam equidem, (licet arma mihi mortemque mineris)
Ne pete connubiis natam: meminiſſe juvabit;
Diſſice conpoſitam pacem, miſerere tuorum.

CR.

v. 64. ——— *foecundaque * poenis Viſcera, * notumque furens quid femina poſſit*] Malui mendoſam Codicis Salmaſiani & Leidenſis exhibere ſcripturam, quam cum Scriverio mutare hemiſtichium Virgilianum, totumque verſum negligere: ille enim ita edidit,

—— foecundaque viſcera poenis.
Cede locis, pelagoque volans &c.

apud Virgilium vero Lib. VI. Aen. 598. — *foecundaque poenis Viſcera.* ut hic in Cod. Salmaſiano. alterum illud, *notumque furens quid femina poſſit*, exſtat Lib. V. 6. Si voculam unam inſerere liceret, connectere ſenſum facile eſſet hoc modo:

——— tibi nomina mille,
Mille nocendi artes ſemper; foecundaque poenis
Viſcera ſunt: notumque, furens quid femina poſſit.

vel cum Cl. Oudendorpio vocem *teſtor* ob vicinitatem literarum earumdem *Mille nocendi artes, teſtor*, inſerere. ita certe omnia bene cohaerent, & locum ſuum tuetur verſus ille, quem Scriverio praeteritum miror, cum clare in Codice Salmaſiano, qui ipſi ad manum fuit, legatur, & quo opportune in Medeam hic utitur Creon.

v. 66. *Cede locis*] Eſt ex Lib. VII. Aen. 559. quem locum recte protulit Broukhuſ. ad Propert. I. 9. 27. inter illa exempla, in quibus *cedere* dicitur de iis, qui vel judicio vel vi aliqua de loco dejiciuntur. & expreſſit ſine dubio Virgilius illud Homeri Iliad. α. v. 522.

Ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν αὖθις ἀπόστιχε.

quod Scholiaſtes exponit per ἀναχώρει. *cedere de loco* apud Livium Lib. III. 63. Medea apud Ovid. Epiſt. XII. v. 134.

Auſus es Aeſonia dicere cede domo.
Juſſa domo ceſſi.

quo loco optime firmatur Patrui mei emendatio in vexato Propertii verſu Lib. II. El. 17. 12.

Colchida ſic hoſpes quondam decepit Jăſon:
Electa eſt tenui namque Creüſa domo.

ubi mire variant Codices, & fluctuant interpretes. ſed in notis ad Virg. II. Georg. 407. legebat,

Ejecta tenuit namque Creuſa domum.

ideſt ejecta Colchide, ſive Medea, Creuſa tenuit domum Jăſonis. nec male Cl. Oudendorpius tentabat,

Ejecta eſt. tenuit namque Creuſa domum.

certe *Ejecta* legitur in tribus Voſſianis, uno Leidenſi, Dorvilliano, meoque codice. emendatio autem Heinſii, quam in notis ſuis dedit Broukhuſius, & altera, quae adfertur in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. I. pag. 129. nimium a vulgatae ſcripturae veſtigiis recedit.

v. 67. *liceat te voce moneri*] ſic legitur in Salm. & Leid. *moveri* edidit Scriverius. quod ex ſolo Heinſiano Codice, quem Venetiis conparavit, apud Virg. III. Aen. 461. Patruus meus notavit. inveni id quidem in fragmento etiam Walliano, ſed a manu ſec. correctum *moneri*. quod & in Amſtelaed. meoque Codice habetur. & hoc ſervant etiam Schedae MSS. ſupra in carmine Didonis v. 131.

v. 69. *Dicam equidem, (licet arma mihi mortemque mineris)*] ita edidit Scriverius, & conſentiunt Salm. & Leid. Codex, licet *minetur* ſit in Virgilio Lib. XI. 348. quod tamen hic etiam poteſt admitti, ut intelligatur Jăſon. diſtinctionem ſecutus ſum, quam apud Virg. ipſum faciendam jubet Servius, qui notat ad vocem *licet* parentheſin ponendam eſſe; nam in vulgatis eſt,

(Dicam equidem, licet arma mihi mortemque minentur.)

v. 71. *Diſſice conpoſitam pacem*] ita & hic ſcribunt Schedae noſtrae MSS. non *disjice*, ut paſſim in vetuſtis membranis, ſed quod perperam viri docti amplexi ſunt, cum ſcriptura iſta nata ſit ex more librariorum literam *i* non geminantium. vid. N. Heinſ. ad Virg. I. Aen. 70. licet alterum probare videatur Gronov. ad Senec. Agam. 195. ubi quae de Claud. Puteano dicit, videbis amplius apud Gevart. Lib. II. Elect. 4. pag. 60. de hoc verbo differentem. in hac autem voce duplicant *s*, quia in *Diſice* prima non poteſt corripi, ut in *adicit* pro *adjicit*. & ſim. vid. ad Epigr. LXXX. v. 15.

v. 73.

CR. Ne tantos mihi finge metus, neve omine tanto
Proſequere, cauſſas nequidquam nectis inanes.
Stat ſua cuique dies. non ipſi exſcindere ferro
Coelicolae valeant, fati quod lege tenetur.
Nec mea jam mutata loco ſententia cedit.
MED. Non equidem invideo genero dignisque hymenaeis,
Non jam conjugium antiquum, quod prodidit, oro;
Tempus inane peto: liceat ſubducere claſſem;
Extremam hanc oro veniam. ſuccurre relictae,
Dum pelago deſaevit hiems, miſerere parentis,
O genitor, & nos aliquod nomenque decusque
Geſſimus, & ſcis ipſe, neque eſt te fallere quidquam.
Nunc victi triſtes (quoniam fors omnia verſat)

Sub-

v. 72. — *neve omine tanto Proſequere, cauſſas nequidquam nectis inanes*] in Salmaſ. & Leid. Cod. mendoſa erat ſcriptura, *neve homine tanto Proſequerere tanto cauſaus* &c. primum hemiſtichium eſt ex Lib. XII. 72. alterum ex Lib. IX. 219. unde Scriverius inſeruit voculam *ha* pro *ab*. ut ſaepe apud Statium. *Proſequere, ha cauſas nequicquam* &c. ſed forte ex ultima ſyllaba vocis *Proſequere* praeſtaret *en cauſſas*, &c.

v. 76. *Nec mea jam mutata loco ſententia cedit*] ita recte edidit Scriver. ex Salm. Cod. quod a Leidenſi etiam firmatur. neque aliter in ſuis Codicibus invenit Proba Falcon. Centon. in V. T. cap. XXIV. v. 6. nam Lib. IX. Aen. 220. ubi hic verſus occurrit, perperam Maſvicius edidit *ſententia ſedit* contra ſenſum. quam lectionem illic ſatis refutavit Patruus meus. aliud enim eſt apud Virg. XI. Aen. 551. *Verſanti potior vix haec ſententia ſedit.* ubi *ſedit* eſt, placuit ſententia, conſilium cepit. ita *ſedere* apud Valer. Fl. I. 178.

— *ſi primos, duce te, virtutis honores*
Carpere, fraternas ſedeatque accreſcere famae.

ubi vide Pii notas. licet id alii in *ſi des* mutaverint. ſed alterum in ſcriptis codicibus eſſe notat Heinſius. Lib. II. 382. *Si ſedet Aegaei ſcopulos habitare profundi.* ſed *cedit* ſententia, quae ſe vinci ac perſuaderi patitur. ut *cedere repugnanti* Ovid. II. Art. 197. ita *cedere* pro *concedere*, permittere. de quo vide Bentlej. ad Horat. II. Epiſt. I. 67.

v. 81. *Dum pelago deſaevit hiems, miſerere parentis*] ſic in ſua editione Scriverius. corrupte enim in Schedis Salmaſianis *deſevit hyems tem miſerere*. unde in Cod. Leid. *hyems item*.

v. 82. —— *& nos aliquod nomenque decusque*
Geſſimus, & ſcis ipſe, neque eſt te fallere quidquam]

ita haec de ingenio ſuo Scriverius exhibuit: nam in Codice Salmaſiano *Geſſimus, ſcis ipſe neque eſt*, &c. inſeruit enim copulam *&*, minus, ni fallor, concinne, quia modo praeceſſit *& nos aliquod nomenque*, &c. ex Aen. II. 89. mihi ex ultima ſyllaba vocis *Geſſimus* placeret, *ut ſcis ipſe.* Deſumta haec ſunt ex Lib. IV. Georg. 447.

Scis, Proteu, ſcis ipſe: neque eſt te fallere cuiquam.

ut nunc editur in vulgatis: unde Heinſius *quiquam*, ideſt *cuiquam*, quia Virgilium *qui* pro *cui* ſcripſiſſe teſtatur Quintilianus. *cuiquam* eſt in ed. Juntina, aliisque, & in Codd. MSS. Mentelianis duobus, Menagiano & Gudiano, ab Heinſio collatis, & in ed. Aldina apud Probam Falcon. Centon. in V. T. cap. XXI. v. 9. ſed praetuli tamen *quidquam*, cum ita in Mediceo aliisque codicibus legatur, & Schedae Salmaſianae & Cod. Leid. hic *quidquam* agnoſcant, quod probare etiam videtur Servius, qui notat, *Alii* QUICQUAM *legunt: Hoc autem dicit: cum omnia noveris.* neque aliter Aruſianus Meſſius inedito Elocutionum libello: *Eſt cernere. Virg. Aen. Terrae omnipotentis alumnum Cernere erat. Idem Georg. neque eſt te fallere quicquam.* Exprimit autem illud Homeri Iliad. A. 561. *οἶδί σε λήθω.* quod enim Latinis hac in re *fallere*, id Graecis eſt *λανθάνειν.* vide Lambin. ad Horat. Lib. I. Od. 10. 16. Elegantiam locutionis *non eſt te fallere*, pro non licet, non datur te quidquam celare, ut *Effugere hunc non eſt* & ſim. copioſe illuſtrarunt Paſſerat. ad Propert. I. 20. 13. Gronov. Lib. IV. Obſerv. cap. 8. & N. Heinſ. ad Ovid. II. A. A. v. 28.

v. 84. *Nunc victi triſtes (quoniam fors omnia verſat)*] ita in MSS. Schedis, & in ipſo Virgilio legitur Ecl. IX. 5. *fors* tamen edidit Scriverius, quod & Cerda aliique defendunt. vide notas ad X. Aen. 458. *fors* etiam in hoc hemiſtichio ſervant Schedae Salm. & Cod. Leid. ſupra Carm. CLXX. v. 127. *fors* tamen praeferendum, ſi cum Patruo meo,

quem

Digitized by Google

Submiſſi petimus terram, litusque rogamus
Innocuum, neque te ullius violentia vincat.
Cr. Quid cauſſas petis aut in me exitiumque meorum?
Quidquid id eſt, timeo vatum praedicta priorum,
Eia age, rumpe moras; quo me decet usque teneri?
Med. Quem ſequimur? quove ire jubes? ubi ponere ſedes?
Cr. Ire ad conſpectum cari genitoris & ora,
Dum curae ambiguae, dum ſpes incerta futuri.
Med. Nunc ſcio quid ſit amor. hoſpitio prohibemur arenae:
Nec ſpes ulla fugae, nulla hinc exire poteſtas;
Quaſſataeque rates, geminique ſub ubere nati,
Et glacialis hiems aquilonibus aſperat undas.
Si te nulla movet tantae pietatis imago,
Indulge hoſpitio noctem non amplius unam.

Hanc

quem offendebant duo illa epitheta *victi triſtes*, legamus in Virgilio,

Nunc victi, triſtis quoniam ſors omnia verſat.

quamquam ejusmodi geminatorum epithetorum exempla non infrequentia ſint. de quibus vide ad Lotich. pag. 345. ſi tamen id in hoc Virgilii loco non admittendum videatur, diſtingui poſſet,

Nunc victi, triſtes, (quoniam ſors omnia verſat)
Submiſſi petimus terram, litusque rogamus
Innocuum.

eodem modo Lib. IV. Aen. v. 373.

—— ejectum litore, egentem
Excepi, & regni demens in parte locavi.

quod ſeparandum monet Servius, non *ejectum egentem.* vel *litore egentem.* alterum verſum ita diſtinxit Scriverius,

Submiſſi petimus; terram littusque &c.

cui obſtat ipſa hemiſtichiorum Virgilianorum ratio. primum enim *ſubmiſſi petimus terram*, legitur Lib. III. Aen. 93. alterum *litusque rogamus Innocuum* Lib. VII. 229. Seq. verſ. *nec te ullius* &c. eſt apud Virg. XI. Aen. 354. *neque* edidit Scriverius ex Cod. Salm.

vs. 87. *Quid cauſſas petis aut in me exitiumque meorum*] ſic ſupplevit Scriverius, nam in Salmaſiano codice legitur:

Quid cauſas petis in me exitiumque meorum.

deficiente uno pede, vel cum hiatu. primum hemiſtichium margini adnotavit Scriverius deſumtum eſſe ex Lib. VIII. Aen. 395. ubi legitur *Quid cauſſas petis ex alto.* ad alteram verſus partem locum Virgilii non indicavit; qui eſt ex ejusdem libri v 386.

Ferrum acuant portis in me, excidiumque meorum.

unde conjuncto utroque hemiſtichio propius Virgilio adhaerebimus, ſi hic ſcribamus,

Quid cauſſas petis ex alto, excidiumque meorum.

vel *exitiumque*, ut in aliis codicibus ibidem habetur. ſed *excidiumque* etiam eſt apud Probam Falcon. Cent. N. T. cap. XXIII. v. 2.

v. 89. *quo me decet uſque teneri?*] ita & hic Schedae MSS. non *morari.* licet illud in ſuis Codicibus habuerit Prob. Fal. cap. XXXII. v. 7. vide ſupra ad Carm. CLXX. 83.

v. 92. *Dum ſpes incerta futuri*] hoc loco *futuri* praefert Cod. Salm. & Leid. pro *futuris.* v. ſupr. ad Carm. CLXX. 129.

v. 93. *Nunc ſcio quid ſit amor. hoſpitio prohibemur arenae*] Ita clare in Schedis Salmaſ. & Cod. Leid. quod admittere malui, licet vitio poëtae verſus aequo longior ſit, quales etiam ſupra habuimus incogitantia horum verſificatorum, diverſos centones conſuentium; primum enim hemiſtichium eſt ex Eclog. VIII. 43. *Nunc ſcio, quid ſit amor.* alterum ex Lib. I. Aen 544. *hoſpitio prohibemur arenae.* nam quod Scriverius deleta voce *amor*, & inſerta copula *&* ediderit, *Nunc ſcio quid ſit, & hoſpitio*, in eo a Cod. Salm. receſſit, nullumque conſtituit ſenſum.

v. 95. *Quaſſataeque rates*] corrupte in Schedis Salmaſ. *Quas a te quatatis.* in Cod. Leid. *Quaſateque rates.* ideſt *Quaſſataeque*, ut edidit Scriverius, ex Lib. IV. Aen. 53. *quaſſae rates* Horatio, Statio, aliisque poëtis. pro quo in MSS. ſaepe *laſſae.* vid. Heinſ. ad Claudian. I. in Rufin. 276.

v. 96. *Et glacialis hiems aquilonibus aſperat undas*] ita in Schedis MSS. *aſperat* recte Patruus meus ad locum Virg. Aen. III. 285. contra Vondelium, *glacie conſtringit* vertentem, exponit, mare innavigabile, intractabile reddit. cujus explicationem firmat alius Maronis locus ex Lib. IV. Aen. 53.

Dum pelago deſaevit hiems, & aquoſus Orion,
Quaſſataeque rates, dum non tractabile coelum.

vs. 97. *Si te nulla movet tantae pietatis imago*]

ita

Digitized by Google

Hanc ſine me ſpem ferre tui: audentior ibo.
Cr. Deſine jam tandem: tota quod mente petiſti,
Largior, & repetens iterumque iterumque monebo.
Si te his adtigerit terris Aurora morantem,
Unum pro multis dabitur caput.

Vox deintus. Chorus.

Vox. O Digno conjuncta viro, dotabere virgo.
Ferte faces propere, thalamo deducere adorti;
Ore favete omnes, & cingite tempora ramis.
Chor. Velamus fronde per urbem,
Votisque incendimus aras.
Heu corda oblita tuorum,
Vatum praedicta priorum,
Fati ſortisque futurae!

Spe

ita ex Lib. vi. Aen. 405. recte edidit Scriverius. nam vitioſe in Cod. Salmaſ. erat *ſi te nullam habet.* quod provenit ex conſueta librariis ſcriptura *ſi te nulla mobet* pro *movet.* ne quis putet, *ſi te nulla habeat* fuiſſe in Virgilio, nam & Lib. iv. 272. & Lib. vi. 405. quo utroque loco hoc hemiſtichium legitur, codices ſcripti conſtanter ſervant *Si te nulla movet.*

v. 99. *Hanc ſine me ſpem ferre tui: audentior ibo.*] Neſcio qua negligentia hunc quoque verſum omiſerit Scriverius, quum in Cod. Salmaſ. clare legatur, ut & in Leidenſi, & valde adpoſitus ſit. Eſt autem ex Lib. ix. Aen. 291. ubi *audacior* male in nonnullis Codd. MSS. quod & in fragmento Walliano, aliisque reperi Lib. vi. Aen. 95.

Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito,
Quam tua te fortuna ſinet.

ut & infra legitur in Schedis MSS. v. 167. paſſim enim haec male confunduntur. vide Patrui mei notas ad Ovid. i. Artis v. 608. & Lib. x. Met. 586.

v. 100. *tota quod mente petiſti, Largior; & repetens*] ita in Salm. & Leid. Cod. & in ipſo exſtat Virgilio Lib. iii. Aen. 436. & apud Prob. Falcon. Cent. N. T. cap. xvii. v. 32. cur enim Scriverius ediderit *at repetens*, nulla cauſſa eſt. *quod tota mente petiſti* edidit Aldus in Prob. Falcon. Cent. V. T. cap. 24. v. 5. quod & in nonnullis Codd. eſt Lib. iv. Aen. 100.

Vox deintus. Chorus.] deintus pro more illius temporis nihil aliud eſt quam intus. ut *decontra* pro *contra*, *deſecus* pro *ſecus*. & ſim. de quibus vide Salmaſ. ad Capitolin. Macrin. cap. xi. p. 764. ubi hanc ipſam e veteri Tragoedia Medeae inſcriptionem inter talia adfert, & plura hujus vocis *deintus* exempla vide apud Muncker. ad Fulgent. Expoſ. Serm. Ant. in *pronos* & *condos* pag. 777. de ſimilibus *inante* pro *ante*, *incoram*, *amodo*, aliisque compoſitis praepoſitionibus vid. Rittersh. ad Gunther. pag. 79. Taubm. ad Virg. vii. Aen. 289. Salmaſ. & Graev. ad Florum Lib. i. cap. i. aliosque.

v. 106. *Ore favete omnes & cingite tempora ramis*] ita edidi ex ipſo Virgilio Lib. V. Aen. 71. licet in Salm. & Leid. Cod. legatur *cingite tempora flammis.* pro quo Scriverius edidit *palmis.* neſcio unde. certe in Codd. MSS. Virgilii Montalbanio, binis Rottendorphianis, Hamburgico, aliisque ab Heinſio collatis, ut & Amſtelaedamenſi, meoque, conſtanter *ramis* habetur. ſic v. 128. *velati tempora ramis.* & apud Virg. Lib. viii. 286.

Populeis adſunt evincti tempora ramis.

in fragmento Walliano erat, *tempora cingite ramis*, quod e Romano aliisque Codd. etiam notavit Pierius, & e Dorvilliano Patruus meus.

v. 107. *Velamus fronde per urbem*] male iterum Scriverius mutavit, & edidit *Velamur.* cum alterum ſit in Salm. & Leid. nam jungenda ſunt *Velamus aras fronde*, & *votis incendimus.* ut *delubra fronde velare* in loco Virgilii Lib. ii. Aen. 249. unde haec deſumta ſunt,

Nos delubra deum miſeri, quibus ultimus eſſet
Ille dies, feſta velamus fronde per urbem.

v. 109. *Heu corda oblita tuorum*] ita edidit Scriverius, neque aliter in Salm. & Leid. Cod. licet in Virgilio, duobus locis diverſis, Lib. iv. Aen. 528. & Lib. ix. 224. legatur, *& corda oblita laborum.*

v. 110. *Vatum praedicta priorum*] firmant Schedae

Spe multum captus inani
  Mactat de more bidentes
Phoeboque patrique Lyaeo;
  Cui vincla jugalia curae:
Cumulatque altaria donis.
  Tremere omnia viſa repente;
Fibrae apparere minaces,
  Vox reddita fertur ad aures:
Thalamis neu crede paratis,
  Funus crudele videbis.
Carpebant membra quietem;
  Animalia ſomnus habebat;
Ferali carmine bubo
  In fletum ducere voces,
Triſtes denuntiat iras.
  Quae tanta inſania, cives;
Velati tempora ramis,
  Thalamo deducere adorti,
Quaeſo miſereſcite regis.
* * *
  Recubans ſub tegmine fagi
Divino carmine paſtor

Vo-

MSS. tam hoc loco quam ſupra v. 88. vulgatam in Virgilio lectionem Lib. IV. 464. ubi *piorum* ex nonnullis Codicibus praeferunt Pierius & Heinſius, & melius videbatur Kromayero ad Probae Falcon. Cent. N. T. cap. 1. v. 2. ubi tamen *priorum* in ed. Aldina.

v. 118. *Fibrae apparere minaces*] male in Schedis Salm. & Cod. Leid. *apparuere*. quod metro adverſatur. *apparere* recte edidit Scriverius, ut ex praecedentibus *Tremere omnia viſa repente*, hic quaſi ἀπὸ τῦ κοινῦ repetatur, *Et viſae fibrae adparere minaces*. & ſic in Virgilio legitur; ſed ubi infinitivus ille dependet a ſequenti voce *ceſſavit*, Lib. I. Georg. 484.

—— nec tempore eodem
Triſtibus aut extis fibrae adparere minaces,
Aut puteis manare cruor ceſſavit.

v. 120. *thalamis neu crede paratis*] Ita in Schedis MSS. & apud ipſum Virg. VII. 97. *ne crede* edidit Scriverius. quod in ſolo Virgilii Wittiano codice legitur.

v. 124. *In fletum ducere voces*] male *Infletum* in Schedis. eleganter ſatis hi duo verſus deſumti ſunt e Virg. IV. Aen. 463.

Solaque culminibus ferali carmine bubo
Saepe queri, & longas in fletum ducere voces.

ſequenti verſu perperam in Schedis Salmaſ. *Riſus denuntiat iras*, ſed recte *Triſtes* correxit Scriverius ex Lib. III. Aen. 366.

v. 128. *Velati tempora ramis*] ita legitur in Cod. Salm. & Leid. licet *Evincti* ediderit Scriverius, ut in vulgatis editionibus apud Virg. VIII. Aen. 286.

Populeis adſunt evincti tempora ramis.

alterum quoque Virgilio ſaepe in uſu. ut eod. Libr. 278.

—— bicolor quum populus umbra
Velavitque comas.

& Lib. V. v. 72. *velat materna tempora myrto*. & alibi, ſed parum intereſt. verſ. ſeq. recte Scriverius *Thalamo deducere adorti* edidit ex VI. Aen. 397. *Thalami* in Cod. Salm. & Leid. ſed *thalamo* in iisdem ſupra v. 105.

v. 129. *Quaeſo miſereſcite regis*] bene ex Virg. VIII. Aen. v. 573. correxit Scriverius vitioſam Cod. Salmaſiani ſcripturam, *Quae ſub miſereſcite regi.* quomodo etiam in Leidenſi Cod. Inter hunc & ſequentem verſum, *Recubans ſub tegmine fagi.* Scriverius hiatum poſuit aſteriſcis inſignitum, ut non-

Digitized by Google

Vocat in certamina divos,
Ramo frondente pependit.
Quae te dementia cepit
Saxi de vertice paſtor
Divina Palladis arte
Phoebum ſuperare canendo?
Raptim ſecat aëra pinnis,
Fugiens Minoïa regna,
Auſus ſe credere coelo,
Vitamque relinquit in auras.
Demens videt agmina Pentheus
Caput a cervice revulſum,
Incenſas pectore matres,
Vocat agmina ſaeva ſororum,
Juvenem ſparſere per agros.

MEDEA. NUTRIX.

MED. En quid ago? vulgi quae vox pervenit ad aures?
Obſtupui, magnoque irarum fluctuat aeſtu
Durus amor, taedet coeli convexa tueri,

Quae

nonnulla hinc excidiſſe indicaret, cui facile adſentior, & quia non cohaeret ſenſus, eum ſecutus ſum, licet in Salmaſ. & Leid. Codice omnia uno & perpetuo tenore legantur.

v. 133. *vocat in certamina divos*] ita in Schedis MSS. & apud Virg. Aen. VI. 172. *divas* edidit Scriverius, qui hoc & ſequenti verſu ſpecimen hujus Medeae abſolvit in Collectaneis veterum Tragicorum, licet mallem eum ad finem perduxiſſe: ſed videtur cetera non addidiſſe, quia in notula ſubjecta monet, Salmaſium reliqua ex iisdem vetuſtiſſimis membranis cum aliis antiquis monumentis compluribus, hactenus ineditis, in lucem emiſſurum, quorum ſpem tam in Commentario ad Hiſtor. Auguſtae Scriptores, quam in aliis ſcriptis non raro fecit: quod cum tamen non praeſtiterit, nos gratiam haud exiguam a Muſarum cultoribus inituros auguramur, quod tandem integram Medeam hanc Tragoediam, ſed falſo hactenus Ovidianam creditam, e tenebris eruerimus, toamque ex eodem Salmaſiano Codice publicavetimus.

v. 138. *Phoebum ſuperare canendo*] Eſt ex Eclog. V. 9. eodemque hemiſtichio utitur ſimilis poëta in alio Centone, his Catalectis inferendo, ubi de Marſya:

Formoſum paſtor Phoebum ſuperare canendo
Dum cupit, & cantu vocat in certamina divos,
Membra deo victus ramo frondente pependit.

Cel. Oudendorpius verſum 134. *Ramo frondente pependit* vel delendum, vel poſt verſ. 141. *Auſus ſe credere coelo*, ponendum exiſtimabat.

v. 45. *incenſas pectore matres*] in Salm. & Leid. *ingenſas*, frequente librariorum ſcriptura, ut paullo poſt v. 153. & alibi paſſim. at in ipſo Virgilio Lib. VII. Aen. 392. exſtat, *furiisque accenſas pectore matres.* ubi nullam lectionis diverſitatem e ſuis codicibus adnotarunt Pierius aut Heinſius, qui *pectora* per Graecismum malebat. neque differunt hic Amſtelaedamenſis meusque codex. videtur igitur hic auctor in ſuo Virgilii codice habuiſſe, *furiisque incenſas pectore matres.* quod defendi poſſet ex Lib. IV. Aen. 376. *Heu furiis incenſa feror.* ubi in nullo codice legitur *accenſa.*

v. 149. *magnoque irarum fluctuat aeſtu*] bis occurrit apud Virg. IV. Aen. 532. & 564. ubi tamen in ſecundo loco eſt, *varioque irarum*, &c. eadem variatione, qua in Lib. VIII. 19. legitur *magno curarum fluctuat aeſtu.* ſed Lib. XII. v. 486.

Heu quid agat; vario nequidquam fluctuat aeſtu.

v. 151.

Quae potui infelix? quae memet in omnia verti,
Cui pecudum fibrae, coeli cui ſidera parent,
Heu furiis incenſa feror, ſtat gratia facti.
Illum ego per flammas, & mille ſequentia tela,
Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum,
Eripui leto, fateor, me, arma impia ſumſi;
Sed quid ego haec autem nequicquam ingrata revolvo?
Quid loquor? aut ubi ſum? ictum jam foedus, & omnes
Conpoſitae leges, credo, mea vulnera reſtant.

NUTR. Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit,
Sed cape dicta memor, duri ſolatia caſus,
Senſibus hic imis, noſtram nunc accipe mentem;
Heu fuge crudeles terras, fuge litus avarum.

MED. Cara mihi nutrix, claudit nos obice pontus,
Deeſt jam terra fugae; rerum pars altera ademta eſt.
Haec gener atque ſocer patriaque excedere ſuaſit.

NUTR. Tu ne cede malis, ſed contra audentior ito:

Et

v. 151. *quae memet in omnia verti*] ita correxi ex Lib. VII. Aen. 309. vitioſe enim in Cod. Salm. a man. pr. *quae me me ignominia verti.* in Leid. *quae me me in omnia verti.*

v. 152. *Cui pecudum fibrae, coeli cui ſidera parent*] ita clare legitur in Salm. & Leid. Cod. ſolus codex Hamburgenſis apud Virg. X. Aen. 176. habet *coelum.* unde conjiciebat Patruus meus, *cui coelum, & ſidera parent.* ſed alterum Maroni uſitatius eſſe addit. vulgata certe etiam legitur in Probae Falcon. Centon. in V. T. cap. XIV. 1. & N. Teſt. cap. IX. v. 5. *ſidera parent* dictum, ut in carmine Petronii in Catalect. Scalig. pag. 255. *mihi fulmina parent.* ubi plura notabimus.

v. 175. *Illum ego per flammas, & mille ſequentia tela*] conſentiunt hic Schedae vulgatis Virgilii codicibus Lib. VI. Aen. 110. & Aruſianus Meſſius libello Elocutionum MS. in *Recipit ex illo illum.* ubi hunc locum adferens etiam habet *per flammas & mille ſequentia tela*, &c. Proba tamen Falconia in ſuis codicibus legiſſe videtur, *per flammas, per mille ſequentia tela.* repetitione non invenuſta. Ita enim illa Centon. N. Teſt. cap. XII. v. 10.

Illum ego per flammas, agerem ſi Syrtibus exul,
Per varios caſus, per mille ſequentia tela &c.

v. 156. *Eripui leto, fateor, me, arma impia ſumſi*] ita in Schedis MSS. alio nonnihil ordine leguntur primi hemiſtichii verba apud Virg. II. Aen. 134. *Eripui (fateor) leto me, & vincula rupi.* alterum *arma impia ſumſi* eſt ex Lib. XII. v. 31. ſed ſenſus hic requirit, ut Medea jactet ſe Jaſonem morti eripuiſſe, non ſe ipſam, *Illum ego per flammas* &c. *Eripui leto, fateor.* vel *Eripui, fateor, leto.* Itaque hic forte *me* delendum, & legendum, *Eripui leto fateor, arma impia ſumſi.* ultimam enim in *fateor* hic produci, ſequente licet vocali, ſine exemplo non eſſe nemo neſcit. vel, *Eripui, fateor, leto, arma impia ſumſi.* frequenti apud Virgilium ipſum, & in his quoque Centonibus hiatu.

v. 157. *Sed quid ego haec autem nequidquam ingrata revolvo*] totus hic verſus eſt ex Lib. II. Aen. v. 101. ubi *autem* deeſt in fragmento Moreti, ut notavit Patruus, forte quia *autem* abundare monet Servius, aliisque frequentius ſit, *Sed quid ego haec?* vide multa apud N. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XV. v. 207. ubi legebat,

Sed quid ego haec? precibus pectus ne agreſte movetur.

ſed quam emendationem poſtea damnavit ad Virg. X. Aen. 675. & praetulit,

En quid ago? precibus pectus ne &c.

quia formula illa *quid ago* in extremo luctu adhibetur. ut ſupra Medea v. 148. ex Lib. IV. 534.

En quid ago? rurſus ne procos irriſa priores
Experiar?

v. 166. *Haec gener atque ſocer*] ita in Leid. *adque ſocer* in Schedis Salmaſ. apud Virg. VII. Aen. 317.

Hac gener atque ſocer coëant mercede ſuorum.

v. 168.

Digitized by Google

Et quocumque modo fugiaſque feraſque laborem;
Tu modo poſce deos veniam, tu munera ſupplex
Tende petens pacem, cauſſaſque innecte morandi
Carminibus, forſan miſeros meliora ſequuntur.
MED. Nunc oblita mihi tot carmina, vox faucibus haeſit;
Mens inmota manet, & caeco carpitur igni.
Carmina vel coelo poſſunt deducere lunam,
Siſtere aquam fluviis, deducere montibus ornos,
Has herbas, atque haec ponto mihi lecta venena
Ipſe dedit, nihil ille deos, nil carmina curat.
NUTR. Quid ſtruis? aut qua ſpe inimica in gente moraris?
Aut pugnam, aut aliquid jam dudum invadere magnum.
Seu verſare dolos, ſeu certae occumbere morti.

JASON. SATELLES. MEDEA.

JAS. Quod votis optaſtis, adeſt, timor omnis abeſto,
Hîc domus, hic patria eſt, nullum maris aequor arandum.
Solvite corde metum tandem tellure potiti
Per varios caſus, bene geſtis corpora rebus
Procurate viri, juvat indulgere choreis.
SAT. Unde tremor terris? qua vi maria alta tumeſcunt?

Quid

v. 168. *Et quocumque modo fugiaſque feraſque laborem*] apud Virg. III. Aen. 459. legitur, *Et quo quemque modo, effugias* in Codd. Pierii. *quocumque modo* ibidem in Cod. Wittiano, ut hic in Salm. & Leid. ſed in quibus male, *fugias feraſque*.

v. 171. *forſan miſeros meliora ſequuntur*] ſic in Salm. & Leid. ſed rectius in vulgatis Virgilii editionibus eſt *ſequentur* Lib. XII. Aen. 153. ſequenti verſui adpoſui Medeae loquentis ſignum, quod huic male praefixum erat in Cod. Salm. & Leid.

v. 172. *Nunc oblita mihi tot carmina, vox faucibus haeſit*] verſum uno pede longiorem hic denuo ex duobus diverſis non uno tempore conſutis hemiſtichiis habemus, quales ſupra vidimus ad Carm. CLXXII. 145. & ſic infr. v. 191. 196. & alibi. Si tamen in his centonibus verba tranſponere liceret, legi poſſet,

Carmina nunc oblita mihi, vox faucibus haeſit.

male etiam in Schedis *Non oblita*. ſed *Nunc* correxi ex Ecl. IX. 53.

v. 176. *Has herbas, atque haec ponto mihi lecta venena*
Ipſe dedit, nihil ille deos, nil carmina curat]
ita correxi Schedas ex Virg. Ecl. VIII. v. 95. & 103. nam in Salm. & Leid. Cod. legebatur,

Has erbas ad haec ponti mihi lecta venena
Ipſe dedit mihi nihil ille deos nihil carmina curat.

v. 178. *Quid ſtruis, aut qua ſpe inimica in gente moraris?*] in textum recepi hanc lectionem ex Lib. IV. Aen. 235. ubi habetur,

Quid ſtruit, aut qua ſpe inimica in gente moratur.

vitioſe enim in Cod. Salm. & Leidenſi erat,

Quid ſtabis aut qua ſpe inimica in gente moraris.

v. 179. *Aut pugnam aut aliquid jamdudum* &c.] ſuſpenſa eſt oratio Nutricis ad Medeam, & niſi ſubaudiatur *decet, tempus eſt*, vel ſim. alter forte verſus excidit, qui ſequitur apud Maronem Lib. IX. Aen. 186.

Aut pugnam, aut aliquid jamdudum invadere magnum,
Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete eſt.

quem addidit etiam Proba Falcon. Cent. v. 1. cap. 1. v. 25. vel ex Lib. IX. v. 153. & Lib. II. 576. ſuppleri poſſet,

Aut pugnam, aut aliquid jam dudum invadere magnum
Mens agitat, certum eſt ſceleratas ſumere poenas,
Seu verſare dolos, ſeu certae occumbere morti.

qui ultimus verſus exſtat Lib. II. Aen. 62. ubi receptam lectionem firmant hic Schedae Salmaſ. nam in Cod. Leid. *ceu certe*, ut & in aliis Virgilii Edd. ſed recte Heinſius *certae morti* probavit, & *verſare dolos*, pro *dolo* praeferendum.

v. 182. *Hic domus, hic patria eſt*] ita in Schedis,

Quid tantum Oceano properent ſe tingere ſoles?
Neſcio quod certum eſt, in nubem cogitur aër.
Aſpice convexo nutantem pondere mundum,
Et fratris radiis obnoxia ſurgere luna.
Jas. Media fert triſtes ſuccos, infecta venenis,
Quo thalamum eripiat, atque oſſibus inplicet ignem,
Fare age, quid venias, jam inſtinc & comprime greſſum.

Med.

dis. quomodo & in aliis Codd. Virgilii vii. Aen. 122. pro *Hic domus, haec patria eſt*, ut in vulgatis legitur, & apud Prob. Falcon. Cent. v. T. cap. xii. 6. ubi Aldina Poëtar. Chriſtian. editio habet, *Haec domus, haec patria eſt.*

v. 188. *Neſcio quod certum eſt*] ita in Schedis MSS. ſed lege *Neſcio quid certe eſt* ex Ecl. viii. 107.

v. 189. *Aſpice convexo nutantem pondere mundum, Et fratris radiis* &c.] primus verſus eſt ex Eclog. iv. 50. alter ex Lib. i. Georg. 396.

—— *ſtellis acies obtuſa videtur*
Nec fratris radiis obnoxia ſurgere Luna.

unde patet infinitivum *ſurgere* illic regi a praecedenti verbo *videtur*. quod negligens centonarius eumdem hic fecit orationis hiatum, qualem ſupra vidimus v. 179.

v. 191. *Media fert triſtes ſucceos, infecta venenis,*] ita correxi. in Cod. Salm. & Leid. legebatur,

Media fert triſtes ſuccos, nigriſque infecta venenis.

ſed delenda eſt vox *nigriſque*, cum propter verſus ipſius pedes abundantes, tum propter ipſa Virgilii hemiſtichia. primum enim eſt ex Lib. ii. Georg. 126.

Media fert triſtes ſuccos, tardumque ſaporem &c.

alterum ex Lib. vii. Aen. 341.

Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis.

in neutro enim verſu *nigriſque* occurrit.

v. 193. *jam iſtinc & comprime greſſum*] Ne audacius rem agere viderer, ita edidi in textu, ut hodie legitur, licet duriore verſu, in vulgatis Virgilii exemplaribus Lib. vi. Aen. 389. ubi viri docti nullas e Codd. MSS. promunt varietates ſcripturae, niſi quod *iſtic* in multis legatur: & in antiqua Ed. Veneta *iſtic jam comprime. greſſus* in Wittian. Codex Amſtelaedamenſis vulgatam ſervat, cum gloſſa in margine, *recede hinc*. neque aliter in meo Codice habetur. Sed forte hic non parum debemus corruptae Schedarum Salmaſianarum & Cod. Leidenſis ſcripturae, in quibus inveni,

Fare age, quid venias, jam ſtinget conprome reſſum.

unde elici poteſt elegantior, ut mihi quidem videtur, lectio, atque adeo ipſi Virgilio forte reſtituenda,

—— *jam ſtringe, & comprime greſſum.*

ut *ſtringere* hic abſolute capiamus pro eo quod argenteo aevo *ſtrigare* dixerunt. ut apud Phaedr. Lib. iii. fab. vi. 9. *ubi ſtrigandum, & ubi currendum eſt, ſcio.* ubi vide notas Interpretum. & ita dicatur de illo, qui curſum ſiſtit, & greſſum cohibet a loco, in quem tendere adnitebatur: quod optime Virgilio convenit, quia Charon illic Stygiae undae adpropinquantem cum Sibylla Aeneam increpat, & greſſum ulterius promovere vetat, ſed quaſi metam ſtringere jubet, ut apud Ovid. iii. Am. 2. 12. *Et ſtringam metas interiore rota.* diverſo nonnihil ſenſu apud Propertium iii. 9. 24. *ſtringere latus* currus, eſt celeriter praetereundo detergere, & Thybrin *ſtringentem ripas*, tactu modico quaſi feſtinanter praetereuntem, explicat Servius ad viii. Aen. 63. v. Nannium ad Virgilii Bucolica Ecl. ix. p. 265. Paſſerat. ad Propert. p. 469. & N. Heinſ. Lib. ii. Adverſ. pag. 207. & 252. *ſtringere veſtigia*, apud Ovid. i. Met. v. 536. de cane lepori jam inminente,

Alter inhaeſuro ſimilis, jam jamque tenere
Sperat, & extento ſtringit veſtigia roſtro.

ubi in uno Heinſii Codice *cingit veſtigia.* in Juniano & Voſſiano *ſequitur*, quod & in quarto Palatino invenit Gebhardus, ſed in tribus ejuſdem Bibliothecae codicibus *ſtringit*, hoc eſt ſuperne lepori inſtat. Obſcura in hoc verbo locutio eſt apud Valer. Fl. Lib. vii. 483. ubi Medea ad Jaſonem:

Hei mihi, cur nullos ſtringunt tua lumina fletus?
An me mox merita morituram patris ab ira
Diſſimulas?

quam ſingularem locutionem eſſe in notis ſuis monet Patruus meus, & forte dictum putat, ut *ſtringere tela, ferrum* &c. ſed poſtea exemplari ſuo adſcripſerat, Celeb. Schultenſium de Defect. Ling. Hebr. pag. 131. exponere, cur lumina tua nullos exprimunt fletus, ſed pumicis inſtar arent. quam ſignificationem exemplis veterum probari poſſe dubitabat, & an *lumina* recte dicantur *exprimere lacrimas.* Puto illic *ſtringunt* corruptum eſſe, & quia ſequitur *Diſſimulas*, ſubſtitui poſſe, *cur nullos fingunt tua lumina fletus?* deinde quum altero verſu in codice antiquiſſimo Vaticano legatur *Diſſimules*, forte totus locus ita conſtitui poſſet:

Hei mihi, cur nullos fingunt tua lumina fletus?
Ut me mox merita morituram patris ab ira
Diſſimules.

id eſt, cur lacrimas ſaltem non fingis, ut paratam mihi perniciem eo magis tegas ac diſſimules. Sed hoc aliis dijudicandum relinquo.

Digitized by Google

MED. Ad te confugio, precibusque inflectere noſtris,
O dulcis conjunx, non haec ſine numine divum
Eveniunt: ſi te ceperunt taedia laudis,
Hos cape fatorum comites, his moenia quaere.
JAS. Non fugis hinc praeceps, dum praecipitare poteſtas
Jam propriora die? neſcis heu perdita neſcis,
Nec quae te circumſtent deinde pericula, cernis!
MED. Hanc quoque deſerimus ſedem, tibi ducitur uxor,
Cui pater & conjunx quondam tua dicta relinquor?
Et ſedet hoc animo, dotalis regia cordi eſt,
Externique iterum thalami.
Mene fugis? hoc ſum terraque marique ſecuta?
Hic labor extremus, longarum haec meta viarum?
Hic noſtri reditus, exſpectatique triumphi?
Quid tua ſancta fides? iterum crudelia retro
Fata vocant, tantis nequidqum erepte periclis.

Me-

vs. 196. *Eveniunt: ſi te ceperunt taedia laudis*] Schedae hic exhibebant verſum duobus pedibus abundantem hoc modo:

Eveniunt, tantae me ſi te caeperunt taedia laudis.

apud Virg. IV. Georg. 330. legitur,

Tanta meae ſi te ceperunt taedia laudis.

ſed quia *Eveniunt* hic jam primam verſus ſedem occupat ex Lib. II. Aen. 777. ubi praecedens verſus totus exſtat, delenda putavi iſta *tantae me* vel *tanta meae*, & legendum,

Eveniunt, ſi te ceperunt taedia laudis.

Proveniunt hoc in loco legitur apud Auſon. Cent. Nupt. p. 513. ed. Toll.

v. 199. *Jam propriora die*] ſic Cod. Salm. & Leid. ſed puto corrigendum *Jam propiore Deo* ex Lib. VI. Aen. 51.

v. 200. *Nec, quae te circumſtent deinde pericula, cernis?*] ita correxi ex Lib. IV. Aen. 561. ut ex Mediceo Codice aliisque praefert Pierius, & ex ſuis MSS. Heinſius, probavitque Patruus meus imitatione Silii Italici. nam olim edebatur:

Nec quae circumſtent te deinde pericula cernis.

& ita habetur apud Prob. Falcon. Cent. in V. T. cap. XXIV. 4. quomodo forte transpoſuerunt illi, quibus ſic numeri videbantur molliores. ut & ſaepe in aliis poëtis factitatum, ſed medicina intempeſtiva. vide quae notavi ad Lotich. Lib. IV. El. 3. 71. hic vero in Schedis Salmaſianis legebatur,

Neque te circumſtent deinde pericula neſcis. in Cod. Leid. *Ne . . que circumſtent.* ſuperſcr. te. ſed *neſcis* hic ter repeti non opus eſt, praeſertim cum *cernis* hoc in verſu apud ipſum Virg. legatur.

v. 203. *Cui pater & conjunx quondam tua dicta relinquor?*] eſt ex Lib. II. Aen. 678. ubi ex notis virorum doctorum patebit, male nonnullos hic tollere interrogationis notam, & recte ita proferre Donatum. cui addi poteſt Nonius Marcellus pag. 439. ed. Mercer. *& quondam conjux* in fragm. Walliano.

v. 206. *Hic labor extremus*] ita legend. ex Lib. III. Aen. 714. nam in Salm. & Leid. *Hic labor extre longarum* &c.

v. 207. *Hic noſtri reditus, exſpectatique triumphi*] lege *Hi noſtri reditus* &c. ex Lib. XI. 54. ubi recte Pierius praefert *exſpectatique triumphi*, pro *exoptatique*, ut in Romano codice, quod etiam e Menteliano notavit Patruus meus. ſed *exſpectati* hic firmant Cod. Salm. & Leid. nec aliter in Virgiliano Biblioth. Amſtel. meoque codice legitur. & apud Rufinian. de Schemat. Lex. pag. 33. Nonium Marcell. p. 222. ed. Merc. & Probam Falcon. Cent. N. T. cap. XXXI. v. 10. in loco autem Terentii, qui eſt ex Heaut. Act. II. Sc. 4. 28. *Teneone te, Antiphila, maxime animo exoptata meo*, teſtatur Pierius in antiquis & maxime emendatis Codicibus etiam legi *exſpectata*. quod probat G. Fabricius, & codex Lindenbrogii. Sequentis verſus primum hemiſtichium *Quid tua ſancta fides* eſt ex Lib. VII. 365. ne quis putet de priori loco ſumtum, ſed diverſae lectionis eſſe, quia ibidem apud Virg. ſequitur, *exſpectatique triumphi Haec mea magna fides?*

v. 209. *tantis nequidquam erepte periclis*] ſic ſcribendum ex Lib. III. Aen. 711. fruſtra enim in Schedis MSS. *nequaquam erepta.*

Mene fugis? per ego has lacrimas, per ſi quis amatae
Tangit honos animum, per inceptos hymenaeos,
Per connubia noſtra, & menſas quas advena adiſti,
Te precor, o miſerere animi non digna ferentis.
Namque aliud quid ſit, quod jam inplorare queamus,
Ipſe mihi nuper Libycis tu teſtis in undis,
Dum rauco adſidue longo ſale ſaxa ſonabant,
Incubuere mari tantis ſurgentibus undis,
Luctantes ventos tempeſtatesque ſonoras
Conpreſſi, & rabiem tantam coelique mariſque.
Unius in miſeri exitium, proque omnibus unum
Objeci caput, id ſperans fore munus amanti:
Sed quid ego ambages & juſſa exorſa revolvo?
Nil ſuper imperio moveor, ſperavimus iſta,

Tem-

v. 210. *Mene fugis? per ego has lacrimas, per ſi quis amatae Tangit honos animum?*] ita in Cod. Leidenſi. nam male in Salmaſ. *per ego te has lacrimas.* apud Virgilium ipſum Lib. XII. 56.

Turne, per has ego te lacrimas & ſeqq.

quem locum etiam Eugraphius ad Terent. Andr. Act. I. Sc. 5. p. 512. ed. Lindenbr. corrupte adfert, & ex diverſis locis hemiſtichia in unum conjungit, ut ſaepe in ejusmodi Grammaticorum Scholiis. hic vero *per ego has lacrimas* praetuli, quia paſſim in obteſtationibus interponitur caſus perſonae, ut notum eſt. vid. Scalig. ad Cirin v. 326. Gronov. ad Livium XXIX. 18. ed. prim. Acidal. ad Curt. IX. 2. 28. Heinſ. ad Ovid. III. Am. 2. 61. Drakenb. ad Silium V. 82. alioſque.

v. 212. *per connubia noſtra & menſas quas advena adiſti.*] duo hemiſtichia incogitanter conſuta verſum denuo longiorem efficiunt. primum enim eſt ex Lib. IV. Aen. 316. *per connubia noſtra, per inceptos hymenaeos.* niſi legamus, *Per connubia, per menſas* &c. alterum exſtat Lib. X. Aen. 460. *Per patris hoſpitium, & menſas, quas advena adiſti.* vitioſe *advenas* in Leid. Cod. Poſſet tamen tranſpoſitis hemiſtichiis etiam legi,

Tangit honos animum, & menſas quas advena adiſti,
Per connubia noſta, per inceptos hymenaeos.

ſequenti verſu etiam male in Schedis MSS. *Te precor miſerere.*

v. 216. *Dum rauca adſiduo longe ſale ſaxa ſonabant*] ita correxi ex Lib. V. Aen. 866. male enim in Schedis, *Dum rauco adſidue longo ſale ſaxa ſonabant.*

v. 217. *Incubuere mari tantis ſurgentibus undis*] corrupta Salm. & Leid. codicis ſcriptura loco huic tenebras objecit, in quibus legebatur *Infixure mari.* quod ut emendarem, nullus e Virgilio ſuccurrebat locus, niſi ex Lib. I. Aen. 84.

Incubuere mari, totumque a ſedibus imis
Una Eurusque Notusque ruunt &c.

itaque in contextum id recipere non dubitavi. reliqua *tantis ſurgentibus undis* ſunt ex Lib. VI. 354. *Deficeret tantis navis ſurgentibus undis.* ubi in ſuo codice hic poëta legiſſe videtur, *Deficeret navis tantis* &c. ut in Wittiano aliisque MSS. & editis haberi Patruus notavit. ſed verborum conſtructio in his nutat, *Incubuere mari* &c. *luctantes ventos* & ſeqq. Itaque libenter hic corrigerem, ſi liceret,

Incubuere mari, tantis ſurgentibus undis,
Luctantes venti; tempeſtatesque ſonoras
Conpreſſi, & rabiem tantam coelique mariſque.

ita ſaltem ſenſus aliquis emerget. vel quia *Luctantes ventos* in Virgilio eſt, inſerto uno verſu ex duobus hemiſtichiis, eodem loco occurrentibus, legi poſſet,

Incubuere mari, tantis ſurgentibus undis,
Una Eurusque Notusque, & terras turbine perflant.
Luctantes ventos, tempeſtatesque ſonoras
Conpreſſi, & rabiem tantam coelique mariſque.

porro pro *tempeſtatesque ſonoras*, ex Lib. I. Aen. 53. corrupte in Salm. & Leid. Cod. legebatur, *tempeſtatis quos honoras.* tertius verſus eſt ex Lib. V. Aen. 802.

221. *Objeci caput, id ſperans fore munus amanti*] ita me recte emendaſſe arbitror vitioſam codicis Salmaſ. & Leid. lectionem, in quibus inveni,

Objecit caput, hid ſpe feror munus amanti.

primum elicui ex Lib. VIII. Aen. 145. — *me me ipſe, meumque Objeci caput.* alterum ex Lib. VI. 526.

Scilicet id magnum ſperans fore munus amanti.

v. 222. *Sed quid ego ambages & juſſa exorſa revolvo*] nullum in Virgilio offendi verſum, qui vel totus in eo exſtet ut hic legitur, vel ex cujus duobus

Tempore quo primum fortes ad aratra juvencos,
Semina * & aeterios ſpirantis naribus ignem
Objeci, fatis inmanis dentibus hydri
Explicuit legio, & campo ſtetit agmen aperto.
Telorum ſeges & jaculis increvit acutis,
Ferrea progenies duris caput extulit arvis.
Illi inter ſeſe magna vi vulnera miſcent,
Confixique ſuis telis & pectora duro
Transfoſſi ligno, animasque in vulnera ponunt.

Auro

bus hemiſtichiis hic conflatus ſit. Lib. II. Georg. 46. occurrunt quidem iſta:

Atque per ambages & longa exorſa tenebo.

itaque e diverſis pannis ſingulari more hic unum conſuit verſum. *ambages & longa exorſa* ex d. l. Georg. ſed ita ut *juſſa* exhibeant hic Schedae, pro *longa*, quod a Servio tamen agnoſcitur, qui *longa exordia* exponit prooemia longe repetita. deide *Sed quid ego* initio verſus & *revolvo* in fine ſit ex II. Aen. 101.

Sed quid ego haec autem nequidquam ingrata revolvo.

v. 224. *Tempore quo primum fortes ad aratra juvencos*] ſic correxi Schedas MSS in quibus male legebatur, *Tempore qui primum faſces ad aratra jovencos.* prima pars verſus eſt ex Lib. IX. Aen. 80. altera ex Lib. III. Georg. v. 50.

v. 225. *Semina * & aeterios ſpirantis naribus ignem Objeci fatis immanis dentibus hydri Eripuit legio* &c.] Hoc loco ſatis mendoſo malui vitioſam Schedarum MSS. ſcripturam, adpoſito aſteriſco, ut & alibi feci, repraeſentare, quam proprias conjecturas textui inſerere. Cogitabam enim haec forte caſtiganda eſſe hunc in modum,

Seminaque, & tauros ſpirantes naribus ignem
Objeci, unde ſatis inmanis dentibus hydri
Explicuit legio, & campo &c.

Semina habes in initio verſus Ecl. VI. 33. & I. Georg. 193. ſequentia ſunt ex Lib. II. Georg. 140.

Haec loca non tauri ſpirantes naribus ignem.
Invertere, ſatis inmanis dentibus hydri;
Nec galeis, denſisque virum ſeges horruit haſtis.

ubi quae Servius & Philargyrius notant, locum hunc oportune illuſtrant. poſſis etiam ex *aeterios* formare *aeripedes*. ut *aeripedem cervam* dixit Virg. VI. Aen. 803. vid. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. VI. 32. & XII. 93. & Muncker. ad Hygin. fab. 22. ita Homero, Apollonio Rhodio Lib. III. 230. & Apollodoro Lib. I. c. 9. §. 13. χαλκόποδες dicuntur. vid. Scalig. ad Auſonii Griphum v. 14. & Iſ. Voſſ. ad Catull. p. 48. hinc apud Ovid. Epiſt. XII. 93. in Cod. Scriveriano aliisque MSS. legitur *Aeripedes ſolidi.* non *Aere pedes ſolidi. igniferos* dixit Valer. Fl. VIII. 342. *jungam igniferos ſine carmine tauros.* ubi vide Patrui mei notas. *ardentes* Lib. VIII. 437.

Credidit ardentes quis te nunc jungere tauros Poſſe.

ubi *aeripedes* etiam legebat Heinſius. quem tamen male in loco Martialis Spect. Ep. XXVII. corrigere, *Aeripedes poſſet ſine Colchide jungere tauros*, quia *aeneus* numquam triſyllabon, ſed ſemper *aëneus*, vel *aënus* apud poëtas eſt, notavit Markland. ad Stat. Lib. I. Sylv. I. 51. ubi plura. Deinde *Objeci* eſt ex Lib. VIII. 145. & ut ſenſus ac metrum conſtaret, inſerui *unde*. Innuit enim Jaſon, ex draconis pervigilis dentibus, quos ſeverat, junctis aratro tauris ignem efflantibus, armatam virorum legionem proveniſſe. perperam poſt *dentibus hydri* in Schedis Salmaſ. diſtinctio major ponebatur. jungenda enim ſunt iſta, unde legio ſe explicuit, ſatis dentibus hydri inmanis. male etiam apud Virg. in nonnullis codicibus *inmanes hydri*, cum *inmanis hydri* ſecundi ſit caſus. & ſic recte adfert vetus Scholiaſtes Lucani Lib. IV. 550. *Unde* eodem modo, ut Lib. I. Georg. 63.

Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem:
Unde homines nati: durum genus.

mox vitioſe in Cod. Salm. & Leid. *Eripuit legio* pro *Explicuit*, ut reſtitui ex Lib. II. Geogr. 280. Sequenti verſu emendavi, *Telorum ſeges & jaculis increvit acutis* ex Lib. III. Aen. 46. nam inepte in Schedis iisdem *Caelorum*. pro *increvit* Pierius ex ſuis codicibus profert *implevit*, & ex Rottendorphiano ac Sprotiano codice Heinſius. ſed *increvit* firmatur a Schedis noſtris MSS. & eleganter *increviſſe* ex ſeminatis draconis dentibus hic dicitur ſeges telorum virorumque, ut apud Ovid. Epiſt. VI. 11.

Seminibus jactis ſegetes adoleſſe virorum.

Semina autem hic dicuntur dentes draconis ſeminati, ut de dentibus ſerpentis a Cadmo ſeminatis apud Statium Lib. IV. Theb. 484. ubi legendum e MSS. *Qui plures Erebo pluresque e ſemine Cadmi.* non *ſanguine*. ut & Lib. X. 658.

—— *quo non agnoverit ullum*
Certius armifero Cadmi de ſemine Mavors.

ut recte apud Scholiaſten legitur, non *ſanguine*, ut in vulgatis. nam id paullo poſt ſequitur v. 663. & ſic Lib. XI. Th. 653. *hunc & Mavortia clamant Semina.* & ſic corrige ex Codice Petaviano aliisque in Culice Virg. v. 253.

At diſcordantes Cadmeo ſemine fratres.

vel *e ſemine*. ubi in vulgatis etiam *ſanguine*, ſed quod

Auro ingens coluber ſervabat in arbore ramos,
Nec viſu facilis, nec dictu affabilis ullis.
Ille manu patiens inmania terga reſolvit,
Ut me conſpexit flammantia lumina torquens,
Cervicem inflexam poſuit, ſomnoſque petivit.
Si te nulla movet tantarum gloria rerum,
Sin abſumta ſalus, nec habet fortuna regreſſum.
Si nulla eſt regio, miſeris quam det tua conjux,
I decus i noſtrum, faciat te prole parentem
Egregia interea conjunx melioribus opto
Auſpiciis, poſſem hinc comitem aſportare Creuſam,
Spero equidem mediis, ſi quid pia numina poſſunt,
Supplicia hauſurum ſcopulis, dabis, inprobe, poenas,
Quod minime reris, rebus jam rite paratis.
JAS. Deſine meque tuis incendere teque querelis,
Nam mihi parta quies, nullum maris aequor arandum,

Nec

mox v. 256. ibidem ſequitur: *manat quod ſanguine dextra.* vide & Cel. Oudend. ad Lucan. Lib. IV. 549. Denique a Schedis Salmaſ. & Cod. Leid. hic firmatur *Ferrea progenies* apud Virg. II. Georg. 341. ubi in aliis legitur, —— *virumque*

Terrea progenies duris caput extulit arvis.

quod praeferunt nonnulli, quia homines inde *terrigenae* dicti. vide notas ad Sillum Ital. XI. 473. & ita etiam Philargyrius, qui exponit *e terra natos.* ſed *Ferrea* probavit jam Servius, qui explicat durum genus hominum, ex lapidibus ad labores creatorum: licet *Terrea* apud Lactantium legatur, ſed cujus codicem depravatum fuiſſe cenſet Pierius. neque dubium eſt, quin reſpexerit Virg. ad illud Heſiodi in Ἔργοις v. 174. ubi ferream mortalium aetatem deſcribit, Νῦν γὰρ δὴ γένος ἐστὶ σιδήρεον. huic certe loco id convenientus de armata virorum progenie e dentibus draconis prognata.

v. 233. *Auro ingens coluber*] *aurum* legitur in ipſo Virgilio Lib. VIII. 352. *ſervabat in arbore ramos* eſt ex Lib. IV. 485. Seq. verſu male in Salm. & Leid. *Nec viſus facilis*, etiam *dictu effabilis* perperam in iisdem ſchedis. & nonnullis codicibus apud Virg. III. Aen. 621. nam *affabilis* recte vindicant Heinſius & Patruus meus. & ſic legitur apud Probam Falcon. Cent. v. I. cap. XV. 5. ubi & Aldus ita edidit, loco prorſus ſimili:

Ecce inimicus atrox immenſis orbibus anguis,
Septem ingens gyros, ſeptena volumina, verſat,
Nec viſu facilis, nec dictu affabilis ulli.

v. 240. *Si nulla eſt regio, miſeris quam det tua conjux*] ita emendavi, & in textu ipſo edidi, nam adhaeret Lib. X. Aen. 44.

Si nulla eſt regio, Teucris quam det tua conjux.

mendoſe enim in Cod. Salm. & Leid. legebatur,

Si nulla eſt regio miſeris quam de te tua conjux.

v. 243. *Auſpiciis, poſſem hinc comitem aſportare Creuſam*] Caſtigavi & ſupplevi hunc verſum ex II. Aen. 778. nam in Salm. & Leid. vitioſe ſcribebatur,

Auſpiciis poſſem hinc ad portare Creuſinum.

Sequentia ſunt ex Lib. IV. Aen. v. 382. ubi *Supplicia auſurum* in Schedis noſtris MSS. pro *hauſurum.* forte quia *hauſurum* pro *hauſturum* videbatur inſolens. unde & alii id mutarunt apud Virgilium in *Supplicio haeſurum.* Sed veteres dixiſſe *hauſi, hauſum,* & *hauſurum* docuerunt viri docti. & vide Faërnum ad Terent. pag. 80. & ita legitur apud Nonium Marcell. in *ſupplicium* pag. 398. ed. Merc. vide etiam Patrui mei notas, cui tamen *haurire ſupplicia*, pro luere, videbatur locutio eſſe ſine exemplo. Sed *haurire cladem* & *haurire calamitatem* pro ſubire, adnotavit ex Cicerone. cui adde ejusdem locum ex Orat. pro domo cap. XI. ſub finem: *Si utile reipub. fuit, haurire me unum pro omnibus illam indigniſſimam calamitatem.*

v. 247. *Deſine meque tuis incendere teque querelis*] Adſtipulantur hic Schedae optimis Virgilii codicibus Lib. IV. Aen. 360. ubi in aliis MSS. eſt *inceſſere.* ut *incendi* & *inceſſi* variatur in Codd. Lib. XII. 596. ſed *incendere* eſt animum alicujus commovere, *exagitare*, ut Servius exponit, ſeu *inflammare*, ut apud Cic. pro domo cap. XI. *Proinde deſinant aliquando me iisdem inflammare verbis.* ubi Lambinus *inſtare*, merito id inprobante Broukhu-

ſio

Nec veni, niſi fata locum ſedemque dediſſent.
Heu tot incaſſum fuſos patiere labores,
Nec venit in mentem ſudans ſub vomere taurus,
Jam gravior Pelias, & aëna undantia flammis,
Squamoſusque draco, & quaeſitas ſanguine dotes.
In regnis hoc auſa tuis.
Haec loca non tauri ſpirantes naribus ignem,
Nec galea, denſisque virum ſeges horruit haſtis;
Nec vim tela ferunt: mitte hanc de pectore curam.
MED. Nam quis te, juvenum confidentiſſime, noſtras
Juſſit adire domos? pelagine erroribus actus,
An fratris miſeri letum ut crudele videres?
JAS. Sive errore viae, ſeu tempeſtatibus acti,

ſio in exemplaris ſui margine, adſcripto hoc ipſo Virgilii loco, & Lib. IV. Aen. 54. *His dictis incenſum animum inflammavit amore.* & v. 197. *Incenditque animum dictis, atque aggerat iras.* Ita *incendere luctus* Lib. IX. Aen. 500. & *Incendit clamore nemus* apud Statium V. Th. 553. ubi in aliis libris *intendet.* vide Barthium. *querellis* etiam hic in Schedis MSS. de quo vide Serv. & Pierium. & ita in Inſcriptionibus antiquis, quas adfert Manut. in Orthogr. pag. 663. quo pertinent notata Bongarſio ad Juſtin. & Manutio ad Cicer. quae in nota Patrui mei ad hunc Virgilii locum confuſione operarum male relata ſunt ad variationem τοῦ *incendere* & *inceſſere.*

v. 249. *Nec veni, niſi fata locum ſedemque dediſſent*] corrupte in Schedis Salmaſ. *Nec veneni ſi fata.* in Cod. Leid. *Nec vene niſi.* quod forte inde venit, quia *Nec veni, ni fata* apud alios Grammaticos adfertur in hoc verſu, qui exſtat Lib. XI. Aen. 112.

v. 250. *Heu tot incaſſum fuſos* &c.] prave corripit *tot* ſequente vocali. nam apud Virg. VII. 421.

Turne, tot incaſſum fuſos patiere labores.

vide an ſcripſerit *Nempe*, vel *Tune tot incaſſum* &c.

v. 251. *Nec venit in mentem fumans ſub vomere taurus*] ſic correxi Schedas MSS. in quibus legebatur,

Nec venit in ventem ſudans ſub vomere tauros.

primum hemiſtichium eſt ex Lib. VI. Aen. 39. alterum ex III. Georg. 515. ubi tamen in vulgatis legitur, *fumans ſub vomere taurus.* ſed ex Schedis noſtris MSS. patet poëtam hunc in ſuo Virgiliano codice habuiſſe *ſudans.* quamquam nulla iſtic in aliis codicibus ſit varietas.

v. 252. *Jam gravior Pelias & * inundantia flammis*] ita praeferunt Cod. Salm. & Leid. mendoſe, & ſine ullo ſenſu. itaque ſupplevi & emendavi ex Lib. VI. Aen. 218.

—— *& aëna undantia flammis.*

per *aëna* hic intellige calida balnea, quibus ſe Peliam aevo confectum juventuti reſtituturam ſimulaverat Medea. Propertius Lib. II. El. I. 56.

Seu mihi Circaeo pereundum eſt gramine, ſive
Colchis Jölciacis urat aëna focis.

Seneca Medea v. 666.

Uſtus accenſo Pelias aëna
Arſit anguſtas vagus inter undas.

ſic in Epigrammate inedito de Balneis, alibi producendo,

In flammis dominantur aquae, furit ignis aënis.

ut legendum: nam corrupte illic in Codice Salmaſ. & Schedis Divionenſibus, *furit ignis amoenus.*

v. 254. *In regnis hoc auſa tuis*] *cauſa* in Cod. Leid. & a man. pr. in Salmaſ.

v. 255. *Haec loca non tauri ſpirantes naribus ignem*] hunc & ſequentem verſum facile emendare licuit ex Lib. II. Georg. 140. unde & addi poſſet verſus,

Haec loca non tauri ſpirantes naribus ignem
Invertere, ſatis inmanis dentibus hydri,
Nec galea &c.

ubi tamen vulgo exſtat, *Nec galeis.* vitioſe hic in Schedis Salmaſ. *Haec loca non tauris ſpirant e naribus ignem.* in Cod. Leid. *ſpirante.* qui male totum hunc verſum praecedenti dimidiato hemiſtichio adnectit. ſeq. verſ. *galea & ſedes horruit aſtis*, in utroque Codice ſcribebatur. mox correxi *pelagine erroribus actus*, non *actos*, ex Lib. VI. Aen. 532.

v. 260. *An fratris miſeri letum ut crudele viderem*] ita in Schedis, ſed *videres* legitur apud Virg. XII. Aen. 636. quod & praetuli, ut ad Jaſonem referatur. & ſimile eſt Lib. XI. 53. *Infelix nati funus crudele videbis.* innuit autem Medea fratrem ſuum Abſyrthum crudeliter a ſe dilaceratum. quod ſcelus deteſtatur ipſa verſibus elegantibus apud Ovid. Epiſt. XII. v. 113. & ſeqq. & Senec. in Med. v. 44. & ſeqq.

Digitized by Google

Quis Deus in fraudem, quae te dementia cepit
Commaculare manus, fraterna caede penates?
Aut ego tela dedi, aut vitam committere ventis
Hortati ſumus? aut quae dura potentia noſtri?
MED. Nil noſtri miſerere, nihil mea carmina curas;
Efficiam poſthac ne quemquam voce laceſſas:
Nec dulces natos Veneris, nec praemia noris.
JAS. Quid petis * cauſſas & inrita jurgia jactas?
Jamque vale, melior quoniam pars acta diei eſt:
MED. Utere ſorte tua, ſuſceptum perfice munus.
JAS. Nunc iter ad regem nobis, quod te adloquor, hoc eſt.
MED. Non fletu ingemuit noſtro, aut miſeratus amantem eſt;
Et dubitamus adhuc? lacrimantem & multa volentem

Di-

v. 263. — *quae te dementia cepit Commaculare manus, fraterna caede penates?*] ita diſtinguendum. *te*, quod deerat in Schedis MSS. addidi ex Eccl. II. 69. & VI. 48. Seq. verſus primum hemiſtichium eſt ex Eclog. VIII. 48.

Saevus Amor docuit gnatorum ſanguine matrem
Commaculare manus.

alterum ex Lib. IV. Aen. 21. *& ſparſos fraterna caede penates.*

v. 264. *Aut ego tela dedi*] ſic Cod. Salm. ex Lib. X. Aen. 93. male in Leid. Cod. *Ante ego tela dedi.* & verſ. ſeq. *Hortati ſumus, quae.* reliqua autem hemiſtichia hic invertit auctor: nam Lib. X. Aen. v. 71. legitur:

——— *num linquere caſtra*
Hortati ſumus, aut vitam committere ventis?

& paullo poſt,

Quis Deus in fraudem, quae dura potentia noſtri Egit?

recte igitur hic correxi,

Hortati ſumus? aut quae dura potentia noſtri?

ut meliores etiam codices apud Virg. nam *potentia noſtra* in plerisque vulgatis editionibus. verſ. ſeq. male in Schedis, *nil mea carmina curas.*

v. 267. *Efficiam poſthac ne quemquam voce laceſſas*] ſic edidi ex Ecl. III. 51. nam in Cod. Salm. *ne quicquam voce laceſſat.* in Leid. *nequicquam voces laceſſat.*

v. 269. *Quid petis * cauſas & inrita jurgia jactas*] ita legitur in Schedis MSS. verſu mutilo & mendoſo. cui emaculando voce una aut altera forte ſuccurrendum hoc modo:

Quidve petis cauſſas, quidve inrita jurgia jactas?

vel ex Lib. VIII. Aen. 395. inſerendum, *Quid cauſſas petis ex alto?* & deleta in ceteris voce *inrita*, licet illa addatur Lib. X. 95. legendum, *quid jurgia jactas?* niſi cum Cel. Oudendorpio malis:

Quid petis aut cauſſas, aut inrita jurgia jactas?

v. 270. *melior quoniam pars acta diei eſt*] *quorum pars* Cod. Leid. *q̃m* Salm. Eſt ex Lib. IX. Aen. 156. ubi in plerisque codicibus Heinſio collatis etiam *eſt* additur, ut hic in Schedis MSS. & Cod. Franciano, aliisque.

v. 271. *ſuſceptum perfice munus*] eſt ex Lib. VI. Aen. 629. *ſuſceptum munus* etiam dixit initio Dedicationis Aeneidos:

Si mihi ſuſceptum fuerit decurrere munus.

v. 272. *Nunc iter ad regem nobis, quod te adloquor hoc eſt*] *Ergo iter ad regem* legitur Lib. VII. Aen. 467. reliqua ſunt ex Lib. VI. 466. *extremum fato quod te adloquor, hoc eſt.*

v. 273. *Non fletu ingemuit noſtro, aut miſeratus amantem eſt.*] Ita correxi Schedas MSS. in quibus, *Non fleto ingemui noſtro aut miſeratus amanti.* eaedem favent codicibus illis, qui *Non fletu* &c. habent apud Virg. IV. Aen. 369. nam in vulgatis edd. aliisque MSS. legitur,

Num fletu ingemuit noſtro? num lumina flexit?
Num lacrimas victus dedit, aut miſeratus amantem eſt?

ubi *eſt* deeſt nonnullis Codd. *miſeratus amanti* hic in Cod. Salm. & Leid. forte pro *amantis.* Manilius Lib. I. 872.

Seu Deus, inſtantis fati miſeratus, in orbem
Signa per affectus &c.

ubi male in Ed. Dephinica diſtinguitur,

Seu Deus inſtantis fati, miſeratus in orbem &c.

miſerari inopum apud Prudent. Pſych. v. 586 in MSS. legi teſtatur Heinſius. & ſic *miſerari* cum caſu ſecundo in aliis locis, quos adſerunt Muncker. ad Hygin. fab. 98. Jac. Gronov. ad Minuc. Felic cap 8. & 28. & Drakenb. ad Silium Lib. XI. v. 381. quae opponenda ſunt obſervationi Servii ad Virg. I. Aen. 601. ubi notat *miſeror* & *miſereor* idem ſignificare, ſed *miſeror* accuſativum, *miſereor*, genitivum regere.. ibidemque hoc in loco profert, *nec miſeratus amantem eſt.*

v. 274. *Et dubitamus adhuc? lacrimantem & multa volentem*
Dicere deſeruit, rapidusque in tecta receſſit.]

ita diſtinxi. primum eſt ex Lib. VI. Aen. 807.

alte-

Dicere deſeruit, rapiduſque in tecta receſſit.
Quid labor aut benefacta juvant? mea triſtia fata
Feſſa jacent, ubi nunc nobis deus ille magiſter?
Et furiis agitatus amor, & conſcia virtus?
Nam quid diſſimulo? aut quid me ad majora reſervo?
Stat caſus renovare omnes, & dare lintea retro;
Rurſus & eſt caſus abies viſura marinos,
Te ſine frater erit. quod ſi mea numina non ſunt,
Flectere ſi nequeo Superos, Acheronta movebo.

CHORUS.

Dictis exarſit in iras,
Inſani Martis amore,
Poenorum qualis in arvis,
Venantum ſepta corona,
Fulva cervice leaena;
Qualis mala gramina paſtus
Tractu ſe colligit anguis,
Tumidum quem bruma tegebat,

Ca-

alterum ex Lib. II. 790. ſimilia habes Lib. IV. Aen. 388. — *ſeque ex oculis avertit & aufert; Linquens multa metu cunctantem & multa parantem Dicere.* & Lib. VII. 449. *cunctantem & quaerentem dicere plura Reppulit.* quae imitatus eſt Valer. Flac. Lib. VIII. 445.

—— ſic fata parantem
Reddere dicta virum furiata mente refugit.

tertio hemiſtichio *trepiduſque* perperam in Cod. Menagiano Lib. XII. 81. eadem varietas apud Claud. I. in Rufin. 343. *frena rapidos, Formido, jugales.* ubi *trepidos* margo Iſingrin. Seq. verſ. vitioſe in Schedis *jubant mea triſticia fata.*

v. 277. *ubi nunc nobis deus ille magiſter*] in Virg. V. Aen. 391. diſtinguitur,

—— ubi nunc nobis deus ille, magiſter
Nequidquam memoratus Eryx?

idem hemiſtichium eſt apud Probam Faleon. Centon. N. T. cap. XXIX. 2. ubi vitio operarum in ed. Kromayeri excidit *nobis.*

v. 278. *& conſcia virtus*] ita ſcribendum ex Lib. X. Aen. 871. inepte in Schedis MSS. *et conſcientia virtus.*

v. 279. *Nam quid diſſimulo, aut quid me ad majora reſervo?*] ſic legitur in Cod. Salm. & Leid. hic verſus, qui exſtat Lib. IV. Aen. 368. ubi in vulgatis exemplaribus, *aut quae me ad majora reſervo?* ſed ex quatuor codicibus eamdem repetitionem *aut quid me* etiam producit Patruus meus, cui id non diſplicebat. cum vide ad Ovid. III. ex Ponto Ep. I. 119. & quae notavi ad Lotich. Lib. II. El. 15. v. 23. hanc veram loci hujus ſcripturam arbitror, neque cum Heinſio, quia in Cod. Rottendorph. *quod diſſimulo*, legendum, *Nam quo diſſimulo? aut quo me ad majora reſervo?* & probavit alteram lectionem imitatione ſua Broukhuſius Lib. III. El. 9. init.

Nam quid diſſimulo ulterius, lacrimaſque reſervo?

v. 281. *Rurſus & eſt caſus abies* &c.] ita correxi. in Schedis enim erat, *Rurſus & caſus* &c. vel cum Cel. Oudendorpio, *Et rurſus caſus abies* &c. verſus eſt ex II. Georg. 68.

v. 286. *Poenorum qualis in arvis* &c.] adhaeret Lib. XII. Aen. v. 4.

—— ultro inplacabilis ardet,
Attollitque animos. Poenorum qualis in arvis
Saucius ille gravi venantum vulnere pectus
Tum demum movet arma leo.

de conparatione hac a Leone vel apro ſaucio vide ad Lotich. Lib. I. El. 8. 67. ſed pulchre ſatis variavit hic, inſerto de leaena hemiſtichio, *fulva cervice leaena* ex IV. Georg. 408. & *venantum ſepta corona* ex Lib. IX. Aen. 551.

Ut fera, quae denſa venantum ſepta corona,
Contra tela furit &c.

v. 290. *Qualis mala gramina paſtus*
Tractu ſe colligit anguis] ſic ſcribendum ex Lib. II. Georg. 154. non *Tractus*, ut in Cod. Salm. & Leid. Conparationem hanc ſatis eleganter deſumſit ex Lib. II. Aen. 471.

Qualis ubi in lucem coluber mala gramina paſtus,
Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat &c.
Arduus ad ſolem, & linguis micat ore triſulcis.

v. 294.

Digitized by Google

Caput altum in praelia tollit,
Linguis micat ore triſulcis:
Furiis agitatus Oreſtes,
Armatam facibus matrem
Ardens agit aequore toto,
Patris obtruncat ad aras:
Triviis ululata per urbem
Qualis trieterica Baccho,

300. In-

v. 294. *Furiis agitatus Oreſtes*] Firmant Schedae lectionem hanc apud Virg. Lib. III. Aen. 331. *& ſcelerum furiis agitatus Oreſtes.* ex quo loco variata fuit ſcriptura Lib. IV. Aen. 471.

Aut Agamemnonius furiis agitatus Oreſtes.

ubi in aliis Codd. & edd. *ſcenis agitatus*, pro quo male Marklandus & alii legebant, *poenis.* ſed illic praeferendum eſt *ſcenis*, quia ſequitur,

Ergo ubi concepit furias evicta dolore.

vide Heuman. Tom. III. Poecil. pag. 540. hoc autem loco *Furiis agitatus* non mutandum eſt. ſic ſupra v. 278. ex Lib. X. 871. *Et furiis agitatus amor.* & Lib. IV. Aen. 376. *Heu furiis incenſa feror.*

298. *Triviis ululata per urbem*] id recepi in contextum ex Lib. IV. Aen. 609. licet in Cod. Salm. & Leid. hic legeretur, *Furis ululata per urbem. per urbes* ibidem in ipſo Virgilio editur,

Nocturniſque Hecate triviis ululata per urbes.

ubi *per umbras* in Cod. Leid. ſed alterum firmat imitatio Claudiani Bell. Get. v. 234.

——— atraque Phoebe
Noctibus aeriſonas crebris ululata per urbes.

ubi *per herbas* male in ſecundo Biblioth. Leid. Codice. parum vero refert, an hic *per urbes* an *per urbem* legatur. nam & ita Virg. eod. libro v. 300. ex quo loco ſequentia deſumta ſunt:

Saevit inops animi, totamque incenſa per urbem
Bacchatur: qualis commotis excita ſacris
Thyas, ubi audito ſtimulant trieterica Baccho
Orgia. ubi *orgia* adduntur, ut *ſacra trieterica*, *nox trieterica* & ſim. apud poëtas ſaepe. vid. Miſc. Lipſ. Nov. P. III. p. 682. ſed hic *trieterica* abſolute dicitur Thyas vel Maenas. Ceterum Maroniana haec pro more imitatus eſt Valer. Flaccus Lib. VIII. 446.

—— virum furiata mente refugit
Vociferans, qualem Ogygias cum tollit in arces
Bacchus, & Aoniis inlidit Thyada truncis

ſic enim pro vulgato *inlidit tympana*, corrigendum ex corrupta lectione Vaticani codicis *tyana* cenſet Heinſius, tam in notis ad illum locum, quam ad Claudian. Lib. I. in Rufin. 312. quamquam de conjectura hac, ceteroquin ingenioſa, dubitet Patruus meus propter locutionem *inlidere Thyada Aoniis truncis*, ſeu thyrſo. ideoque *inpellit* vel *inſtigat* conjicit. pro quo *incendit* forte veſtigiis vulgatae lectionis *inlidit* propius inſiſteret. *incendit* autem, pro ictu thyrſi in furorem agit. ut in illo Ovidii Lib. IV. Triſt. I. 43.

Sic ubi mota calent ſacro mea pectora thyrſo.

Virg. IV. Aen. 376. *Heu furiis incenſa feror.* vid. ſupra ad v. 45. & ita paſſim *incendere* pro incitare, inflammare. vid. Drakenb. ad Silium IX. 244. & quae notavi ad v. 247. ut autem hic *ululata per urbem* Thyas, ita apud Ovid. IV. Triſt. I. 42.

Utque ſuum Bacchis non ſentit ſaucia luctum,
Dum ſtupet Edonis exululata jugis.

quo loco ut firmiſſimo tibicine inniti voluit Cel. Bentlejus praeclaram emendationem in Horatio Lib. III. od. XXV. 9. ubi pro vulgato,

—— non ſecus in jugis
Exſomnis ſtupet Evias.

reponit *in jugis Edonis ſtupet Evias.* quam ut eruditam & ingenio illius dignam fatemur conjecturam, ita tamen de ejus veritate adhuc dubitandum exiſtimamus. nam *Exſomnis Evias* eſt, quae per totam noctem luxuriaverit, antequam in ſomnum ceciderit. & videri merentur de hoc verbo notata N. Heinſio ad Virg. VI. Aen. 556. ubi hunc ipſum Horatii locum quod proferat, vulgatam viro acutiſſimo probatam fuiſſe lectionem colligere licet. id certum eſt, minus amplectendam eſſe ejusdem Critici inſignis emendationem in fine odae, ubi habetur,

Nil mortale loquar. dulce periculum eſt,
O Lenaee, ſequi Deum
Cingentem viridi tempora pampino.

ubi nulla veterum librorum auctoritate ſubnixus refingit,

Te, Lenaee, ſequi ducem
Cingentem viridi tempora pampino.

profecto ſi *ducem* praeferrent vulgata exemplaria, multum ejus ſagacitati deberemus, ſi ſuppoſuiſſet *Deum.* ut eo elegantius opponeretur praecedentibus, *Nil mortale loquar.* idque adpoſito ejusdem Ovidii loco firmantem ſequeremur ex Lib. XV. Met. 143.

Et quoniam Deus ora movet; ſequar ora moventem
Rite Deum. Sed haec quidem hactenus, ne exorbitemur.

v. 301.

Inter deſerta ferarum,
Palla ſuccincta cruenta,
Vocat agmina ſaeva ſororum:
Qualis philomela ſub umbra,
Pectus ſignata cruentum,
Late loca queſtibus inplet,
Moerens miſerabile carmen,
Cantu ſolata laborem:
Graviter pro conjuge ſaevit
Deſerti ad Strymonis undam:
Te ſolo in litore ſecum,
Anima fugiente vocabat,
Scirent ſi ignoſcere manes.

NUNTIUS. CREON.

NUNT. Quo feror? unde abii? pavor * oſſaque & artus
Perfundit toto proruptus corpore ſudor.
Genua labant, * oculos ſtupor urguet inertes,
Arrectaeque horrore comae, & vox faucibus haeſit.

CR. Quo

v. 301. *Palla ſuccincta cruenta*] *Pallas* vitioſe in Leid. Cod. ſic infra v. 322. ſimile illud VIII. Aen. 701.

Et ſciſſa gaudens vadit Diſcordia palla.

& in Epigr. antiquo:

Sanguinea palla quae texit provida Clotho.

Seneca in Oedipo v. 553. de vate Tireſia, Manes invocante:

Vates amictu corpus, & frontem quatit;
Lugubris imos palla perfundit pedes.

ſic apud Valer. Fl. II. 106.

Virginibus Stygiis nigramque ſimillima pallam.

ubi tamen Carrio *palmam* praefert. bene id inprobante Barthio ad Stat. V. Theb. 62.

v. 303. *qualis Philomela ſub umbra*] Eſt ex Lib. IV. Georg. v. 514. & ſeq. & vide ſupra ad Carm. CLXXIII. v. 48.

v. 307. *Cantu ſolata laborem*] legitur Lib. I. Georg. 293. male *cantus* in Cod. Leid. & v. 311. *animas fugiente* in Salm. & Leid. eſt ex Lib. IV. Georg. 526.

v. 313. *Quo feror? unde abii? pavor * oſſaque & artus Perfudit* &c.] Corruptiſſime hi verſus leguntur in Cod. Salm. & Leid. hoc modo:

Quo feror, unde babii, pavor oſſaque & artus
Perfudit cito praeruptus corpore ſudor
Genua labant, oculos ſtupor urges inertis.

primo verſu forte ſupplendum, *pavor occupat oſſaque, & artus Perfundit* &c. ut Lib. VII. Aen. 446. *ſubitos tremor occupat artus.* & alibi. vide ſupra ad Carm. CLXXII. 133. deinde caſtigavi, *Perfundit toto proruptus corpore ſudor*, ex Lib. VII. Aen. 459. pro quo male in Schedis MSS. *Perfudit cito praeruptus* licet *praeruptus* etiam in aliis Virgilii Codd. ſed merito id inprobante Pierio. Forte etiam non male hic ſuppleri poſſet:

Quo feror? unde abii? rumpit pavor oſſaque, & artus
Perfundit &c.

licet in loco Virgilii exſtet:

Olli ſomnum ingens rumpit pavor. oſſaque & artus
Perfundit &c.

ita ut hic auctor *rumpit* ad *oſſa* retulerit, quod Virgilius ad *ſomnum*. pro *rumpit* vero *rupit* eſt apud Prob. Falcon. Cent. V. T. cap. XI. 12. tertio verſu forte legendum.

Genua labant tarda, atque oculos ſtupor urguet inertes.

nam Lib. V. Aen. 432.

—— *tarda trementi Genua labant.*

& altero hemiſtichio *atque* additur Lib. III. Georg. 523.

Solvuntur latera, atque oculos ſtupor urguet inertes.

v. 13[illegible]

Digitized by Google

CR. Quo res ſumma loco? unde haec tam clara repente
Tempeſtas ſine more furit? maria omnia coelo
Miſcuit, ingeminant abruptis nubibus ignes.
Fare mihi, atque haec ediſſere vera roganti.
NUNT. Aedibus in mediis quaeque ipſe miſerrima vidi,
Horreſco referens; palla ſuccincta cruenta
In medioque focos nocturnas inchoat aras.
Intenditque locum ſertis & fronde coronat
Funerea, crinem vittis innexa cruentis,
Unum exuta pedem vinclis, in veſte recincta,
Spargens humida mella, ſoporiferumque papaver:
Sparſerat & latices ſimulatos fontis Averni,
Sanguineam volvens aciem, manibusque cruentis
Pro molli viola, caſiaque, crocoque rubenti,

Urit

v. 318. — *unde haec tam clara repente Tempeſtas ſine more furit*] duo diverſa Virgilii loca in unum conjunxit centonarius. primum ex Lib. IX. Aen. 19.

— unde haec tam clara repente
Tempeſtas? medium video diſcedere coelum.

alterum ex Lib. V. 694.

— cum effuſis imbribus atra
Tempeſtas ſine more furit.

pro *ſine more* in Cod. Leid. corrupte *ſi memore*. in Salmaſ. *ſime more*. paſſim vero pro *ſine more* in aliis Codd. MSS. *ſine lege* vel *ſine fine* legitur. vide Heinſii notas ad Lib. II. Aen. 772. vel ut aliter loqui amant, *ſine fine modoque*. quae duo ſaepe junguntur. vid. Cel. Drakenb. ad Livium IV. 54. ita apud Claudian. I. in Rufin. 140. in Excerptis Voſſianis legitur, *Otia te ſine fine juvant*. pro vulgato *Otia te, Rufine, vocant*. ſed hic recte *ſine more* tempeſtas dicitur furere. Ideſt praeter morem, ſine exemplo. vide Heinſ. & Drakenb. ad Silium XII. 444.

v. 319. *ingeminant abruptis nubibus ignes*] ita ſcribendum ex Lib. III. Aen. 199. In Schedis enim *aruptis* vel *a ruptis*. quae recte tamen tuentur *abruptis*, non ut Giphanius & Lambinus legebant *abrupti nubibus ignes*. vide illic Heinſii & Patrui mei notas. & ſic apud Macrob. VI. Saturn. cap. I.

v. 320. *Fare mihi, atque haec ediſſere vera roganti*] ſic cum hiatu ex Cod. Salmaſ. veſtigiis legi poteſt, in quo, *Fare mihi adque haec cediſſe revera roganti*. in Leid. Cod. *ediſſere vera*. ſed cum apud Virg. *Fare age* plerumque conjungantur, ut Lib. III. Aen. 362. & Lib. VI. 389. corrigi poſſet relicto itidem hiatu, *Fare age, atque mihi haec ediſſere* &c. vel *Fare age, jamque mihi haec* &c. in pleriſque codicibus tamen Virgilianis Lib. II. Aen. 149. *mihique haec ediſſere vera roganti*. aut *mihique ediſſere*, vel *mihi haec*, neglecta etiam ſynaloepha. Sed alterum praeſtat, & a Franciano, atque Amſtelaedamenſi firmatur. in meo codice a manu prima, *mihique ediſcere vera roganti*. ſed ſuperſcr. ac correctum a ſec. manu, *mihique haec ediſſere*.

v. 323. *In medioque focos, nocturnas inchoat aras*] ſic legend. non *foco*. prima pars verſus eſt ex Lib. XII. 118. altera ex Lib. VI. 252.

v. 324. *Intenditque locum ſertis, & fronde coronat Funerea*] male in Cod. Salm. & Leid. *Incenditque*. quod Servius ad Lib. IV. Aen. 506. ubi hic verſus exſtat, pro ligare explicat. vel hypallagen ſtatuit *Intendit ſerta per locum*. ſed *intendere* illic poni pro tegere & operire, docebunt Patrui mei notae.

v. 325. *crinem vittis innexa cruentis*] ita edidi ex Lib. VI. Aen. 281. *vipereum crinem vittis innexa cruentis*. ubi in Cod. Franciano *victis*. pro quo *vinctis* hic in Schedis Salmaſ. & Cod. Leid. unde Heinſius *vinclis* conjiciebat. ſed vera lectio eſt *vittis*. ita enim & Lib. II. Aen. v. 168. — *manibusque cruentis Virgineas auſi divae contingere vittas*.

v. 328. *Sparſerat & latices ſimulatos fontis Averni*] ita edidi ex Lib. IV. 512. vitioſe in Schedis *ſimolatos fonte Averni*. ſine ulla variatione adfertur etiam hic verſus a Donato ad Terentium, Scholiaſte Horatii, & Macrob. III. Sat. I.

v. 330. *Pro molli viola, caſiaque, crocoque rubenti*] prima verſus pars eſt ex Ecl. V. 38. ſed alterum hemiſtichium apud Maronem nusquam offendi, licet ſingulae voces *caſia*, *croco*, & *rubenti*, diverſis quidem locis, & alia carminis ſede, apud eum occurrant. Confer cum his locum Virgilii in Ciri v. 369. & ſeqq. expreſſum ex Ecl. V. Daphnidis.

v. 331.

Urit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Scillamque, elleboroſque graves, & ſulſura viva,
Obſcuris vera involvens, lacrimiſque coactis
Voce vocans Hecaten, & non memorabile numen
Ferro accincta vocat.
Haec effata ſilet, oculis micat acribus ignis.
Exſpectans, quae ſigna ferant, ignara futuri.

Eri-

v. 331. *Urit odoratam nocturna in lumina cedrum*] vulgatam Virgilii lectionem praetuli Lib. VII. Aen. 13. nam in Schedis Salm. *nocturno in lumine*, ut Mediceus, & alii Maronis codices habent. *nocturno in limine* erat in Cod. Leid. ſed pro vulgata Aruſianum Meſſium ſtare notavit Heinſius. Ejus verba ſunt ex libro Elocutionum MS. *In illam rem pro cauſa illius rei. Virg. Aen. VII. Urit odoratam nocturna in lumina cedrum. Saluſt. Hiſt. Frag. Lib.* I. *nimiumque partium decus in mercedem corruptum erat. Idem. Etruria omnis cum Lepido ſuſpecta in tumultum erat.* ita ſcribe, non *in tumultu*. Sed puto illic emendandum eſſe, *In illam rem pro uſu illius rei.* vel *pro in uſum illius rei.* docet enim vim praepoſitionis *in* cum quarto caſu pro in finem, vel uſum alicujus rei. quam elegantiam Heinſius ad Claudian. I. in Rufin. 152. & alii abunde illuſtrarunt. Merebatur certe hic Aruſiani locus adſcribi, vel propter fragmenta Salluſtiana, quae inter reliquias ex Libris Hiſtoriarum a viris doctis, etiam ex Meſſio hoc Aruſiano, collectas fruſtra in Ed. Waſſiana aut Cortiana quaeras.

v. 331. *Scillamque, elleboroſque graves*] ſic eſt in Cod. Leid. & apud Virg. III. Georg. 451. *elleborumque grabis* in Salm. reliqua, *& ſulſura viva* praecedunt ibidem v. 451. ut quidem in multis codicibus legitur, cum quibus hic conſpirant Schedae MSS. ſed auctoritate Servii, Macrobii, & Marii Victorini recte Erythraeus in Indice Virgiliano, & Heinſius in notis ſuis vindicarunt illic verſum dactylicum,

Et ſpumas miſcent argenti, vivaque ſulſura.

qui tamen in hujus centonis verſu locum habere nequit.

v. 334. *Voce vocans Hecaten, & non memorabile numen Ferro accincta vocat*] mendoſam Codicis Salmaſiani & Leidenſis ſcripturam, in quibus legebatur, *& non memorabile vẽui*, bene me correxiſſe arbitror. primum hemiſtichium eſt ex Lib. VI. 247. alterum *memorabile numen* dedi ex Lib. IV. 94. ubi in aliis quidem codicibus *nomen* legitur, ſed *numen* praetulerunt viri docti. non enim puto reſpexiſſe noſtrum ad Lib. II. Aen. 583.

—— *nullum memorabile nomen*
Feminea in poena eſt.

per *numen non memorabile*, quod invocaſſe Medeam hic narrat Nuntius, innuit poëta inferni Deum inlacrymabilem Plutona, quem nomine non exprimit: colore non diſſimili, quo vates Tireſias Manes & Plutona invocans apud Senecam in Oedipo v. 559. *vocat inde Manes; teque qui Manes regis.* & Proſerpinae nomen poſt Plutona memoratum tacet Anna, ſoror Didus, apud Silium Lib. VIII. 117.

Nigre forte Jovi, cui tertia regna laborant,
Atque atri ſociae thalami nova ſacra parabam.

id elegantia ſua non caret, quia ſaepe veteres εὐφημισμοῦ cauſſa numina inauſpicata nominare ſubterfugiebant. unde Erinnyes ἀνώνυμοι θεαὶ dicuntur Euripidi Iphigen. in Tauris v. 944. ubi vide Barneſ. & hinc Athenienſes colebant eas nomine non expreſſo per θεὰς σεμνὰς, triſtes, ſeveras. vid. Sophocl. in Ajac. 844. & Electr. v. 111. Meurſ. Lib. IV. Lect. Att. cap. I. & Spanhem. ad Juliani Caeſar. pag. 346. ita in aliis male ominatis. ut apud Homer. Odyſſ. ψ. v. 19. κακοΐλιον, οὐκ ὀνομαστήν. hinc Iliad. A. 340. βασιλῆος ἀπηνέος rectius vertas *non memorandum*, vel *illaudatum* regem, quam *immitem*, ut *illaudatum Buſirida* dixit Virg. III. Georg. 5. ideſt *qui omnium peſſimus teterrimusque*, ut exponit Gellius Lib. II. cap. 6. ita enim cum Broukhuſio in ora libri ſui corrigendum, non *deterrimusque*. & ſic ſcribendum apud Macrob. Lib. VI. Sat. cap. 7. ubi totum illud Gellii caput conpilavit. reliqua *Ferro accincta vocat* ſunt ex Lib. II. Aen. 614. *accinctam* vitioſe in Cod. Leid.

v. 336. *Haec effata ſilet: oculis micat acribus ignis*] obſecutus ſum vulgatis Virgilii editionibus Lib. XII. Aen. 102. licet in Cod. Salm. & Leid. legeretur, *oculis migat acribus ignem*. unde patet, in ſuo Maronis codice poëtam hunc inveniſſe *oculis micat acribus ignem*. quod forte non penitus negligendum: praeſertim quia ſequitur *Exſpectans* &c. ut *micare ignem* dictum ſit, quomodo *effluere liquorem*, *manare mella*, *rorare favos*, & id genus plura, de quibus vide Heinſ. ad Claudian. I. in Rufin. 385. Ovid. VI. Met. 312. & ad Prudent. II. contra Symmach. v. 9. & quae ſupra notata ſunt ad Epigr. XX. pag. 10.

v. 337. *Exſpectans quae ſigna ferant, ignara futuri*] in Schedis Salmaſ. *quae ſigna ferat aut ignara futuri*. ſed *aut* ex ultimis literis vocis *ferant* profluxit. nam in Leid. Cod. *ferant aut*. primum hemiſtichium eſt Lib. VI. Aen. 198. ſed ubi legitur, *Obſervans quae ſigna ferant*. alterum *ignara futuri* ex Lib. IV. Aen. 508.

v. 338.

Digitized by Google

Eripiunt ſubito nubes coelumque diemque,
Et tremefacta ſolo tellus, micat ignibus aether.
Continuo auditae voces, vagitus & ingens,
Viſus adeſſe pedum ſonitus, & ſaeva ſonare
Verbera, viſaeque canes ululare per umbras,
Adventante Dea, refluitque exterritus amnis,
Et pavidae matres preſſere ad pectora natos.
Exhinc Gorgoneis Alecto infecta venenis,
Exſurgitque facem adtollens, atque intonat ore.
Reſpice ad haec: adſum dirarum ab ſede ſororum;
Bella manu letumque gero.
Talia cernentem tandem ſic orſa viciſſim.
Veniſti tandem, mecum partire laborem,
Tu Dea, tu praeſens animis inlabere noſtris.
Diſſice conpoſitam pacem, ſere crimina belli,

(Nam-

v. 338. *Eripiunt ſubito nubes*] Haec & ſequentia usque ad v. 343. quae in Schedis vel mendoſe ſcripta, vel male diſtincta erant, caſtigavi ex ipſis Virgilii hemiſtichiis Lib. I. Aen. 88. Lib. I. 90. VI. 425. II. 732. VI. 557. & VI. 257. Verſ. 342. legebatur in Cod Salm. *Verbera, biſaeque canes ululare per umbras.* in Cod. Leid. *Verbera bis eque canes. umbram* eſt apud Virg. forte non male ſcripſiſſet, *tum ſaeva ſonare Verberaque, viſaeque canes*, &c. ut ejusdem formae ſit, ac *Liminaque lauruſque Dei* Lib. III. Aen. 91. qualia diligenter notavit Erythraeus Ind. Virg. in *Que.* vel cum Cel. Oudendorpio legendum, *tum viſaeque.* ſequenti verſu addidi copulam *refluitque exterritus amnis* ex Lib. VIII. Aen. 240. in Schedis enim erat, *refluis exterritus amnis.*

334. *Et pavidae matres preſſere ad pectora natos*] male in Salm. & Leid. Cod. *preſſerat pectora.* pro *pavidae matres* hoc in verſu apud Virg. VII. Aen. 518. in vulgatis legitur *trepidae.* itaque ex ſuo codice hic poëta diverſam lectionem nobis ſuppeditat: ut Lib. II. Aen. 489. *Tum pavidae tectis matres ingentibus errant.* & 766. *pueri & pavidae longo ordine matres Stant circum.* & Lib. VIII. 592. *Stant pavidae in muris matres.*

v. 345. *Exhinc Gorgoneis Alecto infecta venenis*] corruptiſſime exhibebant hunc verſum Schedae Salmaſianae,

Ex hinc Gorgonalis lecto infecta venenis.

& ita in Cod. Leid. ſed a manu ſec. correctum erat *Gorgoneis Alecto.* exſtat Lib. VII. Aen. 341. ubi *Exin* editur, pro *Exhinc*, quod hic in Schedis, & in aliis Virgilii Codicibus eſt.

v. 346. *Exſurgitque facem adtollens, atque intonat ore*] ita in Schedis MSS. non *increpat*, ut perperam in aliis Codd. Lib. VI. Aen. 607.

v. 347. *Reſpice ad haec: adſum dirarum ab ſede ſororum, Bella manu, letumque gero.*] ita haec leguntur Lib. VII. Aen. 454 & 455. in Schedis Salmaſ. *dorarum abſcede ſororum Bella mano* &c in Leid. Cod. *ab ſede.* recte non *a ſede*, ut in ſecundo Hamburg. & Veneto Heinſii, & Gudiano a man. pr. ſic eod. libro v. 324. *dirarum ab ſede ſororum, Infernisque ciet tenebris.* ubi *divarum ab ſede dearum* pro *ſororum* male apud Chariſium Lib. I. legi notavit Heinſius. altero verſu *letumque gero*, non *fero*, etiam adſert Nonius p. 316. ed. Merc. vid. notas ad Lib. VII. Aen. 444.

349. *Talia cernentem tandem* &c.] Non reperi haec apud Virg. ſed *Talia jactantem*, *Talia dicentem*, non ſemel in eo occurrunt. An igitur legendum *Talia cernenti*, ut verba haec tranſpoſuerit ex ultima ſede verſus in primam ex Lib. IV. Aen. 408. ubi *cernenti talia* legitur. vel *Talia jactanti* ex Lib. I. v. 106. altero hemiſtichio edidi *ſic orſa viciſſim* ex Lib. VII. 435. nam vitioſe in Schedis MSS. *ſic ora viciſſem.*

v. 350. *Veniſti tandem, mecum partire laborem*] primum eſt ex Lib. VI. 687. alterum ex Lib. XI. 510. ubi codex Mediceus inſerit, *at mecum partire laborem.* ſequens verſus deſumtus eſt partim ex Lib. IX. 404. partim ex Lib. III. 89.

352. *Diſſice conpoſitam pacem, ſere crimina belli*] totus hic verſus exſtat Lib. VII. 339. ubi etiam *Diſſice* in MSS. ut hic in Schedis, & paſſim in codicibus vetuſtis, pro *Disjice.* vid. ſupra ad v. 71. & N. Heinſ. ad Prudent. Cathem. Hymn. I. v. 97. *ſerere crimina belli*, eſt cauſſas belli praetexere, fingere.

Digitized by Google

(Namque potes) colui veſtros ſi ſemper honores:
Talibus Alecto dictis exarſit in iram,
Horrendum ſtridens, pavidoque haec addidit ore.
O germana mihi, mitte hanc de pectore curam.
Nunc ſi * bella paras, & luctu miſcere hymenaeos,
Funereasque inferre faces, & cingere flamma:
Quidquid in arte mea poſſum, meminiſſe neceſſe eſt,
Quantum ignes animaeque valent, abſiſte precando.

Dixe-

gere. unde hoc verſu Servius lucem dat alteri Maronis loco Lib. VII. 551. *ſpargam arma per agros.* ſic *ſerere crimina* e MSS. idem Heinſius reſtituit Prudentio Hamartig. v. 579. apud Livium Lib. XXI. cap. 5. *jam belli cauſſa certamina cum finitimis ſerebantur.* ut recte, non *ferebantur*, vindicat Cel. Drakenb. ita *bella ſerere*, *praelia ſerere*, &c. quam locutionem eleganter illuſtravit Zinzerling. Promulſ. Crit. cap. XX.

v. 353. *Namque potes*] habetur apud Virg. ſed alia verſus ſede, Lib. 366.

Eripe me his, invicte, malis: aut tu mihi terram
Injice, namque potes.

diverſo non nihil modo ejuſd. Lib. v. 117. *gnatique patrisque Alma, precor, miſerere, potes namque omnia.* & Lib. X. 632. *& in melius tua, qui potes, orſa reflectas.* de elegantia hujus formulae in precibus, ut εἰ δύνασαί γε apud Homer. Il. A. 393. vid. Heinſ. Lib. II. Adverſ. c. 3. & notas ad Lotich. Lib. II. El. 9. 83. alterum hujus verſus hemiſtichium debetur libro XII. Aen. 778.

v. 354. *Talibus Alecto dictis exarſit in iram*] *in iras* legitur in ipſo Virg. VII. 445. & ſupra v. 284.

v. 355. *pavidoque haec addidit ore*] ita quidem in Sched. Salm. & Cod Leid. ſed legendum *rabidoque* ex Virg. VII. 451. ubi recte id Heinſ. reſtituit pro *rapidoque.* illic enim Alecto etiam loquitur. & ſic ibidem in Amſtelaedamenſi, meoque codice inveni. Furiae namque *rabidum os* melius convenit, quam *pavidum.* ſic eadem Alecto apud Claudian. I. in Rufin. 44.

——— *tum corde ſub imo*
Incluſam rabidis patefecit vocibus iram.

ubi *rapidus* etiam eſt in aliis. ut haec ubique confunduntur. vid. Patrui notas ad IV. Conſ. Hon. 148. & ita ſemper ſcribendum, ubi de Furiis, Scylla ac canibus, vel hominibus veſanis ſermo eſt. de furenti Sibylla Lib. VI. Aen. 102.

Ut primum ceſſit furor, & rabida ora quierunt.

Valer. Fl. IV. 239.

Sic adeo inſequitur, rabidoque ita murmure terret.

ubi *rapidoque* etiam male in ed. Carrionis. ita de vate Tireſia Manes invocante Seneca in Oedipo v. 561.

Carmenque magicum volvit, & rabido minax
Decantat ore, quidquid aut placat leves
Aut cogit umbras.

& ſic alibi paſſim.

v. 357. *Nunc ſi * bella paras, & luctu miſcere hymenaeos*] Haec in Schedis MSS. vitioſe legebantur. in Cod. Salmaſ.

Nunc ſi bella reparas & luctu miſcere himeneus.

in Leidenſi vero,

Nunc ſi bella paras & luctu miſcere hymeneus.

ut verſus pedibus ſuis conſtet, legendum eſt,

Si bellare paras, luctu miſcere hymenaeos.

vel agnoſcere hic iterum debemus verſum juſto longiorem, ut ſupra plures habuimus: vel ſi Virgilianis hemiſtichiis propius inſiſtere velimus, addito uno verſu ſuppleri poſſet hoc modo;

Et ſi nunc bellare paras, atque haec tibi mens eſt;
Deformare domum, & luctu miſcere hymenaeos,
Funereasque inferre faces, & cingere flamma;
Quidquid in arte mea poſſum &c.

ut primus & quartus ſit ex Lib. VIII. 400. 401. ſecundus vero ex Lib. XII. v. 805. tertius partim ex Lib. VII. 337. partim ex Lib. I. 673. *luctu miſcere hymenaeos* habent omnes Virgilii codices ſcripti & editi. infra tamen in hac ipſa Medea v. 442. legitur in Schedis MSS. *luctum miſcere imeneus.* unde forte conjici poſſet pro diverſa lectione in aliis Virgilii codicibus ſcriptum fuiſſe, *luctum miſcere hymenaeis.* ſic *triſtia miſcere laetis* apud Ovid. VI. Faſt. 463. *miſcere adverſa ſecundis* Lucano Lib. V. 2. & *laeta malis miſcere* Lib. VIII. 705. quamquam de locutione *dolorem miſcere hoſti* dubitent viri eruditi ad Phaedr. Lib. I. fab. 28. 10. *miſcere* tamen cum caſu ſexto, ut in vulgata lectione eſt, apud Ovid. Epiſt. VI 76. IV. Met. 14. Virg. II. G. 327. & Nemeſian. Cyn. 206. vide notas ad Ovid. VI. Faſt. 170. & Cl. Oudend. ad Hirt. Bell. Alex. cap. 56. *mixtam dolore voluptatem.* qui etiam legebat in Apulejo init. Lib. I. de Dogm. Plat. *Apollinis figuratio periclitione ſe miſcuiſſet.* non *periclitioni*, ut in Edd. Elm. Scriv. Gr. περιπλέον.

v. 359. *meminiſſe neceſſe eſt, Quantum ignes animaeque valent, abſiſte precando*] ex Lib. VI. 514. & Lib. VIII. 403.

 v. 361.

Dixerat, adtollens ſtridentes anguibus alas,
Ardentes dare viſa faces, ſupera ardua linquens.
Illa dolos aperit flammisque ſequacibus iras
Jungebat, duplicem gemmis auroque coronam
Conſertam ſquamis ſerpentum: flamma volantem
Inplicat, involvitque domum caligine caeca,
Proſpectum eripiens oculis: mihi frigidus horror
Membra quatit, gelidusque coit ſormidine ſanguis.

In-

v. 361. *Dixerat. adtollens ſtridentes anguibus alas*] ita eſt in Schedis Salm. *adtolles* Leid. ſed *adtollit* apud Virg. Lib. VII. 561. verſu ſequenti correxi, *Ardentes dare viſa faces*, ut eſt in ipſo Virg. Aen. V. 637. tum *ſupera ardua linquens* ex Lib. VII. 562. nam male in Schedis MSS. legebatur,

Ardentis dea viſa faces ſuper ardua linquens.

ita enim apud Virgilium:

Illa autem adtollit ſtridentes anguibus alas,
Cocytique petit ſedem, ſupera ardua linquens.

v. 363. *Illa dolos aperit* &c.] Haec & ſequentia corruptiſſime in Schedis circumferebantur, quae accuratiori medicina indigent. *Illa dolos aperit* legitur in Cod. Leid. *Illa doloſa perit* in Salmaſ. *Illa dolos* quidem occurrit Lib. IV. Aen. 563.

Illa dolos dirumque nefas in pectore verſat.

ubi *dolos aperit* non junguntur, neque usquam in Virgilio, quantum ſciam. Reliqua hunc in modum exhibebant Schedae:

—— *flammisque ſequacibus ires*
Jungebat & dublice gemmis auroque coronam
Conſertam ſquamis ſerpentum flamaque volantem
Inplicat &c.

in quibus nullum agnoſcas ſenſum. Cogitabam igitur haec ita caſtiganda & diſtinguenda eſſe:

Illa dolos operi flammisque ſequacibus iras
Jungebat, duplicem gemmis auroque coronam
Conſertam ſquamis ſerpentum: flamma volantem
Inplicat, involvitque domum caligine caeca,
Proſpectum eripiens oculis. mihi frigidus &c.

Singula videamus. *operi* pro *aperit* dedi ex Lib. VIII. 432. — *ſonitumque metumque Miſcebant operi, flammisque ſequacibus iras.* unde *Miſcebat* hic quoque ſubſtitui poſſet, quia *Jungebat* ſemel tantum apud Virgilium occurrit, ſed in media, non prima verſus ſede, ut hic loci, Lib. VIII. 485. mox caſtigavi, *duplicem gemmis auroque coronam* ex Lib. I. 655. per appoſitionem. ſequenti verſu apud Maronem Lib. VIII. 436. legitur: *Certatim ſquamis ſerpentum.* illud enim *Conſertam* ex medio verſu Lib. III. Aen. 467. & Lib. V. 259. poëta hic tranſtulit in initium. Sed reliqua *flamaque volantem* variis conjecturis mihi locum dederunt. Tentaveram, — *coronam Conſertam ſquamis ſerpentum, alasque volantum Inplicat.* ita infra v. 432.

—— *paribusque revinxit*
Serpentum ſpiris, ventoſaſque addidit alas.

ſic *vitae volantum* pro avium L. VI. 728. & L. XI. 722.

Conſequitur pennis ſublimem in nube volantem.

ut profert Scholiaſtes Horatii pro *columbam.* & ſic Lib. VI. 239. & alibi. Conjeceram quoque cum hiatu, *ala volantem Inplicat*, ut Alecto Medeae oculis ſe eripuiſſe dicatur, ut in illis Virgilii ſupra prolatis,

—— *adtollit ſtridentes anguibus alas,*
Cocytique petit ſedem, ſupera ardua linquens.

& ſequentia indicent, caligine Tartarea locum, quem reliquerat Alecto, involutum fuiſſe; cum ceteri Dii ſuavi odore ac ſplendida luce loca, ad quae dilapſi fuerant, inplere dicantur poëtis. Sed tandem commodior, & a ſchedarum ſcriptura minimum recedere viſa fuit lectio, *flamma volantem Inplicat*, ut ſingula verba e diverſis Virgilii locis deducta jungantur, nam fruſtra totum hoc hemiſtichium in eo indagabitur. Senſus autem ſit, flammam corripuiſſe Creuſam ſtatim, quum fatale donum coronae a Medea accepiſſet, quod ipſa ei minatur apud Ovid. Epiſt. XII. 180.

Flebit, & ardores ſentiet uſta meos.

ut in Codd. MSS. pro *vincet aduſta.* Medea apud Senecam v. 817. — *tu nunc veſtes*

Tinge Creuſae, quas cum primum
Sumſerit, imas urat ſerpens
Flamma medullas. ignis fulvo
Cluſus in auro latet obſcurus.

tunc *volantem* poſuit forte hic auctor, pro fugere tentantem. ut tranſlatum ſit ex Lib. V. Aen. 219. de nave fugiente,

—— *ſic ipſa fuga ſecat ultima Priſtis*
Aequora, ſic illam fert inpetus ipſe volantem.

& ſic infra v. 430. nuntius Jaſoni refert de Creuſa, Medeae ignem ſentiente,

Illa ut per populos aditumque per avia quaerit,
Arte nova ſpeculata locum.

niſi *vocantem* malis, ideſt clamore opem inplorantem. ut ibid. v. 221. — *vocantem Auxilia & fractis diſcentem currere remis.* & v. 860. — *ſocios nequidquam ſaepe vocantem.* & alibi. Cl. Oudendorpius tentabat, *flamma volantemque Implicat.* vel *volatuque*, vel *volansque.* cetera *involvitque domum caligine caeca, Proſpectum eripiens oculis* ſunt ex Lib. VIII. 253.

Inproviſum aſpris veluti qui ſentibus anguem
Aut videt, aut vidiſſe putat, metuensque pericli
Incipit effari, nec vox aut verba ſequuntur.
Idque audire ſat eſt, quo me decet usque teneri:
Vadite, & haec regi memores mandata referte.

NUTRIX. MEDEA.

NUT. Hoc habet. haec melior magnis data victima divis.
Talia conjugia & tales celebrent hymenaeos.
MED. Tu ſecreta piram natorum maxima nutrix
Erige, * tuque ipſa pia tege tempora vitta,
Verbenasque adole pinguis, nigrumque bitumen:
Sacra Jovi Stygio, quae rite incepta paravi,

Per-

253. & quae iis adduntur, *mihi frigidus horror Membra quatit* & ſeqq. vitiis ſcripturae emendatis, edidi ex Lib. III. Aen. 30.

v. 369. *Inproviſum aſpris veluti* &c.] ex Lib. II. Aen. v. 379. de ominoſo ſerpentis occurſu vide quae notarint Lambin. ad Horat. Lib. III. Od. 27. 5. & Muretus Lib. IX. Var. Lect. 4. ubi quae in fine ſubjungit, Lambinum tangunt.

v. 370. *metuensque pericli*] Schedae non agnoſcunt *eſt*, quod additur Lib. V. Aen. 716. prima hujus verſus pars eſt e Lib. VI. 454. verſu ſeq. *effari* recte in iisdem Schedis, non *affari*, ut in nonnullis codicibus eſt Lib. IV. Aen. 76. vid. ſupr. ad Carm. CLXX. v. 75.

v. 372. *quo me decet uſque teneri*] ita ſcribend. vid. ad hujus Medeae v. 89.

v. 373. *Vadite, & haec regi memores mandata referte*] male in Cod. Salm. & *haec regina memores*. in Leid. *reginae*. verſus eſt e Lib. XI. Aen. 176. ubi alio verborum ordine & *haec memores regi*, ut illic quoque in Cod. Leidenſi.

v. 374. *Hoc habet! haec melior magnis data victima divis*] Confirmant Schedae receptam lectionem Lib. XII. Aen. 296. ubi in codice Oudartii, *magnis datur beſtia Divis*, & *Hoc habe* Catroeum edidiſſe notavit Patruus meus. neque aliter hunc verſum adfert Nonius Marcell. pag. 317. ubi *Hoc habet* exponit *Hoc ſatis eſt*. & ſic fere Servius, *id eſt, letali vulnere percuſſus eſt. apud antiquos enim id erat*, *hoc erat. quod nunc peractum eſt*. & ſic legitur apud Donat. ad Terent. Andr. I. I. 56. ubi etiam interpretatur de eo, qui letaliter vulneratus eſt; quod hic Creuſae apprime convenit. & eſt haec formula tranſlata ab agonibus gladiatoriis. vide Barth. XLI. Adverſ. cap. 16. ubi verba Donati ex Codice vetuſto adſert nonnihil ab editis diverſa. plura dabunt Broukh. ad Tibull. I. 5. 2. Graev. ad Flor. III. 10. in fine. & Patrui mei notae ad Quintilian. Decl. VIII. 16. ubi & de formula *peractum eſt*. qua alteram explicat Servius. Seneca Agam. 901.

Habet. peractum eſt. pendet exigua male
Caput amputatum parte.

& Herc. Oet. 1472.

Habet. peractum eſt. fata ſe noſtra explicant.

Medea v. 1019.

Bene eſt, peractum eſt. plura non habui, dolor.

haec tamen in re laeta etiam adhibetur, & cum *bene habet* conjungitur. de quo vid. ad Lotich. Lib. IV. El. 4. 201.

v. 375. *Talia conjugia, & tales celebrent hymenaeos*] *connubia* in vulgatis Virgilii editionibus eſt Lib. VII. Aen. 555. licet *conjugia* in Pierii, Heinſii, & aliis MSS. quibus hic conſentiunt Schedae.

v. 376. *Tu ſecreta piram, natorum maxima nutrix,*
*Erige, * tuque ipſa pia tege tempora vitta,*
Verbenasque adole pingues, nigrumque bitumen.]

Haec e Virgilio emendavi, quae mendoſe in Schedis ita ſcribebantur,

Tu ſecretam piram natorum maxima nutrix
Erige tuque pia tegit tempora vitta,
Verbenas adola pinguis, nicrumque vitumen.

Tu ſecreta piram Erige ſunt ex Lib. IV. 494. dein, *natorum regia nutrix* legitur Lib. V. 645. ſed *maxima* petitum eſt e verſu ibidem praecedente, *quae maxima natu.* ſequenti verſu hiat metrum deficiente uno pede. nam Lib. IV. 637. *Sic venias. Tuque ipſa pia tege tempora vitta.* Cl. Oudendorpius putabat inſerendum *jam*. vel cum repetitione *tu*, *tuque ipſa.* tertius verſus conflatus eſt ex Ecl. VIII. v. 65. & III. Georg. 451.

v. 379. *Sacra Jovi Stygio, quae rite incepta paravi,*
Perficere eſt animus, finemque inponere curis.]

Haec in Cod. Salmaſ. etiam vitioſiſſime erant deſcripta. in Leidenſi vero emendatiora legebantur. eleganter Medea Nutrici hic magica ſacra inſtruere praecipit, iis verbis, quibus Barcen nutricem adloquitur Dido apud Virg. IV. Aen. 638. quem locum egregium conferre decet cum iis, quibus

uti-

Digitized by Google

Perficere eſt animus, finemque inponere curis.
NUTR. Diſceſſere omnes medii, ſpatiumque dedere.

MEDEA. FILII UMBRA ABSYRTHI.

MED. Heu ſtirpem inviſam, & fatis contraria noſtris!
Huc ades, o formoſe puer, qui ſpiritus illi!
Sic oculos? ſic ille manus? ſic ora ferebat?

Per-

utitur Anna Didus ſoror apud Silium Ital. VIII. 116.

Nigro forte Jovi, cui tertia regna laborant,
Atque atri ſocide thalami nova ſacra parabam,
Quis aegram mentem & trepidantia corda levaret
Infelix germana tori: & ſeqq.

& nutrix Scyllae, amore Minois incenſae, tamquam Pharmaceutria, apud eumdem Virg. in Ciri v. 369.

At nutrix, patula componens ſulfura teſla,
Narciſſum caſiamque, herbas incendit olentes:
Terque novena ligat triplici diverſa colore
Fila: ter in gremium mecum, inquit, deſpue virgo,
Deſpue ter, virgo: numero Deus inpare gaudet.
Hinc magico venerata Jovi Stygialia ſacra &c.

ut emendavit Scaliger, cujus notas de ſacris his Stygialibus illic videre operae pretium eſt: ei enim feliciter ſic caſtiganti adverſantem, & puerili errore *frigidula ſacra* contra metrum ex vitioſa editione antiqua amplectentem Delrium ex merito excepit Barthius XXIII. Adverſ. 21. & in notis ad Gratii Cyneg. 405. Valer. Flac. I. 730.

Tartareo tum ſacra Jovi, Stygiisque ferebat
Manibus Alcimede, tanto ſuper anxia nato.

ſed prae ceteris conferenda ſunt cum his, quae de Medea, ſacra Stygialia peragente, leguntur apud Senecam toto Actu Medeae quarto. locus autem ille e Ciri, ſive Virgilius ipſe cultiſſimi poëmatii auctor ſit, ſive poëta alius divinum artificem imitatus, ex ejus Ecloga octava Daphnidis, & illis Didonis Lib. IV. Aen. adumbratus eſt. in quo argumento ſacrorum ejusmodi magicorum quam feliciter veteres ac recentiores poëtae ingenia ſua exercuerint, patebit ex notatis ad omnium optimam Lotichii Eclogam quintam, v. 38.

v. 381. *Diſceſſere omnes medii ſpatiumque dedere*] eſt ex Lib. XII. v. 696. ubi *mediis* in Cod. Dorvilliano legi notavit Patruus, ſive litera *s* adhaeſerit ex ſequenti voci *ſpatiumque*. ſive dictum ſit pro e mediis, ſive e turba, ut *in mediis* & ſim. Gr. ἐν μέσσοισι. vid. Heinſ. ad Claudian. I. in Rufin. v. 41. & notas ad Valer. Fl. II. 174. ſed *medii* recte ſe habet. ipſi enim homines *medii* ſimpliciter dicuntur, pro medii inter alios e turba. vid. notata Patruo meo ad Lib. II. Aen. 508.

v. 382. *Heu ſtirpem inviſam, & fatis contraria noſtris*] ita in Cod. Leid. mendoſe in Schedis Salm. *& fatis contrariis noſtris*. deſideratur hic *fatis contraria noſtris Fata*, ut additur apud Virg. VII. Aen. 293.

Heu ſtirpem inviſam, & fatis contraria noſtris
Fata Phrygum.

v. 383. *Sic oculos? ſic ille manus? ſic ora ferebat?*] pulchre Medeae Abſyrthum fratrem adloquenti poëta hic dedit illa Andromaches apud Virg. III. Aen. 490.

O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago,
Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat.

hoc autem loco Medeam umbram fratris intuentem in contrarium ſenſum haec vertere arbitror, & indicare, Abſyrthi manes longe a priſtino habitu differre, ac cruenta fati ſui veſtigia ſervare: ideo interrogationis ſigna addenda judicavi. ut hac diſtinctione vim verborum erigerem, quia id poëticum magis videbatur quam ut formoſi olim Abſyrthi pulchritudinem efferret, quam praecedenti verſu jam indicarat; ſed hic propius ad umbram reſpiciens ingemiſcat, quantum ſua crudelitate mutatus ab illo eſſet. ut Andromache Hectoris imagine in ſomnis viſa, praeclaris apud Maronem verſibus Lib. II. Aen. 274.

Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuvias indutus Achillei! &c.
Squalentem barbam, & concretos ſanguine crines,
Vulneraque illa gerens, quae circum plurima muros
Accepit patrios.

firmat hoc Seneca in Medea v. 963. ubi umbrae Abſyrthi ſibi adparenti Medea dicit:

—— *quem trabe infeſta petit*
Megaera? cujus umbra diſperſis venit
Incerta membris? frater eſt. poenas petit.

& ſic defunctorum imagines eo habitu cultuque, qui vivis poſtremus fuerat, adeſſe ſibi fingebant veteres. quo refer illud Propertii Lib. IV. 7. 7. de Cynthia poſt mortem in ſomnis viſa:

Eosdem habuit ſecum, quibus eſt elata, capillos,
Eosdem oculos: lateri veſtis aduſta fuit.

Sed praecipue umbras crudeli fato peremtorum, qualis haec Abſyrthi, deformes & ſanguinolentas ſibi adſtare perſuadebant, quod ex poëticae eruditionis theſauris optime illuſtravit Broukhuſ. ad Tibull. II. El. 7. 21. ceterum praeferunt hic Schedae lectionem meliorum codicum in Virgilio *ſic ora ferebat*. non *gerebat*, ut apud Nonium Marcell. legitur; quam locutionem Heinſio damnatam, veteribus tamen adhibitam e Patrui mei notis illic videre licet.

v. 385.

Perfidus & cuperem ipſe parens ſpectator adeſſet.
FIL. Parce pias ſcelerare manus, aut qui tibi noſtri
Pulſus amor, ſi juris materni cura remordit,
Natis parce tuis, aut nos rape in omnia tecum;
Quo res cumque cadunt, unum & commune periclum:
Adſpice nos, adſum dirarum ab ſede ſororum.
Infelix ſimulacrum * labi a corpore tanto.

MED.

v. 385. *Perfidus & cuperem ipſe parens ſpectator adeſſet*] ſic Schedae Salm. *adeſſe* in Cod. Leid. prima vox hujus verſus eſt ex Lib. VII. 362. reliqua ex Lib. X. 443. *cuperem ipſe parens ſpectator adeſſet.* ſimili voto, quo hic de Aëeta patre, etiam de Jaſone utitur Medea, antequam filios trucidaret, apud Senecam v. 993.

—— voluptas magna me invitam ſubit:
Et ecce creſcit. deerat hoc unum mihi,
Spectator ipſe. nil adhuc factum reor.

& hunc Virgilii locum imitatur Ovidius Epiſtola Canaces XI. v. 7.

Ipſe necis cuperem noſtrae ſpectator adeſſet,
Auctorisve oculis exigeretur opus.

ubi *adeſſes* praeferrem ex quinque Codd. Heinſii, ut ad Macareum referatur.

v. 386. *Parce pias ſcelerare manus*] ſic recte Cod. Leid. ex Lib. III. Aen. 42. male *celerare* in Salm. reliqua *aut qui tibi noſtri Pulſus amor* fruſtra in Marone quaeſivi. *noſter amor* Lib. IV. Aen. 307. *Nec te noſter amor, nec te data dextera quondam* &c. & alibi facile invenire eſt. neque *Pulſus amor* initio verſus in Virgilio exſtat. ſed confudit auctor ex Lib. XI. 539. ubi occurrunt iſta,

Venit amor ſubitaque animum dulcedine movit,
Pulſus ob invidiam &c.

unde oculi ictu inter legendum aberrante junxit noſter *Pulſus amor.* mallem hic ſcripſiſſet, *— aut ſi tibi noſtri Ceſſit amor.* nam Lib. VII. 636. initio legitur *Ceſſit amor.* ſic Lib. II. 595.

Quid furis? aut quonam noſtri tibi cura receſſit.

ſequenti verſu corrigendum eſt, ut metro conſulatur,

Ceſſit amor, juris materni aut cura remordet.

ſed quia toties jam ſupra habuimus verſus pedibus nonnullis abundantes, retineamus ita ut apud Virgilium ipſum Lib. VII. 402. & in Schedis MSS. legitur, *ſi juris materni cura remordet*, quamquam *remordit* in Cod. Salm. & Leid. vel cum Cel. Oudendorpio legamus, *aut ſi tibi noſtri Pulſus amor* (*juris materni cura remordet*) *Natis parce tuis.*

v. 388. *Natis parce tuis, aut nos rape in omnia tecum*] *& nos* legitur in Virg. II. 675. ubi in aliis Codd. *trahe* vel *cape.* primum eſt ex Lib. X. 532.

389. *Qua res cumque cadunt, unum & commune periclum*] totus hic verſus exſtat Lib. II. Aen. 709. ubi *cadent* in plerisque Codd. *cadunt* in ſolo Waliano. *cadant* in nonnullis Pierii.

v. 390. *adſum dirarum ab ſede ſororum*] vid. ad v. 347.

391. *Infelix ſimulacrum * labi a corpore tanto*] ſic praefert Cod. Leid. & mendoſius in Schedis Salmaſianis *labia corpore tanto.* quae cum corruptiſſima ſint, aſteriſcum iis adpoſui. *labi* ſemel tantum, etiam in media verſus ſede, invenias in Virg. I. 365. *Praecipites coelo labi* &c. deinde *corpore tanto* ſemel quoque indagare licuit Lib. XII. 835. at non *a corpore tanto.* Sed quid, quaeſo, ſignificabit Abſyrthi *Infelix ſimulacrum labi a corpore tanto?* Novi illud de imagine Creuſae, Aeneae adparenti, Lib. II. 772.

Infelix ſimulacrum atque ipſius umbra Creuſae
Viſa mihi ante oculos, & nota major imago.

unde prima pars hujus loci deſumta. Reliquis vero enodandis Oedipo certe conjectore opus eſt. Mihi hic requiri videtur hemiſtichium Virgilianum, quod mendoſae ſcripturae veſtigia premat, & paucis verbis umbram Abſyrthi crudeliter diſcerpti deformem deſcribat, ita ut modo vidimus ad v. 383. Itaque non dubito poëtam centonarium pro more ſuo hic denuo nobis dediſſe verſum uno pede ſuperfluum, ut innumeros ſupra notavimus, & ſcripſiſſe *laniatum corpore toto.* quod ſimulacro Abſyrthi a Medea dilacerati optime convenit, & deſumtum eſt ex Lib. VI. Aen. 494. de Deiphobi umbra inſtar Abſyrthi deformata:

Atque hic Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora,
Ora manusque ambas, populataque tempora raptis
Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares.

ſic de Troilo & Deiphobo Caſſandra apud Senec. in Agam. 746.

Sed lacera membra (video) & ſaucios vinclo gravi
Illos lacertos. te ſequor, nimium cito
Congreſſe Achilli Troile, incertos geris
Deiphobe vultus.

pariter Pelias umbram Phryxi laceram in ſomnis adſpiciens apud Valer. Fl. Lib. I. 49.

—— ipſum juvenem tam ſaeva gementem,
Ipſum ego, cum ſerus feſſos ſopor adligat artus,
Adſpicio: meque adſiduis lacera illius umbra
Queſtibus, & magni numen maris excitat Helle.

ubi vide notas.

MED. Quid dubitem? audendum dextra, nunc ipſa vocat res.
Auctor ego audendi, foecundum concute pectus.
Si conceſſa peto, ſi poenas ore repoſco.
Nullum in caede nefas, & amor non talia curat.
FIL. Hoſtis amare, quid increpitas mea triſtia fata.
MED. Suggere tela mihi, finemque inpone labori:
Sanguine quaerendi reditus.
FIL. Nec te noſter amor, pietas nec mitigat ulla,
Nec venit in mentem natorum ſanguine matrem
Conmaculare manus, noſtri tibi cura receſſit,
Et matri praeruptus amor.
MED. Crimen amor veſtrum, ſpretaeque injuria formae.

His

392. *Quid dubitem? audendum dextra. nunc ipſa vocat res*] ita legendum cenſui, idque in textum recepi, nam in Cod. Salmaſ. & Leid. male legebatur:

Quid dubitas audendum dextra.

unde prius conjeceram, *Quid dubitas, dextra? audendum. nunc ipſa vocat res.* ſenſu quidem commodo. ut in illo Catonis, propriam necem meditantis, in Epigrammate antiquo apud Pithoeum Lib. II. p. 50. ed. Pariſ.

Dextera, quid dubitas? durum eſt jugulare Catonem.
Sed modo liber eris: jam, puto, non dubitas.

ſed alterum praetuli, quia *Quid dubitas* in Virgilio non offendi. *Quid dubitem* eſt ex Lib. IX. v. 191. *Quid dubitem, & quae nunc animo ſententia ſurgat. audendum dextra* & ſeqq. ſunt ex ejusdem Libri v. 320.

Euryale, audendum dextra. Nunc ipſa vocat res.

aeſtum hunc dubitantis Medeae egregie depinxit Seneca toto Actu quinto Medeae; ſed praecipue v. 937.

Quid, anime, titubas? ora quid lacrimae rigant?
Variamque nunc huc ira, nunc illuc amor
Diducit? anceps aeſtus incertam rapit. & ſeqq.

& v. 988.

——— *perfectum eſt ſcelus;*
Vindicta nondum. perage, dum faciunt manus.
Quid nunc moraris, anime? quid dubitas? potes.
Jam cecidit ira. poenitet facti. pudet.
Quid miſera feci? miſera, poeniteat licet,
Feci. voluptas magna me invitam ſubit: &c.

audendum eſt dextra, in nonnullis Virgilii codicibus. ſed non opus eſt. neque habet Macrob. V. Sat. cap. 9. ubi hunc locum adfert. eſt autem formula elegans illius, qui ſibi ad rem illicitam vel temerariam patrandam inſtat, & animo ſtimulos addit. adpoſite Tarquinius, Lucretiae vim inferre cogitans, apud Ovid. II. Faſt. 781.

Exitus in dubio eſt, audebimus ultima, dixit.
Viderit. audentes Forſne Deuſne juvet.
Cepimus audendo Gabios quoque.

Juvenalis Sat. I. 73.

Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum,
Si vis eſſe aliquid.

ita *concitare ad audendum aliquid* apud Sueton. Caeſ. 8. Juſtinus Lib. V. 9. 6. *audendum aliquid pro patria ratus.* eamdem Graecis notionem eſſe verbi τολμᾶν docet Scholiaſt. Thucyd. Lib. III. c. 56. & Victorius Lib. XXXI. Var. Lect. 9. in fine verſus mendoſe etiam in Cod. Leid. ſcribebatur, *nunc ipſa voca tres.* ſimile fere illud Lib. V. Aen. 638. *jam tempus agi res*, non *agit rem*, ut adfert Statii Scholiaſtes & probat Pierius. vide Heinſ. ad Claud. I. R. P. 219.

v. 394. *Si conceſſa peto, ſi poenas ore repoſco*] Ex Lib. V. 798. & Lib. VI. 530. corruptiſſime in Schedis Salmaſ. erat, *Si conceſſa peto paena ſoro repoſco.* in Cod. Leid. *ſi conceſſo peto ſi poenas oro repoſco.* ſeq. verſu inſerui copulam, quae in Schedis omittebatur, *& amor non talia curat.* eſt ex Ecl. X. 28. primum hemiſtichium eſt ex Lib. X. Aen. 901. ubi & praecedit illud e ſeq. verſu *Hoſtis amare, quid increpitas?* ibidem *triſticia fata* hic iterum vitioſe in Cod. Leid. ut ſupra v. 276.

v. 402. *Et matri praeruptus amor*] Adſtipulantur hic Schedae codicibus antiquis, in quibus ſic legitur apud Virg. IV. Aen. 516. ubi idem quoque in Codice Papenbroukiano, cujus apud me excerpta habentur. Sed *praereptus* in Franciano MS. invenit Broukhuſius, & ego in Amſtelaedamenſi, meoque codice. & ſic exſtat apud Scholiaſtem ineditum Juvenalis Voſſianum, ſed longe ampliorem Pithoeano, ad Sat. VI. 613. cujus illic poſt alia, quae praecedunt, verba ſunt: *ferunt Phyſici in fronte equini pulli mox nati haberi quamdam carunculam,*

Digitized by Google

His merſere malis, fratrem ne deſere frater.
Poenarum exhauſtum ſatis eſt, via facta per hoſtes:
Et genus inviſum dextra ſub Tartara miſi.
Jam jam nulla mora eſt currus agitare volantes.

JASON. NUNTIUS. MEDEA EX ALTO.

JAS. Hei mihi! quid tanto turbantur moenia luctu?
Quaecumque eſt fortuna, mea eſt; quid denique reſtat?
Dic age, namque mihi fallax haud ante repertus.
NUNT. En perfecta tibi promiſſa conjugis arte
Munera, at ingentem luctum ne quaere tuorum.
Sed ſi tantus amor menti, ſi tanta cupido eſt;
Expediam dictis, & te tua fata docebo.
Conſpectu in medio, cum dona inponeret aris,
Ah virgo infelix, oculos dejecta decoros;
Undique conveniunt per limina tota frequentes
Matres atque viri, cumulantque altaria donis.
Religione patrum biforem dat tibia cantum.

Cum

lam, quam mater dentibus aufert, quam ſi quis matri praeripuerit. *odit* (ſic legend.) *pullum ilico, & a ſe projicit. Virgilius: Quaeritur & naſcentis equi de fronte revulſus, Et matri* praereptus *amor.*

v. 407. *currus agitare volantes*] Eſt ex Lib. III. Georg. 181. Confer cum his finem Medeae apud Senecam. praec. verſ. *genus viſum* in Salm. ſed *inviſum* recte in Leid. a m ſec.

MEDEA EX ALTO] ita in Cod. Leid. MEDEA ALTO in Salm.

v. 408. *Hei mihi! quid tanto turbantur moenia luctu?*] ſic edidi ex Lib. XII. 620. vitioſe enim in Cod. Salm. *Ei mihi quid tanto turbamur maenia lucri.* in Leid. *turbamur maenia luctu.* paullo poſt correxi, *Dic age, namque mihi fallax haud ante repertus.* ex Lib. VI. 343. nam mendoſe in Salm. & Leid. Cod. *Dic aginamque mihi fallax aut ante repertus.*

v. 411. *En perfecta tibi promiſſa conjugis arte Munera*] verſum hunc corruptiſſimum exhibebant Schedae Salmaſianae,

En perfecta tibi promiſſa conjugia forte.

in Cod. Leidenſi, *En effecta tibi promiſſa conjugia forte.* & in eodem ſpatium erat vacuum, tamquam poſt hunc verſum unus excidiſſet. primo hemiſtichio edidi, *En perfecta tibi*, ex Lib. VII. 545. reliqua ex Lib. VIII. 612.

En perfecta mei promiſſa conjugis arte

Munera. quomodo etiam, non *effecta*, legitur apud Macrob. V. Sat. 8. ſequentia ſunt ex Lib. VI. Aen. 869. ubi inſerui *at*, quam voculam excidiſſe puto, repetendam ex ultima litera praecedentis vocis *Munera.*

414. *Expediam dictis, & te tua fata docebo*] ex Lib. VI. 759. male in utroque Cod. *facta.* ut & verſ. ſeq. *deponeret* vitioſe in Salm. *reponeret* in Leid. Cod. pro *inponeret aris*, ex Lib. IV. Aen. 453. & ſic apud Nonium Marc. in *inponere* pag. 328.

v. 416. *Ah virgo infelix, oculos dejecta decoros*] prima verſus pars eſt ex Eclog. VI. 47. & 52. ubi *A virgo* in nonnullis Codd. & apud Probum Lib. I. Inſt. Gram. p. 1387. ed. Putſch. & ſic in Cod. Salm. & Leid. deinde *decorus* in Leid. *oculis dejecta decoris* in uno codice Rottendorphiano eſt apud Virg. XI. 480. ſed *oculos decoros* habent Schedae MSS. tam hoc loco, quam ſupra Carm. CLXX. v. 68. hemiſtichium hoc Virgilianum Martiano Capellae Lib. IX. pag. 306. ubi in vulgatis male editur, *oculos delecta decoros*, bene reſtituit Cel. Drakenb. ad Silium Lib. VIII. 73. quod Codex Martiani Cauchianus & Leidenſis confirmat. ſequentes duo verſus deſiderantur in Cod. Leid.

v. 419. *biforem dat tibia cantum*] Eſt ex Lib. IX. Aen. 618. & hoc hemiſtichio Virgiliano illuſtrat Scholiaſtes Statii illud ex Lib. VIII. Theb. 222. *gemina aera ſonant, Idaeaque terga, Et moderata ſonum vario ſpiramine buxus.* ubi explicat de tibia varie forata. & Servius ad hunc locum *imparem, biſonum* exponit, ac de tibiis Serranis, quae *pares*,

Digitized by Google

Cum ſubito, dictuque oritur mirabile monſtrum.
Ecce levis ſummo deſcendere corpore peſtis
Incipit, ac totis Vulcanum ſpargere tectis.
Regaleſque accenſa comas, accenſa coronam
Membra ſequebantur, artus ſacer ignis edebat.
Diffugiunt comites, & quae ſibi quiſque timebat,
Tecta metu petiere, & ſic ubi concava furtim
Saxa petunt, furit inmiſſis Vulcanus habenis.
Nec vires herbarum, infuſaque flumina proſunt,

Quae-

rer, & Phrygiis, quae *impares* dicuntur, agit, adducto hac de re Varronis fragmento: de his tibiis paribus & inparibus licet virorum eruditorum induſtria haud pauca literis conſignata ſint, nondum tamen omnia ad liquidum deducta. Itaque rem forte non ingratam lectori facturum me arbitior, ſi de his obſervationem Joſephi Scaligeri ex libro MS. Adverſariorum Viri Illuſtris hic inſeram: „ Commentator Horatii pag. 629. (ed. Crucq.) *Varro in tertio diſciplinarum ad Marcellum de Lingua Latina, quatuor foraminum fuiſſe tibias apud antiquos ait: & ſe ipſum in Marſiae templo eas vidiſſe refert.* Quare quaterna foramina antiquae tibiae habuerunt. His conſentanea ſcribit Pollux p. 215. (Lib. IV. c. X. §. 3.) καὶ τοῖς μὲν τέτταρα τρυπήματα εἶχεν ὁ αὐλός. πολύτρητον δ' αὐτὸν ἐποίησε Διόδωρος ὁ Θηβαῖος πλαγίας ἀνοίξας τῷ πνεύματι τὰς ὁδούς. Servius in illud — BIFOREM DAT TIBIA CANTUM. *Tibiae Serranae pares, & quae aequales habent cavernas. Phrygiae impares, & quae inaequales habent cavernas.* Ex quibus docemur pares & impares a paritate, & inparitate foraminum dici, ut etiam docuit Feſtus. Sequitur apud eumdem: *Varro: Tibia Phrygia dextra unum foramen habet; ſiniſtra duo. quorum unum acutum ſonum habet: alterum gravem.* Donatus de Inſcriptione Andriae: *tibiis paribus, dextris & ſiniſtris.* certe legendum *dextra & ſiniſtra.* Non intelligo. Idem in Inſcriptione Eunuchi: *Tibiis duabus, dextra & ſiniſtra. ob jocularia*, inquit, *multa admixta gravitate.* At inſcriptio vulgaris: TIBIIS. DUABUS. DEXTRIS. Quid hic facias? In vulgari Inſcriptione Heautontimorumeni: *acta primum tibiis imparibus: deinde duabus dextris.* ergo dextrae erant pares, ideſt paribus foraminibus, ex definitione Feſti & Servii. Donatus in Inſcript. Adelph. *Modulata eſt autem tibiis dextris ideſt Lydiis, ob ſeriam gravitatem.* in Inſcript. vulgari, TIBIIS SERRANIS. Hoc modo tibiae Serranae eaedem eſſent cum Lydiis, eaedemque dextrae. Donatus in Inſcript. Phormionis; *tibiis Serranis.* In Inſcript. vulgari, TIBIIS IMPARIBUS. Atqui ſupra tibiae Serranae erant dextrae, eaedem cum Lydiis ſcilicet. Sed & Plinius de calamis loquens obſcura prodit de dextra & ſiniſtra tibia. omnia autem Plinius habet a Theophraſto p. 48. qui ζευγίτας καλάμους vocat pares. & Feſtus, *paribus equis.* Tunc opponerentur μοναύλῳ. Ego nihil umquam incertius legi, quam de his tibiis. Haec Scaliger. cum quibus conferri merentur, quae de his ſcripſerunt Victorius Lib. XXXVIII. Var. Lect. 22. Nannius Lib. 1. Miſcell. cap. 6. Lindenbrog. ad Terent. p. 587. & 588. Faber Lib. 1. Agoniſt. cap. 4. Paſſerat. ad Propert. pag. 332. & Salmaſ. ad Vopiſc. Carin. cap. 19. aliique.

v. 420. *Cum ſubito, dictuque oritur mirabile monſtrum*] favent hic Schedae MSS. Mediceo & aliis Virgilii codicibus apud Pierium & Heinſium Lib. II. Aen. 680. licet *ſubitum* in vulgatis, & in Cod. Amſtel. legatur. *ſubito* in MS. Franciano, & in meo codice a manu prima, ſed recentiori manu correctum *ſubitum.*

v. 422. *Ecce levis ſummo deſcendere corpore peſtis Incipit*] prima verſus pars *Ecce levis ſummo* eſt ex Lib. II. Aen. 682. reliqua ſunt ex Lib. V. v. 683. ſed ubi legitur *toto deſcendit corpore peſtis.* verum id mutavit & *deſcendere* hic ſcripſit auctor, ut connecteret cum *Incipit.* ſequentia ſunt ex Lib. VII. 75 & 77. ex quo loco patebit legendum, *accenſa coronam.* nam male *corona* in Schedis MSS.

v. 424. *Membra ſequebantur, artus ſacer ignis edebat*] verſus hic partim ex penultimo partim ex ultimo verſu Libri III. Georg. conſarcinatus eſt, ubi *ſequebatur* in vulgatis, ſed *ſequebantur* e plurimis Codd. adfert Heinſius.

v. 426. *& ſic ubi concava furtim Saxa petunt, furit inmiſſis Vulcanus habenis*] ita correxi ex Lib. V. Aen. 677. & 662. vitioſe enim in Schedis MSS. legebatur: *concaba furtim*
Saxa pedunt furit inmiſſus Vulcanus abenis.

v. 428. *Nec vires berborum, infuſaque flumina proſunt*] ita in Cod. Salm. & Leid. Corrigendum tamen,
Nec vires heroum, infuſaque flumina proſunt.

us

Quaeſitaeque nocent artes, miſerabile dictu!
Illa ut per populos aditumque per avia quaerit,
Arte nova ſpeculata locum: paribusque revinxit
Serpentum ſpiris, ventoſasque addidit alas:
Enſe levis nudo perfuſos ſanguine currus.
JAS. Quo ſequar? aut quid jam miſero mihi denique reſtat?
Me me, adſum qui feci, in me omnia tela

Con-

ut in ipſo legitur Virgilio Lib. v. Aen. 684. nam *vires berbarum* apud Maronem fruſtra quaeras. ſed quia librarius de Medea cogitabat, *berbarum* ſcripſit. per *vires beroum* hic innuit, fruſtra aulicos & miniſtros Creuſae opem voluiſſe adferre ad flammam extinguendam, quam potius augeri oppoſitis remediis dicit. quae lucem accipient ex Senecae Medea v. 888. & Euripidis v. 1135. & ſeqq. ubi fuſe exponit Nuntius, quomodo Creuſa funeſto Medeae munere exarſerit, & tota perierit.

v. 430. *Illa ut per populos, aditumque per avia quaerit*] ſic emendavi Schedas MSS. in quibus legebatur:

Illa autem per populos aditumque per abia quaerit.

initio forte reſpicit ad Lib. vi. Aen. 588.

Per Grajum populos, mediaeque per Elidis urbem
Ibat ovans. vel ad Lib. vii. 384.
Per medias urbes agitur, populosque feroces.

alterum hemiſtichium eſt ex Lib. ix. 58. ubi G. Fabricius recte hanc lectionem vindicat, & de lymphato homine dici notat. cum in aliis legatur, *aditumque & pervia quaeris.* quod firmat etiam Non. Marcel. pag. 237. & ſic Lib. ii. Aen. 736.

——— *namque avia curſu*
Dum ſequor, & nota excedo regione viarum.

reliqua ſunt ex Lib. vii. 477.

v. 432. *paribusque revinxit Serpentum ſpiris, ventoſasque addidit alas*] ita legendum ex Lib. xii. 848. male in Salm. & Leid. Cod. *ſpinis*. *ſpirae* enim dicuntur anguium volumina. Papias in Vocabulario: *Spirae, volumina, gyri, circuli, nodi, quibus ſe ligant ſerpentes.* Claudian. ii. in Rufin. 364.

——— *ſpirisque remiſſis*
Manſueſcunt varii vento ceſſante dracones.

& hanc vocem Statio reſtituendam putabat Heinſius, Lib. xi. Theb. 311.

Ictus ut incerto paſtoris vulnere ſerpens
Erigitur ſpira. ubi in vulgatis *gyro.* vid. Serv. ad Virg. ii. Aen. 227. & Weitz. ad Valer. Fl. Lib. v. 254. *nodos ſerpentum* dixit Virg. i. Aen. 220. & Seneca in Medea v. 695. vide N. Heinſ. Lib. i. Adverſ. cap. 7. pag. 77. eadem varietas apud Martian. Capell. Lib. ii. init.

Et ſpiris torvo nituerunt aſtra draconi.

ſic enim edidit Grotius. licet illic *ſpinis* etiam legi poſſe cenſeat Heinſius. vide Patrui mei notas ad Lucan. ix. 716. qui recte etiam *torto draconi* emendat. deinde *ventoſasque adedit alas* corrupte in Cod. Salm. *addidit* bene in Leid. Hoc Virgilii hemiſtichium imitatione ſua adoptavit Propertius Lib. ii. El. 9. 5. in pictura Cupidinis:

Quicumque ille fuit, primus qui pinxit Amorem,
Nonne putas miras bunc babuiſſe manus &c.
Idem non fruſtra ventoſas addidit alas,
Fecit & bumano corde volare deum.

ita enim primo verſu legendum ex Cod. Leidenſi ſecundo, vulgo *puerum qui pinxit Amorem* eſt enim locus ille Propertii adumbratus partim ex verſibus Theophraſti in Erotico, partim ex illis Eubuli apud Athenaeum Lib. xiii. p. 562.

Τίς ἦν ὁ ἀνάψας πρῶτος ἀνθρώπων ἄρα
Ἢ κηροπλαστήσας Ἔρωθ' ὑπόπτερον &c.

deinde illud *bumano corde* non fruſtra offendebat Heinſium, qui conjiciebat *bumana forte*, ut exprimat Graecorum ἀνθρωποειδῆ. *ventoſum* Cupidinem etiam dixit Ovid. ii. Am. 9. 49.

Tu levis es, multoque tuis ventoſior alis:

ubi *velocior* fruſtra in Moret. ac Menteliano codice.

v. 433. *Enſe levis nudo perfuſos ſanguine currus*] *Enſe ſequens nudo* legitur apud Virg. xii. Aen. 306. reliqua ſunt ex Lib. xi. 88.

v. 434. *Quo ſequar? aut quid jam miſero mibi denique reſtat?*
Me me, adſum qui feci, in me omnia tela
Conjicite, banc animam quocumque abſumite leto]

ita hos verſus caſtigavi, qui vitioſi erant in Schedis. in Cod. Salm. *Quo ſegor.* in Leid. *Quos egor aut quid jam mibi miſero denique reſtat.* in quo etiam tertius verſus deſiderabatur. prima pars eſt ex Lib. ix. 490.

Quo ſequar? aut quae nunc artus avolſaque membra
Et funus lacerum tellus babet?

ubi *ſequor* etiam in uno Cod. Hamburgico, ut hic Schedae MSS. alterum hemiſtichium *quid jam miſero* &c. eſt ex Lib. ii. Aen. 70. illudque ex conjectura Heinſii recte Lucano vindicavit Patruus meus Lib. x. 366. —— *nil denique reſtat Auxilii*, pro *nil undique.* ſic Lib. xii. Aen. 793.

Quae jam finis erit, conjux, quid denique reſtat?

alter verſus *Me me, adſum qui feci*, &c. eſt ex L. ix. 427.

Me me (adſum qui feci) in me convertite ferrum.

ſed ſi duplex offendat in eo hiatus, legi poteſt,

Me me adſum qui feci, in me nunc omnia tela
Conjicite. vide & ſupra ad Carm. clxxi. 155. ubi

Conjicite, hanc animam quocumque abſumite leto.
Funeris heu tibi cauſſa fui, dux femina facti.
MED. Huc geminas nunc flecte acies, & conde ſepulcro
Corpora natorum, cape dona extrema tuorum.
Et tumulum facite, & tumulo ſuperaddite carmen,
Saevus amor docuit natorum ſanguine matrem
Conmaculare manus, & luctu miſcere hymenaeos.
Te ſuper aetherias errare licentius auras.
JAS. Crudelis mater, tanton' me crimine dignum
Duxiſti? & patrios foedaſti funere vultus?

Arma

Myrtilus eodem hoc hemiſtichio oportune utitur, ut hoc loco Jaſon. qui iisdem fere verbis apud Senecam in Medea v. 1005.

Jam parce nato. ſi quod eſt crimen, meum eſt:
Me dede morti, noxium macta caput.

& haec imitatur Statius I. Theb. 651.

Quid meruere Argi? me me, divum optime, ſolum
Objeciſſe caput fatis praeſtabit.

ubi Scholiaſtes hunc Virgilii verſum etiam adnotavit. reliqua ſunt partim ex Lib. IX. Aen. 494.

——— *in me omnia tela*
Conjicite, o Rutuli, me primam abſumite ferro.

partim ex Lib. III. 654.

Vos animam hanc potius quocumque abſumite leto.

ubi male *aſſumite* in nonnullis Codd. MSS.

v. 438. *Huc geminas nunc flecte acies, & conde ſepulcro Corpora natorum cape dona extrema tuorum*] ita eſt in Schedis MSS. in nonnullis tamen Virgilii codicibus, teſte G. Fabricio, repetitione eleganti legitur, *Huc geminas huc flecte acies.* Lib. VI. 789. alterum *& conde ſepulcro* eſt ex Lib. VI. 152. *Corpora natorum* legitur Lib. II. Aen. 214 deinde *cape dona extrema tuorum* Lib. III. 488. Sunt autem haec verba Medeae filios a ſe excutientis, & Jaſoni in terram projicientis. cum quibus confer illa Senecae in Medea v. 997.

——— *Congere extremum tuis*
Natis, Jaſon, funus, ac tumulum ſtrue. &c.

ubi *extremum manus* recte legebat Heinſius, ut in hoc loco Virgilii, *cape dona extrema tuorum.* eleganter Medeam hoc ſcelus agitantem inducit Valer. Flacc. Lib. II. 180. & ſeqq.

——— *mene ille novis, men' deſtinat amens*
Servitiis? urbem aut fugiens, natosque relinquam.
Non prius enſe manus, raptoque armabimus igne?
Dumque ſilent, ducuntque nova cum conjuge ſomnos,
Magnum aliquid ſpirabit amor. tunc ignea torquens
Lumina, praecipites excuſſit ab ubere natos.

ſic enim recte viri docti reſtituerunt pro *Magnum aliquid ſperabit amor.* quo loco egregie firmatur Scaligeri, Lipſii, ac Fruterii emendatio apud Propert. II. 12. 53. — *qui nunc magnum ſpiramus amantes.* quod merito amplexus eſt Broukhuſius, & Heinſius in notis ad Propert. p. 692. licet in plurimis MSS. etiam Leidenſibus, Voſſianis, Dorvilianis, ac meo codice, eadem varietate, illic legatur *ſperamus.* *altum ſpirare* dixit Statius Lib. V. Sylv. 3. 10. *magnanimum qui facta adtollere regum Ibam, altum ſpirans.* reſpexit autem Valerius procul dubio illud Virgilii Lib. IX. 186.

——— *aut aliquid jam dudum invadere magnum*
Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete eſt.

de quo vide ſupra ad v. 179. hujus Medeae.

v. 440. *Et tumulum facite, & tumulo ſuperaddite carmen*] eſt ex Ecl. V. 42. vitioſe in Cod. Leid. *ſuper addedit.* reliqua *Saevus Amor docuit natorum* &c. ſunt ex Eclog. VIII. 48. quo verſu Virgiliano forte firmatur lectio codicum nonnullorum apud Ovid. II. Am. 14. 29. *Colchida reſperſam natorum ſanguine culpant.* ubi in vulgatis *puerorum.* ſed hic vel legendum *Commaculare manum.* vel deleta copula & corrigendum, *Commaculare manus, luctu miſcere hymenaeos.* aut *luctum miſcere hymenaeis.* nam in Cod. Salm. & Leid. hic legitur, *luctum miſcere imeneus.* locus autem eſt ex Lib. XII. 805. vide ſupra ad v. 357.

v. 443. *Te ſuper aetherias errare licentius auras*] verſus hic, vitioſe in Schedis exaratus, exſtat Lib. VII. 557. Sed forte hic praeſtaret, *Me ſuper aetherias* &c. ita enim ipſa Medea apud Senecam ſub finem v. 1025.

——— *recipe jam natos parens.*
Ego inter auras aliti curru vehar.

cui reſpondet mox Jaſon:

Per alta vade ſpatia ſublimi aetheris:
Teſtare nullos eſſe, qua veheris, Deos.

& ſic ſupra Medea v. 407.

Jam jam nulla mora eſt currus agitare volantes.

v. 444. *tanton' me crimine dignum Duxiſti?*] ſic edidi ex ipſo Virg. X. Aen. 668. nam fruſtra in Cod. Salm. & Leid. *tantum me*, licet ita in Sprotiano & Zulichemio Virgilii Cod. legatur. ſed *tanton me* etiam in Amſtelaedamenſi, meoque codice inve-

Digitized by Google

Arma viri, ferte arma, date tela, adſcendite muros.
MED. Quo moriture ruis? thalamos ne deſere pactos,
Hortator ſcelerum, noſtram nunc accipe mentem.

Sive

inveni. & ſic Nonius Marcell. pag. 283. ed. Merc. Max. Victorinus in Arte Gramm. p. 1944. Alcuinus p. 2135. aliique Grammatici veteres adſerunt. Sequenti verſu *foedaſti funere vultus* eſt in Schedis MSS. & vulgatis Virgilii codicibus Lib. II. Aen. 539. licet *ſanguine* vel *vulnere* in aliis MSS. ſed vulgatam bene vindicant Patrui mei notae.

v. 446. *Arma viri, ferte arma, date tela, aſcendite muros*] ita quidem in Schedis exſtat. ſed diverſa hemiſtichia jungens auctor verſum aequo longiorem nobis denuo excudit. primum eſt ex Lib. II. Aen. 668. alterum ex Lib. IX. 37. ubi legitur,

Ferte citi ferrum, date tela, & ſcandite muros.

ubi *aſcendite* in vetuſtis apud Pierium codicibus & Mediceo apud Heinſium, qui e lectione aliorum codicum *& ſcandite* illic praeferebat *eſcendite*, de quo verbo, plurimis viris doctis, J. Fr. Gronovio praeſertim, probato, vide Broukhuſ. ad Propert. III. 3. 67. & Gotl. Kortium de uſu Orthogr. Lat. Diſſ. II. c. III. pag. 58. ſed recte puto Patruum meum copulam retinuiſſe, & ex optimis codicibis praetuliſſe *& ſcandite muros.* ut ibidem in Franciano, Amſtelaedamenſi, meoque codice legitur. *date tela* etiam Lib. IV. Aen. 594. veterum Grammaticorum auctoritate reſtituit Heinſius. ubi in aliis *date vela.*

v. 447. *Quo moriture ruis*] eſt ex Lib. X. 811. quem verſum adſert etiam Nonius Marcell. p. 380. ita ut in vulgatis legitur. ne quis hic quoque *periture* praeferat, ut paſſim hae voces mutantur. vide Heinſii & Patrui mei notas ad Lib. II. Aen. 408. ibidemque variantes in Servium, illo verſu, *Et ſeſe medium injecit moriturus in agmen.* ubi ex ſolo Mediceo *periturus* adſert Heinſius, quod ex aliis codicibus etiam probat Pierius. eodem libro v. 511. *denſos fertur moriturus in hoſtes.* Lib. IX. 554. *Haud aliter juvenis medios moriturus in hoſtes Irruit.* ubi tamen nulla ex codicibus MSS. notatur varietas. Statius Lib. V. Sylv. 3. 68.

—— obſtantesque manus turbamque tenentem
Vincit, in ardentem liceat moritura maritum.

ubi Scriverius in margine exemplaris ſui, *liceat modo, itura maritum.* idque probat Gevartius p. 236. quomodo etiam Barthius, Guyetus, aliique. quod nonnihil firmari poſſet ex Ovid. VIII. Met. 38.

Impetus eſt illi, liceat modo, ferre per agmen
Virgineos hoſtile gradus.

conjeceram aliquando *in ardentem, liceat, ruitura maritum.* ut in hoc Virgilii verſu *Quo moriture ruis?* & poſtea vidi ſimiliter emndaſſe in ſuo libro Heinſium. ſed *moritura in maritum*, pro *ſuper ardentem maritum*, vindicavit Gronovius Diatrib. cap. 51. p. 336. maxime ex ſimili loco Statiano Lib. VI. Th. 35.

—— laceraſque ſuper procumbere nati
Reliquias ardet, totieſque avulſa refertur.

ubi tamen in MSS. eſt *prorumpere*, id eſt ruere, quod priori emendationi favet. quamquam Gronovii ſententiae, quam recepit etiam Marklandus, adſtipuletur locus Propertii, de Indis mulieribus ſuper maritorum cadavera ſe ultro in rogos conjicientibus, Lib. III. El. XI. 19. quem adſeram, ut levi emendatione adjuvem:

Et certamen habent leti, quae viva ſequatur
Conjugium; pudor eſt non licuiſſe mori.
Gaudent victrices, & flammae pectora praebent,
Inponuntque ſuis ora peruſta viris.

ubi Lipſius,

Et certamen habent laetae: quae viva ſequatur &c.

inprobante Broukhuſio. melius fuiſſet forſitan,

Et certamen habent: laeta eſt, quae viva ſequatur.

ut elegans ſit oppoſitio inter *laeta eſt*, quae ſimul cum marito mortem ſubit, & *pudor eſt*, cui id non liceat. quod unice firmat locus Ciceronis de hoc eodem Indarum conjugum ritu, Lib. V. Tuſcul. cap. 27. *mulieres vero in India, cum eſt cujus earum vir mortuus, in certamen judiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit: plures enim ſingulis ſolent eſſe nuptae. quae eſt victrix*, ea laeta *proſequentibus ſuis una cum viro in rogum inponitur; illae victae, moeſtae diſcedunt.* ex quibus verbis patet, in loco Propertiano fruſtra legi, *Et certamen habent leti.* non enim certant, quo mortis genere periturae ſint, ſed certamen amoris habent, quam earum plurimum dilexerit maritus. cui explicationi favet ſimillimus Pompon. Melae locus Lib. II. cap. 2. *Super mortuorum virorum corpora interfici ſimulque ſepeliri, votum eximium habent: & quia plures ſimul ſingulis nuptae ſunt, cujus id ſit decus, apud judicaturos, magno certamine adfectant. Moribus datur, eſtque maxime laetum, cum in hoc contenditur, vincere. Moerent aliae vocibus, & cum acerbiſſimis planctibus efferunt.* & ita de iiſdem Servius ad Virg. V. Aen. 95. *Fuit haec majorum conſuetudo, ſicut hodieque apud Indos eſt, ut quoties reges moriebantur, cum his una de uxoribus charior circa rogum occiſi incenderetur, inter quas de hoc ipſo erat magna contentio.* ideſt contendebant inter ſe, quae de uxoribus charior fuiſſet; quae autem vicit, laeta cum marito

Digitized by Google

Sive animo, ſive arte vales. opta ardua pennis
Aſtra ſequi, & ſi adeo dotalis regia cordi eſt,
Noſtraſne evadere demens
Speraſti te poſſe manus? opta ardua pennis
Aſtra ſequi, clauſumque cava te condere terra,
Et famam extingui veterum ſic poſſe malorum.
Haec via ſola fuit, haec nos ſuprema manebat,
Exitiis poſitura modum.
Sat fatis Venerique datum eſt, feror exſul in altum,
Germanum fugiens, & non felicia tela,
Ultra anni ſoliſque vias quid denique reſtat?
Et longum, formoſe, vale, & quisquis amores
Aut metuat dulces, aut experietur amaros.

AN-

rito conburitur, ſive ut ſequitur apud Propertium, *Gaudent victrices*. ubi in multis MSS. *Ardent*. quod admittendum, ſi legatur, ita ut conjeci, *laeta eſt, quae viva ſequatur* &c. ne bis idem dicat. certe Ciceronis & Servii loca illud *certamen leti* rejiciunt, & de contentione amoris exponendum ſuadent; niſi quis cum Cel. Oudendorpio praeferat, *leto quae viva ſequatur Conjugium* &c.

Ibid. *thalamos ne deſere pactos Hortator ſcelerum, noſtram* &c.] ita correxi & diſtinxi. prius eſt ex Lib x. Aen. 649. *Hortatur* male in Schedis MSS. Jaſonem *ſcelerum hortatorem* vocat, ut Ulyſſen Virg. vi. Aen. 529. qui *ſceleris artifex*, vel auctor aliis dicitur. de quo vid. Rittersh. ad Gunther. pag. 102.

v. 449. *Sive animo, ſive arte vales, opta ardua pennis Aſtra ſequi* &c.] Haec & ſequentia ita edidi, ut in Schedis MSS. licet mendoſe exarata, inveni, ſed in quibus turbatum eſſe a deſcriptoribus, facile quisque videt. cum verſus ille *opta ardua pennis Aſtra ſequi* bis repetatur, quem primo loco delendum cenſeo, & ſuppleto in ceteris hiatu, addito uno alterove hemiſtichio Virgiliano, commodum ſatis ſenſum oriturum arbitror, ſi locum corruptiſſimum aliter concinnare, ac verſus digerere liceat hoc modo:

Sive animis, ſive arte vales, ſi pectore robur
Concipis, & ſi adeo dotalis regia cordi eſt,
Quae nunc deinde mora eſt? noſtraſne evadere demens
Speraſti te poſſe manus? opta ardua pennis
Aſtra ſequi. clauſumque cava te condere terra,
Et famam extingui veterum ſic poſſe malorum.

primum hemiſtichium eſt ex Lib. xii. 892. ubi *opta ardua pennis Aſtra ſequi* &c. ſubſequuntur. ſed elegantiorem fore centonem judicavi, ſic haec inſertis aliis hemiſtichiis ſepararentur. *ſi pectore robur concipis, & ſi adeo dotalis* &c. leguntur Lib. xi. 368. porro, *Quae nunc deinde mora eſt?* ſunt ex Lib. xii. v. 891. reliqua *noſtraſne evadere demens Speraſti te poſſe manus* Lib. ix. 560. *opta ardua pennis Aſtra ſequi, clauſumque cava* &c. Lib. xii. 893. ultimus verſus eſt ex Lib. vi. 527. male autem in initio hujus loci *Sive animo* legitur in Schedis MSS. *animis* eſt apud Virg. de quo vide ad Carm. clxxii. 16.

v. 455. *Haec via ſola fuit, haec nos ſuprema manebat, Exitiis poſitura modum*] ita emendavi ex Lib. vii. 128. vitioſe in Cod. Salm. *haec nobis ſuppre manebat*. in Leid. *haec nobis ſupprema manebat*. primum hemiſtichium *Haec via ſola fuit*, ſed media verſus ſede, legitur Lib. x. Aen. 879.

v. 457. *Sat fatis Venerique datum eſt*] faciunt hic Schedae MSS. cum illis Virgilii codicibus, qui τὸ *eſt* hic addunt, licet plerique ex melioribus, teſte Heinſio, id non agnoſcant Lib. ix. Aen 135. & licet in Mediceo ac Romano codice haberi notet Pierius, concinnius tamen cenſet, ſi abſit; neque id legitur in Amſtelaedamenſi meoque codice.

459. *Ultra anni ſoliſque vias*] ita Schedae MSS. *annis* in Leid. at apud Virg. vi. Aen. 797. legitur *Extra anni ſoliſque vias*. nullis codicibus illic hanc ſcripturam tuentibus. *anni & ſolis viae* hic notant extremos mundi & temporis terminos. vide Heinſ. ad Claudian. ii. in Rufin. 245. *quid denique reſtat* eſt ex Lib. xii. 793. *Quae jam finis erit conjux? quid denique reſtat?* cui ſimile illud ex Lib. ii. Aen. 70. ſed alio verborum ordine, *aut quid jam miſero mihi denique reſtat*. vid. ſupra ad v. 434. ultima petita ſunt ex Eclog. iii. in fine, ubi *metuet* in vulgatis. ſed *metuat* in Mediceo codice etiam legi teſtatur Pierius. & ex Veneto ac duobus Leidenſibus adfert Patruus meus. idque melius conveniret cum *experiatur*, quod in Moretano Cod. legitur. Sed haec quidem ad Medeam hanc notata ſufficiant.

Digitized by Google

ANTHOLOGIAE
VETERUM LATINORUM
EPIGRAMMATUM
ET
POËMATUM
LIBER SECUNDUS.

VIRI ILLUSTRES VEL DOCTI.

EPIGR. I. *Sardanapali tumulus.*

HAec habeo quae edi, quaeque exſaturata libido
Hauſit, at illa jacent pulchra & praeclara relicta.

EP.

EPIGR. I. *Sardanapali Tumulus.*] Vulgatum hoc Sardanapali Epitaphium, quod habetur apud Cicer. Lib. v. Tuſculan. cap. 35. hic edidi, quia legitur apud Pithoeum Lib. III. p. 98. qui verſu ſecundo dedit, *Hauſerat*, *illa manent.* cum in aliis rectius legatur, *Hauſit*, *at illa jacent.* quod confirmat Moroni Codex, in quo, *Hauſit*, *alia jacent multa & praeclara.* Ceterum tertius verſus ab aliis vulgo additur,

Ede, *bibe*, *lude*, *poſt mortem nulla voluptas.*

Sed quem omiſi, quia apud Ciceronem non habetur, & in Pithoei editione etiam deſideratur: cum forte alii addiderunt ex Graeco Sardanapali monumento, quod habetur apud Strabonem Lib. XIV. pag. 672. ed. Pariſ. ubi ex Ariſtobulo refert ad Anchialen in Cilicia illud conſpici literis Aſſyriis Inſcriptum: ΣΑΡΔΑΝΑΠΑΛΟΣ Ο ΑΝΑΚΥΝΔΑΡΑΞΕΩ ΠΑΙΣ ΑΓΧΙΑΛΗΝ ΚΑΙ ΤΑΡΣΟΝ ΕΔΕΙΜΕΝ ΕΝ ΗΜΕΡΗ ΜΙΗ. ΣΥ (ΕΥ perperam vulgatur) Δ' Ω ΞΕΝΕ ΕΣΘΙΕ, ΠΙΝΕ, ΠΑΙΖΕ. & huic ſimile eſt, quod habetur in Proverbior. Graecor. Vatic. Append. p. 312. ubi vide notas A. Schotti. Ex ultimis quippe Inſcriptionis hujus verbis illa in verſu tertio, *Ede*, *bibe*, *lude*, ſubjunxerunt alii. & illud *poſt mortem nulla voluptas*, ex ſecundo verſu Epitaphii, quod ſequitur: θανόντι τοι οὔ τις ὄνησις. huc facit Ciceronis locus Lib. II. de Finib. 32. *Corporis autem voluptas ſi etiam praeterita delectat*, *non intelligo*, *cur Ariſtoteles Sardanapali Epigramma tantopere derideat. in quo ille rex Aſſyriae glorietur*, *ſe omnes ſecum libidinum voluptates abſtuliſſe.* Sed totum illud, quod a Strabone ibidem exhibetur, bona cum lectoris venia hic deſcribam:

Εὖ εἰδὼς, ὅτι θνητὸς ἔφυς, σὸν θυμὸν ἄεξε
Τερπόμενος θαλίῃσι. θανόντι τοι οὔ τις ὄνησις.
Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι, Νίνου μεγάλης βασιλεύσας.
Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος
Τέρπν' ἔπαθον. τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται,
Ἡ δὲ σοφὴ βιότοιο παραίνεσις ἀνθρώποισιν.

quibus ſubjungit vulgo ab aliis jactari tantum duos iſtos verſus, Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον &c. *Haec habeo quae edi* &c. quae a Plutarcho etiam adferuntur de Fortit. vel Fortun. Alex. pag. 330. ed. Francof. τοῖς δὲ Σαρδαναπάλου μνημείοις ἐπιγέγραπται. Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, &c. & hi duo etiam habentur tantum apud Dionem Chryſoſt. Orat. IV. pag. 81. ad quem Morellus in notis adfert Cratetis parodiam ex hoc verſu adumbratam. vide & Pantini notas ad Apoſtolii Proverb. Gr. p. 348. veteres autem Epitaphium Sardanapali diverſo ſaepe modo citant, nunc totum, nunc ex parte tantum producentes, prout argumento ſuo convenire putabant. Addi poteſt hic Plutarchi locus iis, quae notavit Caſaubonus Animadv. ad Athenaeum Lib. VIII. cap. 3. & Menag. ad Diog. Laërt. Lib. VI. 86. p. 261. & vid. Hiſt. Acad. Inſcript. T. IV. p. 356. Verum omnia, quaecumque de monumento iſto Sardanapali, & Epigram-

mate

Digitized by Google

EP. II. *Cyri.*

Quiſquis es mortalium, & undecumque
Advenis, adventurum enim te ſcio.
Cyrus ſum, qui Perſis imperium acquiſivi,
Hoc igitur humi paululùm, quo meum corpus
Obtegitur, igitur mihi ne invideas.

EP. III. *De Nino.*

Ninus ab Aſſyriis ſum primus regibus auſus
Non modo finitimos populos regesque potentes
Imperio preſſiſſe meo: ſed viribus omnem
Paene Aſiam domui terraeque marique timendus.

EP. IV. *De Semiramide.*

Te ſtola te dubium teneat cultusque venuſti
Corporis ambiguus, ſum clara Semiramis, alto
Non minor ipſa viro, belli pacisque probatis
Artibus inſignis; nato miſerabilis uno.

EP. V. *De Cyro.*

Quantum fata valent atque inmutabilis ordo
Aſtrorum, docui Cyrus: quem nulla domare
Vis potuit, non Aſtyages, Babylonve ſuperba:
Maſſagetis eadem me fata dedere tremendis.

EP. VI. *De eodem.*

Quantum ego claruerim Mavortis in agmine, Cyrus
Ipſe ferus novit: qui, dum mea regna profanus,

Sar-

mate ei inciſo vari e a veteribus traduntur, fabuloſa & fictitia eſſe adſerit Vir doctus in Apologia Sardanapali, quae Obſervat. Halenſibus inſerta eſt Tom. X. Obſ. XV. §. 12. & vide Crenium Part. VII. Animadv. pag. 83. & ſeqq. Sed haec data opera prolixius exſecutus eſt dignitatis ac doctrinae ſplendore inter Gallos non ita pridem illuſtris Joannes Bouhierius Diſſertatione eleganti de Sardanapalo & ejus Epitaphio, quam ſubjunxit notis ſuis in Tuſculanas Ciceronis.

EP. II. *Cyri.*] ex Schedis Langermanni produxit Reineſius Cl. III, Inſcr. 68. pag. 328. & Beſutii in porta S. Chryſogoni haberi praefixit. ex V. C. Moroni etiam deſcripſit Heinſius, ſed qui locum, ubi Epigramma hoc reperiatur, ſe neſcire addiderat. ultimo verſu illud *igitur* inepte bis repetitum eſſe puto ex praecedenti voce *obtegitur*, atque in ceteris legendum, ut apud Reineſium editur:

Hoc igitur humi paululum, quo meum
Corpus obtegitur, mihi ne invideas.

ſed eſſe verſionem Guarini Veronenſis ex Plutarcho, idem Reineſius notavit. apud quem v. 3. *quaeſiti* legitur. alia ex Strabone Cyri Epitaphia habet Joh. Boniſacius in Libro de compon. Epitaph. cap. IV. pag. 9.

EP. III. *De Nino & ſeqq.*] Hoc Epigramma cum ceteris ſeptem ſequentibus debetur Cod. MS. Viri Ampliſſimi Balth. Huydecoperi, in quo ſylva veterum aliorumque Epigrammatum habebatur.

EP. VI. *De eodem*] ita inſcribit Codex MS. mallem DE TOMYRI. agit enim Epigramma de hac Scytharum regina, quae necem filii Spargapiſis ultura Cyrum interemit, ejusque caput in utrem humano cruore plenum indidit, ut ſanguinem biberet, quem in filio necando tam avide ſitierat. quo reſpicitur ultimo verſu. vide Herodot. Lib. I. 202. Polyaen. Lib. VIII. Strateg. 28. & Juſtin. I. cap. 8. verſu tertio edidi, *qui dum mea regna profanus Spargapiſe inſidiis rapto popularier audet. Quam* (vel *Quid*) *Tomyris turbata valet, cognovit in utre.* male enim in Cod. MS. *Spargapiſe inſidiis rapto populariter audet*

Quam

Sargapiſe inſidiis rapto, popularier audet,
Quam Tomyris turbata valet, cognovit in utre.

EP. VII. *De Alexandro Magno.*

Magnus Alexander belliſque horrendus & armis,
Qui terrore mei trepidantem nominis orbem
Usque ſub Eoum parvo cum milite Gangen
Undique concuſſi: nulli ſum laude ſecundus.

EP. VIII. *De Myrina.*

Inter Amazonidas, quas inſula celſa Tritonis
Heſpera progenuit, qui me neſcire Myrinam
Dixerit, ignarum ſeſe fateatur oportet
Eximiae laudis. Libyamque Aſiamque ſubegi.

EP. IX. *De Jul. Caeſare.*

Sum genus Aeneadum Cajus cognomine Caeſar
Julius, Aſſyrios Cyrum Macetumque ferocem
Qui juvenem probitate animi, qui corporis acer
Viribus exſuperans, fueram pater urbis & orbis.

EP. X. *De Penthesilea.*

Grajugenas acies ſuperans, paſſimque fugatas
Pentheſilea premens, ulciſci nobilis umbram
Hectoris ipſa mei potui, ni dirus Achillis
Ille Neoptolemus me clam miſiſſet ad orcum.

EP. XI. *De Perdicca.*

Eximius Perdicca fuit, qui corpore eburno
Fulgebat, roſeisque genis, cui lumina blanda

Fun-

Quam Thamyris &c. nullo ſenſu. recte igitur *popularier* edidi. *turbata* autem eſt furiis accenſa propter filii Spargapiſis caedem, irata, & quaſi de ſtatu dejecta. ut apud Virg. VIII. Aen. 435. *turbatae Palladis arma.* ubi Servius exponit, *concitatae vel iratae.* vide Patrui mei notas ad Valer. Fl. IV. 293. & ad Sueton. Calig. 53.

EP. VIII. *De Myrina. Inter Amazonidas* &c.] ita inſcripſi. Eſt enim in Myrinam Amazonem, a qua urbem Lemni Myrinam nomen habere volunt. vid. Etymolog. Mag. in *Μυρίνα.* & quae notavit Eruditiſſ. Staveren. ad Hygin. fab. 193. p. 322. *quam inſula* male erat in Cod. MS.

EP. IX. *Macedumque ferocem*] *Macetumque* ſemper ſcribendum eſſe patebit ex notis Heinſ. ad Claudian. II. in Rufin. 279. & vide quos laudat Cl. Oudend. ad Lucan. II. 647. qui praeterea hic legendum conjiciebat, *Aſcanios, Cyrum* &c duo enim Aſcanii fuiſſe quibusdam feruntur. ut ex Servio ad Virg. VI. Aen. 760. aliisque notum eſt.

EP. XI. *De Perdicca.*] Ex Cod. Salmaſ. & Voſſiano. ſecundo verſu *cui lumina blandas Fundebat flammas* malebat Cel. Oudendorpius. penult. verſu legebatur in MSS. *Fundous pople erat nitidus pes omnia babebat eridens quid babet juvenis* ſed recte in marg. Iſ. Voſſius emendabat, *poples erat nitidus* &c. dein deleto *eridens* correxi *Quidquid babet.* In alio Voſſii codice Biblioth. Leidenſis etiam oſtendi hoc epigramma, ubi male verſu tertio *cui lumina blandas Fulgebant flammas,* & *blandis* a man. ſec. ſed *Fulgebat* praecedit. dein vitioſe *crocei procella capilli,* & quarto verſu *dolores.* reliqua ſic exhibebat,

Fulvus poples erat, nitidus pes, omnia rident,
Quidquid babent juvenis, cultus vincebat Adone.

unde caſtigandum forte,

Quidquid babet juvenis, cultu vincebat Adonin.

vel cum Cl. Oudendorpio, *omnia ridens.*

Quidquid babent juvenes &c.

EP. XI.

Fundebant flammas, crocei per colla capilli
Pendebant, varioſque dabant ſibi ſaepe colores:
Fulvus poples erat, nitidus pes, omnia habebat
Quidquid habet juvenis, ſolus vincebat Adonem.

EP. XII. *In Xerxem.*

Perſes magnus adeſt. totus comitatur euntem
Orbis. quid dubitas, Graecia, ferre jugum?

Tel-

EP. XII. *In Xerxem.*] Primum illud de Xerxe Epigramma duobus diſtichis auctius edidi, quam illud nobis dederat Pithoeus Lib. II. pag. 59. & Scaliger Lib. I. Catalect. pag. 208. ubi ſequens etiam adjunxerunt. ab aliis inter Catalecta Petroniana relata ſunt; & inter carmina Petronio Antigenidi adſcripta edidit Oliverius ad Marm. Piſaurenſ. p. 166. Illi vero quatuor tantum verſibus primum carmen abſolvunt, ejusque ſecundum diſtichon ita exhibent:

Mundus juſſa facit. Solem texere ſagittae:
Calcatur Pontus, fluctuat altus Athos.

& ſic legebatur in Voſſiano codice, quem Heinſius contulit, qui utrumque inſcribit DE ATHO MONTE. & ita in ſchedis ſuis Scaliger ipſe deſcripſit ex veteri codice, qui ubique fere cum Voſſiano conſentit, & quem eumdem puto. titulus autem ille DE MONTE ATHO ſequenti potius Epigrammati videtur praefigendus. LAUS XERXIS inſcribitur in ſchedis Salmaſ. & Divionenſibus. Ego vero auctoritate Salmaſianarum & Divionenſium ſchedarum reliquos verſus adjeci, praeſertim cum ſic praeiverit ipſe Salmaſius, qui ex eodem codice, ex quo Heinſius ſchedas iſtas deſcripſerat, hoc carmen ita protulit ad Trebell. Pollion. Claud. cap. VI. Elegantiſſimus etiam Balzacius videtur habuiſſe codicem, in quo auctius hoc Epigramma exſtabat, quum ultimum diſtichon *Quis novus hic hominum* &c. proferat ita ut in ſchedis noſtris MSS. legitur. vide Entretiens de Balzac cap. III. pag. 50. ubi pluribus de hoc Epigrammate diſſerit, & verſuum horum elegantiam, Latinitatem caſtam, & poëticam inventionem admiratur, ac Virgilii aevo adjudicat. Illum vero habuiſſe ex codice Salmaſiano, patet ex ejus Epiſtolis Selectis pag. 460. & 462. a Menagio poſt Poëmata Balzacii editis.

v. 1. *Perſes magnus adeſt*] Eaedem Salmaſii ſchedae pro *Perſes* habent *Xerſis*. *Xerces* Divionenſ. Voſſii codex *Tarſes*. ſed bene ſe habet *Perſes*. quod confirmant Scaligeri ſchedae. ita ſeq. Epigr.

Idem commiſit longo duo litora ponte
Perſes.

ſic ſaepe *rex Perſes* pro rege Perſarum. Nepos in Alcib. cap. 4. *itaque hujus conſilio Lacedaemonii cum Perſe rege amicitiam fecerunt.* ita olim fuit editum, pro quo recentiores editiones nunc habent *Perſarum.* Ultrajectina illa laudatiſſima ſed rara editio, cui quondam Canterum vel Cauchium praefuiſſe volunt, exhibet *Perſa.* ibidem cap. IX. ex codice Petri Danielis: *ſed videbat id ſine rege Perſe fieri non poſſe.* ita in MSS. & meo codice apud Propertium Lib. II. I. 22.

Perſis & imperio bina coiſſe vada.

ubi nunc *Xerxis* legitur. Lucanus Lib. II. v. 672.

Talis fama canit tumidum ſuper aequora Xerxem
Conſtruxiſſe vias; multum quum pontibus auſus
Europamque Aſiae, Seſtonque admovit Abydo,
Inceſſitque fretum rapidi ſuper Helleſponti &c.

ubi codices MSS. ab Heinſio collati, & Voſſianus ſecundus, teſte Cl. Oudendorpio, habent *Perſem* pro *Xerxem* eadem varietate, qua Lib. III. v. 286. ubi vide notas Grotii & aliorum, qui *Xerxem* illic recte praeferunt: ſed *Perſen* hic magis poëticum eſſe cenſet Patruus meus in notis ſuis, & hoc etiam loco confirmat. Emendandus forte Terentianus Maurus Libro de Syllabis & Metris v. 1074. pag. 53. b. ed. Briſſaei, ubi nunc mendoſe editur,

Pontibus inſtratis conjunxit littera perpes.

pro quo legendum *conjunxit litora Perſes*, quod propius vulgato *perpes* inſiſtit, quam *Xerxes*, ut in Erratis corrigi juſſit Briſſaeus, & in editione Putſchii, & Sanct-Andraeana an. 1584. legitur. eſt autem Ennii verſus ex Lib. XIII. Annalium pag. 27. Ed. Merulae:

Pontibus inſtratis conjunxit litora Xerxes,
Isque Helleſponto pontem contendit in alto.

legiturque ſub nomine veteris poëtae apud Sergium in Artem Donati, alioſque Grammaticos, qui *conduxit litora* citant, quod & placuit Heinſio ad Ovid. IV. Met. 375. ſed recte idem Briſſaeus *conjunxit* vindicat pro *conduxit*, quod apud Bedam libello de metris pag. 2355. habetur: niſi praeſtet, *commiſit litora Perſes.* ut in altero hoc Epigrammate,

Idem commiſit longo duo litora ponte.

Flo-

Digitized by Google

Tellus juſſa facit. Solem texere ſagittae.
Abſcondunt clarum Perſica tela diem.

Claſ-

Florus Lib. I. cap. 4. *interfluentem urbi Tiberinum ponte commiſit.* apud Arnobium ſimiliter ſcribendum Lib. I. pag. 5. *ut ille immanis Perſes mare terris immitteret, & greſſibus maria tranſiret.* nam in v. c. Regio, quo uſus eſt Salmaſius, cujusque Excerpta ſervo, legitur *Xerſes.* ut perpetuo ſcribitur in codice Franequerano Juſtini Lib. II. cap. x. illuſtrant haec, quae notavit Stanlejus ad Aeſchyli Perſas v. 71. & Columna ad Ennium p. 130. ed. Heſſel. eadem varietas apud Senecam Controv. II. *Si vincere Xerxen non licet.* ubi in MS. legi *Perſen* teſtatur Gronovius. apud Claudian. I. in Rufin. 334. *ſeu remige Medo Sollicitatus Athos.* ubi gloſſa in Cod. Leidenſi *ideſt Serſe* forte pro *Perſe.* vide plura apud Scaliger. ad Euſeb. Chronic. n. MDCCCXLI. pag. 141. & N. Heinſium Lib. II. Adverſ. cap. 7. p. 256. & 257. ubi haec ipſa etiam Epigrammata adfert. & vid. Cl. Oudend. in Addend. ad Frontin. p. 507. ita *vir Perſes*, pro *Perſicus* aut *Perſa*, Quintilian. Lib. III. Inſtit. Orat. cap. 7. *Perſes hoſtis* Cicer. Lib. I. Tuſcul. cap. 42. aliisque frequenter. apud Auguſtinum Lib. III. de Civit. Dei cap. II. *Retulerunt tale prodigium & Antiochi & Perſidis bello in eodem apparuiſſe figmento.* ubi in aliis *Xerxis* pro *Perſidis.* ſed Ludov. Vives emendat *Perſae.* pro quo *Perſi* ex membranis Noricis praetulit Gronov. ad Liv. Lib. XLII. cap. 25. illic autem intelligitur *Perſeus* filius Philippi, Macedonum rex: quam Gronovii emendationem confirmant MSS. codices & editio antiqua Colonienſis anni 1497. apud Boëthium Lib. II. de Conſ. Philoſ. Proſ. 2. *Num te praeterit Paulum Perſi regis a ſe capti calamitatibus pias inpendiſſe lacrimas.* ibi enim in aliis cdd. ut in Delphinica, perperam *Perſes regis.* qui eſt primus caſus. ſed *Perſi* genitivus eſt. nam *Perſes* & *Perſa* aeque ac *Perſeus* dicitur. ut bene ibidem obſervat Gronovius. & ita in fragmento Salluſtii Lib. I. Hiſtor. p. 3. Ed. Waſſ. *a primordio urbis ad bellum Perſi Macedonicum.* ubi vide Urſinum.

v. I. *Comitatur*] *Comitatus* ſolae Salmaſii ſchedae.

v. 3. *Tellus juſſa facit*] *Mundus* edidit Scaliger & Pithoeus. idque latius patere & magis ad ſenſum poëtae facere videtur. ut verſu ultimo, *ſub Jove mundus erat.* & Epigram. ſeq. *mundo nova ponere jura.* & ſic Jupiter *mundi dominus* in Priapej. carm. IX. *Fulmen habet mundi dominus.* quia tamen in Scaligeri & Salmaſianis ac Divionenſibus ſchedis *Tellus* legitur, eam lectionem ob plurimorum codicum conſenſum expreſſi, & quoniam ita etiam Salmaſius ediderat.

Ibid. *Solem texere ſagittae*] *Coelum texere* eaedem Salmaſii & Divionenſes ſchedae. quomodo etiam Salmaſius excudi juſſit. Scaligeri tamen ſchedae *Solem*, ut ipſe & Pithoeus ediderunt. ſed parum intereſt, cum veteres de Perſarum telis loquentes utrumque dixerint. Plinius Lib. XVI. cap. 36. *His armis* Solem *ipſum obumbrant.* Seneca Suaſor. II. pag. 22. de Xerxe: *Ille qui claſſibus ſuis maria ſurripuit, qui terras circumſcripſit, dilatavit profundum, novam rerum naturae faciem imperat* &c. *Terras armis obſidet,* coelum *ſagittis, maria vinculis.* Valer. Maxim. Lib. III. cap. 2. Ex. ext. 2. *Xerxem non hominibus tantum terribilem, ſed Neptuno quoque compedes, & coelo tenebras minitantem.* & Lib. III. cap. 7. ext. 8. *Referente quodam, ſagittis Perſarum* Solem *obſcurari; bene narras, inquit, in umbra enim melius praeliabimur.* quod idem dictum refert Cicero Lib. I. Tuſcul. Quaeſt. cap. 42. ubi de Lacedaemoniis: *e quibus unus, cum Perſes hoſtis in colloquio dixiſſet glorians,* Solem *prae jaculorum multitudine & ſagittarum non videbitis: In umbra, inquit, igitur pugnabimus.* ubi tamen lapſum eſſe Ciceronem, cum Perſi tribuit id quod nunciavit Trachinius homo Graecus, cui dicenti, *barbares Solem ſagittis obducturos,* reſponſum Dienecis Spartani, *ergo ſub umbra* &c. Lacedaemonio adſcripſiſſe notavit Victorius Lib. XXVII. Var. Lect. cap. 9. vide & Schottum ad Senecae Suaſor. pag. 542. & Rualdum in Animadv. ad Plutarch. cap. XXXVIII. pag. 127. & 128. Idem de Xerxe teſtatur Tzetzes in Hiſtor. Chiliad. VII. 138.

Τὸν Ἥλιον τοξεύμασι τοῖς Περσικοῖς συγκρύψας.

Solem ſagittis Perſicis obſcurans.

ut infra, *Abſcondunt clarum Perſica tela diem.* & huc facit adpoſitus Claudiani locus Lib. II. in Rufin. v. 122.

Haud aliter Xerxem toto ſimul orbe ſecutus
Narratur rapuiſſe vagos exercitus amnes,
Et telis umbraſſe diem, cum claſſibus iret
Per ſcopulos, tectumque pedes contemneret aequor.

ut ſcribendum recte viri docti monuerunt, & firmatur e Virgilio XII. Aen. 578.

Ferrum alii torquent, & obumbrant aethera telis.

nam Gryphius aliique perperam ediderunt: *Et telis vibraſſe diem.* licet ita in Cod. Voſſ. & aliis MSS. legatur. eadem loquendi forma de Aethiopibus teſtatur Heliodorus Lib. IX. pag. 436. ed. Bourdel. eos tam crebris ſagittis jaculari poſſe, *ὥστε εἰς νέφους φαντασίαν τὴν πυκνότητα καταστῆναι τοῖς Πέρσαις. ut earum denſitas nubis ſpeciem Perſis exhiberet.* & quod de Parthis dicit Florus Lib. III. cap. 2. *tela fundere in modum grandinis & nimborum.* Ennodius

Bb 3 Pa-

Claſſes foſſus Athos intra ſua viſcera vidit,
  Phryxeae peditem ferre jubentur aquae.
Quis novus hic hominum terramque diemque fretumque
  Permutat? certe ſub Jove mundus erat.

Ep. XIII. *Item.*

Hic, quem cernis, Athos, inmiſſis pervius undis,
  Flexibus obliquis circumeundus erat.

Ac-

Paneg. Theodorici pag. 411. *Si coelum lancearum imber obtegeret, qui fortius telum jecerit, non latebit.* ubi Schottus in notis ſuis adpoſite adtulit hunc Virgilii locum Lib. IX. Aen. v. 611.

—— fundunt ſimul undique tela
Crebra nivis ritu, coelumque obtexitur umbra.

quem expreſſit Claudianus Lib. I. in Laud. Stilich. v. 257. de Afris: —— *Poenis jaculis obtexitur aër.* ubi vide Barth. p. 215. eumdem Virgilii locum in animo habuit Avienus in Deſcript. Orbis v. 1251.

—— diſcurrunt crebra per auras
Spicula, miſſilibus late ſubtexitur aër.

ita *coelum denſitate nimia ſubtexentes funes* apud Ammian. Marc. XVII. 4. Auctor Panurgi, Poëmatii inediti, v. 258.

Tela volant paſſim multis cum millibus inſtar
Grandinis effuſae, & coelum Solemque nigranti
Late nube tegunt, ut non ſint pervia Phoebo
Lumina.

Petrus Apollonius Lib. IV. de Excid. Hieroſol. pag. 79.

—— loris excuſſa volarunt
Spicula, & emiſſae coelum texere ſagittae.

ubi male Burchius emendabat *tetigere.* plura vide in notis Heinſii ad Claudian. II. in Eutrop. v. 451. Sed ut modus exemplorum ſit, lectorem remittimus ad notas Tennulii ad Frontin. Lib. IV. cap. 5. 13. & Jureti ad Paulin. Lib. III. de vita Martin. v. 453. pag. 248.

v. 4. *Abſcondunt clarum Perſica tela diem*] Ita in editionibus Pithoei & Scaligeri, & Salmaſianis ſchedis habetur. & adſtrui poſſet ex Claudiano, loco ſupra prolato, *Et telis umbraſſe diem.* & ſic apud Senecam de Conſt. Sap. cap. 4. *Quid? tu putas, cum ſtolidus ille rex multitudine telorum* diem *obſcuraſſet, ullam ſagittam in Solem incidiſſe? aut demiſſis in profundum catenis Neptunum potuiſſe compingi.* ita legendum, non *contingi.* alter Seneca in Phoeniſſis v. 394. *Vides ut atra nubes pulvere abſcondat diem.* At in ſchedis Divionenſibus tamen legitur:

Abſcondunt clarum Perſica tela Jovem.

quod ut elegantius & magis poëticum alteri lectioni praeferendum videtur. *Jovem* enim pro aëre aut coelo poni videbis ex plurimis exemplis, quorum magnam copiam non parca manu produxit Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. XVII.

v. 7. *Quis novus hic hominum*] locus corruptus. non enim placet *novus hominum* ita abſolute dici. neque etiam jungi poſſunt *hominum terramque* &c. Optime igitur Celeb. Dorvillius legebat *Quis novus hic dominus.* quae conjectura unice firmatur ex Juſtino Lib. II. cap. 10. fin. de Xerxe: *fiducia virium, veluti naturae ipſius dominus, & montes in plana deducebat, & convexa vallium aequabat, & quaedam maria pontibus ſternebat, quaedam per compendium ducebat.* locutionis uſum *Quis novus hic dominus* illuſtrant notae Heinſii & Patrui mei ad Claudian. I. in Rufin. v. 47. oportune igitur hic Xerxes naturae faciem mutans, & quaſi novam legem ipſi dicens *dominus novus* vocatur, eique *Jupiter* mox opponitur, *certe ſub Jove mundus erat.* ille enim paſſim poëtis *terrarum* vel *mundi dominus.* ut in Priapej. carm. IX. *Fulmen habet mundi dominus.* ſic *Naidas undarum dominas* vocat Statius Lib. I. Sylv. 5. v. 6. & *Plutonem umbrarum dominum* Ovid. X. Met. 16. Poſſet etiam cum Cel. Oudendorpio legi, *Quis novus hic Daemon.*

Ep. XIII. v. 1. *inmiſſis pervius undis*] ita edidit Pithoeus: & ſic manus viri docti in Scaligerana editione, cui Francius conjecturas nonnullas adleverat: nam a Scaligero editum eſt,

—— immiſſis ſparſus undis
Flexibus obliquis &c.

in veteri enim codice, unde deſcripſerat, invenit: *inmiſſis pſius*, quod vitioſe pro *pervius* etiam in Voſſiano [†] erat ſcriptum, unde repetita vocis praecedentis litera ultima emendavit *ſparſius*, & adſcripſerat Rutilii locum Lib. I. v. 321.

Vix circumvehimur ſparſae diſpendia rupis.

quem ad Scaligeri editionem etiam notaverat alterius viri docti, ſed mihi ignoti, calamus. nihil tamen hic mutandum, & pro altera lectione ſtat Pomponius Mela Lib. II. cap. 2. prope finem. *Athos mons a Xerxe in Grajos tendente perfoſſus transjugatusque eſt, factus freto navigabili pervius.* ubi vide Iſ. Voſſium. Florus Lib. II. cap. VIII. *quum Perſas & Orientem, Xerxem atque Darium cogitarent,*

quan-

Digitized by Google

Accepit magno deductum Nerea fluctu:
  Perque latus miſit maxima bella ſuum.
Sub tanto ſubitae ſonuerunt pondere claſſes.
  Caeruleus cana ſub nive Pontus erat.
Idem commiſit longo duo litora ponte

Per-

quando perfoſſi invii montes, quando velis opertum mare nuntiaretur. Auctor Culicis v. 30.

Non perfoſſus Athos, nec magno vincula ponto
Jacta, &c.
Non Helleſpontus pedibus pulſatus equorum,
Graecia cum timuit venientes undique Perſas.

quem locum illuſtrat Barthius Lib. xx. Adv. 19. & Martin. Lib. III. Var. Lect. c. 3. ſic *pervius Oceanus* in Epigr. apud Pith. Lib. I. p. 61. & *impervia tellus* ibid. Epigr. ſeq. p. 61. & *Corinthos pervia facta* Lib. I. p. 32.

Ante mari gemino ſemper pulſata Corinthos
Conjunxit fluctus pervia facta ſuos.

huc refer illud Manilii Lib. V. 49.

——— *non invehet undis*
Sidera, nec pelagus Xerxes facietque tegetque.

ubi Scaliger *Sipara* vel *Suppara*, id eſt vela navium. ſed Gronov. Diatr. Star. pag. 259. & 260. *invehere undis ſidera* exponit de celſiſſimo monte Atho navigabili facto & velificato, hyperbole poëtica, quaſi Xerxes in ejus cacumen mare erexiſſet. quamquam If. Voſſii conjecturam, codicis vetuſti veſtigiis innixam, *invehet undis Perſida*, non immerito etiam admiſerit Bentlejus. *immiſſis* autem *undis* eſt, ut *admittere mare*, *admiſſum pelagus*. & ſim. vide Heinſ. Lib. II. Adverſ. cap. 10. & locis ab eo productis adde Plinium Lib. VIII. Epiſt. 4. ubi ad Xerxen reſpicit: *Dices immiſſa terris nova flumina, novos pontes fluminibus injectos, inſeſſa caſtris montium abrupta*, &c. Scholiaſtes Juvenalis ad Sat. x. v. 174. *Xerxem dicit Perſarum regem, qui Athon* (ſic legendum) *montem in Achaia dicitur perforaſſe, & immiſiſſe terris novum mare, pontum contabulaſſe navibus, atque ita exercitum in Achaiam tranſtuliſſe*, ubi & *Thraciam* ſubſtitui praeſtaret pro *Achaia*. de hac eadem re Manilius Lib. III. v. 20.

——— *nec Perſica bella profundo*
Indicta, & magna pontum ſub claſſe latentem,
Immiſſumque fretum terris, iter aequoris undis.

Varro Lib. III. de R. R. p. 129. de L. Lucullo: *poſtquam perfodiſſet montem, ac maritima flumina immiſiſſet in piſcinas.* quod *admittere* de eodem dixit Plinius IX. cap. 54. ſic apud Hyginum fab. xxx. de Hercule: *flumine admiſſo totum ſtercus abluit.* ut recte emendarunt viri docti. vid. Munckeri notas. vel *immiſſo*, niſi mavis cum Heinſio, *flumine Alfeo immiſſo.* quomodo etiam G. J. Voſſius emendabat in ſui exemplaris margine, quod in Bibl. Leidenſi ſervatur, qui & ſupplebat ex Apollodoro, *Alpheo & Peneo immiſſo.*

v. 3. *Deductum Nerea fluctu*] In margine editionis Pithoeanae notatur in v. c. legi *vitu*, quod ſchedis ſuis etiam Scaliger adſcripſit. Voſſii codex pro diverſa ſcriptura habebat *vultu.* forte latet alterius lectionis veſtigium. Vide igitur an cum Cel. Oudendorpio legi poſſit *ſulco*, id eſt e magna foſſa & lacuna manu facta. vide Serv. ad Virg. I. Aen. 425. *in alveo* tentabat Cl. Dorvillius. quod firmari poſſe arbitror ex Virgil. VI. Aen. 412. de Aenea cymbam Charontis ingreſſo, — *ſimul accipit alveo Ingentem Aenean. gemuit ſub pondere cymba Sutilis.* ex quo loco forte colorem poëticum deduxit hic auctor, ſi ſequenti verſu legamus, *Sub tanto ſubitae gemuerunt pondere claſſes.* vel quia *ſubitae claſſes* mihi ſuſpectae, & ex vocula *ſub* enatae videntur, e veſtigiis praecedentis vocis *tanto* formari poſſent *attonitae claſſes.* ut claſſes ſeu naves tot copias, quibus oneratae erant, ſtupentes dicantur gemuiſſe ſub pondere militum, quos vehebant, ut cymba inferni portitoris ſub pondere ingentis Aeneae. aliter enim obſcurum erit, quo ſenſu capiamus, *ſub pondere maximorum bellorum*, quae per latus ſuum miſit Athos. per quae intelligi oporteret *maximos exercitus.* niſi potius cum Cl. Schradero *maxima vela* legas. *Tò claſſes* videbatur eidem Dorvillio corruptum, ac ſubſtituendum aliud vocabulum, quod *fluctus*, *undas*, vel *lymphas*, *mare*, ſignificaret. Senſus enim in his aliquis eſſet, ſi cum Cl. Oudendorpio emendemus, *Sub tanto fluctus ſonuerunt pondere claſſis.* ne claſſes ipſae dicantur ſonuiſſe ſub pondere. neque etiam Dorvillio ad rem facere videbatur, *Caeruleus pontus ſub cana nive.* quod ſi de mari Euxino congelato & nivibus tecto loqueretur, recte dictum, hic vero minus aptum putabat. ſed de ſpumis undarum per remos agitatis & albeſcentibus intelligendum eſt. Itaque de praecedenti verſu amplius cogitandum. Certe hyberbole non diſſimilis hic occurrit iſti apud Senecam Agam. v. 41.

Cujus ſecutas mille vexillum rates
Iliaca velis maria texerunt ſuis.

ubi *tegere maria velis*, ut *ſternere aequor claſſibus* apud Manilium Lib. I. 774.

Perſidis & victor ſtravit qui claſſibus aequor.

quam lectionem male retinet Scaliger, & de Xerxe exponit. Xerxes enim non fuit victor Perſidis, ut nec Themiſtocles, qui Perſas in Graecia vicit, ſed ipſi Perſidi pedem non intulit. hinc alii legunt *Perſidis & rector*, pro rege, ut apud Ovid. & alios ſaepe. vid. Miſcell. Obſerv. Vol. I. pag. 103. & ſeq. ubi Patruus meus conjicit, *ſtravit qui civibus aequor.* ut *ſternere aequor*, *terram cadaveribus*, & ſim. vid. Drakenb. ad Silium XII. 153. audaciori adhuc loquendi modo apud Florum Lib. IV. cap. XI. 5. de claſſe Antonii & Cleopatrae, *naves non ſine ge-*

mitu

Perſes: & fecit per mare miles iter.
Quale fuit regnum, mundo nova ponere jura?
Hoc terrae fiat: hac mare, dixit, eat.

EP.

mitu maris & labore ventorum ferebantur. ubi egregias Cel. Dukeri notas conſule. & hinc Ennodius, Floro adhaerens, in Itinerario Padi Lib. I. Carm. 5. pag. 565. ed. Sirm.

Regnator Ligurum fluviorum maximus ille
Sub juga tranſmiſſus gemuit ſub pondere cymbae.

ubi Virgilii locum etiam reſpexit. neque diſſimile illud Claudiani IV. Conſ. Hon. 461. de Stilichonis expeditione in Graeciam:

Jonium tegitur velis, ventique laborant
Tot curvare ſinus, ſervaturaſque Corinthum
Proſequitur facili Neptunus gurgite claſſes.

ubi vid. Patrui mei notas.

v. 8. *Perſes: & fecit*] Voſſii codex: *Terſes & effecit.* videtur hic verſus non valde placuiſſe Francio, qui in ora exemplaris ſuis diſtichon hoc ita conſtituebat:

Commiſit longo Perſes duo litora ponte,
Et vaſtum fecit per mare miles iter.

ſed nimis, ut puto, licenter. melius eſſet, diſtinguere cum Cel. Oudendorpio,

Perſes & fecit p. m. miles iter.

miles Perſes ſive Perſae milites. vide ſupra ad Epigr. XII. Ceterum *committere litora ponte* hic dicitur, quod *jungere ripas ponte*, vel *jungere pontem* apud alios occurrit. de qua locutione vide Cl. Oudend. ad Frontin. Lib. I. cap. I. §. 6. pag. 18.

v. 10. *Hoc terrae fiat: hac mare, dixit, eat.*] Forte, *Hac terrae fiant.* PITHOEUS. Emendationem Pithoei vix eſt ut adprobare poſſim. Voſſii codex, *Hoc terrae fiat, ac mare.* Heinſius tentabat, *Hac terrae fluitent.* In ſchedis Scaligeri, *Hoc terra fiat ac mare*, & adſcriptum *terrae.* omnia fruſtra. At vero palmaria & quantivis pretii emendatio eſt J. Fr. Gronovii, qui hunc verſum, ut adſcripſerat Heinſius, ita corrigebat:

Hoc terrae fiant, hoc mare. dixit: erant.

& ſic viri docti manus etiam libro Francii adnotaverat. eadem locutione, qua apud Virg. Ecl. VIII. 58. *omnia vel medium fiant mare.* ubi vide Servium. egregie, quaſi ad Xerxis dictum & imperium ſubito ſe natura novaſſet, & veluti ad Dei alicujus jubentis nutum ſine mora pareret, ſive mare in terras, & contra terrae in mare mutarentur: quod eſt id, quod verſu praeced. praeceſſit, *mundo nova ponere jura*, ſive ut de Xerxe apud Senecam Suaſor. II. loco ſupra adducto, *novam rerum naturae faciem imperare.* & hinc *mutatis legibus ſuis naturam tranſmiſiſſe Xerxen* dicit Demaratus apud Senecam Lib. VI. de Benef. c. 31. Tzetzes in Chiliadib. I. 32. ὅτε ὁ Ξέρξης ὁρμηθεὶς στρατεύειν καθ' Ἑλλάδος κατατομῶν ἤλλαττε καὶ φύσεις τῶν στοιχείων huc refer *Xerxis imperium* apud Propert. II. I. 22. *Xerxis & imperio bina coiſſe vada.* Nihil profecto hac emendatione excogitari poterat acutius ac ſublimius. eo enim loquendi modo ſumma Numinis poteſtas exprimitur. Arrianus in Epictetum Lib. I. cap. XIV. init. καθάπερ ἐκ προστάγματος τοῦ θεοῦ, ὅταν ἐκεῖνος εἴπῃ τοῖς φυτοῖς ἀνθεῖν, ἀνθεῖ. ὅταν εἴπῃ βλαστάνειν, βλαστάνει. ὅταν ἐκφέρειν, ἐκφέρει. ὅταν πεπαίνειν &c. *Tamquam ex divino praecepto, cum ille plantas florere juberet, florent; cum germinare, germinant; cum proferre fructum, proferunt; cum matureſcere, matureſcunt.* quibus verbis reſpicere videtur ad celebratum illud ὕψος, quod in Moyſe admiratur Longinus Sect. IX. §. 18. ubi tradit illum veram divinae potentiae imaginem digne expreſſiſſe iis verbis: Εἶπεν θεὸς, γενέσθω φῶς, καὶ ἐγένετο. γενέσθω γῆ, καὶ ἐγένετο. &c. de quo multa a viris doctis ſcripta: quorum ſententias collegit & expoſuit Chriſtoph. Wollius in Diſſertatione ad illum Longini locum Lipſiae ante paucos abhinc annos ventilata. & ſic paſſim apud poëtas Dii mandata dantes brevi & conciſa utuntur oratione. vide Patrui mei notas ad Valer. Fl. IV. 78. Ad ſenſum hujus verſus porro quod adtinet, *Hoc terrae fiant*, intelligendum de Helleſponto ponte juncto: *hoc mare*, de Atho monte, inmiſſis undis pervio facto. eodem modo Xerxes terram reddidiſſe mare dicitur Tzetzae Hiſtor. Chiliad. VII. 138. Γαιώσας μὲν τὴν θάλασσαν, τὰ δ' ὄρη θαλαττώσας. adde Dionis Chryſtomi locum ex Orat. III. quo cum aliis illuſtrat Lambinus egregios Lucretii verſus, qui in divino fine libri tertii leguntur v. 1042.

Ille quoque ipſe, viam qui quondam per mare magnum
Stravit, iterque dedit legionibus ire per altum,
Ac pedibus ſalſas docuit ſuper ire lacunas;
Et contemſit, equis inſultans, murmura ponti.

ubi tamen Lambini lectionem *equis inſultans* cum Salmaſio aliiſque repudiandam eſſe ſuadet imitatio Sidonii Apollinaris, in Carm. V. 452.

—— nec tantae Seſton juncturus Abydo
Xerxes claſſis erat, tumidas cum ſterneret undas,
Et pontum ſub ponte daret, cum ſlagna ſuperbo
Irrupit temerata gradu, turmaeque frequentes
Helleſpontiaco perſultavere profundo.

nam turmae Xerxis illic dicuntur *perſultaſſe profundo*, ut ipſe *equis inſultans pontum* Lucretio. vide & de hoc loco Patrui mei notas ad Virg. III. Georg. 116. Neque etiam cum Heinſio Lib. I. Adverſ. cap. 18. legendum, *marmora ponti.* innuit enim Xerxem copiis ſuis ponto inſultaſſe, ejusque iram & murmura, quantumvis id pati reluctaretur, contemſiſſe, ut in loco Claudiani ſupra laudato:

—— tectumque pedes contemneret aequor.

ubi perperam Heinſio olim placebat ex duobus MSS. *contexeret.* ſed vide illic Patrui mei notas.

EP.

Digitized by Google

EP. XIV. *Miltiades.*

Qui Perſas bello vicit Marathonis in arvis,
  Civibus ingratis & patria interiit.
Πάντες, Μιλτιάδη, ταλαρβία ἔργα ἴσασιν
  Πέρσαι, καὶ Μαραθὼν σῆς ἀρετῆς τέμενος.

EP. XV. *In Alexandrum.*

Sufficit huic tumulus, cui non ſuffecerat orbis,
  Res brevis huic ampla eſt, cui fuit ampla breuis.

EP. XVI. *In Eumdem.*

Quiſquis adhuc nondum Fortunae mobile regnum,

Nec

EP. XIV. *Miltiades*] Legitur apud Gruterum p. CCCCXXXVIII. inſ. 6. & Pithoeum in Praetermiſſis poſt LIB. IV. Ep. pag. 181. vide notas Boſii ad Nepotis Miltiad. in fine. in Graeco illo diſticho μαλαρβία ἔργα legebat Reineſius, ut ad Gruterum notatur, apud quem rectius editum eſt σῆς ἀρετῆς, pro eo, quod Pithoeus, τῆς. & ſic ex ipſa imagine Miltiadis, Hermae formâ, in qua leguntur, hos verſus ab Antonio Auguſtino ſecum communicatos profert Andr. Schottus ad Senecae Lib. IV. Controverſ. 24. pag. 630. Joh. Faber ad Fulvii Urſini Imagin. Illuſtr. pag. 58. & Ferretius in Muſ. Lapid. Lib. IV. pag. 301. a Laurentio Gambara Brixiano hoc modo Latine redditos eſſe, codici ſuo adnotaverat Scriverius:

Miltiade, norunt omnes tua facta, feruntque
  Virtutem Perſae cum Marathone tuam.

EP. XV. & XVI. *In Alexandrum.*] Utrumque habet Pithoeus Lib. III. pag. 99.

Sufficit huic tumulus &c.] Videtur adumbratum ex illo Juvenalis Sat. X. v. 168.

Unus Pellaeo juveni non ſufficit orbis:
Aeſtuat infelix anguſto limite mundi;
Cum tamen a figulo munitam intraverit urbem,
Sarcophago contentus erit:

Petronius in Fragmentis pag. 675.

Magnus in exemplo eſt, cui non ſuffecerat orbis &c. & ſic in fine Sapphici veteris mox ex Barthio proferendi,

Non ſatis mundus fuit unus illi,
Nec ſatis quiſquam fuit unus illi.

pentameter autem verſus in Schedis Voſſii legitur hoc modo:

Cui nimis anguſta res fuit ampla nimis.

EP. XVI. *Quisquis adhuc nondum* &c.] Huic Epigrammati in codice Voſſiano & ſchedis Scaligeri praefixa eſt inſcriptio DE MORTE OMNES AEQUARI, quae ſententia a librarii cujuſdam manu provenit. Scaliger in Catalect. p. 196. edidit ſub titulo IN MAGNOS DUCES. & huic connectit Epigramma, quod incipit *Junxit Magnorum* &c. quod apud Pithœum pag. 97. legitur ſeparatum. in veteri quidem Voſſii Codice etiam conjungi adſcripſerat Heinſius. In Schedis tamen Scaligeri id inveni a priore disjunctum, & in margine notavit IN POMPEJUM ſcriptum eſſe: quod verius videtur, vel IN POMPEJOS. ideoque illud retuli infra Ep. XXV. ad Epitaphia Pompejorum.

V. I. *Fortunae mobile regnum*] ſic optime Codex Voſſianus, quomodo edidit Scaliger, & in ſchedis ſuis deſcripſit: nam in utraque Pithoei editione perperam *nobile* excuſum eſt. Francius hoc amplius conjiciebat: *Fortunam mobile regnum*, nempe, *habere.* ut cum ſequentibus cohaereat; *Nec Sortem* (ſic ſcrib.) *varias credis habere vices.* recte, ut puto, & rotundius & ſic etiam emendabat Clar. Cannegiet. ad Avien. Fab. pag. 88. ita apud Nepot. in Dion. cap. 6. *Has tam proſperas, tamque inopinatas res conſequuta eſt ſubita mutatio: Quod Fortuna ſua* mobilitate, *quem paulo ante extulerat, demergere eſt adorta.* ubi etiam vitioſe in editione Longolii *ſua nobilitate.* Sic *mobile fatum* apud Avienum in Arat. Phaenom. pag. 89. ed. Grot. ubi de Aſtraea,

Nec ſat certa gradum, viduataque vertice ſummo
Flexipedae vertis veſtigia, lubricum & aevum
Sors agat, & ſubitis obrepat mobile fatum
Temporibus.

ita enim emendat D. Heinſ. Introd. ad Heſiod. p. 237. vel *Flexibilis.* N. Heinſius legebat, *Fluxa pilae inſiſtis*, vel *credis.* nam Aldus *Fluxipilae.* pro quo in editione Grotiana *Fluxipedae veſtis. mobile* autem *Fortunae regnum* vel levitatis & inconſtantiae cauſſa dicitur, & opponitur *Fortunae manenti*, (de qua vide Patrui mei notas ad Petron. cap 80.) vel quia ſaxo globoſo volubilem inſtare Deam hanc

Cc fal-

Nec Sortem varias credis habere vices:
Adſpice Alexandri poſitum memorabile corpus.
Abſcondit tantum putris arena virum.

XVII.

fallacem finxerunt veteres, ut eſt in verſibus Pacuvii apud Auctor. Rhetor. ad Herenn. Lib. II. cap. 23. vide egregie Broukhuſ. ad Tibull lib. I. El. 6. v. 34 ſic *punctum mobilis horae* de rerum viciſſitudine apud Horat. Lib. II. Epiſt. 2. 172. Seneca in Hippolyto v. 1142. *Volat ambiguis Mobilis hora, nec ulli Praeſtat velox Fortuna fidem.* eleganter idem Seneca in Thyeſte v. 606. de Sortis levitate:

Ima permutat levis hora ſummis. &c.
Quem genu nixae tremuere gentes,
Anxius ſceptrum tenet, & moventes
Cuncta divinat metuitque caſus
Mobiles *rerum, dubiumque tempus.*

& paullo poſt,

Miſcet haec illis, probibetque Clotho
Stare, Fortunam rotat omne fatum.

ita *mobilis nexus, fatalis mobilitas*, & *mobilis Fati ſeries* ſtabili providentiae opponitur apud Boëthium loco eximio lib. IV. Conſol. Philoſ. proſ. VI.

v. 3. *Adſpice Alexandri poſitum memorabile corpus*] Non placet mihi *memorabile corpus*, praeſertim quum *poſitum memorabile* non admodum concinne jungantur. Forte itaque legendum:

Adſpice Alexandri poſitum (miſerabile!) corpus.

ſic apud Virg. XII. Aen. 338. ut recte legi jubet G Fabricius,

Talis equos alacer media inter praelia Turnus
Fumantes ſudore quatit, (miſerabile!) caeſis
Hoſtibus inſultans.

& Silium Italic. Lib. IV. v. 570.

Palantes agit ad ripas (miſerabile!) Poenus.

vide Cel. Drakenb. ad Lib. XVII. v. 141. Ita etiam diſtinguendum forte apud Lucanum Lib. IX. v. 832.

Exemplarque ſui ſpectans (miſerabile!) leti,
Stat tutus, pereunte manu.

& Boëthium loco adpoſito Lib. II. proſ. 2. *Neſciebas Craeſum, regem Lydorum, Cyro paullo ante formidabilem, mox deinde (miſerandum!) rogi flammis traditum, miſſo coelitus imbre defenſum.* ibi enim duo etiam adjectiva cumulata offendunt. (*miſerabile viſu*) dicunt alii. ut Ovid. Lib. XIII. Met. v. 422.

Ultima conſcendit claſſem (miſerabile viſu!)

Facinus miſerabile addit idem Epiſt. XII. v. 99. *Donec tergeminae (facinus miſerabile!) fratres* &c. poſſes etiam *miſerabile corpus* conjungere, ut apud eundem Ovid. Epiſt. XXI. 213.

——— *anne ut miſerabile corpus*
Ingenii videas bina tropaea tui.

& IV. Met. 158.

At tu, quae ramis arbor miſerabile corpus
Nunc tegis unius.

ſic *miſerabile buſtum* apud Lucan. VIII. 816. *miſerabile funus* Ovid. XIV. Met. 751. ſed prius malo. exclamationes autem illae parentheſi incluſae librariorum incuria ſaepe omiſſae vel depravatae ſunt. ſic infra in Epigrammate de Catone:

Dextera ne dubita (durum eſt) jugulare Catonem.

ut recte in ſchedis ſuis Scaliger. in vulgatis perperam,

Dextera quid dubitas? durum eſt jugulare Catonem.

& ſic diſtinguendum apud Maximianum Eleg. I. v. 220. ubi de ſenectutis ſuae inertia:

Fitque tripes, prorſus quadrupes, ut parvulus infans,
Et per ſordentem (flebile!) ſerpit humum.

niſi illic *flebile ſerpit*, pro flebiliter. ut *blandum ridet, torvum videt*, & ſim. apud Ovid. Lib. I. Amor. El. 6. init.

Janitor (indignum!) dura religate catena.

ubi ante Heinſium ſcribebatur, *Janitor indigne.* apud Horatium Lib. II. Epiſt. 5 v. 79. emendabat Bentlejus: *Venit enim (indignum!) donandi parca juventus.* inprobante tamen Cuninghamio. in Epitaphio Ciceronis apud Pith. III. p. 90.

Occidit (indignum!) manibus laceratus iniquis.

ut legendum infra monebimus, nam in Voſſiano *indigne.* vulgo circumfertur hactenus:

Occidit inſane manibus laceratus iniquis:

Virgil. XI. Æn. v. 267.

Conjugis (infandum!) prima inter limina dextra
Oppetiit.

quomodo illic loci conjectabat G. Fabricius, & apud Macrobium legi notavit Heinſius. vulgo *Conjugis infandae.* in Floro ſimilia, additis etiam nonnullis poëtarum exemplis, bene notavit Tollius ad Auſon. pag. 605. & 606. *miſerabile* autem & *memorabile* facile inter ſe a librariis conmutari potuerunt, ut apud Lucanum Lib. VIII. v. 417.

Haereat Eoae vulnus miſerabile ſortis:

ubi in codice Hamburgenſi, teſte Patruo meo, *memorabile.* ſic *mirabile* & *miſerabile* etiam confunduntur apud Virg. III. An. 26. *Horrendum dictu, & video miſerabile monſtrum.* ut in Veneto ſuo codice pro *mirabile* invenit Heinſius, qui *Horrendum dictu* etiam parentheſi includit. & Lib. IX. Aen. 465. & Lib. X. 637. *viſu mirabile monſtrum.* ubi in eodem

XVII. *In Eumdem.*

Mille poſt annos quater, atque * centum,
Graeciae vindex capit arma, mundi,
Et ſuperborum gravis * arma Regum
Diripit audax.
Ille non * magno genitore Magnus
Indiae Reges, Mediaeque, Parthos,
Bactra cum Poro, Ecbatanoſque parvo
Milite vicit.
Vincere ingentes animis, & auſis,
Non docens gentes numero, & metallo,
Vi celer, virtute valens, profundo
Pectore doctus.
Hoc magiſter te docuit miniſtrum,
Nam volens parere, regit deinde,
Poenitet tempus abiiſſe tantum
Abſque Camena.
Scribit in pectus bona dicta rector,
Praecipit doctor pietate tota:
Sic Alexander ſimul & magiſter.
Omnia vincunt.
Aſt ubi totum tenuit ſub uno

Or-

dem Veneto codice *miſerabile*. deinde *poſitum corpus* hic eſt ſepultum ſive conpoſitum, vide Turneb. Lib. XXII. Adverſ. XI. & Merulam ad Ennium pag. 312. ubi tamen in Virgilii verſu, quem adfert ex Lib. XI. Aen. 30. rectius praetulit Pierius, *Corpus ubi exanimi poſitum Pallantis*. pro, *Corpus ubi exanimum poſiti Pallantis*. vel ut apud Donatum, *Corpus ubi exanimum poſitum*. Lib. II. Aen. 644.

Sic o, ſic poſitum adfati diſcedite corpus.

ubi vid. Serv. & ad IV. Aen. v. 681. qui ex Statio profert *poſituſque beata Morte pater*. ex Lib. VIII. Theb. 651. ubi alia habet Barthius. Sed multo plura Heinſ. ad Ovid. Lib. III. A. A. 740. & ſic ex MS. & edd. antiqq. legendum apud Dictyn Cretenſ. Lib. IV. cap. 13. in exſequiis Achillis: *Dein, poſito cadavere, ſubjectôque igni juſta funeri peragunt*. non *impoſito*, ut in vulgatis. eadem ratio verbi *componere*, de quo v. Caſaub. ad Perſii Sat. III. pag. 305. ita *male compoſiti cineres* Naſoni Pontic. Lib. I. Ep. II. III. Catullus Carm. LXIX. v. 98.

Quem nunc tam longe non inter nota ſepulcbra,
Nec prope cognatos compoſitum cineres.

Ovid. Epiſt. X. 122.

Nec poſitos artus unguet amica manus.

Tacitus vita Agricolae cap. 45. in fine; *paucioribus tamen lacrimis compoſitus es*. ubi vide Pichenam. & Cel. Drakenb. ad Silium Lib. IX. v. 95.

XVII. v. 1. *Mille poſt annos* &c.] Primus Sapphicum hoc vetus, licet aevi non optimi videatur, ex membranis priſcis in lucem edidit Barthius Lib. LVI. Adverſ. cap. 14. ſed mendis hic & illic corruptum, ac proinde loca ſibi ſuſpecta aſteriſcis notavit. Ejus vero rationem aliquam vel ideo habendam duxi quia Barthius in iſto Opere plura carmina vel Epigrammata ex antiquis codicibus eo protulit animo, ut iis augeret Pithoei Catalecta, vel copias ſuppeditaret illi, qui poſt Scaligerum Pithoeumque has veteris aevi reliquias locupletare meditaretur.

v. 5. *Non magno genitore Magnus*] forte *de magno genitore Magnus*. vel *non minor genitore Magnus*.

v. 14 *Regit deinde*] aevi ſequioris indicium *deinde* triſyllabon. prima correpta. quod contra uſum optimorum poëtarum eſt.

Orbem habens * ſceptro, ſibi victus * ipſe
Corruit, vicit Babylon triumpho
Te muliebri.
Sic Clitum ad Bacchi necat * aram,
Sic Deum temnit juvenis protervus,
Ut duos & jam decem habens reliquit
Sceptra per annos.
Ter decem vixit juvenis per annos,
Additis tantum tribus aut duobus:
Vivus exarſit, * moriens flagravit
Orbis in illo.
Non ſatis mundus fuit unus illi,
Nec ſatis * quiſquam fuit * unus illi,
Maximus princeps ſine fine, Baccho
Finis in ipſo eſt.

Ep. XVIII. *Subſcriptum imagini Demetrii Phalerei.*
M. Terentii Varronis.

Hic Demetrius aeneas tot aptu'ſt,
Quot luces habet annus abſolutus.

Ep. XIX. *Reges Romani.*

Romulus adgreditur regnum, qui condidit urbem.
Prima Remus quoniam moenia tranſit, obit.
Et Numa divinis inplevit cultibus urbem.
Tullius inventis faſcibus arma ciet.
Ancus Aventinum montem ſuperaddidit urbi.
Priſce, triumphali primus honore tumes.

Tul-

v. 25. *Ad Bacchi necat * aram*] lacuna haec commode hoc modo ſuppleri poteſt,

Sic Clitum ad Bacchi necat udus aram.

ut *udus* ſit pro ebrio, ut ſaepe. de quo vide Heinſ. Lib. II. Adverſ. 10. pag. 100.

vs. 31. *Vivus exarſit, * moriens flagravit Orbis in illo*] Corruptam lectionem ita exhibuit Barthius. quae forte ita reſtituenda:

Quo vivo exarſit, moriente flagrat
Orbis in illo.

Ep. XVIII. *Subſcriptum imagini* &c.] Legitur apud Pithoeum Lib. II. pag. 48. & Scalig. Lib 1. Catal. p. 220. deſumti hi verſus ſunt ex Varronis Hebdomadum opere, quo imagines & elogia clarorum Virorum continebantur. Servavit illos nobis Nonius in *luces*. ſed apud quem corruptiſſimi legebantur. In editione Merceri *Hic Demetrius eſt catus* *. ad cujus marginem Iſacus Voſſius in libro ſuo, quem ſervat Leidenſis Bibliotheca, adnotavit, ex veteri forte codice, *Hic Demetrius aenea'ſt Athenis.* editio Hadriani Junii, *Hic Demetrius eſt natus quod*, & in margine: *catus quot.* Sed praeclare primus Scaliger ita correxit, & ſupplevit, ut Pithoeus edidit; laudantibus viri illuſtris emendationem Voſſio Lib. 1. de Hiſtor. Lat. cap 12. & Mercero in notis ad Non. Marc. pag. 206. *aptu'eſt* pro adeptus eſt. ut in Epitaphio Plauti apud Gell. 1. cap. 24. & Pith. Lib. III. pag. 85.

Poſtquam eſt mortem aptus Plautus, Comoedia luget.
ubi in aliis *morte captus*. forte pro *raptus*. ſed vide illic plura. *enneas* pro *aeneas* libro ſuo adſcripſerat Scriverius. ad illuſtrationem ſequentis verſus, quo indicantur illae 360 ſtatuae Demetrio poſitae, faciunt quae notavit Prideaux ad Marm. Oxonienſ. pag. 233.

Ep. XIX. v. 1. *Romulus adgreditur*] Sub incerti auctoris nomine hoc Epigramma ex Cuſpiniano ad Caſſiodori Faſtos produxerat Demſterus ad Roſin. Lib. 1. cap. 8. & ex eo habet Almelov. pag. 2.

Ep. XX.

Digitized by Google

Tullius invenit cenſum, Vulcania proles.
  Tarquinius Sexti crimine pulſus abit.

E P. XX *De primis Italiae Regibus.*

Primus in Italia Janus regnavit agreſti.
  Aurea Saturnus jugera falce colit.
Tertius Auſoniis dominatur Picus in oris.
  Faunus & in Latio regna paterna capit.
Filia Laurentum regi fuit una Latino.
  Dos fuit Aeneae terra Latina pio.

E P. XXI. *De Scaevola.*

Lictorem pro rege necans nunc Mucius ultro
  Sacrifico propriam concremat igne manum.
Miratur Porſenna virum, poenamque relaxans
  Maxima cum obſeſſis foedera victor init.
Plus flammis patriae confert, quam fortibus armis,
  Una domans bellum funere dextra ſuo.

E P. XXII.

E P. XX. *De primis Italiae &c.*] Ex Cuſpiniani Commentariis de Hiſtoria Romana adfert Gabriel Symeonus in Illuſtrat. Epitaph. antiq. libello Italica lingua conſcripto, pag. 92. antiquos eſſe hos verſus, praeſtare non auſim.

E P. XXI. *De Scaevola*] Habetur in ſchedis Heinſii ex Salmaſiano codice deſcriptis, & exſtat apud Pithoeum Lib. II. pag. 50. qui male *Mutius* pro *Mucius* edidit. ita enim Orthographia exigit, & ſcribi jubent monumenta Inſcriptionum, & nummi antiqui, quod confirmatur hic a codice Voſſiano. & ſic in MSS. apud Martial. Lib. x. Epigr. 25. *Mucius impoſuit qui ſua membra focis.* in Fulvii Urſini nummo legi, Q. MUCIUS Q. F. SCAEVULA teſtatur Aldus in Orthogr. pag. 529. ubi Inſcriptionibus vetuſtis, quas profert, etiam probat MUCIANUS ſcribendum eſſe. nec aliter in codicibus antiquioribus obtinere monet Dauſquej. part. II. Orthogr. pag. 202. ubi tamen unam alteramque adduxit Inſcriptionem, in qua MUTIUS exaratur. ſed illarum prae ceteris non ea eſt auctoritas, ut conſenſus marmorum, numiſmatum, & meliorum Codicum poſthabeatur. *negans* vitioſe in Sched. Salmas. conferendum eſt hoc Epigramma cum Martial. Lib. I. Epigr. 22. quod ex v. c. chartaceo Bibliothecae Mediceae ita deſcripſit Heinſius, & quidem paullo aliter ac in vulgatis legitur editionibus:

Cum peteret regem decepta ſatellite dextra,
  Injecit ſacris ſe peritura rogis.
Urere quam potuit contemto Mucius igne,
  Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.
Major deceptae fama eſt & gloria dextrae,
  Si non erraſſet, fecerat illa minus.

& inſigne hoc Mucii Scaevolae facinus oculis meretur conſpici in gemmis, quas ex Gorlaei Dactyl. & Wildio exhibuit Cel. Drakenb. ad Silium Lib. VIII. 385. deſcribiturque ab Auctore Culicis v. 365.

Mucius & prudens ardorem corpore paſſus,
Legitimi ceſſu cui fracta potentia Regis.

ut correxit Scaliger pro *Legitime.* & *Regem legitimum* Porſennam exponit. quod quidem a codice Voſſiano, Aldina & Veneta editione illic firmatur. ſed cur Porſena *legitimus rex* vocetur, rationem nullam video. Conjeceram *Finitimi.* quia Etruſcorum rex fuit. quod poſtea vidi Heinſio etiam placuiſſe.

v. 3. *Miratur Porſenna virum*] Locus hic nonnihil firmare poſſet lectionem codicis Iſingrinii apud Claudian. IV. Conſ. Honor. 405. de hoc eodem Scaevola,

Vir ſolus quid fortis agat, te ponte ſoluto
Oppoſitus Cocles, Muci te flamma docebit.

quod praeferebat etiam Patuus meus. in vulgatis *Vel ſolus.* apud Martial. Lib. I. Ep. 22. hac eadem in re:

Sed tam ſaeva pius miracula non tulit hoſtis,
  Et raptum flammis juſſit abire virum.

ubi pro *virum* male in tertio Cod. Voſſ. *domum.* de *Porſenna*, pro *Porſena*, metri cauſſa, vid. Serv. ad Virg. VIII. Aen. 646. verſu ſeq. *maxima poſſeſſis* a manu prima Voſſianus. *Mox ſua cum obſeſſis* volebat Heinſius.

v. 6. *Quam fortibus armis*] In libro Voſſiano mendoſa erat ſcriptura, ſed a vulgata tamen multum recedens: *quam forve ſaturis.* in qua forte ſanioris lectionis veſtigia latent. Si hariolari ex ductu literarum liceat, refingi inde poſſet, *quam curva ſecuris.* dextra ſuo funere domans bellum plus confert patriae flammis, quam ſecuris. ſic *curvas ſecures* dixit Virgil. VII. Aen. 184. *ſecuris* vero, ut faſces ac trabeae, ſaepiſſime pro illo magiſtratus honore,

 cu-

Ep. XXII. *Jugurthae Epitaphium.*

Fratris caede madens Numidarum rector iniquus
  Hoſtis item Romae, pulſus ab arce ruit.

Ep. XXIII. *Aſdrubalis.*

Aſdrubal hic ſitus eſt. hic Africa tota triumphos
  Et ſpes Carthago condidit alta ſuas.
Mars gemit ad tumulum, tumulo decorata ſuperbo
  Italia extincti ſuſpicit oſſa Ducis.
Tu quoque, Roma, doles; nam, dum cadit aemula virtus,
  In te converti, quae geris, arma vides.

Ep. XXIV. *Q. Fabii Dictatoris Nepotum.*

Abdita ſarcophago cum manibus oſſa ſub iſto
Sunt Fabii Dictatoris defleta nepotum.
Sparge roſis tumulum, legis haec quicumque viator,
Quaeque jacent tumulo, dic molliter oſſa quieſcant.

Ep. XXV. *In Magnos Duces.*

Junxit Magnorum caſus Fortuna virorum.
  Hic parvo, nullo conditus ille loco eſt.
Ite, novas toto terras conquirite mundo.
  Nempe manet Magnos parvula terra Duces.

Ep. XXVI. *Epitaphium Pompejorum.*

Magne, premis Libyam, fortes tua pignora nati

Eu-

cujus inſignia ſunt. Idem Virgilius Lib. VI. v. 820.
Vis & Tarquinios reges, animamque ſuperbam
Ultoris Bruti, faſceſque videre receptos?
Conſulis imperium hic primus, ſaevaſque ſecures
Accipiet. Lucretius Lib. III. v. 1010.
Qui petere a populo faſces, ſaevaſque ſecures Inbibit.
& paſſim. vid. Drakenb. ad Silium XI. 62. ſed forte vulgatae lectioni controverſiam non movere praeſtat. In Schedis vero Salmaſianis legitur, *quam voverat maris*, ideſt *armis.* unde aliquando conjiciebam, *quam victor in armis.* ſed *voverat armis* verum puto. idque etiam praeſerebat Cl. Oudendorpius.

Ep. XXII. *Jugurthae Epitaphium*] Schedis Voſſianis ineditum hoc debetur. Videtur aevi non optimi, neque Poëtae valde boni foetus eſſe.

Ep. XXIII. *Aſdrubalis*] Epigramma hoc non malae notae, modo vetuſtum ſit, produxit Boniſacius de compon. Epitaph. cap. XXXVI. p. 137. primo diſticho forte legendum, *huic Africa tota triumphos Et ſpes Carthago credidit.* ſequenti verſu correxi, *Mars gemit ad tumulum.* nam vitioſe apud Bonifacium *Mars gemitat tumulum.*

Ep. XXIV. *Q. Fabii Dictatoris*] Profert Joh. Anton. Caſtellionaeus in Antiqq. Mediol. Part. I. Faſc. VII. pag. 212. & 213. ubi multis pro vetuſtate hujus Epitaphii certat contra *virum alioqui magnum*, ſed quem non nominat, & *in praecipuis quibuſvis ſcriptoribus verſatum*, qui propter *ſarcophagi* mentionem id antiquitati abjudicandum contendebat; docetque vocem illam veteribus frequenter uſurpatam, & praecipue ex vulgaribus illis formulis *ſparge roſis tumulum*, & *molliter oſſa quieſcant*, conciliare & vindicare auctoritatem huic Epigrammati conatur. Quae licet vera ſint, & in Epitaphiis paſſim occurrant, vix tamen mihi perſuadent, ideo vetus eſſe hoc Epigramma, ſed auctorem ejus notas potius illas & tritas vulgo formulas ex antiquis huic carmini, ut paſſim alii ſolent recentiores, inſeruiſſe, mecum, ut puto, exiſtimabunt illi, qui Epitaphium hoc minime vetuſtum facile deprehendent: ut nihil dicam de inconcinna vocis *tumuli* in duobus ultimis verſibus repetitione.

Ep. XXV. *In Magnos Duces*] ita inſcribit Pithoeus Lib. III. p. 97. hoc Epigramma, quod male Scaliger Lib. I. Catalect. p. 196. connectit cum Epigrammatae *in Alexandrum.* Eſt enim *in Pompejos* ſcriptum. vide ſupra ad Ep. XVI.

Ep. XXVI. *Epitaphium Pompejorum*] Epitaphium hoc Pompejorum cum decem ſequentibus habetur apud

Europam; atque Aſiam. nomina quanta iacent!

EP. XXVII. *Item.*

Quam late veſtros duxit Fortuna triumphos,
Tam late ſparſit funera, Magne, tua.

EP. XXVIII. *Item.*

Pompejus totum victor luſtraverat orbem:
At rurſus toto victor in orbe jacet.

EP. XXIX. *Item.*

Membra pater Libyco poſuit male tecta ſepulchro:

Fi-

apud Pithoeum Lib. III. pag. 87. & ſeqq. & Scalig. Lib. I. Cataleɛt. pag. 184. & 185. vetus Voſſii codex, ab Heinſio collatus. quinque priora conjungit in unum; & continua ſerie etiam leguntur in Schedis Scaligeri, quintum ſi excipias. Lucani verſus, quos innuit Pithoeus, notari merentur, ex Lib. VI. v. 817. & ſeqq.

Europam, miſeri, Libyamque, Aſiamque timete,
Diſtribuit tumulos veſtris Fortuna triumphis.

O miſeranda domus. unde tres priores verſus horum Epigrammatum deſcripti ſunt.

v. 1. *Magne, premis Libyam*] Imitatio eſt ſcholaſtica verſuum Lucani ſub finem lib. VI. Belli Civilis. videtur autem proximum diſtichon ejuſdem eſſe epigrammatis. Sequens vero conjungendum cum illo, *Membra pater.* PITHOEUS. per *Libyam* hic & in ſequentibus intelligendam eſſe Africam monet Delrius ad Senec. Herc. Oet. v. 1103. p. 182. *Magni* nomine etiam in his Pompejus occurrit ſimpliciter, ut ubique apud Lucanum. ſic in carmine apud Pithoeum Lib. II. pag. 56. *Caſſius hic Magni vindex.* Severus in Aetna v. 588. *Conſpicimus Magni tumulum ducis.* ſic ſcribe litera majuſcula. idque licet nemini non notum ſit, aliquando tamen neglectum aut ignoratum fraudi fuit oſcitantibus librariis. ſic apud Auctorem Octaviae v. 518. *Concuſſus orbis viribus magnis ducum* legebatur vulgo; pro quo Rutgerſius Lib. I. Var. Lect. cap. 15. reſtituit; *ſuis Concuſſus orbis viribus. Magnus ducum Superatus acie* &c. & S. Pompejum bello Siculo ab Auguſto devictum intelligit. cujus correctionem laudat Gevartius Lib. I. Elect. cap. VI. qui illic videndus. ſimile mendum eluit Gronovius Hegeſippo Lib. I. cap. 15. *Nec Ariſtobulus diu abfuit, quamvis nihil in Magni pectore, quod ſuis artibus conduceret, intueretur.* ſic enim, cum in vulgatis legatur, *in magno pectore*, ex MS. reſtituit in Obſerv. ad Script. Eccleſ. pag. 268. & Pompejum intelligendum monuit. apud Virgil. VIII. Aen. 711.

Contra autem magno moerentem corpore Nilum.

ubi *Magni corpore*, id eſt Pompeji, legit Waddelius, ut Patruus meus notavit. ſed male. & Cl. Schraderus in Animadv. contra Waddel. *magno corpore Nilum* recte conjungit.

Ibid. *Fortes tua pignora nati*] in Voſſiano *pignera* ſcribitur. ut frequenter in vetuſtis codicibus. ſic in optimis MSS. teſte Caſaubono, Grutero, ac Torrentio apud Sueton. in Aug. cap. 21. nam inter *pignora* & *pignera* ita diſtinguit Agraetius de Orthographia, *Pignora rerum, pignera filiorum & adfectionum* ut ſcribendum; nam male in Caſauboni notis ad Sueton. ubi locum hunc adfert, bis *pignora* legitur. vide Juret. ad Symmach. pag. 81. in editione tamen Putſchii pag. 2269. & Grammaticis Gothofredi p. 1547. ea Agraetii verba melius forte ordine exhibentur inverſo: *Pignera rerum, pignora filiorum & affectionum:* quia *pignerari* & *oppignerari* ſcribitur: & ſic in Orthographia Bedae pag. 2341. ed. Putſch. etiam excuſum legitur. Sed ne his inmoremur, adeundus Dauſquejus Part. II. Orthogr. pag. 242.

v. 2. *nomina quanta jacent*] *tanta* male in Voſſiano codice & ſchedis Scaligeri, qui *quanta* ad marginem emendavit, ut edidit. forte etiam diſtinguendum, *nomina quanta! jacent.* Sequenti Epigr. *funera, Magne, ſua* Heinſius, ut ad Fortunam referatur. ſed fruſtra. *funera tua*, tuum ac tuorum funera, ut *veſtros triumphos* praecedenti verſu.

EP. XXVIII. v. 1. *Totum victor luſtraverat orbem*] Neque hic etiam accedimus Heinſio conjicienti, *victor ſibi ſtraverat orbem.* Lucanus Lib. VIII. v. 802.

——— *Clades nunc denique luſtra,*
Magne, tuas, ubicumque jaces?

Auctor Culicis v. 323. ut legit Scaliger:

Hic erat Aeacides vultus elatus honore
Alter, Dardanio fuſis quod ſanguine campis
Hectoreo victor luſtravit corpore Trojam.

qui locus in Juntina aliiſque vetuſtis editionibus vitioſiſſime legitur.

v. 2. *Victor in orbe*] al. *victus*. PITHOEUS. ita etiam Heinſius. ſic infra: *Partem quiſque ſuam nunc quoque victus habet.* ibidem tamen in ſeq. Epigr. *Victores victa nunc potiuntur humo.*

EP. XXIX.

Filius Hiſpana eſt vix adopertus humo:
Sexte, Aſiam ſortite tenes. diviſa ruina eſt.
Uno non potuit tanta jacere ſolo.

EP. XXX. *Item.*

Aut Aſia, aut Europa tegit, aut Africa Magnum.
Quanta domus, toto quae jacet orbe, ruit!

EP. XXXI. *Item.*

Maxima civilis belli jactura ſub ipſo eſt.
Quantus quam parvo vix tegeris tumulo!

EP. XXXII. *Item tumulus Pompejorum.*

Alter Niliaco tumulo jacet, alter Ibero:
Tertius Eois partibus occubuit.
Omnis habet Magnos mundi plaga. Dis ita viſum eſt.
Partem quiſque ſuam nunc quoque victus habet.

EP. XXXIII. *Item.*

Patria, * diverſo terrarum litore Magnos
Spectas conpoſitos, heu! ſine nominibus,
Europaque, Aſiaque ſimul, Libyaque ſepultos.
Victores victa nunc potiuntur humo.

EP. XXXIV. *Item.*

Diverſos juvenes Aſia, atque Europa ſepulchris

Di-

EP. XXIX. v. 2. *Adopertus humo*] *adapertus* Cod. Voſſ. perperam.

v. 4. *Uno non potuit tanta jacere ſolo*] al. *tota* PITHOEUS. non male. ſed alterum tamen legitur apud Martialem, ex quo verſus hic deſumtus, Lib v. Epigr. 75. de Pompejo & Filiis; quod quia huic ſimillimum Epitaphium eſt, hic adponam:

Pompejos juvenes Aſia atque Europa, ſed ipſum
Terra tegit Libyes, ſi tamen ulla tegit.
Quid mirum. toto ſi ſpargitur orbe? jacere
Uno non potuit tanta ruina loco.

quod Martialis Epigramma, unde hoc effictum eſſe Scriverius & Tollius etiam adſcripſerant, ſuis Antiquitatum Monumentis inſeruit G. Fabricius Lib. III. pag. 152. *loco* hic pro *ſolo* etiam volebat Francius, ut legitur apud Martialem. ſic ſupra Epigr. XVIII. in magnos Duces:

Hic parvo: nullo conditus ille loco eſt.

& in Epitaphio Ciceronis apud Pith. Lib. III. p. 92.

—— *hoc voluit membra jacere loco.*

ubi in Petaviano etiam *ſolo.*

Ibid.] Petron. Arbiter: (cap. 120)

Tres tulerat Fortuna duces, quos obruit omnes
Armorum ſtrue diverſa feralis Enyo,
Craſſum Parthus habet, Libyco iacet aequore Magnus,
Julius ingratam perfudit ſanguine Romam,
Et quaſi non poſſet tot tellus ferre ſepulchra,
Diviſit cineres. LINDENBROGIUS.

EP. XXXII. *Tumulus Pompejorum*] DE TUMULIS MAGNORUM inſcribit Voſſii codex, & ſchedae Scaligeri, ſed quae tria haec Epigrammata diverſo loco & praecedentibus non ſubjuncta collocant. TUMULUS POMPEJORUM inſcripſit Pithoeus. Scaliger voluiſſe videtur, ut ſingula diſticha tamquam ſeparata Epigrammata dividantur. *Hibero* Voſſ. Cod.

v. 3. *Dis ita viſum eſt*] *ita* abeſt a Voſſiano.

EP. XXXIII. *Patria diverſos*] ſic cod. Voſſ. *diverſo* margo Pithoei & Scaliger in ſuis Schedis. omnino rectius. in ſequentibus *Europa, Aſiaque ſimul* cum hiatu Voſſ. Cod. & *ſic potiuntur*, quod ultimum videtur melius. tum, *diverſi juvenes* in ſeq. Epigr. & *jacens*, pro *jaces*, quomodo & in Sched. Scalig.

EP. XXXIV. *Europa ſepulchris Diſtinet*] ita conſtanter in ſcriptis & editis. id eſt ſeparat, dividit, disjungit. alias frequenter a librariis permutari ſolet in *detinet*, *deſtinat*, vel adfine quid. vide egregie N. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. VIII. v. 69. ubi tamen perperam Juretum culpat, quaſi ille in notis ad Symmachum, in altero Ovidii loco ex Epiſt. XII. v. 104.

Quique maris gemini diſtinet Iſthmos aquas.

am-

Digitized by Google

Diſtinet. infida, Magne, jaces Libya.
Diſtribuit Magnos mundo Fortuna ſepultos,
Ne ſine Pompejo terra ſit ulla ſuo.

EP. XXXV. *De Sacris ad evocandum manes Pompeji.*

Fata per humanas ſolitus pernoſcere fibras
Impius infanda * religionis aper,
Pectoris ingenui ſalientia viſcera flammis

In-

amplecteretur *deſtinat*: cum contra *diſtinet* Ovidio adierat, ut ejus notas inſpicienti patebit ad Lib. II. Epiſt. 48. pag. 70. & lib. III. Epiſt. 24. pag. 91. ubi verbi hujus uſum plurimis meliorum ſcriptorum exemplis optime illuſtrat.

v. 3. *Diſtribuit Magnos*] recte Heinſius *Diſtribuis*. ut ad Fortunam convertatur oratio. verſus hic ex Lucano deſcriptus loco ſupra adducto:

Diſtribuit tumulos veſtris Fortuna triumphis.

deinde, *terra ſit ulla tuo* Voſſianus pro *ſuo*.

EP. XXXV. v. 1 *Fata per* &c.] Imitatio etiam eſt verſuum Lucani. Debuerunt vero praeponi ſequentia, quae Pompejorum tumulum pertinent. Caeterum in ſecundo verſu placet magis ut legatur. *religione ſacer*. PITHOEUS. verſus Lucani. quos innuit Pithoeus, ſunt ex Lib. VI. v. 822 & ſeqq.

Carminibus magicis opus eſt, herbisque, cadaver
Ut cadat, & nequeant animam ſibi reddere fata,
Conſumto jam jure ſemel: Tum robore multo
Exſtruit illa rogum; venit defunctus ad ignes;
Accenſa juvenem poſitum ſtrue liquit Erichtho
Tandem paſſa mori.

v. 2. *Impius infanda*] Legendum aut *Impius infandae religionis Aper*: aut *Impius infanda religione Sapor*. Nam *Sapor* Perſicum nomen. Perſae autem magicis ſacris impendio dediti. SCALIGER.

Ibid. *de Sacris ad evocandum* &c.] DE SACRIS EVOCATIS ANIMAS MAGNORUM inſcribit Voſſii codex, & Schedae Scaligeri, qui emendabat EVOCANTIBUS. verſu primo *praenoſcere* recte Voſſianus. ut apud Lucanum Lib. VI. v 423. *Fati praenoſcere curſus*. Sed in verſus ſecundi lectione major diſcrepantia. illud *religione ſacer*, quod ſe Pithoeo probabat, non video quomodo admitti poſſit. Cogitabam *Aper* cum Scaligero ſcribendum eſſe litera majori, *Impius infandae religionis Aper*. ut ſit nomen proprium. ut in alio Epigrammate apud Pithoeum Lib. III. p 103. *Innocuus Aper ecce jaces*. &c. & ſic Schedae Scaligeri. *apes* legitur in Voſſiano. unde *apex* emendarunt alii. ut in margine Schedarum Scaliger, & hanc lectionem probaſſe videtur Iſ. Voſſius ad Catull. pag. 315. qui *infandam religionem* de nuptiis Perſarum inceſtis explicat. Mihi vera videtur altera Scaligeri emendatio, *Impius infanda religione Sapor*, quod etiam in margine Pithoeanae editionis legitur. nam quod in nonnullis habeatur *aper*, id inde provenit, quia *Saper* pro *Sapor* ſcripſerunt in nomine illo Perſico. & prima hujus vocis litera *s* perperam adhaeſit praecedenti verbo, unde dein *religionis aper* fecerunt. ſed quoniam hic Magum Perſam induci volunt, omnino id praeferendum videtur. Scriverius quoque in MSS. ad Pithoei notas *Sapor* adſcripſerat in margine. idque alii etiam probaverunt: ut Valeſius ad Ammian. Marcell. Lib. XVIII. cap. 4. & admittendam eſſe hanc emendationem ex auctoritate membranarum veterum notavit Heinſius ad Claudian. Lib. II. in Eutrop. v. 481. & monuit *Sapores* dictos fuiſſe promiſcue Perſarum reges, nomenque id huic loco convenire, quia agitur de homine Perſa. ita *Saporis* nomen ad quemvis Perſarum Regem referri, docet Sirmond. ad Sidon. Apollinar. pag. 114. & 129. Quin & viderat hoc ſuperiori ſeculo juvenis ſupra aetatem eruditus, ſed primo adoleſcentiae flore melioribus literis ereptus, Jacobus Kimedoncius in Caſtigationibus ad Theophylacti Simocati Opuſcula pag. 108. quas poſt ejus obitum edidit Janus Gruterus. Idem Perſicum *Saporis* nomen Lactantio reſtituere conatus eſt Canterus Lib. III. Nov. Lect. cap. 30. ubi in Ejus Lib. III. Inſtit. Div. cap. 16. *tamquam ſapientia cum Saporis mercibus fuerit invecta* legit, pro *ſaporis mercibus*. ſed Viris doctis merito id inprobantibus, cujus loci vulgatam editio Aldina & aliae vetuſtiores etiam confirmant.

v. 3. *Salientia viſcera flammis*] *ſapientia* vitioſe erat in Voſſiano & Schedis Scalig. ex qua tamen ſcriptura literis nonnihil tranſpoſitis forte emendari poſſit *ſpirantia exta*. ſimilis varietas apud Statium Lib. IV. Theb. v. 410. eadem in re:

Conſulit ille deos non largo caede juvencum,
Non alteri penna, aut verum ſpirantibus extis.

ubi ex MSS. *ſalientibus extis* legebat Tiliobroga, inprobante licet Heinſio ad Claudian. IV. Conſ. Honor. 592. nam & ita ſimiliter apud eumdem v. 466. habes,

Semineces fibras & adhuc ſpirantia reddit
Viſcera.

D d Se-

Inpoſuit. magico carmine rupit humum,
Auſus ab Elyſiis Pompejum ducere campis:
  Pro pudor! hoc ſacrum Magnus ut adſpiceret.
Stulte, quid infernis Pompejum quaeris in umbris?
  Non potuit terris ſpiritus ille premi.

Ep. XXXVI. *De inſepultis claris.*

Litore diverſo Libyae clariſſima longe
  Nomina vix ullo condita ſunt tumulo.
Magnus, & humano major Cato, qui procul a te
  Adſpicit, heu, cineres, Roma, jacere ſuos.

Seneca Thyeſt. 756. *Erepta vivis exta pectoribus tremunt Spirantque venae.* quomodo *ſpirantia conſulit exta* apud Virgil. IV. Aen. 64. Forte tamen Voſſiani codicis ſcriptura firmat *ſalientia viſcera*, ac proinde non ſollicitanda ſunt. Ita enim apud Virg. III. Georg. 460. *ſalientem ſanguine venam.* & Stat. VIII. Th. 178. *caeſis ſaliat quod numen in extis.* vide Patruum meum ad Ovid. VI. Metam. v. 390. *flammas* etiam Voſſ. Cod.

v. 5. *Auſus ab Elyſiis Pompejum ducere campis*] *ab e Libycis* eaedem Scaligeri Schedae cum Voſſiano conſpirantes. Viri docti manus, quae editioni Catal. Scaligeri plurimas emendationes adlevit, excerptas, ut puto, ex iisdem Schedis, adſcripſerat Scaligerum legere, *Auſa vel a Libycis P. d. flammis.* idque in margine ejus Schedarum quidem inveni, ſed poſtea induxerat, & praetulit *Auſus ab Elyſiis campis*, ut edidit. forte etiam *educere* ſcribendum; licet parum interſit. Ceterum ad inluſtrationem horum magicae artis Sacrorum, quibus manes & umbras de ſedibus ſuis eliciebant, multa dedit Broukhuſius ad illa Tibulli Lib. I. El. 2. v. 45.

Haec cantu finditque ſolum, manesque ſepulcris
Elicit, & tepido devocat oſſa rogo.

ubi inter alia hoc ipſum Epigramma profert, ejusque initio *praenoſcere*, & ſecundo verſu, *infanda religione Sopor*, exhibet, adeo ut hanc lectionem probaſſe videatur.

v. 6. *Pro pudor!*] Ita ſemper ſcribendum. vide Heinſ. ad Ovid. Epiſt. IX. v. 111. ſic in Excerptis ex Quintiliano pag. 393. *pro pudor! is legem nominat*, ut reſtituendum cenſet Patruus meus, quum ſine ſenſu legatur, *pro pudoris legem nominat.* & ſic paſſim apud Florum. vid. Lib. I. c. XI. §. 9. & Lib. II. cap. 6. §. 30. Statius Lib. X. Theb. 165.

Pro pudor! Argolicas hinc auſi obſidere portas.

Lucanus Lib. VI. 96. *Pro lucri pallida tabes!* & ita in Diris Catonis v. 181. caſtigabat Heinſius:

Naſcentis miſerumque genus, pro ſera libido!

vide & Cel. Drakenb. ad Silium XI. v. 90.

v. 8. *Non potuit terris*] Francius in libro ſuo *terra.* ſed non opus videtur. niſi ſonus iſte in medio utroque verſu *infernis* & *terris* offendat.

Ep. XXXVI. VARRONIS *de inſepultis claris.*] Ita inſcripſit Pithoeus Epigramma hoc cum primo ſequentis diſticho conjunctum, & Scaliger, qui edidit ITEM DE POMPEJIS P. TERENTII VARRONIS ATACINI. In ejus Schedis, quemadmodum editioni illius a Francio adſcriptum, DE INSEPULTIS CLARIS. & in margine POMPEJIS. omiſſo VARRONIS nomine, quod etiam non agnoſcitur a Voſſiano. eſt enim incerti auctoris, ut omnia illa quae proxime praeceſſerunt. primo verſu Delrius habet *clariſſima quondam*, neſcio unde, cum alii nihil varient. tertio *Magnus & humano major* ediderunt Pithoeus & Scaliger. Voſſii codex *Magnus & hoc homine major Cato qui procul a te.* & ſic Scaligeri Schedae, qui etiam adſcripſerat *& hoc Magno major Cato.* Pompejo ſcilicet. Heinſius ex ſcriptura Voſſiani libri legebat, *Magnus, & hoc nomen majus Cato.* ſed male. *humano major* eſt auguſtum quid ac divinum referens. ut Romulus apud Ovidium Lib. II. Faſtor. v. 503. *Pulcher & humano major, trabeaque decorus.* Plinius Lib. VII. Epiſt. 27. de Curtio Rufo. *Offertur ei mulieris figura humanâ grandior pulchriorque.* vide Columnam ad Ennium p. 36. Gronov. ad Livium Lib. VIII. cap. 9. ubi hunc verſum etiam laudant. & ita ſemper apparebant poſt mortem. ut ſpecies mulieris *humana amplior* Druſo conſpicitur apud Sueton. in Claud. cap. I. adde Drakenb. ad Silium Lib. VII. v. 5. Lomeijer. de Luſtrat. Gent. cap. IX. p. 77. & quae notavi in Specim. hujus Operis pag. 47. deinde, *quam procul* etiam Heinſius legebat, ut Pithoeus. ſequenti verſu *Adſpicis heu cineres, Roma, jacere tuos*, Codex Voſſianus & Schedae Scaligeri, ſed emendavit ita, ut in editione ſua expreſſit. Francius autem conjiciebat,

——— quam procul a te
Adſpicis hic cineres, Roma, jacere ſuos?

v. 3. *qui procul a te*] lege *quam.* Non deërunt vero qui cenſeant ſequens diſtichon alterius potius eſſe Epigrammatis. PITHOEUS.

Ep. xxxvii. Varronis *de Licino.*

Marmoreo Licinus tumulo jacet, at Cato parvo,
Pompejus nullo. credimus eſſe Deos?
Saxa premunt Licinum, levat altum fama Catonem,
Pompejum tituli: credimus eſſe Deos.

Ep.

Ep. xxxvii. Varronis, *De Licino* &c.] Vulgatis editionibus deceptus Delrius ad Senec. Herc. Oet. pag. 182. hoc Epigramma profert ſub nomine Varronis Atacini de Pompejo Magno, Catone Uticenſi, & quodam Licino. & primum diſtichon praecedenti adnectit. Dividendum ſcilicet hoc carmen, & Varronis Atacini nomen ultimo diſticho tantum adponendum *Marmoreo Licinus* &c. & ita etiam cenſebat Heinſius, & jam odoratus erat Pithoeus, ut ex notula ejus adparet: & Fabricius in Monum. Antiq. pag. 135. illud ſolum, ut Epitaphium Tonsoris, Licini ſcilicet, edidit. recte. Eſt enim hoc Epitaphium in Licinum Auguſti tonſorem & libertum ditiſſimum. cujus magnificentiſſimum ſepulchrum fuit in via Salaria. vide ejusdem Fabricii Romam pag. 216. licet Gronovius de Pecun. Veter. pag. 559. Licinum, Auguſti procuratorem in Gallia hic intelligi velit. ſed de priore capiendum eſſe firmat Scholiaſtes Perſii, apud quem illud legi notaverat Scriverius, & alii etiam monuerunt, ad Sat. II. v. 36. ubi Varroni tribuitur & non invenuſtum Epigramma dicitur, quamquam inepte Licinum Craſſum vocet & ex duobus unum faciat, & in loco Perſii Licinius Stolo, non vero hic Licinus tonſor intelligatur. vide Caſaub. pag. 203. *Ciceronis* vero Epigramma illic facit Scholiaſtes MS. ab Heinſio collatus, qui *Tyronis* legebat. Plura dabunt Jac. Nic. Loenſis Lib. VIII. Epiphyllid. cap. XIII. pag. 598. Voſſius de Poët. Latin. pag. 18. & Lipſius ad Senecae Epiſt. CXIX. ubi etiam monet Licinum hunc ab aliis Licinium vocari; de quo vide notas doctor. ad Sueton. Aug. cap. 67. Heinſius ad *Martialem* remittit in ſuo exemplari. puto eum indicaſſe locum ex Lib. VIII. Epigr. 3.

Et cum rupta ſitu Meſſallae ſaxa jacebunt,
Altaque cum Licini marmora pulvis erunt.

ubi marmoreum Licini tonſoris tumulum intelligendum ex hoc verſu patet: nam fallitur Domitius, qui de aedibus Licini marmoreis exponit. Idem Domitius de hoc Licino etiam capiebat alterum ejusdem Martialis verſum Lib. III. Epigr. 32. ubi & hoc Epigramma adfert. Ceterum uno diſticho auctius illud producit Grangaeus ad Juvenal. Sat. I. v. 109. ex Catalectis Petronii hunc in modum:

Marmoreo tumulo Licinus jacet, at Cato nullo,
Pompejus parvo: credimus eſſe Deos?
Saxa premunt Licinum, levat altum fama Catonem,
Pompejum tituli. credimus eſſe Deos?

ita certe leguntur in Petronii & aliorum vetuſtis Epigr. a Bineto collectis & editis Pictavii. an. 1579. cum inſcriptione Terentii, Varronis, Attacini. & v. 1. *Marmoreo Lycinus tumulto jacet, & Cato parvo, Pompejus nullo* &c. Putabam aliquando, ſecundum iſtud diſtichon ab aliena manu adſutum eſſe: Saltem quomodo *ſaxa premunt Licinum*, dici poſſit, cum tam magnifico conpoſitus ſit tumulo, videant alii. nam *premi* dicuntur illi, qui indigna & exigua urna vix clauduntur; ut infra in Epigr. XLV. de Scipione, ex vet. Cod. Moroni,

Reſpice res hominum! quam brevis urna premit.

ſupra Ep. XXVI. *Magne, premis Libyam.* & Ep. XXXV. de Pompeji manibus evocandis:

Non potuit terris ſpiritus ille premi.

& ſolum illud primum diſtichon Varroni Atacino tribuendum eſſe patebit ex illis, quos modo laudavi, Voſſio praeſertim, qui monet ſaepe perperam ab aliis confundi duos Varrones, eaque quae Atacini ſunt, alteri Varroni togatorum doctiſſimo perperam tribui, ac Crinitum hoc ipſum de Licino male M. Terentio Varroni adſcripſiſſe. quem errorem alii etiam nonnumquam erraverunt. de hoc noſtro Varrone Atacino, itemque altero illo Romanae eruditionis parente videri merentur notae Jureti ad Symmachum p. 310. Sed nunc muto ſententiam. & utrique locum eſſe dandum opinor: modo prius diſtichon per interrogationis notam in pentametro exhibeatur; et alterum ei reſpondeat demto interrogandi ſigno, ut edidit Binetus. vide Dorleanſium ad Tacit. XIV. Ann. pag. 723.

v. 1. *Marmoreo Licinus tumulo* &c.] Male apud Fabricium, *Marmoreo tumulo Licinus jacet.* licet Lipſius aliique ita adferant. deinde probo Voſſiani codicis, & Schedarum Scaligeri lectionem,

——— *at Cato nullo,*
Pompejus parvo.

ſupra Ep. XXXI. In Epitaphiis Pompeji: *Quantus quam parvo vix tegeris tumulo.* vulgatam tamen *Pompejus nullo*, ut & edidit Binetus. probaſſe videtur Domitius ad Martial. Lib. v. Ep. 74. Epitaphio de Pompejo: *Terra tegit Libyes, ſi tamen ulla tegit*, & Pompejum inſepultum fuiſſe dicit; quod vel ex his Epigrammatibus ſatis refutatur, ideoque altera ejus in verſu Martialis explicatio praeferenda eſt. ſupra Epigrammate in magnos duces. ſive Pompejos:

Hic parvo: nullo conditus ille loco eſt.

EP. XXXVIII. *Laconum in Thermopylis caeſorum.* EX SIMONIDE.

Dic, hoſpes, Spartae, nos te hic vidiſſe jacentes,
Dum ſanctis patriae legibus obſequimur.

EP. XXXIX. *Publii Scipionis.*

Deſine Roma tuos poſtes *

Nam-

Lucanus Lib. VIII. 713.

Pompejo raptim tumulum Fortuna paravit,
Ne jaceat nullo, vel ne meliore ſepulchro.

Denique in aliis legitur, *Quis putet eſſe Deos?* ut habet margo Pithoei. licet *credimus* ſit in duobus Codicibus MSS. Scholiaſtae Perſii, quod adſtrui poſſet ex Ovidio Lib. III. Amor. 3 init.

Eſſe Deos, i, crede; fidem jurata fefellit.

alterum defendi poſſet ex eodem Lib. III. Amor. El. 8. in morte Tibulli,

Sollicitor nullos eſſe putare Deos.

illuſtrabunt haec Barneſ. ad Euripid. Herc. Fur. v. 757. Barthius ad Claudian. Lib. I. in Rufin. init. Boxhorn. ad Sulpic. Satyr. v. 12. & Schottus ad Senecae Lib. I. Controv. I. pag. 572. qui hoc carmen ea in re etiam adſerunt.

EP XXXVIII. *Laconum in Thermopylis &c.*] Graecos verſus, qui in Lib. III. Antholog. Gr. cap. 5. leguntur, ita interpretatus eſt, & Simonidi adſcribit Cicero, Lib. I. Tuſc. Quaeſt. cap. 42. ubi vide Daviſium. Obſopaeum ad d. l. Anthol. p. 291. & Schottum ad Senecae Suaſor. II. Leguntur autem in Anthologia Gr. ſine auctoris nomine, ut obſervat Nic. Herbelius eximio Graeciae Opere Lib. III. pag. 48.

EP. XXXIX. v. I. *Deſine Roma tuos hoſteis*] Haec Africanum cum patria colloquentem dixiſſe Cicero auctor eſt Lib. III. de Orat. (cap. 42.) & Lib. II. de Finib. (cap. 32.) a quo duobus locis mutila hujusmodi verba afferuntur. Scaliger vero pro *hoſteis* legit *poſteis*; ac ita verſum explevit, ſed neſcio utrum conjectura, an antiqui alicujus codicis auctoritate;

Deſine Roma tuos poſteis ornare tropaeis.

Quae lectio mihi non ſatis videtur probabilis: ſiquidem ſive in publica, ſive in privata Romanorum laetitia poſtes non tropaeis, ſed arborum ramis, & praecipue lauri ornabantur. Juvenalis Sat. XII.

Ornentur poſtes, & grandi janua lauro.

& rurſus:

——— *longos erexit janua ramos.*

de qua conſuetudine plura relata ſunt a Juſto Lipſio Lib I Elector. cap 3. Sunt, qui putent, hoc modo hanc ſententiam expleri poſſe,

Deſine Roma tuos hoſteis horrere ſuperbos.

qui verſus ſi ita legendus eſſet, is, qui ſequitur, legi deberet,

Otia namque tibi noſtri peperere labores.

Sed antiqua ſcriptura aut nullo modo, aut nimis parce immutanda, aut explenda eſt. HIER. COLUMNA *ad Ennium* pag. 168.

Ibid. *Deſine Roma tuos poſtes* *]Sic ediderunt Pithoeus Lib. II. pag. 48. & Scaliger Lib. I. Catalect. p. 220. qui in variis Lectionibus, ejus editioni ſubjectis, ſupplet, *poſtes ornare tropaeis.* quomodo & in margine Pithoei. Qui verſum hunc mutilum dederunt, Ciceronis locis inducti videntur, quia ſolum primum hemiſtichium ad partes vocat, ſed ſaepe ita veteres tantum laudaverunt initium vel finem verſuum. qui omnibus noti erant. ut videntur fuiſſe haec Ennii de Scipione. ſic vulgatiſſimum Calvi in Pompejum Epigramma, omiſſa priori parte, a Seneca producitur:

——— *digito caput uno*
Scalpit, quid credas hunc ſibi velle virum?

quod ex Ammiano ſupplevit Scaliger, *Faſciola qui crura ligat*, ut infra videbimus. Recte vero Scaliger *poſteis* correxit pro *hoſteis*, quod in vulgatis Ciceronis codicibus circumfertur. cui fruſtra obloquitur Columna, qui male etiam in ſequente verſu, quem Cicero ita adfert ut edidi, refingit: *Otia namque tibi noſtri* &c. ut accommodaret illis, quae alii de ingenio ſubſtituerant, *tuos hoſteis horrere ſuperbos.* quae minus elegantia ſunt, licet Ennianum genium magis ſapere forte exiſtimaverint. Erravit praeterea in eo, quod neget Romanos in publica aut privata laetitia umquam poſtes tropaeis ornaſſe. Sed iſtam Columnae reprehenſionem retudit, & conjecturam ſuam vindicavit ipſe Scaliger ad Manilii locum apprime huc facientem Lib. IV. v. 179.

Hoc habet, hoc ſtudium, poſtes ornare ſuperbos
Pellibus, & captas domibus praefigere praedas.

ubi probo emendationem Marklandi ad Statii Silvas p. 43. legentis *Hic labor, hoc ſtudium*, pro quo infeliciter Pontanus ad Macrob. p. 657. *Hoc havet, hoc ſtudium.* qui nec melius in ſequentibus verſatur. quamquam & legi poſſet *Hic amor, hoc ſtudium.* ut ſit imitatio Virgilii XI. Aen. 739. *Hic amor, hoc ſtudium, dum ſacra ſecundus haruſpex Nuntiet.* & ita Bentlejum conjicere video, cui & Marklandi

Namque tibi monumenta mei peperere labores.
Teſteis ſunt campei magnei.

EP.

landi emendatio in mentem venit. Ad hunc ritum refer illud ex Panegyrico ad Piſon. v. 8.

Nam quid imaginibus, quid avitis fulta tropaeis
Atria.

ut recte legit Heinſius, pro *triumphis*. ubi & *culto tropaeis* emendari poſſet pro *fulta*, quod & Cortio placebat, ut *ornare tropaeis* hoc in verſu & Manilii loco. Silius Ital. Lib. XIV. 652. *Hic Agathocleis aedes ornata tropaeis.* Mirari ſane licet in reprehendendo Scaligero potuiſſe errorem adeo indignum committere Columnam, cetera virum erudiſſimum, praeſertim in re valde nota. publica enim templorum & privatarum aedium limina ac poſtes ſpoliis hoſtilibus exornatos fuiſſe plurima veterum docent teſtimonia. vid. Virgil. Lib. II. Aen. 504. Lib. III. 287. Lib. V. 360. & praeſertim Lib. VII. v. 183.

Multaque praeterea ſacris in poſtibus arma
Captivi pendent currus, curvaeque ſecures & ſeqq.

ubi Servius: *ſacris in poſtibus: ubi ſpolia conſecrabantur.* Horatius Lib. I. Epiſt. I. 5. ubi recte explicat Crucquius. & de Auguſto Lib. IV. Od. 15. 8.

—— *tua, Caeſar, aetas*
Fruges & agris rettulit uberes,
Et ſigna noſtro reſtituit Jovi,
Derepta Parthorum ſuperbis
Poſtibus.

ubi in Scholiaſte Crucquiano legitur *Hoſtibus*. ab eo diverſus codicis Franequerani Scholiaſtes MS. haec notat: *Parthi ſuperbi propter Romani populi multitudinem caeſam ſigna Romanorum ſublata in poſtibus ſuorum templorum adfixerant in oſtentationem & jactantiam ſui.* Valerius Flaccus Lib. III. v. 25.

Et nunc ille jubas, captivaque poſtibus ora
Impoſuit, ſpolium infelix Divaeque pudendum.

ubi vide G. Voſſium. Perſius Sat. VI. v. 45.

—— *jam poſtibus arma,*
Jam chlamydes Regum, jam lutea gauſapa captis
Eſſedaque, ingenteſque locat Caeſonia Rhenos.

ad quem locum Marcilius in notis p. 144. hunc ipſum de Scipione verſum ita etiam profert, ut videatur Scaligeri emendationem probaſſe. de privatis aedibus inſignis etiam Silii Italici locus eſt Lib. VI. v. 435.

Adfixi clypei, curruſque & ſpicula nota
Aedibus in parvis, magni monumenta triumphi
Pulſabant oculos.

ubi in partem erroris Columnae etiam venit Domitii Marſi ſtupor, qui privatis poſtibus adfixa fuiſſe ſpolia negat, ſed de templis concedit. verum jure ob id caſtigatus a Dauſquejo pag. 272. & ad Lib. XV. pag. 681. ubi Plinii & Livii locis id probat, cujus ille ex Lib. XXXVIII. cap. 43. maxime ad rem facit: *Cetera ſpolia ejus urbis ante currum laturus, & fixurus in poſtibus ſuis.* & vid. Broukh. ad Propert. Lib. III. 7. 26.

Atque onerare tuam fixa per arma domum.

ubi *honorare* in meo Cod. *ornare* Francius. ut ſupra in loco Manilii. Sed ſufficiant haec, ad egregiam Viri magni correctionem adverſus Columnam, haud raro inventis Scaligeri iniquum, vindicandam. vide etiam Stanlejum ad Aeſchyl. VII. contra Thebas v. 284. & Andr. Schottum Lib. I. Obſerv. cap. 12.

v. 3. *Teſteis ſunt campei magnei*] *Campos* ideo *teſtes* laudat, nam hoſtium cruore maduerunt. ſunt autem campi quidam in Africa *magni* nomine appellati, de quibus Livius Lib. XXX. *Primo in tumulo quatuor ferme millia diſtante ab caſtris regiis conſedit, poſtridie cum equitatu in magnos, ita vocant, campos ſubjectos ei tumulo digreſſus.* Eosdem Polybius μεγάλα πεδία appellavit. Catullus hujus imitatione de Nupt. Pel. v. 357.

Teſtis erit magnis virtutibus unda Scamandri,
Quae paſſim rapido diffunditur Helleſponto,
Cujus iter caeſis anguſtans corporum acervis
Alta tepefaciet permiſta flumina caede.

Horatius Lib. IV. Od. 4. *Teſtis Metaurum flumen.* Attius Aſtyanacte, *Troja eſt teſtis.* Cicero pro lege Manilia: *Teſtis eſt Italia, quam ille ipſe victor* &c. & paullo poſt: *Teſtis eſt Sicilia, quam multis undique cinctam periculis, non terrore belli, ſed celeritate conſilii explicavit.* Eodem modo Tibullus Lib. II. multos locos tamquam Meſſalae gloriae conſcios, & Propertius tamquam ſui amoris non ignaros teſtes proferunt. rurſus Ennius Lib. III. Satyr.

—— *teſteis ſunt*
Latei campei, quos gerit Africa terra politos.

H. COLUMNA. hemiſtichium hoc apud Pithoeum & Scaligerum deſideratur. ſed addidi illud, Columnam ſecutus. Facit huc quod Servius ad Virgil. Ecl. V. 21. *vos coryli teſtes & flumina* obſervat, in rebus incredibilibus bene in teſtimonium advocari res inanimas, ubi ex Propertio citat: *Teſtes ſunt ſidera nobis.* pro eo quod Lib. II. El. 7. v. 91. legitur, *Sidera ſunt teſtes.* nam locus Propertii, quem Columna innuit, eſt in Lib. I. El. 18. 19.

Vos eritis teſtes, ſi quos habet arbor amores,
Fagus, & Arcadio pinus amata Deo.

Ep. XL. *Scipionis Africani.*

Luxuriantem animo Poenum, ferroque ruentem
Urbis in excidium, vix puber ad arma vocatis
Patribus edocui, certa ſuperarier arte
Poſſe olim invictae per nos Carthaginis arces:
Inſolitum ſubiere jugum. Victoria noſtra eſt
Hannon, Hiberus atrox, invictique arma Syphacis.
Maxima cunctarum victoria, victa Voluptas.

Ep. XLI. *Scipionis.*

Ille ego ſum, patriam Poeno qui ex Marte cadentem
Suſtinui, rapuique feris ex hoſtibus urbes

Hiſ-

Ep. XL. *Luxuriantem animo*] Habetur ibidem apud Pithoeum & Ferret. in Muſ. Lap. Lib. v. p. 308. & vetuſtam hanc inſcriptionem producit Aldus in Orthogr. pag. 141. licet illud ex Urſini Schedis deſcriptum inter ſpuria retulerit Gruter. pag. 10. inſcr. 6. inter Marmora etiam Piſaurenſia Num. XVII. ex MS. Codice Hier. Arditii edidit Oliverius. & in notis p. 34. optime explicuit. verſu primo *Exſultantem* conjecerat Heinſius, ſed recte id deinde rejecit, adſcripto Ovidii verſu: *Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis.* qui eſt in Lib. II. Art. Am. v. 437. & ſic *luxuriare* & *luxuria* de animo ex rerum bonarum adfluentia diſſoluto & ſuperbo. ut *animus luxuria & laſcivia diffluens* apud Terent. Heaut. Act. v. Sc. 1. v. 72. idem Ovid. Lib. v. Faſtor. 274.

——— tunc cum juvenilibus annis
Luxuriant animi.

& ſaepe. *ferroque potentem* male apud Gruter. verſu tertio Aldus legi teſtatur, *carta ſuperarier.* ideſt *charta*, eamque lectionem adfert ad illuſtrandam Servii etymologiam, qui *Carthaginem* a *charta* deducit. ſed recte illud inprobare ſe addit. & ſane inepta illa etymologia; & abſurda hoc loco eſſet lectio. fine hujus verſus ſenſum abſolvebat Heinſius, & in ſequenti caſtigabat, *Poſtmodo & invitae per nos* &c. ſequitur enim mox, *invicti Syphacis*, & *victa voluptas.* hic autem locus vindicare poteſt verſum Manilii Lib. IV. v. 40. ubi ſimili locutione,

Accepiſſe jugum victas Carthaginis arces.

quem verſum ut ſpurium confodit Celeb. Bentleius, ea ratione inductus. quia *populi* jugum accipiunt, non *arces.* quod vel ſolo hoc verſu, ut alia praeteream, ſatis refellitur. forte & apud Manilium *invictas Carthaginis arces* praeſtet, ut *in* abſorptum fuerit ab ultima litera vocis *jugum*, licet *victae* in libris veteribus eſſe teſtetur Bentlejus. Claudianus praefat. in II. Conſ. Stilic. v. 15. de Scipione:

Cumque triumpharet gemina Carthagine victa.

deinde *Hanno & Hiberus*, ut legebat Pithoeus, in libro ſuo etiam Scriverius emendavit. *Anno & Iberus* apud Aldum, & Gruterum. *Anon* Ferret. idem Aldus *Sypnacys* pro *Syphacis.* Gruterus *conjunctique arma Syphacis*, pro *invicti.* quod praeferendum ob praecedens *invictae Carthaginis.* & ita in codice MS. Hier. Arditii legi teſtatur Oliverius ad Marm. Piſaur. & probabili valde conjectura hinc patere exiſtimat, baſi huic olim ſuperinpoſitam fuiſſe P. Scipionis Africani ſtatuam. ultimo verſui lucem dabit monumentum antiquum, in quo Scipio captivam virginem, Allucio Celtiberorum Principi deſponſatam, intactam reddit, quod edidit & illuſtravit Sponius Recherch. d'Antiq. Diſſ. 1.

v. 6. *Hannon, Hiberus*] lege, *Hanno & Hiberus.* Pithoeus. *Hanno & Iberus* etiam in Marm. Piſaur.

Ep. XLI. *Scipionis*] Epigramma hoc. quod neque in Pithoei, neque Scaligeri Catalectis conſpicitur, & a nemine hactenus, quod ſciam, editum eſt, ſic damus, ut illud deſcripſerat Heinſius in libro Inſcriptionum MSS. quas inter peregrinandum collegerat. verſus tertius plus juſto longior reſtitui forte poteſt ſuis pedibus, ſi legamus:

—— rapuique feris ex hoſtibus urbes
Hiſpanas, Hannonem acrem, magnumque Syphacem
Perdomui &c.

ita in ſuperiori carmine tres illos a ſe victos etiam conjungit; eoſque in triumphum cum aliis a Scipione circumductos eleganter deſcribit Silius Italic. Lib. XVII. v. 630. & ſeqq.

Ante Syphax, feretro reſidens, captiva premebat
Lumina, & auratae ſervabant colla catenae.
Hic Hannon, clarique genus Phoeniſſa juventa &c.
Mox victas tendens Karthago ad ſidera palmas
Ibat &c

Hannonem acrem hic vocat, ut ſupra *Iberus atrox*

Han-

Hiſpanas, * Hannoniſque artes magnumque Syphacem
Perdomui, & fractum totiens armiſque repulſum
Hannibalem, atque etiam * fera mihi regna ſubegi
Punica, & excelſas durae Karthaginis arces.

EP. XLII. *de Eodem.*

* Quantam ſtatuam faciet populus Romanus,
* Quantam columnam, quae res tuas geſtas loquatur.

EP. XLIII. LUCIUS SCIPIO. *Romae repertum an. 1616.*

Honc oino ploirume coſentiont R.
Duonoro optumo fuiſe viro

Lu-

Hannibal dicitur. ſic *Marſos genus acre virûm* Virg. II. G. 167. & *acer Romulus* eidem VIII. Aen. 342. ubi perperam *aſper* in Cod. Hamburgico. vide Patrui mei notas. VIII. Aen. 614.

Aut acrem dubites in praelia poſcere Turnum.

Lib. XII. v. 938. *ſtetit acer in armis Aeneas.* Horat. Lib. I. Od. 2. v. 39.

Acer & Marſi peditis cruentum
Vultus in hoſtem.

Albinov. ad Liviam v. 17.

Ille genus Suevos acre, indomitosque Sygambros
Contudit.

arma acri facienda viro de Aenea Vulcanus apud Virg. VIII. Aen. 441. *acri Flaminio ſpectatus erat* Silio Lib. VI. init. reſtituit Heinſius. Cl. Oudendorpius tentabat, *urbes Spanas* pro *Hiſpanas.* ut ſaepe *Spania* pro *Hiſpania.* Penultimus verſus etiam laborat, qui forte hunc in modum emendandus:

Hannibalem, atque etiam ferro mihi regna ſubegi
Punica.

ſupra Ep. XL.

Luxuriantem animo Poenum, ferroque ruentem.

ſed ut *ferro* pro *fera* certam eſſe emendationem mihi perſuadeor, ita illud *atque etiam* diſplicet & ſuſpectum videtur. in ultimo *dirae* pro *durae Karthaginis* legebat Heinſius.

v. 3. *magnumque Syphacem*] recte optimorum Poëtarum exemplo ſecundam in hoc nomine producit, quamquam corripiatur in loco Claudiani, ut vulgo circumfertur, Bel. Gild. 92.

—— *haurire venena*
Compulimus dirum Syphacem.

quod cum non tantum metro, ſed & ipſi Hiſtoriae adverſetur, recte emendationem Barthii corrigentis *dirum Hannibalem* probavit Broukh. ad Propert. III. El. 9. 61. & in notis ſuis Patruus meus.

EP. XLII. v. 1. *Quantam*] Haec de Scipione ab Ennio ſcripta fuiſſe, Trebellii Pollionis indicio accepimus. COLUMNA.

v. 2. *Quae res tuas geſtas loquatur*] Poëta neſcio quis apud Priſcianum, τὰς σὰς ἀγῶνας αἰὼν λαλήσει. Sed quoniam verba, quae ſcripſimus, non ſunt numerorum adſtricta vinculis, nos nihil fere inmutando ſic in metrum digeſſimus:

O quantam ſtatuam faciet, quantamque columnam
Romanus populus: res quae ac tua geſta loquatur.

Sed ne quid ad hanc rem pertinens deſideretur, addam Servii verba verſum illum ex X. Aeneidos explicantis,

Dum genitor nati parma protectus abiret.

Hoc igitur, inquit, *de hiſtoria eſt. Nam Scipio Africanus, cum eſſet annorum vix decem & ſeptem, patrem ſuum defendit in bello: nec ceſſit viginti ſeptem confoſſus vulneribus.* Quod fortaſſe Ennius in hoc Scipionis Encomio eo verſu ſcripſerat, quem poſtea ad alium uſum Maro, ut ſaepe alios alias, tranſtulit. COLUMNA. Leguntur in Trebellii Pollionis Claudio cap. 7. ubi Salmaſius prima verba in verſum ſic redigebat:

Nam quantam ſtatuam faciet populus Romanus.

reliqua vero ad leges metricas adigi nolle ipſi videbantur. Sed ſi ligata oratione adſtringenda ſint, ſequerer Columnam, quem optime digeſſiſſe puto; quamquam Trebellium ſententiam potius Ennii expreſſiſſe dictione ſoluta, quam ipſos poëtae verſus poſuiſſe exiſtimet Salmaſius. Certe infelicior eſt Andreae Schotti conatus, qui Lib. I. Nodor. Ciceron. cap. 4. putabat ſe primum hoc Ennii de Scipione elogium reperiſſe, illudque ſic in numeros elegiacos concinnare tentabat hoc modo:

Quam ſtatuam faciet populus, vel quanta columna,
Quae res ipſa tuas ſaepe loquatur, erit.

quod cum nimis ſane a ceteris recedat, & Ennianum genium minime referat, repudiandum eſſe nemo non videt.

EP. XLIII. LUCIUS SCIPIO.] Jac Sirmondus, Soc. Jeſu, publicavit cum Animadverſionibus eruditis

A.

Digitized by Google

Luciom Scipione filios Barbati.
Conſol, Cenſor, Aidilis hic fuet.
Hic cepit Corſica Aleriaque urbe.
Dedet Tempeſtatibus aide merito.

Ep.

A. 1619. Acceperat a Nic. Fabricio Peireſcio Rob. Cottonus; ab hoc Seldenus Prol. Synt. de Dis Syris cap. III: meminitque Gutherius Lib. III. de Offic. Dom. Aug. cap. 32. Reinesius *ad Claſſ.* vi. *Inſcr.* 35. Fuit haec Inſcriptio a Sirmondo antiquiſſima putata, ſicque ab eo explicata:

Hunc unum plurimi conſentiunt Romae
Bonorum optimum fuiſſe virum
Lucium Scipionem; Filius Barbati
Conſul, Cenſor, Aedilis hic fuit.
Hic cepit Corſicam Aleriamque urbem:
Dedit Tempeſtatibus aedem merito.

At de hujus antiquitate dubitant alii, inter quos vir quidam eruditus Batelerius, nempe cujus exſtat Epiſtola ad Puteanum inter Schedas Peireskianas, qua eam rejicere conatur ob allatas multas rationes tum Grammaticales tum Hiſtoricas. Sponius *Miſcellan. Erud. Antiq. Sect.* iv. *pag.* 130. Vetuſtiſſimam hanc, ut putatur, inſcriptionem, quam ex Sponio etiam habet Almelovenius p. 35. intelligendam eſſe de Lucio Scipione, L. Corn. Scipionis Barbati filio, videbis apud Rupert. ad Pompon. de Orig. Jur. pag. 323. & hoc eſt alterum illud antiquiſſimum Linguae Latinae monumentum poſt Duillianae roſtratae columnae inſcriptionem uno tantum anno inferius. Nam referunt illud viri docti ad annum V. C. 494. Elogium Scipionis, quod duobus primis verſibus continetur, ſimile eſt cum noto Atilii Calatini elogio, quod habetur apud Cicer. Lib. II. de Finib cap. 35. *non elogia monumentorum id ſignificant, velut hoc ad portam unicum*, PLURIMAE CONSENTIUNT GENTES, POPULI PRIMARIUM FUISSE VIRUM. & de Senect. cap. 17. *Quanta fuit in Atilio Calatino?* (auctoritas) *in quem illud elogium unicum:* PLURIMAE CONSENTIUNT GENTES, POPULI PRIMARIUM FUISSE VIRUM. *notum eſt carmen inciſum in ſepulcbro.* quae varie a viris doctis ſollicitantur, ut ex notis eorum videre licet. quod autem Th. Bentlejus primo in loco emendet, *velut hoc ad portam Collinam*, cur non potius ſubſtituit, *ad portam Capenam*, quia illic Calatini ſepulcrum fuit, ut patet ex illis Ciceronis Lib. I. Tuſcul. cap. 7. *An tu egreſſus porta Capena cum Calatini, Scipionum, Serviliorum, Metellorum ſepulcra vides, miſeros putas illos?* quamquam *elogium unicum* pro praeſtantiſſimo, ſingulari, cum Graevio defendat Daviſius. in aliis vulgo,

Uno ore cui plurimae conſentiunt gentes.

& ita G. Canterus Lib. VI. Novar. Lect. cap. 10. qui duos hinc verſus efformandos putavit, quia Cicero addit *elogium* hoc fuiſſe *carmen inciſum in ſepulcbro*, hoc modo:

*Uno ore cui * plurimae conſentiunt*
Gentes, fuiſſe virum populi primarium.

cui favet Suetonii locus in Claud. cap. I. circa fin: *Nec contentus elogium tumulo ejus verſibus a ſe compoſitis exſculpſiſſe.* ubi *elogium* ſimiliter de carmine ſepulchrali. Scaliger vero in ſuis Catalectis Lib. I. pag. 188. edidit hoc modo,

Heic ſitus, unei quoi plurimae conſentiunt
Gentes, fuiſſe virom populei primariom.

& ſic legitur apud Ferret. in Muſis Lapid. Lib. IV. pag. 272. aliter tamen de his judicat, & a Cantero in diverſa abit Reineſ. Lib. I. Variar. Lect. cap. 25. qui cenſet eadem elogii verba & Calatino & Scipioni data, tamquam communem formulam de utili ac bono Reip. cive; vel potius mutilato lapide nonnulla periiſſe, quae in initio nomen Calatini habebant, faſtorumque Romanorum fragmentum eſſe, quo geſta annorum Urbis 494. & ſeqq. continebantur. Ceterum ad hunc Ennii verſum, *Uno ore plurimae* &c. reſpexiſſe auctorem Gloſſarum Iſidori putat Graevius, & optime hinc vitioſam illic reſtituit ſcripturam: ubi enim legitur, *Unorum, multorum*, feliciter emendat, *Uno ore, multorum* ſc. conſenſu. cum vide pag. 56. Quod autem in fine Scipio poſt Corſicam expugnatam dicatur Tempeſtatibus ſacraſſe templum, eo recte viri docti illuſtrant Ovidium Lib. VI. Faſt. 193.

Te quoque, Tempeſtas, meritam delubra fatemur,
Cum paene eſt Corſis obruta claſſis aquis.

ubi merito Neapolis errorem, qui id de M. Marcello explicabat, caſtigavit Heinſius, & de L. Scipione intelligendum ex vetuſtiſſimo hoc lapide monuit. Gaſſendum, ad quem illic remiſit Patruus meus in notis, ſi evolvas, plura ſuper caſco hoc antiquitatis monumento petes, & id maxime Peireſcio debere literatos, diſces. Sed & inſcriptionem hanc fuiſſe brevi Commentario ab Hieronymo Aleandro explicatam teſtatur Fabrettus in Inſcr. cap. VI. p. 461. ubi eam exhibet & illuſtrat. Quae vero Aleander de hoc monumento ſcripſit, leguntur poſt Franc. Auguſtini Explanationem vetuſtiſſimae hujus de Scipione inſcriptionis, quae edita eſt Romae 1617 in 4.

v. 5. *Aleriaque urbe*] vide Salmaſ. Exercit. Plin. ad Solin. Tom. I. pag. 29.

Ep.

EP. XLIV. *P. Scipionis Africani Epitaphium.* Q. ENNIUS.

Heic eſt ille ſitus, quoi nemo civi' neque hoſtis
Quibit pro factis reddere oprae pretium.

EP. XLIII. V. I. *Heic eſt ille ſitus*] Haec Ennium de Africano dixiſſe teſtatur hoc modo Cicero in Lib. II. de Legib. (cap. 22.) *Declarat etenim Ennius de Africano; Heic eſt ille ſitus, vere: nam ſiti dicuntur ii, qui conditi ſunt: nec tamen eorum ante ſepulcrum eſt, quam juſta facta, & corpus incenſum eſt.* Haec eadem paene Ennii verba in Annibalis, Scipionis aemuli, tumulo, ut ab auctore de Viris Illuſtribus proditum eſt cap. 42. inſculpta erant: qui de Annibale loquens ait; *Poſitus eſt apud Libyſſam in arca lapidea, in qua hodie quoque inſcriptum eſt* ANNIBAL HIC SITUS EST. Qui loquendi modus antiquis admodum frequenti in uſu fuit. Lucilius:

Servus neque infidus domino, neque inutilis cuiquam
Lucilius Columella heic ſitus eſt.

Caeterum in Seneca Epiſt. 109. ubi reliqua hujus tumuli verba leguntur, prior verſus hoc modo ἀκέφαλος habetur: *Deinde Ennianos colligit verſus, & in primis illos de Africano ſcriptos; cui nemo civis neque hoſtis, Qui vult pro factis reddere operae pretium.* Qui locus ita ut ſcripſimus, eſt emendandus: & optime quidem, quisquis ille fuerit, decurtato huic carmini quatuor illa a Cicerone relata verba praepoſuit, ut illud propriae integritati reſtitueret. H. COLUMNA *ad Ennium* p. 162.

Ibid. *Heic eſt ille ſitus*] Ediderunt Scaliger Lib. I. Catalect. p. 187. & Pithoeus Lib. III. p. 85. qui id dedita opera illuſtravit Lib. I. Adverſ. cap. XI. & Columna ad Ennium pag. 162. & 163. quorum notata huc retuli. vs. ſecundo *Quibit* legitur apud Pith. & Scalig. pro *Quivit.* ut dedit Stephanus in Fragm. vet. Poët. pag. 107. ubi margini codicis ſui adſcripſerat Janus Rutgerſius, ex ipſis Senecae verbis Epiſt. 109. patere *Quivit* legendum eſſe, quia dicit: *Ait enim neminem potuiſſe Scipioni neque civem neque hoſtem reddere operae pretium.* deinde *operae pretium* male apud Stephanum & Scaligerum excuſum eſt, pro *oprae*, per ſyncopen, ut correxerat etiam Francius, & recte monuit Columna. vide & Schottum Lib. I. Nodor. Cicer. cap. 4. Ceterum ex Epitaphio, quod Scipioni Africano ſive majori ſcripſit Ennius, patet eum Scipioni ſupervixiſſe, unde Manutius ad Cicer. pro Archia cap. IX. errorem Valerii Maximi caſtigat, qui Lib. VIII. cap. 14. teſtetur *Scipionem Africanum Ennii poëtae effigiem in monumentis Corneliae gentis collocare voluiſſe.* cum tamen Ennius diu poſt Scipionem majorem mortuus ſit, nam Ciceronis verba ad opinionem vulgatam & famae traditionem videntur accommodata eſſe, cum de Ennio dicit: *Itaque in ſepulcris Scipionum putatur conſtitutus eſſe e marmore.* Sed illic non refert, id ipſum feciſſe Scipionem, quippe qui ante Ennium obiit. Sic Livius, cujus locum Manutius adfert, ſe ipſum Romae extra portam Capenam in monumento Scipionum tres vidiſſe ſtatuas oculatus quidem teſtis adfirmat, ſed addit; *quarum duae P. & L. Scipionum dicuntur eſſe, tertia poëtae Q. Ennii.* dubitanter, ut vides, & ex opinione vulgari. Aliter tamen Plinius, qui Lib. VII. c. 30. verbis diſertis id Scipionem juſſiſſe dicit: *Prior Africanus Q. Ennii ſtatuam ſepulcro ſuo inponi juſſit, clarumque illud nomen, imo vero ſpolium ex tertia orbis parte raptum, in cinere ſupremo cum poëtae titulo legi.* quae deſcripſit Solinus in cap. VII. An forte haec ita conciliari poſſent; Scipionem ultima teſtamenti voluntate juſſiſſe, ut, quum diem etiam ſuum obiiſſet Ennius, ejus ſtatua honoris ergo, quia vivo ſibi tam carus fuerat hic poëta, &, ut addit Valerius Maximus, *quia ejus ingenio opera ſua maxime illuſtrata judicaret*, in ſepulcro ſuo, ſive Corneliae gentis monumento, etiam poneretur. Aliter ſi id ipſum feciſſe Scipionem intelligeremus, erraſſe dicendi eſſent auctores illi, quia Scipionem diu ante Ennium obiiſſe conſtet, ut id annorum conputatione probatum ivit Patruus meus ad Sulpitiae Satyram v. 46. ubi optime per *Rhodium magiſtrum*, Panaetium, non vero Ennium, intelligendum docuit, cum illic de Scipione Africano minore agatur, cujus magiſter Ennius non fuit. An igitur ab errore abſolvendi erunt Plinius & Solinus, ſi eo, quo dixi, modo exponamus, adeoque etiam ab inſcitia ac negligentia liberandus Valerius Maximus, qui non refert, Scipionem Africanum Ennii effigiem, ſive ſtatuam, in monumento Corneliae gentis *collocaſſe* ipſum, ut intellexiſſe videtur Manutius, ſed *collocari voluiſſe*, id eſt ultimae voluntatis juſſu praecepiſſe, ut cum mortuus etiam eſſet Ennius, in ſuo ſepulcro ſtatua poëtae collocaretur. Niſi forte juſſerit poſt mortem ſuam Ennii vivi ſtatuam poni, ut etiam interpretari licet, addito *poëtae titulo*, ut ſubjungit Plinius, id eſt inſcriptione, ſive Epitaphio, quod forte idem illud eſt, de quo hic agimus; & tunc *in cinere ſupremo* ad Scipionem referenda erunt, id eſt poſt fata ſua, in monumento ſuo legi. Quocumque modo accipias, ea ſic recte conſtare, & Plinium ceterosque erroris inmunes arbitror.

v. 2. *Oprae pretium*] Budaeus referens in An-

Ep. XLV. *De eodem.*

A Sole exoriente ſupra Maeoti' paludes
 Nemo eſt, qui factis me aequiparare queat.

Si

not. Pandect. Lib. 1. 21. hunc Livii locum; *Tempus eſt opulenta nos, ac ditia ſtipendia facere & magna operae pretia mereri*, interpretatur. *magna operae pretia* magna praemia militiae. Ceterum ne hic verſus redundet ſyllaba, extrema verba per ſyncopen legenda ſunt, *oper pretium*, vel *opræ pretium*. COLUMNA.

Ep. XLV. v. 1. *A Sole exoriente* &c.] Scripſit Ennius de Scipione Africano Epigramma, in quo ipſum ſic loquentem induxit:

A Sole exoriente ſupra Maeotis paludes.

ad quod reſpiciens auctor Genethliaci Maximiano Aug. dicti (cap. XVI.) *Etenim*, inquit, *quod ait ille Romani carminis* (ſic leg.) *primus auctor, A Sole exoriente ad uſque Maeotis paludes, id nunc longius longiusque protendere licet, ſi quis hoſtilem in mutuas clades veſaniam toto orbe percenſeat.* In eo Epigrammate Ennius Africani victorias deſcripſit, hoſtes internecione caeſos, urbes captas direptasque, caeteraque hujuſmodi, quae licentia militari publiee patrata virtutibus annumerantur: quo pertinebant etiam fortaſſe & illa,

Deſine Roma tuos hoſtes,

&,

Namque tibi monumenta mei peperere labores.

Itemque,

Teſtes ſunt campi magni.

Quae ejusdem epigrammatis fuiſſe veriſimile eſt: ut & iſta, quae a Lactantio referuntur Lib. 1. (cap. 18.)

Si fas caedendo caeleſtia ſcandere cuiquam eſt,
Mi ſoli coeli maxima porta patet.

Itemque a Seneca Epiſt. CIX. licet paululum diverſa ſcriptura. Nam in vetuſtis Senecae exemplaribus, *ni faciendo plagas*. vel, *ſi faciendo*, conſtanter ſcriptum fuiſſe Pincianus homo doctus & diligens monuit. Ex quo ego facile conjicio, mihique paene perſuadeo, olim ſic ſcripſiſſe Ennium,

Si fas endo plagas caeleſtum aſcendere cuiquam.

Endo pro *in* veteres paſſim dixiſſe, cuilibet notum eſt. Emendandus vero ita eſt & hic ipſe verſus apud Lactantium Firmianum corruptus, credo ex praecedentibus ſequentibusque auctoris verbis, ſed ab his profecto, qui neque veterem loquendi formam, neque Firmiani ipſius mentem ſatis percipiebant. Si enim ita ſcripſiſſet Ennius, *Si fas caedendo*, non debuit nec vero potuit tam acriter reprehendi: Quandoquidem conditionem adjecit hanc, *Si fas*, quae potuit non vera eſſe. At ſi ita, ut dixi, verſus hic reponatur, reprehendi jure potuit. Caeterum huc etiam valde pertinent Senecae ex Epiſt. 87. de eodem Africano verba. *Animam quidem ejus*, inquit, *in coelum, ex quo erat, rediiſſe mihi perſuadeo, non quia magnos exercitus duxit (hoc enim & Cambyſes furioſus, & furore feliciter uſus habuit) ſed ob egregiam ejus moderationem* &c. Reſpicit vero ad Ennii verſum. PITHOEUS Lib. 1. Adverſ. cap. XI.

Ibid. *A Sole exoriente*] Inducit Poëta in hoc epigrammate, ut ex v. Ciceronis Tuſculana cognoſcere licet, Scipionem de immortalibus ſuis geſtis, victoriisque gloriantem. Ita enim ait; *Et eſt in aliqua vita praedicabile aliquid, & gloriandum, ac prae ſe ferendum; ut Epaminondas,*

Conſiliis noſtris laus eſt attonſa Laconum.

Ut Africanus, A Sole exoriente, &c. Videntur hi verſus ad illorum aemulationem elucubrati, qui apud Ariſtidem ex quodam Poëta in Cimonis laudem habentur in Oratione de Paraphthegmate, & in illa pro Quatuor viris; (T. II. p. 157. Ed. Oxon)

Οὐδεί πω κάλλιον ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν
 Ἔργον ἐν ἠπείρῳ καὶ κατὰ πόντον ὁμοῦ.

Nullus adhuc tantum pariter terraque marique
 Edere mortalis vir facinus potuit. COLUMNA.

v. 2. *Maeoti' paludes*] Ita meliora Ciceronis exemplaria habent; aliqua verò *Meotidas paludes*. Ex quibus depravatae lectionis veſtigiis conjicio legendum eſſe, *Maeotidi'*, vel *Maeotido' pludes*, pro *paludes*. Saepe enim veteres breves ſyllabas quaſi pronunciando abſorbebaut, ut *fneſtra*, *ſnex*, pro *feneſtra*, & *ſenex*; & ita Horatium in Poët. feciſſe arbitror, *ſteriliſve diu plus* pro *palus*, ne ſyllabae modulum vitiaret. Dionyſius Afer, Μαιώτιδος ὕδατα λίμνης. Eſt haec palus in Scythia in Euxinum influens; de qua Herodotus in Melpomene, Euſtathius in Dionyſii commentariis, aliique complures. Affert etiam primum hujus epigrammatis carmen Mamertinus in Genethliaco Maximiano Auguſto dicto: cujus verba, quoniam aliquid conferre videntur ad hujus loci intelligentiam, adſcribam. *Etenim*, inquit, *quod ait ille Romani carminis primus Auctor; A Sole exoriente uſque ad Maeotidas paludes, id nunc longius, longiusque protendere licet, ſi quis hoſtilem in mutuas clades veſaniam toto orbe percenſeat. Etenim ab ipſo Solis ortu non modò haec citra Maeotin ſub extrema Septentrionis plaga, quà fervidum caput Danubius evolvit, quaque horridus ſecat Albis Germaniam, ſed etiam ſub ipſo lucis occaſu, quà Tingitanum litus Calpetano monti obvium latus in mediterraneos*

ſinus

Digitized by Google

Si fas caedendo coeleſtia ſcandere quoiquam eſt:
Mi ſolei coelei maxuma porta patet.

ſinus admittit Oceanum. Videtur autem Ennius unico hoc verſu, non ut caeteri Poëtae ab Oriente ad Occidentem, ſive à Septentrione ad Auſtrum, univerſum orbis ambitum eſſe complexus: ſed diverſo ſanè loquendi modo pro Sole exoriente Matutinam, & Auſtralem plagam, pro Maeotide palude Septentriones, & Veſpertinas caeli partes ſignificaſſe. COLUMNA.

· *Nem' eſt, quei facteis me aequiparare queat*] Alii legunt, *me exuperare queat.* Simili elocutione Attius, ut opinor, hoc trochaico uſus eſt, *Queis homo te exuperavit unquàm gentium impudentia?* COLUMNA.

Ibid. *Si fas caedendo caeleſtia ſcandere*] Conditionem appoſuit: nam iis, qui humano cruore manus commaculaverint, non modo coeli non patet aditus, ſed tanquam profanis ne ſacra quidem attrectare licet. Quare Virgilius Platonis in Phaedone auctoritatem ſequutus Aeneam ſic facit Trojanorum Penates attingere renuentem l. 2. Aen.

Me tanto e bello digreſſum, & caede recenti
Attrectare nefas.

Sed Lactantium, quomodo Ennium ſubſannet, audiamus: qui videtur hoc loco *ſi* non conditionaliter, ut ita dicam, ſed aſſertive accepiſſe. *Ille autem,* inquit, *qui infinita hominum millia trucidaverit, cruore campos inundaverit, flumina infecerit, non modo in templum, ſed etiam in coelum admittitur. Apud Ennium ſic loquitur Africanus,*

Si fas caedendo caeleſtia ſcandere cuiquam eſt:
Mi ſoli caeli maxima porta patet.

Scilicet quia magnam partem generis humani extinxit, ac perdidit. O quantis in tenebris, Africane, verſatus es: vel potius ô Poëta, qui per caedes, & ſanguinem patere hominibus in coelum adſcenſum putaveris. Senecae exemplaria paſſim habent,

Si fas eſt plagas Caeleſtum ſcandere cuiquam.

in quibusdam vero antiquioribus legebatur,

Ni, vel, Si faciendo plagas caeleſtum ſcandere cuiquam.

ex cujus ſcripturae notis Ferdinandus Pincianus admonet Lactantii lectionem eſſe ſequendam. Caeterum ex iiſdem Pithoeus l. 1. Adverſ. c. 11. conjicit olim ſcripſiſſe Ennium, & ita apud Lactantium hunc verſum eſſe emendandum,

Si fas endo plagas coeleſtum aſcendere cuiquam.

Deinde, ut ſuam ſententiam confirmaret, addit; *Si enim ita ſcripſiſſet Ennius: Si fas caedendo, non debuit, nec vero potuit tam acriter reprehendi: quandoquidem conditionem adjecit hanc, Si fas, quae potuis non vera eſſe. At ſi ita, ut dixi, verſus hic reponatur, reprehendi jure potuit.* Mihi vero ut Lactantii lectio magis placet, ita minus ejus interpretatio; nam jure Ennius defendi poſſe videtur, qui Scipionem non de caedibus, urbiumque direptionibus, & incendiis, ſed de ejus animi magnitudine, rebusque ob patriam tutandam, conſervandam, augendam praeclariſſime geſtis gloriantem inducit: quae quoniam minus incruente perfici poterant, iccirco ſubvereri videtur illis verbis, *Si fas caedendo*, ne ſibi in coelum aditus praecluderetur: cum alias merito patere ſibi deberet ob egregias virtutes, & ſumma erga Rempub. merita. COLUMNA.

v. 3. *Si fas endo plagas coeleſtum ſcandere quoiquam*] Sic emendavit clariſſimus doctiſſimusque Petrus Pithoeus J. C. quem vide Adverſ. Lib. 1. cap. 11. Antea nimis quam corrupte legebatur: *Si fas caedendo coeleſtia ſc.* &c. LINDENBROG. ita emendat in Adverſariis Pithoeus, cum in omnibus Lactantii exemplaribus ſit, *Si fas caedendo coeleſtia.* recte. vide Lactantium. SCRIVER. Epitaphium Africani ab Ennio ſcriptum perperam ſic editur:

Si fas caedendo coeleſtia ſcandere cuiquam eſt,
Mi ſoli coeli maxima porta patet.

Cum ſit haud dubie legendum: *Si fas endo plagas coeleſtum aſcendere:* ut fere advertit Pithoeus. Nam ſi ad iſtam faciem illud depravavit Lactantius, aut inſignis ejus ſtupor aut non minor fuit malitia. Sed MS. Codex utroque vitio optimum & doctiſſimum ſcriptorem videtur liberare. Habet enim: *Si fas ced n to plagas coeleſtium ſ. c.* In quo quis non videt, librariorum fraude & inſcitia factum eſſe *cedendo ἀντὶ τοῦ endo?* acceſſiſſe deinde partim aliorum librariorum partim editorum pravum judicium: qui quaſi verba proxime ſequentia, *Scilicet quia magnam partem generis humani exſtinxit ac perdidit*, neceſſario aliquid in Enniano carmine poſitum interpretarentur, *fecerunt, *caedendo*, deleverunt *plagas*, *coeleſtia* vicem *coeleſtium* vel *coeleſtum* ſubjecere. Nam cum nullam cauſſam, quae ad Immortalitatem iter aperuiſſet Africano, quippe omnibus notam, ab Ennio expreſſam videret Lactantius, hanc ipſe, quam viſum eſt, adjecit. Et quia gloria viri omnis ex rebus bello geſtis, re ad invidiam deflexa, cui ſoli coelum patere velit poëta, non apparere demonſtrat aliam cauſſam, cur velit, niſi quod:

Πολλὰς ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν.

Ipſe ergo interpretatur, etſi nullum de ea re verbum in Epitaphio inveniret, caedes & ſanguinem paganorum hominum opinione locaſſe Africanum inter ſidera; utpote quem non aliunde, quam ex caedibus & ſanguine, hoc eſt bello, norimus. Nec primus eſt Lactantii ſenſus, ſic bellicas infamare laudes, ut ab eo inveniri non potuerit, niſi ſtul-

Ep. XLVI. *Scipionis Africani.*

Devicto Hannibale, & capta Carthagine, & aucto
Imperio, hoc cineres marmore tectus habes.

Cui

tiſſime & barbare verſum Ennianum corrumperet: ſed a multis ante illum ſimiliter explicatus. Seneca Epiſt. xcv. *Ex Senatuſconſultis plebisque ſcitis ſcelera exercentur, & publice jubentur vetita privatim; Quae clam commiſſa capite luerent, eadem, quia paludati fecere, laudantur. Non pudet homines, mitiſſimum genus, gaudere ſanguine alterno, bella gerere, gerendaque liberis tradere.* J. F. Gronovius, in Obſerv. ad Scriptor. Eccleſ. cap. xvii. p. 182. & 183. Ibidem Pithoeus & Scaliger exhibent, & Stephanus in Fragm. vet. Poët. ubi Rutgerſius *endo* etiam adnotaverat. Emendationem Pithoei, *Si fas endo plagas*, pro *in*, plerique cum probent, amplectendam opinor, laudatque eam Schottus Lib. i. Nod. Cic. cap. 4. Recte etiam Gronovius verba Lactantii expoſuit, licet *eaedendo* apud illum defendat Columna, & *Si faciendo* Salmaſius in Epiſtola Gallica ad Puteanum Ep. viii. pag. 24. illudque *faciendo*, rejecta Pithoei correctione, explicat de virtute bellica, quae per manus maxime geritur. ſed illud ab hoc loco alienum puto. Heinſius hoc amplius ad Lactant. Eleg. de Phoenic. in init. corrigendum monet: *Si fas endo plagas coeleſteis ſcandere quoiquam eſt.* recte.

v. 4. *Mi ſolei coelei*] Huc reſpexit Seneca Lib. xiii. Epiſt. (Ep. 87.) ubi de eodem Africano loquens ait: *Animam quidem ejus in coelum, ex quo erat, rediiſſe perſuadeo mihi: non quia magnos exercitus duxit (hoc enim & Cambyſes furioſus ac furore feliciter uſus habuit) ſed ob egregiam ejus moderationem, pietatemque magis in illo admirabilem eum reliquit patriam quam cum defendit.* Et Cicero in Somn. Scipionis, ſub minoris Scipionis perſona; *Ego vero, inquam, ô Africane, ſi quidem bene meritis de patria, quaſi limen ad coeli aditum patet, quamquam a pueritia veſtigiis ingreſſus & patris, & tuis, decori veſtro non defui: nunc tamen tanto praemio propoſito enitar multo vigilantius. Mi* vero a Graeco μοὶ originem habet, vel a Latino *mihi* per ſynereſin ſublata adſpiratione. Columna.

Ibid. *Coelei maxuma porta patet*] Homerus Iliad. 9. πύλας οὐρανῦ. Cicero in Lib. iii. de Republ. *Eſt vero, inquit, Africane; nam & Herculi eadem ipſa porta patuit.* Silius Lib. xv.

At queis aetherei ſervatur ſeminis ortus,
Coeli porta patet. Columna.

hunc Ennii verſum imitatus eſt Lactantius, ſeu quicumque Elegiae auctor, in Phoenicis initio:

Qua patet aeterni maxuma porta poli.

ſic enim inveni in Codice Bibliothecae Leidenſis, vulgo *janua celſa.* nec aliter Heinſius in tribus quatuorve MSS. reperit, omnino vere. ita enim & Venantius Honorius initio carminis de Paſchate, quod Lactantio ſubjungitur in vulgatis editionibus:

Et majore poli lumine porta patet.

ſic *porta coeli* in alio Ennii fragmento ex Lib. i. Annal. pag. 31. *quem ſuper ingens Porta tonat coeli.* vide And. Patricium Tom. III. Fragm. Cic. pag. 18. *a.* illud autem Ennium Homero, atque Ennio Virgilium debere notat Seneca Epiſt. 108. prope finem. ubi hoc carmen profert.

Ep. xlvi. *Scipionis Africani.*] Sic edidit Pithoeus Lib. iii. pag. 87. hos verſus de Scipione, & Fabric. iii. Monum. Antiq. pag. 151. qui id a Mancinello ex marmore Cajetano erutum eſſe teſtatur pag. 233. ut & Bonifacius de compon. Epitaph. pag. 136. quamquam Gruterus id retulerit inter ſpuria pag. 10. inſcr. 5. & Ferretius ediderit Lib. v. Muſar. Lapid. pag. 312. inter illa quae ſuppoſititia creduntur. unde ſuſpectae fidei nonnullis videri poſſit hoc Epigramma; & quidem e Graeco verſum, quia a viris doctis, ut video, illud producitur tamquam Epitaphium Scipionis, quod apud Plutarchum in illius vita legatur. Sane Manutius ad Ciceronem, loco ſupra indicato, ubi diſquirit in ſepulturam Scipionis, dicit ſe verſibus tamen illis, quos Plutarchus recitat, ubi Hannibalem cum Scipione conparat, fidem abrogare; *Devicto Hannibale* &c. Quis igitur non crederet illud ipſum, quod exhibuit Pithoeus, & nos ex eo hic edimus, de Graeco Epigrammate, quod apud Plutarchum legatur, interpretationem eſſe Latinam? Totum tamen ſi evolvas Plutarchum, neque vitam Scipionis Africani peculiarem in Parallelis, aut Epitaphium ejus, neque comparationem cum Hannibale, multo minus hoc Epigramma ullibi reperias; quantum certe mihi conſtat. Fides igitur teſtimonio Manutii hac quidem in re abroganda eſt, donec indicetur Plutarchi locus, ubi legatur id quod adfirmat. Dicam porro ſcribit his verſibus, quia in iis mentio *cinerum & urnae*, cum tamen Scipio Africanus more gentis ſuae ſepultus ſit integer, non vero crematus, quippe ex patriciis Corneliis oriundus, qui non cremabantur. ſed bene ſe habet, quod non validiore argumento fidem his verſibus abrogaverit, cum *cineres & urna* apud Poëtas mille locis de ſepultis cadaveribus, non crematis occurrant, adeo ut id probare velle, otio eſſet abuti. Recte etiam Cl. Cannegieterus ad Avieni

Digitized by Google

Cui non Europe, non obſtitit Africa quondam,
Reſpice res hominum quam brevis urna tegat.

EP. XLVII. C. LICINII CALVI *in Cn. Pompejum.*

Magnus, quem metuunt omnes, digito caput uno
Scalpit. quid credas hunc ſibi velle? virum.

EP. XLVIII.

vieni Fabulas pag. 147. ubi hoc Epigramma adfert, & corrigit, notavit in Plinii tamen loco, quem ſupra produximus, ubi de Scipione hoc noſtro agitur, ſimiliter *cineris* mentionem fieri: *Prior Africanus Q. Ennii ſtatuam ſepulchro ſuo inponi juſſit, clarumque illud nomen* &c. *in cinere ſupremo cum poëtae titulo legi.* cui addas illud Silii Italici Lib. XV. v. 44. ubi Voluptas Scipionem juniorem, Virtute poſthabita, ad ſe allicere tentat his verbis:

Haec Patrem Patruumque tuos, haec prodiga Paulum,
Haec Decios Stygias Erebi detruſit ad undas,
Dum cineri *titulum, memorandaque nomina buſtis*
Praetendit, nec ſenſurae, quid geſſeris, umbrae.

Ceterum haberi hoc Epigramma Florentiae in viridario D. Bentii de monte Bentio ex veteri codice Moroni notaverat Heinſius.

v. 1. *& capta Carthagine*] apud Gruterum, Bonifacium & Ferretium omiſſa copula, *capta Carthagine.* Cl. Cannegieterus legebat,

—— *& capta Carthagine. adaucto*
Imperio, &c.

Sed vulgatam ſervari malim, licet me non offendant duo ablativi abſoluti ſine copula. nam ita etiam in verſu Claudiani Lib. I. de Laud. Stilich. v. 382.

—— *ſi jure peremto.*
Inſultaret atrox famula Carthagine Maurus.

ſequenti verſu *tectus* pro *Tagus* edidi, ut apud Gruterum, Ferretium, & Bonifacium. quod confirmat Moroni codex, in quo *tectos.* & ſic habet Manutius. nec aliter Scriverius, qui in fronte libri ſui hoc Epigramma adſcripſerat, *tectus habes.* & primo verſu, *& capta Carthagine, & aucto Imperio. Tagus* enim quid hic velit, ut edidit Pithoeus, neſcire me fateor: ſi fluvius Hiſpaniae, ad quem ſepulcrum Scipionis fuiſſe indicaretur, quod tamen nemo tradit, eſſet intelligendus, prima ſyllaba, quae brevis eſt, repugnaret. *habet* pro *habes* legit Vir eruditus in Miſcellan. Obſerv. Vol. I. Tom. I. pag. 14. ubi verbi hujus uſum in Epitaphiis frequentem bene illuſtrat.

v. 3. *Cui non Europe*] *Europa* eſt in Moroni codice, quomodo etiam deſcripſit Scriverius. recte, & quidem ultima producta ut *Hypermneſtra* & *Leda*, pro *Hypermneſtre*, & *Lede.* apud Ovid. Epiſt. XIV. 1. *Mittit Hypermneſtra de tot modo fratribus uni.* ubi vide Patrui mei notam. Lib. I. Amor. El. 10. v. 3. ut in libro Moreti, *Qualis erat Leda*, &c. ſic *Phaedra* ultima etiam longa eidem Lib. I. Artis Amat. 511.

Hippolytum Phaedra, nec erat bene cultus, amavit.

Ita *Circa*, *Penelopa* & ſim. ex codd. antiquis. de quibus vide Heinſium ad Virg III. Aen 400. & Bentlej. ad Horat. Epod. XVII. 17. & ad Lib. II. Sat. 5. v. 76.

v. 4. *Reſpice res hominum*] recte parentheſi haec includit Cl. Cannegieterus: eo enim indicat illud Fortunae mobile regnum, ut ſupra Ep. XVI. de Alexandro, & rerum viciſſitudinem, cum magnus ille Scipio poſt fata tam brevi & exigua urna tegeretur. notum eſt illud Lucretii Lib. III. v. 1047.

Scipiades belli fulmen, Carthaginis horror,
Oſſa dedit terrae, proinde ac famul infimus eſſet.

talia in Epitaphiis Heroum paſſim; in Epigrammatibus Pompejorum ſupra Ep. XXV. & XXXI. *Quantus quam parvo vix tegeris tumulo.* ſic in alio Epigrammate apud Pith. pag. 101. *Cujus & oſſa ducis nunc brevis urna tegit.* qui verſus vulgatam lectionem hic defendere poſſet in fine, *quam brevis urna tegit.* pro quo *tenet* Cl. Cannegieterus, quod licet in aliis Epitaphiis frequens occurrat, hoc tamen loco praeſtare arbitror lectionem veteris Codicis Moroni *quam brevis urna premit.* quomodo etiam edidit Fabricius & Bonifacius, & codici ſuo adſcripſerat Scriverius. vel *premat*, ut apud Gruterum, & Ferretium. vide ſupra ad Epigr. XXXVII. & merito hanc Moroniani codicis lectionem probavit Patruus meus ad Ovid. III. Amor. 9. 40. ubi plura videbis huc facientia. *tam brevis* perperam idem Moroni liber.

EP. XLVII. C. LICINII CALVI, *in Cn. Pompejum.*] Quem videbant mollem victu, veſtitu, inceſſu, ore & aliis, de eo dicebant, *Hic virum quaerit.* Arbiter:

Quaerit ſe natura, nec invenit. Omnibus ergo
Scorta placent: fractique enervi corpore greſſus,
Et laxi crines, & tot nova nomina veſtis,
Quaeque virum quaerunt.

Propterea & idem olim de Pompejo Magno dictum eſt, qui cum omni corporis habitu & inceſſu mollitiam praeferret, hanc ſuſpicionem effugere non

EP. XLVIII. *De Catone.*

Invictus victis in partibus omnia Caeſar
 Vincere qui potuit: te, Cato, non potuit.

EP.

potuit. Ita enim a Cinna poëta perſtrictus fuit:
Faſciola qui crura tegit, digito caput uno
 Scalpit: quid credas hunc ſibi velle? virum.

Ita enim olim hoc elegantiſſimum diſtichum & ſupplevimus & diſtinximus, cum vulgo apud Senecam legatur: *quid credas hunc ſibi velle virum?* nullo ſale, nulla venuſtate. Supplevimus autem ex Marcellini Lib. XVII. (cap. XI.) cujus verba haec ſunt: *Nec non etiam in Pompejum obtrectatores iniqui multa ſcrutantes, quum nihil, unde vituperari deberet, inveniretur, duo haec obſervaverunt ludibrioſa & irrita, quod genuino quodam more caput digito uno ſcalpebat: quodque aliquamdiu tegendi ulceris cauſſa deformis, faſciola candida crus colligabat: quorum alterum factitare ut diſſolutum; alterum ut novarum rerum cupidum aſſerebant. nihil intereſſe oblatrantes argumento ſubfrigido, quam partem corporis redimiret Regiae majeſtatis inſigni.* Hactenus ille. in quibus *faſcia* pertinet ad ſuſpicionem affectati regni: *ſcalpere* autem *caput uno digitulo* ſpectat ad hominis mollitiem, ut hoc diceretur, videlicet, cum virum velle ſeu quaerere. Sed ut ingenue fatear, hoc diſtichon in veteri quadam ſcheda aliter ſuppletum vidi:
Magnus, quem metuunt homines, digito caput uno
 Scalpit: quid credas hunc ſibi velle? virum.

Quid potius eligamus, dubito. Hinc Marcellini, hinc membranae veteris auctoritas diverſum rapit. judicent ergo eruditi. Dum interea non dubitemus, *virum quaerere*, aut *velle*, dictum fuiſſe in eos, quorum pudicitia ad eum modum, quem ſupra notamus, ſuſpecta erat. SCALIGER *Lib. I. Lection. Auſon. cap.* 27. Scaligeri hanc notam ideo hic excerpſi, quia in ea confirmat lectionem Epigrammatis hujus, ut illud exhibuerat & ſuppleverat in Catalectis ſuis p. 217. nam in Epiſt. XXXIII. in fine, aliam profert emendationem, *quo credas hunc ſibi velle virum?* ut ſententia ſit, Pompeius digito uno caput ſcalpit, ut credas eum deſiderare virum. Sed recte tamen ſubjungit ſe alteram lectionem magis probare. In primo verſu quod anceps haereat, num ex Ammiano Marcellino ſupplendum ſit, *Faſciola qui crura ligat*, nam *ligat* rectius quam *tegit*; ita enim apud Ammian. *faſciola candida crus colligabat.* an vero auctoritate ſchedae veteris, *Magnus quem metuunt omnes*, mea quidem ſententia rectius videtur fore, ſi Marcellinum ſequamur, & prius recipiamus. licet Voſſius Lib. IV. Inſtit. Orat. cap. IX. pag. 159. alterum praeferat, quia Ammianus de faſciis cretatis loquatur, & hoc ad regni ſuſpicionem referat; hoc autem Epigrammate non regnum adfectatum, ſed mollitiem exprobrari Pompejo. Vide Fabrum ac Schottum ad Senec. Lib. III. Controv. XIX. & late Scriver. ad Martial. pag. 29. & 30. alteram vero lectionem *Magnus quem metuunt omnes*, non *homines*, ſecutus eſt Pithoeus, qui ita edidit Lib. II. pag. 78. & ex inedito Scholiaſte Lucani ad Lib. VII. v. 726. ita ut fecerat Scriverius, protulit etiam Lindenbrogius ad Ammian. pag. 70. & ad Terentii Phorm. pag. 635. *a.* ſed a Scholiaſte illo perperam hi verſus Martiali adſcribuntur. & a Scholiaſte MS. Voſſiano Juvenalis ad Sat. IX. 132. Memoriae etiam vitio Scaliger citavit eos ſub nomine *Cinnae*, ut & Pontanus ad Macrob. Lib. II. Saturn. cap. 9. Ad adſtruendam tamen lectionem illam, *Magnus, quem metuunt omnes*, facere poſſet alter Senecae locus Lib. V. Controv. XXX. quem oportune ad hos Calvi verſus illuſtrandos adtulit Politianus Miſcellan. cap. VII. Ejus haec verba ſunt: *In Cn. Pompejum terra marique victorem fuit qui carmen componeret, uno ut ait digito caput ſcalpentem.* Ceterum utraque illa locutione *digito uno caput ſcalpere*, & *virum quaerere*, mollitiem in Pompejo notari, adparet ex Plutarcho, apud quem iisdem verbis Pompejum Clodius infamat rogans: Τίς ἐστιν αὐτοκράτωρ ἀκόλαστος; τίς ἀνὴρ ἄνδρα ζητεῖ; τίς ἑνὶ δακτύλῳ κνᾶται τὴν κεφαλήν; reſpondente ad ſingula perditorum hominum multitudine Πομπήϊος. quem locum adpoſite Faber ad Senecam adſert. Politianus quoque ex his notiſſimis verſiculis deſumtum eſſe putabat illud Juvenalis Sat. IX. 133.
Qui digito ſcalpunt uno caput.

ubi vide Interpretes, Lipſium ad Senecae Epiſt. 52. & Lindenbr. ad Terent. d. l. de phraſi *virum quaerere* adde Rutgerſ. Lection. Venuſ. cap. XXIX. pag. 405. & Erhardi ac Bouhierii notas ad Petronii cap. CXIX. *Quaeque virum quaerunt.* ubi Heinſius etiam legebat, *Virque virum quaerunt.* quod praeferrem alteri ejus emendationi, qua in notis ad Virg. VI. Aen. 209. tentabat, *Seque viri quaerunt.* & huc referri poſſet illud Juvenalis Sat. IX. 37. αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα κίναιδος. quod per parodiam de Homero mutuatum docent notae doctor. ad Valer. Fl. Lib. V. 541.

EP. XLVIII. *De Catone*] Quatuor priora de Catone Epigrammata ediderunt Pithoeus Lib. II. pag. 49. ac Scaliger Lib. I. Catalect. pag. 183. & in Voſſiano codice invenit Heinſius, in quo inſcribitur MORS CATONIS. quintum & ſextum legitur apud eumdem Pithoeum Lib. III. pag. 87. & inter Pompejorum Epitaphia non ſuo loco ultimum de ſepulchro Catonis retulit Scaliger p. 185. Illud, quod incipit,

Cer-

Digitized by Google

EP. XLIX. *Item.*

Ictu non potuit primo Cato ſolvere vitam:
  Defecit tanto vulnere victa manus.
Altius inſeruit digitos. qua ſpiritus ingens
  Exiret, magnum dextera fecit iter.
Oppoſuit Fortuna moram, involvitque Catonis,
  Scires ut ferro plus valuiſſe, manum.

EP. L. *Item.*

Juſſa manus ſacri pectus violare Catonis,
  Haeſit; & inceptum victa reliquit opus.
Ille ait, infeſto contra ſua vulnera vultu:
  Eſtne aliquid, magnus quod Cato non potuit?

Cerne hic oſſa ſacri, &c. etiam Fabricius ſuis Antiquitatum Monumentis inſeruit Lib. III. pag. 151. idque e libro manuſcripto ab Aenea Sylvio productum refert pag. 233.

v. 1. *Invictus victis in partibus*] Forte levi emendatione ac diſtinctione emendandum,

Invictum victis in partibus, omnia Caeſar
Vincere qui potuit, te, Cato, non potuit.

ut *Invictum* ad *te*, Catonem nempe, referamus, non ad Caeſarem. & ſenſus ſit, Catonem, invictum in partibus victis, Caeſar, qui omnia vincere potuit, vincere non potuit: & hanc emendationem, quam certiſſimam arbitror, ſibi quoque in mentem veniſſe monuit Cel. Oudendorpius. ita de Catone Seneca Epiſt. LXXI *Hoc ejus bonum, quo victis partibus non poteſt vinci, par erat illi bono, quo victor rediret in patriam.* & de Provid. cap. 2. *ut ſpectet Catonem jam partibus non ſemel fractis ſtantem, nihilominus inter ruinas publicas rectum.* Infra Ep. LII. *Libertate potens, animoque invictus & armis.* partes autem pro diverſis factionibus. Aurelius Victor de Viris Illuſtr. cap. 80. *Victis partibus Uticam conceſſit.* Florus Lib. IV. cap. 2. § 70. de Catone: *Accepta partium clade, nihil cunctatus, ut ſapiente dignum erat, mortem etiam laetus accivit.* Notum illud Lucani de eodem: *Victrix cauſſa Diis placuit, ſed victa Catoni.* ſimile illud ejuſdem Lucani Lib. II. v. 513.

—— *victis jam ſpes bona partibus eſto.*

ſic Epigrammate in Fratres Caſcas apud Pith. Lib. II.

Partibus afflictis victus uterque jacet.

& Lib. IV. pag. 190.

Viximus adverſis, jaceamus partibus iſdem.

Cic. v. Philip. c. 12. *nunc quidem partium contentionem eſſe dictitat; quarum partium? alteri victi ſunt, alteri ſunt e mediis C. Caeſaris partibus.* & ita ſaepe apud Livium, Caeſarem, Tacitum, Florum, alioſque. vide Interpretes ad Sueton. Aug. cap. 12. Heinſium Lib. 1. Adverſ. p. 196. & Rupert. ad Pompon. de Orig. Jur. pag. 128.

EP. XLIX. v. 2. *tanto vulnere victa manus*] vita Voſſ. Cod.

v. 3. *Qua ſpiritus ingens*] *quo* Heinſius pro *ut.* ſed non opus. *qua* eſt qua parte, ſive via. ut ſaepe. ſic apud Senecam loco mox producendo: *Cato, qua exeat, habet. Una manu latam libertati viam faciet.*

v. 5. *Oppoſuit Fortuna moram, involvitque Catonis*] ſic editum a Pithoeo & Scaligero. *Objecit* legebat Heinſius pro *Oppoſuit.* verior eſt altera ejus emendatio, *voluitque Catonis*, ut Pithoeus etiam notavit, & in libro ſuo Scriverius. omnino recte illud *in* adhaeſit huic voci ex ultima litera vocis praecedentis *moram.* Fortuna voluit Catonis manum pro ferro; id eſt, cum ferro id non poſſet perficere, juſſit, ut manu animam reluctantem extraheret. appoſitus hanc in rem de Catone Senecae locus eſt de Provid. cap. 2. qui haec egregie illuſtrat. *Dum gladium ſacro pectori infigit, dum viſcera ſpargit, & illam ſanctiſſimam animam, indignamque quae ferro contaminaretur, manu educit. Inde crediderim fuiſſe parum certum & efficax vulnus. Non fuit Diis immortalibus ſatis, ſpectare Catonem ſemel: retenta ac revocata virtus eſt, ut in difficiliori parte ſe oſtenderet.* & Epiſt. LXX. *Non eſt quod judices, hoc fieri niſi a Catone non poſſe, qui, quam ferro non emiſerat animam, manu extraxit.* Adde Florum Lib. IV. cap. 2. §. 71. & 72. ibidemque Interpretes. *Sciremus ferro* Codex Voſſii.

Ibid *involvitque Catonis*] *voluitque.* PITHOEUS. *id voluitque Catonis* &c. corrigebat Opitius.

EP. L. v. 1. *pectus violare Catonis*] Scaligeri Schedae & Codex Voſſianus *violaſſe*, ut & ſequenti Epigrammate *jugulaſſe* pro *jugulare.*

v. 2. *inceptum victa reliquit opus*] ita edidit Pithoeus. & videri poteſt expreſſum ex Ovid. II. A. A. 78. *& inceptum dextra reliquit opus.* ubi Heinſius *remiſit.* ſed vide illic Patrui mei notas. illud tamen ibidem dicitur de opere inchoato, quod quis imperfectum linquit. Itaque forte hic legendum *refugit.* quod efficacius, & denotat opus crudele, quod cum ingenti animi fluctuatione

Ep. LI. *Item.*

Dextera quid dubitas? durum eſt jugulare Catonem.
Sed modo liber erit. jam puto non dubitas.
Fas non eſt, vivo quemquam ſervire Catone,
Nedum ipſum; vincit nunc Cato, ſi moritur.

Ep. LII. *Porcii Catonis.*

Cerne hic oſſa ſacri ſemper veneranda Catonis.
Libertate potens, animoque invictus & armis,
Avius incerto peragravit tramite Syrtes.
Libertatis enim dulcedine captus avitae,
Ne ſua ſervitio premerentur colla tyranni,
Fortia crudeli penetravit pectora ferro.

Ep.

tione & tremore perficere haeſitat & trepidans improbat atque abhorret dextra. Seneca Herc. Oetaeo v. 1719.

Quid dextra tremuit? num manus pavida impium
Scelus refugit?

ſic Hypermneſtra apud Ovid. Epiſt. XIV. v. 50.

—— *ter acutum ſuſtulit enſem,*
Ter male ſublato recidit enſe manus.
Sed timor & pietas crudelibus obſtitit auſis,
Caſtaque mandatum dextra refugit opus.

unde imitatus eſt inter Italos ſuaviſſimus Poëta F. Marius Molſa, Elegia uxoris repudiatae nomine ad Henricum VIII. Angliae Regem ſcripta:

Sed, quae nulla tibi, pietas crudelibus auſis
Obſtitit, & ſaevum dextra refugit opus.

Ep. LI. *Dextera quid dubitas*] Miror equidem a Pithoeo itemque Scaligero hoc Epigramma a praecedenti diverſum ac ſeparatum fuiſſe editum, cum tamen ei connectendum eſſe, meo ſaltem judicio, ipſa res poſtulat, & verſuum ſententia deſiderat. nam ſi adtendas ad finem illius quod praeceſſit, abſolutus minime ſenſus eſt. ultimo illic verſu Cato, poſtquam ſibi vulnus non ſatis efficax intuliſſet, mox dextram adhortatur, ut animam extrahendo perageret id, quod ferro non valuerat, & hac unica, quae ſupererat, via ad libertatem Catoni iter panderet. nam hoc ei perſuadet dicendo: *Sed modo liber erit; jam puto non dubitas.* Haec ſi conjungas, carmini huic male divulſo ſuus reſtituetur nitor & elegantia. Idque magis eluceſcet, ſi cum his conferantur ipſa loquentis Catonis apud Senecam verba, loco modo indicato: *Cato, qua exeat, habet. Una manu latam libertati viam faciet. ferrum iſtud etiam civili bello purum, & innoxium, bonas tandem ac nobiles edet operas. Libertatem, quam patriae non potuit, Catoni dabit. Aggredere, anime, diu meditatum opus, eripe te rebus humanis. Jam Petrejus & Juba concurrerunt, jacentque alter alterius manu caeſi. Fortis & egregia fati conventio, ſed quae non deceat magnitudinem noſtram. Tam turpe eſt Catoni mortem ab ullo petere, quam vitam.* Ceterum cum in Voſſiano codice, ut & in Scaligeri Schedis, legatur, *Dextera me dubitas*, Heinſius inde formabat *ne dubites* vel, *ne dubita.* vid. ad Lotich. Lib. V. El. 13. v. 44. vel potius *Dextera iners dubitas?* quod firmari poſſet loco Senecae in Phoeniſſis v. 91.

—— *liceat ulciſci patrem*
Adhuc inultum. dextra quid ceſſas iners
Exigere poenas.

vulgata tamen probari poteſt ex ejusdem Senecae Medea v. 989.

Quid nunc moraris, anime, quid dubitas?

quod in Herc. Oet. 840. dicit,

Quid, anime, ceſſas? quid ſtupes factum ſcelus.

optime etiam in Schedis ſuis Scaliger, *Dextera ne dubita (durum eſt) jugulaſſe Catonem.* & ſic viri docti manus in ejus editione. vide ſupra ad Ep. XVI. 3. *modo* ſequenti verſu aberat a Voſſiano.

v. 4. *Nedum ipſum vincit nunc Cato, ſi moritur.*] ſic editur vulgo, ſed ſine ſenſu. In Codice Voſſiano legebatur, *Nondum ipſum dicit dum.* Heinſius conjiciebat, *vincit nunc Cato ſe, moritur.* vel quod melius puto: *Letum ipſum vincit nunc Cato, ſi moritur.* ſed fortaſſis nihil opus eſt aliqua correctione, ſi modo cum Scriverio & Opitio, ita ut edidi, adjuvemus hunc verſum ſola diſtinctione, *Nedum ipſum*; ſcil. ſervire, *vincit nunc Cato, ſi moritur.* & ita interpungendum eſſe recte monuit Cl. Cannegieterus ad Avieni Fab. XXV. pag. 149.

Ibid. *Nedum ipſum*] al. *Nedum ipſum dicit dum Cato ſic moritur.* PITHOEUS.

Ep.

EP. LIII. *De ſepulcro Catonis.*

Ne mirere ſacri deformia buſta Catonis.
Viſuntur magni parva ſepulcra Jovis.

EP. LIV. *Attilii Calatini.*

Heic ſitus, unei quoi plurimae conſentiunt
Gentes, fuiſſe virum populei primariom.

EP. LV. *Rufi Verginii.*

Hic ſitus eſt Rufus, pulſo qui Vindice quondam
Imperium adſeruit non ſibi, ſed patriae.

EP. LVI. *Nemauſi in baſe, cui ſtatua inſederat.*

. . . . Patroni barbara famam
Cujus Roma libris adſerit . . . . .
Amiſſos ornat titulis, en adſpice . . . .
Quos habet incolumes fovit amore . . .
Supremas error ne poſſit rumpere ceras,
Arte ſua cavit, clauſit operta fide.
Excipiet manes ſua qui ſine lite reliquit,
Laudabit ſtudium, cui ſua cura cavet.

EP. LIII. *Ne mirere ſacri*] in Schedis Scaligeranis *Ne miſerere* a mann prima. ſed ſuperſcripta erat vulgata.

EP. LIV. *Attilii Calatini.*] Exſtat in Scaligeri Catalectis Lib. I. pag. 188. & apud Ferret. in Muſ. Lapid. pag. 272. ſunt autem ex Cic. de Seneſt. cap. 17. p. 435. ubi vide doctorum notas. & quae ſupra notavi ad Elogium Scipionis, Ep. XLIII. quod ex hoc Ciceronis loco & elogio Calatini fictum, atque a Scaligero contra Ciceronis mentem in hos duos verſus diſpoſitum notat Scip. Maſfei Diſſ. de verſib. Rhythmicis in Hiſt. Diplom. pag. 187. & 188.

EP. LV. *Rufi Verginii.*] Habet Scaliger ibid. Pithoeus Lib. III. pag. 85. & Fabric. Monum. Ant. pag. 136. hoc idem Rufi Virginii Epitaphium eſt, quod memorat Xiphilinus Epitom. Dionis in Nerva pag. 227. ed. Steph. Τὸν δὲ Ῥοῦφον τὸν Οὐεργίνιον, καίπερ πολλάκις αὐτοκράτορα ὀνομασθέντα, οὐκ ἀπώκνησεν ὑπατεύοντα συνάρχοντα προσλαβεῖν· ἐφ' οὗ τῷ μνήματι τελευτήσαντος ἐπιγέγραπται, ὅτι νικήσας Βίνδικα, τὸ κράτος οὐχ ἑαυτῷ, ἀλλὰ τῇ πατρίδι περιεποιήσατο. *Rufum Verginium, Imperatorem ſaepe appellatum, non gravatus eſt Collegam in Conſulatu adſumere, in cujus mortui monumento inſcriptum fuit, eum,* SUPERATO VINDICE, IMPERIUM NON SIBI, SED PATRIAE ADSERUISSE. Verſus hos ipſum Rufum Verginium ſepulcro ſuo inſcribi juſſiſſe teſtatur Plinius Lib. VI. Epiſt. 10. & Lib. IX. Epiſt. 19. ad cujus locum priorem vide Catanei notas; & Chiffletium Part. I. Veſontionis cap. 36. pag. 147. ſimile encomium Epaminondae tribuit Juſtinus Lib. VI. cap. 8. *Nam & imperium non ſibi ſed patriae ſemper quaeſivit.* & eadem loquendi formula Lib. I. cap. I. *nec imperium ſibi, ſed populis ſuis gloriam quaerebant.* contra de Piſiſtrato Lib. II. cap. 8. *ſed Piſiſtratus, quaſi ſibi, non patriae, viciſſet, tyrannidem per dolum occupat.* ubi locutionem ipſam illuſtiant Vorſtil notae, & Heinſius Lib. III. Adverſ. cap. 15. vide & Cl. Oudendorp. ad Lucan. Lib. II. 323. male autem Andr. Schottus ad Senecae Lib. IV. Controv. 24. pag. 630. *vindicem* hic capiebat pro libertatis aſſertoie, cum Julius Vindex ſit nomen viri proprium, ut ſatis patet ex Plinii & Xiphilini locis. memoraturque idem Plinio majori Lib. XX. Hiſt. Nat. cap. 14. alius etiam *Vindex* eſt ille, a quo manumiſſionem per *vindictam* derivant. ſed quem *Vindicium* alii vocant. vid. Livium Lib. II. cap. 5. in fine. ubi tamen *Vindici* praeferunt Sigonius & Dukerus, diſſentiente licet Drakenborchio, quia Plutarcho & Zonarae Οὐίνδικος dicitur. & ſic apud Scholiaſt. Juvenal. ad Sat. VIII. 266. Βίνδικα tamen hunc vocat Xiphilinus, non Οὐίνδικιον vel Βινδίκιον. & ſic *Vindex* idem ille dicitur Claudiano IV. Conſ. Hon. 613. qui ritum iſtum manumittendi deſcribens *deductum Vindice morem* vocat. ubi etiam *vindice* cum litera minori in Vicetina, Parmenſi, aliiſque antiquioribus legitur editionibus.

EP. LVI. *Nemauſi in baſe, cui ſtatua inſederat.*] Eſt de Domitio Aſio Oratore & Cauſidico, qui Imp. Nerone ſummis honoribus & multa eloquen-

Ep. LVII. *In C. Caeſarem.*

Gallias Caeſar ſubegit, Nicomedes Caeſarem.
Ecce nunc Caeſar triumphat, qui ſubegit Gallias.
Nicomedes non triumphat, qui ſubegit Caeſarem.

Ep. LVIII. Calvi Licinii *in Caeſarem.*

——— Bithynia quidquid
Et paedicator Caeſaris umquam habuit.

Ep. LIX. *In ejusdem adulteria.*

Urbani ſervate uxores: moechum calvum adducimus.
Auro in Gallia ſtuprum emiſti: hic ſumpſiſti mutuum.

Ep. LX. *In C. Caeſarem.*

Gallos Caeſar in triumphum duxit, inde in curiam.
Galli bracas depoſuerunt: latum clavum ſumpſerunt.

Ep. LXI. *Subſcriptum ſtatuae C. Caeſaris.*

Brutus, quia Reges ejecit, Conſul primo factus eſt.
Hic, quia Conſules ejecit, Rex poſtremo factus eſt.

Ep. LXII. *In M. Bibulum Coſ.*

Conſule non Bibulo quidquam, ſed Caeſare factum eſt.
Nam Bibulo fieri Conſule nil memini.

Ep.

tia viguerat. Tacit. Lib. XIV. An. 19. Nemauſenſem eum adpellat Hieronym. Chron. num. MMLX. Libros ejus *urbane dictorum*, & duos *de teſtibus* laudat Fabius Lib. VI. cap. 4. & IV. cap. 7. ut inter Ictos recenſeri debuerit. Amiſſis liberis adoptavit Domitium Afrum Lucanum & Domitium Tullum fratres: rem plene narrat Plinius Lib. VIII. Epiſt. 18. eſtque de hiſce verſus quartus. Lacunam verſus primi implevero, *Fabula non laedet*, vel *Invidia haud laedet.* verſ. 2. *imperium.* verſ. 3. *natos.* verſ. 4. *pio.* Reinesius *Inſcript. Cl.* XI. *num.* 12. *pag.* 613. & ex eo Almelovenius pag. 21. Leguntur apud Graſſer. in Antiq. Nemauſ. pag. 21. & Ferret. in Muſis Lapidar. pag. 146. apud quem priores verſus mutili, quos Graſſerus habet, non occurrunt. quae ita ſuppleri poſſunt, ut conjecit Reineſius, vel quia apud Graſſerum hoc modo editum inveni, — *Patroni famam barbara*, divinare liceret olim fuiſſe, *Secula Patroni famam non barbara laederent*, & in altero verſu, *adſerit omne decus.* verſu tertio edidit Ferretius, *& aſpice junctos.* forte *en adſpice fratres.* & in pentametro *fovit amore pari.* dein *poſſet rumpere*, & in fine, *cui tua cura cavet*, exſtat apud eumdem Ferretium. Ceterum Domitii hujus Afri etiam mentio eſt apud Auct. Dial. de Orat. cap. 13. Quintilian. Lib. VI. Inſt. Orat. 3. pag. 559. & Plinium Lib. II. Epiſt. 14. ubi vide Catanaeum.

Ep. LVII. & ſeqq. *in Caeſarem*] Haec tria ſcommatica in Caeſarem ex Sueton. in ejus vita cap. 49. & 51. edidit Pithoeus Lib. II. pag. 78. & Scaliger Lib. I. Catalect. pag. 217.

Ep. LVIII. — *Bithynia quidquid*] vide de his verſibus Fabrum ad Senecae Lib. III. Controv. 19.

Ep. LIX. v. 2. *Auro in Gallia ſtuprum emiſti:*] in aliis Edd. *Aurum in Gallia effutuiſti.*

Ep. LX. & LXI. *Gallos Caeſar* &c.] utrumque exſtat apud Sueton. cap. 80. ubi editur, *in triumphum ducit, idem in curiam. iidem in curiam* edidit Scaliger p. 218. *inde in curiam* Pithoeus p. 78. *depoſuerunt* legebat Heinſius tam hic, quam carmine in Sabinum apud Pith. p. 76. *Tua in palude depoſiſſe ſarcinas.* pro *depoſuiſſe.* Seq. Epigr. *Conſul primus factus eſt* in vulgatis Suetonii codicibus. Heinſius primo verſu legebat, *Brutus qui Reges ejecit.* & ſecundo, *Hic qui Conſules ejecit.*

Ep. LXII. *Conſule non Bibulo* &c.] apud Sueton. cap. 20. ubi editur, *Non Bibulo quiddam nuper, ſed* &c. mihi praeferendum videtur, ut edidit Pithoeus. vel, *Nil memini fieri Conſule nam Bibulo*, ut verſus ſint reciproci, de quibus alibi plura.

Ep.

Digitized by Google

EP. LXIII. *Julii Caeſaris tumulus.*

Ille hic magnanimus, qui claris arduus actis,
Non timuit generum, nec inertia tela Senatus,
Ne ſibi Gallorum raperetur pompa triumphi,
Intulit inmitis per civica viſcera ferrum.
Vis invicta viri reparata claſſe Britannos
Vicit, & hoſtiles Rheni conpeſcuit undas.

EP. LXIV. *Octaviani Auguſti.*

In Macetûm campis ultus jam Caeſaris umbras
Sum patris, Auguſtus belloque armiſque ſuperbus.
Namque meos ſenſit fugiens Antonius enſes.
Quantum ingens orbis, quantum Jovis alta poteſtas,

Tantus

EP. LXIII. v. 1. *Ille hic magnanimus*] Habetur cum ſequenti apud Pithoeum Lib. III. pag. 89. & Fabric. Monum. Antiq. pag. 151.

v. 4. *Intulit*] *Impulit* Heinſius.

v. 6. *& hoſtiles Rheni conpeſcuit undas.*] Eſt imitatio Lucani Lib. I. v. 370.

Oceani tumidas remo compeſcuit undas,
Fregit & Arctoo ſpumantem vertice Rhenum.

EP. LXIV. *Octaviani Auguſti*] Ibidem apud Pithoeum & Fabricium pag. 152.

v. 1. *In Macetum campis*] perperam Fabricius edidit *Macedûm.* ſemper enim & ubique ex auctoritate vetuſtiſſimorum codicum *Macetum* ſcribendum eſſe ſaepius jam monitum viris eruditis. vide Scalig. Lect. Auſon. Lib. I. cap. 23. Heinſ. ad Claudian. II. in Rufin. v. 279 Gronov. ad Senec. Herc. Fur. v. 980. Drakenb. ad Silium Lib. XVII. v. 633. & Oudend. ad Lucan. Lib. II. v. 647. ſupra Ep. IX.

v. 2. *belloque armiſque ſuperbus*] forte *belloque animiſque.* vide ſupra ad Lib. I. 172. v. 16.

v. 3. *Namque meos ſenſit* &c.] Auguſtus hoc in Epigrammate quum glorietur ſe patris Caeſaris umbras ultum eſſe, duobus prioribus verſibus intelligit devictos a ſe Brutum Caſſiumque, Caeſaris percuſſores: ſed ſi vulgatam, ita ut circumfertur, lectionem ſequamur, illum in bello contra Antonium vindicaſſe Caeſaris necem, praelio in campis Macetum, ſive ad urbem Philippos in Macedoniae finibus commiſſo, accipiendum eſſet, quia ſubjungit, *Namque meos ſenſit* &c. quae cum abſurda ſint & contra omnem hiſtoriae fidem, optime huic loco & quidem leviſſima tantum mutatione ſuccurrit Ger. Voſſius notis ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 69. qui legit:

Jamque meos ſenſit fugiens Antonius enſes.

ut duo intelligantur praelia, & de victoria duplici glorietur Auguſtus. primum de devictis Caſſio ac Bruto, alterum de victoria Actiaca, qua Auguſtus Antonium cum Cleopatra vicit ac fugavit. voculas autem iſtas *Jamque* & *Namque*, initio praeſertim verſus, frequentius confuſas quis neſcit. vide Heinſ. ad Silium Lib. XI. v. 293. & 456. Recte ibidem Voſſius auctorem hujus Epigrammatis a communi illo veterum errore, qui geminos Philippos confuderunt, inmunem eſſe obſervat, quod non in Theſſaliae, ubi Pompejum Caeſar vicit, ſed in Macedoniae ſive Thraciae campis, juxta Haemum montem, victos ab Auguſto Brutum Caſſiumque innuit. de quo veterum errore, ſatis noto & a viris doctis obſervato, ſi quid adderem, actum agerem. Unum liceat mihi adjungere Juvenalis Scholiaſten, quia illum praeteritum puto, ad Sat. VIII. v. 241. *Theſſaliae campis: Ibi nam ab Auguſto victi ſunt Brutus & Caſſius, & Pompejus a Caeſare.* ita edidit Pithoeus. quorum loco in Scholiaſte MS. Voſſiano haec leguntur: *Octavianus per bella civilia apud Leucadem promontorium primo bello vicit Antonium & Cleopatram, & in Theſſalia Brutum & Caſſium ſuperavit.* de ceteris vide Glarean. ad Lucan. Lib. I. v. 694. Delrii Comm. ad Senecae Octav. pag. 545. & Patrui mei notas ad Virgil. I. Georg. 490. & quos non? Melius igitur hic Epigrammatarius, quam Phocas Grammaticus in vita Virgilii apud Pithoeum Lib. II. pag. 56.

Sumpſerat Auguſtus rerum moderamina princeps,
Jam necis ultor erat patriae: jam caede piorum
Perfuſas acies legitur viſura Philippas.
Caſſius hic Magni vindex, & Brutus in armis
Intereunt.

ubi *necis patriae ultor* Auguſtus dicitur, ut hic ſe *ultum patris umbras* jactat.

v. 4. *Quantum ingens orbis* &c.] Haec corrupta eſſe quis non videt? quam putido acumine Auguſtus ſe tantum fuiſſe jactat, quantum totum ter-

ra-

Digitized by Google

Tantus in orbe fui, mare trans pontumque ſubegi.
Vix coelum Superis & ſidera ſumma reliqui.

EP. LXV. *de Octavio*, VIRGILII.

Quis Deus, Octavi, te nobis abſtulit? an quae
Dicunt, ah nimio pocula dura mero?

Vobis

rarum orbem, & quam eleganter dicuntur iſta,

Quantum ingens orbis, Tantus in orbe fui?

niſi quis contendat ejusdem genii eſſe, ac illud in Epitaphio Henrici III. ſive potius Lotharii Imperatoris, quod Pithoeus Lib. III. p. 111. habet;

Caeſar tantus eras, quantus & orbis.

ſed ejusmodi ſequioris aevi argutias huic noſtro Epigrammati non convenire puto. ut igitur haec cum initio carminis bene cohaereant, forte ex ultimis literis vocis *ingens* repetitis, & primis ſubſequentis vocabuli *orbis*, veram erui poſſe lectionem putabam hoc modo,

Quantum ingens genitor, quantum Jovis alta poteſtas.

ut Jul. Caeſarem patrem cum Jove conjungat, & utrique ſe parem jactabundus hic conferat Auguſtus. Illuſtrant haec Ovidiana illa Lib. XV. Met. 750. & ſeqq.

—— *neque enim de Caeſaris actis*
Ullum majus opus, quam quod pater exſtitit hujus.
Scilicet aequoreos plus eſt domuiſſe Britannos, &c.
Et multos meruiſſe, aliquos egiſſe triumphos,
Quam tantum genuiſſe virum, *quo praeſide rerum*
Humano generi, Superi, caviſtis abunde.

& ſimilia illa Nemeſiani in Cyneg. v. 71. de Carino;

Nec taceam primum quae nuper bella ſub Arcto
Felici, Carine, manu confeceris, ipſo
Paene prior genitore deo.

aliter Cel. Oudendorpius, qui legebat,

Quantum ingens Orci, quantum Jovis alta poteſtas.

ut ſuperis & infernis Diis vix cedere ſe glorietur. paſſim enim *Orcus* eſt Pluto. vide Graev. ad Heſiod. pag. 91. Broukh. ad Tibul. III. El. 3. in fin. & Comm. ad Suet. Ner. 39. ſed tunc ultimo verſu deſiderarem ſcripſiſſe poëtam:

Vix coelum Superis, Diti vix Tartara liqui.

merito etiam verſum ſequentem, ut ſibi ſuſpectum, obelo notaverat Heinſius, qui literis transpoſitis legebat, *terram pontumque ſubegi.* quod lubens amplector, vel *terras.* ut illud *trans* natum ſit ex compendio ſcripturae *t̄ras.* & *mare* gloſſema ſit *τοῦ pontum.* ut apud Claudian. de Bello Gild. v. 115.

Aſt ego, quae terras humeris pontumque ſubegi.

quem verſum forte hic auctor imitatus eſt: certe *trans mare ac pontum* hic aemulari, & ſubintelligi *hoſtes*, ellipſi nimis ſane dura & inſolenti, tolerari neutiquam poteſt.

EP. LXV. v. 1. *Quis Deus, Octavi*,] Hoc Epigramma, cuicuimodi eſt, legitur poſt inſus in Priapum: ejus autem & auctor incertus eſt, & is cujus interitus ipſo deploratur; quamvis illius nomen poſitum in eo appareat: ad eum enim ſermonem dirigit Poëta. Miror autem, cum clarum illum fuiſſe doctrina, monumentisque ingenii illic tradatur, (nam ſcripſiſſe ipſum hiſtoriam inde percipimus) quomodo nomen ejus evanuerit. Ipſe certe cum diu multumque cogitarim, numquam cui conveniant ſcriptorum, ea quae ipſi illic tribuuntur, potui indagare. niſi forte Octavium illum intelligit, cujus meminit Horatius in X. Satyra primi libri, dum alios, dum alios etiam eruditos viros, amicitia ſecum conjunctos, appellat. quorum judicium magni aeſtimabat; quosque exiſtimatores ſuorum eſſe poëmatum volebat, contemptis inperitis atque invidis: inquit enim:

Plotius, & Varus, Moecenas, Virgiliusque,
Valgius & probet haec Octavius optimus, atque
Fuſcus, & haec utinam Viſcorum laudet uterque.

& qnae ſequuntur. Animadvertendum autem, cum mortis ejus cauſſam dubiam fuiſſe narret, multosque dixiſſe vini copiam in culpa fuiſſe, auctorem carminis hoc purgare: aſſignareque id damnum bili. nam quod raptum illum inquir, ſignificare videtur ſubito genere leti fuiſſe extinctum haec enim vis hujus verbi videtur. An vacet autem omni mendo Epigramma, affirmare non auſim: potius enim metuo ne maculis nonnullis inquinatum ſit. in re tamen tam incerta nulli parti ſanandae temere manum adhiberem. Non defuerunt tamen acuti & eruditi viri, qui ultimum verſum ita corrigendum putarint:

Hunc ſupereſſe patri quae fuit invidia?

P. VICTORIUS Lib. XIV. Var. Lect. cap. VII. Inverſum eſt hoc Epigramma: & ita, ni fallor, ordini ſuo reſtituendum:

Quis Deus, Octavi, te nobis abſtulit? an quae
Dicunt, ah nimio pocula dura mero?
Scripta quidem tua nos multum mirabimur, & te
Raptum, & Romanam flebimus hiſtoriam.
Sed tu nullus eris. perverſi dicite Manes,
Hunc ſupereſſe patri quod fuit invidia
Vobis: ſi culpa eſt bilis, ſua quemque ſequantur
Fata. quid immeriti crimen habent cyathi?

Age perverſi Manes, ſi invidiſtis Octavio ſupereſſe patri ſuo, & ita amicum vobis fuit, ut bile

inter

Vobis ſi culpa eſt bilis: ſua quemque ſequuntur
Fata: quod inmeriti crimen habent cyathi.
Scripta quidem tua nos multum mirabimur, & te
Raptum, & Romanam flebimus hiſtoriam.
Sed tu nullus eris. perverſi dicite Manes,
Hunc ſupereſſe patri quae fuit invidia?

Ep. lxvi. *In Octavian. Auguſtum.*

Poſtquam bis claſſe victus naves perdidit:
Aliquando ut vincat, ludit adſidue aleam.

Ep. lxvii. *C. Caeſ. Octav. Auguſti.*

Jupiter in coelis: Caeſar regit omnia terris.

Ep.

inter pocula illi ſpiritus interceptus fuerit: ſane quemque ſequantur ſua fata: hoc eſt, eſto, non querimur mortuum eſſe: ſed hoc tantum immeritis cyathis adſcribi. Nam quid illi, qui in uſum laetitiae nati ſunt, meruere, ut tanto crimine male audiant? Apparet hunc Octavium inter pocula ſubito excanduiſſe: unde expiraverit. Hoc nonnulli in deterius interpretati ſunt, & non bile, ſed nimio vini hauſtu periſſe jactitabant. Quare non injuria hic poëta quaerit, vel potius dubitat, merone, an bile extinctus fuerit. *τῷ quod* uſum in Cirin explicavimus. JOS. SCALIGER. Legitur apud Pithoeum pag. 89. & Scalig. in Catal. pag. 93. ubi vitio operarum alii Epigrammati, quod praecedit & incipit, *Quocumque ire ferunt* &c. conjunctum adhaeret. in editione Catalectorum Aldina recte ab eo ſeparatum invenitur, pag. 21. *b.* Scaligeri trajectiones verſuum hoc in carmine neſcio an omnes facile adprobaturi ſint, praeſertim quia penultimum diſtichon, ita ut ille conſtituit, in poſtremum nimis quam abrupte incurrat: licet non ignorem optimis poëtis id quandoque uſitatum. ſed non ita conciſe, ut unum verbum in hexametro, in quem tranſit, ſequenti ad praecedens retrahendum ſit. vid. Miſcellan. Obſerv. Vol. VI. Tom. II. pag. 472. Quae autem Victorius ad hoc Epigramma notavit, excerpſi ex ejus editione Florentina, nam in Argentoratenſi fruſtra haec quaeras, in qua illorum loco totum aliud caput legitur. Illius ſententiae licet ſubſcribat Voſſius de Poët. Latin. cap. II. pag. 34. & Lambinus ac Torrentius ad Horatii locum, in quo Octavium, quem ſibi Flaccus exoptat carminum ſuorum judicem, eumdem atque illum, cujus mors hic defletur, eſſe cenſet, refutavit tamen eam Cruquius in ſuo Comment. pag. 405. qui ab Horatio indicari putat Octavium Auguſtum, maxime quia ipſi *optimus* audit, propter morum manſuetudinem & facilitatem, & quia ille poëta fuit non incelebris. Et recte quidem, ut mihi videtur. Nam quod *optimus* Octavius Auguſtus ob morum lenitatem laudetur, cum hoc noſtro non poteſt convenire, quem bile agitatum, ſive iracundia excandeſcentem ſubito inter pocula extinctum eſſe poëta hic tradit. Incertum igitur exiſtimem, quis Octavius hic fuerit, ſed non parum debemus tamen auctori hujus Epigrammatis, qui nobis Hiſtoriae Romanae ab eo conſcriptae memoriam conſervaverit. cujus an alibi mentio occurrat apud veteres, neſcio: eum igitur, adducto hoc Epigrammate, M. Octavio Herſennio, Hiſtorico, adjungit Voſſ. Lib. III. de Hiſtor. Lat. pag. 714. & 715. vitioſa porro in vetuſto Codice ab If. Voſſio collato erat lectio: *Quis Deus optavit te nobis.* verſu ſecundo Heinſius emendaverat, *nimio pocula cruda mero.* vel *pocula ducta*, quod praefero. *ducere* enim *pocula* eſt continuo hauſtu ſiccare, & uno quaſi ſpiritu evacuare, quod aliis *perducere*, & *educere* dicitur, id quod huic loco in Octavium recte convenit. vide Heinſ. ad Ovid. XII. Met. 316. & Scriver. ad Martial. Lib. III. Epigr. 22. poſſis & cum Cel. Oudendorpio *pocula dira*, ideſt venenata. forte etiam ex veſtigiis Codicis Voſſiani praeſtaret:

——— *an quae*
Dicuntur nimio pocula ducta mero?

nam in eo legebatur, *Dicuntur animo.* ſequente verſu idem Heinſius ſubſtituebat: *Haud necis in culpa eſt bilis.* vel *Vobis ſic culpa eſt bilis.* de quo lectoris eſto arbitrium. in Voſſiano: *Vobiſcum ſi eſt culpabili.* & deinde *quid immeriti* in aliis. ultimo, *Nunc ſupereſſe* Aldina & vetuſta Catalectorum Baſileenſis editio.

v. 7. *Sed tu nullus eris*] Perſius: — *jam fies fabula, Manes. & nullus eſt*, mortuus eſt. Plautus: *Anima eſt amica amanti: ſi abeſt, nullus eſt.* & illa tritiſſima in Comoediis, *Nullus ſum.* Scaliger.

Ep. lxvi. *Poſtquam bis claſſe* &c.] edidit Pithoeus Lib. II. p. 78. & Scaliger p. 218. hos verſus, tempore belli Sicilienſis in Auguſtum vulgatos, qui exſtant apud Sueton. in Aug. 70.

Ep. lxvii. *Caeſ. Octav. Aug.*] apud Pith. Lib. II. p. 51. & Scalig. p. 220.

 Ep.

Digitized by Google

EP. LXVIII. VIRGIL. MARONIS *de Auguſto.*

Nocte pluit tota: redeunt at mane ſerena.
Diviſum imperium cum Jove Caeſar habes.

EP. LXIX. *Ita id diſtichon vindicat.*

Hos ego verſiculos feci: tulit alter honores.
Sic vos non vobis nidificatis aves.
Sic vos non vobis vellera fertis oves.
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis fertis aratra boves.

EP. LXX. *In C. Caeſarem Octavianum Auguſtum.*

Cum primum iſtorum conduxit menſa choragum,
Sexque Deos vidit Manlia, ſexque Deas:
Impia dum Phoebi Caeſar mendacia ridet,
Dum nova Divorum coenat adulteria:

Omnia

EP. LXVIII. VIRGIL. MARONIS *de Auguſto.*] titulus hic deerat Codici Voſſiano, ſed ſic inſcripſit Pith. Lib. II. p. 51: apud Scalig. p. 210 & 227. ſimpliciter P. VIRGILII MARONIS. primo verſu *redeunt ſpectacula mane* in Voſſiano Cod. ut Scaliger & alii ediderunt. ſed quod e gloſſa librarii, qui ad *redeunt ſerena* adſcripſerat *ob ſpectacula*, proveniſſe putabat Cel. Oudendorpius. alterum verſum imitatum eſſe Statium, imbres Jovi & Domitiano tribuentem, notat Stanlej. ad Aeſchyl. Agam. v. 1400. pro *Diviſum imperium habes* in Cod. Voſſ. *habet.* ut edidit Scalig. Pithoei margo pro varia lectione, *Commune imp. c. J. C. agis.* & ita in MS. Leid ſic in Epigr. in Claudium Lib. II. apud Pithoeum, p. 61. *Communis nobis & tibi Caeſar erit.* ut legitur in Cod. Voſſ. nos ſecuti ſumus editam lectionem a Pithoeo, quam firmat etiam Caſſiodor de Orthogr. pag. 2288. Ed. Putſch.

EP. LXIX. *Hos ego verſiculos feci* &c.] apud Scalig. pag. 227. & Pithoeum Lib. IV. pag 191. qui primo verſu edidit *honorem.* ut mercedem ab Auguſto datam Bathyllo innuat, qui praecedens diſtichon ſibi adſcripſerat. ita enim auctor vitae Virgilii, Donati nomine vulgo inſignitus: *diu quaeritans Auguſtus, cujusnam hi verſus eſſent, eorum auctorem non inveniebat. Bathyllus vero, poëta quidam mediocris, tacentibus aliis, ſibi adſcripſit. Quamobrem donatus honoratusque a Caeſare fuit. honor* enim & *honoratus* pro praemio, & mercede donato. ut apud Ovid. XIII. Met. 41.

Nos inhonorati & donis patruelibus orbi.

ideſt, ἀγέραστοι. ut γέρας, & τιμὴ pro *honore* ſive praemio. ſic *honoribus praemiiſque augere* apud Suet. Caeſ. c. 52. & ita apud Virg. V. Aen. 229. Nep. in Cim. cap. 1. alioſque. ut notum eſt.

EP. LXX. *In C. Caeſarem Octavianum Auguſtum.*] Inſeruit Pithoeus Lib. II. Epigr. vet. pag. 22. & ſuis Catalectis Lib. I. pag. 218. Scaliger verſus hos in Auguſtum, qui leguntur apud Sueton. in ejus vita cap. LXX. ubi eruditorum interpretum notae conſulendae. Torrentius hoc Epigramma non integrum extare cenſebat, & hanc eſſe cauſſam, quod primum diſtichon non ſatis commode intelligatur. Ex variis conjecturis mihi probabilior videtur Heinſii emendatio, qua in Epiſtolis ad Graevium, & in notis ad Propert. IV. El. 8. 23. corrigit, *Cum mimum Hiſtrorum conduxit* (vel *condixit*) *menſa choragi. Hiſtri* enim pro hiſtrionibus. & ſic idem notis ineditis ad Tacit. Lib. XIV. Ann. cap. 21. *primum* etiam recte mutavit in *mimum*, ut ſenſus huic loco conſtet. *mimi* vocem plurimis veterum auctorum locis depravatam, & vel in *nimium*, vel *inimicum*, vel *animum*, aut ſimile quid, corruptam dudum multis probarunt viri docti, & toto capite Pithoeus Lib. I. Adverſ. ſubſeciv. 17. cujus animadverſis liceat mihi nonnulla hic ſubjungere exempla, aliis praeterita. apud Plinium in Paneg. cap. XVI. *Accipiet ergo Capitolium non inanes currus, nec falſae ſimulacra victoriae, ſed Imperatorem veram ac ſolidam gloriam reportantem.* ubi *inanes currus* Lipſius explicat ſpoliis vacuos. at in Cod. Voſſiano legitur *inimicos currus*, unde Iſ. Voſſius ipſe in libri ſui margine legebat *mimicos.* & ſic quoque Livinejus conjectaverat, quod Hearnius ut ingenioſum laudat. vide illic Cl. Joh. Arntzenii notas. Suetonius de Illuſtr. Gram. cap. XXI. *Compoſuit & libellos ineptiarum, qui nunc Jocorum inſcribuntur, abſolvitque eι., quibus & mimos diverſi operis poſtea addidit.* ita legit Heinſius ad Ovid. IV. ex P. Epiſt. XVI. 30. cum

in

Digitized by Google

Omnia ſe a terris tunc numina declinarunt,
Fugit & auratos Jupiter ipſe thronos.

EP. LXXI. PONNANI. *de pictura Cleopatrae morientis.*

Picta fuit quondam Pharii regina Canopi,
Artifici formata manu, nam vivere ſerpens
Creditur, & morſa gaudens dare fata papilla.
O quam vivit opus! quam paene figura dolorem
Sentit! & ex ipſo moritur pictura veneno!

EP.

in MSS. reperiſſet *animos*. in aliis *nimios*. nec aliter Caſaubonus. Apud Martialem in Praefat. Lib. VIII. *Quamvis autem Epigrammata ſeveriſſimis quoque & ſupremae fortunae viris ita ſcripta ſint, ut mimicam verborum licentiam adfectaſſe videantur*. ſic recte Gruterus & Scriverius, cum in aliis codd. etiam in Voſſianis, & Leidenſibus, *nimiam* vel *inimicam* legatur. neque dubitare de hac lectione debuit Hadr. Junius. Petronius cap. XIX. initio. *omnia mimico riſu exſonuerant*. ubi eadem notatur varietas. apud Tacitum Agricol. XLIII. pro *ſpeciem doloris animo vultuque prae ſe tulit*, corrigit Gronovius *mimo vultuque*, quem & vide in Obſerv. ad Script. Eccleſ. pag. 283. Carrion. Lib. I. Emend. cap. I. & Lib. II. Antiq. Lect. cap. 7. Cicero apud Nonium in *ſcurrile* pag. 177. ed. Merc. *Nec nimis frequenti, ne ſcurrile ſit, nec ſubobſcoeno, ne nimium*. ubi in MS. ab Iſ. Voſſio collato eſt *micnicum*. unde ipſe emendabat *mimicum*. ſenſu id poſtulante. apud Senecam Epiſt. XV. *Detraxit tibi non puſillum negotium mercedula, & munus gratum*. ubi *mimus gratus* legebat Lat. Latinius in Biblioth. Profan. p. 45. quamvis fruſtra. apud eumdem Lib. II. de Ira cap. I. *quae ad conſpectum mimici naufragii contrahit frontem*. ſic correxit Juretus, cum antea eſſet *inimici*. Minucius Felix in Octavio pag. 326. *mimico convitio digna iſta ſententia eſt*. ubi alii *inimico convitio*. vide notas. Symmachus Lib. VII. Epiſt. 16. *mimicis ſalibus te ſinus Lucrinus infecit*. ubi male in aliis *nimiis*, ut monet Juretus, quem & vide ad Lib. VI. Epiſt. 78. & Colvium ad Apulej. pag. 135. Oroſius Lib. VII. cap. 42. *mimum riſit, & ludum ſpectavit imperii*. ubi perperam in MSS eſt *nimium*. Avienus Fab. V. v. 9. *Aſt ubi terribilis mimo circumſtitit horror*. ſic bene pro *animo*, quod in vulgatis, reſtituit Cl. Cannegieterus, cujus notae illic legi merentur. Nimios tamen ſaepe fuiſſe Gronovium & Graevium in voce hac ubique obtrudenda patebit ex nota Patrui mei ad Suet. Tiber. cap. XXIV.

v. 6. *Fugit & auratos Jupiter ipſe thronos*] *tholos* conjecerat Heinſius, quod & Torrentio in mentem venit, qui tamen *thoros* praeferre videtur. eadem varietas in Epitaphio uxoris Boethii apud Pithoeum Lib. III. Epigr. vet. pag. 96. *Judicis aeterni teſtificata thronum*. ubi in Codice Perotti eſt *thorum*. ſed *thronos* Jovis hoc in loco recte vindicavit Patruus meus notis ad Suetonium, & in Diſſ. de Jove Fulgur. pag. 325. quem vide.

EP. LXX. PONNANI, *de pictura Cleopatrae morientis*] ita inſcribunt Schedae Divionenſes egregium hoc Epigramma. PONNANI tantum eſt in Salmaſ. Cod. Edidit etiam, ab Illuſtriſſimo Paſſioneo ſecum communicatum, Cel. Drakenb. ad Silium Ital. Lib. II. 417. & Cuperus in Diſſ. de Eleph. Tom. III. Theſ. Antiq. Salengr. p. 165. ubi POMANUM auctorem vocat, idque ſibi a Jacobo Galiaeo datum eſſe notat, atque excerptum fuiſſe e codice, quem ex Salmaſiano deſcripſerat Antonius Clemens. verſu tertio recte apud illos legitur *morſa papilla*, ut eſt in Sched. Divionenſ. nam *morſu* male in Salm. & v. 2. *artificis*, pro *artifici*, ut bene Cod. Divion. Unicum tamen me offendit in hoc cultiſſimo Epigrammate, *nam vivere ſerpens creditur*, & paullo poſt, *O quam vivit opus*, quod ultimum optime dictum eſt, & expreſſum e Claudiano IV. Conſ. Hon. 591.

—— picturatumque metallis
Vivit opus, &c.

Joſeph. Iſcanus Lib. IV. de Bell. Troj. v. 457.

In varias vivunt ſpecies, ditique decorum
Materiae contendit opus.

hinc *vivos de marmore ducere vultus* & ſim. vid. Heinſ. ad Prudent. Apotheoſ. v. 722. & Bentlej. ad Horat. A. P. v. 318. prius tamen propter inconcinnam ejuſdem verbi repetitionem ſuſpectum habeo, & a reliquo carminis nitore alienum. quomodo enim in hac imagine Cleopatrae *vivere ſerpentem credi* dicatur, non video. Quia igitur ſequitur *gaudens dare fata*, forſan ſcripſerit poëta,

—— ridere videtur
Serpens, & morſa gaudens dare fata papilla.

ut in ipſa effigie ſpectatori videatur ſerpens cum riſu quodam ac gaudio mortem Cleopatrae inferre. origo autem mendorum haec ſit, ut *nam* profluxerit ex veſtigiis inverſis earumdem litterarum praecedentis vocis *manu*. & *vivere* ac *ridere*, tum *creditur* & *videtur* confuſa fuerint, duabus inde vocibus tranſpoſitis. Cui vero haec minus adrideant, am-

pie-

EP. LXXII. *Germanici Caeſaris, Caligulae patris.*

Parce hoſpes tumulo, Caeſar Germanicus hic ſum;
  Saepe etiam ignotis ipſe dedi requiem.
Quod ſi quem tumuli nihil hujus gratia tangit,
  Admoneat, patria fraude quod hic jaceo.
Sed jaceo, quamvis non vitae, & plenus honoris,
  Hoc uno ingratus, quod genui patriae.

Te-

plectatur ille conjecturam Cel. Oudendorpii, qua loco corrupto mederi tentabat hoc modo:

—— nam fugere ſerpens
Creditur, at morſae gaudens dat fata papillae.

Ultima hujus Epigrammatis elegantiſſima ſunt, & coloris optimi, in quibus pictura Cleopatrae dicitur mori veneno, quo ipſa periit, atque imago ipſa morientis *dolorem ſentire*. quae illuſtravi ſupra ad Lib. I. Epigr. CXXV. v. 4.

EP. LXXI. *Germanici Caeſaris, Caligulae patris.*] Epitaphium hoc Caeſaris Germanici habetur apud Pithoeum Lib. III. pag. 97. Almeloov. pag. 7. & ab aliis ut vetuſtum profertur. At legitur tamen illud totum quantum eſt inter Michaëlis Marulli Carmina Lib. I. Epigr. 14. pag. m. 5. quod dudum ante deprehenderam, quam id codici etiam ſuo adſcripſiſſe Scriverium vidiſſem. Sed inſigni plagio id ſibi vindicaſſe videtur Marullus, idque forte in vetuſto quodam codice reperiſſe; ſed famae ſecurus poſteritati inpoſuiſſe, ſuis carminibus ineditum, & nemini, ut exiſtimabat, notum aut viſum carmen inſerens. Quod ne temere me dixiſſe quis exiſtimet, illuſtri exemplo aliud ejus mangonium demonſtrabimus ad Epigramma illud eximium, quod apud Pithoeum legitur eodem libro III. p. 134. *Viderat exanimem mater Byzantia natum*, &c. quod ille ignobili fuco, infarciens de ſuo nonnullos verſus inſititios, poëmatis ſuis intexuit. Aliud itidem apud Pith. eod. libro pag. 102. pro antiquo venditatur, quod ab eodem Marullo fictum ac ſuppoſitum Antonius Auguſtinus credebat. ut ſuo loco notabimus.

v. 2. *Saepe etiam ignotis ipſe dedi requiem*] Senſus hujus verſus eſt, Germanicum ſaepe aliorum vita defunctorum, & quidem ignotorum, manibus dediſſe inferias, proinde idem pietatis officium, quod ipſe ſaepe aliorum tumulis praeſtiterat, jure ſibi etiam exhiberi petit. & recte Caſaubonus huc retulit verba Suetonii in Calig. cap. 3. de Germanico: *Sicubi clarorum virorum ſepulcbra cognoſceret, inferias manibus dabat.*

v. 3. *Quod ſi quem tumuli nihil hujus*] tituli rectius apud Marullum, ut videtur; nam quum primo verſu praeceſſerit, *Parce hoſpes tumulo*, hic denuo eamdem vocem recurrere inelegans, & ab Epigrammatis hujus elegantia abhorret. frequenter autem haec invicem commutari vidimus ſupra.

v. 4. *Admoneat patriae fraude quod hic jaceo.*] ſic edidit Pithoeus. *At moveat, patria fraude* exſtat apud Marullum, idque libris ſuis adſcripſerant Scriverius & Heinſius. nec aliter emendabat Caſaubon. ad Sueton. Calig. cap. 5. ubi totum hoc carmen adfert, idque elegantius & ad hiſtoriae fidem convenientius ſibi videri addit. Quod adtinet ad priorem emendationem, *At moveat*, pro *admoneat*, licet illud ibidem Graevio ſe probaret, mihi tamen non videtur admittendum. *admonere* enim eleganti ſignificatione dicitur omne id, quod aliquo cum aculeo ac telo alicui in memoriam redit: ut egregie hunc vocis uſum illuſtraverunt Gronov. Diatrib. Statian. cap. XLIX. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. III. v. 132. & notis ineditis ad Tacit. de morib. Germ. cap. XXXVII. Patruus meus ad Ovid. Epiſt. XV. 104. & Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. El. 6. v. 4. alterum illud *patria fraude* verius eſt, niſi cum Graevio & Heinſio malis *patrua fraude*, ut intelligat dolos Tiberii Caeſaris, quibus periit Germanicus, (vid. Sueton. Calig. cap. 2.) cujus pater per adoptionem erat Tiberius, natura vero patruus. vide Drakenb. ad Silium Lib. XV. v. 10. Huc ſpectant INFERIAE GERMANICI memoratae in Tab. Antiatina, ubi vide Vulpii notas p. 35. Clariſſ. Cannegieterus etiam ad Avieni Fab. XXVI. pag. 156. emendat, *At moveat, patria*, vel *patrui fraude*. quamvis autem parum referre videri poſſet, an *patrua*, aut *patria* legatur, quia utrumque de Tiberio intelligendum, amplector tamen Patrui mei ſententiam, qui ad Sueton. monuit, rectius eſſe *patria fraude*, quia invidioſius a patre quam a patruo occidi, neque ſemper Heinſio auſcultandum eſſe, ubi vocem illam *patruus* ubique fere inculcat. vide ad Ovid. Lib. III. Am. El. 6. v. 49. & IV. Faſt. 55. *patria* igitur *fraus* pro patris, ut *patriae preces* Senecae Herc. Fur. v. 1272. *bis patriae cecidere manus* apud Virg. VI. Aen. v. 33. de Daedalo. *patriâ raptus ab igne manu* apud Ovid. III. Faſt. 504. *patria arma* in Epigr. de Caligula apud Sueton. cap. 8. *In caſtris natus, patriis nutritus in armis*, ubi male in aliis *patris*. & ſic alibi paſſim.

v. 5. *quamvis non vitae & plenus honoris*] recte Scriverius & Heinſius, *at plenus honoris*. Marullus dedit,

Teſtata eſt mores lacrimis plebesque patresque,
Haec ſunt ſinceri judicia ingenii.

Ep. LXXIII. *In Cl. Tiberium Caeſarem.*

Adſpice felicem ſibi, non tibi, Romule, Sullam.
Et Marium, ſi vis, adſpice, ſed reducem.
Nec non Antonî civilia bella moventis,
Nec ſemel infectas adſpice caede manus.
Et dic, Roma perit. regnabit ſanguine multo,
Ad regnum quisquis venit ab exilio.

Ep. LXXIV. *In eumdem.*

Nos es eques. quare? non ſunt tibi milia centum.
Omnia ſi quaeras, & Rhodos exilium eſt.

Ep.

dedit, *at plenus bonorum. at* etiam apud Caſaubonum. hoc licet levioris rei eſſe non negem, ſaepe tamen animadverti, voculam iſtam, quae ad oppoſitum eleganter tranſit, a librariis mutatam aut omiſſam, loca nonnulla turbaſſe, & a viris doctis oportune reſtitutam, ſenſum illorum adjuviſſe. apud Virg. x. Aen. v. 881.

Deſine. jam venio moriturus. At haec tibi porto
Dona prius. .

ſic ſcribit Heinſius, pro *jam venio moriturus, & haec tibi porto* &c. ſic in Epigrammate Caelii Firmiani, ut inſcribitur, de Fortuna apud Pithoeum Lib. I. pag 29.

O fortuna potens ac nimium levis.

ut vulgata praeferunt exemplaria. ſed elegantius omnino erit, ſi ſcribatur:

O fortuna potens, at nimium levis.

& ita legendum puto in Epitaphio eximio apud Gruter. pag. MCXXIII. Inſ. 7.

Nam me ſancta Venus ſedes non noſſe ſilentum
Juſſit: at in coeli lucida templa tulit.

ibi etiam male habetur, *& in coeli.* Juſtinus Lib. II. cap. XII. §. 7. ut optime reſtituit Gronovius: *Aut ſi hoc parum tutum eſt, at vos commiſſo praelio ite ceſſim, inhibete remis* &c. apud Horatium quoque Lib. I. od. XI. legebat Patruus meus, *at melius quidquid erit pati*, non *ut.* qui locus mire vexavit Interpretes. & ſic apud alios haud raro.

v. 7. *Teſtata eſt mores lacrymis plebesque patresque*] *Teſtati mores* Heinſius malebat. plerumque enim pluralem praeferebat numerum, ubi duo vel plura occurrunt cumulata. ſed vide Patrui mei notas ad Claudian. I. in Rufin. v. 53. *plebes* antiquo more pro *plebs*, ut apud Salluſtium, Tacitum, Lucanum, alios. Auſon. Idyl. I. v. 8. *Noxia quem ſcelerum plebes tremit.* adde igitur hunc verſum exemplis, quae produxerunt Voſſius Lib. I. de Analog. 33. Freinshem. ad Florum I. cap. 26. Rittershuſ. ad Gunther. Lib. II. pag. 51. & Gudius ac Patruus meus ad Phaedr. Lib. IV. fab. 5. v. 13.

Ep. LXXIII. *In Cl. Tiberium Caeſarem.*] Quinque haec ſcommatica in Tiberium Epigrammata leguntur apud Sueton. in ejus vita cap. 59. ubi notas Interpretum vide. eadem habent Pithoeus Lib. II. pag. 78. & 79. & Scaliger Lib. I. pag. 218. & ſeq.

v. I. *felicem ſibi, non tibi, Romule, Sullam*] ita apud Aurel. Vict. de Viris Illuſtr. cap. 75. de Sulla: *Salve, inquit, puer tibi & Reip. tuae felix.* unde hoc deſumtum, & in Tiberium detortum eſt. appoſite ad hunc locum Latinus Pacatus in Paneg. cap. 46. *Tu* (Roma) *quae experta Cinnanos furores & Marium poſt exilia crudelem, & Sullam tua clade felicem.*

v. 3. *Nec ſemel infectas*] *Non ſemel* Heinſius, vel *Et ſimili*; alterutrum vulgatae videtur praeferendum.

v. 5. *regnabit ſanguine multo, Ad regnum quisquis venit ab exilio.*] pulchre hanc ſententiam expreſſit Sannazar. Lib. II. Ep. 48. de Pontifice Julio Secundo:

Ne valeam, Superi, bene ſi facere hic pote, quem ſors
Exilio, & vinclis vexit ad imperium.
Et peream, ni cuncta evertere jam volet hic, qui
Nil meminit praeter vincula & exilium.

hinc Clearchum *exilio facinoroſiorem redditum* dicit Juſtinus Lib. XVI. 4. § 6.

Ep. LXXIV. v. 2. *Omnia ſi quaeras, & Rhodos exilium eſt*] Non probo conjecturam Heinſii, *Nomina ſi quaeras, en Rhodos exilium eſt.* nam ſenſum verſus recte expoſuit Patruus meus. & ſaepe poſt alia enumerata eleganter *omnia* ſubjiciunt. vide notas ad Phaedr. IV. 23. 5. vel quia agitur de obſcoeno Tiberii in Rhodum receſſu, *omnia* nequiori ſenſu

 poſ-

EP. LXXV. *In eumdem.*

Aſper, & inmitis: breviter vis omnia dicam?
Diſpeream, ſi te mater amare poteſt.

EP. LXXVI. *In eumdem.*

Aurea mutaſti Saturni ſecula, Caeſar.
Incolumi nam te ferrea ſemper erunt.

EP. LXXVII. *In eumdem.*

Faſtidit vinum, quia jam ſitit iſte cruorem.
Tam bibit hunc avide, quam bibit ante merum.

EP. LXXVIII. *De Claudio Tiberio Nerone.*

Ternos vetuſti congios Falerni,
Uno die, conviviis peractis,
Tubos per amplos viſcerum refundens
Hauſit, potentum Romuli nepotum
Frenator audax, arbiterque Regum,
Jovis tonantis armiger minando,
Bacchi pluentis cantharus madendo,
Late patentis Imperator orbis,
Late aeſtuantis inrigator alvi;
Exinde plebs Quiritium vocavit
Non Claudium Tiberium Neronem,
Sed Caldium Biberium Meronem.

EP.

poſſunt ſumi. ut apud Senec. Lib. I. Contr. 2. *cùm deprecareris intrantis amplexus, ut omnia inpetraris, oſculo rogaſti.* vide Pithoei & Gonſalii notas ad Petron. cap. XI. de ſeceſſu hoc Tiberii in Rhodon, ſeu voluntario potius exilio, ita Tacitus Lib. I. Ann. cap. 4. de Tiberio: *Hunc ne iis quidem annis, quibus Rhodi ſpecie ſeceſſus exſulem egerit, aliquid quam iram & ſimulationem, & ſecretas libidines meditatum.* Principi tamen nequiſſimo ob hunc ſeceſſum aduiatur Manilius Lib. IV. 762.

Et Rhodos hoſpitium recturi Principis orbem.

ubi vide Scaligeri notas.

EP. LXXV. v. I. *Aſper & inmitis*] *Aſper et, inmitis* correxerat Heinſius. ſed non opus eſt.

EP. LXXVII. v. I. *quia jam ſitit iſte cruorem*] ſic recte vulgati Suetonii codices. male Pith. & Scalig. *quia tam ſitit.*

v. 2. *Tam bibit hunc avide*] ſic de Sullae crudelitate Seneca Lib. I. de Clement. cap. 12. *Quis tamen umquam tyrannus tam avide humanum ſanguinem bibit quam ille, qui ſeptem millia civium Romanorum contrucidari juſſit.*

EP. LXXVIII. *Ternos vetuſti*] Elegantiſſimum hoc in vinoſum & bibacem Tiberium Epigramma habet Almelovenius pag. 19. ſed qui, unde ediderit, non adnotavit. ſed habuit eos ex indicio Jani Broukhuſii, ut mihi patuit ex ejus Epiſtola manu exarata & ad Almelovenium ſcripta d. XI. Maji 1692. cujus verba in Praefatione dabimus: Broukhuſius vero eos legerat in M. Antonii Bonciarii Epiſtolis Ep. LII. pag. 301. & 302. ubi illos exhibet ex codice Epigrammatum Latinorum, invento in monaſterio quodam Arvernorum, cujus rei ſibi indicium factum eſſe ſcribit ab homine Gallo, qui hoc ipſum Epigramma antiquum eſſe adſeverabat, ſed de quo dubitat ibidem Bonciarius, propter ſecundam ſyllabam in *Tiberius* productam. neque etiam antiquum id eſſe cenſebat Broukhuſius, ac rationes ſibi daturum Almelovenio in iisdem literis ſcribit. Eosdem hos verſus ex ſchedis MSS. Goldaſti edidit etiam Patruus meus ad Sue-

EP. LXXIX. *In Cl. Neronem Imp.*

Quis negat Aeneae magna de ſtirpe Neronem?
Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem.

EP. LXXX. *In eumdem.*

Dum tendit citharam noſter, dum cornua Parthus:
Noſter erit Paean, ille ἑκατηβελέτης.

EP. LXXXI. *In domum Neronis.*

Roma domus fiet. Vejos migrate Quirites,
Si non & Vejos occupat iſta domus.

EP. LXXXII. *De Caligula Caeſ.*

In caſtris natus, patriis nutritus in armis.
Jam deſignati principis omen erat.

EP. LXXXIII. *Arcui Romae inſcriptum.*

——— ad divortia Rheni
Pervaſi, hoſtiles depopulâtus agros.

Dum

Suetonii Tib. cap. 42. ubi legitur de Tiberio: *propter nimiam vini aviditatem pro Tiberio* Biberius: *pro Claudio* Caldius: *pro Nerone* Mero *vocabatur.* quae finem hujus Epigrammatis illuſtrant. de ſimilibus probroſis ex nomine proprio adliterationibus, raro valde lepidis, vide Meurſil Spicileg. ad Theocr. pag. 151. ſic *Labienus* ab inſania & rabie *Rabienus* veteribus dictus in loco Senecae apud Bentlej. ad Horat. I. Serm. 3. v. 82. *Cyprianum* propter aniles fabulas ſcriptis ſuis inſertas *Coprianum* olim dictum tradit Lactant. Lib. v. cap. 1. quod male alii in *Caprianum* mutarunt. vid. Salmaſ. ad Tertull. Pall. p. 334. alia ex nominibus propriis acumina & ineptas adluſiones vide in notis Cel. Valckenar. ad Eurip. Phoeniſſ. v. 639. verſu ſecundo *conviviis peractis* edidit Almelov. contra metrum enim in Goldaſtl ſchedis, *convivioque peractis.* vide an legendum ſit, *Uno die conviviis ter actis.* cetera recte ſe habent.

EP. LXXIX. *In Cl. Neronem Imp.*] Tria haec in Neronem leguntur apud Suetonium cap. XXXIX. & Pithoeum ac Scaligerum l. c.

v. 1. *Aeneae magna de ſtirpe*] an forte, *Aeneae natum de ſtirpe* in aliis *Aeneae magni.* non male. de luſu in ambiguitate verbi *ſuſtulit* in hoc verſu vide Auſ. Popm. ad Varron. Fragm. pag. 678. non diſſimilem jocum in ambigua ſignificatione hujus verbi captat Martial. Lib. x. Ep. 71. *ille pedem ſuſtulit, hic tunicam.*

EP. LXXXI. v. 1. *Vejos migrate Quirites* &c.] vide Gorii Inſcript. Florent. pag. 96. & ibi notata.

EP. LXXXII. *De Caligula Caes.*] ex Sueton. Calig. cap. 8. apud Pith. Lib. II. pag. 60. & Scalig. Lib. 1. p. 220.

EP. LXXXIII. *Arcui Romae inſcriptum.*] Elegans hoc antiquitatis monumentum exſtat apud Pithoeum Lib. IV. pag. 194. ſed qui non indicavit, unde id hauſerit, primus enim non edidit. Ejus inventi gloria debetur Franciſco Petrarchae, ex quo illud protulerunt Gruterus pag. CCXXXVI. inſ. 5. Fabricius in Roma pag. 179. Ferret. in Muſis Lap. Lib. III. pag. 207. Lipſius ad Tacit. Lib. II. Annal. cap. 8. & Paſſeratius ad Propertium pag. 247. b. in fine. ſed qui tamen non adnotant, ubinam in ſcriptis ſuis Petrarcha illud publicaverit. Invenies illud in Lib. 1. de Remed. utriuſq. Fortun. pag. 315. ubi Claudio Druſo Neroni, Auguſti privigno, tribuit, & in ſaxis Romanis repertum teſtatur; nam de arcu marmoreo, Romae Druſo exſtructo, in quo verſus hos reperiſſe Petrarcham adſerunt Lipſius & Paſſeratius, nullum verbum addit. Fabricius etiam ad Druſum retulit, ſed locum, ubi arcus illius & haec inſcriptio ſit, ignorari dicit. Sed ſi liceat ab horum ſententia in diverſa ire, dubium videtur, an Druſo Neroni, an vero Germanico Caeſari, ejus filio, adſcribendum ſit, cum uterque in Germaniam ſuſceperit expeditionem, (nam de ea capiendum hoc Epigramma) & poſt mortem arcu triumphali honoratus ſit. At Druſum tentaſſe quidem Oceanum Germanicum, ſed non perfeciſſe, innuit Tacitus Lib. II. Ann. 8. ubi de Germanico: *precatuſque Druſum patrem, ut ſe eadem auſum, libens placatuſque exemplo ac memoria conſiliorum atque operum juvaret, lacus inde & Oceanum uſque ad Amiſiam flumen, ſecunda navigatione pervehitur.* & de morib. Germ. cap. XXXIV. *Ipſum quin etiam Oceanum tentavimus, & ſupereſſe adhuc Herculis columnas fama* vul-

Digitized by Google

Dum tibi, Roma, decus, aeternaque ſudo tropaea;
Iſter pacatis lenior ibat aquis.

Ep.

vulgavit, & ſeqq. *Nec defuit audentia Druſo Germanico, ſed obſtitit Oceanus in ſe ſimul atque in Herculem inquiri.* ubi Freinſhemius legit *Druſo & Germanico*, quia Druſus demum poſt mortem *Germanici* cognomine vocatus eſt. Ovid. I. Faſt. v. 597.

Et mortem & nomen Druſo Germania fecit,
Me miſerum! virtus quam brevis illa fuit!

& ſic expeditionem Germanici, quae majori clade inſignita fuit quam Druſiana, etiam memorabit, licet Bructeros tamen in Amaſi fluvio vicerit Druſus, ut Lipſius ad priorem locum notavit. Audiamus Suetonium in Claudio cap. I. *Druſus in quaeſturae praeturaeque honore, dux Rhoetici, deinde Germanici belli, Oceanum ſeptentrionalem primus Romanorum ducum navigavit: transque Rhenum foſſas novi & immenſi operis effecit, quae nunc adhuc Druſinae vocantur. Hoſtem etiam frequenter caeſum ac penitus in intimas ſolitudines actum non prius deſtitit inſequi.* & ſeqq. Sed quod hi verſus, ſive Inſcriptionis reliquiae potius detruncatae, qui arcui Romae exſtanti inſcripti fuerint, ut prae ſe fert titulus, ad Germanicum Caeſarem, qui de Germanis triumphavit, referendi ſint, mea quidem ſententia, id inde probatur, quia Germanico in ipſa urbe Roma, Druſo vero arcus in via Appia fuerit erectus. de priore docet Tacitus Lib. II. Annal. cap. 83. ubi agit de honoribus ipſi poſt mortem decretis: *Arcus additi Romae, & apud ripam Rheni, & in monte Syriae Amano, cum Inſcriptione rerum geſtarum, ac mortem ob Remp. obiiſſe.* ubi vides inſcriptionem rerum a Germanico geſtarum arcui fuiſſe additam, cujus forte hoc carmen lacerum eſt fragmentum. de altero arcu in via Appia Druſo Germanici patri erecto Suetonius in Claud. l. d. *Senatus inter alia complura, marmoreum arcum cum tropaeis via Appia decrevit, & Germanici cognomen ipſi poſteriſque ejus.* ubi illum in nummis exhibuit videndum Torrentius; conſpiciturque in Floro Graevii ad Lib. IV. cap. 12. Et hic quidem honos, florente Republica, mortuis non datus, ſed ſub Auguſto rerum domino, Druſo Neroni praeſtitus, & poſt Auguſti exceſſum Germanico, dein Cajo Caeſari, aliiſque. vide egregie Noriſium ad Cenotaph. Piſan. Diſſert. III. cap. VIII. Sed de his periti & aequi Lectoris judicium eſto.

v. 3. *Dum tibi Roma decus*] *Dum tibi bella foris* lectum vidiſſe Paulum Meliſſum, verſumque ultimum deſiderari in fruſto ipſius lapidis Romae poſt aream templi Laterani exſtantis notavit Gruterus. ab eodem Meliſſo id habuit Freherus, cujus locum indicavit quidem, ſed non notavit Gruterus, quum eodem modo id produxerit ad Auſon. Moſell. v. 279. quem vide.

Ibid. *Aeternaque ſudo tropaea*] Eleganter dictum. ut apud Claudian. III. Conſ. Honor. v. 146.

— quod merui te non ſudante tropaeum.

ut ex vetuſtis membranis reſtituit Heinſius, & hoc verſu confirmat. *ſudare* cum quarto caſu etiam junxit Juvenal. Sat. I. 28. *aeſtivum digitis ſudantibus aurum. ſudare bella* apud Claudianum & Prudentium non ſemel. vide Grangaeum ad Prudent. adverſ. Symmach. p. 169.

v. 4. *Iſter pacatis lenior ibat aquis*] *iret* male apud Gruter. & Ferretium. forte ſcribendum *lentior ibat.* ut intelligatur de Druſo ſive Germanico victore, cui Iſter fluebat lentior quaſi, pacatis hoſtibus. ſaepe enim fluvii illarum regionum, quas victor ſubegerat, lentius ire, ac fracta unda fluere fingebantur. & hinc ipſa triumphalis pompa, in qua ſimulacra fluminum, aliaque ſpolia hoſtilia in ferculis circumferebantur, lentiſſimo greſſu procedebat. vide notas Interpretum ad Cic. I. de Offic. cap. 36. p. 146. auctor Elegiae pſeudoGallo adſcriptae v. 53.

Illic bellantum juvenum ſtudioſa figuras
Atque audita levi praelia pingit acu.
Pingit & Euphratis currentes mollius undas,
Victriceſque aquilas ſub duce Ventidio.

Propertius Lib. II. El. I. v. 32.

Aut canerem Aegyptum & Nilum, qua tractus in urbem
Septem captivis debilis ibat aquis.

quem locum auctor hujus Epigrammatis forte imitatur: vide illic plura exempla apud Paſſeratium, & Patruum meum ad Petron. cap. 123. & huc refer Taciti locum Lib. II. Annal. cap. 41. de Germanico: *Triumphavit de Cheruſcis Cattiſque & Angrivariis, quaeque aliae nationes uſque ad Albim colunt: vecta ſpolia, captivi, ſimulacra montium, fluminum, praeliorum.* inſignis in hanc rem locus eſt Claudiani Lib. III. de Laud. Stilic. v. 22. & ſeqq.

Ipſe albis veheretur equis, currumque ſecutus
Laurigerum, feſto fremuiſſet carmine, miles.
Hi famulos traherent Reges: hi facta metallo
Oppida, vel montes, captivaque flumina ferrent.
Hinc Libyci fractis lugerent cornibus amnes:
Inde catenato gemeret Germania Rheno.

unde forte adſtrui poſſet lectio Codicis MS. Tiliobrogae apud Stat. Lib. V. Silv. 3. 202. *captivaque flumina defles.* ut *captivas aquas* dixit Propert. l. c. pro quo in aliis *numina.* Heinſius *culmina*, quia de Capitolii incendio agit, ut *Tarpeji culminis ignes* apud Silium III. 609. ſed *fulmina* praetulit Gronovius, probante Markiando.

Ep.

EP. LXXXIV. *Laus Claudii Caeſaris ob captam & ſubactam Britanniam.*

Auſoniis numquam tellus violata triumphis
Icta tuo, Caeſar, fulmine procubuit.
Oceanusque tuas ultra ſe reſpicit aras.
Qui finis mundo eſt, non erat imperio.

EP. LXXXV. *In eumdem.*

Victa prius nullo, jamjam ſpectata triumpho,
Inlibata tuos gens jacet in titulos.

Fa-

EP. LXXXIV. *Laus Claudii Caeſaris* &c.] Carmina haec in Claudii Caeſaris victoriam Britannicam, elegantiſſima profecto, & optimi, licet ignoti, poëtae ſunt. ea Pithoeus exhibuit Lib. II. Epigr. pag. 60. & Scaliger Lib. I. pag. 108. tum ex membranis antiquis Obſopaei Gulielmus Camdenus in Britannia, opere eruditiſſimo, pag. 392. & ſeqq. qui Ep. 91. cum altero, quod alii ſeparaverant, recte conjungit, ut edidit Scaliger. In ceteris Pithoeum ſequi malui. nam quod Delrius ad Senecae Octav. v. 27. pag. 292. omnia perpetua ſerie connexa proferat, non probo, quamvis in ſchedis Scaligeranis, a Celeb. Hemſterhuſio mecum communicatis, ita etiam invenerim. In iis titulus praefigitur LAUS CAESARIS, ut & in Voſſiano codice invenit Heinſius. primum & ſecundum exponit & maculis nonnullis liberat Cl. Cannegieterus, erudita de Brittenburgo Diſſertatione cap. X. quem videre operae erit pretium. Ceterum ad hanc Claudii expeditionem Britannicam reſpiciunt ludicri illi Anapaeſtici in Senecae Apocolocynthoſi:

Ille Britannos	*Ultra noti*
Litora ponti	*Et coeruleos*
Scuta Brigantas	*Dare Romuleis*
Colla catenis	*Juſſit, & ipſum*
Nova Romanae	*Jura ſecuris*
Tremere Oceanum.	

ubi *Scuto Brigantas* conjecerat Scaliger in notis ad Tibull. Lib. IV. pag. 159. ubi de hac Claudii expeditione Britannica agit, pluribuſque emendationem ſuam firmavit in Animadv. ad Euſeb. p. 190. quem ſequitur Holſtenius ad Stephan. Byzantin. pag. 75. licet vulgatam utcumque tueatur Delrius Comment. ad Senec. pag. 522. & Brigantum ſcuta, non minus ac corpora, caerulea fuiſſe dicat. quod an vere adfirmet, hic agendi locus non eſt. nec male Joh. Iſ. Pontanus Lib. III. Analect. cap. 8. ex J. Caeſare legit *coeruleos Luteo Brigantas.* receptam tamen lectionem confirmatam inveni in codice Harlemenſis Bibliothecae. Claudium vero poſt Jul. Caeſarem fuiſſe primum, qui Britannis bellum intulerit, teſtatur Suetonius in cap. XVII. *Expeditionem unam omnino ſuſcepit :* &c. *Britanniam potiſſimum elegit, neque tentatam ulli poſt Divum Julium, & tunc tumultuantem ob non redditos transfugas.* ubi vide Torrentium.

v. 3. *Ultra ſe reſpicit aras*] Ita omnes, excepto Delrio, qui *proſpicit* edidit, neſcio unde. de ara autem a Claudio conſecrata omnino videndus Cl. Cannegieterus.

v. 4. *Qui finis mundo eſt, * non erat imperio*] Sic Pithoei & Scaligeri editio. *Qui finis mundo, nunc erit imperio* Delrius. Cogitabam aliquando,

Quam finis mundo eſt, tunc erit imperio.

nam *nunc erit* margo Pithoei. vel potius,

Qui finis mundi eſt, hic erit imperii.

ut apud Propert. III. I. 16.

Multi, Roma, tuas laudes annalibus addent,
Qui finem imperii Bactra futura canent.

Sed praeſtat forte lectio, quam repraeſentavit Camdenus, *Qui finis mundo eſt, non erit imperio*, ut in ſuo exemplari corrigebat etiam Tollius, idque ſequitur Cl. Cannegieterus. ut innuat Oceanum, ultimum terrae limitem habitum, non tamen & imperii Romani finem futurum eſſe. Oceanum enim veteres ultimum orbis & rerum omnium terminum ſtatuebant. vid. Rigalt. ad Onoſandr. pag. 7.

EP. LXXXV. *Victa prius nullo, jamjam ſpectata triumpho*] Haec eſt editorum codicum ſcriptura. Camdenus dedit, *Victa prius nulli, jamjam* &c. illud *jamjam* deeſt Voſſiano. *Viſa prius nullo* legebat Cel. Dorvilius, & credebat viros doctos, ne ita emendarent, retinuiſſe ſeq. diſticho *Fabula viſa diu.* licet talis repetitio ejusdem vocis obvia ſit. variis conjecturis tentabat locum Heinſius, *Victa prius nulli, nullo ſp. tr.* vel *Ducta* aut *Acta.* aut potius, *nec adhuc ſpectata triumpho.* vel denique, *Victa prius nullo ſed jam ſpectanda triumpho.* poſſis & *Tacta prius nulli* &c. ſic *intactus Romano Marte Britannus* Tibullo Lib. IV. Carm. I. 149. ut legit Heinſius. vulgo *invictus.* priorem tamen Heinſii conjecturam veroſimilio-

Fabula viſa diu, medioque recondita ponto,
Libera victori quam cito colla dedit!
Eufrates ortus, Rhenus recluſerat Arctos.
Oceanus medium venit in imperium.

Ep. LXXXVI. *In eumdem.*

Libera non hoſtem, non paſſa Britannia regem.
Aeternum noſtro quae procul orbe jacet,
Felix adverſis, & ſorte oppreſſa ſecunda,
Communis nobis, & tibi, Caeſar, erit.

liorem opinor: niſi quis amplecti malit emendationem Cannegieteri,

Victa prius nullo, quamquam ſpectata, triumpho.

ut dicat Britanniam, quamquam a Jul. Caeſare ſpectatam ac tentatam, a Claudio demum victam & ſubactam eſſe. ſed deſidero exemplum, quo *ſpectata* terra occurrat pro *tentata*, quae vox forte huc revocanda, & cum *temptata* eſſet ſcriptum prius, alteri lectioni literis tranſpoſitis poſſit anſam dediſſe. Certe Suetonius hanc lectionem confirmat d. l. *neque tentatam ulli poſt D. Julium.* Germanicus apud Tacitum de Morib. Germ. cap. 34. *Ipſum quin etiam Oceanum tentavimus.* Ovid. Epiſt. VII. v. 121. *bellis peregrina & femina tentor.* ſic *tentare* de molimine ac conatu. ut *tentare aequor*, *vias* & ſim. vide Patrui mei notas ad Valer. Fl. I. 529. ſequente verſu *gens pates in titulos*, ut emendat Cannegieterus, pro *gens jacet*, quod vulgatos occupat codices, lubens equidem amplector.

v. 3. *Fabula viſa diu* &c.] vide Iſ. Voſſium ad Melam Lib. III. cap. 6. qui recte explicat, Claudium hac expeditione Britannica effeciſſe, ne quis in poſterum dubitaret, an Britannia eſſet inſula, an orbis alterius initium, an nomen inane, quia antea omnia de ea incerta erant. *Fabula* enim dicitur eſſe, de quo multa, ſed ficta vel dubia, narrantur. vide Heinſ. ad Ovid. I. Am. 13. 36. & II. A. A. 561.

v. 4. *Libera victori quam * merito colla dedit*] Sic edidit Pithoeus, apud quem in margine *jam modo*, ut Camdenus, & Delrius. & ſic in var. Lect. editioni Scaligeranae ſubjunctis. *quam modo*, vel *quam cito!* Tollius, Francius, & Heinſius, qui notaverat Scip. Gentilem Lib. I. Parerg. cap. 28. emendare, *Libera victori, quà mare, colla dedit.* quod & Scriverius orae ed. Scalig. adſcripſerat, vel *jam modo.* acute magis quam vere, ut puto. ibidem Gentilis priori verſu profert, *totoque recondita ponto.* forte quia mox denuo ſequitur *medium venit in imperium.* ſed quum in aliis Codd. nihil varietur, vulgata praeferenda. deinde diſtinctione adjuvandus etiam eſt hic verſus, & legendus hoc modo,

——— *medioque recondita ponto*
Libera, victori quam cito colla dedit!

nam *libera colla* victori dari minus recte dicuntur, utpote quibus omne ſervitutis jugum inſuetum: unde infra:

Subdidit inſueto colla premenda jugo.

vulgata tamen defendi poteſt e Tibullo Lib. IV. Carm. I. 117.

Te duce non alias converſus terga domator
Libera Romanae ſubjecit colla catenae.

& Claudiano in Feſcenn. v. 30.

Quis non catenas adripiat libens,
Colloque poſcat vincula libero.

v. 5. *Rhenus recluſerat Arctos*] *Incluſerat* Camdenus ac Delrius. *ſecluſerat* Canneg. *Arctus* Voſſ. Cod. & ſchedae Scalig.

Ep. LXXXVI. *Non paſſa Britannia regem. Aeternum noſtro quae procul orbe jacet*] *Aeternum* quum omnino inſulſum ſit, ac frigidum, licet ab omnibus ita edatur, tentaverat Heinſius, *Foederis & noſtri*, vel *Aetheris & noſtri quae procul orbe jacet.* quod ultimum blandiri merito poſſit, nam ita infra dicitur Ep. 91. *Semota, & noſtro disjuncta Britannia coelo.* ſed quia has conjecturas induxerat, praefero alteram viri eximii emendationem, quae veſtigiis vulgatae preſſius inhaeret, *non paſſa Britannia legem Externam*, vel ut Tollio & Cl. Cannegietero videbatur, *Regem Externum*, nam id tantundem eſt. *legem* & *regem* frequentius commutari a librariis videbimus alibi ad Lib. III. *externam* vero *legem* ideo nondum paſſa erat Britannia, quia adhuc libera ante nulli victori ſe ſubmiſerat. ita mox ſequitur: *Cernitis ignotos Latia ſub lege Britannos.* *externum* quoque & *aeternum* paſſim confundi videas. ſic in Epigr. apud Pithoeum Lib. I. pag. 39. cum circumferatur vulgo inepte:

Intulit aeternum quo Cleopatra virum.

optime Heinſius emendabat *externum virum*, & Anto-

EP. LXXXVII. *In eumdem.*

Ultima cingebat Tibris tua, Romule, regna.
Hic tibi finis erat, religioſe Numa.
Et tua, Dive, tuum ſacrata potentia coelo
Extremum citra conſtitit Oceanum.
At nunc Oceanus geminos interluit orbes.
Pars eſt imperii, terminus ante fuit.

EP. LXXXVIII. *In eumdem.*

Mars pater, & noſtrae gentis tutela, Quirine,
Et magno poſitus Caeſar uterque polo:
Cernitis ignotos Latia ſub lege Britannos.
Sol citra noſtrum flectitur imperium.
Ultima ceſſerunt adaperto clauſtra profundo.
Et jam Romano cingimur Oceano.

EP.

tonium intelligebat. Manilius Lib. V. 473.

Externis tamen aptus erit nunc voce Poëtis.

ubi *Heſternis* in vetuſtiſſimo codice Suſiano, ſed idem Heinſius praefert *Aeternis*: nam perperam *Exterius* legebat Marcilius ad Horat. p. 141. Struchtmeyer. Animadv. Critic. cap. 8. p. 42. in pentametro corrigit *noſtro quae procul orbe jaces.* ut Britanniam alloquatur. ſed alteram lectionem ultimus Epigrammatis verſus requirit.

v. 4. *Communis noſtis, & tibi*] *Et ſibi* Heinſius.

EP. LXXXVII. 2. *Hic tibi finis erat*] *Erit* Cod. Voſſ. & ſchedae Scalig. male. innuit totius imperii Romani limites ſolo Tibride olim tantum circumſcriptos. nam *Romae fines tenebantur antea uſque ad primam ripam Tiberis*, ut ait Serv. ad Virg. XI. Aen. v. 598. Caſaubonus in marg. ed. Pith. remittebat ad Florum, innuens ſine dubio ejus locum ex Lib. I. cap. 9. §. 7. ubi vide notas Camertis.

v. 3. *Et tua, Dive, tuum ſacrata potentia coelo*] *Dibe* Voſſ. *Et tibi Dive, tuo* Heinſius, qui etiam conjecerat, *Et tua, Dive, ſuo ſatiata potentia coelo*, ſed quia poſtea id deleverat. inprobaſſe videtur. certe in notis ad Virg. Aen. VI. v. 793. praetulit *Et tua, Dive, tuo.* & *tuo coelo* intelligebat, unde generis originem ducebat Caeſar. Francius etiam legebat *tuo*, & *tuo coelo* accipiebat ob Venerem, ex qua Divus Julius. quod probo. Camdenus & Delrius *tuum.* ut ediderunt Pith. & Scalig.

v. 6. *Pars eſt imperii*] *Pars certa imperii* Heinſius. Francius verba tranſponenda cenſebat *Imperii pars eſt*, vel legendum, *Qui pars imperii eſt.* Ego nihil temere mutandum arbitror.

EP. LXXXVIII. *Et magno poſitus Caeſar uterque polo*] *magno impoſitus* idem Francius conjiciebat; ſed cum nihil varient codices, & utrumque probum ſit, non opus eſſe exiſtimo. Ovid. III. Faſt. v. 703. de J. Caeſare:

Ille quidem coelo poſitus Jovis atria ſervat,
Et tenet in magno templa dicata Foro.

Seneca Herc. Oet. v. 1433.

Et inter aſtra poſitus evaſi genus
Mortale tandem.

idem Naſo Lib. II. Am. 16. 13.

Non ego, ſi medius Polluce & Caſtore ponar,
In coeli ſine te parte fuiſſe velim.

in coelo poni apud Petron. cap. 132. *Hoc de te merui, ut me in coelo poſitum ad inferos traheres.* Juſtinus Lib. V. cap. 4. de Alcibiade: *cui paullo ante omnem humanam opem interdixerant, eum, ſi queant, in coelo poſuiſſe cupiunt.* alterum habes apud Ovid. denuo Lib. II. Met. 507. *& celeri rapto per inania vento Impoſuit coelo.* Lib. IV. v. 613. *impoſitus jam coelo eſt alter.* & Lib. XIV. v. 811. de Romulo: *& ablatum terris imponere coelo.* & ita apud alios, quorum loca cumulare nihil adtinet.

v. 5. *Ultima ceſſerunt adaperto clauſtra profundo*] Novum Epigramma hic inchoat editio Scaligeri, & cum ſequenti jungit. pro *adoperto*, ut Pithoeus edidit correxi cum Heinſio, *adaperto.* nam *adoperto* eſt tecto, ſtrato. ut *operire claſſibus aequor, mare velis opertum*, & ſim. de quibus egregie Heinſius Lib. II. Adverſ. cap. 16. id quod ab hoc loco prorſus alienum eſt. ſic apud Tacit. de morib. Germ. cap. 2. *immenſus ultra, utque ſic dixerim, adverſus Oceanus.* ubi Interpretes legunt *averſus.* ſed in notis ineditis Heinſius emendat *inapertus.* ubi pluribus locutio-

Digitized by Google

EP. LXXXIX. *In eumdem.*

Opponis fruſtra rapidum Germania Rhenum.
 Eufrates prodeſt nil tibi, Parthe fugax.
Oceanus jam terga dedit: nec pervius ulli
 Caeſareos faſces, imperiumque tulit.

EP. XC. *In eumdem.*

Illa procul noſtro ſemota excluſaque coelo,
 Adluitur noſtra victa Britannis aqua.

EP. XCI. *In eumdem.*

Semota, & vaſto disjuncta Britannia ponto,
 Cinctaque inacceſſis horrida litoribus:
Quam pater invictis Nereus vallaverat undis:
 Quam fallax aeſtu circuit Oceanus:
Brumalem ſortita polum, qua frigida ſemper
 Praefulget ſtellis Arctos inocciduis.

Con-

tionem *aperire mare, Oceanum*, illuſtrat. ſic *aperire terras* eſt regiones antea ignotas & intactas primus intrare. vide Patrui mei notas ad illud Lucani Lib. I. 465. *& apertum gentibus orbem.* quod de Britannia quoque exponit. pari modo aliis in locis non raro peccaverunt librarii. ſupra in Epitaphiis Pompejorum Ep. 29. *Filius Hiſpana eſt vix adopertus humo.* ubi perperam in Voſſiano *adapertus.* ſic variant MSS. apud Stat. IV. Th. 566. & alios. vide notas Patrui mei ad Sueton. Aug. cap. 53. & ad Marcelli. de Medic. v. 44.

v. 6. *Et jam Romano cingitur Oceano*] ita Scalig. & Pith. ſed recte *cingimur* Heinſius, quomodo legebat etiam Delrius. idque praetuli propter primum & quartum verſum. perperam *tingitur* in aliis. ut notatum in margine apud Camdenum. *clauditur* pro varia lectione ad oram editionis Scaligeranae viri docti manus adſcripſerat. praeterea Heinſius, *En jam Romano.*

EP. XC. *excluſaque coelo*] *mundo* conjiciebat Cl. Schraderus. ut in illo Virgilii Ecl. I. 67. *toto diviſos orbe Britannos.* haec autem vocabula inter ſe confundi praeter alios obſervat Gronov. ad Stat. XI. Th. 131.

Ibid. *Victa Britannis*] *Britannos* Voſſii Cod. & ſchedae Scaligeri, ſed qui in marg. correxit *Britannis.* ut Graecis Βρεττανίς:

EP. XCI. *Semota, & vaſto disjuncta Britannia ponto*] Sic utique legendum, ut recte Pithoeus, Camdenus, ac Delrius exbibuerunt. nam perperam in Voſſiano & ſchedis Scaligeri, *Semoto & vaſto*, licet ita in editione ſua vir ſummus dederit. ſic paullo ante, *noſtro ſemota excluſaque coelo.* videtur hic verſus adumbratus eſſe ex illo Lucretii Lib. I. 59. de Deorum Natura:

Semota a noſtris rebus ſejunctaque longe.

facit huc Virgilii locus Lib. VII. Aen. v. 225.

——— *& ſi quem tellus extrema refuſo*
Submovet Oceano, & ſi quem extenta plagarum
Quatuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.

ubi Servius: *tellus extrema. ut eſt Britanniae, & omnium inſularum Oceani.* Seneca Medea v. 232.

——— *quique trans pontum quoque*
Semota Lynceus lumine immiſſo videt.

ut emendabat Heinſius. in editis *Summota.* Lucan. Lib. V. 71. *quantum ſemotus Eoo Cardine.* ubi in aliis *ſubmotus.* quod tres vetuſti apud me codices firmant. ſed vide illic Patrui mei notas.

v. 2. *Cinctaque inacceſſis horrida litoribus*] Ita editum a Pithoeo, Scaligero, Camdeno, Delrio. ſed ex codice Voſſiano & ſchedis Scaligeri legendum *Cunctaque*, ut etiam conjecerat Francius, licet ipſe Scaliger in ſchedarum margine emendaverit *Cinctaque.* ex veſtigiis Voſſiani libri Heinſius legebat *Undique.* quod non diſplicet. ceteroquin poſſis etiam, *Totaque*, niſi id longius abeat.

v. 3. *Invictis Nereus vallaverat*] *Junctis* vitioſe dedit Delrius. *velaverat* etiam male exaratum in Voſſiano & Scaligeranis ſchedis. Silius Italicus Lib. IX. v. 238.

Sed qua ſe fluctus retro labentibus undis
Eripit, & nullo cuneos munimine vallat.

& ſic apud Ovidium, Valer. Flaccum, Statium, Senecam, aliosque id verbum haud uno loco occurrit.

v. 5. *Brumalem ſortita polum*] *plagam* Delrius ac Camdenus. ceteri in vulgatam conſpirant. altero

Digitized by Google

Conſpectu devicta tuo, Germanice Caeſar,
  Subdidit inſueto colla premenda jugo.
Adſpice, confundit populos inpervia Tellus.
  Conjunctum eſt, quod adhuc orbis, & orbis erat.

ro verſu operarum vitio in utraque ed. Pithoei *Arctos in occiduis. Triones inoccidui* Claudiano Gigant. v. 11. exprimit illud Virg. 1. G. 246. *Arctos Oceani metuentes aequore tingui*: vid. ad Lotich. Lib. 1. El. 8. 25.

v. 7. *Conſpectu devicta tuo, Germanice Caeſar*] ab hoc verſu male novum Epigramma inchoavit Pithoeus, ſed recte praecedenti adnectit Scaliger & Camdenus; & omnino haec jungenda eſſe cenſebat etiam Cl. Dorvillius. *Defictа* in Voſſiano cum reperiſſet Heinſius, quomodo & ego in ſchedis Scaligeri, emendabat inde, *defixa*. ideſt ita adtonita, ut ſe movere non potuerit, aut vires experiri. ſed vulgatam loco non movendam opinor, quum multo efficacius ſit ad celeritatem indicandam, Britanniam ſtatim ad conſpectum Claudii ſubactam eſſe, quam ut eo viſo tantum obſtupuiſſe ſeu defixam fuiſſe dicat. ut de Pontico J. Caeſaris triumpho notum eſt illud *veni, vidi, vici*, apud Suet. Caeſ. cap. 38. vid. Claver. & Barth. ad Claudian. Bell. Gildon. v. 12. dein Scaliger, ita ut in ſchedis deſcripſerat, edidit *Germania, Caeſar*. ſed cum Suetonius teſtetur, Britannicam hanc expeditionem Claudii fuiſſe unicam, quam ſuſceperit, & haec carmina eam celebrent, Germaniae neutiquam locus hic dari poteſt. Delrius egregie ſibi rem egiſſe videtur, nodum ſecans non ſolvens, quum ejecta *Germania* nullius codicis auctoritate ſubſtituat *Britannia*, quam emendationem ſuam adſtruit prolixius in Comment. ad Octaviam pag. 522. primamque ſyllabam, ne quis eam repugnare objiceret, communem eſſe contendit. Camdenus addita copula & vocibus tranſpoſitis edidit: *Conſpectuque tuo devicta Britannia, Caeſar*. ſed in his non tantum nobis licere credimus. Quapropter certiſſimam amplector Gronovii emendationem, qui ad eumdem Senecae locum Octav. v. 43. corrigit, *Germanice Caeſar*. & ita Tollius, ut jam edidit Pithoeus. *Germanici* enim cognomen Druſo poſt mortem, poſteriſque ejus, adeoque & Claudio Druſi filio, decreviſſe Senatum, Claudiumque, fratre majore in familiam Juliam adoptato, *Germanici* cognomen mox adſumſiſſe, teſtis eſt Sueton. in Claud. cap. 1. & 2. vid. Ryckii notas ad Tacit. Lib. 1. Ann. cap. 31. 5. adeo ut Delrianum commentum, quo ille ſomniat Claudium *Germanici* titulo in nummis & lapidibus propter leviculas victorias a legatis ejus partas inſigniri, jure explodi mereatur, & a Gronovio recte refutatum ſit. ſed & eamdem emendationem in mentem quoque veniſſe video Cl. Cannegietero ad Avieni Fab. XXVIII. Ceterum de hoc Claudii cognomine ad Boiſſardi Tom. VI. Antiq. pag. 26. lectorem remittebat Broukhuſius.

v. 9. *Adſpice, confundit populos inpervia Tellus.*] Quomodo *inpervia*, quum jam arma Romana eo penetraverant, & devictam Britanniam Imperio Romano nunc adjecerat Claudius? Optime igitur Francius emendabat, *jam pervia Tellus*. quae conjectura adjuvatur nonnihil a codice Voſſiano, in quo legitur,

Adſpice, confundat populos ut pervia Tellus.

quod vulgata longe elegantius. *confundat* etiam melius ſchedae Scaligeri, licet in margine *confundit*. ſic enim paſſim in hac locutione. Virgil. Eclog. IV. 52.

Adſpice, venturo laetentur ut omnia ſeclo.

Ovid. Epiſt. VII. v. 42.

Adſpice, ut everſas concitet Eurus aquas.

Propert. Lib. 1. El. 2. 9.

Adſpice, quot ſubmittat humus formoſa colores.

ubi male *ſubmittit* in ſecundo Leidenſi, & primo Dorvilliano. idem Ovid Lib. 1. Amor. El. 6. 18.

Adſpice, &, ut videas, inmitia clauſtra relaxa,
  Uda ſit ut lacrimis janua facta meis.

& Lib III. El. IX. v. 9.

Adſpice, demiſſis ut eat miſerabilis alis.

ſic in Epigrammate de menſe Januario apud Pith. Lib. IV. pag. 174. *en adſpice ut aris Tura micent*. & centies alibi. quamquam utroque modo etiam occurrere apud alios non negem. vid. Patrui mei notas ad Virgil. Ecl. II. v. 66. Sed nec *Tellus*, licet ea lectio ex initio Epigr. 84. defendi poſſit, hic probabatur Heinſio, qui tentabat *Tethys*. quod verum puto, modo *pervia* legatur. ſic ſupra Ep. 89.

Oceanus jam terga dedit, nec pervius ulli,
  Caeſareos faſces, imperiumque tulit.

neque diſplicet altera ejusdem emendatio, qua pro *Tellus* ſubſtituebat *Thule*. ut figurata locutione *Thulen inperviam* vocet Britanniam antea inacceſſam & ultimo orbe remotam. unde *ultima Thule* paſſim apud poëtas. vid. Virg. 1. G. 29. Statium v. Silv. 1. 92. Senec. in Med. 379. ubi vide Delrium. hinc ſaepe cum Britannia conjungitur. Rutilius Lib. 1. Itiner. v. 499.

Conſcius Oceanus virtutum, conſcia Thule,
  Et quicumque ferox arva Britannus arat.

Venant. Fortun. Lib. III. de vita Martin. v. 496.

Quaſque Britannus habet terras, quaſque ultima Thule.

Ep. xcii. *In Othonem Imp.*

Cur Otho mentito ſit, quaeritis, exul honore?
Uxoris moechus coeperat eſſe ſuae.

Ep. xciii. *Veſpaſiano & Tito.*

I nunc, & rebus fidas, Romane, ſecundis,
Cuncta brevi cum ſint interitura die.

Or-

licet Thule a Britannia diverſa ſit. vide Pomp. Melam Lib. III. cap. 6. §. 35. ubi de hac ipſa Claudii expeditione, *Britanniam tam diu clauſam aperit ecce principum maximus, nec indomitarum modo ante ſe, verum ignotarum quoque gentium victor* &c. & de Thule §. 90. agit. ubi vid. Iſ. Voſſ. & Cambdenum in Britann. p. 635. Varias autem Geographorum ſuper inſula Thule opiniones retulit Joh. Iſ. Pontanus in Hiſt. Danica pag. 741-755. quas diſcutere, aut incertas vel ridiculas aliorum conjecturas refellere non hujus loci eſt. ut eamdem cum *Tylo* in mari rubro putat Scheffer. Lib. I. de Re Naval. cap. 5. Iſlandiam facit Interpres Delphinicus Boëthii ad Lib. III. Conſ. Phil. metr. 5. quem ob id merito caſtigabat in Commentario ſuo apud me inedito Gul. Vlamingius. omnium maxime nugatur Wilh. Heda in Hiſt. Ultraj. pag. 31. qui urbem Tielam eſſe ſcribit.

v. 10. *Conjunctum eſt quod adhuc orbis, & orbis erat*] Quamquam ita ab omnibus conſtanter editum videam, corruptum tamen videri poſſit, neque etiam Heinſio ſatisfeciſſe adparet, quia corrigebat: *quod non orbis, & orbis erat.* vel potius, *quod & haud orbis, & orbis erat.* ut verſu ultimo Epigram. 84. habuimus, ut editur vulgo;

Qui finis mundo eſt, non erat imperio.

ut ſenſus ſit, quod haud orbis erat, quia ultimus terrae & inacceſſus putabatur angulus, tamen in orbe erat. Sed quia addit *Conjunctum eſt*, aliud quid ab altero diverſum ſignificari videtur. Quare minima mutatione legendum forte,

Conjunctum eſt quod adhuc orbis, & urbis erat.

ideſt, id quod antea aeternae urbis, Romae ſcilicet, & orbis terrarum fuerat, ac proinde ſeparatum ac diverſum, jam in unum conjunctum eſt. ita de Romani imperii magnitudine Ovidius Lib. II. Faſtor. v. 684.

Gentibus eſt aliis tellus data limite certo,
Romanae ſpatium eſt urbis, & orbis idem.

Rutilius Lib. I. v. 66. de Roma:

Urbem feciſti, quod prius orbis erat.

ita enim rectius illic quam *urbis.* & ſic ſaepe haec jungunt alii. Corippus Lib. I. pag. 14.

Cum lacrimis Juſtinus ait: Lux urbis & orbis,
Juſtiniane pater, dilectam deſeris aulam?

& Lib. III. pag. 37. Juſtinus vocatur, *ſpes urbis & orbis, Romani jubar imperii.* ſupra Epigr. IX. de Julio Caeſare, *fueram pater urbis & orbis.* hinc Roma *urbs caput orbis* ſaepe. de quo vide Caſtal. ad Rutil. Lib. I. Itin. 194. ubi Venantii loco ab eo producto adde alterum ex eodem Poëta Lib. III. 7. 20.

Quos fidei turres urbs caput orbis habet.

& ſic *orbis* pro imperii Romani limite paſſim. vid. G. Fabric. ad Virg. Ecl. I. v. 66. Si quis tamen vulgatae potius acquieſcendum exiſtimet, ita capiat; duos quaſi orbes, imperium ſcilicet Romanum, & alterum illum, ut putabant, remotum & nondum patefactum, quod de Britannia ſibi perſuaſerunt, antea per intermedium Oceanum diſtinctos jam in unum coaluiſſe. nam ita dixerat Ep. 87.

At nunc Oceanus geminos interluit orbes,
Pars eſt imperii, terminus ante fuit.

Ep. xcii. *In Othonem*] apud Sueton. cap. 3. & habet Scaliger in Catal. Lib. I. p. 219.

v. 1. *mentito honore*] in Codice Suetonii Voſſiano pro *mentito* Patruus meus invenit *merito*, unde quis novandi cupidus forte cum hiatu *immerito honore* ſubſtituere poſſet. ſed bene *mentito honore*, quia per ſpeciem legationis urbe ſubmotus fuit propter libidinis infamiam. Suetonii verba ſunt: *Quare diducto matrimonio ſepoſitus eſt per cauſſam legationis in Luſitaniam. Id ſatis viſum, ne poena acrior mimum omnem divulgaret, qui tamen ſic quoque hoc diſticho enotuit: Cur Otho mentito &c.* ubi cum in Cod. Perizoniano, *mimum hominem*, in tribus Venetis edd. *in unum hominem*, legatur, inde forte corrigere liceret, *ne poena acrior mimum in homines divulgaret*, quamquam nihil adfirmem. *mentitus honor* eleganter pro ficto, falſo ac ſpecioſo. ut apud Valer. Flac. Lib. III. 681.

Vox mihi mentitas tulerit Parnaſia ſortes.

Dictys Cretenſis Lib. I. cap. 20. *locutis ementito argumento fidem fecerat.* Plinius Lib. VI. Epiſt. 20. *nec defuerunt, qui fictis mentitisque terroribus vera pericula augerent.* ubi vide Cellarii notas. ſic *mentita ſagacitas* in Panegyr. cap. 81. adeundus Voſſius Lib. IV. de Analog. c. 40. & Barth. ad Gratii Cyneg v. 91. & ſic *mentiri*, pro ficta ſpecie aliquid referre. vide notas ad Sil. Italic. Lib. II. v. 637.

Ep. xciii. *Veſpaſiano & Tito.*] Inter Epitaphia Romana legitur apud Chytraeum in Deliciis varior. per Europ. Itiner. p. 22. an vetuſtum ſit, dubito.

Ep.

Digitized by Google

Orbis delicias, & Titum, & Veſpaſianum,
Terrarum dominos haec capit urna duos.

EP. XCIV. M. VAL. MARTIALIS *de Domitiano Imp.*

Flavia gens, quantum tibi tertius abſtulit heres!
Paene fuit tanti, non habuiſſe duos.

EP. XCV. *Imp. Nervae Trajano D. Nervae F. Dacico Germanico C. Julius Lacer.*

Templum in rupe Tagi Superis & Caeſare plenum,
Ars ubi materia vincitur ipſa ſua;

Quis,

EP. XCIV. M. VAL. MARTIALIS &c.] Fragmentum hoc Epigrammatis in Domitianum ſub Martialis nomine edidit Pithoeus Lib. II. pag. 63. & in fine libri Spectaculorum dedit in ſua editione Scriverius, cujus notas vide pag. 28. ex quibus patebit, id promanaſſe ab antiquo Juvenalis Interprete ad Sat. IV. 38. qui diſtichon hoc Martiali adſcribit. locum ipſum cum exhibuerit ibidem, eum hic non ſubjungam: tantum addam, corrupta ejus verba non ſatis feliciter, ut mihi quidem videtur, ſanaſſe Scriverium: Ea ecce, ut in Pithoei leguntur editione: *Meminit hoc Valerius Martialis in Epigrammate. bis * vero finit.* quae ita emacuiat Scriverius. *Valerius Martialis* III. *Epigramma enim vero ſic finit.* idem paullo aliter in MSS. ad marginem Scholiaſtae Juvenalis, *Martialis in Epigrammate bis verbis ſub finem.* ſed mendoſae ſcripturae veſtigiis propius inhaeret, *Valerius Martialis in Epigrammate, bis verſibus.* ut Pithoeus in notulis ad Comment. Juven. p. 209. poſſis etiam, *quod bis verſibus finit.* Heinſius, *bis verſibus ibi finit.* unde praeterea diſcimus poſtremum eſſe diſtichon Epigrammatis, cujus cetera, quae praeceſſerant, temporis injuria conſumſit. Sed quod Martiali adtribuat hoc diſtichon Scholiaſtes, id non novum aut mirandum eſt, quippe cum paſſim veteres illi Gloſſographi, & ſaepius librarii, in quaecumque incertorum incidebant Epigrammata, Martialis nomen illis liberali manu praefixerint, ſi vel argumentum vel aetas id admittere videbatur. Id in antiquis Catalectorum Codicibus haud raro invenire eſt, nec pauca ſimilia in hac Epigrammatum Collectione ſe nobis offerent.

EP. XCV. *Imp. Nervae Trajano* &c.] Inſcriptio pontis ſupra Tagum eſt in Luſitania: quod opus ſtipe collata fecerunt Turdetani, Meidubricenſes, Lancinenſes, Colarni, Oppidani, Aravi, Trancudani, Praeſures, imperante Trajano. G. FABRICIUS. Edidit Apianus pag. 4. Smetius Inſcript. Antiq. Fol. IV. Gruterus pag. CLXII. Fabricius Antiq. Monum. pag. 162. Ferret. Muſ. Lap. Lib. II. p. 130. & Pithoeus Lib. I. Epigr. Vet. pag. 7. Eſt vero inſcriptio templi & pontis mirandae antiquitatis in oppido Alcantara in Hiſpaniis ſupra Tagum, Imp. Nervae Trajano ſacrati. titulus carminis apud Smetium & Gruterum talis eſt, IMP. NERVAE TRAJANO CAESARI AUGUSTO GERMANICO DACICO SACRUM, & ſubſcriptio in fine Epigrammatis: C. JULIUS LACER H. S. F. ET DEDICAVIT AMICO CURIO LACONE ICAEDITANO. de qua inſcriptione vide Andr. Reſendium in Epiſt. ad Ambroſ. Moralem p. 238. & ſeqq. poſt Reſendii Poëmata Coloniae edita. In veteri Codice Caroli Moroni, ab Heinſio collato, inſcriptio legitur, IMP. CAES. T. AELI HADRIANI AN. in meo Codice MSS. Inſcriptionum, in cujus initio & fine nonnullae manu Cyriaci Anconitani ſcriptae habentur, hoc Epigramma quoque exſtabat, praefixo titulo, IMP. CAES. DIVI NERVAE F. TRAJANO DACICO GERMANICO SACR. addita ſubſcriptione: IMP. CAES. DIVI NERVAE F. TRAJANO DACICO GERMANICO PONT. MAX. TRIB. POT. V. COS. P. P. D. D. & ſic ex Schedis Cyriaci etiam dedit Murator. T. I. Theſ. Inſcr. pag. CDL. I. quem tamen ex veris & autographis Cyriaci chartis habuiſſe recte dubitat Leichius in Miſcell. Lipſ. Nov. Vol. I. pag. 450. & 451. ubi plura huc facientia. Habui etiam Schedion a Celeb. Dorvillio, in quo inſcriptio illa, quae apud Gruterum ac Smetium proxime ſequitur, huic Epigrammati praefigebatur: & quoniam in Municipiis provinciae Luſitanae, quae in illa recenſentur, diverſa lectio eſt apud Gudium pag. LXXXIX. 2. tum quia a Reineſio in Claſſ. II. Inſ. 93. truncata & primis tantum quatuor verſibus edita eſt, viſum fuit operae pretium eam hic exhibere, ita ut in ſchedio legebatur. erat autem deſcriptum, ut in fronte ha-

Quis, quali dederit voto, fortaſſe requiret
  Cura viatorum, quos nova fama juvat.
Ingentem vaſta pontem qui mole peregit,
  Sacra litaturo fecit honore Lacer.
Pontem perpetui manſurum in ſecula mundi
  Fecit divina nobilis arte Lacer.
Qui pontem fecit Lacer, & nova templa dicavit.
  Scilicet & Superis munera ſola litant.
Idem Romuleis templum cum Caeſare divis
  Conſtituit felix: utraque cauſſa ſacri.

bebatur, a Doctore Ruderico Caro, Baetico, olim apud Hiſpalos Eccleſiaſtico teſtamentorum Cenſore:

Ex utraque parte arcus de la puente de Alcantara.

IMP. CAESARI DIVI NERVAE F. NERVAE TRAJANO AUG. GERM. DACICO PONTIF. MAX. TRIB. POTES. VIII. IMP. VI. COS. V. P. P.

Sub arcu tabula eſt ex uno latere.

MUNICIPIA
PROVINCIAE
LUCITANIAE STIPE
CONLATA QUAE OPUS
PONTIS PERFECERUNT
ICAEDITANI
LANCINENSES OPPIDANI
INTERANIENSES
COLARNI
LANCINENSES TRANS
ARAVI
MEIDUBRIGENSES CUDANI
ARABRIGENSES
BANIENSES PAESURES.

erant quatuor ſimiles; ſed aliarum trium ſolae vacuae ſedes apparebant. ſupra limen ſuperius aedis D. Juliani in principio pontis: IMP. NERVAE TRAJANO CAESARI AUGUSTO GERMANICO DACICO SACRUM. *Templum ſub rupe Tagi Superis* &c. & in margine *in* pro varia lectione. in reliquis nihil variabat ipſum Epigramma ab edito, niſi quod diſtichon quintum praeponebatur quarto, ut apud Smetium, Gruterum, & in Moroni Codice, atque in Inſcriptionibus MSS. Cyriaci Anconitani. ſubſcriptio autem eadem, quam ſupra ex illis dedi. male autem Triſtanus Tom. I. Comment. p. 397. tertium quartumque hujus Epigrammatis diſtichon tantum adferens, refert ad Trajani pontem in Danubio factum, & erroris arguit Procopium, qui opus illud Apollodoro Damaſceno tribuit: quum ex his verſibus colligat Julium Lacerum iſtius architectum fuiſſe; quem recte refutat Fabrettus ad Column. Trajan. p. 100. ubi integrum hoc Epigramma adfert, & de alio ponte ad Tagum duobus annis poſt Danubianum exſtructo ex ſtipe collata Municipiorum Luſitaniae exponit. Ceterum licet ab omnibus Epigramma hoc ita edatur, Scriverii tamen ſententiam parum abeſt, quin amplectar, cui videbantur duo Epigrammata perperam conjuncta, & alterius initium faciendum a verſu ſeptimo: *Pontem perpetui* &c. quem enim non offendat in tribus diſtichis continuo repeti *pontem* inconcinne prorſus? diverſos diverſorum luſus eſſe in hunc pontem, ſed per deſcriptorum negligentiam in unum coaluiſſe putat Fleetwood in Inſcript. pag. 79. ſane hic nonnihil turbatum fuiſſe patet, quod apud Aplanum tertium quartumque diſtichon deſiderentur. quintum vero apud Gruterum, Ferretium, aliosque praemittatur quarto.

v. 1. *Superis & Caeſare plenum*] vide Barth. ad Calpurn. Ecl. I. v. 89. & adde Lucan. Lib. IX. v. 564. *Ille Deo plenus, tacita quem mente gerebat.* ſecundo verſu *vincere* poſitum, ut apud Martialem Lib. I. Ep. 71.

Quae Rhodium moles vincere gaudet opus.

v. 3. *Quis quali dederit*] *quale* V. C. Moroni.

v. 4. *quos nova fama juvat*] lege cum Patruo meo, *quos nova fana juvant.* id ipſa res poſtulat. nam inſcriptio haec poſita eſt in limine ſacelli D. Juliano dedicati, quod in ingreſſu pontis hujus exſtabat, quem Julius Lacer exſtruxit.

v. 5. *pontem qui mole peregit*] *quod* Smet. & Gruter. *rupe* in Inſcr. MSS. Cyriaci, Murator. & v. c. Moron. in quo *Later* etiam in ſeqq. pro *Lacer*.

v. 10. *Scilicet & Superis munera ſola litant*] Vetus lapis haec tantum habuit *heic ſe ſolu. . . . . vota litant.* Caetera ab Antonio Nebriſſenſi ſuppleta Ambroſius Moralis teſtatus eſt. PITHOEUS. apud Smetium & Gruterum habetur *illic ſe ſolu . . . . . . vota litant.* ineptiſſime Ferretius,

——— templa dicavit,
Dicavit illic ſe ſola vota litant.

Fabricius cum Pithoeo conſentit: & ita, ut illi ediderunt, fuiſſe puto in Moroni codice, quia ex eo nullam lectionis differentiam adnotaverat Heinſius, qui conjiciebat; *Scilicet is Superis munera ſola litat.*

Ep. xcvi. *Hadriani morientis.*

Animula, vagula, blandula,
Hoſpes, comeſque corporis,
Quae nunc abibis in loca,
Pallidula, rigidula, nudula.
Nec, ut ſoles, dabis jocos.

Ep. xcvii. *Julii Flori.*

Ego nolo Caeſar eſſe:
Ambulare per Britannos:
Scythicas pati pruinas.

Ep. xcvi. *Hadriani morientis.*] Apud Pithoeum Lib. iv. p. 184. leguntur ex Spartiano in Hadrian. c. 25. ubi Salmaſius eos Graecis dimetris vertit, & merito Spartianum reprehendit, cui hi Hadriani verſus parum elegantes videbantur. hoc etiam, & nonnulla ſequentia Graece vertit Iſ. Caſaubonus, quae legi poſſunt inter ejus Carmina Graeca & Latina uno faſce collecta ab Almelovenio in fronte Epiſtolarum Caſauboni. verſu quarto apud Spartian. vulgo editur, *Pallidula, rigida.* ſed *rigidula* in ed. Aldina Hiſt. Aug. & Catalectis Pithoei.

Ep. xcvii. *Julii Flori.*] Unde ſit ignoro. apud Ael. Spartianum tantum Florus nominatur. Carlſius Lib. i. pag. 38. 99. & 113. laudat Annaeum Florum ad Divum Hadrianum, *Poëmatis tuis delector.* Scriverius. apud Pithoeum Lib. ii. p. 79. & Scalig. p. 219. ex Spartian. Hadr. cap. 16.

v. 2. *Ambulare per Britannos*] recte Caſaubonum de metro ſollicitum & per ſyncopen *amblare* reponentem refutat Salmaſius, licet id exemplo ſequioris aevi poetarum poſſit firmari. vid. Daumium ad Bernard. Geyſtenſis Palponiſtam Lib. ii. v. 280. Scaliger in notatis MSS. legebat *amulare*, ut *comuro, comburo. ambire* & *amire. ambactus* & *amactus* & ſim. Aliter Barthius Lib. xxxii. Adverſ. cap. 12. & Lib. xlix. cap. 9. qui primam in τῷ *Ambulare* ſyllabam ad praecedentem verſiculum revocandam cenſet hoc modo,

Ego nolo Caeſar eſſe, Am-
bulare per Britannos,

quod in Comicis & Lyricis, Horatio praeſertim, inveniri haud raro. nemo neſcit, ſed hic alienum & intempeſtivum puto. nec magis ipſi adſentior, ex veteribus, ut adfirmat, editionibus reſtituenti, *Equitare per Britannos. ambulare* enim hic non adeo frigidum aut iners verbum eſt, ut ei videbatur, quaſi id tantum proprium eſſet illis, qui otioſi ac lenti in porticibus ſpatiantur. an igitur inertiori ſenſu de inſano illo Xerxis exercitu dixit Cicero Lib. ii. de Fin. cap. 34. *Cum Xerxes tantis claſſibus, tantisque equeſtribus & pedeſtribus copiis, Helleſponto juncto, Athoque perfoſſo, maria ambulaviſſet, terram navigaſſet.* & de exercitu Caeſaris Idem Lib. viii. ad Attic. Ep. 14. *eo modo autem ambulat Caeſar, & iis diariis militum celeritatem incitat, ut timeam, ne citius ad Brundiſium, quam opus ſit, acceſſerit.* ſic *vadere* de impetu, & incitato ac violento gradu, apud Juſtin. Lib. xi. c. 12. de Dario: *cum quadringentis millibus peditum obviam vadit Alexandro.* vide Patrui notas ad Phaedrum Lib. iv. fab. 17. 12. ubi refutat recte virum doctum, cui id verbum nimis ſegne, ut hic *ambulare* Barthio, videbatur hac ſignificatione. praeterea optime id convenit principi Hadriano, qui non tantum *equitare*, ſed plurimum *ambulare* ſemper ſolebat, & pedibus plerumque omnes fere provincias regni Romani & peregrinas regiones circumiit, ut nullus fere princeps, teſte Spartiano. cap. 13. tantum terrarum peragraverit; huc reſpici a poëta Floro exiſtimo, & ſic majus acumen habebunt illa, quae regerit Hadrianus in Florum, *ambulare per tabernas*, in quo mollitiem Flori denotari atque objici recte obſervavit Barthius, & ita in varia ſignificatione hujus verbi luſus elegantior eſt.

v. 2. *per Britannos*] nam Hadrianus Imp. Britanniam adiit, & multa ibi correxit, murumque per octoginta millia paſſuum primus duxit, qui Barbaros Romanosque divideret. Aelius Spartianus. Scriver.

v. 3. *Scythicas pati pruinas*] *Scoticas* emendabat Mackend. in Defenſ. Antiq. Reg. Scotiae cap. vi. pag. 99. quia praeceſſit *ambulare per Britannos.* quod licet forte nonnullis blandiri poſſit, mihi tamen hic inoportunum videtur. *Scythicae* enim *pruinae* dicuntur, quales in Scythia eſſe ſolent, ut *frigidior Geticis pruinis* Juvenali Sat. V. v. 50. ubi Scholiaſtes MS. Voſſian. *quia Getae ſunt in Scythia, quae eſt frigidiſſima regio.* ſic *Sithoniam, Gallicam nivem*, & ſim. dicunt poëtae, epitheta deſumentes a locis, quibus res illae propriae ſunt. Lucan. i. v. 18.

Aſtringit Scythico glacialem frigore pontum.

Digitized by Google

EP. XCVIII. *Hadrianus Imp. reſpondet.*

Ego nolo Florus eſſe:
Ambulare per tabernas:
Latitare per popinas:
Culices pati rotundos.

EP. XCIX. *In Commodum Antoninum.*

Commodus Herculeum nomen habere cupit,
Antoninorum non putat eſſe bonum,
Expers humani juris & imperii:
Sperans quin etiam clarius eſſe deum,
Quam ſi ſit princeps nominis egregii,
Non erit iſte deus, nec tamen ullus homo.

EP. C. *In Peſcenn. Nigr. Septim. Sever. & Clod. Albinum.*

Optimus eſt Fuſcus, bonus Afer, peſſimus Albus.

EP. CI. *Item.*

Fundetur ſanguis Albi, Nigrique minantis,
Imperium mundi Poena reget urbe profectus.

EP.

id eſt frigore, quale in Scythia eſſe ſolet. vide illic Patrui mei notas, elegantiam hanc optime illuſtrantes; licet in aliis codicibus ſollemni epithetorum permutatione legatur, *Sythicum glaciali frigore pontum.* quod & in tribus meis habetur MSS. & de ponto Euxino capit Bouhierius ad Petron. de Bell. Civ. v. 200. hinc Araxes, fluvius Armeniae, propter vicinitatem vel communem brumam *Scythicus Araxes* dicitur Claudiano Conſ. Olybr. v. 160. ubi vid. Barth. & *Scythia* generali vocabulo pro terra quacumque barbara, in illo Ciceronis in Piſon. cap. 8. *Quis hoc fecit ulla in Scythia tyrannus, ut eos, quos luctu afficeret, lugere non fineret.*

EP. XCVIII. v. 4. *Culices pati rotundos*] *Cimices* corrigebat Heinſius. & ſic Iſ. Voſſius ad Catullum p. 58. vide notas ad Petron. cap. 98. locus hic tueri poſſet vulgatam Plinii lectionem Lib. IX. cap. 47. ubi memorantur *cauponarum aeſtiva animalia, pernici moleſta ſaltu, & quae capillus maxime celat.* ſed pro *cauponarum* Scaliger in notis ad Propert. Lib. III. 9. 25. ſubſtituebat *conopeorum animalia.* recte ob id refutatus ab Hier. Mercuriali Lib. VI. Var. Lect. 6. qui de culicibus cauponarum, ſeu popinarum, ut h. l. expoſuit.

EP. XCIX. *In Commodum Antoninum.*] Exſtabat hoc Epigramma Graecum, Latine verſum ab Ael. Spartiano. SCRIVER. Edidit hos verſus Pithoeus Lib. IV. p. 184. deſumtos ex Spartiano in Anton. Diadum. cap. VII. ad quem locum totidem Graecis verſibus hoc carmen reddidit Caſaubonus, cujus interpretationem caſtigat non paucis in locis, & aliter Graece vertit Marcilius ad Horatium pag. 152. & ſeq. Ex ſolis autem conſtat pentametris, quod carminum genus licet rarius occurrat, eorum tamen exemplis non deſtituimur. ſic oda graeca in Thetin ex ſolis itidem pentametris habetur apud Heliodor. Lib. III. pag. 129. ed. Bourdel. quem vide in notis p. 62. iſtam vero oden Dan. Heinſius, quo nemo umquam felicius verſus Graecos ad formam veterum conpoſuit, totam aemulatus eſt eodem metro in ſuis Poëm. Graec. pag. 562. Simile carmen legitur apud Martian. Capellam Lib. IX. p. 307. ed. Grot. Thaletis dicta ſeptem pentametris conplexus eſt Auſonius in Sapientibus p. 292. ed. Toll. nec non Epitaphium Ariadnae, licet in multis licentius metro abuſus fuerit auctor, occurrit apud Pith. Lib. III. p. 113.

EP. C. *In Peſcenn. Nigr. Septim. Sever. & Clod. Albinum.*] verſus hi in Peſcenn. Nigrum. Sept. Severum, & Cl. Albinum exſtant e Graecis verſi apud Spartian. in Peſcenn. Nigr. cap. 8. unde eorum explicatio petenda eſt. Graece eos reddidit Caſaubonus.

EP.

EP. CII. *Item.*

Cui dederint Superi nomen habere Pii.

EP. CIII. *Item.*

Bis denis Italum conſcendit navibus aequor,
Si tamen una ratis tranſiliet pelagus.

EP. CIV. *In Alexandrum Severum.*

Te manet imperium coeli terraeque mariſque.

EP. CV. *In eumdem.*

Te manet imperium, quod tenet imperium.

EP. CVI. *In eumdem.*

Pulchrum quod vides eſſe noſtrum regem,
Quem Syrum ſua detulit propago,
Venatus facit, & lepus comeſus,
Ex quo continuum capit leporem.

EP. CVII. *Reſpondet Severus. verſum e Graeco.*

Pulchrum quod putas eſſe veſtrum regem,
Vulgari, miſerande, de fabella:
Si verum putas eſſe, non iraſcor:
Tantum tu comedas velim lepuſclos,
Ut fias, animi malis repulſis,
Pulcher, ne invideas livore mentis.

EP. CVIII. *In Maximinum.*

Et qui ab uno non poteſt occidi, a multis occiditur.
Elephas grandis eſt, & occiditur:

Leo

EP. CIV. *In Alexandrum Severum.*] Ex Lampridii Alex. Sev. cap. 8. ubi Graece vertit Caſaubonus.

EP. CVI. *In eumdem.*] Producit hos verſus Lampridius in Alex. Sev. cap. 38. ex quo patet primum carmen a poëta temporum Alex. Severi Latine factum, ſed Graecis verſibus, qui perierunt, & Latine verſi adferuntur ab auctore illo, reſpondiſſe Imperatorem. ſed claudicant in menſura & ſenſu, ut paſſim iſtius aevi poëtaſtri metri leges neglexerunt. emendatius certe eos profert Caelius Calcagninus Lib. I. Quaeſt. Epiſtolic. 32. apud quem ita leguntur:

Pulchrum quod video ducem eſſe noſtrum,
Quem Syrum ſua protulit propago & ſeqq.

neſcio an ex ingenio vel ex codice aliquo aut editione vetuſta. metro ſaltem reſpondent. ibidem his Epigrammatibus illuſtrat ſuperſtitionem illam veterum, qua credebant ex eſu leporis aliquem per ſeptem dies formoſum eſſe de qua notum eſt Epigramma Martialis Lib. V. Epig. 30. ſed quod apud Lampridium d. l. alio modo legitur ac in vulgatis Martialis codicibus. vide Raderum ad Martial. p. 388. & adde Eryc. Puteanum in Amoenit. Human. Diatr. III. cap. XI. p. 166. & ſeqq. Pincier. Lib. IV. Parerg. 52. & Weitz. ad Horat. p. 92. poſterius Epigramma, quod Caſaubonus Graecis verſibus interpretatus eſt, aliter Graece vertit Marcilius ad Horat. pag. 88. verſu penultimo *animi malis repulſis* illuſtrabunt Patrui mei notae ad Phaedrum Lib. III. fab 8. 15.

EP. CVIII. *In Maximinum*] ex Jul. Capitolini Maximin. cap. 9. ubi Caſaubonus & Salmaſius Graece reddiderunt. primo forte verſu legendum,

En, qui ab uno non poteſt occidi, &c.

EP.

Leo fortis eſt, & occiditur:
Tigris fortis eſt, & occiditur:
Cave multos, ſi ſingulos non times.

Ep. cix. *In Peſcennium Nigrum Imp.*

Terror Egyptiaci Niger adſtat limitis ingens,
 Thebaidos ſocius aurea ſecla volens.
Hunc reges, hunc gentes amant, hunc aurea Roma.
 Hic Antoninis carus & imperio.
Nigrum nomen habet. Nigrum formavimus ipſi,
 Ut conſentirent forma metalla tibi.

Ep. cx. *In Diadumenum.*

Vidimus in ſomnis cives (niſi fallor) & iſtud,
Antoninorum nomen puer ille gerebat,
Qui patre venali genitus, ſed matre pudica:
(Centum nam moechos paſſa eſt, centumque rogavit)

Ipſe

Ep. cix. *In Peſcennium Nigrum Imp.*] Exſtabat hoc Epigramma Graecum Latine ab Aelio Spartiano verſum. Scriver. apud Spartianum in cenn. Nigr. cap. xii. p. 679. & edidit Pithoeus Lib. iv. p. 184.

v. 1. *Egyptiaci Niger adſtat limitis ingens*] Ita correxi cum Heinſio & Salmaſio ad Spartianum. quomodo Joh. Savaronem quoque legiſſe adſcripſerat Scriverius; nec aliter hic emendandum monuit Berneccerus Diatrib. ad Sueton. Aug. cap. xii. pag. 47. & recte. *militis* ediderunt Pithoeus & alii. voces has non raro a librariis commutatas eſſe notarunt Heinſ. ad Claudian. Lib. ii. de Laud. Stilic. v. 186. Drakenb. ad Silium Lib. v. init. & Cl. Oudendorp. ad Lucan. Lib. i. v. 404. ſic apud Juvenalis Interpretem ad Sat. xv. v. 27. cum. Iſ. Voſſio & Scriverio caſtigandum: *cum in Aegypto limitem tenuit*, ubi nunc legas *militem*. licet illud probet Salmaſ. ad Solin. p. 449. ed. Par. porro prima in *Aegyptiacus* hic corripitur. & *gentes* ultima brevi, more ſeculi illius barbari, qualia paſſim in reliquiis ſequiorum poëtarum, quorum carmina naevis his referta: vide Balzac Entretiens pag. 48. & Rualdum in vita Plutarchi pag. 65. Cel. Oudendorpius tamen conjiciebat, *Hunc Rex, hunc gens omnis amant* putabatque plural. *amant* huic vitio forſan dediſſe anſam.

v. 2. *aurea ſecla volens*] *fovens* Scriver.

v. 5. *Nigrum nomen habet* &c.] hoc diſtichon alio & non ſuo loco ab hoc Epigrammate divulſum etiam legitur apud Pith. Lib. ii. pag. 65. ſed ubi *ſacravimus* habetur excuſum rectius, pro *formavimus*, quia *forma* ſubſequitur. ſed male in pentametro, *Ut convenirent forma metalla ſibi*, quod legibus metri repugnat, ſecunda in *convenirent* perperam producta. in ed. Aldina Hiſt. Aug. Script. *Ut conſentiret forma metalle tibi.* cogitabam aliquando, an non hi verſus, in quibus emendandis valde aeſtuant viri eruditi, hunc in modum diſtingui poſſint:

Nigrum nomen habet, & nigra ſacravimus ipſi,
 Ut conſentiret forma, metalla, ſibi.

ſed forſan praeſtiteris, ſi legamus, *Ut conſentiret forma metalla ſibi?* ut *forma metalla* ſit pro metallica, quomodo *turmae hoſtes* pro hoſtiles, & ſim. ita Heinſius ad Claudian. Epith. Honor. v. 88. certe *ſibi* omnino legendum, ut exigit ſenſus, & id libro ſuo etiam adſcripſerat Heinſius. *furva metalla*, i. e. ſurva, conjecerat Scriverius, quod jam occupavit Caſaubonus. idque praeferebat Cel. Oudendorpius, ut retineatur *formavimus*. & probare videtur Caryophilus in Diſſert. de Marm. Antiq. pag. 37. ubi Epigramma hoc illuſtrat, & de Nigro ſive Thebaico marmore, ex quo hoc Peſcennii Nigri ſimulacrum, agit.

Ep. cx. *In Diadumenum*] edidit Pithoeus Lib. iv. p. 185. hos verſus in Diadumenum, qui exſtant apud Capitolin. in Opil. Macrin. cap. 19.

v. 3. *ſed matre pudica*] an emendandum *nec matre pudica?* an hoc per irriſionem dictum eſt? quomodo enim pudica, quae centum moechos paſſa eſt, & centum rogavit. Salmasius.

v. 5.

Ipſe etiam calvus moechus fuit, inde maritus.
En Pius, en Marcus. Verus nam non fuit ille.

EP. CXI. *In Opilium.*

Hiſtrio jam ſenior turpis, gravis, aſper, iniquus,
  Inpius, & felix ſic ſimul eſſe cupit:
Ut nolit Pius eſſe, velit tamen eſſe Beatus:
  Quod natura negat, nec recipit ratio.
Nam Pius & Felix poterat dici, atque videri:
  Cui imperium infelix eſt, erit ille ſibi.

EP.

v. 5. *Ipſe etiam calvus moechus fuit, inde maritus*] Quaſi Nonia Celſa mater Diadumeni ſtupro prius cognita Macrino fuerit, quam in uxorem duceretur. etiam in vita Diadumeni aliquid legitur, unde colligas ſuſpicione adulterii hanc non caruiſſe. Calvum fuiſſe Opellium Macrinum, etiam ex antiquis aliquot nummis poteſt colligi. CASAUBON. Palatinus & excerpta Spartiani legunt *inde maritus.* in excerptis ſupra correctum *ante.* ſed *inde* non moveo ſua ſede. SALMAS.

v. 6. *En Pius, en Marcus; Verus nam non fuit ille*] Arguta concluſio: ludit enim in voce *Verus.* Age, inquit, Antoninus eſto, vel Pius, ſi lubet, vel Marcus: certe Antoninus verus numquam. hoc eſt numquam eris Antoninus vere & ὄντως. ſed ὄνομα tantum. Imperatorem Verum non aliter fere appellant Graeci quam Οὐῆρον ſive Βῆρον: qui tamen Pium non Πίον, ſed Εὐσεβῆ nominant. in hoc quoque verſu quin Ἀληθὴς non Βῆρος poſuerit Graecus poëta, non poteſt eſſe dubium. Exiſtimamus poëtam horum verſuum ſtimulatum ut iſta luderet, cum orationem Diadumeni legeret, quam habuit apud milites, quum illis pro nomine ANTONINI gratias ageret. Nam ibi ſunt haec verba: *Ego elaborabo, ne deſim nomini Antoninorum: ſcio enim me Pii, me Marci, me Veri ſuſcepiſſe nomen, quibus ſatisfacere perdifficile eſt.* CASAUBON. qui Graecam interpretationem ibidem adjecit.

EP. CXI. *In Opilium*] Legitur cum ſequenti apud Pithoeum Lib. IV. p. 184. & 185. ex Capitolino in vita Macrini cap. XI. ubi vide Salmaſ. & Caſaub. ſecundo Epigrammate *tetuliſſent* ſcriptum fuiſſe ἀρχαϊκῶς putat Caſaubonus. & in Palatino Codice legi teſtantur Gruterus & Salmaſius. ſic in Accii & Caecilii verſibus apud Nonium Marc. in *tetulit* p. 178. vide quae notarunt Lambinus & ex penu Voſſii Cl. Haverkamp. ad Lucret. Lib. VI. 672. ejusdem carminis verſu ſecundo *Gabalus* recte a Caſaubono exponitur pro cruce, ſeu homine cruce digno, ut *carcer*, pro eo qui carceri incluſus eſt. perperam enim Salmaſius ad Lamprid. Alex. Sever. cap. I. interpretatur hunc verſum de convitio in *Heliogabalum.* & ſic Scaliger Animadv. ad Euſeb. p. 231. cujus errorem refutat Seldenus Syntagm. II. de Diis Syris cap. I. p. 338. & *Latinum Gabalum* explicat pro nebulone cruce digno, qui prius illud Graecum in Opilium Epigramma ridiculo idiomate Latino donaverat. ſed nec felicius ſane reſpondet Macrinus. primam enim ſyllabam in *Latinus* perperam producit. & ineptum eſt totum Epigramma, eumque non minus riſui fuiſſe habitum, quam poëtam illum, qui de Graeco Latina coactus erat ſcribere, teſtatur Capitolinus. *Gabalum* pro cruce poni patet ex Nonio Marcello pag. 117. vide La Cerdam in Adverſar. Sacr. cap. XL. ubi male etiam, ſecutus Salmaſium, hunc verſum de Heliogabalo explicat. a *Gabalo* etiam, pro furcifero, Heinſius in Epigrammate de Ludimagiſtro negligenti apud Pith. Lib. IV. p. 156. emendabat *Indoctus teneram ſuſcepit Gabalo pubem.* ſed perperam. cum *Cauculo* vel *Calculo* illic legendum pluribus probabimus in notis. ultimo diſticho in Aldina Hiſt. Aug. Script. editione diſtinguitur,

Nil populus noſſet, nil noſſet curia magno,

ſed Pithoeus & alii, *nil noſcet curia, magno Nullus ſcripſiſſet &c. magno mihi* jungit Caſaubonus, & pro Imperatore interpretatur. ſed forte literis tranſpoſitis ſcribendum, *mango Nullus ſcripſiſſet &c. mango* pro inpoſtore, nebulone, deſumta ſignificatione a mangonibus puerorum & ſervorum, quos ut majori pretio venderent, omnia lenociniorum artificia adhibebant. de quibus vid. Mercurial. Lib. II. Var. Lect. cap. I. & Torrent. ad Suet. Dom. c. 7. eadem varietate apud Martial. Lib. X. Ep. 75.

Millia viginti quondam me Galla popoſcit,
  Et fateor, magni non erat illa nimis.

ubi Scriverius exemplari ſuo adſcripſerat, in MSS. legi *magno*, (ut in Thuaneo, Palatino primo, Modiano, & Voſſ. codice eſt) unde ipſe emendabat, *mango non erat illa nimis.* quod tamen in notis editis praeteriit. Papias in Vocabulario: *Mango, onis, ſeductor. qui*

EP. CXII. *Macrinus reſpondet.*

Si talem Grajum retuliſſent fata poëtam,
 Qualis Latinus Gabalus iſte fuit,
Nil populus noſſet, nil noſſet curia, magno
 Nullus ſcripſiſſet carmina taetra mihi.

EP. CXIII. *In Aureolum.*

Dona ſepulcrorum victor poſt multa tyranni
 Praelia, jam felix Claudius Aureolum
Munere proſequitur mortali, & jure ſuperſtes.
 Vivere quem vellet, ſi pateretur amor.
Militis egregii vitam qui jure negavit
 Omnibus indignis, & magis Aureolo,
Ille tamen clemens, qui corporis ultima ſervans,
 Et pontem Aureoli dedicat & tumulum.

EP.

vulgo dicitur manganus. ubi forte legendum, *qui vulgo dicitur manciparius.* ita enim Scholiaſtes Juvenal. ad Sat. XI. 147. *non a mangone petitus.*) *quales vendunt care manciparii.* inde *mangonium* pro fuco, & inpoſtura.

EP. CXIII. *In Aureolum*] Legitur in Trebellii Pollionis XXX Tyrannis cap. X. in Aureolo, ubi Salmaſii & Caſauboni notas vide, ex quibus diſces hoc ab iſtius temporis Grammatico eſſe verſum ex Graeco Epigrammate, quod ibidem exhibet Caſaubonus, deſcriptum ex lapide Mediolanenſi, editumque eſt a Grutero pag. CLXIII. 2. ex quo huc referre libet, ut cum Latinis poſſit conparari, ſed ita ut a Salmaſio emendatum eſt,

Κλαύδιος Αὐρεόλῳ μετὰ δήϊον ἄρεα, Καῖσαρ
 Τὰ κτέρεα, θνητῶν ὡς θέμις, ἐνδίδοται.
Τῷ γὰρ καὶ ζωήν. ἀλλ' οὐκ ἐθέλοντι φιλάνθρωπον
 Πᾶσιν ἐπιῤῥήτοις τοῦ στρατοῦ ἀθλίβιον.
Κεῖνος δ' οἰκτίρμων καὶ σώματος ἐσχατ' ἐπίζων,
 Αὐρεόλου γέφυραν εἴσατο τήν τε τάφον.

quae infeliciter admodum hoc Latino carmine expreſſa ſunt, quod inſeruit etiam Pithoeus Praetermiſſis ad Lib. IV. Epigr. pag. 185. ſed Graecum epigramma longe meliori interpretatione vertit Salmaſius hunc in modum:

Claudius Aureolo poſt Martia praelia, Caeſar,
 Humana ut lex eſt, debita juſta dedit.
Huic vitam & voluit: diris infenſa Tyrannis
 Militis haud potuit mens generoſa pati.
Hinc pius, atque ſuo cineres dignatus honore
 Aureoli pontem condidit & tumulum.

& ſic utrumque dedit Fleetwood in Inſcript. pag. 112. haec autem Salmaſii verſio Graeci carminis veſtigiis propius inſiſtit, totidemque verſibus expreſſa eſt, cum hic poëta totum diſtichon addiderit. Graece etiam reddidit Caſaubonus. Ceterum in vulgatis Hiſtoriae Aug. Scriptorum editionibus aliter legitur & interpungitur hoc Epigramma, & quidem in initio contra metrum,

Donat ſepulcro victor poſt multa tyranni
 Praelia, jam felix Claudius Aureolum:
Munere proſequitur mortali, & jure ſuperſtes
 Vivere &c.

unde Salmaſius *Dono ſepulcrorum* &c. & v. 3. *More proſequitur mortali.* ultima in *Dono* brevi & in *More* producta. ſed quid opus ejusmodi verſificatoribus plura ingerere vitia, quam quae conmiſerunt ipſi. Aldus jam edidit, *Dona ſepulcrorum*, & ita diſtinxit, ut apud Pithoeum legitur. niſi quod v. 5. & 6. *Si pateretur amor Militis egregii*, *vitam* &c. verſu tertio etiam diſtingui poteſt,

Munere proſequitur, mortali & jure ſuperſtes.

ideſt, juſtis funebribus. Caſaubonus ex prava diſtinctione, quae in antiquis editionibus, etiam Aldina, obtinet,

 ——— *& jure ſuperſtes*
Vivere quem vellet.

ſoloeciſmum auctoris ſtatuit, adeoque *ſuperſtem* pro *ſuperſtitem* emendat. ſed recte Salmaſius diſtinxit, *& jure ſuperſtes:* Claudius nempe, qui ſuperſtes

EP. CXIV. *In Conſtantinum Imp.* ABLAVII Cos.

Saturni aurea ſecla quis requirat?
Sunt haec gemmea, ſed Neroniana.

EP. CXV. *Supra portam auream Conſtantinopoli.*

Haec loca Theudoſius decorat poſt fata Tyranni,
Aurea ſecla gerit, qui portam conſtruit auro.

EP. CXVI. *Inſcriptum baſi Obeliſci Conſtantiniani in Circo Maximo Ro.*

Patris opus munuſque *ſuum* tibi, Roma, dicavit
Auguſtus *toto Conſtan*tius orbe recepto:
Et quod nulla tulit tellus, nec viderat aetas,
Condidit, ut claris exae*qu*et dona triumphis.

Hoc

perſtes Aureolo fuit. in reliquis praefert hanc diſtinctionem,

——— *ſi pateretur amor*
Militis egregii.

ut ſenſus ſit, Claudium quidem doluiſſe Aureolum a militibus interfectum, ſed eum vivere tamen numquam optaſſe, quamquam clementem ſe praeſtiterit, quod ſepulturae honorem illius cadaveri impertierit. quae ſic ſatis cum hiſtoria ipſa convenire arbitror.

EP. CXIV. *In Conſtantinum Imp.* ABLAVII Cos.] apud Pithoeum Lib. II. pag. 80. & Scalig. Lib. I. p. 219. Eſt in Conſtantinum Imp. cujus tempora dicit ſimilia eſſe Neronianis, quia uxorem & filium occidit. & ſimul adludit ad gemmam ſive ſmaragdum Neronianam dictam. ut explicat Salmaſ. in Plinian. Exerc. ad Solin. Tom. II. pag. 1105. ed. Pariſ. ſenſum certe aculeati Epigrammatis ita jam expoſuit, qui verſus hos nobis ſervavit, Sidonius Apollinaris Lib. V. Epiſt. 8. *ut mihi non figuratius Conſtantini domum vitamque videatur vel pupugiſſe verſu gemello Conſul Ablavius, vel momordiſſe, diſticho tali clam Palatinis foribus appenſo*; Saturni aurea ſecla quis requirat? Sunt haec gemmea, ſed Neroniana. *quia ſcilicet praedictus Auguſtus iisdem fere temporibus extinxerat conjugem Fauſtam, calore balnei, & filium Criſpum frigore veneni.* ubi vide Savaronem, & Sirmondum, qui ſolum ex veteribus Sidonium horum verſuum Ablavii Conſ. in Conſtantinum meminiſſe notat. vide & Scaliger. Animadv. ad Euſeb. p. 250. Pithoeus & Scaliger ediderunt ABLASII cos. ſed *Ablavius* recte ſcribitur in Sidonii Cod. MS. Bibl. Leidenſ. qui olim P. Danielis fuit. hic enim *Ablavius Aegyptius* cum Annio Baſſo Conſul A. V. C. 1083. A. Chr. 331. occurrit in Almelov. Faſt. Conſ. pag. 109. ubi *Ablabio* in Faſtis Idatianis. ejus inſtinctu Sopatrem Jamblichi aequalem Conſtantini tempore occiſum, ex Eunapio docet Jonſius de Script. Hiſt. Philoſ. Lib. III. c. 12. p. 272. Sic *Ablavius Muraena* Praefectus Praetorii apud Trebell. Poll. in Claud. 15. & *Ablavius Medicus* in Epigr. Graeco Lib. III. Anthol. cap. 15. p. 348. ed. Obſop. quem hiſtoriam Gothorum compoſuiſſe Jornandes tradit. vide Voſſ. III. de Hiſt. Lat. pag. 690. plura de hoc Ablavio Conſule vid. apud Jac. Gothofred. in Proſopogr. Cod. Theodoſ. in initio.

EP. CXV. *Supra portam auream Conſtantinopoli.*] Legitur apud Ferret. in Muſis Lapid. p. 304. Reineſ. in Inſcript. p. 1019. & profert Sirmondus ad Sidonium pag. 121. male *Theodoſius* primo verſu apud Th. Smith. in Notit. Conſtantinop. pag. 121.

EP. CXVI. *Inſcriptum baſi Obeliſci Conſtantiniani*] Celebre hoc monumentum habetur apud Gruterum pag. CLXXXVI. 3. Ferret. in Muſis Lapidar. Lib. II. pag. 132. & Pithoeum Lib. IV. Epigr. vet. p. 148. Deſcribitur hoc carmine Obeliſcus ille Soli dicatus, quem ex Aegypto Alexandriam per Nilum tranſtulit Conſtantinus, ad novam Romam ſeu Byzantium exornandam, quo defuncto filius ejus Conſtantius Aug. unde hic *Patris opus* vocat, molem inmenſam, navi inuſitatae magnitudinis inpoſitam, per mare Tiberimque tranſportari juſſit Romam, & in Circo Maximo collocari. ut prolixe narrat Ammian. Marcellin. Lib. XVII. cap. 4. quo perlecto uberiorem horum verſuum explicationem nemo facile deſiderabit. Ibidem Lindenbrogius in notis ſuis Inſcriptionem hanc totam, ita ut in ipſo legitur Obeliſco, profert; ſed plurimis in locis mutilam, quae a viris doctis dein ſuppleta ſunt, ut oſtendunt literae diverſo charactere excuſae, ut edidit Pithoeus, & Gruterus, quem ſecutus ſum, licet

co-

Hoc decus, ornatum genitor cognominis urbis
Eſſe volens, caeſa Thebis de rupe revellit:
Sed gravior Divum tangebat cura vehendi,
Quod nullo ingenio, niſuque, manuque, moveri
Caucaſeam molem diſcurrens fama moneret.
At dominus mundi Conſtantius, omnia fretus
Cedere virtuti, terris incedere juſſit
Haud partem exiguam montis, pontoque tumenti
Credidit, & placido *vecta eſt velocius* Euro

Li-

eorum lectiones differant, ut mox videbimus. Ferretius porro teſtatur diu hoc monumentum latuiſſe ſub ruinis, donec detectum fuerit an. 1585. & a Pontifice Sixto V. in Lateranam plateam inpoſitum, cujus rei hiſtoriam memorabilem legere operae pretium eſt in Annalibus Trivultinis menſ. April. an. 1718. pag. 60. & ſeqq. Addit autem Ferretius duas Inſcriptiones alias continuiſſe, quas ibidem profert ut antiquas & genuinas. Sed ne hoc fuco ſibi quis inponi patiatur, aut cum hoc carmine illas ut vetuſtas conparandas exiſtimet, praeſertim cum Fleetwodius eas huic Epigrammati praefixerit in ſuis Inſcript. p. 87. & 88. admonendi ſunt rerum iſtarum minus periti, utramque totidem paene verbis ex Ammiano Marcellino conflatam eſſe, quod clarius patebit, ſi cum Marcellini verbis conparemus. Prima ſic ſe habet:

FLAVIUS CONSTANTINUS AUGUSTUS
CHRISTIANAE FIDEI VINDEX ET AS
SERTOR OBELISCUM AB AEGYPTIO
REGE SOLI DICATUM SEDIBUS AVULSUM
SUIS PER NILUM TRANSFERRI JUSSIT
UT NOVAM ROMAM AB SE CONDITAM
EO DECORARET MONUMENTO.

aperte haec deſcripta ſunt ex iſtis Ammiani: *Diſcant qui ignorant, veterem principem tranſlatis aliquibus hunc intactum ideo praeteriiſſe, quod Deo Soli ſpeciali munere dedicatus* &c. *verum Conſtantinus id parvi ducens avulſam hanc molem ſedibus ſuis* &c. *jacere diu perpeſſus eſt, dum tranſlationi pararentur utilia.* & ſic paullo infra in hoc carmine: *rurſus ruſis avulſa metallis.* Alteram hanc Ferretius addidit Inſcriptionem:

FLAVIUS CONSTANTINUS (leg. TIUS) AUGUSTUS
AUGUSTI FILIUS OBELISCUM A PATRE
SUO MOTUM DIUQUE ALEXANDRIAE
JACENTEM TRECENTORUM REMIGUM
IMPOSITUM NAVI ADMIRANDAE VAS
TITATIS PER MARE TIBERIMQ. ROMAM
CONVECTUM IN CIRCO MAXIMO S. P. Q. R. DD.

haec preſſo pede inſiſtit veſtigiis Ammiani, ex quo Inſcriptiones has inpoſtor fabricavit: *Quo convecto per alveum Nili, projectoque Alexandriae, navis amplitudinis antehac inuſitatae aedificata eſt, ſub trecentis remigibus agitanda.* &c. *tandem ſero inpoſitus navi per maria fluentaque Tibridis* &c. *defertur in vicum Alexandri,* &c. *unde per Oſtienſem portam,* &c. *Circo illatus eſt Maximo.* Itaque fictitias has Inſcriptiones arbitror, & a quodam Italo, qui locum hunc Ammiani ante oculos habuit, juſſu forte Sixti V. an. 1587. conpoſitas, ut monumento recens eruto inſciberentur. Noſtrum vero carmen ei inſculptum fuit tempore Conſtantii ipſius, filii Conſtantini in qua ſententia maxime confirmamur, quod Joſeph. Caſtalio in ſuis Variis Lectionibus, Romae ſeptennio poſt editis, pag. 44. ac deinde inſertis Gaudentii Miſcellan. Italic. Erudit. Tom. I. profert hos Epigrammatis verſus a ſe teſte oculato deſcriptos, tunc cum erueretur baſis Obeliſci, & effoſſa e Circo Maximo a Sixto V. Pontifice ante Baſilicam Lateranam ſtatueretur: quos ideo ſuis libris ſe inſerere, & ad poſteros transmittere teſtatur, quia baſis illa contracta deinde in alios uſus ceſſit. Et tamen utriusque illius Inſcriptionis a Ferretio productae nullam facit mentionem, quas poſteritati etiam non invidiſſet Caſtalio, ſi in monumento ipſo extitiſſent.

v. 9. *Moneret*] *monebat* apud Gruter. Ferret. Lindenbrog. & Fleetwood.

v. 10. *dominus mundi Conſtantius*] hunc titulum ambitioſe captaſſe Conſtantium teſtatur Ammianus Marcellin. Lib. XV. cap. I. *a juſtitia ita declinavit intemperanter, ut aeternitatem aliquoties adſereret ipſe, dictando ſcribendoque propria manu orbis totius ſe dominum appellaret.* Jupiter enim ipſe *mundi dominus* veteribus dictus, de quo ſupra ad Epigr. XII. v. 7. de Xerxe.

v. 13. *& placido vecta eſt velocius Euro*] ſic edidit Caſtalio & Pithoeus. & ita in Cod. MS. Scaligeri. ſed apud Gruter. Ferret. & Fleetw. ſuppletur hoc modo: *& placido vexerunt aequora flatu.* melius, ut puto, quia *velocius* vix convenit *placido Euro.* quod epitheton *Euro* etiam non recte datur. paſſim enim *ocior Euro* apud Virg. VIII. Aen. 223. & XII. 733. ſic *volucer Eurus* Lib. I. 321. *volucremque fuga praevertitur Eurum.* Diſtinguendum igitur,

——— *& placido vexerunt aequora flatu*
Litus ad Heſperium, populo mirante, carinam.

v. 14.

Digitized by Google

Litus ad Heſperium, *populo* mirante carinam.
Interea, Romam ta*etro* vaſtante tyranno,
Auguſti jacuit donum, ſtudiumque locandi,
Non faſtu ſpreti, ſed quod non crederet ullus
Tantae molis opus ſuperas conſurgere in auras.

Nunc

v. 14. *Litus ad Heſperium*] *Heſperidum* male apud Ferret.

Ibid. *populo mirante carinam*] ita Caſtal. Pith. & Cod. Scalig *Tiberi mirante carinam* apud Gruter Ferret. & Fleetw. quod forte quis tueri poſſet ex illis Ammiani verbis: *impoſitus navi per maria fluentaque Tibridis, velut paventis, ne quod bene ignotus miſerat Nilus, ipſe parum ſub meatus ſui diſcrimine moenibus alumnis inferret.* quibus innuit, Tibrim propter navis illius magnitudinem quaſi expaviſſe, ne Obeliſcum illum, quem feliciter miſerat Nilus, ipſe parum feliciter Romam inveheret. ut legit & explicat Valeſius.

v. 15. *Romam ta..ro vaſtante Tyranno*] *Taetro* ſuppletur apud Gruter. Ferret. & Fleetw. *taetro* edidit Pithoeus. quod deberi [illegible] notat Caſtalio, & probat, eo potiſſimum argumento, quod Tyrannorum, perduellium, & ſimilium nomina publicis Inſcriptionum monumentis non exprimerentur, *Tyranni* tantum vel *Tyrannidis* mentione facta; firmatque duabus Inſcriptionibus [illegible], quae Conſtantio & Conſtantino temp[illegible] ſunt, & habentur apud Gruter. pag CCLXXX.6. & CCLXXXII.2. In quarum prima legitur. RESTITUTORI URBIS ROMAE ATQ. ORBIS ET EXTINCTORI PESTIFERAE TYRANNIDIS D. N. FL. CONSTANTIO &c. quam adfert etiam Lindenb. ad Amm. Marc. Lib. XV. init. & ad victum Magnentium refert. ad quem ſpectat & altera, in qua legitur, CUM TAM DE TYRANNO QUAM DE OMNI EJUS FACTIONE JUSTIS REMPUBLICAM ULTUS ESSET ARMIS. non addito Tyranni nomine. ſic paullo poſt v. 21. *Haec gloria dudum Auctori ſervata ſuo cum caede Tyranni Redditur.* Ita in Inſcriptione Tiberii apud Eumdem pag. CXIII. 2. PROVIDENTIAE TIB CAESARIS AUGUSTI NATI AD AETERNITATEM ROMANI NOMINIS, SUBLATO HOSTE PERNICIOSISSIMO POP. ROM. ubi intelligendum eſſe Sejanum recte monet Scaliger Lib. V. de Emend. Temp. pag. 385. male enim ad Titum refertur denuo apud Gruter. pag. CCXLV. 1. ſic pag. CCLXXXV. 8. EXTINCTORI TYRANNORUM AC PUBLICAE SECURITATI AUCTORI D. N. VALENTINIANO &c. ubi Maximum Tyrannum cum ſociis a Theodoſio & Valentiniano Secundo debellatum indicari videbis apud Jac. Gothofred. in Proſopogr. Cod. Theodoſ. in *Albinus.* quo refer etiam Inſcriptionem, quam profert Boëdius Salvagn. de Mirac. Delphin. pag. 94. DIVO GRATIANO TYRANNIDE VINDICATA THEODOSIUS ET VALENTINIANUS EX VOTO. P. apud eumdem Gruter. pag. CCLXXXVII. 3. IMPP. ARCADIO & HONORIO SENATUS POPULUSQUE ROMANUS VINDICATA REBELLIONE. non expreſſo Gildonis nomine. ſic Epigr. praeced.

Haec loca Theudoſius decorat poſt fata Tyranni.

Maximi nempe, ut recte Bandurius exponit. Almelovenius tamen hic legendum conjiciebat, *Totila vaſtante Tyranno*, ex alia Inſcriptione apud Gruter. pag. CLXI. 1. ubi nomen Tyranni illius additur: PONTEM VIAE SALARIAE USQUE AD AQUAM A NEFANDISSIMO TOTILA TYRANNO DESTRUCTUM &c. IN MELIOREM STATUM RENOVAVIT. Ferretius tentabat *Tauro Tyranno.* ſed fruſtra. Ceterum in codice MS. Antiquitatum & Inſcriptionum Haydecoperiano, in quo hoc Epigramma etiam habetur, vir doctus ad marginem adnotaverat intelligi Nepotianum, Conſtantini ſororis filium, Conſtantii Chlori ex filia Eutropia nepotem. quem Tyrannum ſub Conſtantio fuiſſe notum eſt. Hunc ſaltem indicari vel Magnentium exiſtimo. & ſic etiam Scaliger in libro ſuo, qui exſtat inter codices ejus manuſcriptos in Bibl. Leidenſi, quo Gloſſaria MSS. Inſcriptiones, & plura alia continebantur, ubi hoc quoque carmen deſcripſerat, ad hunc verſum adnotavit, intelligi debere Nepotianum, Conſtantini ſororis filium.

16. *Auguſti jacuit donum*] ita recte legitur, verbo hac in re proprio de monumentis neglectis vel collapſis. ut in loco Ammian. Marcell. *jacere diu perpeſſus eſt.* unde in Inſcriptione Ferretii commentitia, DIUQ ALEXANDRIAE JACENTEM. apud Gruter. p. CCLXXXV. 2. & Maffej. in Muſ. Veronenſ. pag. 107. STATUAM IN CAPITOLIO DIU JACENTEM IN CELEBERRIMO FORI LOCO CONSTITUI JUSSIT. apud Propertium Lib. III. El. 1. v. 62. de Mauſoleorum ruina legitur in meo codice:

Annorum (vel *Armorum*) *aut ictu pondera victa jacent.*

vulgo *ruent.* & in Epigrammate in Athenas apud Pith. Lib. III. p. 84.

Heu victrix victa vaſtior urbe jaces!

& in Epigr. de Romae ruina ibid. paullo poſt,

Quorum conſiliis praecipitata jaces.

ut

Nunc veluti rurſus *rufis* avulſa metallis
Emicuit, pulſatque polos. haec gloria dudum
Auctori ſervata ſuo cu*m* caede tyranni
Redditur, atque aditu Ro*mae vir*tute reperto
Victor ovans Urbique *locat ſublime* tropaeum,
Principis & munus con*dignis uſque* triumphis.

Ep. cxvii. *Inſculptum in latere Obeliſci in Hippodromo Conſtantinopolitano.*

Difficilis quondam dominis parere ſerenis
Juſſus, & extinctis palmam portare tyrannis,

Om-

ut habetur apud Mabillonium. *ruis* in vulgatis. Martial. Lib. viii. Ep. 3. *Et cum rupta ſitu Meſſallae ſaxa jacebunt.*

19. *Nunc veluti rurſus ru .... avulſa metallis*] *veha* vitioſe apud Ferret. qui etiam ſupplet *rufis metallis.* ut & apud Caſtalionem, Gruterum, Pithoeum, Fleetwood. & in Codice Scaligeri legitur. Heinſius tentabat *ſolidis.* vel, quod melius placet, *rupes avulſa.* ut ſupra v. 6. *caeſa Thebis de rupe revellit.*

Ep. cxvii. *Inſculptum in latere Obeliſci in Hippodromo Conſtantinopolit.*] Legitur hoc Epigramma Conſtantinopoli. G. Fabric. Epigramma Graecum ejuſdem Obeliſci lateri occidentali inſcriptum apud Gillium in CP. reperies. Pithoeus. qui edidit Lib. iii. p. 110. & G. Fabric. Monum. Antiq. p. 140. deſcripſitque ex vetuſto Moroni-Codice Heinſius in Inſcriptionibus ſuis MSS. ita ut apud Pithoeum habetur. niſi quod ſubjungerentur duo illi Claudiani verſus,

O nimium dilecte Deo, tibi militat aether,
Et conjurati &c.

omiſſis illis, *cui fundit ab antris Aeolus armatas hiemes.* quae etiam non agnoſci ab Auguſtino, Oroſio, aliisque, dudum monuerunt Delr. Claver. & Heinſ. ad Claudian. iii. Conſ. Hon. 96. Graecum illud Epigramma, quod Pithoeus innuit, & Latinum hoc multi produxerunt, & praeter Gyllium Lib. ii. de Topogr. Conſtant. pag. m. 87. vitioſe & corrupte exhibent Wolfg. Lazius Lib. xii. Comm. pag. 1104. Onuph. Panvin. de Circenſ. Lib. i. cap. 27. emendatius paullo Gruterus pag. clxxxv. 7. & Georg. Douza in Itinere Conſtantinop. pag. 38. & 39. qui in ſolo verſu tertio non conſentiunt. Reineſius vero in Append. Inſcr. p. 1019. duos tantum priores verſus dedit, ſed in nota inſcriptionem ipſam integram a Gyllio aliisque exhibitam eſſe monet. ex Obeliſco ipſo etiam deſcripſit Th. Smith, qui in Notitia Conſtantinop. pag. 100. ita illud exhibet:

Κίονα τετράπλευρον ἀεὶ χθονὶ κείμενον ἄχθος
Μοῦνος ἀναστῆσαι Θευδόσιος βασιλεὺς
Τολμήσας, Πρόκλῳ ἐπεκέκλετο καὶ τόσος ἔστη
Κίων (ſic ſcrib. non Κίον) ἠελίοις ἐν τριάκοντα δύο.

Legitur etiam in Sponii & Wheleri Itiner. Gallico Italiae Tom. I. p. 176. & Inſcript. Fleetwoodii p. 83. Latinamque hanc interpretationem profert Gruterus in Animadvert. ad Inſcr. Antiq. pag. 307.

Theudoſius quadram eſt auſus ſtatuiſſe columnam,
Quae prius in terra ſegne jacebat opus.
Atque inſtante Proclo tanta eſt erecta ſub auras
Inter terdenos machina Luciferos.

primo verſu ἀειχθονὶ vitioſe conjungunt Gillius, & Urſinus. ſecundo ἀναστήσας iidem, ſed ceteri omnes ἀναστῆσαι, & cum ſequenti verſu connectunt. Lazius enim omnia fere corrupte dedit ac ſine ſenſu. perperam etiam θεοδόσιος & Πρόκλος Urſinus. καὶ Πρόκλος ἐπέκλετο Gruterus. Ceteri Πρόκλος ἐπεκέκλετο. ſed Smithi lectionem recte probat Maſſon. inter Animadvertenda poſt Gruteri Inſcript. p. 123. & prava lectione deceptum Harduinum abſurde hoc explicaſſe notat. ultimo verſu ἐν τριάκοντα σίνε apud Urſinum, incuria operarum, ut puto. Ex Anthologiae etiam Graecae Lib. iii. id correctum dedit Bandurius Lib. vii. Antiq Conſtant. p. 144. aliamque verſionem Latinam adjecit: & utrumque erudite exponit in Comment. ad Antiq. Conſtant. Lib. ii. pag. 612. & 848. ubi recte notavit errorem illorum, qui ad Theodoſium Juniorem hoc Epigramma, & Obeliſcum ipſum in Hippodromo Conſtantinopolitano poſitum, cui haec Epigrammata leguntur inſculpta, referunt, & de Theodoſio Magno intelligenda monet. Conferre autem debes Bandurii animadverſiones cum notis Caroli du Freſne ad Annae Comnenae Alexiad. pag. 422. & 423. Merito quoque Bandurius refutat Brodaeum, qui Proclum Architectum hic intelligebat, cum innuatur Proclus, qui praefectus Urbi ſub Theodoſio fuit, eodem anno, quo erectus fuit Obeliſcus; non vero Praefectus Praetorio, ut ſcribit Fabricius in Proleg. ad Marini vitam Procli pag. 9. ubi Epigramma hoc Latinum etiam producit, ſed in ſecundo verſu pro *portare* exhibet *praeſtare.* & *ſummas* in ultimo pro *ſuperas.* Ceterum Bandurius in Comment. pag. 870. ubi hoc Epigramma illuſtrat, ex Gyllio ac Grutero varietates lectionis adſcripſit.

v. 3.

Digitized by Google

Omnia Theudoſio cedunt, ſobolique perenni:
Terdenis ſic victus ego domituſque diebus,
Judice ſub Proclo ſuperas elatus ad auras.

EP. CXVIII. *Militis Batavi. adſcriptum* HADRIANO.

Ille ego Pannoniis quondam notiſſimus oris,
Inter mille viros primus, fortiſque Batavus,
Hadriano potui qui vindice vaſta profundi

Ae-

v. 3. *Omnia Theodoſio cedunt*] *Summo Theodoſio* apud G. Fabricium. *Theudoſio* Heinſius. & ſic G. Voſſius ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 69. ut legitur apud Gruterum. recte. idque metri cauſa. Sidonius Panegyr. Majoriani carm. V. 354.

Ex quo Theudoſius communia jura fugato
Reddidit auctoris fratri.

ubi vide Sirmond. ita apud Claudian. Conſ. Prob. & Olybr. v. 51. Bell. Gildon. 216. & Lib. I. in Rufin. v. 51. ubi vide Claverium. nec aliter ſcribendum in Epigrammate, quod inter Chriſtiana dedit Gruter. pag. MCLXX. 6. & Mabillon. Muſ. Ital. Tom. I. pag. 51.

Theudoſius cepit, perfecit Honorius aulam.

& pag. MCLXXIV. 6.

Theudoſius pater Eudocia cum conjuge votum &c.

Theudotus pro *Theodotus* apud Ovid. in Ibid. v. 468. ubi vide notas. apud Pithoeum Lib. III. pag. 104. *Theuduli tibi nomen erat.* ubi perperam *Theoduli* Gruterus. *Theudricus*, Gothorum Rex, pro *Theodoricus* in MSS. apud Sidon. Apollin. Lib. I. Epiſt. 2. init. ubi vide Colvium.

v. 4. *ſic victus ego*] forte *ſic victus eo.* Virgil. in Dedicat. Aeneidos:

Jam tandem ut tecum carmine vectus eat.

pro *domituſque* vitioſe apud Gyllium *duobuſque.*

v. 5. *ſuperas elatus ad auras*] *rurſus jam elatus* Gruter. Ferret. & Fleetw. *ſublimes* male apud Gyllium.

EP. CXVIII. *Militis Batavi. adſcriptum* HADRIANO.] Hoc adſcribitur Hadriano Imp. in libro vetuſto, & videtur ejus meminiſſe Suidas G. FABRIC. Legitur apud Pithoeum Lib. III. pag. 105. G. Fabric. Monum. Antiq. pag. 136. Ferret. in Muſis Lapid. pag. 135. Bonifacium de Comp. Epitaph. pag. 140. & profert Caſp. Bruſchius Lib. I. de Patavia pag. 15. & nuper Bertoli in Antich. d'Aquileja p. 175. ſed mutilum ac vitioſum. In Epigrammatibus, quae Heinſius ex Codice G. J. Voſſii deſcripſit, legitur hoc titulo CARMEN ADRIANI AUGUSTI DE FORTI MILITE, qui etiam contulit cum veteri Moroni Codice. Eſt autem Epitaphium Sorani militis Batavi, qui, cum in Pannoniam veniſſet Hadrianus cum exercitu, armatus Iſtrum tranſnatavit, quod innuit quidem ſed non memorat Suidas in Ἀδριανὸς in fine. ſed cujus locum corruptum & mutilum eſſe monuit Hier. Wolfius in Hiſtoricis Suidae Latine verſis pag. 26. ubi Latinum hoc Epigramma, quod forte e Graeco Hadriani verſum fuit, profert ex Gerardi Noviomagi Hiſtoria Batavica, apud quem legitur in Scriverii Batav. Illuſtr. pag. 12. ubi lectiones conveniunt cum Schedis Voſſianis. Nimirum ad antiquorum Batavorum laudem haud parum confert hoc carmen, quo celebratur Sorani ejuſque commilitonum equitum, in caſtris Hadriani merentium, egregium facinus, qui Danubium armis cunctis induti tranſnare auſi fuerunt, qua de re operoſe agentem lege Leunclavium in notis ad Dion. Caſſium pag. 1043. & 1044. ubi non oblitus hujus ipſius Epigrammatis, partem ejus inter alia profert, ut & Lipſius ad Taciti Lib. IV. Hiſt. cap. 12. qui de hac Batavorum virtute diſquirunt. Errat tamen Slichtenhorſtius, qui in Theatro Gelriae ante ejus Hiſtor. Gelr. pag. 13. adducit hoc carmen ut ab Hadr. Junio ex Graecis Hadriani Imperatoris verſibus apud Suidam, ut putat, exſtantibus Latine verſum, cum Junius id quidem proferat in Batavia ſua cap. VI. ſed qui id deſcripſit procul dubio ex Gerardo Noviomago, quia lectiones eaſdem ſecutus fuit, neque pro ſua verſione lectori id propinat.

v. 2. *Inter mille viros primus fortiſque Batavus*.] *fortis primuſque Batavos* Codex Moroni, & Schedae Voſſianae, niſi quod in illis *Bathanos* ſcriptum ſit pro *Bathavos.* & ſic producit etiam Bertoli in Antiq. Aquilej. *Batavos* etiam apud Ferret. Ger. Noviomag. H. Junium, alioſque. G. Fabricius cum Pithoeo facit. Legendum forte,

Inter mille viros primus, forteſque Batavos.

v. 3. *Hadriano potui qui vindice*] *Trajano* legitur apud Pithoeum & Fabricium. ſed ex Schedis Voſſianis & Moroni codice emendavi *Hadriano.* quomodo apud Ferretium, Wolfium, Ger. Noviomag. Junium, alioſque. quod mutarunt illi, qui *Hadriano* triſyllabum metro adverſari credebant. *Hadriano parui* profert Bertoli in Antiq. Aquilej. apud quem etiam *vindice* vel *judice* deſideratur, relicto hiatu. *Hadriano potuit qui judice* adfert Lipſius,

Digitized by Google

Aequora Danubii cunctis tranſnare ſub armis:
Inmiſſumque arcu, dum pendet in aëre telum,
Et redit, ex alia fixi fregique ſagitta.
Quem neque Romanus potuit, neque Barbarus umquam,
Non jaculo miles, non arcu vincere Parthus,
Hic ſitus, hoc memori ſaxo mea facta ſacravi.
Viderit, anne aliquis poſt me mea geſta ſequatur:
Exemplo mihi ſum, primus qui talia geſſi.

CXIX.

ſius, & Barth. Lib. I. Adverſ. cap. 5. *judice* igitur praeferendum hoc in loco, quomodo & in margine edit. Pithoeanae correxcrat Opitius. quia rectius Hadrianus *belli judex* quam *vindex* hic dicatur, quippe penes quem praemia bene meritis, poenas inbellibus irrogandi arbitrium erat. vide Heinſ. & Drakenb. ad Silium Lib. II. v. 456. ubi *belli judex* & *vindex* in MSS. etiam commutantur; firmatque Claudiani locus, ab Heinſio ibidem productus, ex Lib. II. in Eutrop. 309.

In ſontes tormenta magis, quam tela, parari;
Nec duce frangendas jactat, ſed judice, vires.

v. 4. *Aequora Danubii cunctis tranſnare ſub armis*] *Danubii cu . . . tranſnare* apud Bertoli in Antiq. Aquilej. *Danuvii* v. c. Moron. & Ferret. illuſtraut hunc verſum notae ad Silium Ital. VIII. 555.

v. 5. *Inmiſſumque arcu*] Lege ex Schedis Voſſianis, & v. c. Moroni, *Emiſſumque*. & ſic apud Ferret. G. Noviomag. Juniumque. *Emiſſumque arcum* apud Bertolium. *in aëra* Sched. Voſſian. Diſtingue,

Emiſſumque arcu, dum pendet in aëre, telum,
Et redit, ex alia &c.

pro quo *hoc alia* corrigebat Heinſius. ſed *ex* elegantiae cauſſa hic abundare, docebunt Barthii notae ad Ceirin pag. 52. & Taubmanni ad Moretum pag. 105. *Ac redit* Ferret.

v. 8. *Non jaculo miles, non arcu vincere Parthus,*] abſona mihi videtur haec lectio *miles*, & quam nemini ſuſpectam fuiſſe miror. requiri videtur nomen alterius populi cum Parthis arcu metuendis conjuncti. Legendum puto,

Non jaculo Medus, non arcu vincere Parthus.

jaculum enim tam pro telo quam pro haſta ponitur. ut apud Ovid. III. Art. 736. & alibi. vid. Cerdam ad Virg. X. Aen. 342 hinc apud Propertium Lib. III. El. 7. 25. ubi nunc in vulgatis legitur,

Quum tibi Romano dominas in honore ſecures,
Et liceat medio ponere jura foro.
Vel tibi Medorum pugnaces ire per hoſtes,
Atque onerare tuam fixa per arma domum.

ſcribendum videtur, *Medorum pugnaces ire per haſtas.* quod propius inſiſtit vulgatae ſcripturae veſtigiis *hoſtes*, quam *pugnaces ire per enſes.* uti corrigebat Patruus meus ad Virg. IX. Aen. 400. licet *Medus acinaces* apud Horat. Lib. I. Od. 27. 5. & quae notarunt Briſſon. Lib. III. de Regn. Perſ. p. 287. & Reland. Diſſ. de Ling. Perſ. p. 111. huic lectioni favere poſſent. ſed apud Valer. Flacc. Lib. V. v. 605. ubi praeceſſerat:

Jam pavidi cum prole Getae, jam pervigil illum
Medus, & oppoſitis exſpectat Hiberia clauſtris.

ſequitur paullo poſt v. 610.

Quae jaculo gens apta levi, quae picta pharetris
Vercit: ingentes animo jam proſpice campos.

eosdem jungit Seneca in Medea v. 710.

Pharetraque pugnax Medus, aut Parthus levis.

hinc in Epigrammate de vita tranquilla apud Pithoeum Lib. I. pag. 33. de *arcu* . . .

Medus tibi geret, pharetras Romana juventus,
Fulgebit utilis India nigra comis.

Cel. Oudendorpius conjiciebat,

Non jaculo Libys, & non arcu vincere Parthus.

ut apud Lucan. VI. 221. *Cum jaculum parva Libys amentavit habena.* & Lib. I. 210. *tum tota levis ſi lancea Mauri Haereat.* nam Libyes & Mauri confuſi, ut utrique Afri, vel utrique jaculis celebres. Valer. Fl. III. 587. *refugi quem contigit improba Mauri lancea.* Horat. I. Od. 22. *Non eget Mauri jaculis, neque arcu.* unde hic quoque legi poſſet, *Non jaculo Maurus.* certe *miles* nimium languet.

v. 9. *Hoc memori ſaxo mea facta ſacravi*] *hic* v. c. Mor. & Ferret. G. Noviomag. Junius, & Bertoli in Antiq. Aquilej. apud quem *fata* etiam pro *facta*. *hic memori ſaxo & fata* in Schedis Voſſian. penultimo verſu *mea geſta loquentur* in v. c. Moron. *ſequetur* apud G. Noviom. *ſequentur* apud Bertolium. qui ultimum verſum profert mutilum *Ex. mihi ſum . . . . . qui talia geſſi.* Ceteri nihil variant, niſi quod nonnulli hoc modo diſtinguant, *Exemplo mihi ſum primus, qui talia geſſi. Exemplo ſibi eſſe* dicitur, qui nullo praeeunte primus committit facinus ante ſe inauditum, & in quo neminem ſibi proponit imitandum. ut de Homero Vellej. Paterc. Lib. I. cap. 7. *Clariſſimum Homeri ingenium ſine exemplo maximum &c. In quo hoc maximum eſt, quod neque ante illum, quem imitaretur, neque poſt illum, qui eum imitari poſſit, inventus eſt.* vide Barth. ad Claudian. pag. 264. ubi hunc ipſum locum adfert.

Digitized by Google

CXIX. INCERTI AUCTORIS IN MAECENATIS OBITUM ELEGIA.

Defleram Juvenis triſti modo carmine fata:
Sunt etiam merito carmina danda Seni.

Ut

CXIX. INCERTI AUCTORIS IN MAECENATIS OBITUM ELEGIA.] Hoc opus Epicedium ſcripſit idem, & qui de morte Druſi ad Liviam, hoc eſt C. Albinovanus Pedo. Nam ſane nimium ſiniſtre quidam judicarunt, qui id non ab ullo illius feliciſſimi ſeculi poëta, ſed ab alio potius, qui multo poſterior aetate fuerit, exercitationis gratia ſcriptum eſſe contendunt. Extiterunt &, qui Lactantio propter ſtili, ſi Diis placet, affinitatem attribuerent. Primum ego neque Lactantii eſſe dicebam: neque verum eſſe, quod ipſi adſtruunt, ſtilum ſimilem eſſe Lactantiano. Aliter enim, ut ille ait, catuli longe olent, aliter ſues. Deinde ſcriptam eſſe bono illo ſeculo, non obſtare humilem κατὰ λεπτὴν λέξιν. Non enim propterea non pure Latinam eſſe conſequens eſt. Deinde in hac Elegia multa ſunt cognitu digna, quae illis Scholaſticis poëtis in mentem venire non potuiſſent, certo ſcio. Praeterea de praeſenti re loquitur, tanquam teſtis. Nam de Lollio, qui fuit amicus Horatii. mentionem facit, ut & propter ſermones, quos de Maecenate cum Pedone Albinovano ille faciebat, propterea excitatum ſe ad hanc elegiam ſcribendam teſtetur, cum alioqui Maecenati ipſi de facie notus non fuiſſet. Sic enim ait:

Nec mihi, Maecenas, tecum fuit uſus amici,
Lollius hoc ergo conciliavit opus.
Fidus erat vobis nam propter Caeſaris arma,
Caeſaris & ſimilem propter in arma fidem.

Quid quod hujusmodi tam exacte ἐν μελέταις fingi non poſſunt? Quare eo ſeculo ſcriptam eſſe dubitare nullo modo poſſumus. SCALIGER. C. PEDONIS ALBINOVANI IN MAECENATIS OBITUM ELEGIA, inſcripſerunt in ſuis Catalectis Pithoeus & Scaliger. Aldus in utraque editione recte edidit ſub nomine INCERTI AUCTORIS. quem ſecutus ſum. & ſic in Codice Leidenſi invenit Heinſius. ridicule enim a nonnullis Virgilio adtributa fuit, cum Virgilius ante Maecenatem obierit, eumque cum Auguſto ex parte heredem inſtituerit. ſed id provenit ex falſis Codicum MSS. inter Catalecta Virgiliana inſcriptionibus; ut in Codice Bibliothecae Leidenſis Voſſiano titulum inveni, INCIPIT MAECENAS VIRGILII. & ita vetus codex chartaceus Petri Servii, Medici Romani. ab Heinſio collatus, inſcribit MAECENAS MARONIS. Pedoni etiam Albinovano paſſim in ſuo Maecenate adſcribit Meibomius. & J. Douza Comment. ad Horat. cap. 1. qui *poëtam multo delicatiſſimum* immerito laudat, ſed mutilam Elegiam arbitratur: quod multis in locis veriſſimum arbitror, quia plurima in hoc carmine tam abrupta identidem occurrunt, ut ſaepe vix cohaereant. Sed licet Albinovano adtribuerit Scaliger, dudum tamen eſt, quod communibus virorum doctorum ſuffragiis Pedoni abjudicata ſit haec Elegia, qui potius Scholaſtici alicujus poëtae foetum habent. ita enim judicant Marcilius ad Horat. p. 119. Voſſius Lib. II. de Idol. Gent. cap. 31. & Lib. II. Art. Gram. 27. Barth. XVII. Adv. cap. 8. & Lib. XXIV. cap. 14. Rutgerſ. in Lect. Venuſ. cap. 8. & Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. El. I. v. 50. merito igitur Patruus meus in notis ad Petron. cap. 112. exiſtimabat, *neminem bonis poëtis adſuetum & aureae aetatis deliciis, auctorem Elegiae in Maecenatis obitum Albinovanum crediturum, eſſe.* Certe ſi quis hanc Elegiam cum cultiſſimo & numeris omnibus artis poëticae abſoluto Epicedio in mortem Druſi conferat, veriſſimum eſſe judicabit id, quod Scaliger hic de ſtyli diverſitate inter Lactantium & Albinovanum notavit, longe aliter catulos olere, aliter ſues. Illius enim auctorem poëtam eſſe perfectiſſimum, hujus vero vix tyronem, fatebuntur, quibus aliquod umquam cum Muſis fuerit commercium. Meibomii notata ad hanc Elegiam, quam ſubjunxit etiam Maecenati ſuo, non addidi, quia nimis tenuia erant, & ad loca corrupta emendanda parum contulerint: nullam quoque rationem habui notarum Theodori Goralli, qui inter fragmenta Albinovani edidit cum Interpretatione proſaica & notis, quas caſtigavi hic & illic, non aliam ob rationem, quam quia per ſe ineptiſſimae, non quia Clerici ſunt. Si enim frugis literariae copiam ſuppeditarent, eadem aequitate & candore debitas ei laudes non denegaremus. Quum vero hodierni Criticomaſtiges crepent paſſim & ubique, ſe ad intellectum auctorum veterum paraphraſticas & Grammaticas Interpretationes praeferre Criticis virorum doctorum conjecturis, & variantibus codicum manuſcriptorum lectionibus, ſive, ut Gorallus in praefatione jactat, homines ſecum elegantiores, & rerum quam verborum amantiores faſtidioſe abhorrere a Criticis illis tricis & variis lectionibus Codd. MSS. ſed rectiſſima via ad ſcriptorum mentem properare, adhibita rerum ac linguae cognitione; hic certe inſigni ejus Interpretationis exemplo patebit, veriſſimum eſſe, quod ſcribit Graev. in notis ad Lib. III. Rhetor. ad Herenn. cap. 2. *Sane corrupta non bene explicari poſſunt.* quia inutili labore Interpretationes ſuſcipimus antiquorum ſcriptorum, qui mendoſi & nondum ſatis ex MSS. caſtigati ſunt: adeo ut, quod Gorallus ad v. 3. hujus Elegiae contra Scaligerum

Ut juvenis deflendus erat tam candidus, & tam
Longius annoſo vivere dignus avo.
Irreligata ratis numquam defeſſa carina,
It redit in vaſtos ſemper onuſta lacus.

Illa

notat, *cum Codd. MSS. ſcateant mendis, non poſſunt eorum lectiones ſine examine arripi, niſi nos ridendos praebere velimus*; ſummo jure hic regerere liceat, *cum veteres auctores ſcateant mendis, non poſſunt eorum loca corrupta, antequam ope MSS. codicum emendata ſint, bene explicari, niſi nos ridendos praebere velimus*. Quid de notatis ejus ad Epicedion Druſi cenſendum ſit, a Patruo meo expertus eſt. & quam praepoſteris emendationibus Severi Aetnam conmaculaverit, oſtendit Menckenius in Miſcell. Lipſ. Nov. Vol. V. P. I. pag. 137-160. & P. II. pag. 335-358. an felicius ipſi in hoc Maecenatis Epicedio res ceſſerit, videamus. Certe ſi Joh. Clericus a poſteritate, judice aequa, & nullis ſtudiorum partibus abrepta, ex illius opuſculi ſpecimine ſibi ſperaverit laudem viri in hac Critices elegantioris palaeſtra exercitati, oportet ſane ſibi perſuaſiſſe, eam inter Scaligeros, Gronovios, Heinſios, ſimilesque Heroas; & Minellios, Farnabios, Knippingios, ac Gorallos, adeoque inter theatri literarii orcheſtram, & inficeti gregis caveam nullum diſcrimen habituram eſſe.

v. 1. *Defleram juvenis triſti modo carmine fata.*] Debuit igitur praeponi Elegia de morte Druſi, ex ſerie temporum, quam tamen in hac perpetuam collectione fruſtra exegeris. PITHOEUS. Epicedium ſuum de morte Druſi non intelligit, qui juvenis in Germania periit, ut ibi annotamus. Non enim poteſt eſſe, cum poſt Agrippam mortuus ſit. Quare puto Marcelli Octaviae filii Epicedium intelligi. SCALIG. erraſſe Scaligerum notavit A. Rubenius Diſſ. de Gemm. Tiber. pag. 205. Maecenatis filium inmatura morte ſublatum intelligebat Jul. Pompon. Sabinus, ſed quem refutat Meibom. in Maecen. cap. 27. in fine, & incertum eſſe quem juvenem intelligat, recte ſtatuit.

v. 2. *Sunt etiam merito*] *emerito* Scriverius. *Sunt ſua jam merito* tentabat Heinſius. nihil mutandum. niſi quis velit *Nunc etiam. merito* eſt cantari digno ac defleri, ſive qui propter virtutes meruit poſt fata celebrari. Gorallus interpretatur, *quae ſunt viri erga me merita*. atqui elegiae hujus auctor v. 9. profitetur, nullum ſibi cum Maecenate uſum fuiſſe:

Nec mihi, Maecenas, tecum fuit uſus amici,
Lollius hoc ergo conciliavit opus.

quaenam ergo ſunt viri erga poëtam hunc merita? iſtos autem verſus hoc modo idem paraphraſtes exponit: *Maecenas nulla amicitia mecum conjunctus fuerat, verum Maximus Lollius eum mihi conciliarat.* cum ſenſus ſit, ſe, licet nullo amicitiae uſu cum Maecenate junctus fuerit, in gratiam Lollii *hoc opus*, ideſt Epicedium hoc, conpoſuiſſe, non vero *hoc opus*, ideſt amicitiam hanc conciliaſſe Lollium.

v. 3. *Ut juvenis deflendus erat tam candidus & tam* &c.] Lege ex manu ſcripta membrana:

Ut juvenis deflendus enim tam candidus, & jam
Longius annoſo vivere dignus avo.

Nam Maecenas non minus, inquit, deflendus, quam quivis acerba morte juvenis praeventus: utpote qui quovis ſene dignior erat longius vivere. SCALIGER. Heinſius legebat,

Ut juvenis deflendus eras tam candidus, utque
Longius annoſo vivere dignus avo.

ſed vulgata recte ſe habet, cui forte ad majorem emphaſin conmiſerationis nota adponenda,

Ut juvenis deflendus erat (vel *eras*) *tam candidus!*
& tam
Longius annoſo vivere dignus avo!

ſaepe enim *ut* eleganter commiſerationi inſervit vel indignationi. vid. Heinſ. ad Claudian. Bell. Gild. 93. & Epithal. Pallad. v. 137. hi autem verſus & ſequentia duo diſticha reſpiciunt juvenem illum nobilem antea defletum; & ſenſus eſt; licet in juventute obiiſſet, longiore vita dignus, numquam tamen ceſſat cymba Charontis, & Mors ſine diſcrimine in juvenes ac ſenes graſſatur. Meras hic tenebras offundit Gorallus, dum ſine ullo ſenſu diſtinguit,

Ut juvenis, deflendus enim tam candidus, & tam
Longius &c.

& in interpretatione ad Maecenatem haec refert: *Nunc in Maecenatem lugubre carmen ſcribendum eſt. Etenim dignus eſt qui a me defleatur tam candidus ſenex, & diuturniore vita, ſi quis alius, digniſſimus.* & quae in notis de candore Maecenatis, ſeu animi ingenuitate, ac ſignificatione *candidi*, pro vero & nullius fuci homine, & *candido Baccho* ſubdit, plane *ἀπροσδιόνυσα* ſunt. neque lucem adfert obſervatio ejus ultra modum Minelliana, qua *annoſum avum* dici docet, *quia plerumque nemo avus eſt, niſi ſenex.* Si enim verſus hi Maecenatem reſpicerent, qui ſexagenario major obiit, & tamen *annoſo avo longius vivere* dignus fuerit, nimia certe & inepta haec eſſent, adeo ut fere Neſtoris inſtar *triſeculiſenex* dignus fuiſſe diceretur. ut infra v. 139. ſed de juvene ante diem rapto, tam laudabili, & annoſos avos ſeu ſenes longaevitate aequare vel ſuperare digno, recte intelligitur. Cl. Oudendorpio videbatur hic diſtichon deeſſe.

v. 5. *Irreligata ratis numquam defeſſa carina*] haec manifeſte vitioſa ſunt. *ratis* & *carina* inepte hic cumu-

Digitized by Google

Illa rapit juvenes prima florente juventa:
Non oblita rapit ſed tamen illa ſenes.
Nec mihi, Maecenas, tecum fuit uſus amici:
Lollius hoc ergo conciliavit opus.

Fidus

mulantur. & quid nòtet *ratis*, ſeu portitoris inferni cymba, quae *numquam carinâ defeſſa* eſt, expedire nemo facile poterit. neque enim adhibita diſtinctione per epexegeſin,

Irreligata ratis, numquam defeſſa carina,

a vitioſa tautologia excuſari poſſunt. Goralli interpretationem videamus, *At Charontis cymba numquam ad ripam, ut interea requieſcat nauta, religatur, ſed ſemper onuſta umbris, inferos fluvios trajicit.* Mirum profecto interpretis artificium, quo ex verbis iſtis ſenſum hunc elicuerit! ergo *ratis numquam defeſſa carinâ* eſt, ſemper onuſta umbris. Quin potius frugibus inventis talem glandem inſipidam ac duram rejiciamus, & cum N. Heinſio ad Ovid. I. Faſt. 126. & ad II. ex Pont. Ep. 3. 60. legamus,

Irreligata ratis, numquam defeſſa rapinâ,
It redit in vaſtos ſemper onuſta lacus.

& per *rapinam* intelligamus umbras mortuorum, quas continuo vehit Charontis cymba. ita enim mox:

Illa rapit juvenes prima florente juventa.

Cel. Oudendorpius etiam, cum in Cod. Voſſ. *carinis* legatur, inde *rapinis* conjecerat. ſic omnia clara ſunt, & nullius interpretationis Gorallianae indiga. Ut autem hic cymba Charontis *numquam defeſſa rapinâ* dicitur, ita κοινὴ ἄκατος in fragmento Hermeſianactis apud Athenaeum, ut egregie explicuerunt Lennepius in Animadv. ad Coluthum Lib. III. cap. 8. & Runcken. Epiſt. Crit. II. pag. 74. quod imitatus Propertius *publicam* torvi ſenis *cymbam* vocat Lib. III. El. 17. 24.

Exoranda canis tria ſunt latrantia colla,
Scandenda eſt torvi publica cymba ſenis.

Ne vero quis faſtidioſi palati cenſor objiciat *rapina* & *rapit*, parvo nimis intervallo ingratum hic recurſum efficere: non magis id offendit, quam *juvenes* & *juventa* in eodem verſu. & *juvenis* primo ac tertio verſu repetitum. *nocuere* v. 25. & 26. *urbis* & *urbe* v. 27 & 28. ſic v. 47. *fugientia* & *fugit.* v. 60. & 62. *purpurea.* v. 61. & 63. *thyrſus* v. 95. *metuat* & *metus*, & ſeq. *ſtrata ſternere* nimis ſibi vicina: non enim res nobis hic eſt cum poëta tam caſtigatae concinnitatis aut nitoris.

v. 6. *It redit in vaſtos ſemper onuſta lacus*] male *Et redit* in Codice Servii & Voſſiano. *It redit*, ſive, ut amant poëtae frequentius, *Itque reditque*, notat perpetuam & non interruptam continuationem. Virg. Aen. VI. 122. de Caſtore ac Polluce:

Sic fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itque reditque viam toties.

Ovid. I. A. A. 93.

Ut redit itque frequens longum formica per agmen.

& Lib. I. Faſt. 126.

It redit officio Jupiter ipſe meo.

ubi vide Heinſ. ſic in Epigr. apud Pith. Lib. I. p. 34.

Cui licet ad terras ire redire meas.

ut legendum illic notabimus. non *ire ſubinde*, ut apud Pithoeum & Scaligerum editur.

v. 8. *Non oblita rapit ſed tamen illa ſenes*] Vetus membrana:

Non oblita tamen ſed repetitque ſenes.

putarem:

Non oblita tamen ſubripit atque ſenes.

nam *ſubrepet* ſcriptum fuiſſe facile mihi perſuadeo, quae fuit illorum librariorum oſcitantia. SCALIGER. ita in ſecunda Aldina, Veneta, Juntina, Pith. & Scalig. editiône. *non oblita tamen ſed repetitque ſenes* vet. Codex, quo uſus eſt Scaliger, quem Heinſius etiam contulit. *repetitque* etiam in altero Leidenſi, P. Servii codice, & ed. prima Aldi. in Voſſiano, *ſed repetit & ſenex.* ubi Iſ. Voſſius in marg. adſcripſerat, *ſero petiſſe ſenes.* conjectura non admodum felici. idem Voſſius in exemplari Catalect. Virg. ed. Scalig. quod eſt in Biblioth. Leidenſi, notaverat in aliis eſſe, *ſuſtulit.* & inde Marcilium ad Leg. XII. Tab. ineptiſſime legere, *ſuſtinet.* quod petitum ex Epicedio Druſi v. 372. ſed ubi diverſo ſenſu contraria Fati arbitria deſcribens dicit:

Fortuna arbitriis tempus diſpenſat iniquis:
Illa rapit juvenes, ſuſtinet illa ſenes.

id eſt, juvenes necat, ſed *ſuſtinet ſenes*, fata ſenum moratur. ut apud Ovid. Epiſt. III. v. 142. *Suſtinet hoc animae ſpes tamen una tui.* quod huic loco non convenit. Scriverius *tamen ſubripit uſque*, ut Scaliger, vel *non oblita tamen & rapit illa ſenes.* Heinſius tentabat, *Non oblita tamen ſed rapere illa ſenes.* vel *ſera rapitque*, vel denique, *ſed recipitque ſenes.* poſſis etiam ex veſtigiis Codicis Scaligerani *ſed repetitque ſenes*, exſculpere, *ſed rapit uſque ſenes.* vel *ſera petitque.* ut *ſera*, quod latet in *ſed re*, opponatur *primae juventae*; & *petere* pro ferire, ſive letaliter conficere dicatur, locutione ab arena deſumta.

v. 10. *Lollius hoc ergo conciliavit opus.*] *Maximus Lollius.* Horatius:

Trojani belli ſcriptorem Maxime Lolli.

in vetuſtioribus excuſis non *Lollius*, ſed *Ilius* legitur. Poſſet. *Ailius.* Nam *Ailius* & *Aimilius* ſcribebant pro *Aelius*, *Aemilius.* Hic & amicus Horatii

fuit,

Fidus erat nobis nam propter Caeſaris arma,
Caeſaris & ſimilem propter in arma fidem.
Regis eras genus Etruſci: tu Caeſaris almi
Dextera, Romanae tu vigil urbis eras.

15. Om-

fuit, eſtque *Aelius Lamia* (Lib. III. od. 17.)

Aeli vetuſto nobilis ab Lamo.

Sed vetus codex calamo exaratus retinet *Lollius.* quare nihil mutandum. SCALIGER. *amici Illius* etiam in Codice P. Servii, & utroque Voſſiann. & ſic ed. Venet. 1480. & Juntina. de *Aelio* Lamiae gentis cognomine vid. Heinſ. ad Ovid. IV. Faſt. 305. ubi ſimili conjectura locum Juvenalis emendat. Sed hic abſurde halucinatus eſt Meibomius, quum notaret, intelligi Maximum Lollium, Trojani belli ſcriptorem, ex Horatio notum: quae certe ipſi excidiſſe miror. nam in paucis his verbis duos errores committit ſatis graves. primo quod cognomen *Lollii* ſtatuat *Maximum*, quum id gentis Lollianae cognomen non fuerit. indicatur *M. Lollius Palicanus*, qui in hac familia notus eſt, de quo vide Torrent. ad Horat. Lib. IV. Od. 9. init. & Patrui mei notas ad Quintilian. Lib. IV. cap. 2. *Lollius Urbicus* occurrit apud Capitolin. in Anton. Pio cap. 5. & in Inſcriptione apud Gruter. pag. XXXVIII. 13 *Lollius Profeſſus* apud Spartian. in Sever. cap. 13. & *Lollius Serenus* apud Capitolin. in Clod. Albin. cap 6. ſed *Maximum Lollium* qui memoret, non facile invenias: in verſu enim Horatii, mox producendo, *maxime Lolli*, neque ad cognomen gentile, neque ad virtutem, ut male alii putant, ſed ad aetatem ſpectat, nempe ad Lollii Conſulis filium natu maximum. Sed in eo errat ſimul cum Scaligero, Marcilio, aliisque. vide Maſſon. in vita Horatii p. 262-265. Alter vero longe major & pudendus ſatis error eſt, quo Lollium hunc facit Trojani belli ſcriptorem, ex Horatio notum, quod valde ridiculum, & a Gorallo etiam, ut poſtea vidi, notatum eſt, licet ipſe in interpretatione ſua perperam quoque *Maximum Lollium* vocet. verba Flacci ſunt Lib. I. Epiſt. 2. init.

Trojani belli ſcriptorem, maxime Lolli,
Dum tu declamas Romae, Praeneſte relegi.

ubi nemo non videt indicari Homerum, quem ſe in Praeneſtino ſeceſſu relegiſſe dicit, dum Lollius declamaret Romae; quod exercitationis oratoriae genus principes in Republ. viri tam juniores quam aetate provecti Romae agebant. ut notum eſt. Forte etiam in hoc loco melius legas *tecum fuit uſus amico*, vel diſtinguendum,

Nec mihi, Maecenas, tecum fuit uſus, amici
Lollius hoc ergo conciliavit opus.

& per *hoc opus*. hoc carmen intellige. *aegro* etiam conjecerat Heinſius, ſed *ergo* ſingulari uſu hic pro *autem* poni notavit Paſſerat. ad Propert. p. 418. vide infra ad v. 114. *tecum fuit uſus amicus*, adjective, pro, familiaris uſus, conjiciebat Cel. Oudendorpius.

v. 11. *Fidus erat nobis*] Lege ex veteri manuſcripto:

Fidus erat vobis nam propter Caeſaris arma.

Nam vobis amiciſſimus fuit Lollius, tibi, & Caeſari. quo magis illi de te narranti fides haberi potuit. SCALIGER. *Nobis* edd. Ald. Pith. & Scalig. *vobis* tamen in MS. legi notavit Scriver. *Fidus eras nobis* in Cod. Serviano, binis Voſſianis, & ed. Venet. ac Juntina. Heinſius legebat *Foedus erat nobis*. ſed tunc *vobis* praeferrem, eo ſenſu quo explicat Scaliger. *Foedus amicitiae* vocant alii. ſeq. verſu *Caeſaris & fidem* Cod. Leid. ſed in marg. *ſimilem*.

v. 13. *Regis eras genus Etruſci*] Reponendum ex veteri membrana:

Regis eras, Etruſce, genus tu Caeſaris almi
Dextera. ——

Tu Etruſce, genus regium, eras Caeſaris dextera, hoc eſt, primus ſecundum Imperatorem. Statius:

—— *vidi omni te pridem in flore iuventae*
Te magnae propius, propiuſque accedere dextrae.

Habebant enim gradus quosdam amicorum illi ſummates viri, ut & vina primae, aut ſecundae notae. Seneca Lib. v. de Beneficiis: *Habuerunt itaque iſti amicos primos, habuerunt & ſecundos, nunquam veros.* Sed ſine dubio ſignificat aſſiduum comitem Caeſaris. Martialis de cane Lydia: (Lib. XI. 70.)

Lydia dicebar domino fidiſſima dextra.

Regium genus Maecenati fuiſſe qui neſcit, Horatium non legit. filius enim Menodori fuit, qui Caeſari contra Pompejum affuit. illi vero Menippus pater, filius, ſive, ut alii, nepos Caecinnae Regis Etruſcorum. Horatius:

Maecenas atavis edite Regibus.

Nam Caecinna Rex Etruriae, atavus Maecenatis. SCALIGER. ſic Ald. & Junt. *Etruſcae* Voſſian. in altero *Etruſce*. Scriverius eodem modo ac Scaliger legebat *Regis eras, Etruſce, genus.* alterum praefero. vide notas Broukhuſ. ad Propert. Lib. III. El. 7. init. *Maecenas eques Etruſco de ſanguine regum.* ubi genus regum Etruſcorum Maecenati adverſus Dacierium eleganter vindicavit. Silius Ital. Lib. X. 41.

Maecenas, cui Maeonia venerabile terra
Et ſceptris olim celebratum nomen Etruſcis.

ubi vid. Dauſqej. & Demſter. Lib. II. de Etrur. Reg. cap. 55. Quae tamen Scaliger de patre Maecenatis Menodoro, qui Caeſari contra Pompejum adfuit, & avo ejus Menippo, atque atavo Caecina, Rege Etruſcorum, hic notavit, in dubium non ſine cauſſa vocat Meibom. cap. 2. pag. 11. & Moneta in Menagian. Tom. IV. pag. 277. & 278.

Ibid. — *tu Caeſaris almi Dextera*] Gorallus conjicit

Digitized by Google

15. Omnia cum poſſes, tanto tam carus amico,
Te ſenſit nemo velle nocere tamen.
Pallade cum docta Phoebus donaverat artes.
Tu decus, & laudes hujus & hujus eras.

Vin-

jicit *alti*, ut in Epicedio Druſi v. 453. *Hoc domus iſta docet per te mea Caeſaris alti.* ſed ita jam N. Heinſius ad Ovid. IV. Faſt. 305. veriſſime. licet mox rejiciat Gorallus, & alterum amplectatur. ſed vide Broukhuſ. ad Propert. II. I. 26. & ita Pithoeus correxerat in marg. exemplaris, quod eſt in Biblioth. Reg. Pariſ. de confuſione *almi* & *alti* plura ad Eleg. de Phoenice v. 39. In Cod. Voſſ. vitioſe ſcribebatur, *tu Caeſaris almi Dextra, Romanae & tu vigil urbis eras. Caeſaris dextera* eſt, qui vice ſacra omnia in urbe adminiſtrabat, & ſine quo Auguſtus nihil fere agebat. quod imitatus eſt Joh. Sarisberienſis in Protreptico Polycratici ſui v. 26. — *Gloria gentis Anglorum, regis dextera firma boni.* ut bene emendat Barth. Lib. III. Ablegm. Crit. cap. 7. pro *regis dextera, forma boni.* vid. & Meibom. Maecen. cap. VI. pag. 43. Gorallus notat, malle ſe interpretari *dextram Caeſaris*, cujus opera Caeſar frequentiſſime uteretur in adminiſtratione. ſed quia Lexica eum hic deſtituebant, addidit hanc cauteiam: *ſi quod ex antiquitate exemplum proferri poſſet.* paupertinam ejus ſupellectilem ſupplere poterunt, quae ad hunc ipſum verſum dedit Barthius Lib. XI. Adverſ. 28. & Lib. XVII. 8. & ſuppetias Goralio tulit Patruus meus ad Ovid. Epiſt. XVII. 166. Scaligerum tamen hic Statii verſus minus oportune produxiſſe, idem notat Barthius ad illum Papinii locum, qui eſt ex Lib. V. Sylv. I. 184. non diſſimili locutione milites ducum *manus* dicuntur Lucano Lib. V. 311. ut apud Claudian. Lib. II. in Rufin. 262. *ſperniſne tuas, dux optime, dextras.* quod Barthius hoc ipſo Elegiae hujus loco illuſtrat. male igitur illic in Cod. Oxon. *turmas.* & hinc falſe Catullus Ep. XLVIII. Porcium & Socrationem vocat *duas ſiniſtras Piſonis*, per quos nempe furari ſolebat:

Porci & Socration, duae ſiniſtrae
Piſonis, ſcabies fameſque Memmi.

ut diſtinguunt & explicant Paſſeratius, & Janus Meleager, ſeu Balthaſar Venator, quem ſub eo nomine atere volunt. adde notas Demſteri ad Coripp. p. 83.

v. 16. *Te ſenſit nemo velle nocere tamen*] ita edidi Meibomium ſecutus, obnitentibus licet Codd. MSS. editione utraque Aldina, Veneta, Juntina, Pithoei, ac Scaligeri, in quibus pertinaci vitio excuſum eſt, *Te ſenſit nemo poſſe nocere tamen.* quod ex praecedenti verſu male repetitum eſt. An igitur *Omnia cum poſſet* Maecenas, ſive τὰ πάντα eſſet, etiam non *poſſe nocere* dicendus? contrarium certe exigit ſenſus, ut patet ex loco Propertii Lib. III. 7. 29. & Epicedio in Druſum v. 47.

Nec nocuiſſe ulli, & fortunam habuiſſe nocendi.

quibus bene haec illuſtravit Meibom. in Maecen. c. VI. in fin. & vide Acidal. & Heinſ. ad Vellej. Pat. Lib. II. cap. 88. ſimile mendum, poëtae licet recentiori, Lotichio elui, Lib. IV. El. 5. 121.

Tu quoque, ſi poſſis, jam non reviviſcere velles,
Nec te, ſi velles, fata redire ſinant.

ubi eodem modo in omnibus editionibus perperam in ſecundo verſu legebatur *Nec te, ſi poſſes* &c. ſic infra v. 31. hujus Eleg.

Majus erat potuiſſe, tamen nec velle triumphos.

& ita *poſſe* & *velle* apud Lucan. Lib. I. 371.

Juſſa ſequi tam poſſe mihi, quam velle neceſſe eſt.

v. 17. *Pallade cum docta Phoebus donaverat artes.*] *doctas artes* Codex P. Servii & Voſſianus. ita ut verborum ſtructura ſit, Phoebum cum Pallade doctas Maecenati dediſſe artes. licet *docta* in edd. Aldinis, Veneta, Pithoei, & Scaligeri. per *doctas artes* non tantum poëticen intelligit, ſed omnem eruditionem, qua excelluit Maecenas. vid. Meibom. cap. V. §. 13. paſſim vero Phoebus & Muſae artes eruditas alicui donare dicuntur. Propert. Lib. I. El. 2. 27.

Quum tibi praeſertim Phoebus ſua carmina donet,
Aoniamque libens Calliopea lyram.

Ovid. Epiſt. V. 145.

Ipſe, ratus dignam, medicas mihi tendidit artes,
Admiſitque meas ad ſua dona manus.

ſed praecipue *doctas artes* hic intelligere licet de utraque Lingua, Graeca & Latina, a Maecenate exculta, unde eum *doctum ſermones utriusque linguae* vocat Horat. Lib. III. od. 8. tales enim poëtas, ut de Catullo res nota eſt, peculiari titulo *doctos* vocatos patebit ex notis Barth. ad Stat. II. Sylv. 7. 76. & Broukh. ad Tibull. III. 6. 41.

v. 18. *Tu decus, & laudes hujus & hujus eras.*] *Tu decus & tu laus* conjiciebat Francius. *hujus & ejus eras* Meibomius in Maecen pag. 35. inprobante Goralio, & id recte quidem, quum non infrequens ea poëtis locutio ſit pro utriusque, vel hujus & illius; ſed cujus tamen ſibi exempla non in promtu eſſe fatetur, quia Lexica non ſuppeditabant loca, ubi *hic* & *hic* pro *hic* & *ille* occurrebat. Statius Lib. I. Silv. 2. v. 221. & 226

Hic chelyn, hic flavam maculoſo nebrida tergo,
Hic thyrſos, hic plectra ferunt, &c.

Virg. XII. Aeneid. 510.

Turnus equo dejectum Amycum, fratemque Diorem,
Congreſſus pedes: hunc venientem cuſpide longa,
Hunc mucrone ferit.

Claudian. II. in Rufin. 468.

Cocytos Phlegethonque &c. *inamoenus uterque*
Alveus; hic volvit lacrimas, hic igne redundat.

 &

Digitized by Google

Vincit vulgares, vincit Beryllus arenas,
Litore in extremo quas ſimul unda movet.

Quod

& II. in Eutrop. 351.

Conſidunt apices gemini ditionis Eoae,
Hic coquus, bic leno.

infra v. 133.

Hic tibi Corycium, caſias bic donat olentes,
Hic e palmiferis balſama miſſa jugis.

hinc ſervari forte poteſt vulgata lectio in Elegia, Ovidio adſcripta, de Nuce v. 103.

Aeſtibus bic, bic me ſpoliatam frigore credit:
Eſt quoque, qui crimen grandinis eſſe putet.

ubi repetitio illa τῶ *bic* offendebat Patruum meum, qui legebat ex Cod. Neapolitano:

Aeſtibus bic, alius ſpoliatam frigore credit.

ſic elegans repetitio in *bujus* & *bujus*, licet ad diverſos non referatur, apud Propert. II. 12. 36.

Hujus ero vivus, mortuus bujus ero.

v. 19. *Vincit vulgares*] Occurrit hic duabus objectionibus, quae in Maecenatis cum ſtudium lapillorum, tum luxum, & delitias jactabantur. Nam de ſtudio lapillorum reſpondet hoc verſiculo:

Vincit vulgares, vincit Beryllus arenas.

de luxu & animi mollitie, illo: *Quod diſcinctus eras* &c. Ac quum lapillorum ſtudioſiſſimus fuerat Maecenas, videtur habuiſſe in delitiis beryllos. Ergo ita diluit objectionem poëta, eum geſtaſſe beryllum, non immerito, quum ſcilicet illa gemma omnibus praecellat. Quare enim objiciant illi quod rem precioſiſſimam, nec vulgatam in precio habuerit? Nam ſane ſtudium ſuum in lapillos ipſemet hoc Epigrammatio de morte Horatii Flacci ita profitetur:

Lugens, o mea vita, te ſmaragdus,
Beryllus quoque, Flacce, nec nitentes
Nuper, candida margarita, quaero,
Nec quos Thynica lima perpolivit
Anellos, nec Jaſpios lapillos. SCALIGER.

pro *beryllus* librarii in antiquis codicibus & editionibus dederunt, *vincisque peritus barenas.* ut in Voſſ. & Leid. Cod. & ed. Veneta ac Juntina. ſed vulgata eſt in altero Leidenſi, & ed. Ald. de amore Maecenatis circa beryllos aliosque lapides pretioſos vide Jan. Douzam Comm. ad Horat. cap. 1. Pontan. ad Macrob. pag. 666. & Meibom. cap. XXI.

v. 20. *Litore in extremo*] ita in MSS. & Aldina, Veneta, & Juntina ed. aliisque. Barthius ex prima, ut vocat, editione legit *Litore Erythraeo* curis prioribus ad Claudian. II. in Rufin. 245. quod veriſſimum puto, & firmatur a Tibullo Lib. III. El. 3. 17.

Quidve in Erythraeo legitur quae litore concba,
Tinctaque Sidonio murice lana juvat.

& hanc omnium optimam lectionem notat Meibomius, licet ipſe male ediderit *Etruſco.* cetera ſic ſanabat Heinſius, *quas bumus Inda fovet.* vel *quas ſinus Inde vomit.* aut *foves.* mihi prior emendatio praeferenda videtur. utramque in hoc verſu lectionem *Litore Erythraeo*, & *bumus Inda*, firmant plurima poëtarum loca, cum de gemmis agunt, in quibus *Indas aquas* & *Erythraeum litus* vel *rubrum mare* paſſim jungunt. Tibull. Lib. II. El. 2. 15.

Nec tibi gemmarum quidque felicibus Indis
Naſcitur, Eoi qua maris unda rubet.

& Lib. IV. 2. 15.

Et quaſcumque niger rubro de litore conchas
Proximus Eois colligit Indus aquis.

Propertius Lib. I. 14. 12.

Tum mibi Pactoli veniunt ſub tecta liquores,
Et legitur rubris gemma ſub aequoribus.

Claudianus Idyll. V. v. 15.

—— *& quidquid Eois*
Indus litoribus rubra ſcrutantur in alga.

adpoſite Avienus Deſcript. Orb. v. 1323. ubi de Indis praeceſſit:

Palantes obeunt beryllum prona fluenta.
Quem procul internis a finibus aut adamanta
Detulerint: bis glauca debinc tornatur iaſpis.

ſic ſcribe eum Heinſio & Salmaſio ad Solin. p. 861. non *Pallantes* & *Nec procul.* ut Pithoeus edidit. Plinius Lib. IX. cap. 35. *Principium culmenque omnium rerum pretii margaritae tenent. Indicus maxime bas mittit Oceanus inter illas belluas tales tantasque.* & praecipue de beryllis, loco ab aliis etiam producto, Lib. XXXVII. 5: *Eamdem* (ſmaragdo), *multis naturam aut certe ſimilem babere berylli videntur, in India originem babentes, raro alibi reperti.* & in fine capitis: *Inde & alias quidem gemmas cryſtallo invento adulterare repererunt, ſed praecipue beryllos.* non infrequens autem confuſio librariorum eſt in *unda* & *Inda.* ut apud Ovid. II. Am. 6. 1. *Pſittacus Eois ales mibi miſſis ab undis* olim legebatur. ſed *Indis* nunc reſtitutum eſt a viris doctis. ut & in primo Tibulli loco antea edebatur *felicibus undis* pro *Indis.* quae tueri poſſent lectionem primarum editionum apud Sillium Ital. Lib. XII. 231. *Lucet in aure lapis, rubris advectus ab Indis.* licet *undis* praetulerit Cel. Drakenborchius. plura vide ad Lotich. Lib. V. El. 17. 69. Sed haec ſufficiant oppoſita Goralio, qui vulgatam lectionem *Litore in extremo* mordicus tuetur, productis Dionyſii Periegetae locis, quae debet Salmaſio ad Solinum, quem tamen adfert, pag. 861 ed. Paris. ubi hunc locum exponit. Idem quoque Barthii conjecturam Lib. II. Ablegm. Crit. c. 12. & Lib. XLI. Adverſ. c. 3. *unda vomit*, cui tamen adſtipulari poſſet Claudiani locus, in Conſ. Olybr. v. 49.

—— *fluvios ſuperabat Iberos Aurea dona vomens.*

re-

Quod diſcinctus eras, animo quoque, carpitur unum
Diluitur nimia ſimplicitate tua.

Sic

rejicit, cum adparatu inſolito locorum ex Virg. Prudentio, aliisque. ſed quae tota contra Barthium animadverſio cum pulviſculo corraſa eſt ex notis Meibomii ad h. l. qui male edidit *manet.*

v. 21. *Quod diſcinctus eras animo quoque, carpitur unum:*
Diluitur nimia ſimplicitate tua.]

In alteram objectionem. Jam diluebat, quod illi objiciebatur luxus in veſtitu, & lapillis. Nunc, quod & animo quoque, nedum corporis cultu diſcinctus dicebatur, defendit ab ejus ſimplicitate. Seneca, poſtquam produxit in medium Maecenatis verſiculum: mox, *alte cinctum*, inquit, *putes dixiſſe.* Neque ſolum cultum ejus mollem, & diſſolutum, ſed & orationem quoque τρυφῶσαν fuiſſe annotat idem Seneca, ut etiam ejus μυροβρεχεῖς, καὶ βοστρύχους orationis cavilletur Auguſtus. Sed melius ex hominis oratione noveris: ut illa; *Amne, ſilviſque ripa comantibus vide ut alveum lintribus arant, verſoſque vado remigant hortos.* Voluit enim dicere, quod Virgilius:

viridesque ſecant placido aequore ſilvas.

Sane non minus ambitioſe hic de aqua, quam de aëre apud Ariſtophanem ὄρνισι:

ἀλίμενον αἰθέρος αὔλακα τέμνων.

Item; *Foeminae cirrocriſpatae columbatur, incipitque ſuſpirans, ut cervice laxa ferantur.* Tamen *columbatim ſerere baſia* dixit Cn. Martius: & περιστερᾶς εἶδος φιλήματος apud Graecos. Item de domo, quae. diriperetur: *Tyranni irremediabilis factio rimantur epulis, lagoenaque tentant domos, & ſaepe mortem exigunt.* Nam *Tyranni irremediabilis* Graeciſſat ambitioſe, τυράννου ἀνηκέστου. pro quo optimus Poëta, *implacabilis*, *implacatus.* *Rimari* autem *domos lagoena*, aut *epulis* in direptione, quum milites omnia ἄνω κάτω ferunt, aguntque: ut quicquid eſculenti aut poculenti invenerint, diripiant. Illud vero, *mortem exigunt:* cum etiam interficiunt, nec, uti alii, pecuniam exigunt. Item tenuitatem familiae quum deſcribit: *Genium feſto vix ſuo teſtem, tenuiſque Cereris fila, & crepacem molam. Focum mater, uxor inveſtiunt.* Magna ſane hyberbole, ut Genius a tam tenui familia abſit in ſuo feſto, ſine quo feſtum eſſe non poteſt, & farinam in molendino per fiſtulam manantem vocavit *fila tenuis Cereris*, quod tenuis ejus ductus, ut fili. Deinde *inveſtire focum*, pro fovere, & calfacere, ambitioſe nimis a Veſta vocavit: & melius legeretur, *inveſtant*, quam *inveſtiunt.* Haec vix intellecta a multis, itemque valde corrupta apud Annaeum Senecam, & ſimul cum ipſius Senecae verbis conturbata ideo adduxi, & expoſui, ut lectori de Maecenatis oratione geſtum darem: quantum ex ejus his pauculis reliquiis, & analectis colligere potui: & ut apud Senecam emendatiora legerentur. SCALIGER.

disjunctus male in Cod. Voſſ. *quod ſi disjunctus* in Leidenſi. *carpitur uno* Servianus. *una* Voſſian. & *Dilui ac.* in ed. Veneta an. 1480. & Juntina legebatur hoc modo:

Quod diſtinctus (diſcinctus Junt.) *eras: animo quoque carpitur uno*
Diluvii ac nimia ſimplicitate tua.

quam mendoſam lectionem proveniſſe arbitror a gloſſatore Grammatico, qui forte ad marginem notaverat, a *Diluere* derivari *Diluvium.* vid. Salmaſ. ad Tertull. Pall. p. 160. Legendum forte,

Quod diſcinctus eras animo (quod carpitur unum)

vel cum Nic. Heinſio,

Quod diſcinctus eras (namque id prope carpitur unum)
Diluitur vitae ſimplicitate tuae.

Meibomius diſtinxit,

Quod diſcinctus eras, animo quoque, carpitur unum:

quem & vide in Maecen. p. 136. idque praetuli, ut utramque mollitiem & veſtitus & animi indicet. ita enim in verſu, quem ex Accio apud Nonium Marc. proferunt, ſed in cujus Fragmentis non inveni,

Diſcincta veſtis, diſcinctus animus, ne nega.

eo refer quod de Maecenate dicit Seneca Epiſt. 92. in fine: *habuit ingenium grande & virile, niſi illud ſecum diſcinxiſſet.* ubi in MSS. & edd. vetuſtis, *niſi illud ſecundis cinxiſſet.* unde Rutgerſ. Lib. III. Var. Lect. cap. XI. *ſecundis diſcinxiſſet.* Lipſius cum Grutero, *niſi illud ſecunda diſcinxiſſent.* probante Goralio ad v. 49. hujus Elegiae. Sed *dis* ex ultimae vocis initio avulſum coaluit cum *ſecum*, unde *ſecundis* provenit, nam optime ſe habet *ſecum diſcinxiſſet*, id eſt ingenium ſimul cum veſtitu emolliviſſet. ſive ut hoc verſu dicitur,

Quod diſcinctus eras, animo quoque.

& id firmat ipſe Seneca in Epiſt. 114. *Quomodo Maecenas vixerit, notius eſt quam ut narrari debeat. quomodo ambulaverit. quam delicatus fuerit, quam cupierit videri, quam vitia ſua latere noluerit. Quid ergo? non oratio ejus aeque ſoluta eſt quam ipſe diſcinctus.* vide Torrent. ad Horat. Epod. I. in fine. & Marcil. ad Tertull. Pall. p. 16. quae autem Scaliger ad Senecae locum ultimum, ubi inter alia profert exempla ſtyli Maecenatiani diſcincti, hic adnotavit, conferenda ſunt cum notis Marcilii ad Perſ. Sat. I. pag. 38. & 39. ubi nonnullas ejus emendationes caſtigat: & exemplis ſtyli Maecenatiani mollioris ex Seneca adductis adde Meibom. cap. XXIII. ac praeterita iis fragmenta apud Quinctilian. Lib. IX. c. 4. p. 836. ubi vide Patrui mei notas. rationem vero, cur Maecenati objectum fuerit, quod *diſcinctus* incederet in urbe, quippe cum poenula militari debuiſſet uti, quia

Prae-

Digitized by Google

Sic illi vixere, quibus fuit aurea Virgo:
Quae bene praecinctos poſtmodo pulſa fugit.
Invide, quid tandem tunicae nocuere ſolutae?
Aut tibi ventoſi quid nocuere ſinus?
Num minus Urbis erat cuſtos, & Caeſaris hoſpes?
Num tibi non tutas fecit in urbe vias?
Nocte ſub obſcura quis te ſpoliavit amantem?

Quis

Praefectus Urbis erat, bene expoſuit Ruben. Lib. I. de Re Veſt. cap. 6. qui tamen Lib. II. cap. 13. in fine, ubi *praecinctos* v. 24. de antiquis Romanis ſine ullo ſinu togatis exponit, vitioſa editione uſus hunc verſum ita adfert,

Quod diſcinctus eras, animo quoque carpitur uno:

in pentametro placet Heinſii conjectura *vitae tuae*, vel cum Cel. Oudendorpio, *Diluis at vitae.* prae altera lectione, languida nimis ac fatua.

v. 23. *Sic illi vixere, quibus fuit aurea virgo* &c.] Simile illud Virgilii Lib. II. Georg. 532.

Hanc olim veteres vitam coluere Sabini,
Hanc Remus & frater; ſic fortis Etruria crevit &c.
Ante etiam ſceptrum Dictaei regis, & ante
Impia quam caeſis gens eſt epulata juvencis,
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.

adde Tibull. I. 3. 35.

Quam bene Saturno vivebant rege & ſeqq.

v. 24. *Quos bene praecinctos*] *praecincto* vet. ed. Veneta.

v. 25. *Invide*] Vetus membrana, *Livide.* SCALIG. *Livida* invenit Heinſius in codice, quo Scaliger uſus eſt. unde legebat *Livide.*

v. 26. *At tibi ventoſi*] lege *aut.* PITHOEUS. ſic Servii codex, Voſſianus, & Leidenſis. ed. Ald. & Veneta. & ſic Heinſ.

v. 28. *Num tibi non tutas*] Vetus ſcriptura, *Nunc tibi.* Corrigo *Nuncubi.* Interrogat vero quaſi de nocturno inſeſſore, & praemiatore. pro *Caeſaris obſes*, calamo exarata membrana habebat, *Caeſaris hoſpes*, item & antiquitus excuſi. Ita verior eſt lectio. Reliquerat enim Maecenatem in urbe Auguſtus tanquam obſidem, & pignus ſui, cum in Orientem proficiſceretur. Quocirca ſubjungitur,

——— *Romanae tu vigili urbis eras.*

Corn. Tacitus Lib. V. *Caeterum Auguſtus bellis civilibus Cilnium Maecenatem equeſtris ordinis cunctis apud Romam atque Italiam praepoſuit.* SCALIGER. *Caeſaris obſes* eſt in P. Servii & Voſſiano Codice, ed. Veneta & Juntina. & ita in vetuſtiſſimo Codice legi adſcripſerat Salmaſius, & praefert Meibomius. ſed vera lectio *Caeſaris hoſpes*, ut in ſecundo Cod. Leidenſi, & utraque ed. Aldina. alteram ſcripturam probat Gorallus, quamquam, ut ſubjungit, Maecenas aliquando fuerit *Caeſaris hoſpes*, quia Sueton. Aug. 72. tradit principem illum in *domo Maecenatis cubaſſe.* intelligit igitur, Maecenatem ſaepe Auguſtum hoſpitio excepiſſe. nihil potuit ſane abſurdum magis. cur non potius Caeſaris hoſpitem συμβιώτην, *convictorem*, ſive adſiduum menſae Auguſti ſocium expoſuit. vide Meibom. Maecen. cap. VI. ſed *Caeſaris hoſpes* hic dicitur de Praefecto Urbis. ut apud Symmachum de Petronio Probiano in Auctuario Symmachiano pag. 299.

Quocirca adſiduus Auguſtis notus, & hoſpes
Praemia magnorum retuliſti dignus honorum.

Petronium enim illum Probianum Praefectum Urbis fuiſſe patet ex Jureti notis p. 312. *Num minus urbis eras cuſtos* in Codice Serviano. ſed *erat* in omnibus edd. vetuſtis. recte etiam *Num minus*, quod paſſim librarii mutarunt in *Non minus* ſine interrogatione. vide notas ad Lotich. Lib. V. El. 19. 123. *cuſtos urbis* hic vocatur Maecenas pro Praefecto Urbis. vid. Meibom. Maecen. p. 74. Vellej. Pat. Lib. II. cap. 88. ubi iſta ſubjungit de Maecenate, his perquam ſimilia: *Urbis cuſtodiis praepoſitus C. Maecenas, equeſtri, ſed ſplendido genere natus: vir, ubi res vigiliam exigeret, ſane inſomnis, providens, atque agendi ſciens; ſimul vero atque aliquid ex negotio remitti poſſet, otio ac molliiiis paene ultra feminam fluens.* in quibus verbis Vellejum imitatum eſſe hunc ipſum hujus Elegiae locum quod cenſeat Gorallus, minime adſentientes habebit illos, qui poëtam hunc longe inferioris aetatis arbitrantur, non magis quam quod Statius ex hoc Epicedio locum fuerit aemulatus, ut notat ad v. 40. ſimiliter *cuſtos regni* Ptolemaeus, Pyrrhi filius, dicitur Juſtino Lib. XVIII. I. altero verſu *Num tibi non* recte edidit Pithoeus, ut legebat etiam Broukhuſ. & ſic in edd. Aldinis ac Veneta. nam male in ed. Scalig. *Num tibi num.*

29. *Nocte ſub obſcura quis te ſpoliavit amantem*] poëtam hunc ante oculos habuiſſe illud Tibulli Lib. I. El. 2. 24.

——— *ſed quos nec inertia tardat,*
Nec vetat obſcura ſurgere nocte timor.

notavit illic Broukhuſius. *violavit* Codex alter Leidenſis, Aldus, & margo ed. Scaligeri Lugdunenſis, ac Pithoei, forte pro vulneravit. vid. notas Cl. Drakenb. ad Silium X. 261. ſic *violata cervix* pro vul-

Quis tetigit ferro, durior ipſe, latus?
Majus erat potuiſſe tamen, nec velle triumphos:
Major res, magnis abſtinuiſſe, fuit.
Maluit umbroſam quercum, Nymphaſque canentes

Pau-

vulnerata, ut explicant nonnulli, apud eumdem Silium Lib. XII. 245. loco corrupto:

Ambroſiae cecidere comae, violataque cervix
Marmoreum in jugulum collo labente recumbit.

ubi Heinſius *tum lactea cervix.* quod fere amplectitur Drakenb. ſed rectius, puto, Patruus meus illic tentabat *viduataque* vel *nudataque*, hoc eſt, detractis juveni monilibus & ornamentis. *violare amores* diverſo nonnihil ſenſu, ac *violavit amantem* hoc loco, dixit Tibull. Lib. I. El. 3. 81.

Illic ſit, quicumque meos violavit amores.

ſed *ſpoliavit* hic legitur in Servii & Voſſiano Codice, ed. Veneta, & Juntina. recte. Auctor Ciris v. 78.

Et cupidos quaeſtu paſſim ſpoliaret amantes.

ubi in ed. Aldina, & margine Scaligeri ac Pithoei *popularet.* quod probabat Heinſius. *laedere* amantes noctivagos eodem modo dixit Propert. Lib. III. El. 14. 11.

Nec tamen eſt quiſquam, ſacros qui laedat amantes,
Scironis medias his licet ire vias.

Tibullus Lib. I. El. 2. 27.

Quiſquis amore tenetur, eat tutuſque ſacerque
Qualibet, inſidias non timuiſſe decet.

euntem pro *amantem* hic legitur in Servii Codice, quomodo idem Heinſius conjecerat. non diſſimile huic loco illud Virgilii, ut refert auctor ejus vitae, Donatus vulgo dictus, in Baliſtam a latronibus lapidatum:

Monte ſub hoc lapidum tegitur Baliſta ſepultus,
Nocte die tutum carpe viator iter.

quod imitatus eſt Janus Secundus Lib. I. Funer. p. 190.

Nuncius infelix, vita ſpoliatus & auro:
Securum vacuus carpe viator iter.

Ibid. *quis te ſpoliavit amantem*] Κωμάζοντα ad amicam. SCALIG.

v. 30. *Quis tetigit ferro*] *tangere latus ferro* proverbialiter dixit. & Plautus Bacchidibus:

Perii hercle: lembus ille mihi laedit latus.

in latere enim ſunt partes καίριαι. a quo dicitur *tegere latus* alicui, τὸ δορυφορεῖν. SCALIG. *durior enſe* conjecerat Heinſius. ſed repetita voce *ferro*, elegantius, *durior ipſe.* ita enim apud Tibull. d. l. v. 25. ſequitur:

Nec ſinat occurrat quiſquam, qui corpora ferro
Vulneret, aut rapta praemia veſte ferat.

ſic *ferro durior* apud Ovid. XIV. Met. 712. & Propert. I. 17, 30. & hanc lectionem probaſſe videtur Janus Secundus Lib. II. El. XI. 24.

Ah pereat, duros qui primus protulit enſes,
Ille fuit ferro durior ipſe ſuo.

quod e Tibullo mutuatum notavi ad Lotich. Lib. III. El. 29. p. 548. ſic *durior ipſe* apud Ovid. I. Am. 6. 62, *o foribus durior ipſe tuis.* vel *ſurdior. latus tangere* illuſtrant notae Broukhuſii ad Tibull. I. XI. 14.

v. 31. *Majus erat potuiſſe tamen, nec velle triumphos*] Semper enim contentus fuit manere privatus. Seneca. Item Propertius:

Maecenas Eques Etruſco de ſanguine Regum,
Intra fortunam qui cupis eſſe tuam. SCALIG.

ſic ediderunt Aldus, Pithoeus, & Scaliger. *potuiſſe* tentabat Heinſius. melius eſt, ſi diſtinguamus cum Meibomio,

Majus erat potuiſſe, tamen nec velle triumphos.

& ſic Acidal. ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 88. §. 2. vide Meibom. Maecen. cap. VI. p. 49. valde tamen blanditur conjectura P. Francii, qui in ora libri ſui conjiciebat,

Majus erat meruiſſe, tamen nec velle triumphos.

ita enim apud Rutil. Lib. I. Itin. 91.

Quod regnas minus eſt, quam quod regnaſſe mereris,
Excedis factis grandia fata tuis.

ut legit Freinshem. ad Curt. Lib. IV. cap. I. 18. ubi haec optime illuſtrat. Ovid. XV. Met. 757. de Caeſare:

Et multos meruiſſe, aliquos egiſſe triumphos.

III. Triſt. I. 41.

Nam quia perpetuos meruit domus iſta triumphos.

Albinovanus Epicedio Druſi v. 19.

Ignotumque tibi meruit, Romane, triumphum.

ſequenti verſu vitioſe in P. Servii & Voſſiano Codice, ac Leidenſi, & in ed. Veneta, & Juntina,

——— *nec velle triumphos*
Majores; majus abſtinuiſſe fuit.

ſed vulgata eſt in altero Leidenſi, ed. Aldina, aliiſque. *magnis abſtinuiſſe*, ut in illo Ovidii Epiſt. XVII. 98. *Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.* neque infeliciter Heinſius, *Major res, faſtis abſtinuiſſe*, vel *palmis.* quia *triumphos* praeceſſit.

v. 33. *Nymphaſque canentes*] *canoras* primum hic fabricaſſe Gorallum notavit Broukhuſius ad Tibull. Lib. I. El. I. 2. laudabatque, ſi e libris eſſet, ſed monitum deſiderabat. jam ſic ediderat Meibomius, quem nimis ſecure ſequitur. nihil enim variant Codices

Paucaque pomoſi jugera certa ſoli:
Pieridas Phoebumque colens in mollibus hortis,
Sederat argutas garrulus inter aves.
Marmora Moeonii vincunt monumenta libelli:
Vi-

dices MSS. neque editiones vetuſtae, in quibus, *canentes* conſtanter ſervatur. verſu ſequenti,

Paucaque pomoſi jugera culta ſoli

malebat Francius, quod ab editione Aldina confirmatum inveni, ut adhaereat Tibullo d. l.

Et teneat culti jugera multa ſoli.

ubi bene obſervat Broukhuſ. veteres *jugera multa* maluiſſe, quam *magna*, & contra *jugera pauca*, quam *parva*. ut h. l. de quo vide notas Patrui mei ad Ovid. III. Faſt. 192. *Jugeraque inculti pauca tenere ſoli.* ſic in Epigr. Martialis apud Pith. III. p. 132. *& culti jugera pauca ſoli. pomoſi jugera certa ſoli* ed. Juntina. de voce *pomoſus* vid. Broukh. ad Propert. IV. 7. 81.

v. 34. *Paucaque pomoſi*] Intelligit hortos Maecenatianos ad Eſquilias. Subiungit enim:
Pieridas Phoebumque colens in mollibus hortis. SCALIG.

v. 35. *In mollibus hortis Sederat argutas*] Janus Douza pater ita legit: — *in mollibus hortis, Sidere & argutas*, &c. LINDENB.

v. 36. *Sederat argutas garrulus inter aves*] ita in MSS. & editionibus omnibus. niſi quod vitio operarum in ed. Scaligeri *Sed erat.* Douzae emendatio interprete eget. nihil tritius quam *ſedere* dici de homine, qui animo remiſſo molliter otiatur. ut infr. v. 50. *Martem ſedentem* pro feriante dixit. vid. Serv. ad Virg. XII. Aen. 15. Torrent. ad Suet. Caeſ. cap. 5. Gronov. ad Juſtin. XXXII. 3. notas ad Valer. Fl. VI. 486. & ſic ἕδρα & καθῆσθαι Graecis. vid. Victor. Lib. XVI. Var. Lect. cap. 20. & Graev. in Lect. Heſiod. cap. XII. Lepidum vero Goralli ingenium, qui per *argutas aves* hic deſignari credit Virgilium, Horatium, Tibullum, Propertium, & reliquos Maecenatis amicos, poëtas, viros plumoſos & verſicoloribus alis. Mirum quod non addiderit, eos in hortis Maecenatianis ruſticantes inſtar cycnorum in Avibus Ariſtophanicis mixta voce modulantes & concuſſis alis perſtrepentes cantaſſe τιοτιοτιοτιοτίγξ, τοροτοροτοροτοροτίγξ. Poëtas quidem cycnis comparari propter dulciſſimum, quem fingunt, moribundi oloris cantum, nemo neſcit; ſed qui eos in canoras aves, in *umbroſa quercu*, quae hos poëtas volucres ingenti ramorum protegat umbra, cantillantes converterit, ac cum Diogene Cynico homines plumoſum alituum genus cenſuerit, primus, ni fallor, eſt Theodorus Gorallus: cujus notae cum Scaligeranis & Heinſianis collatae tam dulce canunt, quam inter argutos olores ſtridulus ſtrepit anſer, aut ut ranae apud Comicum, βρεκεκεκέξ, κοάξ. κοάξ. Sed quid, quaeſo; frequentius apud poëtas, quam ſedentes inter *argutas aves*, & labentis murmura rivi, ſive *nymphas canentes*, ut modo dixit, quae duo paſſim jungunt, voluptatem ruſticationis majorem capere. Ovid. III. Faſt. 17.

Dum ſedet, umbroſae ſalices, volucresque canorae
Fecerunt ſomnos, & leve murmur aquae.

Claudian. Lib. I. in Rufin. 215. in deſcriptione vitae agreſtis,

Hic avium cantus, labentis murmura rivi.

eleganter haec deſcribit auctor carminis de Laudibus Hortuli apud Pith. Lib. II. pag. 73.

Non deſit hortis & voluptas maxima:
Multisque miſta commodis utilitas.
Aquae ſtrepentis vitreus lambit liquor,
Sulcoque ductus irrigat rivus ſata &c.
Opaca praebent arbores umbracula,
Prohibentque denſis fervidum ſolem comis.
Aves canoros garrulae fundunt ſonos,
Et ſemper aures cantibus mulcent ſuis.

Silius Ital. IV. 86.

—— *ripis tam mitis opacis*
Argutos inter volucrum certamine cantus,
Somniferam ducit lucenti gurgite lympham.

ubi vid. Drakenb. & praecipue Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. El. I. 50. ubi hanc ruſticae vitae tranquillitatem ex poëtis illuſtrans inter alia hunc ipſum locum adfert, & cum verſibus Molſae, paullo cultiori arte hinc expreſſis, confert: quem ſi legiſſet Gorallus, abſurda hac & ridicula Virgilii, Horatii, Tibulli, ac Propertii in argutas aves metamorphoſi abſtinere potuiſſet.

v. 37. *Marmora Maeonii*] Legebam, *Marmorea Aonii.* Sed manu ſcripta lectio aliter docet legendum. Ea habet *Marmora Minaei.* Lego, *Marmora Smyrnaei.* Nam ſane prius ſcriptum puto *mirnei.* *Marmora monumenta* dictum, ut, *rete jaculum*, *lapide ſilice* &c. ut in Catalectis annotamus. SCALIGER. Sic ediderunt Aldus, Pithoeus, & Scaliger. neque aliter in Codd. MSS. & ed. Veneta, ac Juntina. Homeri poëmata per *Maeonios*, aut *Smyrnaeos libellos*, ut ex veſtigiis v. c. volebat Scaliger, hic intelligi, valde contortum arbitror. Gorallus tamen in interpretatione ſua reddidit, *ejusmodi enim opera, qualia Homeri Poëmata, diuturniora ſunt marmoreis monumentis.* & in notis *marmore monumenta* exponit, e marmore facta, ſive marmorea, ut ſit ellipſis praepoſitionis. quod placuerat etiam Broukhuſio, adſcripto Virgilii verſu Lib. V. Aen. 663. *pictas abiete puppes.* & Propertii Lib. II. 23. 11. *Auro ſolis erat ſupra faſtigia currus.* ubi alii male *Aurea.* vide Patrui mei notas ad Ovid. II. Met. 107.
ubi

Digitized by Google

Vivitur ingenio: cetera mortis erunt.
Quid faceret? defunctus erat, comes inpiger idem,
Miles & Auguſti fortis, & uſque pius.
Illum piſcoſi viderunt ſaxa Pelori

Igni-

ubi alia hujus locutionis exempla dedit. Sed deinde conjecerat Broukhuſius, *Marmorea Aonii.* ut legebat etiam Scaliger, & N. Heinſius tam in exemplari ſuo editionis Pithoeanae, quam Lib. II. Adverſ. cap. 5. quam lectionem, merito probatam Cl. Schradero Animadv. ad Muſaeum pag. 342. unice veram opinor, ut in genere intelligantur poëtarum munumenta aere & marmoreis monumentis perenniora. ſic in Epigrammate antiquo de Literarum aeternitate, apud Pith. Lib. I. pag. 39. & Scalig. pag. 180.

Haec urbem circa, ſtulti monumenta laboris,
Quasque vides moles, Appia, marmoreas, &c.
Consuescet, ſternetque dies, quoque altius exſtat
Quodque opus, hoc illud carpet editque magis.
Carmina ſola carent fato, mortemque repellunt,
Carminibus vives ſemper, Homere, tuis.

qui ultimus verſus defendere hic poſſet *Maeonios libellos.* ibidem Epigr. ſequenti:

Tu licet extollas magnos ad ſidera montes,
Et Pharias aeques marmore Pyramidas.
Ingenio mors nulla nocet. vacat undique tutum,
Inlaeſum ſemper carmina nomen habent.

ubi *marmore Pyramidas* ſimiliter quis pro *e marmore* vel *marmoreas* explicare poſſet. ſed *aeques marmore* jungenda ſunt. vide illic plura. & quae notavi ad Lotich. Lib. I. El. 2. 45. non opus igitur cum Scaligero *marmora monumenta* exponere pro *marmorea.* ut *rete jaculum*, & ſim. licet *marmorum* pro *marmoreum* etiam Salmaſ. ad Vopiſc. Aurel. cap. 49. & *forma metalla* pro *metallica*, & ſim. obſervaverit Heinſ. ad Claudian. Epith. Hon. v. 88.

v. 39. *Quid faceret?*] de hac excuſationis formula, vel *Quid faciat*, vide notas Emmeneſſ. ad Virg. Ecl. I. 41. & Heinſii ad Ovid. Ep. XXI. 56.

Ibid. *defunctus erat*] locutionem non plenam eſſe notavit Broukhuſius, aliterque melioris aetatis ſcriptores locutos. ut Cic. pro Sext. cap. 49. *nulla jam largitione populum Romanum concitare poſſunt, quod plebs perfuncta graviſſimis ſeditionibus ac diſcordiis otium malle videbatur.* Terentii tamen locum, ubi *defunctus* ita abſolute dicitur, ex Fabri Theſauro adtulit Goralius. *honoribus ampliſſimis & laboribus maximis perfunctus* eſt apud Cic. Lib. I. ad Fam. 8. ubi Manutius notat *perfungi* de eo, qui ad exitum rei cujusque ſive optabilis ſive inviſae pervenit, *defungi* vero ſemper in malam partem dici. quod huc facere poſſit, ſi de laboribus bellicis & itinerum periculis a Maecenate exantlatis capiendum. idem in Orat. pro Roſc. 8. *jam defunctos ſeſe periculis arbitrarentur.* Virg. VI. Aen. 83. *O tandem magnis pelagi defuncte periclis.* ubi v. Serv. eodem tamen ſenſu *defunctus* abſolute etiam occurrit Lib. IX. Aen. 98. *defunctae finem portusque tenebunt.* ubi *periculis* aut *itinerum incommodis* itidem ſubintelligitur, ut hoc loco. vide & infra v. 69.

Ibid. *comes impiger idem, Miles & Auguſti fortis, & usque pius*] pro *impiger* in Voſſiano *ingere.* Tollio placebat *comes integer*, ut Agrippam deſignet, cum quo Maecenas amiciſſime vixerat. in altero verſu *fortiter usque pius* idem Codex cum Serviano, ut in editione Aldina, Veneta, & Juntina. Heinſius legebat,

——— *comes impiger idem*
Militia Auguſti Martis, & usque pius.

hoc eſt quod de Maecenate dicit Propert. II. I. 36.

Et ſumta & poſita pace fidele caput.

Cl. Oudendorpius legebat,

——— *defunctus erat comes inpiger idem*
Militia Auguſti fortiter, uſque pius.

ut *defunctus militia* jungantur.

v. 41. *Illum piſcoſi viderunt ſaxa Pelori*
Ignibus hoſtilis reddere ligna ratis.] De pugna navali, quae commiſſa eſt in freto Siculo cum Sex. Pompejo Cn. F. Propertius Lib. II. Eleg. I. & Appianus. SCALIGER. Ita in ed. Aldina, Pithoeana, & Scaligeri. niſi quod *hoſtiles rates* ed. Veneta, & Juntina, ut in Codice P. Servii, Voſſiano, & Leidenſi. pro *viderunt* in eodem Voſſiano *voluerunt.* unde Heinſius *doluerunt.* Meibomius edidit *fata Pelori*, quod neſcio unde depromſerit. tentabam aliquando *clauſtra Pelori.* ut apud Virg. III. Aen. 411. *anguſti rareſcent clauſtra Pelori.* ubi *anguſtum Pelorum* vocat, ut v. 687. *anguſta ab ſede Pelori.* & *Siculi anguſta Pelori* apud Ovid. XV. Met. 706. ſed quia id nimis a vulgata recedit, recepi *ſaxa*, ut Aldus, Pithoeus, & Scaliger ediderunt, quam licet meliorem prae ceteris lectionem fateatur Gorallus, quia non procul a Peloro fuerunt Scylla & Charybdis, ſcopuli Poëtarum *figmentis*, ut ait, celebres; mox tamen rejicit, & ex Meibomii *fata* elicit profecto ingenioſe *vada*, quia in illis locis vadoſa ſunt litora, adducto Appiani loco de pugna ad Pelorum, in quo limoſa litora memorat. Poſthabito igitur Scaligero legamus in poſterum cum Goralio,

Illum piſcoſi viderunt vada Pelori.

neque enim dubitare fas eſt, Gorallum in Scaligero refutando ceſpitaſſe, quia in Praefatione adfirmat, ſe *Heinſium, & praeſertim Scaligerum, ſubinde confutaſſe, ſed iis rationibus, quibus nihil ſani poſſit opponi.* vide joculatem & tyronibus ipſis exſibi-

Ignibus hoſtilis reddere ligna ratis.
Pulvere in Emathio fortem videre Philippi.
Quam tunc ille tener! quam gravis hoſtis erat!
Cum freta Niliacae texerunt lata carinae,
Fortis erat circum, fortis & ante Ducem;
Militis Eoi fugientia terga ſecutus,

Ter-

ſibilandam arrogantiam, qui Gorallum ablegarent ad Proſodiam Smetii, ut inde diſceret, primam in *vada* corripi, antequam tantis viris inſultando ridendum ſe pueris praeberet, palmamque Vacerris Puppiis, & Cajis Mattiacis dubiam redderet. Sed cur *Pelorus* hic prae reliquis Siciliae promontoriis *piſcoſus* vocetur, mallem docuiſſet. An forte ſcripſerit poëta,

Illum ſcrupoſi viderunt ſaxa Pelori.

quam conjecturam firmabunt notata Heinſio ad Valer. Fl. II. 518. & Davieſ. ad Cic. IV. Tuſc. 14. ſic apud Terentian. Maurum in Praefat. v. 62.

Dumos inter & aſpera Scrupoſis ſequimur vadis.

In minore verſu pro *reddere* edidit Meibomius *tradere*, ut legit Scaliger, & Heinſius. qui *dedere* etiam conjecerat. poſſis & *perdere*. pro *ligna* in Voſſiano eſt *lingua*. idem Heinſ. ad Ovid. XIV. Met. 534. corrigebat,

Ignibus hoſtilis tradere tigna ratis.

ut *ratis hoſtilis* ſit ſecundi caſus. nam *hoſtiles rates* male apud Meibom. & Gorall. ultimae huic emendationi favet locus Jul. Caeſaris, a Broukhuſio adſcriptus, Lib. II. de Bel. Civ. 9. *ut capita tignorum extenta parietum ſtructura tegerentur; ne quid emineret, ubi ignis hoſtium adhaereſceret.* ubi in ſequentibus *tigna* pro tabulatis ſaepius occurrunt: quae de navibus aeque ac domibus & aliis rebus dicuntur. & inde *tignarius*. Papias in Vocabulario: *Tignum a tegendo dictum: tecto enim inponitur, ut in eo cetera ſuperponantur. tignarius vero, qui tigna tecto inducit. ideſt ſarti tector.* Gloſſae MSS. Leidenſes: *Tigna, tecta. Tignarii, qui tigna faciunt.* ſic TIGNARIUS in Inſcr. antiq. apud Boiſſard. Tom. VI. Antiq. pag. 17. Gruter. pag. CXII. 1. Gudium pag. CXXXIV. 1. aliosque. inde *tigilla* parva tigna, e quibus tuguria agreſtia conpinguntur. vide illic Heinſ. Voſſium in Etymolog. in *tignum.* notas ad Phaedr. Lib. I. fab. 2. 14. & Broukh. ad Tibull. II. El. I. v. 39.

v. 42. *Ignibus*] Lego,

Ignibus hoſtilis tradere ligna ratis. SCALIG.

v. 44. *Quam tunc ille tener! quam gravis hoſtis erat!*] Melius vetus membrana:

Jam nunc ille tener, tum gravis hoſtis erat.

Ille, qui nunc tener, & fluxi animi inceſſitur. Graecis melius exprimitur. ὁ θηλυδρίας, ὁ ἡδυπαθής. SCALIGER. haec eſt lectio Codicis Leidenſis ſecundi, editionis Aldinae, Pithoei, & Scaligeri, qui ex veteri cod. profert,

Jam nunc ille tener, tum gravis hoſtis erat.

ſine dubio proxime verum, licet obloquatur Gorallus, quia haec codicis MS. lectio differt ab antiquioribus editionibus. cur igitur earum ſcripturam non indicavit? in editione Veneta an. 1480. Juntina, & vetuſta Lugdunenſi, quae cum Aſcenſii & Calderini notis prodiit an. 1517. excuſum eſt,

Quam tener ille fuit, tam gravis hoſtis erat.

quod nemo praeferet membranae Scaligeri, quam probaſſe etiam videtur Pontanus ad Macrob. p. 666. quia ſic verſum hunc adfert ad firmandam emendationem ſuam in fragmento Epiſtolae Auguſti ad Maecenatem, *Vale, mel gentium, mi tenelle* &c. ubi in aliis *melcule*. ſed *meaulla*, non minus molli appellatione. Juſt. Ryckius Cent. II. Epiſt. 27. alii aliter. vid. Meibom. Maec. pag. 143. Praeſtat tamen, ut hic *Jam* corrigatur in *Quam*, & cum Meibomio legamus,

Quam nunc ille tener, tam gravis hoſtis erat.

eum vide in Maecen. cap. VIII. pag. 60. *tam gravis* firmatur a Codice Leidenſi primo, niſi quod in initio verſus, *Quam tunc.* Scriverius in ora ed. Pith. conjecerat,

Quamvis ille tener, quam gravis hoſtis erat.

v. 46. *Fortis erat circum*] *circa* Cod. Leid. alter, & ed. Ald. *Duces* in Cod. P. Servii.

v. 47. *Militis Eoi fugientia terga ſecutus*] ſic edidi ex certiſſima N. Heinſii emendatione ad Ovid. I. Met. 541. quam merito laudabat Broukhuſius, adſcripto Servii loco ad Lib. VIII. Aen. v. 68. ubi ille *orientia ſolis lumina* exponit pro *orientis ſolis lumina*. ita certe poëtae *verba precantia, lumina amantia, orantia brachia* & ſim. malunt dicere elegantiae cauſſa, quam *precantis, amantis* &c. vid. Broukhuſ. ad Propert. III. 7. 57. ubi *fugientia terga* hoc in loco legendum pluribus adſtruit. intelligit autem Antonium pugnam Actiacam deſerentem, cui *fugientia terga* tribuit, ſolito poëtis loquendi modo. de quo vid. ad Carmen de Achille Lib. I. 89. v. 71. ubi de Therſite conjeci, *tergoque fugaci.* contra ac de Achille Catullus Carm. LXIV. 335.

Hoſtibus haud tergo ſed forti pectore notus.

ineleganter igitur in Aldina. Veneta, Juntina, Pithoei, Scaligeri, & Meibomii editione, *Militis Eoi fugientis.* ut autem hic Antonius *ad Nili caput fugiſſe* dicitur, ita de Cleopatra, tenerum hunc Qui-

ri-

Territus ad Nili dum fugit ille caput.
Pax erat. haec illos laxarunt otia cultus.
Omnia victores Marte ſedente decent.
Actius ipſe lyram plectro percuſſit eburno,
Poſtquam victrices conticuere tubae.
Hic modo miles erat, ne poſſet femina Romam

Do-

rinum ſequente, Propert. IV. El. 7. 63.

Illa petit Nilum cymba male nixa fugaci,
Hoc unum juſſo non moritura dic.
Di melius! quantus mulier foret una triumphus,
Ductus erat per quas ante Jugurtha vias.

& de Antonio ipſo Lib. II. El. 13. 37.

Cerne ducem, modo qui fremitu complevit inani
Actia damnatis aequora militibus.
Hunc infamis amor verſis dare terga carinis
Juſſit, & extremo quaerere in orbe fugam.

ubi *extremum orbem* vocat Aegyptum ſeu Nili caput. v. Broukhuſ. Cl. Oudendorpius putabat a poëta intelligi forte Aethiopiam, ubi Nili fontes. quamquam Antonius fugerit modo Alexandriam, ac proinde *caput* hic pro oſtio poni. eum vide ad Lucan. Lib. III. 202. & ad Caeſ. IV. de B. Gall. cap. XI. Sed quis ferat in his verſibus *fugientia terga*, & *dum fugit*. pro quo ſaltem caſtigatioris limae poëta ſcripſiſſet,

Territus ad Nili dum ruit ille caput.

ut *ruit* ponatur, pro praecipiti fuga dilabitur territus, ac ſaluti ſuae metuens. ut *trepidum Xerxem*, & ſcapha trajicientem deſcribit Juſtin. Lib. II. cap. 13. & Gildonem *praedonem lembo profugum* Claudian. I. in Stilich. 357. ſic *ruere* de fuga valde praecipiti apud Tacit. III. Hiſt. c. 77. *ceteri ad naves ruebant, ubi cuncta pari formidine implicabantur.* & paullo poſt, *Liburnicae ſex evaſere, reliquae in litore captae, aut nimio ruentium onere preſſas mare hauſit.* Quae Gorallus tamquam ex ſua conjectura hic proponit de Maecenate Liburnicis navibus forte praefecto, quae Antonium ex pugna Actiaca fugientem inſecutae, deſcripta ſunt ex Meibomii Maecenate p. 76. cui Horatii & Dionis loca debet.

v. 49. *Pax erat*] vide Heinſ. ad Ovid. Epiſt. III. 95. & Broukh. ad Propert. III. El. 3. 24. *laxarant* Cod. Leid. ſecundus, & ed. Aldina pro *laxarunt* rectius.

v. 50. *Omnia victores Marte ſedente decent*] *Marte furente* conjecerat Francius. Sed Martem *ſedentem* hic dicit otiantem, feriantem, quia pax erat. vide ſupra ad v. 36. eodem modo Martem ſedentem, & Victoriae imaginem manu tenentem, quod optime huic loco convenit, exhibet Gorlaeus in Dactylioth. Gem. LXXIV. & Herculem ſuper thoracem ſedentem in Gem. LVIII. & Romam Gem. LXXV. & CXX. ut notaverat Broukhuſius. Virgilii locus, quem adfert hic Gorallus, debetur Meibomio.

51. *Actius ipſe lyram plectro percuſſit eburno*] Apollo. de Actiaca victoria conſtat agere. SCALIG. vitio operarum in Scaligeri editione legitur *Accius*. de victoria ad Actium promontorium agi, & Apollinem Actium intelligi certum eſt. vide Berkel. ad Stephan. Byzant. in Ἄκτια. ad quem remittere potius lectorem debuiſſet Gorallus, quam ex eo deſcribere locum Dionis, & ſublegere obſervationem de verbis Stephani ex utroque Strabonis loco deſumtis, quamquam Stephanum inter & Strabonem non conveniat de ludis Actiacis, quos hic quinquennales, ille triennales facit. de quo vid. Triſtan. Tom. I. Comment. pag. 676. & 677. Conferenda autem eſt cum his & ſuperioribus verſibus tota Propertii Elegia ſexta Lib. IV. vel ideo, ut artificii poëtici diſcrimen pateat. Ibi quoque Actii Apollinis mentionem poſt pulcherrimam pugnae Actiacae deſcriptionem ſubjungit v. 67.

Actius hinc traxit Phoebus monumenta, quod ejus
Una decem vicit miſſa ſagitta rates.
Bella ſatis cecini: citharam jam poſcit Apollo
Victor, & ad placidos exuit arma choros.

ubi eodem modo poſt pugnam dicit *Apollinem victorem jam citharam poſcere*, ut hic *lyram plectro percuſſit eburno. Poſtquam victrices conticuere tubae.* antea enim Propertius, ubi Phoebum ſuper Auguſti navem adſtitiſſe fingit, eum ſine lyra induxit v. 32.

Non ille attulerat crines in colla ſolutos,
Aut teſtudineae carmen inerme lyrae.

contra apud Tibull. II. 5. init. ad Phoebum:

Huc age cum cithara carminibusque veni.
Nunc te vocales impellere pollice chordas,
Nunc precor ad laudes flectere verba meas.

plura de Phoebo Actio vide apud Paſſerat. ad d. l. Propert. p. 636. & Cerdam ad Virg. Tom. I. p. 285. recte vero *percuſſit*, de graviori ſono, quippe qui epinicium poſt victoriam canebat. quod male alibi mutatum in *percurrit*. vide Broukh. ad Propert. II. 1. 9 & quae notavi ad Lotich. Lib. IV. El. 2. 39.

v. 53. *Hic modo miles erat, ne poſſet femina Romam Dotalem ſtupri turpis habere ſui*] *haerere* vitioſe in Cod. Leidenſi. *Dotalem Romam* hic improprie dici notat Gorallus, quia *dotem & dotalia munera ſponſus a ſponſa, non haec a viro accipit.* Hoc demum eſt ſapere, & bonam mentem habere aut adhibita rerum & linguae cognitione ad ſenſum auctorum veterum rectiſſima via properare! ſed ſi legiſſet Barthium Lib. XXII. Adverſ. cap. 8. non pauca il-

 lic

Dotalem ſtupri turpis habere ſui.
Hic tela in profugos (tantum curvaverat arcum)
Miſit ad extremos exorientis equos.

Bac-

lic reperiſſet poëtarum loca, ubi *dotem* & *dotalia munera* de illis rebus dicunt, quas maritus confert. An igitur inpropric etiam locutus eſt, neque ad conpendiariam dotis definitionem adtendit poëta egregius in optimo Epigrammate, infra edendo ex Scaligeri Catalectis Lib. I. p. 185.

Venerat Eoum quatiens Antonius orbem,
Et conjuncta ſuis Parthica bella gerens.
Dotalemque petens Romam Cleopatra Canopo,
Et Capitolino ſiſtra minata Jovi.

quam vero *dotalem Romam* uterque vocat, *pretium conjugii obſcoeni* dixit Propertius, eximiis & prae hujus poëtae Muſa paullo graviore chorda decurrentibus verſibus, Lib. III. El. 9. 31. & ſeqq. de Cleopatra:

Conjugii obſcoeni pretium Romana popoſcit
Moenia, & addictos in ſua regna patres. &c.
Scilicet inceſti meretrix regina Canopi,
Una Philippeo ſanguine inuſta nota,
Auſa Jovi noſtro latrantem opponere Anubin,
Et Tiberim Nili cogere ferre minas.
Romanamque tubam crepitanti pellere ſiſtro,
Baridos & contis roſtra Liburna ſequi.

& ſic Propertii imitatione Florus Lib. IV. cap. XI. §. 2. *Haec mulier Aegyptia ab ebrio imperatore, pretium libidinum, Romanum imperium petit. Et promiſit Antonius: quaſi facilior eſſet Partho Romanus.* pariter Juſtinus Lib. I. cap. 7. fine, dicit *caedem Candaulis* nuptiarum pretium *fuiſſe*, *uxoremque mariti ſanguine* dotatam, *regnum viri & ſe pariter adultero* (*Gygi*) *tradidiſſe.* ubi male *nuptiarum praemium* vulgo legitur. vide Graevii notas. & *ſanguine dotata*, ut apud Ovid. Epiſt. VI, 138.

Quid refert, ſcelerata piam ſi vincit, & ipſa
Crimine dotata eſt, emeruitque virum.

quod cum illo Juſtini loco etiam Patruus meus contulit.

v. 55. *Hic tela in profugos* (*tantum curvaverat arcum,*)
Miſit ad extremos, &c.] *Sic tela* conjecerat Heinſius, & *tentum curvaverat arcum*, vel, *tentos vibraverat arcus.* nam *arcus* legitur in Codice Serviano. *curaverat* ed. Juntina. Senſum hujus loci Gorallus ita exponit in Interpretatione, *ſagittas in Antonianas copias tam procul emiſerat, ut in ultimum Orientem pervenerint.* & ad Actium Apollinem refert in notis. dicit enim *Apollinem hic* ἑκηβόλον, *ſeu procul jaculantem, ſe praeſtitiſſe, quia ita fugata eſt Antonii claſſis, ut in Aegyptum fugerit, exceptis navibus captis & combuſtis.* Sed Maecenatem haec ſpectant, quem clare dicit Auguſto ſuaſorem fuiſſe expeditionis Indicae, quae tamen numquam eſt ſuſcepta, unde ſubjungit eum *modo curvaſſe arcum*, quo refer illud Propertii Lib. II. El. 8. 19.

India quin, Auguſte, tuo dat colla triumpho,
Et domus intactae te tremit Arabiae.
Et, ſi qua extremis tellus ſe ſubtrahit oris,
Sentiet illa tuas poſtmodo capta manus.

ubi *extremas oras* de Indis cape, ut hoc loco *extremos Orientis equos.* & ſupra v. 20. *Litore in extremo quas humus Inda movet.* ubi tamen *Litore Erythraeo* praetuli: ſic *extremum orbem* Aegyptum, in quam fugit Antonius, vocat Propert. Lib. II. 13. 40. ubi male *externo* in MSS. vide Broukh. idem Propertius Lib. III. El. 3. init.

Arma Deus Caeſar dites meditatur ad Indos,
Et freta gemmiferi findere claſſe maris.
Magna viae merces. parat ultima terra triumphos,
Tigris & Euphrates ſub tua jura fluent.

ubi hunc ipſum locum adferens Broukhuſius notat etiam, Maecenatem ſuſcipiendae hujus expeditionis Auguſto auctorem fuiſſe, & per *profugos* intelligi reliquias exercitus Antoniani, ut hoc nomine praetexeret ambitionem Caeſaris. hanc ab Auguſto cum Britannica expeditione meditatam conjungit etiam Horat. Lib. I. od. 35. 30.

Serves iturum Caeſarem in ultimos
Orbis Britannos, & juvenum recens
Examen, Eoiſ timendum
Partibus, Oceanoque rubro.

ubi recte Geſnerus refutat Bentlejum *ultimos oro Britannos* emendantem. vid. ſupra ad Epigr. XCI. de expeditione Claudii Britannica.

Ibid. *Miſit ad extremos exorientis equos*] locutionem arbitror ſine exemplo eſſe, qua *exoriens* abſolute pro *Oriente* vel *Sole exoriente* ponitur: & offendiſſe videtur Heinſium, qui margini adſcripſerat *mox Orientis.* ſed quae conjectura ingratum ſonum cum ultima praecedente ſyllaba *extremos mox* auribus inſert. *Sol exoriens* recte quidem apud Virg. I. Georg. 437. *Sol quoque & exoriens, & cum ſe condit in undas.* quod enim e Propertio poſſet objici ex Lib. III. El. 3. 49.

Qua venit exoriens, qua deficit, unde coactis
Cornibus in plenum menſtrua Luna redit.

diverſi exempli eſt, quia verſus illos recte monet Broukhuſius collocandos eſſe poſt vs. 56. illius Elegiae,

Solis & atratis luxerit orbis equis.
Qua venit exoriens &c.

ubi

Digitized by Google

Bacche, coloratos poſtquam devicimus Indos,
  Potaſti galea dulce juvante merum.
Et tibi ſecuro tunicae fluxere ſolutae:
  Te puto purpureas tunc habuiſſe duas.
Sum memor, & certe memini ſic ducere thyrſos

Bra-

ubi proinde *Sol exoriens* jungitur, repetita voce ex verſu praecedenti. Ea propter in notis ad Lotich. Lib. IV. El. 2. v. 20. conjeci ex veſtigiis literarum, & pronunciatione vocis *exorientis* nonnihil mutata, legendum eſſe,

Miſit ad extremos ecce Orientis equos.

ut *ecce* innuat jam jam meditatum hanc expeditionem eſſe Auguſtum: & firmandae conjecturae fundum poſui illum Ovidii locum, de hac eadem expeditione Indica, Lib. I. Artis v. 177.

Ecce *parat Caeſar, domito quod defuit orbi*
Addere, nunc Oriens *ultime, noſter eris.*

v. 58. *Potaſti galea dulce juvante merum*] Poculum militis galea eſt. Statius libro Thebaidos III. (663.)

Hoſtilem Iſmenon galeis Dircenque bibemus.

Lucanus: (IX. 510.)

Excuſſit galeam, ſuffecitque omnibus unda.

LINDENBROG. Meibomius edidit *galea levante*. & ex eo Gorallus. ſed cum in nullis MSS. aut editionibus vetuſtis id inveniatur, temerarium eſſet ſequi. propius ad lectionem in editione Aldina, Veneta, Pithoei, & Scaligeri vulgatam accedit emendatio Rutgerſii in Venuſin. Lect. cap. VIII. pag. 274. qui legit *galea jubante* ex ſollemni literarum *v* & *b* turbatione. quod merito probabat Heinſ. ad Claudian. III. Conſ. Hon. 40. ubi *In galea portare nives* legebatur, ſed *potare* praefert, ac plura in illius & Claverii notis de more illo militari e galeis bibendi videre licet. Lindenbrogii nota cum loco Lucani deſcripta eſt ex Scholiaſte ad illum Statii locum. ſimili varietate apud Tibullum Lib. II. El. 6. 8. legendum,

Quod ſi militibus parces, erit hic quoque miles
Ipſe, levi galea qui ſibi potet aquam.

ubi nunc etiam *portet* circumfertur vulgo. & in tribus Codicibus Auglicanis ab Heinſio collatis legitur, qui *potet* etiam praeferebat, ut habetur in ed. Mureti, & ſic jam Cyllenium e libro ſuo dediſſe monuit, qui nuper de Tibullo eleganter meritus eſt, Chriſt. Gotl. Heynius, ſed in hoc loco, ex Clerici editione adducit *galea levante*, quod non intelligere ſe fatetur, ac *levate* conjicit, pro recreate, refecte, vel *levande*, notatque Gorallum male haec ad Antonium referre. Sed ſequamur Rutgerſium, cujus emendatio etiam placuiſſe Broukhuſio videtur, quia *galea jubante* hoc in verſu profert ad illud Propertii Lib. III. El. 10. 8.

Potabis galea feſſus Araxis aquam.

galeam vero *jubantem* dixit, ut *comantem galeam* Virg. II. Aen. 391. ubi Servius explicat, *vel criſtatam, quia de caudis animalium habebant criſtas, aut comas habentem.* & ſic paullo poſt vs. 412. *Grajas jubas* vocat, quod de criſtatis etiam galeis interpretatur. *criſtas comantes* dixit Lib. III. Aen. 468.

Et conum inſignis galeae, criſtasque comantes.

ubi vide eumdem Servium.

v. 60. *Te puto purpureas tunc habuiſſe duas*] *tuas* legebat Meibomius, & Pithoeus in margine exemplaris ſui in Biblioth. Reg. quod exponi quidem poſſet, tibi proprias, quia purpureus amictus Baccho, & Bacchantium choro ſemper proprius fuit. vide Salmaſ. ad Tertull. Pall. pag. 328. ſed *duas* tunicas purpureas & ſolutas geſtaſſe Bacchum, mollitiem & luxum auget, quia duabus tunicis, interiore & ſuperiore, indui, mollibus & delicatis tantum in uſu fuit: ut Ferrar. Lib. III. de Re Veſt. cap. 1. & alii viri docti docuerunt in notis Philologicis ad Marc. VI. 9. ubi Chriſtus praecipit *μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας*. & ad Lucae cap. 3. 11. ad *tunicas* Bacchi *ſolutas* refer Senecae locum in Oedipo v. 422.

Inde tam molles placuere cultus,
Et ſinus laxi fluidumque ſyrma.

& in Herc. Fur. v. 472.

Non erubeſcit Bacchus effuſos tener
Sparſiſſe crines, nec manu molli levem
Vibraſſe thyrſum, cum parum forti gradu
Auro decorum ſyrma barbarico trahit.

ſic *tunicam fluentem* infra dat Herculi v. 77. ubi vide. ut autem hic Bacchus victor & exſultans purpurea tunica fluente, thyrſo, & hedera ornatus inducitur, ita contra in luctu ab ornamentis his vacuum deſcribit Statius VII. Theb. 148.

Purpureum triſti turbatus pectore vultum,
Non crines, non ſerta loco, dextramque reliquit
Thyrſus, & intactae ceciderunt cornibus uvae.
Ergo ut erat lacrimis, lapſoque inhonorus amictu
Conſtitit, haud unquam facie conſpectus in illa.

v. 61. *Sum memor, & certe memini ſic ducere thyrſos*] Locum corruptum nemo non agnoſcet, vel propter ineptam illam tautologiam, *ſum memor,*

Brachia purpurea candidiora nive.

Et

mor, *& certe memini.* niſi forte quis defendere velit ex Ovid. xɪv. Met. 813.

Nam memoro, memorique animo pia verba notavi.

ubi *memoror* more Enniano & Lucretiano in MSS. ſed quod jure diſplicuit Heinſio, qui legebat *Nam refero. Si memor* Pithoeus correxerat in editionis ſuae margine in Biblioth. Reg. *dicere thyrſo* codex Servii. *Bacchea* Voſſ. & Leid. *Bacchica* ed. Ven. Juntina, Lugdun. Aſcenſ. Goralius, qui totam hanc Bacchi deſcriptionem ad Antonium, poſt devictos Parthos Bacchi numen adſumentem, refert, Pedonem vult in Antonii partibus fuiſſe, *& haec verba eſſe Pedonis ſenſim ſibi in memoriam rem revocantis*, (ideoque *ſum memor*, *& certe memini* bis repeti,) *unde liquet agere hic Pedonem de re, cujus teſtis fuerat, non de Libero Patre, cujus comitem ante multa ſecula in expeditione Indica ſe fuiſſe fingere nequit, niſi hic Metempſychoſin Pythagoricam amplecti ſtatuatur.* Verba ipſa adſcripſi obſervationis tam praeclarae, ut ſingulare praebeat ſpecimen illius, qui loca auctorum ideo obſcuriſſima, quia aperte mendoſa ſunt, perfracte mallit abſurdis explicationibus involvere, atque interpretari ea quae ipſe non intelligat, quam corrupta fateri, & ad opem Criticam confugere. Ego Bacchi ipſius expeditionem Indicam deſcribi certus ſum, & forte Ovidium in animo habuit hic poëta, qui poſtquam expeditionis, quam in Indiam paravit Auguſtus, mentionem feciſſet, Lib. ɪ. Art. Am. 177.

Ecce parat Caeſar domito quod defuit orbi
Addere, nunc Oriens ultime noſter eris.

mox eamdem Bacchi in Indos expeditionem ſubjungit:

Nunc quoque, qui puer es, quantus tum, Bacche, fuiſti,
Cum timuit thyrſos India victa tuos.

variis conjecturis locum ſanare tentavit manus Heinſii. ad ed. Juntinam Catalect. Virgilii adſcripſerat, *Sum memor, exertos memini ſic ducere thyrſos.* vel *Sum memor, & teretes cum Maenade duceri thyrſos.* ad Pithoei Catalecta notaverat, *Tum memorant certe*, vel, *Tum teretes certe memini tibi ducere thyrſos.* Ex his potiſſimum arridet, locum hunc ſic forte conſtituendum eſſe:

Tum memorant teretes cum Maenade ducere thyrſos
Brachia &c.

formula enim illa *Tum memorant*, *Te memorant*, *Qualem te memorant*, poëtis ſimili in re uſitatiſſima & elegans, praeſertim cum de rebus ab aetate ſua longe remotis ſermo eſt. Tibull. ɪɪ. 5. 9. ad Phoebum:

Sed nitidus pulcherque veni. nunc indue veſtem
Sepoſitam, longas nunc bene pecte comas.
Qualem te memorant, Saturno rege fugato,
Victori laudes concinuiſſe Jovi.

apud Ovid. ɪɪ. Met. 176.

Te quoque turbatum memorant fugiſſe Booten.

ɪɪ. Faſt. 114.

——— tergo Delphina recurvo
Se memorant oneri ſuppoſuiſſe novo.

& v. 459.

Te memorant fratremque tuum (nam juncta micatis
Signa) duos tergo ſuſtinuiſſe Deos.

Tene ferunt apud eumdem Epiſt. ɪx. 21.

Tene ferunt geminos preſſiſſe tenaciter angues.

& alibi. *Maenadis* autem nomen, quod ex *memini* petiit Heinſius, aliis etiam in locis librariorum manus corruperunt, ubi de Bacchantibus agitur. ut apud Propert. Lib. ɪ. El. 3. v. 5. ubi legebatur:

Nec minus aſſiduis Edonis feſſa choreis
Qualis in herboſo concidit Appidano.

optime Heinſius ex vitioſa *Minus*, vel *Minas* ſcriptura Lib. ɪɪ. Adverſ. cap. 6. caſtigabat:

Maenas & aſſiduis Edonis feſſa choreis.

quam emendationem firmat ipſe Propert. Lib. ɪɪɪ. El. 6. 14.

Seu ſequitur medias Maenas ut acta vias.

Forte etiam in *memini* latere poſſet, *Tum memorant teretes in nebride ducere thyrſos Brachia.* ut *Brachia in nebride* ſint tecta nebride, ſeu pelle hinulco. *nebris* enim paſſim additur in habitu Bacchi & Bacchantium, a collo per brachia dependens. vid. Scholiaſten Statii ad Lib. ɪɪ. Theb. 664. & Barth. ad Lib. ɪ. Sylv. 2 226. Gloſſarium Voſſianum MS. *Nebris, corium cervi. Nebris Dianae, corium Dianae, quae cum cervo pingitur.* & ſic in Gloſſis Iſidori, ubi tamen Graevius legit *corium damae.* quia nebrides Baccho magis conveniunt quam Dianae. ita in dithyrambo prolixo in laudes Bacchi apud Senecam Oedip. vs. 436.

Inter matres impia Maenas.
Comes Ogyglo venit Iaccho,
Nebride ſacra praecincta latus.

ubi vide Delrii Comm. pag. 109. ſaepe autem librarii hanc quoque vocem depravarunt. vide Freinshem. ad Curt. ɪx. 10. 24. ubi Xiphilini loco optime eam reſtituit, & plura de nebride bacchantium amictu notavit. Sed quia mox ſequitur, *Et tibi thyrſus erat*, odioſa *thyrſi* repetitione, veſtigiis vulgatae ſcripturae propius forte inſiſteret, ſi legamus,

Tum memorant curru geminas tibi ducere tigres
Brachia purpurea candidiora nive.

ut *curru* ex *certe*, & *geminas* ex *memini* eliciatur. Ovid. ɪ. Art. Am. 549. de Baccho,

Jam Deus e curru, quem ſummum texerat uvis,
Tigribus adjunctis aurea lora dabat.

ſic

Digitized by Google

Et tibi thyrſus erat gemmis ornatus & auro:
Serpentes hederae vix habuere locum.
65. Argentata tuos etiam ſandalia talos

Vin-

ſic de eadem hac Bacchi expeditione Indica apud Senec. Oedip. 425.

Vidit aurato reſidere curru,
Veſte cum longa tegeres leones,
Omnis Eoae plaga vaſta terrae.

leones enim vel tigres currui Bacchico jungunt poëtae, vel lyncas & pardos. Firmat conjecturam hanc prae ceteris locus Martialis Lib. VIII. Ep. 26.

Nam cum captivos ageret ſub curribus Indos,
Contentus gemina tigride Bacchus erat.

& Silii Italici Lib. XVII. 648.

Qualis odoratis deſcendens Liber ab Indis
Egit pampineos frenata tigride currus.

ubi reſpicit illa Virgilii VI. Aen. 805.

Nec, qui pampineis victor juga flectit habenis
Liber, agens celſo Nyſae de vertice tigres.

Horat. III. Od. 3. 13.

Hac te merentem, Bacche pater, tuae
Vexere tigres, indocili jugum
Collo trahentes.

brachia autem Bacchi *ducere tigres* pro freno regere, habenis flectere, dicuntur. ut *ducere frena manu* Ovid. XV. Met. 518. vide Scheffer. I. de Re Vehic. cap. 13. p. 176.

62. *Brachia purpurea candidiora nive*] *purpuream nivem* exponunt pulchram, candidam. vid. Marcilium ad Perſ. pag. 84. Barth. ad Claudian. Conſ. Olybr. v. 183. & Broukh. ad Propert. Lib. II. 20. 5. ut *purpurei olores* Horatio: quod Pithoeus etiam margini codicis ſui in Biblioth. Reg. adſcripſerat. ſed quia *purpureas* modo praeceſſit, invenuſte prorſus haec vox denuo repetitur: quamquam id frequens in hac Elegia eſſe notaverim ſupra ad v. 5. quae cauſſa videtur, cur Ptolem. Flavius Conjectan. cap. 24. hic *perpura* legendum conjecerit. poſſis etiam, *Brachia vel pura candidiora nive.* id eſt licet ipſa etiam nive candidiora. ut apud Ovid. Epiſt. XVI. 249.

Pectora vel puris nivibus, vel lacte, tuamque
Complexo matrem candidiora Jove.

nivem recentem vocat Lib. III. Am. 5. II. & *non calcatam* lib. II. ex P. Epiſt. 5. 38.

—— ſed ſunt tua pectora lacte,
Et non calcata candidiora nive.

ſic eleganter *vel* pro licet, etiam. Virgil. VII. Aen. 808.

Illa vel intactae ſegetis per ſumma volaret Gramina.

vid. ad Ovid. III. A. A. 646.

Illa vel Hiſpano lecta ſit uva jugo.

Cl. Oudendorpio placebat *prae pura.* ſaepe enim ita *prae* cum comparativo occurrit. Scaligerum vero ad Varron. p. 108. & Paſſeratium Conject. cap. XI. male ex Albinovano proferentes, *purpurea ſub nive terra latet*, refutat hic quidem Gorallus, ſed non indicat, apud quem poëtam verſus ille aliter legatur. eſt autem apud Ovid. II. Faſt. 72. *poſita ſub nive terra latet.* & lib. V. ex P. 5. 4.

Tectaque brumali ſub nive terra latet.

64. *Serpentes hederae vix habuere locum*] recte *hederas ſerpentes* Parrhaſius in Quaeſit. Epiſt. pag. 208. ubi verſum hunc profert tamquam ex Maronis Juvenilibus, exponit *flexipedes hederas*, ut vocant alii poëtae. vid. ad Lotich. Lib. IV. El. 2. 73. ſic apud Virg. Ecl. VIII. 13.

—— atque hanc ſine tempora circum
Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros.

65. *Argentata.*] ut aurata. Sed, ne quid diſſimulem, malo *amentata. Amentati calcei* veteribus dicebantur, & *Obſtrigilli.* SCALIG.

Ibid. *Sandalia talos.*] Semper ſuſpecta mihi fuit haec lectio, cum *ſandalium* ſecundam a prima correptam habeat. Sed recte vetus membrana habebat *talaria.* Ita repone. SCALIGER. Inprobat hanc Scaligeri emendationem Gorallus, quia *teretes* ejus *aures*, ut ait, ferre non poſſunt cacophoniam illam *talaria talos.* tam teriti igitur aure non fuit Voſſius. qui Lib. II. Art. Gram. c. 38. pag. 319. lectionem hanc, veteris membranae auctoritate ſubnixam, praeferebat potius, quam ſecundam in *ſandalia*, quae brevis eſt, ſine exemplo produci. & ita Salmaſius libro ſuo adſcripſerat. Certe quot non exempla adferri poſſent, ubi ejuſmodi ὁμοιοτέλευτα occurrunt, etiam apud optimos poëtas, e quibus tamen ne unum quidem metri vitiati adnotare liceret. Quis igitur hoc praeferret alteri? quamvis forte ad veſtigia literarum in *ſandalia* propius accederent *plantaria*, quae eadem ac *talaria.* vide Broukh. ad Propert. II. 23. 57. de ſandaliis, mulierum potentium & heroum ac heroinarum calceamentis, legi merentur, quae notarunt Jac. Nic. Loenſis Lib. I. Miſc. Epiphyll. cap. 9. & Gonſalius ad Petron. cap. 126. p. 217. 218. neque etiam perpetua eſt Goralli obſervatio, *talaria* ſemper dici alas talis additas, ut Mercurio. nam *talaria* de tunica talari dixit Ovid. X. Met. 591. ubi v. Heinſ. quod autem Scaliger *amentata*, id eſt amento ligata, corrigat, firmari poſſet e Feſto: *Amenta, quibus, ut mitti poſſint, vinciuntur jacula, ſive ſolearum lora.* de qua voce plura ad Gloſſaria antiqua. Seq. verſ. *Vixerunt* Voſſian. *Strinxerunt* Heinſius. ut apud Ovid. II. Faſt. v. 324. de Hercule, *Stringebant magnos vincula parva pedes:* ubi in aliis *cingebant*, vel *ſcindebant.*

Vinxerunt certe: nec, puto, Bacche, negas.
Mollius es ſolito mecum tum multa locutus,
Et tibi conſulto verba fuere nova.
Inpiger Alcide, multo defuncte labore,
Sic memorant curas te poſuiſſe tuas:
Sic te cum tenera laetum luſiſſe puella
Oblitum Nemeae, jamque, Erymanthe, tui.
Ultra numquid erat? torſiſti pollice fuſos:
Leniſti morſu levia fila parum.
Percuſſit crebros te propter Lydia nodos,

Te

67. *Mollius es ſolito*] Vetus membrana, *Albus es ſolito*. Lego, *Balbius es ſolito*. Balbutientem ex ebrietate intelligit, ut,

ἀνὴρ πιὼν τ' οἶνον, ὡς ὕδωρ ἵππος,
σκυθιστὶ φωνεῖ, μηδὲ κάππα γινώσκων. SCALIG.

Ibid. *Mollius es ſolito mecum tum multa locutus*] *tecum* conjecerat Heinſ. quem non inmerito offendiſſe videntur *mecum tum multa*. unde emendabat, *Mollius es ſolito nec non temulente locutus*. vel *temulenta, jocatus* etiam placuerat Broukhuſio, quod a ductu literarum minimum abit. ut *jocoſus Lyaeus* Horatio Lib. III. Od. 21. 15. & Lib. IV. Od. 15. 26. & hinc Libero patri *vina jocoſa* dat Tibull. III. 6. 20. — *nec torvus Liber in illis*,

Qui ſe, quique una vina jocoſa colunt.

jocoſa Venus in jambo eleganti, Tibullo adſcripto, inter Luſus liberos Carm. 83. v. ult. *Venus jocoſa molle ruperit latus*. & *jocoſa Flora* Martiali Lib. I. Ep. 3. vel reſpiei credebat ad ſolutum illum Maecenatis ſtylum & compoſitiones vocum novas. de quibus vide ſupra Scalig. ad v. 21. ſed vulgatam tamen ſervari poſſe putabat, quia verſus hic expreſſus eſt e Virg. VII. Aen. 357.

Mollius, & ſolito matrum de more, locuta eſt.

ubi hic auctor diverſa diſtinctione legiſſe videtur,

Mollius & ſolito, matrum de more, locuta eſt.

ex quo loco etiam rejicitur Scaligeri emendatio, e veſtigiis membranae veteris legentis *Balbius, plura locutus* edidit Meibom. forte quia ſequitur *multo*.

68. *Verba fuere nova*] Inſolita, ἄτοπα, καὶ ξένα, tanquam allucinantis ex crapula. Atque ita Maro in Ciri: (v. 357) — *plurimus ergo*

Virginis inſolitae ſermo novus errat in ore. SCALIG.

69. *Impiger Alcide multo defuncte labore*] adpoſite Cicero Orat. pro domo cap. 52. *Si eſt ortus ab illis, quos memoriae proditum eſt ab ipſo Hercule, perfuncto jam laboribus, ſacra didiciſſe*. & ſic de aliis rebus geſtis, non ſine magno diſcrimine exantlatis. Idem de Aruſp. Reſp. cap. 8. *quamquam ſi me tantis laboribus pro communi ſalute perfunctum* &c. & pro Sextio cap. 34. *otii mei cauſſa ut omni populari concitatione defungerer*. vide Donat. ad Terent. Adelph. III. 4. 61. & Phorm. Act V. ſc. 8. 32. & Agroetium de Orthogr. p. 2269. *Alcides* vero inter homines vocabatur, mox Deus factus *Hercules* dictus eſt. vide Cerdam ad Virg. Tom. III. pag. 179. paullo aliter Servius ad VI. Aen. 392. ubi & Pierium vide. & Probum ad Ecl. VII. p. 90. Barth. ad Stat. Tom. IV. p. 1276 Philelphum Lib. IX. Epiſt. XI. 53. Alii *Alcaeum* vocarunt. vide Delrii Comment. in Senec. Herc. Oet. v. 1370. p. 345. BROUKHUSIUS.

71. *Laetum luſiſſe puella*] *tecum* Servii & Voſſii codex, & Leidenſis. *lentum* conjiciebat Heinſius, pro otioſo & ſecuro amante. paſſim enim hae voces confunduntur. Adi notas illius ad Ovid. Epiſt. XV. 169. & XIX. 81. proximo verſu *Nemeai atque Erymanthe* Pithoeus in margine codicis ſui, qui eſt in Bibliotheca Regia. Sed tunc praeſtaret *Nemees*, ut in codice P. Servii legitur.

73. *Ultra numquid erat*] *Uitra* Voſſ. & Leid. *Ultra non quid erat* Pithoeus in marg. codic. in Bibl. Reg.

74. *Leniſti morſu*] Idem voluit Catullus:

Atque ita decerpens aequabat ſemper opus dens,
Quae prius in tenui fuerant exſtantia filo.

hoc Atticis erit προκοδίζειν. Philetaerus Comicus:

— προκοδίζουσαι αὐτὴν κατέλαβον.

Pollux exponit, ἐκλέγουσαι τὸ τραχύ. SCALIG.

Ibid. *Leniſti morſu*] *Leviſti morſo* Servii codex. *Laevaſti* Heinſ.

75. *Percuſſit*] percutere, σπαθᾶν. Verbum textorium. Et σπαθηταὶ ἐσθῆτες, denſae, contrariae rallis. vide quid in Ciri (v. 179.) de hoc annotamus. SCALIGER.

Ibid. *Percuſſit crebros te propter Lydia nodos*] *crebra* ed. Junt. & Lugdun. Aſcenſ. vitioſe. *percutere* verbum quidem textorium eſt, ut percutere nodos ſit facere in rupto filo. vid. Heinſ. ad Ovid. VI. Met. 58. ſed minus commode haec expoſuiſſe Scaligerum notaverat Broukhuſius, ac remittebat ad Terent. Eun. Act. V. Sc. 7.

Ter.

Digitized by Google

Te propter dura ſtamina rupta manu.
Lydia te tunicas juſſit laſciva fluentes
Inter lanificas ducere ſaepe ſuas.
Clava toroſa tibi pariter cum pelle jacebat,
Quam pede ſuſpenſo percutiebat Amor.

Quis

THR. *Qui minus, quam Hercules ſervivit Omphalae.*
GN. *Exemplum placet.*
Utinam tibi commitigari videam ſandalio caput.
quod optime de Hercule ab Omphale propter penſum male netum & rupta ſtamina verberato explicuit Jac. Nic. Loënſis Lib. I. Epiphyll. cap. 9. & vide ad illum locum Victor. Lib. XIV. Var. Lect. 15. Senſus igitur hic eſt, percuſſit te Lydia propter crebros nodos in ſubtemine factos, & vs. ſeq. *Te* ſupplendum cum repetitione *Te percuſſit* propter ſtamina durâ manu rupta. niſi *Te* illic mutari placeat in *Et*. vel cum Cl. Oudendorpio tranſponendum, ut clarior verborum ſtructura ſit, *Percuſſit propter crebros te Lydia nodos.* appoſite Statius Lib. X. Theb. v. 642. — *Sic Lydia conjux*
Amphitryoniaden exutum horrentia terga
Perdere Sidonios humeris videbat amictus,
Et turbare colus, & tympana rumpere dextra.
ubi vide Barth. ex quo loco patet Meibomium male hic *ſtamina rapta* probare pro *rupta.* Illuſtrabunt haec plura poëtarum loca de hoc ipſo Herculis lanificio, per duras ejus manus rupto, apud Broukhuſ. ad Propert. IV. 9. 50.

77. *Lydia te tunicas juſſit laſciva fluentes*
Inter lanificas ducere ſaepe ſuas] *ter tunicas* edidit Meibom. ſine ullius codicis aut vetuſtae editionis auctoritate. *faventes* vitioſe in Leidenſi. *ducere tunicas fluentes inter lanificas ſuas* exponit Gorallus de Omphale, quae coëgit Herculem laxa muliebri ſtola indutum inter ancillas ſuas verſari. quod de tunicis ipſius Omphales, quibus Herculem induit, capiendum eſſet. ut Ovid. II. Faſt. 318.
Cultibus Alciden inſtruit illa ſuis.
Dat tenues tunicas, Gaetulo murice tinctas,
Dat teretem zonam, qua modo cincta fuit.
Sed *ducere tunicas* pro gerere, indui tunicis, locutio eſt nova & inaudita, qua Calepinum ſuum augere poſſunt Clerici admiratores. *tunica fluente* recte in Codice Serviano. optime Heinſius ad Ovid. XV. Met. 230. emendabat,
Lydia te tunica juſſit laſciva fluente
Inter lanificas ducere penſa ſuas.
& ſic locum hunc adfert Broukh. ad Propert. II. 22. 26. ubi plura de tunica fluente. de qua vide etiam Gronov. II. Obſerv. 7. & Patrui notas ad Valer. Fl. II. 102. *ducere penſa* etiam apud Juvenal. Sat. XII. 65. Tibull. II. El. I. 10.
Lanificam penſis impoſuiſſe manum.
trahere penſa de Hercule dixit etiam Propert. III. 9. 20.
Tam dura traheret mollia penſa manu.
& hinc Cupido Herculem invictum domuiſſe ſe jactans ſupra Lib. I. Ep. 28. dicit,
Penſa dedi Alcidae, Bacchum ſervire coëgi.

79. *Clava toroſa tibi pariter cum pelle jacebat,*
Quam pede ſuſpenſo percutiebat Amor] *clavam* Herculis *toroſam* Gorallus exponit nodoſam, mira profecto latinitate. quanto melius N. Heinſius ad d. l. Ovidii legit,
Clava, toroſe, tibi pariter cum pelle jacebat.
vel *jacebant* ex Cod. Servii : & *Quas*, ut ad clavam & exuvias referatur. quod Broukhuſio etiam placebat. *toros* Herculis apud poëtas frequentiſſime celebrari tot evincunt exempla, quae larga manu illic adfert Heinſius, ut iis aliquid addere ſuperfluum ſit. ſic *toroſa juventus* pro forti apud Perſ. Sat. III. 86. ſequenti verſu ſenſum obſcuriorem puto. Gorallus nihil mendarum in vetuſtis auctoribus agnoſcens, ſed adhibita ſua rerum & linguae cognitione omnia, licet corrupta, intelligens, interpretatur Cupidinem in pelle Herculea ſaltaſſe: ſic enim exponit, *Inque ea pelle Amor gaudens ac de te triumphum agens ſaltabat.* Feſtivum profecto ſpectaculum exhibet hic poëtarum interpres, fingens Puerum illum alatum ingenti Nemaeei leonis pelle indutum, & ſic longo ſane ſyrmate humum verrentem, ſaltaſſe, dum Alcides, horrentia terga exutus, ſtamina duceret. *percutere terram pede* de ſaltantibus dici, nemo neſcit. ſed *percutere pellem pede ſuſpenſo*, pro in pelle ſaltare, quis umquam fando audivit? Ego vitium in *percutiebat* latere opinor, ac forte legendum,
Quam pede ſuſpenſo praeripiebat Amor.
ut innuat, Amorem clam Herculi eripuiſſe clavam ab eo depoſitam, exuta etiam pelle, cum quibus Omphale calathum & cultus ſuos mutavit. id firmat elegantiſſimum marmor apud Boiſſard. Tom. IV. Antiq. pag. 117. in quo Cupido ſummis pedum digitis innitens, ut hic *pede ſuſpenſo*, clavam ignaro nec ſentienti Herculi ſurripere conatur, & cujus inſcriptionem, ſed omiſſo monumento, exhibet etiam Gruter. pag. XLII. 12. *praeripere* autem pro auferre invito vel ignaro, ut apud Ovid. I. Am. I. v. 7. *Quid ſi praeripiat flavae Venus arma Minervae.* ubi Gebhardum ex codice

Pa-

Quis fore credebat, premeret cum jam inpiger infans
Hydros ingentes vix capiente manu?
Cumve renaſcentem tereret velociter Hydram?
Frangeret inmanes vel Diomedis equos?
Vel tribus adverſis communem fratribus alvum,
Et ſex adverſas ſolus in arma manus?

Fu-

Palatino *praecipiat* emendantem bene refutavit Patruus. antea hic ſcriptum fuit *praecipiebat*, unde *percutiebat* factum eſt. *praecipere* autem & *praeripere* frequenter confunduntur. vide Heinſ. ad Valer. Fl. IV. 341. & ad Virg. X. An. 277. clavam vero Herculi eripere ideo fingitur Cupido, ut invictus ille Hercules a ſolo Amore victus indicetur. ut apud Senec. Herc. Oet. 751.

——— *membra & Herculeos toros*
Urit lues neſcio qua. qui domuit feras
Mille, ille victor vincitur.

& appoſite in Herc. Fur. v. 465.

Fortem vocemus, cujus ex humeris leo
Donum puellae factus, & clava excidit,
Fulſitque pictum veſte Sidonia latus.

hinc *clavam Herculi extorquere* de irrito mortalium conatu erga potentiores dici, notum eſt. Sed hanc conjecturam praecipue probat illud *pede ſuſpenſo*, quod ſaltanti non convenit, licet Gorallus in curis ſecundis, quae ſane prioribus minime εὐφορτίμοι ſunt, exponat, *levi ſaltando pede.* eleganter vero hic dicitur de Cupidine, clandeſtino & furtivo dolo greſſum praetentante, ut clavam Herculi eriperet. Ovid. I. Faſt. 426.

Surgit amans: animamque tenens, veſtigia furtim
Suſpenſo digitis fert taciturna gradu.

& VI. Faſt. 336. —— *furtimque accedere tentat:*
Et fert ſuſpenſos, corde micante, gradus.

Tibullus Lib. II. El. I. 77.

Et pedibus praetentat iter ſuſpenſa timore,
Explorat caecas cui manus ante vias.

Auctor Ciris vs. 212.

Tum ſuſpenſa levans digitis veſtigia primis Egreditur.

ubi vide Lindenbrog. ſed qui Ovidii locum perperam Tibullo tribuit. plura dabunt Pricaeus ad Apulej. III. Met. p. 170. & 171. Gebhard. ad Tibull. I. El. 2. 20. & Heinſ. Lib. II. Adverſ. cap. I.

81. *Premeret cum jam impiger*] vetus membrana, & antiquitus excuſi: *cum jam premit impiger.* puto legendum, *cum rumperet impiger infans.* SCALIG.

Ibid. *Premeret cum jam impiger infans*] *cum jam premit* Cod. Serv. Voſſian. Leid. & ed. Veneta, Lugdunenſis Aſcenſii, & Juntina. ſed alteram lectionem agnoſcit ſecundus Leidenſis ad Heinſio collatus, ed. Aldina, Pithoei, & Scaligeri, qui tentabat *cum rumperet.* ſed male. vulgata firmatur ex Ovid. Epiſt. IX. 21.

Tene ferunt geminos preſſiſſe tenaciter angues,
Cum tener in cunis jam Jove dignus eras.

& Lib. I. Art. Am. 187.

Parvus erat, manibusque duos Tirynthius angues
Preſſit, & in cunis jam Jove dignus erat.

Statius Hercule Surrentino Lib. III. Sylv. I. 48.

Parvus adhuc, ſimiliſque tui, cum prima novercae
Monſtra manu premeres, atque exanimata doleres.

quo loco imitatur illa Virgilii Lib. VIII. Aen. 289.

——— *qui carmine laudes*
Herculeas & facta ferunt, ut prima novercae
Monſtra manu geminoſque premens eliſerit angues.

ſic de leone Nemeaeo ab Hercule eliſo in verſibus apud Cic. II. Tuſc. Quaeſt. c. 8. ex Sophocle:

Veſtrone preſſu quondam Nemeaeus leo
Frendens efflavit graviter extremum halitum.

& in Epigrammate de Laud. Herculis ſupra Lib. I.

Compreſſit Nemeae prima virtute leonem.

Seneca Herc. Fur. 225.

Gemuit lacertis preſſus Herculeis leo.

& Agam. 830. *Te ſenſit Nemeaeus arto*
Preſſus lacerto fulmineus leo.

& alibi ſaepe. nihil itaque mutandum.

83. *Cumve renaſcentem tereret velociter Hydram*] *terret feliciter* Cod. Leid. *tereret feliciter* Voſſian. *Tuncne* ed. Veneta, Juntina, & Lugd Aſcenſ. Aldus edidit, ut Pith & Scalig. Gorallus legendum conjicit, *velociter ureret Hydram.* quod laudo, ſi proprii ingenii ope ita emendaverit: firmat enim Statius Lib. II. Theb. 377.

—— *ambuſtaque fontibus alte Intepet hydra vadis.*

ubi Scholiaſtes, *Hic enim in Lernea palude Hydram Hercules igni perdomuit &c. Intepuit vero, quia cum ferro vinci non poſſet, vulneribus eſt ignis admotus.* & ſic de hac hydra Servius ad Virg. VI. Aen. 287. *cum ſaepe amputata triplarentur capita, ab Hercule incendio conſumta narratur.* & paullo poſt, ubi fabulam de aquis repullulantibus exponit, *quod videns Hercules, loca ipſa exuſſit, & aquae meatus clauſit.* eo reſpicit Seneca Herc. Oet. 850.

——— *iſtud fulmen exſiliat polo,*
Quo, ni fuiſſet genitus Alcides tibi,
Hydram cremaſſes.

re-

Digitized by Google

Fudit Aloïdas poſtquam dominator Olympi,
 Dicitur in nitidum procubuiſſe bovem.
Atque aquilam miſiſſe ſuam, quae quaereret, ecquis
 Poſſet amaturo vina referre Iovi:

Val-

rejecit tamen hanc Clerici emendationem Struchtmeyer. Lib. I. Anim. Crit. cap. 12. pag. 72. qui legit, *meteret velociter Hydram*. ita enim *metere ferro*, & *demetere enſe*, ſaepe occurrit. vide Heinſ. ad Claudian. IV. Conſ. Hon. 466. ubi *metitur pellita juventus* vindicavit pro *moritur*. Joſeph. Iſcan. IV. de B. Tr. 380.

Fertur in objectum nimbis torrentior hoſtem
Enſe metens medios.

& Lib. VI. 198.

Hunc jaculis, hunc enſe metit.

vide & notas ad Sueton. Cal. 33. & ſupra ad Lib. I. Ep. 128. Hoc tamen in loco *meret* praeferendum etiam videbatur Cl. Oudendorpio.

84. *Frangeret immanis vel Diomedis equos*] illuſtrabunt hunc verſum notata Barthio ad Stat. VI. Th. 346. de Geryone tergemino, qui ſequenti diſticho indicatur, omnia nota ſunt.

87. *Fudit Aloïdas*] Vetus ſcriptura multum diſcrepat: *Fudit Oenidas*. SCALIG. ita ex MS. etiam notavit Scriverius, quem codice Scaligeri uſum puto. *Fudit & Enidas* Voſſian. & Leidenſis. *Aolidas* Leidenſis alter. *& Eolidas* margo Pithoei, & prima Scaligeri editio Lugdunenſis. *Aolidas* ed. Veneta, Juntina, & Aſcenſiana. *Aloidas* Aldus, Pithoeus, & Scaliger. Meibomius edidit ac diſtinxit,

Fudit & Aloïdas, poſtquam dominator Olympi
Dicitur in nitidam procubuiſſe bovem.

quod ad praecedentia de Hercule referendum eſſet, ut ille Aloïdas fuderit, poſtquam Jupiter amore Jus in vaccam mutatae captus eſſet. quod abſonum, & fabulari hiſtoriae ac metro repugnat, ſecunda in *Aloïdas* perperam correpta. Vera lectio *Fudit Aloïdas poſtquam dominator Olympi*. ut in ed. Aldina & Pithoei. vel *Fudit Aloïdas poſtquam, dominator Olympi Dicitur* &c. non dubito auctorem in animo habuiſſe illud Virgilii lib. VI. An. 582.

Hic & Aloïdas geminos immania vidi
Corpora: qui manibus magnum reſcindere coelum
Adgreſſi, ſuperisque Jovem detrudere regnis.

ubi vid. Serv. *Aloïdae* autem Gigantes dicti ab Aloeo. παῖδες Ἀλωῆος Homero. vid. Scholiaſt. Apollon. Rhod. Lib. I. 482. Tzetz. ad Lycophr. v. 174. Berkel. ad Steph. Byzant. in Ἀλώιον. & Barth. ad Claudian. p. 313.

88. *Dicitur in nitidum procubuiſſe bovem*] Inepta lectio. Vetus membrana, & antiquitus excuſi: *Dicitur in nitidum percubuiſſe diem*. pernox ſtetuit ad clarum mane. SCALIG. *in nitidum bovem* ed. ſecunda Ald. Venet. Junt. & Aſcenſ. *diem* Cod. Voſſ. & Leid. prima Aldina ed. Pith. & Scalig. ſed in marg. *bovem*. *nitidum bovem* ed. Meibom. & Goralli, qui intelligit Jovem, non diu poſtquam Gigantas debellaſſet, amore Jus, in nitidam vaccam ſeu bovem mutatae, exarſiſſe. *percubuiſſe* eſt in Cod. Voſſ. ut Scalig. & ſic Salmaſ. in ceteris omnibus *procubuiſſe*. Cl. Oudendorpio abſurda videbatur lectio *in nitidum procubuiſſe diem*, quia indecorum eſt Jovi, licet victori, παννύχιον εὕδειν. & quia *procumbere* dicitur de eo qui pronus vel in genua jacet, quod dormienti non convenit. tunc enim praeſtaret cum Scaligero *percubuiſſe*, id eſt, ſine interruptione per totam noctem cubuiſſe; licet verbum ſine exemplo ſit. Itaque *procubuiſſe in bovem* putabat dici pro *inſtar bovis*, ſeu tauri, ut fecit Europae amator. firmabatque ſequentibus exemplis. Apulej. Lib. VI. p. 129. *mugivit in bovem*. & Plin. Lib. XII. c. 17. ex MSS. *glomerari in pulverem*. & Lib. XIII. 15. *menſis in venam criſpis*. & ſic legendum eſſe apud Apulej. lib. III. pag. 15. *in lapidem ſteti*, pro inſtar lapidis. ut Lib. II. p. 23. *in cervum ferimus*. & apud Vitruvium Lib. III. cap. 19. *in V literam componitur*. & apud Philoſtratum lib. II. de vita Sophiſt. p. 593. Πρωτεὺς ἐς λέοντα θυμώσας &c. & non diſſimile illud Ovid. III. Am. 8. 33. de Jove: *in munera venit adulter*. hoc eſt, ſub aurei imbris figura, inſtar aurei muneris. ubi male Francius *in munere*. quod tamen ſublegens Weſterhovius ad Terent. Andr. I. I. 50. ita corrigi jubet, & inepte exponit *munus quaſi in manu ferens*.

89. *Quae quaereret, ecquis Poſſet amaturo vina referre Jovi*] ſic Aldina, Veneta, Juntina, & aliae editiones. *ecquid* Cod. Voſſ. & Leid. iidem *ſigna*, ut in membrana Scaligeri, unde *digna* Heinſ. ſed *ſigna* dedit Aldus in prima ed. nam in ſecunda *vina*. levem Scaligeri errorem, quem caſtigat Gorallus, ad locum Fulgentii Lib. I. c. 25. jam notaverat Munckerus, ſed cenſura paullo modeſtiore, neque magnam confidentiam viri ſummi exagitans. *maturo* vitioſe in Cod. Voſſ. & Leid. *amatori* in aliis eſſe notat Meibom. quod tamen in nullo Cod. aut editione vetuſta inveni.

90. *Vina referre*] Vina, ὑποκλιτόν. Poſtea inveni in antiqua membrana: *ſigna referre*. id eſt ſignifer Iovis eſſe. et mallem;

Poſſet amaturo ſignifer eſſe Iovi.

 quod

Digitized by Google

Valle ſub Idaea dum te, formoſe ſacerdos,

In-

quod ſignifer Iovis ſit Ganymedes, docet doctiſſimus Mythologus Fulgentius lib. I. SCALIG.

91. *Formoſe ſacerdos*] Ganymedes. ab ea imitatione veterum Latinorum, qui pueros ſacrorum miniſtros *Camillos* vocabant. Sacerdotem igitur, & Camillum, hoc eſt miniſtrum Iovis vocat, utpote & quem jam ſigniferum Iovis dixit. Ganymedes veteribus Latinis *Catamitus* dicebatur. Plautus Menaechmis:

Ubi aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum.

Nam videtur a γαδαμείδης, quod idem eſt cum γανυμήδης, detortum eſſe. γάδεσθαι enim, & γάνυσθαι idem. Ut prius diceretur *Gadamidus*, inde *Catamitus*. Sic *Laumedo*, pro *Laomedon*. quanquam Feſtus legit *Alumento*, ſed mirum ni in corrupta exemplaria Livii Andronici inciderit. Nam *Laumento*, non *Alumento* dictus Laomedon videtur. Sic Petronius dixit, *Lauconte nati*, pro Laocoonte. Sic in epiſtolis Caecilii Plinii *Laudiceni*, pro *Laodiceni*, ut alludatur ad Laudem. & *Laotomiae*, *Lautumiae* Senecae. SCALIGER.

Ibid. *Valle ſub Idaea dum te, formoſe ſacerdos,*
Invenit, & preſſo molliter ungue rapit] *cum te* vel *tum* Heinſ. *ingue caput* Voſſ. & Leid. *Colle ſub Idaeo* conjecerat Gorallus, non mala quidem, licet non neceſſaria emendatione; ſed ridiculam addit rationem, *quia ita rectius loquaris, quam, Valle ſub Idaea.* quae obſervatio oſtendit eum locutionibus poëtarum inadſuetum, apud quos *ſub valle* frequentiſſimum eſſe pro *in valle*, prolixa exemplorum copia, locum hunc excutiens, oſtendit Patruus meus ad Ovid. I. Met. 689. quod autem Scaliger Ganymedem Jovis *ſacerdotem* hic dici exponat, quia vina Tonanti miſceet, ut pueros ſacrorum miniſtros *Camillos* vocabant, nimis forte longe petitum videri poſſit. nihil tamen variant codd. MSS. & edd. veteres. neque aliter adſert Paſſerat. ad Propert. p. 376. Henſius legebat,

——— *dum te, formoſe, jacentem Invenit.*

quod certe a literarum ductu non multum aberrat. *jacentem* vero intellige, quieſcentem a venatione. nam in Ida monte venantem rapuit armiger ales, ac fulminis miniſtrum fidelem in Ganymede flavo illic expertus eſt Jupiter. Virg. v. Aen. 253.

Intextuſque puer frondoſa regius Ida
Veloces jaculo cervos curſuque fatigat
Acer, anhelanti ſimilis, quem praepes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis.

ubi neſcio quo repetitum illud *Ida* offendit; &, niſi obſtaret codicum veterum auctoritas, *praepes ab alto* praeferrem. id eſt, e coelo delapſus volatu celeri. ut lib. XI. Aen. 751.

Utque volans alte raptum cum fulva draconem
Fert aquila, implicuitque pedes.

& Lib. XII. 247. *Namque volans rubra fulvus Jovis ales ab aethra*, —— *ſubito cum lapſus ad undas Cycnum excellentem pedibus rapit inprobus uncis. Sublimem rapuit*, ut apud Ovid. IV. Met. 363.

—— *quem regia ſuſtinet ales Sublimemque rapit.*

ubi male in Cod. Sprotiano *Sublatumque rapit.* alibi dixit Maro *Suſtulit alta petens*. Lib. IX. Aen. 563.

Qualis ubi aut leporem aut candenti corpore cygnum
Suſtulit alta petens pedibus Jovis armiger uncis.

vid. Heinſ. ad Ovid. I. Faſt. 109. poſſis &, *quem praepete penna Sublimem & pedibus rapuit* &c. ſed ἐπίχω. ut autem Virgilio *pedibus uncis rapuiſſe* Ganymeden illic dicitur aquila, ſic hoc loco *preſſo molliter ungue rapit.* in qua tamen lectione *preſſo ungue* forte corruptum eſt; primumque a librario ſcriptum fuiſſe ſuſpicor *prenſo̅*, pro *prenſom*, ut *m* locum ceſſerit primae ſequentis vocis literae *molliter*, legendumque,

—— *& prenſum molliter ungue rapit.*

adprehenſum, arreptum. ita apud Claudian. de Bell. Gild. 467.

——— *fulvuſque Tonantis*
Armiger ab liquida, cunctis ſpectantibus, aethra
Arreptum pedibus curvis innexuit hydrum.

ſic enim in undecim Codd. legi, non *ad liquidam aethram*, notat Heinſius, quod firmat conjecturam noſtam *ab alto* in loco Virgilii. tum *Arreptum* in Schedis Gudianis haberi teſtatur. pro *Correptum*. ubi ſimilia ad rem dabunt illius & Patrui mei notae. ſic lepus a cane *deprenſus* Ovid. I. Met. 537. ubi vid. Heinſ. Valer. Fl. Lib. II. 26. de Typhoeo, *prenſum ipſe comis Neptunus in altum Abſtulit*, ubi male in fragmento Vaticano *preſſum*, eadem varietate. nam *preſſus tellure* praeceſſerat. ſaepe etiam haec confundi videbis ibidem in notis ad Lib. II. 230. & VII. 298. & alibi. Poſſet tamen *preſſo ungue* etiam exponi pro reſtricto, & quadam arte leniter admoto, ne laederet, quia addit *molliter*, ſic apud Propert. III. 8. 14.

Et nitidas preſſo pollice finge comas.

ut explicat Paſſeratius pag. 464. *preſſo greſſu* pro lento Ovid. III. Met. 17. *preſſoque legit veſtigia greſſu.* & *premere gradum* pro ſiſtere apud Valer. Fl. Lib. II. 454. *Attoniti preſſere gradum.* & hanc expoſitionem unice veram putabat Cel. Oudendorpius, adnotato Ciceronis loco IV. in Verr. c. 24. *preſſo leviter veſtigio.* & Dict. Cretenſ. Lib. II. de B. Troj. cap. 45. ut e MSS. legendum, *mox preſ-*

ſo

Google

Invenit, & preſſo molliter ungue rapit.
Sic eſt: victor amet, victor potiatur in umbra,
Victor odorata dormiat inque roſa.
Victorem victus metuat: metus imperet illi,
Membra nec in ſtrata ſternere diſcat humo.

Tem-

ſo gradu, circumſpicienteſque omnia, pergunt ad eum locum. pro quo in vulgatis, *mox preſſo gradu circumſpicientes omnia* &c. *premere vocem* pro inhibere apud Phaedr. Lib. I. Fab. XI. 12. ubi v. Scheffer. quod *premere ſilentia* dixit Stat. Lib. I. Sylv 2 64.

92. *Et preſſo molliter ungue rapit*] Martialis:
Illaeſum timidis unguibus haeſit onus. SCALIG.

93. *Victor potiatur in umbra*] Vetus membrana. *patiatur.* lego, *ſpatietur* SCALIG.

Ibid. *Sic eſt: victor amet, victor potiatur in umbra*] Ita in omnibus editionibus: Scaliger in v. c. invenit *patiatur*, quod margini etiam adnotaverat Salmaſius, quem eodem codice uſum arbitror. hinc *ſpatietur* idem Scaliger legebat. & ſic Heinſius in utroque Pithoeanae editionis exemplari, quod pluribus adſtruit Lib. II. Adverſ. cap. 18. prius tamen id inprobaverat, nam editioni Juntinae adnotavit, male mutaſſe Scaligerum in *ſpatietur.* & *potiri* hic ſimpliciter dictum, pro amoribus frui & indulgere. ut in illo ex Apuleji Anechomeno: *Amare liceat, ſi potiri non licet.* commode igitur vulgata ſervari poteſt. Terent. Heaut. IV. 3. 81. *Vis amare, vis potiri.* Ovid. I. Artis 711 *Ut potiare, roga: tantum cupit illa rogari.* & III. Met. 405.
Sic amet iſte licet, ſic non potiatur amato.
& apud alios. initio verſus, prius exaratum fuiſſe *ſegnis*, unde *ſic eſt* profluxerit, ſed veram lectionem eſſe, *Segnis victor amet*, putat Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 10. pag. 105. id eſt otioſus, lentus. ut v. 71. ex ejusdem emendatione,
Sic te cum tenera lentum luſiſſe puella.
Ovid. I. Am. 9. 41.
Ipſe ego ſegnis eram, diſcinctaque in otia natus:
Mollierant animos lectus & umbra meos.
talem Achillem deſcribit Briſeis apud Ovid. Epiſt. III. 117. &. ſeqq. ſic ſupra v. 50. dixit, *Omnia victores, Marte ſedente, decent.* eleganter Tibullus Lib. I. El. I. 67.
Ferreus ille fuit, qui, te quum poſſit habere,
Malueris praedas ſtultus & arma ſequi.
ineptam Goralli notam ad hunc locum, qua *umbram* de pacis tempore, *quia umbra ſoli opponitur, non aliter ac otium bello*, merito caſtigavit Patruus meus ad Petron. cap. 112. quid enim frequentius apud poëtas, quam ſub umbra arboris, & in viridi gramine amoribus aut voluptati ruſticae indulgere? vide prae ceteris Horat. Epod. II. v. 23. & Propert. III. XI. v. 37. ubi ex Broukhuſii notis diſcere potuiſſet *umbram* eo ſenſu paſſim ſumi. & adde Dreſem. ad Joſeph. Iſcan. VI. 408. ſeq. verſu *Victus odorata* male in marg. ed. Lugd. Scalig. & Pithoei, quod in exemplari Biblioth. Regiae deleverat. *adorata* in Servii ac Voſſ. codice.

95. *Victorem victus*] vetus tam ſcriptura, quam editio:
Victor amet, victuſque metat.
quod ſane poſtulat ſententia. SCALIG.

95. *Victorem victus metuat: metus imperet illi,*] ſic ediderunt Aldus in editione ſecunda, Scaliger, & Pithoeus. & ita in Veneta & Juntina ed. *Victor amet, victus metuat* Salmaſ. & Scriver. in cod. MS. legi notarunt. unde Scaliger *victuſque metat.* quod magno cum ſupercilio rejicit Gorallus, & intolerabili inportunitate notat Scaligerum *vix ſerio legiſſe ſcriptorem, quem illuſtrare aggreditur*; cum nemo dubitet, Gorallum numquam legiſſe ſcriptores, praeſertim poëtas iſto libello editos, antequam mercenarias typographo operas locaret. addit alios abſurdius hic legere *Victor aret, victuſque metat*, idque naturae rerum & menti poëtae contrarium. nimis ſupine ſequitur Meibomium, qui id quidem notavit, ſed oporteret iſtos *alios* indicaſſe. nam in nullo cod. MS aut editione vetuſta id offendi, niſi in ſolo Leidenſi, ab Heinſio collato. Optime codex P. Servii, *Victus aret, victuſque metat.* quod in margine ed. Lugd. Scalig. & Pithoei etiam legitur. & in prima editione jam dederat Aldus. favetque alter Codex Leidenſis, in quo inveni, *Victus . . victuſque metat.* certe *metuat* natum ex ſeq. voce *metus*, quam cacophoniam, & ſeq. verſu *ſtrata ſternere*, teretes Goralli aures non verberaſſe, mirari licet. elegans autem hic oppoſitio inter mollem & otioſam victoris vitam, & victi, ad labores & omne opus ruſticum damnati, quod *arando & metendo* exprimit, ſive quod Tibullus Lib. I. El. 4. 41. dicit,
——— *duros ſubiiſſe labores,*
Aut opere inſuetas adteruiſſe manus.

v. 96. *Membra nec in ſtrata ſternere diſcat humo*] *in ſtrata cernere* Cod. Voſſ. & Leid. ed. Venet. Juntin. & utraque Aldina. *ſternere* eſt in Serviano & Leidenſi ab Heinſio collato. *in ſtrata ſternere* dictum putabat Heinſius ad normam illius verſus Ovidii Epiſt. X. 106.
Strataque Cretaeam bellua ſtravit humum.
ut illic notavit: ſed *tingit* vel *plangit* ibidem praefert, licet alterum retineat Patruus meus. ſed quia *ſternere membra* hic diverſo ſenſu dicitur, legendum etiam conjecerat,
Membra nec in ſtrata ponere diſcat humo.

ſic

Tempora diſpenſant uſus, & tempora cultus:
  Haec homines, pecudes, haec moderantur aves.
Lux eſt, taurus arat: nox eſt, requieſcit: arator
  Liberat emerito fervida colla bovi.
Conglaciantur aquae, ſcopulis ſe condit hirundo:
  Verberat egelidos garrula vere lacus.

Caeſar

ſic apud Ovid. II. Art. 524.

Perfer & inmunda ponere corpus humo.

quod *dura ponere corpus humo* dixit Lib. III. Am. XI. 10. Tibull. Lib. I. I. 61. ut legit Douza:

Mollis & in dura ſit mihi ſomnus humo.

ita Auctor Elegiae ad Meſſalam v. 46. de laboribus bellicis:

Inmoderata pati nunc frigora, nuncque calores,
Sternere vel dura poſſe ſuper ſilice.

ubi tamen *ſternere* male in aliis edd. adde Heynium in Obſerv. ad Tibull. p. 171. ubi hoc in loco *membra nec inſtrata* &c. exponit pro *in non ſtrata*, & non bene cepiſſe interpretem, Gorallum videlicet, notavit.

97. *Tempora diſpenſant uſus*] *diſpenſat* Cod. Voſſ. & Leid. *Diſpenſat luſus* legebat Heinſius.

98. *Haec homines, pecudes*] concinnius opinabatur Broukhuſius, *Haec hominem, haec pecudes.* ut infra Ep. CXXII. ex codice Voſſiano,

Terrarum hic bello magnum concuſſerat orbem,
Hic Reges Aſiae fregerat, hic populos.

99. *Lux eſt, taurus arat: nox eſt, requieſcit: arator Liberat emerito fervida colla bovi.*] ita diſtinxit Pithoeus, Scaliger, Meibomius, & jam Aldus in editione ſecunda, nam in prima edidit, *nox eſt; requieſcit arator:* Heinſius *requietus arator Liberat* &c. vel, *requieſcit arator.* quod & in ed. Junt. & Veneta legitur, & ſeq. verſ. *Liberat & merito.* quod in Cod. Leidenſi inveni, & in Voſſiano Heinſius. *Libera & emerito* Servianus. Sed Pithoei & Scaligeri diſtinctionem ſecutus ſum. deſcribit enim alternam noctis & diei requiem hominum animaliumque. vide ſupra ad Lib. I. CLXXIII. 64. non diſſimile illud Ovidii Lib. IV. Triſt. 8. 20. de equo emerito:

Ne cadat, & mutans palmas inhoneſtet adeptas,
Languidus in pratis gramina carpit equus.
Miles ut emeritis non eſt ſatis utilis armis,
Ponit ad antiquos, quae tulit arma, lares.

ita enim illic legendum, non *multas palmas*, conjeci ad Lotich. Lib. V. El. XI. v. 37. Gorallus edidit *emerito jugo*, editionem Meibomii nimis ſecure ſequens; qui multas intruſit lectiones, quas nulli codices aut editiones agnoſcunt. ſaltem monitum lectorem oportebat, an ex ingenio, an e libris vetuſtis derivatae eſſent.

101. *Conglaciantur aquae, ſcopulis ſe condit hirundo*] *Conglutinantur* Servii codex, Voſſianus & Leidenſis. & ita in ed. Veneta an. 1480. *conglutinare* pro conjungere, copulare, Ciceroni & Terentio uſurpatum novi: & vide de hoc verbo Barth. ad Gul. Briton. IV. 113. hoc tamen in loco malim cum Heinſio, *Cum glaciantur aquae.* & ſic ed. Scaligeranae adſcripſerat Salmaſius, & profert ad Solin. Tom. I. pag 785. ed. Pariſ. ubi tamen perperam ſub Ovidii nomine hoc diſtichon laudat. *glaciari* pro congelari, quomodo *amnes glaciari* dixit Plinius Lib. XXXVII. cap II. & *glaciare* apud Horat. III. od. 10. 7. *Sentis & poſitas ut glaciet nives Puro numine Jupiter.* ubi *duro numine* male repoſuit Bentlejus. *puro* enim *lumine* eſt ſicco, ſereno. *glaciantes auras* etiam dixit Valer. Fl. IV. 722.

—— hinc Boreae cedens glaciantibus auris
Pontus, & exorta facilis concreſcere bruma.

ut recte G. Voſſ. & Heinſ. non *glacialibus.* alterum tamen retinebat Cl. Oudendorpius, ut *quum* vel *ſi* ſubintelligatur; ut in praecedentibus, *lux eſt*, *nox eſt* pro *ſcopulis* Heinſ. conjiciebat *ſub aquis.* non ſequor. de hirundinibus per hiemem in arborum truncis vel montium latebris ſe condentibus vide Barth. ad Claudian. Lib. I. in Eutrop. 117.

102. *Verberat egelidos*] Virgilius:

Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo.

Suſpicor tamen legendum eſſe:

Verberat egelido garrula vere lacus.

ut intelligat lacunaria domorum. Lucillius,

———— reſultantes aedeſque, lacuſque.

id eſt, aedes laqueatas, ἐν διὰ δυοῖν. SCALIGER. *Verberat & gelidos* Servii Voſſ. & Leid. codex. ed. Junt. Veneta, Aſcenſ. & aliae. *egelido* Aldus. & codex alter Leidenſis, unde *egelidos lacus* legendum. id eſt verno tempore tepidos, nec frigidos nec calidos. Catull. carm. XLVII.

Jam ver egelidos refert tepores.

ubi vide Muretum, qui illic jam notavit in Ovidii verſu lib. II. Am. El. XI. 10. legendum eſſe,

Et gelidum Boream, egelidumque Notum.

ut egelidum Notum, ſeu tepidum, opponat Boreae frigido. de quo vide etiam Bapt. Pium ad Lucret. IV 493. Scaligerum per *lacus* hic male intelligere lacunaria, ſeu aedes laqueatas, in quibus nidos ponunt, notavit Muncker. ad Hygin. Fab. XLV. & optime expoſuit, hirundines verberare lacus, id eſt, ſtagna alis percutere, ut eas madefaciant, quum pulverem colligunt, ad luteum opus ſub celſa trabe figendum, ut dicit Ovid. I. Faſt. 157.

104.

Caeſar amicus erat: poterat vixiſſe ſolute,
    Cum jam Caeſar idem, quod cupiebat, erat:
Indulſit merito: non eſt temerarius ille.
    Vicimus: Auguſto judice dignus erat.
Argo ſaxa pavens poſtquam Scylleïa legit,
    Cyaneosque metus jam religanda ratis:
Viſcera diſſecti mutavit in arietis agnum

Aetias

104. *Cum jam Caeſar idem, quod cupiebat, erat:*] ſic MSS. vitioſe in Veneta, Juntina, Aſcenſ. aliisque edd. antiquioribus *Caeſarides*.

105. *Indulſit merito*] Melius, *Indulſit: merito*. SCALIG.

Ibid. *Indulſit merito: non eſt temerarius ille*] ſic Aldus, Scaliger, & Pithoeus diſtinguunt. & ed. Venet. ac Juntina. Meibomii & Goralli editio, *Indulſit: merito*. ut Scaliger in notis. *Induxit* Cod. Servii. totum hoc diſtichon deſideratur in Voſſiano. & Leidenſi. Heinſius legebat, *Indulſiſſe mero*: vel *Indulſit merito ſibi: non temerarius ille eſt*. & ſeq. verſu, *Vicimus: Auguſto judice cinctus erat*. idem tamen in notis ad Ovid. Lib. II. Am. 12. 2. conjicit, *dignus eat*. ubi & illuſtrat notam in re laeta exclamationem, *Vicimus*. pro quo hic in Juntina editione mendoſe legitur *Vicinus*.

vs. 107. *Argo ſaxa pavens poſtquam Scylleïa legit*] *Ergo ſaxa parens* cod. Voſſ. & Leid. ed. Venet. Juntina, & Aſcenſ. *Scyllaea relegit* Salmaſ. ad oram ed. Scalig. ſed quomodo Argo *Scylleïa ſaxa legiſſe* hic dicatur, Colchidem petitura, nam de reditu ejus non agi, ſequentia de Medea oſtendunt, non expedit Gorallus: ſed Charybdin hanc praeternavigans alio curſum dirigit, & de vocis *Scyllae* origine ex radice Phoenicia, *ſakal*, *lapide*, deducenda, contra Bochartum, nimium certe prae Gorallo nugatorem, neſcio quas affanias profert. & inde *lapidibus obruere* in S. S. ſonare ſcriptum literis *Sameeh*, *Koph*, & *Lamed*. papae! ignoſcant vapulantes Bocharti manes, dum Gorallus oſtentat linguarum Orientalium peritiam, putida, ſi umquam, & tam vana atque intempeſtiva jactantia, quam infra ad v. 129. Heſperum notat derivari a voce Phoenicia, quae *formoſum* ſonat. Nos tam altum non ſapientes agamus id quod hujus loci eſt, & quoniam *Scylleïa ſaxa* hic inoportuna ſunt, cum N. Heinſio ad Ovid. XV. Met. 702. legamus,

Argo ſaxa pavens poſtquam Scylacea legit.

vel *fugit*, ut in codice ſuo emendarat: ad quem Ovidii locum de Scylaceo merentur legi notae H. Suritae ad Antonin. Itin. pag. 114. ed. Cel. Weſſeling. ubi *Scilacis* corrupte ſcribi monuit jam Ortelius in Theſ. Geogr. in *Scylacium*. Recte autem hic *ſaxa Scylacea* Argo pavida evaſiſſe dicitur, quia navigantibus metuenda ſunt, unde *navifragum Scylaceum* vocat Virgil. Aen. III. 553. ubi operoſe de Scylaceo diſputat Erythraeus in Jndice Virgil. cui adde Carr. ad Valer. Flacc. Lib. III. 36. & Salmaſ. ad Solin. p. 82. *a*. e quibus patebit rectius hic locum dari Scylaceo, a quo longe remota eſt Scylla. quamquam Scaliger in notis ad Cirin v. 57. *Scyllaeum ſaxum*, & *Scyllacaeum*, idem faciat: ex quo diſcere potuiſſet Clericus, Σκύλλας vocari illum ſcopulum, quia latratus canum imitatur, aeque ac σκύλον, σκύλακα, & σκύμνον, eadem origine a canibus dicuntur, non autem a radice iſta Phoenicia; niſi Scaligerum in doctrina etymologica minus verſatum haec aliter docere debuiſſe magnum magiſtrum Theodorum Gorallum ſtatuamus. pro *Cyaneoſque metus* Iſ. Voſſius legebat *Cyaneos fremitus*.

109. *Viſcera diſſecti*] Legeram olim:

Viſcera diſſecti mutavit Aëtias agno
Arietis: & ſuccis &c.

quam quur rejiciam, cauſſae non eſt. Tamen alia eſt in membranis ſcriptura:

Viſcera directi mutaverat arietis agni
Aetes facis omne perita ſuis.

quae cum aliquot maculis aſperſa ſit, ita eluenda mihi videtur:

Viſcera directi mutaverat arietis agno
Aeetis fucis omne perita ſuis.

Aeetis, eſt ἀητίς. & Euenis, εὐηνὶς Propertio. *fucis*, θρόνοις. τὰ θρόνα. ſunt φάρμακα. Nam ita vocat Theocritus, qui hic *fuci* dicuntur. *Omne perita* ὑφ' ἓν legendum. Eſt enim Graecorum πολυΐδρις. *Directi*, id eſt, diſſecti, ut *Elephantum dirigere* Plauto, *Gallinam dirigere* Nigidio, id eſt diſſecare. SCALIGER.

Ibid. *Viſcera diſſecti mutavit in arietis agnum*
Aetias, & ſuccis omne perita ſuis] Locus vexatiſſimus. in Codice P. Servii, Voſſiano, & Leidenſi, *Viſcera dijecti mutavit arietis agni Aetas*. ut in Veneta, Juntina, & Aſcenſ. ed. *diſſecti* Leid. alter. *diſſecti mutaverat arietis agno Aetias* Aldina utraque, & margo Pithoei ac Scalig. ed. Lugd. ſic *viſcera ſtrigis vivae exſecta* inter magica Medeae apud Senecam Med. v. 734. & *porcum marem in*

 duas

110. Aetias, & ſuccis omne perita ſuis.
His te, Maecenas, juveneſcere poſſe decebat.
Haec utinam nobis Colchidos herba foret!
Redditur arboribus florens revirentibus aetas:

Ergo

duas partes exſectum in foedere faciendo adhibet Calchas apud Dictyn Cretenſ. Lib. I. cap. 15. ubi male *extinctum* in vet. codice ab Henſio collato, *diſſectum* legebat Patruus meus. *directi arietis* Scalig. codex. Meibomius edidit, *Viſcera diſſecti mutavit in arietis agnum Aetias.* Gorallus, *Viſcera directi mutaverat arietis agno Aeetis. decrepiti* conjecerat etiam Scalig. & Heinſ. *directi* probat & Scaligeri emendationem *diſſecti* rejicit Jan. Gulielmius apud Gruterum ad Cic. pro M. Coelio cap. 16. p. 355. ubi *triſtis & directus ſenex* legebatur. ſed *decrepitus* reſtituit Graevius, qui in hoc verſu *directi arietis* non pro vetuli, ſed dirupti & diſſecti capit. & ſic Salmaſ. ad Solin. pag. 1191. qui totum hoc diſtichon ex veteri membrana conſtituit hoc modo:

Viſcera directi mutaverat arietis agno
Aeetis, ſuccis omniperita ſuis.

& *directum* interpretatur diviſum, diſſecatum. *defecti* praefert Heinſ. ad Ovid. III. Faſt. 674. vel *Viſcera & effoeti.* ut Ovid. VII. Met. 313. eumdem hunc arietem *innumeris effoetum annis* vocavit, quod praeferendum patebit ex elegantiſſimis Naſonis verſibus, qui merentur adſcribi, quia lucem adferunt loco huic tot conjecturis agitato: Ita enim de ariete hoc annoſo in agnum a Medea mutato:

Protinus innumeris effoetus laniger annis
Attrahitur, flexo circum cava tempora cornu:
Cujus ut Haemonio marcentia guttura cultro
Fodit, & exiguo maculavit ſanguine ferrum,
Membra ſimul pecudis, validosque venefica ſuccos
Mergit in aere cavo: minuuntur corporis artus:
Cornuaque exſuitur nec non cum cornibus annos,
Et tener auditur medio balatus aëno:
Nec mora, balatum mirantibus, exſilit agnus,
Laſcivitque fuga, lactantiaque ubera quaerit.

qui verſus, licet prolixiores, commentarii vicem his praebent, docentque legendum eſſe,

Viſcera defecti mutaverat arietis agno
Aeetis, ſuccis omne perita ſuis.

Aeetis enim Medea, ut Salmaſius, & Heinſ. ad Ovid. Epiſt. VI. v. 103. ubi *diſſecti* etiam legit, & *directi*, quod Scaliger volebat, nimis acutum cenſet, meritoque eumdem *fucis* pro *ſuccis* legentem improbat: quod diſplicebat etiam Broukhuſio, quia *fuci* de herbis numquam dicuntur, adſcripto Naſonis loco ex Epiſtola Medeae v. 181.

Dum ferrum, flammaeque aderunt, ſuccuſque veneni.
notabatque *ſuccum* ancipitis notionis vocem eſſe, ut Φάρμακον Graecis. ita enim apud Juſtin. Lib. XXXVI. 4. 3. *Ea omnia veneni ſucco infecta* &c. *omniperita* Salmaſ. volebat, ut *omniſcius*, *omnipotens*, & ſim. ſed *omne* ſaepe inſtar ſubſtantivi habere, numero ſingulari, multis exemplis, eaque inter hoc etiam loco, docet Broukhuſ. ad Propert. IV. 8. 30. ubi hos verſus ſic adfert;

Viſcera defecti mutavit in arietis agnum
Aeetis ſuccis omne perita ſuis.

ſed *Viſcera defecti arietis mutaverat agno* concinniorem verborum ſtructuram arbitror, quam, *Viſcera mutavit in arietis agnum*, pro *Viſcera arietis mutavit in agnum.* quod probabat amiciſſimus Oudendorpius.

112. *Haec utinam nobis Colchidos herba foret!*] ita lege ex Cod. Leid. ed. Ald. Pith. & Scal. *O utinam* codex Servii. *Haec jam nobis* ed. Veneta. forte pro *Haec etiam. Calchidos herba* eadem editio, vitioſe. *Colchitos* Leid. Locus hic decepit viros nonnullos eruditos, eosque inter Demſter. ad Roſin. Lib. II. cap. 10. & ad Claudian. Lib. I. in Ruſin. 153. qui apud Propertium Lib. IV. El. 7. 72. legerunt, *Si te non totum Colchidos herba tenet.* & putarunt ibidem de Medea agi. ſed *Doridos* illic reſtitutum a Broukhuſio, quod & in meo habetur Codice, licet *Coloridos* in aliis, etiam Leidenſſ. Voſſianis, ac Dorvillianis MSS. *Colchis* pro Medea alibi ſaepiſſime. ut in illo Propertii Lib. II. El. I. 55. ubi ad hiſtoriam de Aeſone a Medea recocto etiam reſpicit:

Seu mihi Circaeo pereundum gramine, ſive
Colchis Iolciacis urat aëna focis.

& hinc *Colcha* & *Colchica venena* de ſuccis Medeae. vide Patrui mei notas ad Ovid. VII. Met. 394.

113. *Redditur arboribus florens revirentibus aetas*] Hanc ipſam ſententiam Moſchus in Epicedio Bionis poëtae Bucolici extulit. (Idyll. III. v. 100.)

Αἲ αἶ, ταὶ μαλάχαι μὲν ἐπὰν κατὰ κᾶπον ὄλωνται,
Ἠ τὰ χλωρὰ σέλινα, τό, τ' εὐθαλὲς οὖλον ἄνηθον,
Ὕστερον αὖ ζώοντι, καὶ εἰς ἔτος ἄλλο φύοντι.
Ἄμμες δ' οἱ μεγάλοι, καὶ καρτεροὶ, ἢ σοφοὶ ἄνδρες,
Ὁππότε πρᾶτα θάνωμες, ἀνάκοοι ἐν χθονὶ κοίλᾳ.
Εὕδομες εὖ μάλα μακρὸν ἀτέρμονα νήγρετον ὕπνον.

Idem & Horatius (Lib. IV. Od. 7.) *Diffugere nives* &c. SCALIGER. *aeſtas* Servii & Voſſii codex, ed. Venet. Junt. & Aſcenſ. *revocantibus aeſtas* codex Leidenſis, & Aldus in prima edit. ſed in ſecunda edidit, *reviſentibus aetas.* ut Pith. & Scalig. ſeq. verſu *Aegro non homini* conjecerat Heinſ. vel, *Et cur non homini.* ut Ald. in ed. ſec. ſed in prima, *Ergo*, ut in Veneta, Junt. & aliis. *Cur & non homini* Pith. in libro ſuo in Biblioth. Reg. eleganter etiam Heinſius, *Ver cur non homini.* aut, *Cur ver non homini, quod fuit ante, redit.* quibus veſtigiis inſiſtens

Ergo non homini, quod fuit ante, redit?
Vivaceſque magis cervos decet eſſe paventes,
Si quorum in torva cornua fronte rigent?
Vivere cornices multos dicuntur in annos:
Cur nos anguſta conditione ſumus?

ſiſtens Cl. Oudendorpius praeferebat *Ver ô non homini*, ut τῷ *Ergo* preſſius inhaereat. Franeius legebat,

Aetas non homini, quae fuit ante, redit.

ſine interrogationis nota. iis quae Scaliger de ſignificatione *ergo*, pro autem, ad hunc locum notavit, adde Paſſerat. ad Propert. pag. 418. Broukh. ad Lib. III. El. 2. 29. & ſupra ad v. 10.

114. *Ergo non homini*] τὸ *Ergo* habet hic eum locum, quem apud Propertium:

Ergo Muſarum, & Sileni patris imago &c.

Plautus Caſina: —— *nempe tute dixeras*
Tuam arceſſituram hinc eſſe uxorem meam.
ST. *Ergo arceſſiviſſe ait: ſed dixiſſe te*
Eam non miſſurum. In Bacchidibus:
Non hic placet mihi ornatus, PI. *Nemo ergo tibi*
Haec apparavit. mihi paratu'ſt, quoi placet. SCALIG.

115. *Vivaceſque magis cervos decet eſſe paventes, Si quorum in torva cornua fronte rigent*] *ovos decet eſſe faventes* liber Servii. Heinſius legebat,

Vivaceſne magis cervos decet eſſe paventes,
Hi quorum &c. vel potius,
Vivacemque magis cervis decet eſſe juventam.

ſed *paventes* non ſollicitandum. ideo enim vivacitate minus digni ſunt. ſic *cervos fugaces* dixit Nemeſian. Cyneg. 306. & *pavidam cervam* Ovid. V. Triſt. 9. 27. vide Patrui notas ad Phaedr. II. 8. 3. recte etiam *Si quorum* non mutandum cenſebat Cl. Oudendorpius, id eſt, *quorumcumque*. eum vide in notis ad Suet. Titum cap. 7. ſervandamque putabat lectionem vulgatam apud Lucan. IV. 317.

—— *& ſi quos palmite crudo*
Arboris aut tenera ſucos preſſere medulla.

id eſt quoſcumque preſſere palmite aut medulla. & ſic Claudian. Bell. Gild. v. 132. *& ſi quos Roma recepit Vel dedit ipſa Deos. intorva* male in utraque Pithoei editione. cervorum & cornicum vivacitatem anguſtae mortalium conditioni invidendam paſſim queruntur poëtae. vid. Ariſtoph. in Avib. v. 610. & carmen auctoris antiqui de Aetatibus Animal. apud Pith. in Praeterm. pag. 487. Ritterſh. ad Oppian. II. Cyneg. 291. 292. notas doctor. ad Ovid. III. Met. v. 194. Davieſ. ad Cic. I. Tuſcul. c. 31. p. 77. & Lib. III. cap. 28. pag. 247. & hunc locum pulchre imitatum eſſe Lotichium Lib. IV. El. 5. v. 108. illic notavi. quibus alia e vetuſtis & recentioribus poëtis addi poſſent.

117. *Vivere cornices*] Hoc primum dixiſſe Theophraſtum morientem, & ea de re ad naturam conqueſtum, memoriae proditum eſt. SCALIG.

118. *Cur nos anguſta conditione ſumus?*] Male Gorallus *anguſtam conditionem* capi poſſe putabat eo ſenſu, quo Latini Patres κτίσιν, ſeu creationem hominis primam vocant. ſic quidem *condere genus humanum* apud Juſtin. Lib. II. cap. 6. & κτίζειν apud Pindar. Olymp. IX. 70. & hinc *conditiones*, res a Deo conditae & creatae, apud Tertullian. I. de Cult. Fem. 8. & de Spectac. cap. 2. vide Buchner. ad Venant. Hymn. de Reſurr. v. 52. Sed *conditio* hic notat ſortem humanam, communem humani generis legem, artiſſimis vitae ſpatiis circumſcriptam. ſic in Epitaphio antiquo Sabellii apud Pithoeum in Praeterm. pag. 483.

Nunc etenim vivis, nunc & felicius aevum
Ducis, ab humana conditione procul.

ſimili quidem ſenſu, ſed lege metri neglecta, dixit Maximianus Eleg. I. v. 113.

O quam dura premit miſeros conditio vitae,
Nec mors humano ſubjacet arbitrio.

quomodo totum illud diſtichon etiam legitur in Macabri Speculo a Goldaſto edito p. 236. neque enim opus eſt cum Cl. Withoſio in Encaen. Critic. cap. III. verſum illum ita de ingenio refingere,

O quam dura premis nos ſors, qua tradita vita eſt.

cur non potius conjecit, *qua condita vita eſt.* quod propius veſtigiis literarum inſiſteret. Sed quia in ejuſmodi vitia haud ſemel verſificator ille impingit, nihil ſollicitandum opinor. *conditionem mortis extremam* eodem modo dixit Propertius, pro communi fati & interitus ſorte, Lib. III. El. I. 60.

Nec Mauſolei dives fortuna ſepulchri
Mortis ab extrema conditione vacat.

neque aliter hoc in loco cepit Lotichius, ut ex ejus imitatione adparet, d. Eleg. v. 108.

Infelix mortale genus! rationis egentes
Secula tot degunt per nemora alta ferae &c.
Nos, rerum heredes quos vult Deus eſſe ſuarum,
Tam fragili vitae conditione ſumus.

Itaque Poëtis & Patribus Latinis ſuas locutiones, ſed diverſas, relinquamus; quantumvis Scriptorum Eccleſiaſticorum latinitatem probam neque adſpernendam, vel ideo quod cum Ciceroniana non conſentiat, ſingulari certe judicio cenſeat Gorallus ad v. 122. in quo bonae Menti aeque feliciter litat, ac ſi adfirmaret, abſurdiſſimas de religionis rebus opiniones probas, & homini ſano amplectendas eſſe, licet ſacrarum literarum veritati adverſarentur.

Paſcitur Aurorae Tithonus nectare conjux:
Atque ita jam tremulo nulla ſenecta nocet.
Ut tibi vita foret ſemper medicamine ſacro,
Te vellem Aurorae conplacuiſſe virum.
Illius aptus eras croceo recubare cubili,
Et modo puniceo rore levante torum:
Illius aptus eras roſeas adjungere bigas,
Tu dare purpurea lora regenda manu:
Tu mulcere jubam, cum jam torſiſſet habenas;

Pro-

119. *Paſcitur aurorae*] Melius vetus ſcheda, *Naſcitur*, hoc eſt reficitur, renaſcitur. SCALIG. *Paſcitur* omnino retinendum, ut in MSS. & edd. vetuſtis. ſic enim Solis equos ambroſia paſci dicit Ovid. II. Met. 120. & IV. 215. recte quidem inmortales a poëtis fingi deorum nectare paſci, notavit Gorallus, ſed quod in loco Horatii, Criticum agens, Lib. III. Od. III. 10. de Auguſto praeferat,

Quos inter Auguſtus recumbens
Purpureo bibet ore nectar.

pro *bibit*, in eo fallitur, quia de Auguſto jam inter Deos relato, adeoque epulis eorum jam adhibito illic agitur. ut recte Bentlejus, Geſnerus, & alii monuerunt. Quae de fabula Tithoni ejusque inmortalitate ſubjungit, conferenda ſunt cum notis Paſſerat. ad Propert. p. 318. & Dreſemii ad Joſeph. Iſcan. Lib. VI. 378. ex quo patebit non primum excogitaſſe Gorallum, ſub ſabulae involucro latere, Tithonum in Aethiopiam iviſſe, & quia illic homines diutius vivere ferebantur, inmortalem dici. *Jamque annis tremulo* legebat P. Francius.

120. *Ut tibi vita foret*] ſcilicet, perpetua. Malo tamen,

Ut tibi victa foret.

nempe ſenectus. SCALIG.

123. *Illius aptus eras croceo recubare cubili,*
Et modo puniceo rore levante torum]

actus in cod. Voſſ. & Leidenſi. duos verſus hic omittunt codex Servianus, Voſſianus, ed. Veneta, Juntina, & Aſcenſiana, junguntque hoc modo,

Illius aptus eras croceo recubare cubili,
Tu dare purpurea lora regenda manu.

quam confuſionem ortam arbitror ex repetitione *Illius aptus eras* a librariis neglecta. in Leidenſi codice ab Henſio collato leguntur, & in utraque Aldi, Pithoei, & Scaligeri editione. *puniceum rore lavante* Salmaſ. & Scriver. ut in membrana Scaligeri. Heinſius conjecerat *rore lavare torum*. vel, *Et modo puniceo te relevare toro*. aut denique *puniceo membra levare toro*. quod placet. ut apud Tibull. I. I. 38. *requieſcere tecto Si licet, & ſolito membra levare toro*. vel cum Cl. Oudendorpio *crura levare toro*. quod propius vulgatae adhaeret. ſic *crura retentare* Lucano Lib. III. 637. & apud alios *crura reponere*, *attollere*, *jactare crura*. vid. Patrui notas ad Virg. III. Georg. 76. Meibomius edidit, *Et modo puniceo rore levare ſitim*. quod vellem indicaſſet, unde petitum habuerit: nam in nullo cod. MS. aut editione antiqua id offendi, licet ſenſum non malum conſtituat. non enim primus ſic edidit Gorallus.

124. *Et modo puniceo*] Reſtitue ex veteri ſcriptura: *Et modo poeniceum rore lavante torum.* SCALIG.

125. *Illius aptus eras roſeas adjungere bigas*] *tu jungere* margo Scaligeri & Pithoei, Aldus in ſecunda editione, & Meibomius. qui in notis male probat *tum jungere*. Francius legebat, *roſeas tu jungere bigas*, *Et dare purpurea* &c. ſed *adjungere bigas* Aldus in prima edit. Pithoeus, & Scaliger: & hanc veram hujus loci lectionem eſſe monuit Heinſ. ad Ovid. I. Amor. 2. 26. *Te dare purpurea* ed. Juntina, & Aſcenſ. ſed *Tu* in Leidenſi, & ceteris codd. & edd. ſequente verſu *Te mulcere jubam* cod. Voſſ. *Tum mulcere* ed. Junt.

127. — *cum jam torſiſſet habenas*, *Procedente die*, *reſpicientis equi.*] Ad verſuram ſcilicet. Nam peracto actu ſuo, quod veteres vocabant *protelum*, equus ad verſuram reſpicit. & hoc eſt finitum ſpatium. Putavi & aliquando legi poſſe, *reſpatiantis equi.* hoc eſt, qui finivit curriculum, & ſpatium ſuum. *ſpatiari* proprie eſt in ſtadio currere. Nam τὸ στάδιον, Aeoles vocabant σπάδιον, unde Latini, qui multum Aeoles imitantur, fecerunt *ſpatium* ſuum. Statius: *Jam ſatis longo ſpatiata campo.* Nam perperam vulgo legitur, *ſatiata.* SCALIG. *tum jam torſiſſet* ed. Venet. Junt. & Aſcenſ. ad notata Scaligeri exclamat Gorallus, *O intempeſtivam eruditionem! quid haec ad Pedonem!* quae virgula cenſoria ſingulis fere notis ejus adponi mereretur, in quibus, praeter intempeſtivam & ubique captatam Scaligerum exagitandi proterviam, nil niſi inſulſum ac proletarium, & ne vulgaribus quidem de trivio magiſtris ignotum omnes exhibent paginae. Ego vero nihil indignius & ingratius Batavis arbitror, qui omnem fere Scaligero eruditionem debemus, quam patienter ferre, Leoni inſultare pecus Arcadicum. Cenſuerit Scaliger, *reſpatiantis equi* hic legendum, locutione ab decurſo ſpatio deſumta, & in Statii loco corrigendam eſſe lectionem vulgatam, an haec intempeſti-

va

Digitized by Google

Procedente die, reſpicientis equi.
Quaeſivere chori juvenem ſic Heſperon illum;
Quem nexum medio ſolvit in igne Venus:
Quem nunc in fuſcis placida ſub nocte nitentem
Lu-

va eruditio vocari meretur homini, cujus ſuffragium de poëticis elegantiis & criticis principum virorum lucubrationibus ſemper intempeſtivum haberi debet, quia univerſam in pluribus ſcientiis adfectans cognitionem, ſed levem & ſuperficiariam, in hac palaeſtra numquam ſpatium legitimum inchoavit, multo minus ut ſtadii hujus curriculum rite abſolverit. Praeſtabit igitur ſine ulla adverſus Scaligerum contumelia vulgatam vindicare, ut Aurorae equus dicatur *reſpicere*, cum bigas *retorquet* ſeu reflectit Aurora, die *procedente*, id eſt incipiente, cum Phoebus jam quadrigas agit: ſic enim ſolent equi *reſpicere* curſu confecto, quia habenas & juga ſibi adimi capiunt, ut quieſcant, eorumque colla & *jubas* manu *mulceamus*, re bene geſta. *procedens* autem dies hic eſt exoriens: Aurorae enim praevio curſu finito Sol diem producit, ut in Ciri v. 41.

Igneus aetherias jam Sol penetrarat in arces,
Candidaque aurato quatiebat lumina curru,
Crinibus & roſeis tenebras Aurora fugarat.

ita ſcribendum ex Petaviano, aliiſque codicibus, non *fugabat*. *dies* autem *procedens* de oriente, medio, & in veſperam vergente dicitur. de ortu apud Virg. Ecl. IX. 47. *Dionaei proceſſit Caeſaris aſtrum*. ubi vid. Cerdam. ſic *dies procedens* de longi temporis tractu apud Cic. III. Tuſcul. cap. 22. *dies procedens ita mitigat aegritudinem, ut iiſdem malis manentibus non modo leniatur, ſed in pleriſque tollatur*. Virg. III. Aen. 356.

Jamque dies alterque dies proceſſit: & aurae
Vela vocant. ubi Servius *proceſſit* explicat *exactus eſt*. male enim illic *praeceſſit* in cod. Leidenſi. ſic *procedere* de veſpera apud Virg. Ecl. VI. in fine,

Cogere donec oves ſtabulis, numerumque referre
Juſſit, & invito proceſſit veſper Olympo.

de nocte Nepos in Pelop. c. 3. *At illi omnes, quum jam nox proceſſiſſet, vinolenti ab exulibus, duce Pelopida, ſunt interfecti*. ubi bene Gebhardus e Salluſt. Jug. 24. adfert, *ſed ubi plerumque noctis proceſſit*. id eſt, pleraque noctis pars conſumta eſſet. ut cap. 55. *Et jam multum diei proceſſerat*. ubi vide Waſſ. & in Ind. Salluſt. in *procedit*. Silius Lib. XIII. 419. *nox procedens contigit horam*. Claudianus Conſ. Olybr. & Prob. 266. *Prima tibi procedat hiems*. ubi pro incipiat, vel tranſigatur, explicari poteſt. contra *tempora tarde procedere* apud Ovid. V. Triſt. 10. 5.

Stare putes, adeo procedunt tempora tarde:
Et peragit lentis paſſibus annus iter.

vid. & Vorſt de Lat. mer. ſuſp. cap. II.

129. *Quaeſivere tori*] vetus ſcriptura, *Quaeſivere chori*. nempe ſtellarum chori. Nam & ita Varro dixit, *coeli choreas aſtricas*. Totum diſtichon ita legimus:

Quaeſivere chori juvenem ſic Heſperon olim,
Quem necdum medio ſolvit in igne Venus.

quem, inquit, necdum medio curriculo ſolvit, & dimittit Venus. Nam Veſperum citiſſime conficere curſum ſuum, id eſt, occidere, cum vix alia aſtra apparuerint, notiſſimum eſt. Idcirco Venus ejus amore capta citiſſime ſolvit eum in medio curſu: cum interim chorus aſtrorum ipſum, qui princeps chori eſt, & primus apparet, deſiderent. SCALIG. pro *Heſperum* lege, *Heſperon*. PITH. *tori* eſt in edd. antiqq. Aldd. Venet. Junt. aliiſque. *chori* in cod. Leidenſi inveni. Gorallus dubitans an Scaliger bene legere potuerit membranae veteris ſcripturam, praefert *thori*, ut *thori* dicantur Deae vel puellae, quae Heſperum ſibi optarint maritum: quod latine dici probandum potius fuiſſet, quam notare *thorum*, pro lecto, ſcribendum eſſe cum adſpiratione, ut diſtinguatur a *toro*, lacerto, ac derivetur a θορὸς, *ſemen geniale*. Putares prurientem monachum Grammaticam docere. *choros* hic etiam pro ſtellarum choris, ut Scaliger, capiebat Colv. ad Apulej. p. 81. & J. Douza Fil. notis ad Tibull. cap. III. p. 66. ubi de fuſcis Luciferi equis, ejuſque curru agit, quem Lucifero tribui negabat Broukh. ad Tibull. I. 10. 62. ſed vide Patrui mei notas ad Rutil. I. 511. & quae notavi ad Lotich. Lib. IV. El. 2. 20. & de *choris* ſiderum ad Lib. I. 5. 67. Douzam ibid. cap. IV. p. 71. & Gronov. III. Obſ. c. 21. p. 631. *chori juvenum* Salmaſius. Heinſius legebat,

Quaeſivere chori juvenem ſic Heſperon olim,
Quem nexum medio fovit in igne Venus.

Heſperon etiam recte, ſed *nemus* pro *Venus* vitioſe in Servii & Voſſiano codice. *Heſperum* enim male in ed. Pith. *necdum* Scaligeri inprobabat Scriverius, & nihil mutandum cenſebat. paullo poſt *placida ſub nocte juventam* legitur in cod. Serviano. Ceterum intelligi hic Druſum, ex rogo a Venere ereptum, atque in coelum tranſlatum, & in Heſperon converſum, exiſtimat Alb. Rubenius in Diſſ. de Gemm. Tiber. pag. 205. & 206. ideoque Druſum in iſto monumento inponi equo alato, quia Heſpero, ſeu Lucifero, veteres Pegaſum ſaepe tribuunt. de quo vide Cerdam ad Virg. VII. Aen. 26.

131. *Quem nunc*] Eſt ἀποστροφὴ ad Maecenatem coelo jam receptum. Quem tu coelo receptus contrario curſu vides ire alio nomine, nempe Luciferi. SCALIG.

131.

Luciferum contra currere cernis equis.
Hic tibi corycium, caſias hic donat olentes,
Hic e palmiferis balſama miſſa jugis.
Nunc pretium candoris habes, nunc redditus umbris.
Te ſumus obliti decubuiſſe ſenem.

Ter

133. *Hic tibi corycium, caſias hic donat olentes,*
Hic e palmiferis balſama miſſa jugis.]
operarum vitio in utraque Pithoei editione, *caſtas hic donat olentes.* ſed *caſias* in margine correxit Heinſ. ut in MSS. & edd. ceteris. per *corycium* abſolute *crocum* intelligit Gorallus, quia crocus in Coryco monte praeſtantiſſimus naſcebatur. ſed nullum puto proferri poſſe exemplum, ubi *corycium* ſimpliciter pro *crocum Corycium*, ut ſemper addunt, occurrat. ita enim apud Horat. II. Sat. 4. 68. *Corycioque croco ſparſum ſtetit.* & Martial. Lib. III. Ep. 65.
Quod de Corycio quae venit aura croco.
& Lib. XI. Ep. 9.
Ultima Corycio quae cadit aura croco.
Corycium vero, vel *Corycum*, eſt oppidum a monte illo Ciliciae Coryco, croci feraee, dictum. quo refer fragmentum Salluſtii ex Lib. I. Hiſt pag. 26. ed. Waſſ. *iter vortit ad Corycium urbem inclutam, paſtusque nemore, in quo crocum gignitur.* *coritium* cod. Leid. ed. Ven. & Juntina. pro *corycium*, quae vox ita ſimpliciter poſita pro aromate etiam offendiſſe videtur Heinſium, quia obelum ei adpoſuerat, ut ſuſpectam notaret. ſed nihil aliud conjecerat. Interpretatio vero Goralli hic tam obſcura eſt, ut interprete egeat: ſic enim ille: *qui Lucifer orientalibus plantis, ut croco, caſiae, & balſamo, in montibus palmiferis creſcenti, praeeſt, earumque augmentum curat.* quae non magis intelligere me fateor, quam ſi de quodam carioſo Sibyllae folio deſcripta eſſent: loquitur enim de Lucifero non aliter ac ſi Botanices Orientalis praefecturam gereret. Locus licet difficilior ſit, quia forte nonnulla deſiderantur, id tamen certus ſum, haec ad Luciferum non referenda, neque cum praecedentibus connectenda eſſe: Opinor indicari diverſorum poëtarum vel amicorum dona ſuprema defuncti Maecenatis exſequiis data, atque *hic* & *hic* pro *hic* & *ille* poſitum eſſe, (vid. ſupra ad v. 18.) hic rogo tuo fert *caſias*, ille *balſama*, aromata inferiis dari ſolita, ut infra v. 143.
Semper ſerta tibi dabimus, tibi ſemper odores.
Forte igitur Coryco Ciliciae monte, ac croco poſthabito, *Corycium* praeſtaret abſolute intelligi de Corycio nemore celebratiſſimo in Boeotia prope Parnaſum, & bis tantum repetito *hic*, ac *tibi* in aliam verſus ſedem repoſito, legendum:
Hic e Corycio caſias tibi donat olentes,
Hic e palmiferis balſama miſſa jugis,
ut petatur *e* ex ultima litera vocis *Hic*, & *Corycium* prius ſcriptum fuerit, tum *e Corycio*, & *e palmiferis jugis* ſibi reſpondeant. pro quo & *palmiferis* in Cod. Voſſ. & Leid. ed. Veneta, Juntina, & Aſcenſii. de *Corycio* hoc nemore vel antro ad Parnaſum vide Scholiaſt. Apollon. Rh. Lib. II. 713. Barth ad Stat. VII. Th. 348. & Lib. V. Sil. v. 3. 5. ubi *Coryciam umbram*, Parnaſiam vocat. ſic *Corycii penetralia* recte viri docti reſtituerunt Apulejo de Mundo circa init. pro *Cyrni*, vel *Cyrrhae*, ut in aliis codicibus habetur. & ita ſub hoc poëtico colore carmina vel Epicedia mortuo Maecenati ſcripta, tamquam juſta funebria, ſed dona unguentis potiora, indicari poſſent. *Corycium* vero, neutro abſoluto, ſubintellecto antro montis Parnaſi, paullo rectius dicitur, quam *corycium* pro *croco*; ſic enim amant veteres in ejusmodi nominibus propriis. ut *Aventinum*, ſubaudito *jugum*, apud Livium Lib. I. cap. 33. ubi vid. Sigon. & Drakenb. ad Lib. III. cap. 67. *Parthenium* apud Claudian. II. Rapt. Proſ. v. 148. pro monte Parthenio, ut Patruus meus exponit. *Iſmara* apud Virg. II. Georg. 37. ut *Taenara*, *Maenala*, *Gargara*, & ſim. vid. Paſſerat. ad Propert. pag. 477. & Patrui notas ad Valer. Fl. II. 360. & ſic de regionibus, *Geticum*, *Illyricum*, *Celticum* &c. vide Gronov. Lib. II. Obſerv. cap. 3. in fine. Si vero haec minus placeant, conjectura nonnihil audaciore poſſet quis tentare,
Hic tibi cinnamon, hic caſias tibi donat olentes,
Hic e palmiferis balſama miſſa jugis.
Ita enim haec jungit etiam Auctor Phoenicis v. 83.
Cinnama dehinc, auramque procul ſpirantis amomi,
Congerit, & miſto balſama cum folia:
Non caſiae mitis, nec olentis vimen acanthi,
Nec turis lacrimae, guttaque pinguis abeſt.
vel *Hic tibi narciſſum* cum Cel. Oudendorpio legendum: vide finem Culicis. ſic *narciſſum* & *caſiam* junxit auctor Ciris v. 370. *caſiam* vero fruticem cum herba ſaepe confundunt. vid. N. Heinſ. ad Ovid. IV. Faſt. 440. Sed prius praefero, vel felicioribus ingeniis haec curanda relinquo.

135. *Nunc pretium candoris habes, nunc redditus umbris.*
Te ſumus obliti decubuiſſe ſenem]
Ita in Leid. cod. ed. Ald. Pith & Scalig. vitioſe in Veneta, Juntina, & Aſcenſ. *nunc redditur umbris Te* (vel *Teb*) *ſumus obliti* &c. *redditur* etiam in cod. Voſſ. Meibomius male diſtinxit, *nunc redditus umbris Te ſumus* &c. Gorallus monet *redditus* pro *datus* poni, & ſubaudiendum *nunc cum ſis redditus*. Ego nonnulla excidiſſe ſuſpicor.

137.

Ter Pylium flevere ſui, ter Neſtora canum:
Dicebant tamen hunc non ſatis eſſe ſenem.
Neſtoris annoſi vixiſſes ſecula, ſi me
Diſpenſata tibi ſtamina nente forent.

Nunc

137. *Ter Pylium flevere ſui*] *Et* Heinſ. *Pylium* & *Neſtora*, qui idem eſt, hic repeti quis ferat? Puto emendandum *Ter Peliam*. vide infra ad Elegiam ad Meſſalam v. 15. vel cum Cl. Oudendorpio, *Ter Pylii flevere ſuum.* quamvis tamen vel ſic quoque offendat repetitum *ter*. pro quo poſſis,

Et Pylii flevere ſuum ter Neſtora canum.

verſ. ſeq. *Dicebantque tamen non ſatis eſſe ſenem* in cod. Leid. edd. Ald. Aſcenſ. & ſic margo Pith. & Scalig. in Veneta, & Juntina, ita ut edidit Pith. *Credebant tamen hunc* legebat Francius.

139. *Neſtoris annoſi vixiſſes ſecula*] *annoſa* Servii codex. in Voſſiano & Leid. *annoſa vixiſſem ſecula*, ut ed. Veneta. Aldina utraque conſentit Scaligero & Pithoeo. *vixiſſes* etiam in altero Leidenſi. ut apud Martial. XI. Ep. 57.

O quam tu cupias ter vivere Neſtoris annos.

ſed melius in Juntina & Aſcenſii editione, *Neſtoris annoſi viciſſes ſecula. vivere* enim *ſecula Neſtoris*, eſt longaevam ejus aetatem adtingere. ſed *vincere*, ulterius extendere, ſuperare. Virg. XI. Aen. 160.

Contra ego vivendo vici mea fata.

ubi Servius, id eſt, *naturalem ordinem vita longiore ſuperavi.* & ex Lib. II. Georg. 298. adfert *Multa virum volvens vivendo ſecula vincit.* ſic de perennitate carminum in Eleg. ad Meſſalam v. 16.

Carmina, quae Pylium vincere digna ſenem.

eadem varietate apud Ovid. XV. Met. 401.

Inde ferunt, totidem qui vivere debeat annos,
Corpore de patrio parvum Phoenica renaſci.

ubi Barthium ex MSS. *vincere* praetuliſſe notavit Patruus. & hinc *vincere* pro ſuperſtitem alicui eſſe. vid. ad Lotich. Lib. I. El. 6. 74.

ibid. ——— *ſi me*

Diſpenſata tibi ſtamina nente forent] ſic codex Leidenſ. ab Heinſio collatus. & Aldi utraque, Pithoei, & Melbomii editio. *nempe* Servii, Voſſii, & alter Leidenſis codex. *mente* operarum vitio eſt in ed. Scalig. *ſtamina dante* Francius. *Diſpenſante tibi ſtamina nempe forent* ed. Veneta, Juntina, & Aſcenſii. quae editiones adjuvant Salmaſii conjecturam legentis, *ſi me Diſpenſante tibi ſtamina neta forent.* id eſt, me ſtamina in quaſillos & penſa diſtribuente. ita enim Parcae *diſpenſare* dicuntur *fila mortalia* Ovidio Epiſt. XII. 3. ut recte, non *fata*, emendavit Heinſius, adducto hoc loco, in quo tamen probaſſe videtur,

——— *ſi me*
Diſpenſata tibi ſtamina nente forent.

de verbo *diſpenſare* vide Gronov. ad Liv. XXVII. 50. & ad Juſtin. VII. cap. 6. *nere ſtamina* de Parcis obvia locutio, ſed nonnumquam loco non oportuno intruſa. apud Auctorem Ciris v. 125. legebat Tollius,

Tum patriam incolumem Niſi, regnumque futurum,
Concordes ſtabili firmarant nemine Parcae.

pro *numine*. ſed non ſequor. imitatur enim Virg. Ecl. IV. 47.

Talia ſecla, ſuis dixerunt, currite, fuſis
Concordes ſtabili fatorum numine Parcae.

apud Tibull. Lib. III. El. 3. 36. olim legebatur,

——— *triſteſque ſorores*
Stamina quae ducunt quaeque futura neunt.

quod Scaliger pro *nent* antique dictum putabat. & ſic in Gloſſario veteri MS. Leidenſi poſt Iſidori Etymologias inveni, *Neunt, filant.* in alio tamen ejusdem Bibliothecae Gloſſario, *Nent, filant, vel tingunt.* forte *pingunt*. vel, *Nent, fila torquent.* ſic enim Papias in Vocabulario, *Neo, nes, nevi, quod eſt fila torquere.* Sed recte tamen vocem inſolentem *neunt* pro *nent* Tibullo eluit Heinſius, qui *canunt* ſubſtituit, merito praeclaram emendationem laudante Broukhuſio, qui notat voce antiquaria deceptum Taubmannum eam ut gemmulam ſplendentem carminibus ſuis inſeruiſſe. Miror Broukhuſium ſimul non animadvertiſſe, corrupta Tibulli exemplaria hic quoque transverſum egiſſe Joh. Jovian. Pontanum, poëtam Taubmanno majorem, qui Ecl. VII. Lepidinae ſaepius verſum illum intercalarem inſeruit:

Euge io, ſic fata neunt, ſic ſtamina volvunt.

apud Albinovan. Epicedio Druſi v. 164.

Hanc lucem celeri turbine Parca neat!

quam locutionem duram nec fortaſſe probam eſſe notaverat Broukhuſius ad Catalecta Scaligeri, & legebat,

Hanc lucem celeri turbine Parca ferat!

optime. ſic enim in eadem Elegia v. 282.

Hunc Aurora diem ſpectacula tanta ferentem,
Quam primum croceis roſcida portet equis!

Ovid. III. Triſt. 5. 55.

Hunc utinam nitidi Solis praenuntius ortum
Adferat admiſſo Lucifer albus equo!

Tibullus Lib. I. El. 3. in fine:

Hunc precor hunc illum nobis Aurora nitentem
Luciferum roſeis candida portet equis!

ejusdem voti exclamatione, qua apud Ariſtoph. in Pace v. 345.

Ἐι γάρ μοι γένοιτ' ἰδεῖν ταύτην τὴν ἡμέραν ποτέ.

& ſimilia vide in notis ad Lotich. Lib. I. El. 2. 78

148.

Nunc ego quid poſſum? Tellus levis oſſa teneto,
  Pendula librato pondus & ipſa tuum.
Semper ſerta tibi dabimus, tibi ſemper odores:
  Non umquam ſitiens, florida ſemper eris.

CXX. AUCTORIS INCERTI ALIA DE MAECENATE MORIBUNDO ELEGIA.

Sic eſt Maecenas fato veniente locutus,
  Frigidus, & jam jam cum moriturus erat.
Mene, inquit, juvenis primaevi, Jupiter! ante
  Auguſtam Bruti non cecidiſſe fidem?

5. Pe-

141. *Nunc ego quid poſſum?*] Scribe:

Nunc ego, quod poſſum: Tellus levis oſſa teneto.

Nihil aliud in praeſentia tibi poſſum, quam ut precer hoc, Terram tibi levem eſſe. Ille erat ſemper εὐφημισμὸς in mortuos. a qua ſuperſtitione Euripides Elena:

—— εἰ γάρ εἰσιν οἱ θεοὶ σοφοὶ
Εὔψυχον ἄνδρα πολεμίων θανόνθ᾽ ὕπο
Κούφῃ καταμπίσχουσιν ἐν τύμβῳ χθονί.
Κακοὺς δ᾽ ἐφ᾽ ἕρμα στερεὸν ἐμβάλλουσι γῆς. SCALIG.

ſic MSS. & editiones veteres, ut edidit Pithoeus. Scaligeri emendationem *Nunc ego, quod poſſum*, ſubintellecto *precor*, pluribus firmavi in notis ad Lotich. Lib. IV. El. 3. v. 159. quamquam, ſi verba nimis abrupta videantur, etiam conjecerim, *Nunc ago, quod poſſum.* ut apud Ovid. Epiſt. VIII. 4. in MSS. *Quod potui, feci.* & Rem. Am. 167. *Quod potuit, fecit.* ubi vide notas.

142. *Pendula librato pondus & ipſa tuum*] imitatur illud Ovidii Lib. I. Met. 13.

—— *pendebat in aëre tellus,*
Ponderibus librata ſuis.

ut illic notavit Heinſius.

CXX. v. 1. *Sic eſt Maecenas*] Sine dubio eſt alia Elegia a ſuperiore diverſa. & inſcribenda mihi videtur, VERBA SUPREMA MAECENATIS. quod enim ejusdem auctoris ſit, & de eadem re, propterea cum ſuperiore conjuncta. SCALIGER. Novam hic inchoari Elegiam, a ſuperiore diverſam cenſet Scaliger. Quid erat opus? Lacuna hic fuit, quam ut expleret, hos duos frigidos & infelices verſiculos de ſuo liberaliter eſt largitus nebulo aliquis. Non triſtius langue lorum aliquod in aqua. BROUKHUS. Scholaſtici alicujus poëtae hoc carmen eſſe judicat Barth. XXIII. Adverſ. 17. certe Albinovanus, ſi Epicedii in Druſum verus auctor ſit, foetum hunc abortivum ſibi adſcribi indignaretur. verſus enim inepti ſunt. & ipſa etiam Elegiâ praecedente magis languidi, frigidi, & elumbes. Aldus in utraque editione, ut & Veneta, Juntina, Aſcenſiana, ac Scaliger in Catalectis, perpetua ſerie connexas Elegias exhibent. & ſic leguntur in Cod. Leidenſi. Pithoeus ſeparavit, & Meibomius, qui inſcripſit *Verba ſuprema Maecenatis*; ut Scaliger in notis monuerat.

v. 1. *Sic eſt Maecenas fato veniente locutus*] *Sic &* Cod. Serv. *fato vivente* ed. Junt. *Frigidus & jam: jam tum moriturus erat* ed. Venet & Junt.

3. *Primaevi turpiter*] Non *turpiter*, ſed *Juppiter* habet membrana. Id quod verum puto, eſtque διὰ μέσου dictum. Catullus:

Doctis, Juppiter, & laborioſis!

idem:

Juppiter, ut triſti lumina ſaepe manu! SCALIG.

in vetuſtis editionibus hic legebatur *turpiter*, ut in Veneta, Juntina, & aliis. ſed recte Scaliger *Jupiter!* ut in cod. Leid. aliisque edd. eumdem vide de hac ecphoneſi in notis ad Catull. Carm. I. apud quem Carm. LXVII. 48.

Jupiter! ut Chalybon omne genus pereat.

aliis *pro Jupiter!* vide Donat. ad Terent. Adelph. I. 2. 31.

4. *Auguſtam Bruti non cecidiſſe fidem*] Quis crederet huic corruptae lectioni eum commentarium addere potuiſſe Scaligerum: educatum & ſublatum Brutum a Caeſare Dictatore, & heredem ſcriptum & filii loco habitum, optareque Maecenatem, uti prius deceſſiſſet, quam illud diſſidium, puta inter Brutum & Caeſarem, gliſcere inciperet? Non vidiſſe ingenium tantum, ſcribi debere, *Auguſtam Druſi* &c. Ejus auguſta & ſacra fides, is ab Octavio Auguſto tantum non ſublatus, certe educatus: hunc oportune mallet ſibi ſuperſtitem fuiſſe Maecenas, non Brutum, cujus in Caeſarum domo utique damnata & ingrata memoria. J. FR. GRONOVIUS ad Senecae Conſol. ad Marc. cap. 3. praeclare Gronovius *Druſum* hic ſubſtituit pro *Bruto.* eodem modo peccabatur apud Vellej. Pat. Lib. II. cap. 125. *ita Druſus* &c. *priſca antiquaque ſeveritate uſus* &c. ubi in editione prima *Brutus* legi notavit Voſſius. *Druſi* etiam ex ingenio hic conjecerat Francius. Gorallus tamen adverſus claram Solis

lucem

Pectore maturo fuerat puer, integer aevo,
Et magnum magni Caeſaris illud opus.
Diſcedo: vellemque prius. non omnia dixit,
Inciditque pudor, quae prope dixit amor.

Sed

lucem caecutiens hic ſermonem eſſe dicit de Bruto, adeoque *primaevum juvenem* dici de virili aetate, firma jam & florente, non adoleſcente, ut explicuerat Meibomius, eo nimirum tempore, quo Julium Caeſarem occidit Brutus. Dubitat porro, an haec verba non referenda ſint ad Maecenatem ipſum, ac ſcribendum, *Mene, inquit, juvenem primaevum* &c. felicem vero Criticum! Maecenas igitur *primaevus juvenis* obiit, qui ſeptuagenario major vita functus eſt, ſaltem in ſenectute jam provecta. vide Meibom. Maecen. cap. XXIX. pag. 183. Sequenti verſu idem adverſus Scaligerum cornua tollens miratur eum hic tacuiſſe, qui aliter, ubi omnia ſana ſunt, membranas antiquas crepat, quibus renitentibus pro *Auguſtam fidem* in ipſo contextu edidit *Abruptam*, nullamque vocem ſcripturae antiquae veſtigiis propiorem ſubſtitui poſſe ſibi blanditur Gorallus, barbariſmum in hoc loco diutius non ferens, quia *fides auguſta* locutio eſt, quae ſenſu caret. Quis non Grammatico dabit minerval? Quanto felicius vulgatae ſcripturae veſtigiis inſiſtit Heinſii ingenium legentis, *Auguſtam Druſi non cecidiſſe diem.* (certe *Auguſtam* agnoſcit codex Voſſianus) vel, *Funeſtam Druſi non cecidiſſe diem.* aut, *Infauſtam necem. anguſtam* vero *diem* Druſi intellige, quia in ipſo juventae flore, medioque victoriae curſu anno aetatis trigeſimo inmaturus obiit. vide Noriſ. ad Cenotaph. Piſ. Diſſ. II. pag. 100. *dies* autem pro die ſuprema. ut apud Senec. Suaſor. IV. *Pleroſque dixere victuros, & nihil metuentes oppreſſit dies.* Auctor Dialog. de Orator. cap. 13. *quandocumque fatalis & meus dies veniet.* ſic *ſua dies* unicuique, ut hic Druſi dies. vide Patrui notas ad Valer. Flacc. V. 12. *niger ille dies* Propertio Lib. II. El. 19. 20.

5. *integer aevo*] *aevi* Heinſius, ut apud Ovid. IX. Met. 440. *qui dum fuit integer aevi.* ubi male in aliis MSS. *anno:* quod praeceſſit. *integer aevi ſanguis* Virg. Aen. 638. & apud alios.

6. *Et magnum magni*] Educavit enim, & ſuſtulit Brutum C. Caeſar, quem etiam in bonis ſuis haeredem ſcripſerat, habuitque filii loco adeo, ut quum in Senatu trucidaretur ab homine ingrato, ad eum dixerit καὶ σὺ τέκνον. Videtur autem ex Tragoedia quadam dictum ex perſona Clytemneſtrae ad Oreſtem, quum ab ipſo interficeretur: aut Eriphylae ad Alcmaeonem. SCALIGER. *Eſt magnum* Cod. Voſſ. *Caeſaris opus* hic vocatur Druſus, quia ad omnes togae ſagique artes ab Auguſto erat formatus. ut apud Albinovan. Eleg. ad Liviam v. 39.

Caeſaris illud opus, voti pars altera veſtri
Occidit &c.

quod cum hoc loco confert Scaliger, & bene adverſus Gorallum ita intelligendum Patruus meus oſtendit. aliter *opus* de virorum Illuſtrium ſobole dicitur. ut de Alexandro Juſtin. Lib. XII. cap. 16. *Nam profecto majus humana mortalitate opus utero tulit.* ubi *onus* male Graevius. vide ad Lotichium pag. 313. ſed primo ſignificatu hic capiendum.

7. *Diſcedo vellemque*] Melius vetus tam ſcriptura, quam editio: *Diſſidio vellemque prius.* eſt ἀποσιώπησις. Quare ſubjungit, — *non omnia dixit.* Utinam, inquit, prius deceſſiſſem, quam illud diſſidium gliſcere inciperet. *Vellem mori,* ἐλλειπτικῶς dixit pro, utinam mortuus fuiſſem. ὡς ὤφελον θανεῖν. SCALIGER. Ita Aldus, Pithoeus, Scaliger, & Meibomius ediderunt. & ſic codex Leidenſis ab Heinſio collatus. in altero enim Leidenſi *Diſcidio*, ut in Servii & Voſſiano codice. *Diſſidio* ed. Venet. Junt. & Aſcenſ. quam membranae veteris ſcripturam recte probavit Scaliger. Gorallus vult Maecenatem intelligere diſſidium Antonii & Auguſti. Nihil minus. Totus locus docet indicari frigus inter Maecenatem & Auguſtum, propter Terentiae uxoris ſuae amores cum Auguſto. unde majorem emphaſin habet apoſiopeſis *non omnia dixit.* nam vetabat pudor cum Auguſto de re inviſa loqui, quae amor ceteroquin dictaſſet. hinc cum Nic. Heinſio ſeq. verſ. legendum, *Inpeditque pudor.* vel *Incidítque.* quo minus nempe de diſſidio iſto moribundus Auguſto adſtanti aliquid in memoriam revocaret. Errat enim Gorallus, qui putat Maecenatem moribundum ex reverentia erga Auguſtum tacuiſſe ea, quae cogitabat de cladibus caedibusque amicorum & virorum Illuſtrium in bellis civilibus, quae a Caeſaris morte cum magno Romani nominis dedecore geſta erant: quae interpretatio huic loco prorſus incongrua eſt. Propter amores vero Auguſti & Terentiae, Maecenatis uxoris, non levis animorum alienatio inter utrumque fuit, licet poſtea reconciliati fuerint. vide Meibom. Maecen. cap. XXVII. & licet crebra inter Maecenatem & Terentiam eſſent divortia, numquam tamen eam amare deſtitit ob formae venuſtatem, & identidem domum reduxit. hinc paullo poſt de moribundo addit, *quaerebat amatae Conjugis amplexus* &c. ex quibus patet abſurdam eſſe lectionem, quae ibibem circumfertur, *Sed manifeſtus erat moriens*, & praeclaram eſſe Heinſii emendationem,

Sed male feſtus erat: moriens quaerebat amatae
Conjugis amplexus &c.

Sed manifeſtus erat moriens: quaerebat amatae
Conjugis amplexus, oſcula, verba, manus.
Si tamen hoc ſatis eſt, vixi te, Caeſar, amico:
Et morior, dixit, dum moriorque, ſatis.
Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor,
Cum dicar ſubita voce fuiſſe tibi.

Hoc

intempeſtivo nimirum voluptatis affectu Terentiae amplexus moriens quaerebat. ſic locum obſcuriorem majori luce adfuſum arbitror. *non omnia dicit* cod. Voſſ. & Leid. *dici* ed. Venet. Junt. & Aſcenſ. *Inciditque puer* in cod. Serviano. Cl. vero Oudendorpius probabat quidem diſtinctionem Heinſii, ſed *manifeſtu* non mutandum cenſebat, hoc ſenſu: amor quidem non dixit omnia, prae pudore inhibitus, ſed nihilominus ſatis apparebat ex actione; non verbis, ſed re patebat amor. quem ſaepe Ovidius hinc ait *ſe prodere*. ſic *manifeſtus amator* apud eumdem Lib. I. Amor. El. 4. v. 39. & *manifeſtus* de eo, qui ſe non celat ſed videndum ac conſpicuum praebet. ut *Deus manifeſtus*. & ſim. de quo vid. notas Patrui ad Valer. Fl. I. 105. & Ovid. I. ex Pont. I. 63. eſt enim *manifeſtus*, qui aperte aliquid prae ſe fert. Ovid. v. Faſt. 313.

Quid facerem? per quod fierem manifeſta doloris.

ita accipe illud Flori Lib. IV. cap. 2. §. 83. de Caeſare: *Dicitur in illa perturbatione & de extremis agitaſſe ſecum, & ita manifeſto vultu fuiſſe, quaſi occupare manu mortem vellet.* ubi vide Graev. Tacit. XII. Ann. cap. 51. *Spirantem ac vitae manifeſtam adverterunt.* ſic in leg. 33. ff. de Legat. pr. *niſi ipſe teſtator ex ſcriptura manifeſtiſſimus eſt.* idque voluit Pithoeus, cum in marg. libri ſui, qui eſt in Biblioth. Regia, adſcripſit δῆλος ἦν. ut hic Scalig. ita enim Graeci de eo, qui ſigna & indicia dat habitu exteriori. ut apud Ariſtoph. Pluto v. 333.

— δῆλος δ' ἐςὶν, ὅτι τῶ πράγματος
Ἀπειργέν τι. vid. Stolberg. ad Sophocl. Ajac. v. 326.

9. *Sed manifeſtus erat*] Putus putus Helleniſmus. Ἀλλὰ δῆλος ἦν λειποψυχῶν, λειποθυμῶν. SCALIG.

Ibid *Quaerebat amatae*] Terentiae ei nomen erat. Ea fuit mulier moroſiſſima, & importunis moribus. Cum ea ſaepe lites habuit, ſaepe rediit in gratiam Maecenas: Itaque falſe dixit Seneca, eum millies unam duxiſſe uxorem. ut ex hac hiſtoria interpretanda ſit lex LXIV. de don. inter virum & uxor. SCALIGER.

11. *vixi te, Caeſar, amico: Et morior dixit, dum moriorque ſatis.*] ita correxi cum Salmaſio & Heinſio, ut in utraque editione Aldus, & Pithoeus in libro ſuo Bibl. Regiae, male enim in illius & aliis editionibus, *vixi te Caeſare amico.* Eleg. praec. v. 15. *Omnia cum poſſes tanto tam carus amico.* & v. 103. *Caeſar amicus erat, poterat vixiſſe ſolute.* infra v. 19. *& certe fueram tibi ſemper amicus.* *amicos* Regum vel principum vocabant, qui primi erant a conſiliis. vid. Graev. ad Juſtin. I. cap. 4. & Ravii notam ad Nep. Miltiad. cap. 3. in fine verſus minoris legebat Heinſius, *dum moriorque, ſat eſt.* & ſic Pith. in exemplari Bibl. Reg. ita ſaepe in fine pentametri. Ovid. v. Triſt. 7. 68.

Praemia ſi ſtudio conſequar iſta, ſat eſt.

Propert. I. El. 2. 26.

Uni ſi qua placet, culta puella ſat eſt.

Lib. II. El. 5. fin.

Quam peccare pudet, Cynthia, tuta ſat eſt.

Lib. IV. 9. 36.

Et cava ſuſcepto flumine palma ſat eſt.

& ſic ille ſaepius. Lib. II. El. 14. 34.

Mi formoſa ſat es, ſi modo ſaepe venis.

ubi male in pleriſque MSS. *ſatis.* de formula *ſatis eſt* vide Heinſ. ad Ovid. II. Amor. 14. 44. & infra ad Eleg. ad Meſſal. v. ult.

12. *Dum moriorque, ſatis*] Τὸ *ſatis*, conclamatum eſt. Plautus Captivis (Act. I. Sc. 2. 7.)

Liber captivos avis ferae conſimilis eſt,
Semel fugiendi ſi data eſt occaſio,
Satis eſt: nunquam poſt illa poſſis prendere. SCALIG.

13. *Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor*] *aliquis procedet & humor* ed. Veneta. *procederet* ed. Junt. & Aſcenſ. ſed Aldus, & ceterae, ita ut Pith. & Scalig. quod codex Leidenſ. etiam firmat. Heinſius legebat, *ſi quis tibi*, vel *ecquis*, aut *qualis tibi procidet humor.* vel denique *liquidus tibi procidet humor.* neque enim *liquidus* otioſum eſſe epitheton patebit ex notatis ad Lotich. Lib. I. Eleg. 8. v. 27. Meibomium *molles oculos* de amatoriis oculis exponentem facile refutat Ovidii locus, quem hic auctor imitatus eſt, Rem. Amor. 340.

Mollibus eſt oculis, quod fleat illa, refer.

molles enim oculi ſunt ὑγροὶ ὀφθαλμοὶ, in fletum faciles: unde Proverbium Graecorum ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες, *viri boni mollibus ad lacrimandum oculis ſunt.* vid. Zenob. Proverb. I. 14. & Schotti Proverb. ex Suida I. 8.

14. *Fuiſſe tibi*] Hoc eſt tuus fuiſſe. Val. Cato in Diris,

Et vobis nunc eſt, mea quae fuit ante voluptas.

Item, *mea quod formoſa puella Eſt vobis.* SCALIG. ſed vide Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XVII. 192. ex quo patebit *fuiſſe* hoc in loco pro vixiſſe, mortuum eſſe, dici. Plaut. in Pſeud. I. 3. 18. *mortuus eſt, qui fuit: qui eſt, vivus eſt.* Tibull. Lib III. 5. 32. *Sive erimus, ſeu nos fata fuiſſe volent.* Effert ſe hic magnifice Goralius, & quia Scaliger male conjunxit *fuiſſe tibi*, notat; *vidiſſet Scaligero multo indoctior hic fuiſſe pro mortuum eſſe, poni.* Credo. vidit

enim

Digitized by Google

Hoc mihi contingat! jaceam tellure ſub aequa:
  Nec tamen hoc ultra me potuiſſe velim.
Sed meminiſſe velim. vivam ſermonibus: illic
  Semper ero, ſemper ſi meminiſſe voles.
Et decet, & certe vivam tibi ſemper amicus:

enim id Gorallus. ſed an ideo cum Viro Illuſtri ulla ex parte conferendus? Non magis, opinor, quam cum gigante tenuiſſimus pumillo. Sane quivis Gorallo longe doctior tam leviculum Scaligeri errorem multo modeſtius notaſſet. Sed quid facias his hominibus in re levi & ludicra tam ambitioſis? ut de Gorallo ipſo Broukhuſ. ad Propert. III. 2. 28.

15. *Hoc mihi contingat!*] *tibi* male in cod. Serviano. ed. Veneta, & Juntina. *mihi* recte in cod. Leidenſi, edd. Aldd. aliisque. eſt formula Ovidio ac Tibullo familiaris. Lib. III. Am. El. 2. 9.

Hoc mihi contingat! ſacro de carcere miſſis
  Inſiſtam forti mente vehendus equis.

Tibull. Lib. I. El. I. 43.

Hoc mihi contingat! ſit dives jure, furorem
  Qui maris, & triſtes ferre poteſt Hyadas.

Propert. II. El. 13. 13.

Haec ubi contingerint, populi confuſa valeto
  Fabula &c.

ad quem vide Paſſerat. pag. 200. & quae notavi ad Lotich. Lib. v. Eleg. 17. 18.

16. *Me potuiſſe velim.*] Vetus ſcriptura: – *te potuiſſe.* Hoc eſt, nec ultra aliud a te peto, quam ut per te liceat mihi jacere ſub terra acqua. Legendum vero, & ſententia, & eadem veteri ſcriptura, poſtulante: *Hoc mihi contingat.* SCALIGER. *te potuiſſe* codex Leidenſis & Aldus in prima editione, ſed *me potuiſſe* in ſecunda. *hoc potuiſſe* in cod. Voſſ. & Leid. Heinſius conjecerat *me repetiſſe velim.* Gorallus exponit: *nec velim ultra rogum gratia atque opibus valere.* quod nollet Maecenas gratiam ſuam poſt mortem apud Auguſtum valere. Sed amplector alteram Heinſii emendationem, qua tam in editione Pithoeana, quam in notis ad Ovid. III. Am. El. 2. 9. legebat,

Nec tamen hoc ultra te doluiſſe velim.

ut reſpiciat ad ſolitam in re funebri formulam, *de quo nil doluit niſi mortem.* quae in epitaphiis ſepulchralibus frequens occurrit. apud Gruter. p. DCCXCIV. DE QUA NIHIL ALIUD DOLITUS EST NISI MORTEM. & p. DCCCXV. 7. CONJUGI CASTISSIMAE &c. DE QUA NULLUM DOLOREM NISI ACERBISSIMAE EJUS MORTIS ACCEPERAT. ita in Inſcript. Fabretti cap. IV. pag. 273. CUJUS DOLORE NIHIL HABUI NISI MORTIS. & p. 275. EX QUA NIHIL UMQUAM DOLUI NISI QUOD DECESSIT. ubi bene id illuſtravit Fabrettus. ſic in Inſcriptione Viae Appiae inter Heinſii Inſcriptiones MSS.

CONJUGI SUAE BENEMERENTI
CUM QUA VIXIT ANNIS XXX.
DE QUA NIHIL DOLUIT NISI MORTE.

apud Murator. Tom. II. Theſ. Inſcr. p. 1007. inſc. 2.

FECIT CONJUGI OPTU-
MAE CUM QUA VIXIT
ANNIS XXX. DE QUA NI-
HIL CONQUERI POTUIT
NISI QUOD CELERI FATO
INTERCEPTA FUIT.

Ovid. IV. Triſt. El. 10. 84.

Me quoque felicem, quod non viventibus illis
  Sum miſer, & de me quod doluere nihil.

& I. Triſt. El. 2. 37.

At pia nil aliud quam me dolet exſule conjux,
  Hoc unum noſtri ſcitque gemitque mali.

in Epigrammate Senecae apud Pith. Lib. I. p. 41.

Et de me doleant nil, niſi morte mea.

Propert. Lib. III. El. 10. v. 13.

Neve aliquid de te flendum referatur in urna.

& Lib. IV. El. XI. 56.

In me mutatum quid niſi fata velis.

ubi vide Paſſerat. pag. 704. Behot. Lib. I. Apophor. cap. 14. & plura apud Gorium ad Inſcript. Florent. Tom. I. pag. 343.

17. *vivam ſermonibus: illic ſemper ero*] Ita diſtinguitur in ed. Veneta, Juntina, Pith. Scalig. & Meibom. Aldus *vivam ſermonibus illic.* *illuc* in cod. Voſſ. Heinſius *vivus ſermonibus illis Semper ero.*

19. *Et decet, & certe vivam tibi ſemper amicus* &c.] *ſemper amare* Cod. Voſſ. pro *amore*, ut in Venet. Junt. & Aſcenſ. *certo fueram tibi ſemper amicus* Heinſius. ſeq. verſ. *Nec ſibi qui moritur* legit Barth. Lib. XXIII. Adverſ. c. 17. *nec tibi quae moritur* vitioſe ed. Ven. *deſinet* Tollius. Gorallus exponit *unmquam intermoriar in ſermonibus tuis, quibus me amiciſſimum tibi fuiſſe ſemper commemorabis.* Id jam praecedenti diſticho dictum fuerat, *vivam ſermonibus, illic Semper ero* &c. Malim igitur Maecenatem de ſe loqui, & teſtari, ſe, licet morte defunctum, amicum tamen ſemper Auguſto manſurum, unde ſequenti verſu, admiſſa Barthii correctione *ſibi qui moritur*, forte legendum,

Nec, ſibi qui moritur, deſinet eſſe tuus.

non enim indicat, ſe non intermoriturum in memoria Auguſti, ab eo ſemper memorandum; ſed ſe memoriam Auguſti inter cineres ac favillas ſervaturum. ut ſeq. diſticho, *Ipſe ego, quidquid ero* &c. *Tunc quoque non potero non memor eſſe tui.* ita enim recte in Cod. Leid. ed. Ald. & Meibom. *Tunc ego*

Nec tibi qui moritur, deſinit eſſe tuus.
Ipſe ego, quidquid ero, cineres interque favillas,
Tunc quoque non potero non memor eſſe tui.
Exemplum vixi te propter molle beate:
Unus Maecenas teque ego propter eram.
Arbiter ipſe fui: volui quod, contigit eſſe:
Pectus eram vere pectoris ipſe tui.
Vive diu, mi care ſenex: pete ſidera ſero:
Eſt opus hoc terris: te quoque velle decet.
Et tibi ſuccreſcant juvenes bis Caeſare digni,

30. Et

ed. Ven. Junt. Pith. & Scalig. ſed in marg. *Tunc quoque.* Simile illud Tibulli in fine Panegyrici Meſſalae v. 204.

Quin etiam, mea quum tumulus contexerit oſſa,
Seu matura dies celerem properet mihi mortem.
Longa manet ſeu vita, &c.
Sive ego per liquidum volucri vehar aëra penna:
Quandocunque hominem me longa refecerit aetas,
Inceptis de te ſubtexam carmina chartis.

& Propertii Lib. 1. El. 19. 11.

Illic, quidquid ero, ſemper tua dicar imago,
Trajicit & fati litora magnus amor.

contra Ovidius, ubi inimico Ibidi minatur odium ſuum ne morte quidem finiturum, v. 143.

Tunc quoque cum fuero vacuas dilapſus in auras,
Exanimis mores oderit umbra tuos. &c.
Quidquid ero, Stygiis erumpere nitar ab oris,
Et tendam gelidas ultor in ora manus.

ubi vide Salvagn.

23. *Exemplum vixi te propter molle beate*] Putarem legendum eſſe:

Exemplum vixi te propter nobile, & ob te
Unus Maecenas, teque ego propter eram. SCALIG.

te propter molle beate in ed. Veneta, Juntina, Aldi, & Pithoei. vitioſe in Scaligerana,

Exemplum vixi te quoque propter molle beate.

Exemplum juſſi cod. Voſſ. *beatus* in Leidenſi. *juſſi beate* in altero Leidenſi. Heinſius tentabat,

Exemplum vitae te propter molle beatae,
Unum diſcinctus teque ego propter eram.

vel, quia *juſſi* in codicibus legitur,

Exemplum luxus te propter molle beati.

in ed. Venet *Exemplum viri te propter* &c. Salmaſius libro ſuo adſcripſerat,

Exemplum vixi te propter molle beati,
Unus Maecenas te quoque propter eram.

Meibomius edidit,

Exemplum vixi, propter te, molle beate.

quod Gorallus etiam expreſſit.

25. *Arbiter ipſe fui: volui quod, contigit eſſe*] ſic Cod. Leid. Aldus, Pith. & Scalig. *Arbiter ipſe fui* ed. Junt. *tui* Heinſius & Salmaſ. *voluit quod contigit eſſe* ed. Venet. & Junt.

27. *Pete ſidera ſero*] Ovidius:

Optavi peteres coeleſtia ſidera tarde.

Horatius:

Serus in coelum redeas. SCALIG.

29. *Et tibi ſuccreſcant*] Tibullus ita loquitur: (Lib. 1. El. 8. 55.)

At tibi ſuccreſcat proles, quae facta parentis
Augeat, & circum ſtet veneranda ſenem.

Metaphora a ſtolonibus, ſeu pullis arborum, earum ſtipitibus adnaſcentium. Hoc enim eſt ſubcreſcere, & ſuboleſcere. unde *Soboles*, παραφυάδες SCALIG.

Ibid. *Juvenes bis*] C. & L. Agrippae. Hi adoptati fuerunt ab Auguſto. *Bis Caeſare dignos* dicit, primum quod Agrippae generi Auguſti filii; deinde, quod ab ipſo Auguſto adoptati. SCALIGER. *vir* Cod. Serv. *juvenes hi* vel *juvenes duo* Heinſius. Tiberium, Auguſti generum, praecedenti diſticho adpellari, & per *juvenes* Cajum & Lucium Agrippam Caeſares intelligi, ac *bis Caeſare dignos* dici, tam ſanguinis ratione, quam virtutum ſimilitudine, docet Noriſ. ad Cenotaph. Piſan. pag. 100. & 101. qui adfert ſeq. verſu, *Sed tradant porro* &c. & paullo poſt, *Et tibi ſecuro, quod primum Livia conjux.* *Et tradant* in Cod. Serviano, Leid. Voſſiano, & ed. Ald. Pith. Scalig. *Sed tradant* ed. Venet. *Sed tardant* vitioſe in Junt. & Aſcenſ. Cl. Oudendorpio videbatur ſine copula legendum, *Aeternent porro.* certe *tradant* pro *propagent* nimis humile cenſebat. ſolus Meibomius & Gorallus edidit *omne genus*, quod in nullis MSS. aut edd. antiquis. male autem Scaliger *Et trudant porro.* quod Iſ. Voſſio etiam non placebat. Ceterum totum Elegiae hujus finem puto adumbratum eſſe ex illis Ovidii Lib. IV. Triſt. El. 2. 9. & ſeqq.

Et qui Caeſareo juvenes ſub nomine creſcunt,
Perpetuo terras ut domus iſta regat:
Cumque bonis nuribus pro ſoſpite Livia nato
Munera det meritis, ſaepe datura, Deis.

ubi per *juvenes ſub nomine Caeſareo creſcentes* intelligendos Cajum & Lucium Agrippae filios recte notavit Micyllus.

30. *Et*

Et tradant porro Caeſaris uſque genus.
Sit ſecura tibi cum primum Livia conjux,
Expleat amiſſi munera rupta gener.
Cum Deus in terris Divis inſignis avitis,
Te Venus in patrio collocet alma ſinu.

CXXI. PEDONIS ALBINOVANI FRAGMENTUM DE NAVIGATIONE. DRUSI GERMANICI.

Jam pridem poſt terga diem ſolemque relictum,
Jam pridem notis extorres finibus orbis,

Per

30. *Et tradant porro*] Sane ſi lego, *Et trudant porro*. Ut perſiſtat in metaphora ſubcreſcendi. Nam porro trudi dicuntur gemmae arborum, & ſtolones, cum incipiunt exiſtere e cortice. SCALIG.

31. *Sic ſecura tibi*] Vetus editio:

Et tibi ſecuro cumprimum Livia conjunx.

Puto:

Sit tibi ſecuro ſupremum Livia conjunx.

ſupremum, εἰς τέλος. SCALIG. *ſit ſecura tibi cum primum* cod. Leid. Ald. Pith. & Scalig. *Sed tibi ſe-cura* cod. Voſſ. *quam primum* cod. Serv. *Sed tibi ſecura (quod primum) Livia conjunx* Leidenſis alter. *Et tibi ſecuro quod primum* ed. Venet. Junt. & Aſcenſ. Meibomius edidit,

Et ſecura tibi quum primum Livia conjux.

Heinſius conjiciebat, *Sit diuturna tibi.* vel,

Sitque aequaeva tibi cum primis Livia conjux.

& ſeq. verſu. *funera rapta*, aut *cruda*. vel potius, *pignora nupta mei. munera rapta* Tollius, ut edidit Meibom. Cel. Oudendorpius nonnulla deeſſe putabat, ac forte emendandum,

Et ſaturo annorum ſuperet tibi Livia conjux.

vel quid ſimile. atque in fine diſtinguendum,

Cum, Deus in terris Divis inſignis avitis,
Te Venus &c.

32. *Expleat amiſſi*] Expleat defectum amiſſi Marcelli Agrippa, cujus filios tu adoptaſti. Manifeſto ergo intelligit filios Agrippae, qui adoptati fuerunt ab Auguſto, & Caeſares declarati, ut ait Tacitus. Et Ovidius de iisdem intellexit:

Caeſare victuro, Caeſaribusque precor.

quare errat bonus Domitius, qui de Tiberio, & Germanico intelligendum putat. SCALIG.

33. *Cum Deus in terris Divis inſignis avitis*
Te Venus in patrio collocet alma ſinu.]

inſignis & auſtris Cod. Serv. forte pro *aſtris*. Sed lege _e *terris* cum Heinſio. *alma* recte in Cod. Leid. *impria collocet ipſa ſinu* alter Leid. *ipſa* in Voſſian. cod. & ed. Ven. Junt. ſed *alma* recte etiam Alldus, Pith. Scalig. & Meibom. ediderunt. Subſcriptio in Cod. Leidenſi ac Voſſiano erat; FINIT ELEGIA VIRGILII MARONIS IN MECENATEM INVENTA AB HENOC IN DACIA.

CXXI. PEDONIS ALBINOVANI FRAGMENT. DE NAVIGATIONE GERMANICI.] Legitur apud Senecam Suaſor.ˈ1. unde virorum doctorum adnotata huc retuli. ediderunt H. Stephan. in Fragm. vet. Poët. p. 418. & in ſuis Catalectis Scaliger p. 115. & Pithoeus poſt Albinov. Eleg. ad Liviam pag. 88. ad hanc navigationem Germanici Scaliger in notis ad Catalect. p. 545. ed. Lugdun. refert verſus ex Eleg. ad Liv. v. 387. & ſeqq. quae obſervatio tamen in ceteris editionibus omiſſa. & recte. nam referendum eſt hoc carmen ad navigationem Germaniei Druſi Filii. vide Paſſerat. Orat. & Praef. p. 215. Edidit etiam hoc Fragmentum Gorallus inter Albinovani Fragmenta, qui ſi Gronovii ac Schultingii obſervata addidiſſet, notatis ipſius & Interpretatione aequo animo carere potuiſſemus.

1. *Jam pridem poſt terga diem*] ſic Claudianus Lib. II. in Rufin. *mundum poſt terga relinquam.* & Prudentius in Caſſiano:

Et poſt terga domum dubia ſub ſorte relictam.

& in Hamartigenia: *Poſt terga tenebras reliquerunt.* Spartianus in Severo: *Quas poſt tergum relinquebat provincias.* SCHOTTUS. Haec ideo, quia Oceanum Septentrionalem Germanicum cum exercitu navigare aut navigaturum credebat poëta. De parte exercitus id tantum verum eſt. Qui experti tamen ſunt, graviſſima conflictati tempeſtate, non eſſe pigrum hunc Oceanum, *nec rapido deſertam flumine claſſem* ſuam fuiſſe. Tacitum adi Lib. II. Annal. cap. 23. & ſeqq. Sed gratiae veliſicatur Germanici carminis auctor, & quaſi is rerum extrema adiret, fingit. Quo de deliberantem viłimus Alexandrum, quo magis accommodate ad propoſitum hi poſiti ſunt verſus. Etiam apud Tacitum Germanicus Alexandro comparatur: vide locum illuſtrem

Digitized by Google

Per non conceſſas audaces ire tenebras,
Heſperii metas extremaque litora mundi,
Nunc illum, pigris immania monſtra ſub undis
Qui ferat, Oceanum, qui ſaevas undique Peſtes,

Ae-

ſtrem Lib. II. Annal. 73. Nullus vero dubito, quin alii etiam his verſibus fuerint praemiſſi: Sed dat tantum Seneca, quae de Oceano ſunt dicta. caetera *ἀπροσδιόνυσα* fuiſſe credibile. JOH. SCHULTINGIUS.

3. *Per non conceſſas audaces ire tenebras*] Pertinebant enim hae ad Zonam frigidam, quam Virgilius I. Georg. 237. negat, *mortalibus aegris Munere conceſſam divum.* Hinc infra, *aliena quid aequora remis Et ſacras violamus aquas.* J. SCHULTING. Etſi omnes hic pulchre ſileant, etiam Scaliger in Catalectis, nullum tamen ſenſum video. Neque aſſentior Petrejo, verſus hos ita eſſe diſcerptos, ut ex iis continens elici ſententia non poſſit. Nempe poſuit eadem ſerie auctor, ſed omnis in illis eſt culpa librariorum. Illud hiulcum *ire tenebras Heſperiis metas.* Libet tentare *eſſe tenebras.* Jam poenitebat Druſum Germanicum, vel potius ejus comites, diem ſolemque poſt terga relictum: jam poenitebat velut exules finibus noti orbis, audaci conſilio iiſſe per non conceſſas metas & extrema litora Heſperii mundi. Nam ſubinde cogitabant timebantque illum Oceanum &c. *conſurgere ratibus prenſis.* Nam quod Scaliger edidit *panſis*, & Schottus inclinat in *pandis*, excuſare nullo modo poſſum; vel ob illud Catulli, *velut minuta magno Deprenſa navis in mari veſaniente ponto.* & Maronis, *canibus deprenſa marinis.* J. FR. GRONOVIUS. Senſum tamen horum verſuum hiulcum & ſuſpenſum manere patet. niſi infinitivum per admirationem & indignationem poſitum ſtatuamus: quod placebat etiam Cl. Oudendorpio. ita enim ſaepe elegantiae cauſſa, apud Juſtinum aliosque, ut Lib. II. cap. 9. *Tantam in eo virtutem fuiſſe!* & Lib. V. cap. 4. *Tantum in uno viro fuiſſe momenti!* omiſſo *mirandum*, *incredibile eſt*, vel ſim. vide Graevii notas ad Lib. II. cap. 14. 9. Lucanus Lib. V. 695. *mundi jam ſumma tenentem Permiſiſſe mari!* ubi vid Cel. Oudend. & ad Hirtium de Bell. Afric. cap. 57. eumdem vel diverſum infinitivi uſum compluribus veterum locis adſeruit aut reſtituit egregie Gronov. Lib. II. Obſerv, cap. 14. Forte tamen in initio male repetitur *jam pridem.* & legendum,

Jam pridem poſt terga diem ſolemque relictum
Jam piget e notis extorres finibus orbis
Per non conceſſas audacibus ire tenebras.

& in ſequentibus cum Schultingio, *Heſperii ad metas*, &c. vel *in metas* cum Oudendorpio. primo verſu *poſt terga diem ſolemque relictum* illuſtrabunt Demſteri & Heinſii notae ad Claudian. II. in Rufin. 245. ubi Barthius inepta conjectura hic legit *diem ſollemne: ultra anni ſoliſque vias* dixit Virg. VI. Aen. 797. vide ſupra Lib. I. ad Medeam v. 459. verſu ſecundo *extorres fugimus oris* in ed. Scaligeri. tertio, *per non conceſſas audacibus ire tenebras* legendum videri conjeceram in Addendis notarum ad Lotich. p. 685. ut in Caſſii Parmenſis Orpheo apud Pith. Lib. IV. Epigr. vet. p. 156.

Auſus & ire viam mortalibus inconceſſam.

neque piget conjecturae. *audaces* enim paſſim vocant iſtos mortales, qui primi vias inacceſſas & periculoſas ſeu maris ſeu terrae perrumpere auſi fuerunt. Seneca in Medea v. 301.

Audax nimium, qui freta primus
Rate tam fragili perfida rupit.

ubi imitatur Horatium Lib. I. Od. 3. *Illi robur, & aes triplex Circa pectus erat, qui fragilem truci Commiſit pelago ratem Primus* & ſeqq. *Audax omnia perpeti Gens humana ruit per vetitum nefas.* Claudian. praef. in Lib. I. Rapt. Proſ. in init:

Inventa ſecuit qui primus nave profundum,
Et rudibus remis ſollicitavit aquas,
Qui dubiis auſus *committere flatibus alnum,*
Quas Natura negat, praebuit arte vias.

Propert. III. El. 5. 40. de Poeto naufrago:

Ut quoties Poëti tranſibit nauta ſepulchrum,
Dicat; & audaci tu timor eſſe potes.

4. *Heſperii metas*] inter haec duo particulas periiſſe ſuſpicor, quae totius difficultatis, quae adhuc torſit eruditos, fuerit cauſſa, ea nulla eſt, ſi legas; *Heſperii ad metas extremaque litora mundi.* Quia ſub vertice Arctico quandoque nullus apparet Sol, perpetuaeque ſunt tenebrae, inde Heſperii mundi metas & extrema litora illic locare videtur. Plinius: *Nemo ſub vertice Arctico ſex menſibus videt Solem.* inde praebita materia exaggerandi poëtis. J. SCHULTING.

5. *Nunc illum pigris immania monſtra ſub undis*] *pigras* etiam *undas* Oceani ad Orientem exiſtimaſſe ſupra Fabianus videtur, qui propterea negarit *naturam illam patientem navigationis.* Huc reſpiciunt illa ut oſtendimus, — *jam ſidere limo*
Navigia, & rapido deſertam flamine claſſem. SCHULT. *Hunc illum* Pithoeus in margine exemplaris ſui, quod eſt in Bibl. Reg. Pariſ. de hac navigatione Tacitus Lib. II. Ann. cap. 24. ſin. *Ut quis ex longinquo revenerat, miracula narrabant, vim turbinum, & inauditas volucres, monſtra maris, ambiguas hominum & belluarum formas.*

6. *qui ſaevas undique Peſtes*] *Priſtis* in opt. libris rectius, quam in editis *piſtris.* πρίστεις Graeci, Latini, & *priſtis*, *priſtin*, & *piſtrix*, *piſtricem* receperunt,

Aequoreoſque canes, ratibus conſurgere prenſis.
Adcumulat fragor ipſe metus: jam ſidere limo
Navigia, & rapido deſertam flamine claſſem.

10. Se-

runt, pro bellua marina, inquit Feſtus, quae pilis veſtitur ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα, a ſecandis fluctibus. *priſtis* igitur rectius. Huc alluſit Maro Lib. v. Aen.

Sic Mneſtheus, ſic ipſa fuga ſecat ultima priſtis
Aequora, ſic illam fert impetus ipſe volantem.

& Lib. III. *poſtrema immani corpore priſtis*. SCHOTT. recte Schottus *priſtes* ſcribendum monuit. ea vox multis veterum auctorum locis reſtituta eſt a Gronovio Lib. I. Obſerv. 17. ſimili varietate apud auctorem Ciris v. 451.

Aequorei piſces, immania corpora ponti,
Undique conveniunt, & glauco in gurgite circum
Verbere caudarum, atque oris minitantur hiatu.

ubi *Aequoreae piſtes* margo editionis Lugdunenſis Scaligeri, & Pithoei. *priſtes* Heinſius; & G. Voſſius ad Valer. Flac. II. 498. ubi *Sigeaque peſtis* ab Gronovio, *priſtis* ab aliis defenditur. de piſtrice, quam cum balaena, bellua marina, male eamdem nonnulli faciunt, vide Broukh. ad Tibul. I. 6. 10. veteres autem ſcripſiſſe *piſtis*, *piſtrix*, & *priſtis* docent Salmaſii & aliorum notae ad Florum III. c. 5. §. 17. fin.

7. *ratibus conſurgere prenſis*] *conſurgere* aliquid hoſtile dicit, eſtque eorum, qui adverſus quempiam bellum ſumunt, eumque invadunt. Florus Lib. II. 17. *Hiſpaniae numquam animus fuit adverſus nos univerſae conſurgere.* Idem Lib. III. 18. *Quum omne Latium atque Picenum, Etruriae omnis atque Campania, poſtremo Italia contra matrem ac parentem ſuam urbem conſurgerent.* & ſaepius. J. SCHULTING. ſic Pith. quod firmat cod. Voſſ. & Petav. *panſis* edidit Scaliger. ſed *prenſis* vera lectio eſt. paſſim enim *prendi* vel *deprendi* dicuntur naves tempeſtatibus oppreſſae. notum illud Horatii Lib. II. od. 16.

Otium Divos rogat in patenti
Prenſus Aegaeo, ſimul atra nubes
Condidit Lunam, neque certa fulgent
Sidera nautis.

Catullus carm. XXV.

—— velut minuta magno
Deprenſa navis in mari veſaniente vento.

vid. Serv. ad Virg. v. Aen. 52. Patrui notas ad Phaedr. Lib. v. fab. IV. & ad Lucan. IX. 324. apud Ovid. IV. Faſt. 300. legebat Heinſius, *Sedit limoſo prenſa carina vado.* ſed illud de tempeſtatibus magis dici, ut hoc loco, quam *preſſa*, notavit illic Patruus. *ſuppreſſas naves* dixit Juſtin. Lib. II. cap. 9.

7. *Accumulat fragor ipſe metus*] Valde mihi blanditur, *accumulat fragor ipſe metu. Jam ſidere limo* &c. ut *accumulat* paſſive accipiatur. quomodo apud principem Poëtarum:

—— per pectora cunctis
Inſinuat pavor.

item: *& lateri adglomerant noſtro.* ita & alia multa apud eumdem, alioſque ſatis nota. Livius Lib. I. 23. *Foſſa Cluilia ab nomine ducis per aliquot ſecula appellata eſt, donec cum re nomen quoque vetuſtate abolevit.* pro abolitum eſt. niſi ab *aboleſco* ducas. JOH. SCHULTING.

Ibid. *Jam ſidere limo*] *ſidere* verbum pro ſubſidere ac haerere limo accipiebat Nunneſius. Melius tamen pro nomine Interpreteris aſtrum ſiniſtrum, nec enim apparet, quomodo in Oceano profundiſſimo naves ſubſidant limo. Cujus eſt ἐπεξήγησις, quod proxime ſequitur,

—— & rapido deſertam flamine claſſem.

SCHOTTUS. Ita Schottus haud dubie βαλανηφάγων. & recte Nunneſius. neque refert Pedo quid fiat, ſed quid illi metu, ignari naturae maris, futurum credant, ac ſibi perſuadeant. Adde Curtium Lib. IX. de Alexandro Oceanum navigante. Decepere Schottum interpretatio. inepta cod. Palat. apud Gruterum, *limo, id eſt obliquo.* & Petrejus Toletanus, qui etiam laborat, ut ridiculae interpretationi rationem e phyſicis adſignet. GRONOVIUS. Illud *ſidere* pertinet ad *credunt*, omniaque haec junctim legenda usque ad *relinqui*. Schottus ignorat unde *limus* eſſe poſſit in Oceano, cui inhaereant naves inter navigandum. Quod minus mirum eſt cum heic etiam profundiſſimum eum imaginetur. Ego cum ad mentem & propoſitum attendo poëtae; facile ſecundum iſta concipio, nec profundiſſimum iſtum eſſe & egregie limoſum. Vult enim pigras immotasque hujus Oceani eſſe undas, ac nullis ventis agitatas: quippe ubi, ut intelligimus, rerum deficit natura. Faciunt huc illa infra: *divumque quietas Turbamus ſedes.* Quae autem immotae conſiſtunt undae, eae ut limoſae ſint, παράδοξον eſt nullum. Quo conceſſo nec ſummae eum profunditatis eſſe probabile omnes judicabunt. Aliqua tamen illi tribuenda hoc ipſo in carmine, ne plane abhorrens fiat a vero, quod praeceſſit Oceanum immania monſtra ſuis ſub undis & ſaevas priſtes ferre. Poſſis etiam accipere limoſas navigantibus undas viſas, quod denſiſſimae illis incumbebant: & quod tardiſſime procedebant naves quaſi per undas limo turbidas atque impeditas. SCHULTING. recte *ſidere* pro haerere limo hic contra Schottum vindicant Gronov. & Schultingius. & ita Delrius Comm. ad Senec. Agam. 497. vide Patrui mei notas ad Claudian. IV. Conſ. Hon. 628. & Heinſ. ad Bell. Gild. 220.

10.

Digitized by Google

Seque feris tradunt per inertia ſata marinis
Tam non felici laniandos ſorte relinqui.
Atque aliquis prora ſpectat ſublimis ab alta;
Aëra pugnaci luctatus rumpere niſu.
Ut nihil erepto valuit dignoſcere mundo,
Obſtructo tales effudit pectore voces:
Quo ferimur? ruit ipſe dies, orbemque relictum

Ul-

10. *ſeque feris tradunt per inertia fata*] ominoſum enim fluctibus mergi. Heſiodus ἔργοις.

Δεινὸν δ' ἐςὶ θανεῖν μετὰ κύμασιν.

Notum & Architae Tarentini votum inſepulti jacentis apud Horat. od. 28. & od. 3. Lib. I. Carminum, de navigationum periculis. SCHOTT. *inertia fata*, ut *ignavum mortis genus* de fame dixit Amnian. Marc. Lib. xxv. 7.

11. *Tam non felici laniandos* &c.] etiam ad claſſem *laniandos* referri debere ſenſus revincit: ut innuit paulio ante: *aequorei canes erant & ſaevae priſtes, quae metuerent. eorum iſti homines lacerant.* Virg.

Ah! timidos nautas canibus laceraſſe marinis.

Hae etiam naves affligunt perduntque. Quare fingunt poëtae, quod Scylla, exitium certum navium, *poſtrema ſit immani corpore priſtis.* Claſſis vero ut *laniari* dicatur, quomodo hic accipere me dixi, non eſt pro plane inuſitato habendum. Ovidius enim in Epiſtola Didonis ad Aeneam,

——— *laniataque claſſis*
Poſtulat exiguas ſemirefecta moras.

Seneca Suaſor. VI. *Tacebis ergo proſcribente Antonio & rempubl. laniante.* Reſpubl. ſaepe comparatur navi. Poteſt tamen & ad caedem civium eſſe adſpectum. J. SCHULTING. *Quam non felici* Heinſius. *laniandos* conjungi debet cum *feris marinis.* & *tam laniandos* dicit pro tantopere. vide Heinſ. ad Ovid. Ep. III. 67. & Drakenb. ad Silium XVI. 606.

12. *prora ſe dat ſublimis*] Covarr. cod. *ſedat.* quod non probo. alii *ſpectans* hic reponunt. SCHOTT. Caeterae editiones habent, *ſe dat ſublimis ab alta.* quae lectio ferri poteſt. Et, ſi quid mutandum, potius ita legerem, atque interpungerem,

Atque aliquis prora ſpectat ſublimis ab alta,
Aëra pugnaci luctatus rumpere niſu:
Ut nihil erepto &c.

nempe ad imitationem illius proſopopoeiae apud Homerum frequentiſſimae Iliad. Z.

Καί ποτέ τις εἴπῃσιν, ἰδὼν κατὰ δάκρυ χέουσαν.

& Iliad. H.

Καί ποτέ τις εἴπῃσι, καὶ ὀψιγόνων ἀνθρώπων
Νηῒ πολυκλήϊδι πλέων.

Rurſus eodem libro,

Ὧδε δέ τις εἴπεσκεν ἰδὼν &c.

& alibi ſaepe. NIC. FABER. Vox media nimium quantum ſuſpecta. ſcriptus codex & edd. vett. *ſe dat.* Forte *prora pendens ſublimis ab alta.* Hoc eſt ſuſpenſus ſtans. GRONOV. Codices *ſe dat:* unde poſſis *ſteterat.* *ſpectat* minus locum habere videtur, quod idem, de quo hic agit poëta,

nil erepto valuit dignoſcere mundo.

niſi quis dicat voce *ſpectat* propoſitum tantum ſine effectu contineri. J. SCHULTING. *prora ſpectat ſublimis ab alta* cod. Petav. & Voſſ. & ed. Pith. qui in marg exemplaris ſui, quod eſt in Biblioth. Reg. Pariſ. *ſe dans. ſe dat* ed. Scalig.

13. *rumpere niſu*] Placet inpenſe vetus ſcriptura *rumpere viſu.* ſic & Rutilius in Itinerario (Lib. I. 190.)

Reſpectare juvat vicinam ſaepius urbem,
Et montes, viſu deficiente, ſequi. SCHOTT.

ita etiam hic legebat Andr. Rivinus ad Tertulliani Jonam v. 31. & Delrius Comm. ad Senecae Agam. v. 467. quod firmat de eadem hac re Tacitus Lib. II. Ann. 23. *mox atro nubium globo effuſa grando, ſimul variis undique procellis incerti fluctus proſpectum adimere, regimen inpedire* &c. alterum tamen tuetur Gorallus. *niſu* ed. Pith. & Scalig. eadem confuſio apud Pompon. Melam Lib. II. cap. I. init. *ut ultra ne* viſum *quidem incedentium admittant.* abſurdus autem hic eſt *pugnax niſus.* quaſi manibus tentaſſet aëra rumpere. licet *pugnax viſus* non multum tamen placeat Cl. Oudendorpio.

15. *Obſtructo tales effudit pectore voces*] In veteri erat, *Obſtrictum, talis.* Non ſequor. SCHOTT. *effundit* ed. Scalig. *Obſtricto* Barthius ad Gallum Confeſſ. pag. 103. Cl. Oudendorpius inprobabat *obſtrictum pectus* pro aëre denſo & nebulis obſitum, & legebat *adſtricto*, ſcilicet prae metu anguſto & anxio pectore. ſic de adtonita Sappho apud Ovid. Epiſt. XV. v. 112.

Et lacrimae deerant oculis, & lingua palato,
Adſtrictum gelido frigore pectus erat.

16. *Quo ferimur, ruit ipſe dies*] Homericum eſt Odyſſ. E. ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νύξ. ſupra initio: *Terram nox obruit.* & Maro, *ruit Oceano nox.* SCHOTT. Commodiſſimum judicem *fuit ipſe dies.* cum jam ante dixerit Pedo: *poſt terga diem ſolemque relictum.* oſtenderitque denſis tenebris hic omnia conſita fuiſſe. notum eſt *fuit* de mortuo. De mortuis autem quae dicantur, transferre amant ad Solem & diem. Virgil.

——— *ſaepe ego longos*
Cantando puerum memini me condere ſoles.

Plaut.

Digitized by Google

Ultima perpetuis claudit Natura tenebris.
Anne alio poſitas ultra ſub cardine gentes,
Atque alium libris intactum quaerimus orbem?
Dî revocant, rerumque vetant cognoſcere finem
Mortales oculos. aliena quid aequora remis,
Et ſacras violamus aquas, Divumque quietas
Turbamus ſedes?

CXXII.

Plaut. Menaechm. I. 2. ME. *Clam uxorem ubi ſepulchrum babeamus & hunc comburamus diem.* PE. *age ſane igitur, quando aequum oras, quam mox incendo rogum. Dies quidem jam ad umbilicum eſt dimidiatus mortuus.* ubi vide Comment. generalis etiam Virgilius in illo pervulgato: *fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens gloria Dardanidum.* contra in carmine Cornelii Severi infra: *eſt tunc & poena Cethegi.* praeſens verſatur ante oculos, nec excidit animis. J. SCHULTING. Non ſunt huic ſimilia, quae confert Schottus; *terram nox obruit. ruit Oceano nox.* in Voſſiano, perinde ut in Palat. erat *rugit.* ut forte ſcribendum ſit, *fugit ipſe dies.* GRONOVIUS.

17. *perpetuis claudit Natura tenebris*] *condit* Francius. ſed verius Cl. Oudendorpius *damnat.* ut apud Plinium Lib. IV. cap. 12. *pars mundi damnata a natura rerum & denſa merſa caligine.* Claudian. Prob. & Olyb. Conſ. 170. *glacieque niger damnabitur Indus.*

18. *Anne alio poſitas ultra ſub cardine gentes*] Mutilus hic verſus in primis editionibus, additum *ultra* de veteri libro. Vidi qui legerent,

Anne alio mundi poſitas ſub cardine gentes.

alii,

Anne alio poſitas coeli ſub cardine gentes.

SCHOTTUS.

Virg. II. Georg. 312.

Exſilioque domos & dulcia limina mutant,
Atque alio patriam quaerunt ſub ſole jacentem.

qui locus unice firmat diſtinctionem, quam in notis ad Lotichium pag. 48. praetuli apud Horat. Lib. II. Od. 16. 19.

——— *quid terras, alio calentes*
Sole, mutamus patriâ? quis exſul
Se quoque fugit?

non *patriae quis exſul*, ut in vulgatis.

19. *Atque alium libris intactum*] tale illud Maronis Lib. I. Georg. *Atque alio patriam quaerunt ſub ſole jacentem.* Idem in ludicro ad M. Meſſalam Corvinum:

Nunc celeres Afros, perituraque millia gentis,
Aurea nunc rapidi flumina adire Tagi,
Nunc aliam ex alia bellando quaerere gentem,
Vincere & Oceani finibus ulterius. SCHOTT.

valde ſuſpicor orbem illum *libris intactum* hic corruptum eſſe. licet Gorallus in Interpretatione ſua exponat, *alium orbem, de quo litterarum monumentis nihil proditum eſt, quaerimus.* ſed *intactum* mihi vix *libris*, aut literarum monumentis, convenire videtur, & forte legendum *nobis* vel *proavis intactum*, ut *intactus Romano Marte Britannus* apud Tibull. IV. I. 149. ex emendatione Heinſii. Horat. Epod. VII. 7.

Intactus aut Britannus ut deſcenderet.

& apud Propert. Lib. II. El. 8. 19.

Et domus intactae te tremit Arabiae.

vide ſupra ad Ep. 85. ſic *intactae boves*, jugo non ſubditae, ſeu injuges, rudes operum. ut Epod. IX. v. 22. de quo vid. Cl. Canneg. ad Avien. Fab. 36. Petrus Scriverius ad marginem editionis Scaligeranae conjecerat, *Libycis intactum.* ſed vulgatae lectionis veſtigiis propius forte inhaeret Cl. Oudendorpii conjectura, *lembis intactum*, ſeu navibus.

20. *Dii revocant*] antiquus liber *Di* litera ſingulari, & mox *adiciendo:* & ſupra *deſiſſe* pro *deſiiſſe.* & veteres non geminabant, ſed productiori & exſtanti litera contenti erant, quod & Romae in antiquis lapidibus & marmorum inſcriptionibus apparet. SCHOTTUS.

22. *Et ſacras violamus aquas*] Tale illud exordium Valer. Flacci Lib. I. Argonaut.

Prima Deum magnis canimus freta pervia nautis.

vide Andr. Alciatum Lib. VIII. Παρεργ. cap. 8. cui illud Lucretianum addo ἐν παρέργῳ, ſimile Valeriano, de Graecis Lib. I.

Ductores Danaum delecti, prima virorum. SCHOTT.

Ibid. *Divumque quietas Turbamus ſedes*] non diſſimile illud Horatii ſub finem Od. 3. Lib. I. ubi quum invectus eſſet in illum, qui primus fragilem pelago commiſit ratem, ſubjungit,

Nil mortalibus ardui eſt.
Coelum ipſum petimus ſtultitia: neque
Per noſtrum patimur ſcelus
Iracunda Jovem ponere fulmina.

CXXII. P. VIRGILII ELEGIA AD VAL. MESSALAM.

Pauca mihi, niveo ſed non incognita Phoebo,
Pauca mihi doctae dicite Pegaſides.
Victor adeſt, magni magnum decus, ecce, triumphi,
Victor qua terrae, quaque patent maria:

5. Hor-

P. VIRGILII ELEGIA AD VAL. MESSALAM] Ita inſcripſit Pithoeus, qui edidit poſt Cirin pag. 34. & inter Catalecta Virgilii, ſed ſine ulla auctoris inſcriptione, retulit Scaliger pag. 90. & Heinſius in fine ed. Virgilianae p. 384. ubi legitur poſt epigramma *ad villam Scironis*, & aſteriſci ſignum inter utrumque ponitur, quomodo & in Aldinis, Veneta, & plerisque vetuſtioribus Catalectorum Virgilianorum editionibus exhibetur, ſed quod fraudi fuit Delrio, qui in notis ad Senecae Herc. Fur. v. 464. p. 132. cum iſto Epigrammate cohaerere hoc carmen exiſtimat, cum ſeparata ſit Elegia, quae cum illo nihil habeat commune, & recte Scriverius codici ſuo adſcripſerat, intercidiſſe tantum Inſcriptionem ac laudati viri nomen. Elegiam hanc variis in locis caſtigavit Barthius Lib. xv. Adverſ. cap. 22. putatque excerptum eſſe prolixioris carminis, Meſſalae Victori, comiti in expeditione aliqua Auguſti, reditum gratulantis, ſed deinde auctorem pergere nimis cito ad alia praeconio minus digna: ibidem, & in notis ad Rutil. Lib. I. 271. monet Elegiam hanc valde luxatam, laceram tranſpoſitionibus, lacunis & mendis obſitam eſſe. Conpoſitam eſſe a Virgilio in M. Valerii Meſſalae Corvini triumphum de Aquitanis cenſet Scaliger, aliique: ſed licet alicui ex Meſſalarum gente inſcriptam eſſe pateat ex v. 40. an tamen ad Valerium Meſſalam Corvinum referenda ſit, dubitare ſe, auctoremque eſſe recentiorem propter ultimam in *audendo* v. 48. correptam, ſcribit Chriſt. Gotl. Heynius in Obſerv. ad Tibull. Lib. I. El. 3. p. 177. Virgilio certe non temere adſcribendam arbitror. Si triumphus Meſſalae Aquitanicus, aliaque ejus facinora bellica hic celebrentur, illa, quae a verſu 13. uſque ad v. 35. inſeruntur, ſpectant Sulpiciam a Valerio Meſſala Corvino amatam, ac carminibus ejus, forte Bucolicis, ut ex v. 17. ad v. 20. colligere licet, celebratam. Eam Servii Sulpicii Conſularis, & Oratoris ac Juriſconſulti celebris filiam facit J. Douza Praecidan. ad Tibull. cap. XIII. aliique, quia apud Tibull. Lib. IV. 10. 4. vocatur *Servi filia Sulpicia*, ſed quod dubium eſſe, quia praenomen illud Servii, omnibus Sulpitiae gentis viris commune fuit, monuit ille Broukhuſius: qui de virtutibus Meſſalae, quibus eminuit non paucis, cum cura egit ad Lib. I. Eleg. 3. init. & de ejus facundia ad Lib. IV. I. 81. tum de rebus bello praeclare geſtis ibid. ad v. 107. ſed copioſe vitam, res geſtas, & ſtudia Meſſalae proſecutus eſt Ayrmannus in vita Tibulli a §. 23. usque ad §. 58.

v. 1. *Pauca mihi*] Scribit hoc elegans poëmatium ad Val. Meſſalam, virum toga & ſago clariſſimum. Eum celebrat ob res geſtas. Praeterea & quaedam de ejus ſive amaſia, ſive ſperata. Hoc enim neſcimus. Quod Virgilii ſit haec Elegia, facile probatur iſtis:

Moeris paſtores & Meliboeus erant.

Item:

Qualia Trinacriae doctus amat juvenis.

Nam Theocritum ſtudioſe imitatus eſt. Praeterea:

Non noſtrum eſt, inquam, tantas attingere laudes:

eſt effictum ex illo:

Non noſtrum inter vos tantas componere lites. SCAL.

3. *Victor adeſt*] Innuit, ut puto, de triumpho Gallico Meſſalae. De quo haec extat vetus inſcriptio:

M. VALERIUS M. F. M. N. MESSALA A. DCCXXVI.
CORVINUS PROCOS. EX GALLIA VII. K. APR.

de eodem Tibullus (Lib. I. El. 8.)

Hunc cecinere diem Parcae fatalia nentes
Stamina non ulli diſſoluenda Deo:
Hunc fore, Aquitanas poſſet qui fundere gentes:
Quem tremeret forti milite victus Atax.
Evenere. novos pubes Romana triumphos
Vidit, & evinctos brachia capta Duces.
At te victrices laurus, Meſſala, gerentem
Portabit nitidis currus eburnus equis.
Non ſine me eſt tibi partus honos. Tarbella Pyrene
Teſtis, & Oceani litora Santonici.
Teſtis Arar, Rhodanuſque celer, magnuſque Garumna,
Carnuti & flavi caerula lympha Liger.

in quibus verſibus correximus *Tarbella Pyrene*, pro, *tua bella Pyrene.* Ait Tibullus non ſine ſe partum honorem Meſſalae, ut qui eo bello Aquitanico militaverit, & donatus ſit a Meſſala militaribus donis: ut in ejus vita manu ſcripta me legere memini. SCALIGER.

Ibid. *Victor adeſt, magni magnum decus, ecce, triumphi*] ita diſtinguendum, ut monuit Barthius: vel ut edidit Aldus & Heinſius,

Victor adeſt magni magnum decus ecce triumphi.

nam male in Pithoei & Scaligeri editione,

Victor adeſt magni, magnum decus ecce triumphi.

in Cod. Voſſ. & ed. Veneta legitur,

Victoria eſt magni: magnum decus ecce triumpho.

5. *Hor-*

Horrida Barbaricae portans inſignia pugnae,
Magnus ut Oenides, utque ſuperbus Eryx.
Nec minus idcirco noſtros expromere cantus
Maximus, & ſanctos dignus inire choros.
Hoc itaque inſuetis jactor magis, optime, curis:
Quid de te poſſim ſcribere, quidve tibi.
Namque (fatebor enim) quae maxima deterrendi
Debuit, hortandi maxima cauſſa fuit.
Pauca tua in noſtras venerunt carmina chartas,

Car-

5. *Horrida barbaricae*] *Barbaricos* vocat Cantabros, de quibus ipſe triumphavit. Poterat & legi, *Horrida Cantabricae.* Ac fortaſſe non inanis eſt ea conjectura. SCALIG.

6. *Magnus ut Aeneides*] Lege, *Oeneides.* Diomedes. Non enim ἐκ τοῦ ἀινέω fit ἀινείδης, ſed ἀινεάδης. SCALIG. *Eonides* Voſſii codex. Aldi utraque editio,

Magnus ut Aeneides, utque ſuperbus Eryx.

in ed. Veneta,

Magnus ut Aenides &c.

Oenides edidit N. Heinſ. in Catalectis poſt Virgilium. Delrius legit,

Magnus ut Alcides.

& ſic Scriverius in ora edit. Scalig. conjectura non adſpernenda. cum Hercule enim recte conjungitur Eryx, qui ab eo caeſtibus occiſus eſt. ita enim Seneca Herc. Fur. 482.

Ipſius opus eſt, caeſtibus fractus ſuis
Eryx, & Eryci junctus Antaeus Libys.

de eo Servius ad illud Virgilii I. Aen. 574. *Sive Erycis fines, regemque optatis Aceſtem,* haec notat: *Eryx, Veneris & Butae filius, ut quidam Neptuni fuit: qui praepotens viribus advenas caeſtibus provocabat, victosque perimebat: hic ab Hercule occiſus, & monti ex ſepultura ſua nomen impoſuit, in quo matri fecerat templum. ergo Erycis fines, ideſt Siciliam* &c. ad quem Virgilii locum reſpicit auctor Gloſſarii inediti Leidenſis poſt Iſidori Etymologias: *Ericis, fines Siciliae.* ubi diſtinguendum, *Erycis fines, Siciliae.* ſic enim Papias in Vocabulario: *Erycis fines, Siciliae, in qua Eryx Veneris & Butae filius regnavit.* ſcribenbendum *Butae filius.* ſic enim paullo poſt apud eumdem, *Eryx, mons Siciliae ab Eryce. Nam Eryx Veneris & Butae filius. Aeneae frater fuit: qui pugnavit cum Hercule.* & Servius ad Virg. V. Aen. 24. *propter Erycem Butae & Veneris filium; ſecundum alios, Neptuni & Veneris, regem Siciliae, unum, ſicut dicitur, de numero Argonautarum.* Stephanus Byzantin. in Ἔρυξ. πόλις Σικελίας, ἀπὸ Ἔρυκος τοῦ Ἀφροδίτης καὶ Βύτου.

8. *Maximus*] *Maximi* enim in gente Valeria. Primus Maximus vocatus fuit in ea gente L. Val. Potitus, qui de Volſcis triumphavit. Ex eadem videtur fuiſſe Val. Maximus hiſtoricus, ineptus affectator ſententiarum, quanquam non inutilis propter exempla. SCALIG.

9. *Hoc itaque inſuetis jactor* &c.] forte *Hoc tamen inſuetis* &c.

11. *Namque (fatebor enim)*] addatur hoc locis a Scaligero initio notarum adductis, quae ex Virgilio expreſſit hic auctor. ſic enim Ecl. I. 32.

Namque (fatebor enim) dum me Galatea tenebat &c.

& IV. Aen. 20.

Anna, (fatebor enim) miſeri poſt fata Sichaei
Conjugis &c.

Non tamen imitatio iſta Virgilium Elegiae hujus auctorem eſſe probat. elegantiam verbi *deterrendi* pro dehortandi, diſſuadendi, illuſtrarunt Graevius in notis ad Juſtin. XIV. cap. I. & Broukhuſ. ad Tibull. I. 3. 13.

13. *Pauca tua in noſtras venerunt carmina chartas*] *chartas* corruptum ſuſpicabatur Francius, nam in codice ſuo hanc vocem obelo notaverat. Tentabam aliquando, quia *cartas* ſcribebant, forte corrigendum, *curas.* ſic in Epigrammate Virgilii, infra edendo,

*Tuque o mearum cura, Sexte, *Muſarum.*

ut optime legit Heinſius, pro vulgato *cura, Sexte, curarum. curae* enim dicuntur ea literarum genera, quae conveniunt rei, de qua agitur, adeo ut hic Muſarum ſtudia intelligi poſſint. vid. notas Patrui ad Phaedr. Lib. II. in Epilog. v. 10. vel, quia *curis* praeceſſit, legendum,

Pauca tua in doctas venerunt carmina chartas.

ut innuat Meſſalam docta quidem, ſed pauca chartis mandaſſe carmina. & *chartas* intellige, ut apud Tibull. Lib. IV. carm. I. 200.

Poſſe Meleteas nec mallem vincere chartas.

& v. ult.

Inceptis de te ſubtexam carmina chartis.

Sed ſervari praeſtat lectionem editam: ut queratur, ſe pauca tantum Meſſalae carmina, quia propter curas graviores rarius Muſis operabatur, potuiſſe in chartas ſuas, id eſt codicillos pugillares, referre, quibus ſolebant aliorum carmina publicata inſcribere, & inde eorum opera colligere ac ſervare.

ut

Carmina cum lingua, tum ſale Cecropio.
Carmina, quae Pylium, ſeclis accepta futuris,
Carmina, quae Pylium vincere digna ſenem.
Molliter hic viridi patulae ſub tegmine quercus
Moeris paſtores & Meliboeus erant:
Dulcia jactantes alterno carmina verſu,
Qualia Trinacriae doctus amat juvenis.

Cer-

ut apud Phaedr. Lib. v. Prolog. v. 18.

Mihi parta laus eſt, quod tu, quod ſimiles tui,
Veſtras in chartas *verba transfertis mea.*
Dignumque longa judicatis memoria.

ubi quae in commentario ſuo notavit Patruus, haec optime illuſtrant. eo refer illud Symmachi Lib. iv. Epiſt. 34. *Itane me ludos facis, ut quae apud te incurioſius loquor, in ſtili caudices aut tiliae pugillares cenſeas transferenda.*

14. *Carmina cum lingua*] *Carmina ſale Cecropio* dixit, ut

—— *domus ſanie, dapibusque cruentis.* SCALIG.

Barthius profert, *Carmina tum lingua, tum ſale Cecropio.* & emendat *Carmina cum lingua, cum ſale Cecropio.* ſed *cum* & *tum* recte in ed. Veneta, Aldina utraque, Pith. Scalig. & Heinſ.

15. *Carmina quae Pylium, ſeclis accepta futuris,*
Carmina, quae Pylium vincere digna ſenem]
Mirum, viros doctos concoquere potuiſſe *Pylium ſenem*, ſive Neſtora, bis memorari. Heinſii vero ſagacitatem id non effugit, qui legebat primo verſu, *Carmina quae Peliam.* ſed amplector alteram ejus conjecturam optimam,

Carmina, quae Phrygium, ſeclis accepta futuris.

ut Tithonum vel Priamum, quorum ſenecta ſaepe cum Neſtore conjungitur, intelligat. Juvenalis Sat. vi. 326.

—— *omnia fient*
Ad verum, quibus incendi jam frigidus aevo
Laomedontiades, & Neſtoris hernia poſſit.

Martialis Lib. xi Ep. 61.

Ulcus habet Priami quod tendere poſſit alutam,
Quodque ſenem Pylium non ſinat eſſe ſenem.

ubi in aliis codd. etiam *Peliam* legitur pro *Pylium.* ut Lib. vi. Ep. 71.

Tendere quae tremulum Pelian, Hecubaeque maritum
Poſſet ad Hectoreos ſollicitare rogos.

Ovid. iii. Amor. El. 5.

Illius adtactu Pylius juveneſcere poſſit,
Tithonusque annis fortior eſſe ſuis.

Idem Martialis ſaepe haec ſenum exempla jungit. Lib. v. Ep. 59.

Jam cras iſtud habet Priami vel Neſtoris annos.

Lib. vi. Ep. 70.

Aetatem Priamique Neſtorisque
Longam qui putat eſſe, Martiane.

Lib. x. Ep. 67. in anum libidinoſam:

Pyrrhae filia, Neſtoris noverca,
Quam vidit Niobe puella canam,
Laërtes aviam ſenex vocavit,
Nutricem Priamus, ſocrum Thyeſtes.

& alibi. & ita hic etiam emendabat Markland. ad Statii Lib. iii. Sylv. 4. 103. adducto alio ejusdem poëtae loco, valde adpoſito, ex Lib. v. Theb. 751.

—— *Pyliae nec fata ſenectae*
Maluerit, Phrygiis aut degere longius annis.

de Pylia ſenecta vide notas N. Heinſii ad Ovid. xv. Met. 838. ubi reſtituit,

Nec niſi cum ſenior Pylios aequaveris annos.

Auctor Elegiae in Obit. Maecen. v. 137.

Ter Pylium flevere ſui, ter Neſtora canum,
Dicebant tamen hunc non ſatis eſſe ſenem.
Neſtoris annoſi vixiſſes ſecula, ſi me
Diſpenſata tibi ſtamina nente forent.

ubi *Peliam* forte etiam legendum notavi. in minore verſu ed. Veneta,

Carmina, ſed Pylium vincere digna ſenem.

17. *Molliter hic viridi*] Ergo & Bucolica ſcripſit Meſſala. SCALIG. verſus hic cum tribus ſequentibus omittitur in ed. Aldina an. 1517. ſed in altera an. 1533. habentur. *Molliter huic viridi* ed. Veneta.

20. *Qualia Trinacria doctus amat juvenis*] ἀμοιβαίοις enim delectatur Theocritus:

—— *amant alterna Camoenae.*

juvenem eum vocat Virgilius, at Statius *ſenem*:

—— *quantumque pios ditarit agreſtes*
Aſcraeus, Siculusque ſenex ——

Sed de his non eſt putanda ratio cum poëtis. SCALIGER. Salmaſius *Qualis Trinacriae* &c. ut Theocritus doctus juvenis Trinacriae vocetur. ſed *Trinacriae juvenem* inepte dici cenſebat Broukhuſius, ac proinde legendum, *Trinacria juvenis.* ut apud Plautum *Hoſpes Zacyntho*, ſic *Cato Tuſculo*, pro ex Tuſculo oriundus, apud Vellej. Paterc. ii. cap. 128. ubi Lipſius legit *a Tuſculo*, ſed inprobante G. Voſſio. de urbibus tamen, non vero regionibus, id tantum dici notat Tennul. ad Frontin. Lib. i. cap. xi. 12. ſic *lapis urbe Paria*, ut *vinum Lesbo*, & ſim. vid. Broukh. ad Propert. iii. 7. 16. praepoſitionem addunt alii. ut *paſtor ab Amphryſo*, *paſtor ab Ida* &c. vid. Cl. Schraderi Animadv. ad Muſaeum pag. 257. Ceteroquin hic legi poſſet,

Qualia Trinacrius docta canit juvenis.

21.

Digitized by Google

Certatim ornabant omnes Heroida Divae:
Certatim Divae munere quaeque ſuo.
Felicem ante alias tanto ſcriptore puellam:
Alter non famam dixerit ipſe prior.
Non illa, Heſperidum ni munere capta fuiſſet,
Quae volucrem curſu vicerat Hippomenem:
Candida cycneo non edita Tyndaris ovo;
Non ſupero fulgens Caſſiopea polo.

Non

21. *ornabant omnes Heroida Divae:*] Amaſiam Meſſalae. Cujus tamen nomen ad nos non pervenit: niſi, quod facile credo, fuerit Sulpitia Servi filia. eam enim deperiit Meſſala. id quod ex appendice Tibulli colligitur. ubi illa ita amantem Meſſalam alloquitur: (Lib. IV. 8.)

Jam nimium, Meſſala, mei ſtudioſe quieſcas,
Non tempeſtivae ſaepe propinque viae.
Hic animum ſenſuſque meos abducta relinquo,
Arbitrio quamvis non ſinis eſſe meo.

de ea poëmatia ſcripſiſſe Meſſalam innuit eo verſu:
Felicem ante alias tanto ſcriptore puellam. SCALIG. vide Ayrman. vit. Tibull. §. 57. p. 82. *Divae* hic prorſus incommode repetitur. Itaque legendum cum Jano Douza in Praecidan. ad Tibull. cap. XIII. pag 78.

—— *ornabant omnes Heroida Divi,*
Certatim Divae &c. vel cum Broukhuſio,
———— *Heroida Divae,*
Certatim Divi &c.

ſic infra Ep. CXXIII. ad Antonium Muſam,

Cui Venus ante alios, Divi Divumque ſorores.
Cuncta, neque indigno, Muſa, dedere bona.

quo loco, ut alia mittam, unice haec emendatio probatur.

23. *Felicem ante alias*] male in Cod. Voſſ. *ante alios:*

24. *Alter non famam dixerit ipſe prior*] Lego:
Altera non fama, dixerit ipſe, prior.
ut praecedens verſus Meliboeo dictus ſit, huic autem ἀμοιβαίως ſuccinerit Moeris. Ipſe Moeris dixerit: Non ulla alia famae celebritate, aut nomine prior eſt. Quin ita loquitur Propertius (Lib. I. El. 20. 4.)

Saepe imprudenti Fortuna occurrit amanti,
Crudelis Minyis dixerit Aſcanius.

ita enim legimus, non, *dux erit.* quod eſt ineptiſſimum. Aſcanius crudelis Minyis teſtis eſſe poterit hujus ſententiae. quaenam illa eſt?

Saepe imprudenti Fortuna occurrit amanti.

vel ſaepe Fortuna crudelis occurrit amanti, ut teſtis Minyis eſſe poteſt Aſcanius. SCALIGER. *Alterno famam dixerit ipſe prior* ed. Veneta. Aldus cum Pithoei & Scaligeri editione conſentit. quae mendoſa & ſine ſenſu ullo lectio eſt. Delrius vitioſa editione uſus adfert,

Alter non famam dixerit eſſe prior.

& ſuſpicatur quidem in hac lectione ulcus Chironeum latere, ſed medicinam non adfert. Munckerus autem ad Hygin. fab. 185. legit,

Altera non fama dixerit eſſe prior,

noto Graeciſmo, pro *priorem.* Sed forte cum Heinſio emendandum,

Altera non famâ vixerit uſque prior.

vel cum Francio,

Altera non famâ dicitur eſſe prior.

Salmaſius conjecerat,

Altera nam famâ vix erit, eſtque prior.

infeliciter vero Barthius,

Alternent famam, duxerit ipſa prior.

26. *Quae volucrem curſu vicerat Hippomenem*] pertinaci errore in Aldinis, Veneta, Pith. & Scalig. editione ſcribitur, *Hippomanem.* quomodo & alibi in MSS vel edd. vetuſtis peccatur. *Hippomanes* virus equae defluens & in furorem agens, notum e Virgilio, Tibullo, ac Propertio. recte Voſſii codex *Hippomenem.* & ita legendum monuit Delrius; nam intelligit Atalantam, quam malo aureo in curuli certamine vicit Hippomenes: quam comparationem a poëtis frequenter adhiberi vide in notis ad Lotich. Lib. V. Eleg. 9. 11. *vicerat* autem hic poni pro *viciſſet*, monet Tollius ad Auſon. pag. 739.

28. *Non ſupero fulgens Caſſiopea polo.*] vitioſe in Pith. & Scalig. editione *Caſſiopeia.* melius eſſet *Caſſiepeia.* Graec. Κασσιέπεια. ed. Veneta *Caſſipea* pro *Caſſiopea.* Scribitur enim *Caſſiope* & *Caſſiopea*, ut *Calliope* & *Calliopea.* vel Graecorum more *Caſſiepea*, ut ad Manilium Scaliger, & Davieſ. ad Cic. II. de Nat. D. cap. 43. praeferunt. & ſic in correctioribus codicibus Graecis & Latinis ſcribi notat Grotius ad Germanici Aratea pag. 47. Admonet me Caſſiopea loci Propertiani Lib. I. El. 17. 3. quem de hoc ſigno coeleſti perperam intellexit Scaliger,

Nec mihi Caſſiope ſolito viſura carinam
Ominat, ingrato litore vota cadunt.

quod de portu maritimo capiendum ſcribit Heinſius in Epiſtola ad Graevium d. 8. Febr. 1674. exarata, quae cum multis aliis ineditis nuper ex Anglia ad me delatae neceſſariam valde acceſſionem praebere poſſent reſponſoriis Graevii, quae habentur in Tom. IV. Sylloges Patrui mei; quum plurima

Digitized by Google

Non defenſa diu volucrum certamine equorum,
Optabant Grajae quam ſibi quaeque manus;
Saepe animam generi pro qua pater inpius hauſit,
Saepe rubro Eleis ſanguine fluxit humus.
Regia non Semele, non Inachis Acriſione,

In-

contineant & ad literas & hiſtoriam illius ac praecedentis anni memorabilem, ſine quibus Graevianae vix intelliguntur. Ille autem hanc Heinſii expoſitionem laudat pag. 227. quae Epiſtoia ſcripta eſt 13. Feb. 1674. ſed in alia Epiſtola idem Graevius pag. 202. cum Heinſio de hoc loco agens, rogat, unde *ſolito* pendeat? ac proinde ſcribit *ex ſolito.* licet vehementer ſibi placuiſſe addat, quae ſcripſerat Heinſius. Eſt vero haec quoque reſponſoria ad Heinſianam, quae deſideratur, ſed in meo codice d. 6. Nov. 1673. ſcripta habetur, ubi Heinſius *ſolito mihi* conjungebat, vel legendum conjecerat, *Nec mihi Caſſiopa e ſolio* &c. ut ſolio inſidens Caſſiopea exhibetur in Imaginibus vetuſtis Signor. Caeleſt. apud Germanic. pag. 29. ed. Grot. Sed prima ejus explicatio de portu Epiri mihi praeferenda videtur, quam pluribus adſtruit in notis ad Propert. poſt Adverſ. pag. 672. Miror igitur Broukhuſium, qui notas Heinſianas deſcripſit, nam ex ejus apographo edidi, in eodem verſari errore, & in notis ſuis probare Guyeti expoſitionem, *nautas non viſuros Caſſiopen & alia ſidera navium duces.* quod cum ſcriberet, Heinſiana nondum forte viderat, ſed in curis ſecundis corrigere neglexit. Egit etiam de hoc loco Patruus meus in notis ad Sueton. Ner. cap. 22. ubi vel Corcyrae, vel, quod mavult, Epiri urbem aut portum ſignificari, ac forte legendum putat,

Nec mihi Caſſiopen, ſolet ut, viſura carina
Ominat.

de ſidere etiam male cepit Ayrmannus, qui in vita Tibulli legit,

Nec mihi Caſſiope ſolito ductura carinam.

cum vero *carina* in MSS. ſit, vel *carinam eſt*, ut in Heinſiano ac Voſſiano, tum *Omniaque* in Menteliano, duobus Leidenſibus, quatuor Voſſianis, & meo codice, pro *Ominat*; locus forte a multis varie tentatus ſic tandem conſtitui poſſet;

Nec mihi Caſſiopen ſolito viſura carina eſt:
Omniaque ingrato litore vota cadunt.

ut cum Heinſio *mihi ſolito* jungantur, & portum Epiri deſignet. vel *ſolito* pro *ex ſolito.* *vota* autem intelligenda de ſollemnibus votis ante itinera ſuſceptis, quae *cadere* dicit, id eſt fruſtra fundi, male evenire: ut bene Broukhuſ. ad Tibull. I. 7. 19. nam male Guellius ad Virg. I. Aen. 338. tam in hoc loco Propertii, quam Tibulli Lib. II. El. 2. 17. *Vota cadunt*, de victimis votivis explicat.

29. *Non defenſa diu volucrum certamine equorum* & ſeqq.] Hippodamiam intelligit, cujus pater Oenomaus procos, qui ejus generi fieri optabant, a ſe victos occidebat in Elide, unde Eleis humus eorum ſanguine maduiſſe dicitur ſequenti diſticho. vide ſupra ad Lib. I. carm. 170. notanda autem locutio, qua *gener* dicitur de eo, qui nondum quidem gener erat, ſed fieri ſperabat ac contendebat. ſic apud Virg. II. Aen. 344.

Et gener auxilium Priamo Phrygibuſque ferebat.

ubi Servius: *gener dicitur, & qui eſt, & qui eſſe vult: vel certe ſecundum ſpem illius. neque enim jam: nam ideo ſubjunxit ſponſae, ſicut etiam maritus.* & ita *maritus*, *uxor*, *natus* & ſim. de iis qui nondum ſunt, ſed ſperantur fore. Propert. Lib. II. El. 6. 9.

Anne ego tranſirem tua limina clauſa maritus.

quod Paſſeratius p. 274. recte exponit, *cum maritus factus eſſem.* Seneca Herc. Fur. 255. *Gnatos paterni cadere regni vindices.* ubi bene Gronovius, *futuros, ſi daretur.* non diſſimile illud Juſtini Lib. VIII. cap. 2. *victoris potentiam non ferre.* pro victoris futuri, ſi victor fuiſſet. vide illic Vorſtii notas. ſed plura huc facientia dabit Patruus ad Valer. Fl. Lib. III. 497. ubi eodem modo *gener* occurrit. Ceterum in ſordidam illam Pithoei editionem Genevenſem foeda irrepſit macula,

Non defenſa diu velocium certamina equorum.

volucrum enim *certamine* recte in ejuſdem Pariſina, Aldi ſecunda, & Scaligeri editione legitur. *diu multum certamine* in Cod. Voſſii, Aldina prima, & Veneta.

30. *Optabant Grajae quam ſibi quaeque manus.*] ſic Aldus in ſecunda ed. Pith. & Scalig. Delrius in notis ad Senecam olim conjecerat,

Optabant gravidas quo ſibi quiſque manus.

ſed deinde rejecit, & ex Plantini editione probavit lectionem a Pithoeo & Scaligero exhibitam. nam ex aliis profert,

Optabant gravidae quod ſibi quemque manus.

in cod. Voſſiano, prima Aldina, & ed. Veneta,

Optabant gravidae quod ſibi quaeque manus.

Tollius non infelici conjectura legebat,

Optabant Grajae quam ſibi quaeque nurum.

31. *Saepe animam generi pro qua pater inpius hauſit:*] *Saepe animam prob quam* ed. Veneta. omiſſa *generi* voce. *ipſius* cod. Voſſ. *hauſi* in aliis edd. legi monet Delrius, & *hauſit* corrigit.

32. *Saepe rubro Eleis ſanguine fluxit humus*] *ſimilis* pro *Eleis* in Voſſ. cod. ed. Veneta, ac prima Aldina.

33. *Regia non Semele, non Inachis Acriſione*] totus hic verſus, ſpatio vacuo relicto, deſideratur in ed. Veneta.

34.

Digitized by Google

Inmitti exſpectant fulmine & imbre Jovem.
Cujus & ob raptum pulſi liquere penates
Tarquinii patrios, filius, atque pater,
Illo, quo primum dominatus Roma ſuperbos
Mutavit placidis tempore Conſulibus.
Multa neque inmeritis donavit praemia alumnis:
Praemia Meſſalis maxima Poplicolis.
Nam quid ego inmenſi memorem ſtudia iſta laboris?
Horrida quid durae tempora militiae?
Caſtra foro ſolitos, urbi praeponere caſtra
Tam procul hoc nato, tam procul hac patria?
Inmoderata pati nunc frigora, nuncque calores?

Ster-

34. *Immitti exſpectant*] Lege:
Immiti expertae fulmine & imbre Jovem.
hoc eſt,
Ὀμβρῳ, κ̀ βροντῇ τ̀ Δία δεξάμεναι. SCALIG.
Immiti in utraque ed. Aldina. quod favet Scaligero *inmiti fulmine* legenti. quod Semelae quidem conveniret fulminatae, ſed *inmiti imbre* de Danaë non recte dicitur. Itaque *Inmitti* retinendum, ut in Veneta, ceteriſque. Dii enim *inmitti* pro deſcendere dicuntur. *mitti de alto coelo* apud Silium XI. 413.
——— *& alto*
Mittit ſe coelo niveis exercitus alis.
& proprie *mitti* de fulminibus, imbribus, & ſim. vid. Guyet. ad Terent. Eun. III. 5. 31. quod recte de Jove Semelen fulminante & Danaën imbre ludente hic dicitur. *expectans* Heinſius & Broukhuſius quod probo.

36. *penates Tarquinii patrios* &c.] vitioſe in Aldinis, Veneta, Pithoei & Scaligeri editione *Tarquini*, quod metro adverſatur. *Non ocius raptum pulſi* in ed. Veneta. *Non ob auiis* cod. Voſſ.

37. *Illo, quo primum dominatus Roma ſuperbos*
Mutavit placidis tempore Conſulibus]
Innuit Reges a Romanis exactos propter violatum Lucretiae pudorem a Tarquinio. Recte Barthius obſervavit hos & ſequentes verſus imitatum eſſe Rutilium Lib. I. Itin. 271. & ſeqq. de Meſſala Juniore:
Hic eſt, qui primo ſeriem de conſule ducit,
Uſque ad Publicolas ſi redeamus avos.
tempora ed. Venet. *Publicolis* hic etiam legitur in eadem, & utraque ed. Aldina, pro *Poplicolis.*

39. *Donavit praemia*] Veteres excuſi *donavit mater*, hoc eſt Roma. & ita reponendum. SCALIG. ſic legitur in ed. Veneta. Aldinae & ceterae *premia.*

41. *Nam quid ego inmenſi memorem ſtudia iſta laboris*] praeſtiterit forſan,
Jam quid ego inmenſi &c.
tranſit enim nunc ad Meſſalae virtutes bellicas praedicandas. eodem modo Tibullus Panegyrico Meſſalae v. 82.
Jam te non alius belli tenet aptius artes,
Qua deceat tutam caſtris praeducere foſſam.
Qualiter adverſos hoſti defigere cervos,
Quemque locum ducto melius ſit claudere vallo &c.
ubi ſimiliter in aliis editionibus peccabatur, *Nam te non alius* &c. ſed recte emendavit Broukhuſ. monuitque tranſitionis particulam elegantem in MSS. codicibus haberi. Juſtinus Lib. VI. cap. 8. poſt memoratas Epaminondae res domi foriſque praeclare geſtas ad doctrinam ejus laudandam pergens: *Jam literarum ſtudium, jam philoſophiae doctrina tanta, ut mirabile videretur, unde tam inſignis militiae ſcientia homini inter literas nato.* & eadem repetitione Lib. IV. cap. I. *Jam ipſa Italiae Siciliaeque vicinitas, jam promontoriorum altitudo ipſa ita ſimilis eſt* &c. & ſic apud Suet. Caeſ. c. 44. init. vide & Serv. ad Virg. II. Georg. v. 57. & II. Aen. 615. & notas Patrui mei ad Quintil. Lib. V. cap. XI. pag. 448. eodem ſenſu ſi bis repetitum *nunc* pro praeterea capiamus apud Manil. Lib. II. 213. non opus erit illic cum Cel. Bentlejo vulgatam lectionem ſollicitare. *ſtudia acta laboris* Francius. ceterum conferenda haec ſunt cum Tibulli Panegyr. ad Meſſal. v. 100. & ſeqq. & Claudian. IV. Conſ. Honor. v. 324. & ſeqq.

43. *Caſtra foro ſolitos, urbi praeponere caſtra*] *ſolitis urbi proponere* ed. Venet.

44. *Tam procul hoc nato*] Lego, *natos.* hoc, ſcilicet *ſolo.* Quanquam & legi poſt, *Tam procul hinc*, fortaſſe melius. SCALIG. Aldinae, Veneta, & aliae edd. faciunt cum ed. Pith. & Scalig. Salmaſius legebat,
Tam procul acnatis (pro *agnatis*) *tam procul a patria.*
Francius,
Tam procul a nato, tam procul a patria.

45. *Inmoderata pati nunc frigora, nuncque calores*] Repone ex veteribus, *jam ſidera, jamque calores.* SCALIG. durum videbatur Francio *nuncque* in ſecunda verſus ſede. mollius certe in Voſſiano & ed.

Ve-

Digitized by Google

Stertere vel dura poſſe ſuper ſilice?
Saepe trucem adverſo perlabi ſidere pontum?
Saepe mare audendo vincere, ſaepe hiemem?

Saepe

Veneta, *Jam ſidera, jamque calores.* licet *ſidera* minus bene amplectatur Scaliger, pro *frigora.* quibus aptius epitheton *immoderata.* & ſequitur *perlabi ſidere.* ſic in loco Claudiani a Lindenbrogio adducto, *Frigora ſaeva pati* &c. *Aeſtivum tolerare jubar.* paſſim enim haec duo inter incommoda militibus toleranda jungunt. idem Claudianus in egregia Ducis bellici inſtitutione IV. Conſ. Hon. v. 322. & 339.

Non brumae requies, non hibernacula ſegnes
Enervent torpore manus & ſeqq. *neu flatibus Auſtris,*
Neu pluviis cedas: neu defenſura calorem
Aurea ſubmoveant rapidos umbracula Soles.

Lucanus Lib. VI. 325.

—— dum bella relegem,
Extremum Scythici tranſcendam frigoris orbem
Ardenteſque plagas.

ubi etiam *ſideris* malebat Heinſius. vide illic Patrui notas. Ovid. I. Am. 9. 15.

Quis, niſi vel miles, vel amans, & frigora noctis,
Et denſo miſtas perferet imbre nives?

qui locus firmat apud Tibull. Lib. I. El. 2. 29.

Non mihi pigra nocent hibernae frigora noctis,
Non mihi, cum multa decidit imber aqua.

ubi in aliis codicibus *ſidera*, eadem varietate. ſed *frigora* tam illic, quam hoc in verſu recte praetulit Chr. G. Heynius in Obſerv. pag. 166. de vocum harum confuſione vide Heinſ. ad Claudian. IV. Conſ. Hon. 30. notas Patrui ad Valer. Fl. VI. 505. & ad Virg. III. Georg. 279.

46. *Stertere vel dura poſſe ſuper ſilice*] *Sternere* male in cod. Voſſ. ed. Ven. Aldina prima, & aliis. quod merito rejecit Delrius ad Senecam, & *Stertere* correxit, ut in ſecunda Aldina, Pithoei, & Scaligeri editione. Ovid. Lib. I. Am. 9. v. 7. de milite & amante:

Pervigilant ambo: terra requieſcit uterque.
Ille fores dominae ſervat, at iſte ducis.

vid. ſupra ad Eleg. II. in Obit. Maecen. v. 96.

48. *Saepe audendo mare vincere, ſaepe hiemem*] ita editur vulgo. ſed nimia haec eſt intemperantia. Scribe, *Saepe mare audendo.* neque enim opinor ullum aetatis iſtius poëtam *o* in gerundiis corripuiſſe. infeliciter Tibullum corruperunt Lib. III. El. 6. 3.

Auſer & ipſe meum pariter medicanda dolorem.

quum ſit ibi *medicande* legendum. vid. Glonerus Proſod. pag. 137. & Voſſius Lib. II. Art. Gramm. cap. 27. pag. 261. BROUKHUSIUS. in cod. Voſſ. *Saepe audendo mari vincere.* in ed. Veneta,

Saepe audendo mare & vincere ſaepe hiemem.

Aldus edidit ut Pith. & Scaliger. ſed optime Broukhuſius, *Saepe mare audendo.* quod in contextum admittere non dubitavi. nam praeter ultimam in gerundio *audendo* brevem, male etiam in vulgata lectione poſtrema in *mare* producitur, duplici in metrum peccato. eum vide in notis ad locum Tibulli. & ita hic tranſponendum eſſe etiam Salmaſius editioni Scaligeranae adſcripſerat. minus bene Francius,

Saepe audendo hiemem vincere, ſaepe mare.

Nullum certe apud melioris aevi poëtam mihi ſuccurrit exemplum, ubi *o* in gerundiis corripiatur: licet aetatis minus caſtigatae ſcriptores id ſibi permiſerint. e quibus nonnulla hic in gratiam rei poëticae cultorum ſubjiciam. apud Terentian. Maurum v. 1215. pag. 58. ed. Briſſaei,

Sic varios tam longa dies renovando dolores.

qui verſus apud Servium ad Virg. IV. Aen. 413. ita quidem legitur,

Ut vitae dubius varios renovando dolores.

ſed Terentianum inſpicienti patebit duos verſus ex ſequentibus in unum conflatos eſſe. apud Nemeſian. Ecl. II. v. 80.

Purpureas laudando genas & lactea colla.

quod aeque cum inprobaret Broukhuſius, in ſuo editionis Vlitianae exemplari emendabat, *laudanſque.* in Epigrammate de Amphitheatro apud Pith. Lib. II. pag. 74.

Spectat arando novos agreſtis turba labores.

poëta incertus in Elegia, in his Catalectis edenda, ad Nympham nimis cultam, v. 29.

Non ego ſum pro quo te componenda labores.

quod vitare potuiſſet auctor carminis ceteroquin non inelegantis, ſi ſcripſiſſet *compoſuiſſe. ſculpendo* apud Luxurium, libro Epigrammatum inedito, Epigr. XLV.

Dum ſculpendo facit creſcere membra faber.

revehendo in Epigrammate apud Pithoeum in Praetermiſſis pag. 608.

Sellam, ait, adnexam collo revehendo, lupatis
Sareinuliſque aliis ibat onuſtus, inops.

moriendo apud Paullin. Nolan. Natal. XI. v. 6. *cupiendo* apud Maximian. Eleg. I. *Et rerum dominus nil cupiendo fui.* de *ſolvendo* ultima brevi vide Gronov. ad Senecae Oedip. 942. plura adſcribere parco, nam ſufficiunt haec illis, qui melioris aevi exempla malunt probare, quam poſteriorum licentiam ſequi.

49.

Digitized by Google

Saepe etiam denſos inmittere corpus in hoſtes:
Communem belli nec timuiſſe Deum?
Nunc celeres Afros, perituraque millia gentis,
Aurea nunc rapidi flumina adire Tagi?
Nunc aliam ex alia bellando quaerere gentem?
Vincere & Oceani finibus ulterius?

Non

49. *Saepe etiam denſos inmittere corpus in hoſtes*] vide Heynium in Obſerv. ad Tibull. pag. 380. qui hoc loco utitur ad ſtabiliendam conjecturam ſuam in Paneg. ad Meſſal. v. 196. ubi legit,

Vel parvum Aetneae corpus inmittere flammae.

ſed cum citra neceſſitatem ſit, producere ultimam in voce *corpus* ſequente vocali, adquieſcendum illic puto Broukhuſianae emendationi:

Vel pavidum Aetneae corpus committere flammae.

cur enim *pavidum corpus* non aeque liceat dicere, ac *pavidum cor*, cauſſam video nullam. ut *pavidum corpus*, quod tactum reformidat, exponit Patruus meus apud Seren. Samon. cap. VI. v. 80. *in medios hoſtes ſe inmittere* etiam apud Cic. III. Tuſc. cap. 48. quod *in medios hoſtes irruere* dixit Virg. IX. Aen. 554. & *in medium agmen ſe injicere* Lib. II. 408. & alibi paſſim.

50. *Communem belli nec timuiſſe Deum.*] Sic Virgilius in Ciri v. 359. *Nunc tremere inſtantis belli certamina diſcat, Communemque timere Deum.* Auctor Panegyr. Maximiano Aug. dicti: *Nec vereri dubia bellorum, nec Martem, ut dicitur, putare communem.* LINDENBR. *non monuiſſe* cod. Voſſ. *non meminiſſe* ed. Veneta, unde *metuiſſe* Tollio placebat. eadem variatio apud Propert. Lib. I. El. XI. 16.

Ut ſoles amoto labi cuſtode puella
Perfida, communes nec meminiſſe Deos.

ubi in uno codice ſuo *metuiſſe* legi teſtatur Broukhuſius. quod in Menteliano etiam habetur. ſed *meminiſſe* in Voſſianis, Leidenſibus, aliiſque ſervatur. vid. Obſerv. Miſcell. Vol. II. Tom. I. pag. 99. Hic autem vulgata lectio ex loco Ciris, quem Lindenbrogius adfert, & Ciceronis mox producendo ſatis firmatur. Martem κοινὸν Ἐνυάλιον intelligi adſcripſerat Francius. quod nomen Ciceroni optime reſtituit Victorius Lib. VII. ad Att. Ep. 8. p. 690. ed. Graev. quem vide, & Manut ad Lib. VI. ad Fam. Epiſt. 4. & Abram. ad Orat. pro Sextio cap. 5. ubi habetur; *quos ſtimulos admoverit homini ſtudioſo fortaſſe victoriae, ſed tamen nimium communem Martem bellique caſum metuenti.* quod his verſibus illuſtrat, qui de Marte Enyalio etiam videndus ad Orat. pro Balbo cap 17. p. 561. & pro Milon. cap. XXI. pag. 878 de quo Heſych. in Ἐνυάλιος. & Scholiaſt. ac Bergler. ad Ariſtoph. Pacem v. 456. ſic *Dii communes* dicuntur reſpectu rei de qua agitur. vide Serv. ad Virg. XII. Aen. 118. Grotium ad Martian. Capell. pag. 17. Jan. Douzam Fil. notis ad Propert. cap. IV. Gronov. Lib. IV. Obſerv. cap. 17. pag. 270. & Patruum meum ad Valer. Fl. IV. 761. locus, quem ex auctore Panegyrici Maximiano dicti hic adfert Lindenbrogius, eſt ex Eumenii Panegyrico Conſtantii cap. 15.

51. *perituraque millia gentis*] *perjuria* cod. Voſſ. in prima editione vitioſe dedit Aldus, *perjuriae in millia gentis.* ſed in ſecunda *perituraque millia gentis.* ed. Veneta, *periturae in milia gentis.* recte ſe habet *peritura.* vide notas Heinſii ad Virg. II. Aen. 408.

Et ſeſe medium injecit periturus in agmen.

Barthius conjiciebat, *perituraque millia agentes.* Offendit eum *millia gentis.* Poſſet itaque legi *perituraque millia, gentes.* per appoſitionem. cujus locutionis exempla dedit Holſten. ad Paſſion. Perp. pag 127. Cel. Oudendorpio placebat, *perjuraeque ultima gentis.* quia Afri Romanis paſſim *perjuri* dicuntur. *ultima* vero pro ultimis & remotiſſimis eorum finibus. ut ſupra Ep. 87.

Ultima cingebat Tibris tua, Romule, regna.

cum quo loco confer illud Propertii Lib. IV. 10. 23.

Necdum ultra Tiberim belli ſonus, ultima praeda
Nomentum, & captae jugera pauca Corae.

ſic *ultimus orbis* pro extremo, remotiſſimo. vid. Broukhuſ. ad Propert. II. 13. 40. & Addenda ad Lotich. p. 678.

53. *Nunc aliam ex alia bellando quaerere gentem*] Reſpicit forte ad epitheton Martis Homericum ἀλλοπρόσαλλον, Iliad. E. 831. & 889. quod de levi & inconſtanti exponunt, ſed de Marte nunc in hanc nunc in illam gentem graſſante etiam intelligi poteſt. amant veteres *alia ex aliis* jungere. ut Virg. III. Aen. 494.

—— *nos alia ex aliis in fata vocamur.*

ſaepe ita Lucretius *alid ex alio* pro *aliud.* vid. Lambin. ad Lib. I. 264. in Ciri v. 364.

Nunc alia ex aliis, nec deſunt, omina quaerit.

& apud alios ſaepe.

54. *Vincere & Oceani finibus ulterius?*] illuſtrabunt hunc verſum quae ſupra notata ſunt ad Ep. LXXXIV. & XCI. & quae dedit Joh. Schultingius ad Senecae Suaſor. I. de Alexandro: *iidem ſunt termini regni tui & mundi, poſt omnia Oceanus, poſt Oceanum nihil.*

Digitized by Google

Non noſtrum eſt, inquam, tantas adtingere laudes:
  Quin auſim hoc etiam dicere, vix hominum eſt.
Ipſa, haec ipſa ferent rerum monumenta per orbem:
  Ipſa ſibi egregium facta decus parient.
Nos ea, quae tecum finxerunt carmina Divi
  Cynthius, & Muſae, Bacchus, & Aglaïe.
Si laudes adſpirem, humili ſed adire Camena:
  Si patrio Grajos carmine adire ſales

Poſ-

55. *Non noſtrum eſt, inquam, tantas* &c.] Tibullus idem ad eumdem Meſſalam v. 177.

Non ego ſim ſatis ad tantae praeconia laudis. SCALIG. valde diſplicet frigidum illud *inquam*, quod librariis deberi ſuſpicor, auctoremque ipſum ſcripſiſſe,

Non noſtrum eſt unquam tantas adtingere laudes.

dein paullo poſt, *Nos ea*, non habent, quo referantur, & hiulcam pendere orationem oſtendunt. *Hos ea* ed. Veneta. ellipſis enim nimis dura videtur, qua ſubintelligi putabat Scaliger, *Nos ea*, nempe, *tantum conabimur.* Si tranſpoſitionibus lacera ſit haec Elegia, ut opinabatur Barthius, meliori ordine conjungerentur hi verſus, ſi ita eos diſponeremus,

Non noſtrum eſt unquam tantas adtingere laudes,
  Quin auſim hoc etiam dicere, vix hominum eſt.
Aſt ea, quae tecum finxerunt carmina Divi,
  Cynthius, & Muſae, Bacchus, & Aglaïe.
Ipſa haec ſe ipſa ferent tecum monumenta per orbem;
  Ipſa ſibi (vel *tibi*) *egregium facta decus parient.*

ut innuat poëta, Meſſalam, rebus praeclare geſtis, & carminibus ab Apolline & Muſis ipſi dictatis, aeternitatem famae adeptum, ſuis laudibus non indigere. *Ipſa hunc* vel *Seſe haec ipſa ferent* legebat Heinſius: *Ipſa haec ſe ipſa ferent* conjecerat etiam Salmaſius. *Sed te haec ipſa ferent* Cl. Oudendorpius. *rerum* mutavi in *tecum.* ut primo verſu intelligat ejus carmina, altero autem res bello vel pace laudabiliter actas. pro *Aglaïe*, una ex Gratiis, male in ed. Aldi 1517. *Aegiale.* in Veneta *Egiale.* & *Ipſa etiam egregium. Aglaïae* nomen a librariis haud raro corruptum. vide locum Papiae emendatum ab Lib. I. Epigr. 77. Phoebum vero ac Muſas poëtis inſpirare vel dictare carmina paſſim quoque jactant. vid. ſupra ad Eleg. in Obit. Maec. v. 17. cum Baccho & Aglaïe Cynthius & Muſae hic bene junguntur, quippe venuſtatis, eloquii, ac leporum numina, ut apud Ariſtoph. in Pace v. 455.

Ἑρμῇ. Χάρισιν, Ὥραισιν, Ἀφροδίτῃ, Πόθῳ.

ubi vide Berglerum.

58. *Ipſa ſibi egregium facta decus parient*] ſtructura numerorum hoc in verſu videtur diſplicuiſſe Francio, ideoque verba ſic tranſponenda cenſebat,

Egregium parient facta ſibi ipſa decus.

cui emendationi ſi opponantur ea, quae in Praefat. ad Lotich. pag. 9. & ad Lib. IV. El. 3. 71. notavi, patebit, ejusmodi trajectiones verborum ad rythmum noſtro judicio emolliendum ſaepe invitis auctoribus ipſis fieri.

61. *Si laudes aſpirem*] Deſperavi omnino me huic loco remedium afferre poſſe. Quin & omnem prorſus ſpem ſanandi tollit monſtroſa lectio antiquitus excuſa:

Si laudem aſpirem humili: ſed adire firenas.

Fortaſſe:

Si laudem Aſcrae humilis, ſi doridas eroinas.

optima ſane ſententia. Nam qui non auſit geſta heroica tractare, unum optat, poſſe imitari Heſiodum Aſcraeum, & ejus poëma, Doridas Heroinas, hoc eſt, μεγάλας ἠοίας. cujus hodie fragmentum extat argumento Clipei Herculis, & hoc opus ſibi proponit, ut, quemadmodum Heſiodus exemplis omnibus praeſtantiſſimam Graeciae Heroïdum undique hiſtoriarum conquiſitis Dominam ſuam celebravit: Ita etiam Virgilius deſideret ejus operis imitatione dominam Meſſalae ornare, & ſane μεγάλας ἠοίας imitatur, cum ait: *Non illa, Heſperidum* &c. *non edita Tyndaris* &c. *Non ſupero fulgens* &c. *Non defenſa diu* &c. *Regia non Semele* &c. Heſiodus vero ſemper exempla ſua incipiebat, ἢ οἵη. ut & noſter Auratus docuit. unde ἠοῖαι vocatur illud poëma. Quod vero praecedit, *Nos ea* &c. ſubintelligitur, *tantum conabimur.* Tantum ea, quae tu in Heroida tuam luſiſti, conabimur. SCALIGER. emendatio haec Scaligeri ingenioſa certe, ſed ultra auctoris ipſius eruditionem adſurgere videtur. blanditur tamen, quia ſupra celebres in antiquitate Heroinas recenſuit, inſtar Heſiodi, cujus Ἠοῖαι μεγάλαι tali filo decurrebant: quod tamen poëma praepoſtere a nonnullis tribui Aſcraeo dicit Scalig. in Epiſt. 247. de iſto opere, Heſiodo adſcripto, vide quae Petitus ad Leges Atticas pag. 460. & ſeq. Voſſius de Hiſt. Lat. Lib. I. pag. 139. & quae olim notavi in Addendis Notar.

ad

Digitized by Google

Poſſumus: optatis plus jam procedimus ipſis.
Hoc ſatis eſt. pingui nil mihi cum populo.

EP. CXXIII.

Adſpice, quem valido ſubnixum gloria regno
Altius & coeli ſedibus extulerat;

Ter-

ad Valeſ. Lib. I. Emend. cap. 32. pag. 222. Alio modo locum hunc emendat Iſ. Voſſius ad Catull. pag. 18. qui legit,

Si laudem adſpirem, humiles & adire Cyrenas,
Si patrio Grajos carmine adire ſales
Poſſumus: optatis &c.

& per *humiles Cyrenas* intelligit Muſas humiles Callimachi, ac fruſtra ſe hic torquere viros doctos notat. ſed de Callimacho hic cogitaſſe poëtam, vix mihi perſuadeo. Barthius vero in Adverſariis legebat,

Si laudes aſpirem, humili ſit adire Camena.

& teſtatur ſe in edit. Aldina an. 1505. inveniſſe,

*Si laudem adſpirem * humiles ſed adire Sirenas.*

quod in Veneta an. 1480. etiam offendi, unde puto *Cyrenas* Iſ. Voſſio in mentem veniſſe. ſed in duabus editionibus Aldinis an. 1517. & 1534. quibus uſus ſum in his recenſendis, legitur,

Si laudes aſpirem, humili ſed adire Camoena.

ſeq. verſ. *Sic patrio* in ed. Venet. Barthius tamen lectione illa editionis Aldinae ut Sirenarum cantu illectus, inde capitalem hanc nobis procudit conjecturam,

Si laudem adſpirem, ſi humilis Seirenas adire.

nihil excogitari potuit infelicius! Opinor viros eruditos hic nimis doctas ac reconditas captaſſe lectiones ſubſtituere. Heinſius tentabat, *humili vel adire Camena.* aut,

Si laudes adſpirem humilis pede adire Camenae.

quod ſimplicius, & vulgatae ſcripturae veſtigiis propius accedit. Si tamen *adire* bis in hoc diſticho incommodum videatur, reponi etiam poſſet,

Sed laudes adſpirem humili ſi ambire Camena.

id eſt, ſi carmine hoc, humili quamvis neque te digno, laudem tamen a te ſperare liceat. vel potius,

Si laudes adſpirem humili tentare Camena.

hoc ſenſu, ſi laudes tuas carmine Latino, ſed humili, neque ad Graecae eruditionis veneres adſpirante, adtingere modo tentem, voti compotem me cenſebo. ut ſupra v. 55.

Non noſtrum eſt unquam tantas adtingere laudes.

idque ideo, quia Meſſalae carmina ad Graecorum genium & ſales Atticos efficta fuiſſe videntur. unde ſupra v. 14. dixit,

Pauca tua in noſtras venerunt carmina chartas,
Carmina cum lingua, tum ſale Cecropio.

tentare autem *laudes* humili Camena, eſt leviori carmine experiri, & quaſi operi majori proludere. quomodo *tentare lyram, citharam*, & ſim. πειράζειν, experiri. ut egregie docuit Gronov. in guſtu Notar. ad Stat. Lib. I. Theb. 33. neque etiam offendere debet variatio numeri, *Si laudes adſpirem*, & *ſi Grajos ſales adire poſſumus.* quam enallagen poëtis frequentiſſimam eſſe patebit ex notatis ad Lotich. Lib. IV. El. 3. 159. *adire Grajos ſales* tamen Cel. Oudendorpio videbatur locutio inſolens & parum Latina. neque id ſine ratione. licet forte dixerit, ut *adire artes*, tamquam myſteria, Gratius in Cyneg. v. 107.

Juſſit adire ſuas & pandere gentibus artes.

& Auctor Dialog. de Orat. cap. 31. *qui non quasdam artes adire, ſed omnes liberaliter debet.* ita enim Lipſius pro *audire.* Sed alia adhuc medicina, acutioribus Criticis divinanda, indigere hunc locum arbitror.

64. *Hoc ſatis eſt. pingui nil mihi cum populo*] ita legendum & diſtinguendum. male in utraque Aldi editione,

Hoc ſatis eſt pingui vel mihi cum populo.

in animo enim habuiſſe videtur illud Propertii Lib. II. El. 13. 13.

Haec ubi contigerint: populi confuſa valeto
Fabula; nam domina judice tutus ero.

ſatis eſt, formula elegans voto ſuo acquieſcentium. infra Ep. CXXIV.

Quare illud ſatis eſt, ſi te permittis amari.

ſupra Eleg. II. in Obit. Maecen. v. 11.

Si tamen hoc ſatis eſt; vixi te, Caeſar, amico,
Et morior, dixit, dum moriorque, ſat eſt.

ubi vide.

EP. CXXIII. v. I. *Aſpice, quem valido*] An de Pompejo dictum? de quo & Petronius, (cap. CXXIII.)

Ille tremor Ponti: ſaevi quoque terror Hydaſpis,
Et piratarum ſcopulus modo quem ter ovantem
Jupiter horruerat. quem fracto gurgite Pontus,
Et veneratus erat ſubmiſſa Boſphorus unda,
Pro pudor, imperii deſerto nomine fugit,
Ut Fortuna levis Magni quoque terga videret.

Item

Terrarum hic bello magnum concuſſerat orbem:
Hic Reges Aſiae fregerat, & populos.
Hic grave ſervitium tibi jam tibi, Roma, ferebat.
Cetera namque viri cuſpide conciderant:
Cum ſubito in medio rerum certamine praeceps
Corruit, e patria pulſus in exilium.
Tale Deae numen, tali mortalia nutu
Fallax momento temporis hora dedit.

Ep.

Item & Pedo Albinovanus Rerum Romanarum Lib. I.

Ille, cui ternis Capitola celſa triumphis
Sponte Deûm patuere: cui freta nulla repoſtos
Abſcondere ſinus: non tutae moenibus urbes.

An haec non conveniunt Pompejo, quum ipſe Romam ſervitio opprimere nunquam voluerit, & potius de Mithridate haec accipienda? Sane non video, cui magis haec accommodem. SCALIGER. Edidit Pithoeus Lib. II. Epigr. vet. pag. 48. ubi ſub VIRGILII nomine legebatur, ſed quod delendum in notis monuit. Nullo auctoris titulo praefixo etiam dedit Aldus, & Scalig. in Catalect. p. 92. qui de Pompejo eſſe putat: ideoque ſupra referri potuiſſet inter Epigrammata de Pompejo Lib. II. Epigr. XXV. & ſeqq. Caſaubonus etiam libro ſuo adſcripſerat, in Pompejum vel alium ſimilis fortunae ſcriptum eſſe. Pleraque certe Pompejo apte conveniunt. ut enim verſu quinto dicitur,

Hic grave ſervitium tibi jam tibi, Roma, ferebat.

vel ut melius in cod. Voſſiano, *jam jam tibi, Roma, ferebat*, eodem modo Q. Catulus apud Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 32. in publica concione dixit, *eſſe quidem Cn. Pompejum praeclarum virum, ſed jam nimium liberae Reipubl.* ſive intolerabilem. Quae diſticho quarto de ſubito ejus fato procul a patria traduntur, accipienda ſunt de Pompejo, quum in Aegyptum fugiſſet, perfide ac crudeliter a Ptolomeo interemto, ut idem narrat Vellej. Lib. II. cap. 53. ubi inter alia addit, *Hic poſt tres conſulatus & totidem triumphos, domitumque terrarum orbem, ſanctiſſimi ac praeſtantiſſimi viri, in id evecti, ſuper quod adſcendi non poteſt*, &c. *vitae fuit exitus.* ubi quod *domitum terrarum orbem* ab eo dicat, optime faciunt cum verſu tertio,

Terrarum hic bello Magnus concuſſerat orbem.

ita corrigendum puto. *Magnus* enim paſſim pro Pompejo. vide ſupra ad Epigr. XXVI. deinde, *in id evecti ſuper quod adſcendi non poteſt*, illuſtrant egregie initium hujus Epigrammatis:

—— *quem valido ſubmixum gloria regno,*
Altius & coeli ſedibus extulerat.

ubi male in Voſſiano cod. *Altius & regni ſedibus extulerat.* nam hi verſus forte adumbrati ſunt ex Telamone Ennii pag. 222. ed. Heſſel.

Hiccine Telamon ille eſt, modo quem gloria ad coelum extulit;
Quem adſpectabant, cujus ob os Graji ora obvertebant ſua.

verſu ſeptimo *in medio rerum certamine* corruptum ſuſpicor, & forte legendum *rerum conamine.* vel *rerum molimine.* de quo vide Heinſ. ad Claudian. de Mallii Conſul. v. 205. Sed totum hoc Epigramma non de Pompejo, verum de Alexandro intelligendum judicabat Cl. Oudendorpius, ut *valido ſubnixus regno* etiam de Roma ipſa ſubigenda cogitaverit, ſed quaſi in exilio perierit, cum gloriae cupido eum e patria expulerat. Itaque eligat lector id quod veroſimilius videbitur, vel amplius de eo cogitandum ſtatuat. Ceterum fragmentum illud, quod ex Pedonis Albinovani Lib. I. Rer. Rom. hic adſert Scaliger, ſub nomine ALBINI ex Priſciano Lib. VII. pag. 741. ed. Putſch. edidit H. Stephanus in Fragm. Poët. vet. pag. 391.

Ibid. *Aſpice, quem valido*] *quem vidua* Aldus in ed. an 1517. ſed in altera, *quem vali do. Aſpice quem video* codex Voſſian. & ed. Veneta Catalector. an. 1480. & vetuſta Baſileenſis. & v. ſeq. *tibi, Roma, minatur.* v. 8. *& patria.* & v. 9. *Tale Deum numen.* quod chartaceus Voſſii codex etiam habet.

4. *Hic reges Aſiae fregerat, & populos*] *hic populos* cod. Voſſ. & ed. Veneta, ut ſupra Eleg. in Obit. Maecen. v. 98. ex emendatione Broukhuſii:

Haec hominem, haec pecudes, haec moderantur aves.

9. *Tale Deae numen*] Et Ennius VIII. Annali:

—— *multa dies in bello conficit unus,*
Et rurſus multae fortunae forte procumbunt.
Haudquaquam quenquam ſemper Fortuna ſecuta eſt.
Quin & mortalem ſummum Fortuna repente
Reddidit, e ſummo ut regno famul optumus eſſit.

eſt autem *eſſit*, pro *ſit.* ut in lege XII. Tab. *Si morbus, aevitasve vitium eſſit.* SCALIGER.

Ep.

Digitized by Google

EP. CXXIV. *ad Antonium Muſam.*

Quocumque ire ferunt variae nos tempora vitae,
Tangere quas terras, quosque videre homines:
Diſpeream, ſi te fuerit mihi carior alter.
Alter enim quis te dulcior eſſe poteſt?
Cui Venus ante alios, Divi, Divumque ſorores,
Cuncta, neque indigno, Muſa, dedere bona.
Cuncta, quibus gaudet Phoebus, chorus ipſeque Phoebi.
Doctior o quis te, Muſa, fuiſſe poteſt?
O quis te in terris loquitur jucundior uno?
Clio nam certe candida non loquitur.
Quare illud ſatis eſt, ſi te permittis amari:
Non contra ut ſit amor mutuus inde mihi.

EP. CXXIV. v. 1. *Quocumque ire ferunt*] Ad Antonium Muſam medicum Auguſti ſcribit hoc epiſtolium. Fuiſſe autem elegantiſſimi & politiſſimi ingenii, tum his verſibus oſtenditur:

Cui Venus ante alias, Divi, Divumque ſorores
Cuncta neque indigno, Muſa, dedere bona.

tum etiam cognomen ipſum *Muſa*: quod ob elegantiam ingenii patronus ei impoſuiſſe videtur. Hoc enim nomen quibusdam libertis impoſitum fuiſſe fidem facit illa inſcriptio Romae ante portam Latinam:

MUSA HOSPITIS LICINIANI.
VIX. ANN. XXXV.

ita etiam Palamedem vocavit Euripides, ob ſolers & politum ingenium: ut in hac monodia chorus ex Nauplio Tragoedia canit:

Ἐκάνετ' ἐκάνετε
Τὸν πάνσοφον, ὦ Δαναοὶ,
Τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν
Ἀηδόνα μουσᾶν.

Meminere Antonii Muſae Horatius, Plinius, Dio. SCALIG. de hoc Antonio Muſa vide Torrent. ad Suet. Aug. 59: & Meibom. in Maecen. cap. XV. ſub Virgilii nomine edidit Pith. Lib. I. pag. 40: & inter ejus Catalecta Aldus, Scaliger, aliique. praecedenti adnectit ed. Veneta.

2. *Tangere quas terras*] *Pangere* cod. Voſſian. *Pangere qua terras* ed. Venet.

5. *Cui Venus ante alios, Divi, Divumque ſorores*] vitioſe in cod. Voſſiano, *Convenit ante alias.* inepte in ed. Veneta, *Convenit ante alios Divi divumque ſurores.* ſed *Divi Divumque ſorores* Aldus & Scalig. *Dii Divumque ſorores* ed. Pithoei. Heinſius tentaverat, *Clio Cliusque ſorores.* ut apud Ovid. Lib. I. Art. 27. *Nec mihi ſunt viſae Clio Cliusque ſorores.* vel *Paean novemque ſorores.* ſed haec poſtea deleverat, & corrigebat, *Cui Venus ante alios Divum, divaeque ſorores.* vulgata defendi poteſt ex auctore Elegiae ad Meſſalam v. 21.

Certatim ornabant omnes Heroïda Divi,
Certatim Divae munere quaeque ſuo.

ut recte legit Douza, vulgo male,

—— Heroïda Divae,
Certatim Divae, &c.

Sequenti verſu male in cod. Voſſ. *multa dedere bona.* in ed. Veneta,

Cuncta neque indigna multa dedere bona.

Aldina & vetuſtiores editiones ſine ulla diſtinctione,

Cuncta neque indigno Muſa dedere bona.

ut *Divi*, *Divumque ſorores*, & *Muſa*, pro Camena, conjunxiſſe videantur. ſed recte Pith. & Scaliger diſtinxerunt,

Cuncta neque indigno, Muſa, dedere bona.

ut adloquatur Antonium Muſam. *debere* vitio operarum in ed. Scalig.

7. *Cuncta quibus*] Concinnius puto ſic:

Cuncta quibus gaudet Phoebi chorus, ipſeque Phoebus.

SCALIG. ita etiam Salmaſ. & Francius in ora libri ſui. Virg. Ecl. VI. 66.

Utque viro Phoebi chorus adſurrexerit omnis.

9. *O quis te in terris loquitur*] Propterea & Muſam, non tantum ob ſolers ingenium, vocatum puteın. Nam & Xenophon ἀττικὴν μοῦσαν. SCALIG.

10. *Clio nam certe candida non loquitur*] *talis* Francius. ſed recte Caſaubonus in ora edit. Pith. correxit,

Clio tam certe candida non loquitur.

Ep. cxxv. Appii Claudii Consulis. *Neapoli.*

. . . . Aeneadum faſtis ex ordine Conſul
. . . . ſa progenies Claudius Appiadum.
. . . . ta Sabinillae dat dulci moenia natae
. . . . nus genitor de rude coepta ſolo.
. . . . noſo mea Claudia lucis in aevo,
. . . . epidam pulchra anus in ſubolem.

Ep. cxxvi.

tam candida, tam elegantia, diſerta, & jucunda. vide ad Epigr. de Delia,

Et levibus calamis candida verba dare.

12. *Non contra ut ſit amor mutuus inde mihi*] Catullo adhaeret Ep. lxxvii.

Nec jam illud quaero, contra ut me diligat illa.

& ſic in Apuleji Anechomeno ex Menandro,

Amare liceat, ſi potiri non licet.

veteres autem *contra amare* dicebant pro mutuo, viciſſim. vide Addenda ad Lotich. pag. 681.

Ep. xxiv. Appii Claudii Consulis. *Neapoli.*] Mutilum hoc carmen bis legitur apud Murator. Tom. I. p. 347. & Tom. II. p. 1150. 9. primo autem loco habet in ſecundo verſu, . . . *va progenies.* & tertio non agnoſcit reliquas illas e voce amiſſa literas, . . . *ta Sabinillae*, ut nec quinto . . *noſo.* Muratorius vero hoc Epigramma referendum putat ad Appium Claudium, Lateranum nempe, qui Conſul fuit A. V. C. 949. an. Chr. 197. cum M. Mauritio Rufino. vide Almelov. Faſt. Conſ. pag. 93. eumque hanc Inſcriptionem poſuiſſe cenſet *Claudiae Sabinillae* filiae. Ego potius Epitaphium Appii Claudii arbitror, in quo Sabinillam filiam memorat tertio verſu, ſed ultimo diſticho uxorem Claudiam. Hinc forte in initio ſuppleri poſſet,

Hic ſitus Aeneadum &c.

& ſecundo verſu *Inclyta* vel *Unica progenies.* verſu tertio vide an ſcriptum fuerit,

Structa Sabinillae dat dulci moenia natae
Urbanus genitor de rude coepta ſolo.

penultimus verſus ſic numeris ſuis & ſenſui reſtitui poſſet,

Vivas annoſo mea Claudia lucis in aevo.

quod ſupplementum in ejuſmodi Epitaphiorum monumentis oportunum nemo negabit. hinc *Vivas* & *Vivatis* formulae ſunt fauſtae acclamationis, qua nihil ſibi gratius fieri poſſe putabant ſuperſtites. in Inſcript. apud Fabrett. cap. 2. pag. 73. innocenti cum engratio vivas, & in fine, innocenti qui sic agis bene vivas. & inter vota clientium dominis & patronis ob incolumitatem poſita ſaepe ſubſcriptum vivas aut vivatis. vide Lipſ. Lib. 1. Saturn. pag. 57. Barth. ad Stat. ix. Theb. 894. & egregie Gevart. Lib. iii. Elect. cap. 8. ſic vivatis in annulo nuptiali duorum conjugum apud Sponium Recherch. des Antiq. Diſſ. xi. p. 179. & ſaepe Graeco vocabulo *Zezes*, *Vivas*, vel *Zeſete*, *ζήσητε*, *Vivatis.* vid. Buonaruoti Obſ. Ital. ad Fragm. Vaſor. Antiq. Tab. xxviii. fig. 3. p. 203. & ſic in acclamatione conviviali *Vivas* & *Vivamus.* de qua vid. Valeſ. ad Ammian. Marcell. Lib. xvi. cap. 8. Ovid. 1. Triſt. El. 3. in fine:

Vivit: &, abſentem, (quoniam ſic fata tulerunt)
Vivat, ut auxilio ſublevet uſque ſuo.

ut locum vexatum ſcribendum eſſe conjeci in Addendis ad Lotich. pag. 665. quae firmant nonnihil obſervationem Servii ad Virg. iii. Aen. 493. qui notat haec bene precantium vota melius optativo efferri, quam imperativo. quod tamen non ſemper obſervant veteres. ita enim in illo Virgilii loco,

Vivite felices, quibus eſt fortuna peracta
Jam ſua, nos alia ex aliis in fata vocamur.

Tibullus Lib. iii. El. 5. 31.

Vivite felices, memores & vivite noſtri.

Auctor Copae in fine,

Mors aurem vellens. Vivite, ait, venio.

hinc toties in epitaphiis vetuſtis *Vivite felices.* apud Pith. Lib. iii. Epigr. vet. p. 109.

Vivite felices animae, mors omnibus inſtat.

& pag. 112.

Vivite felices, moneo, mors omnibus inſtat.

ſic *Vivite felices, qui legitis*, epitaphio ſubjungitur apud Ferret. Lib. i. Muſ. Lap. p. 45. & in Inſcriptione apud Donium Claſſ. x. pag. 353.

Vivite felices, quorum fortuna beata eſt.

ubi male editur,

Vivite felices ſuperi, quorum &c.

plura illic de hac formula notavit erudititiſſimus Gorius.

v. ult. . . . . *lepidam pulchra anus in ſubolem*] lacunam hanc ita refarciendam arbitror,

Teque refer lepidam pulchra anus in ſubolem.

nihil enim notius voto iſto amabili, ut filii virtute ac vultu parentes referant, & laudentur ſimili prole puerperae. Virg. iv. Aen. 329.

——— *mihi parvulus aula*
Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret.

ubi

Digitized by Google

EP. CXXVI. *In Aſinium Sempronium Rufum Praetorium.*

Ciconiarum Rufus iſte conditor,
Ipſe eſt duobus elegantior Plancis,
Suffragiorum puncta non tulit ſeptem:
Ciconiarum populus ultus eſt mortem.

EP.

ubi recte codices Pieriani & Heinſiani, tum Aruſianus Meſſus libello inedito Elocutionum, *qui te tamen ore referret*. qui addit alterum Virgilii locum ex Lib. XII. 348.

Nomine avum referens, animo manibusque parentem.

Ovid. Epiſt. VI. 123.

Si quaeris, cui ſint ſimiles, cognoſceris illis,
Fallere non norunt, cetera patris habent.

& IV. Triſt. 5. 32.

Sic juvenis, ſimilisque tibi ſit natus, & illum
Moribus agnoſcat quilibet eſſe tuum.

Catullus Epithalamio Manlii v. 221.

Sit ſuo ſimilis patri
Manlio, & facile inſciis
Noſcitetur ab omnibus:
Et pudicitiam ſuae
Matris indicet ore.

ita vulgo editur, ſed forte legendum,

——— *& facie inſciis*
Noſcitetur ab omnibus.

Seneca Troadibus v. 700.

——— *ſic te juvenis exbibeat tuus* &c.
Aetate avum tranſcendat, ingenio patrem!

ſic enim recte Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 15. vulgo *excipiat*. Claudian. Idyll. VII. 24.

Alter in alterius redditur ore parens.

Plinius Lib. v. Epiſt. 16. *Amiſit enim filiam, quae non minus mores ejus quam os vultumque referebat, totumque patrem mira ſimilitudine exſcripſerat.* ubi vide notas Cortii. in Epigrammate antiquo apud Pith. Lib. III. p. 132.

Reddebar teneris in vultibus, ipſaque per vos
Tempora credebam lapſa rediſſe mihi.

quod imitatus eſt auctor Epitaphii apud Schradaeum Monum Ital. pag. 148. b.

In te ego reddebar, poteram poſt funera dici
Vivere, ſervaſſent ſi tibi fata modum.

ſed haec pluribus illuſtrarunt Meurſ. Spicil. ad Theocr. p. 93. Rigaltius ad Artemidor. pag. 44. & 45. Heinſ. & Drakenb. ad Silium Lib. II. 634. aliique.

EP. CXXVI. *In Aſinium Sempronium Rufum Praetorium*] Exſtat apud Pithoeum Lib. II. p. 78. & Scalig. Lib. I. p. 218. elegantiſſimum hoc epigramma, quod nobis ſervavit Scholiaſtes Horatii Porphyrio ad Lib. II. Sat. 2. v. 49. qui v. ſec. pro *ipſe* habet *hic*, pro quo Heinſ. legebat, *Quippe eſt.* vel *Ipſe is duobus.* aut *Ipſe &*. quomodo etiam Scriver. Crucquium vero, dum emendare hos verſus volebat, non vidiſſe Scazontas eſſe, notaverat Broukhuſius, & male Nic. Abramum ad Cic. Orat. pro Sext. cap. 53. p. 163. ed. Graev. in ultimo verſu *necem* legere pro *mortem*. vid. & Torrent. in Comment. ad Horat. p. 530. qui Crucquium etiam totum hoc epigramma corrupiſſe monuit, & v. 2. profert *Hic eſt duobus*. Aculeus epigrammatis conſiſtit in eo, quod ſcriptum ſit in Sempronium Rufum, praetorium, qui quum luxu inſolito ciconiarum pullos cibi cauſſa primus occidiſſet, propter novum guloſae libidinis inventum repulſam tulit in petitione Conſulatus. vide Salmaſ. ad Tertull. de Pall. p. 461. & 462. & Petr. Avellan. in Locis Veter. Reſtit. cap. 4. ubi cur hic Rufus dicatur *duobus elegantior Plancis*, exponit, Rufum hunc ciconiarum pullos primum conviviis adſciviſſe, adeoque delicatiorem fuiſſe Planco, qui rhombum & ciconiam primus menſis intulerat, quo Romanos valde a ſe alienavit. ad hunc luxum referunt illud Petronii Satyr. cap. 55.

Ciconia etiam grata, peregrina, hoſpita &c.
Avis exſul hiemis, titulus tepidi temporis,
Nequitiae nidum in cacabo fecit meo.

ubi de ciconiis in gulae delicias apud Romanos conditis vide notas Interpretum. Quod autem addit, Sempronium Rufum *non tuliſſe puncta ſeptem ſuffragiorum*, innuit repulſam tuliſſe in Conſulatu, quippe qui ſuffragia tribuum aut puncta in centuriis quinque claſſium non tulerit, ut Conſul fieret. quae fuſe illuſtrat Turneb. ad Cic. Orat. de Leg. Agr. contr. Rull. cap. 2. p. 345. ed. Graev. male igitur apud Porphyrionem legitur, *cum in Praetura petenda repulſam tuliſſet*. quum Conſulatus repulſam tulerit Rufus jam praetorius. porro *Aſinii* nomen, a Pithoeo & Scaligero omiſſum, addidi ex Scholiaſte Crucquiano, nam ita apud illum: *Aſinius Sempronius Rufus poſt multas a ſe inventas delicias docuit etiam ciconias eduleis eſſe.* in vetuſtioribus editionibus Scholiorum Acronis legitur: *Aſellius quidam praetor fuit, qui uſum comedendarum ciconiarum primus invenit: Alii Sempronium praetorem volunt, qui poſt multa etiam ciconias & pullos earum docuit eſui eſſe.* ubi forte pro *Aſellius* corrigendum *Aſinius*. ut innuat alios *Aſinio*, alios *Sempronio* id tribuiſſe, niſi *A.* ſive *Aulus Sempronius Rufus* dictus ſit. ſed Aſinius Sempronius Rufus vocatur Scholiaſtae Cruquiano. non enim infrequens eſt duo nomina gentilia uni viro tribui. vide Fabrett. ad Inſcript. cap. III. pag. 203. Sirmond. ad Sidon.

Praef.

EP. CXXVII. *In Sarmentum Scurram.*

Aliud ſcriptum habet Sarmentus; aliud populus voluerat.
Digna dignis. Sic Sarmentus habeat craſſas compedes.
Ruſtici, ne nihil agatis, aliquis Sarmentum alliget.

EP. CXXVIII.

Praef. Lib. I. & praecipue Cel. Weſſeling. Lib. II. Obſerv. cap. 21. inter *Aſinios* igitur locum ſuum obtineat hic Rufus; vel quod ab his Sempronio Rufo, ab aliis Aſinio Rufo adſcribi exiſtimemus. ita *Aſinius Rufus* & *Aſinius Baſſus* occurrit apud Plin. Lib. IV. Epiſt. 15. *Aſinius Marrucinus* e Catullo notus, de quo vide Victor. Lib. XXXIII. Var. Lect. cap. 2. ubi & de gente *Aſinia*, Marrucina origine, quam pluribus illuſtravit Luc. Camarra dé Teate Antiq. Lib. III. c. 1. 4. & 5. & *Aſiniorum* ſtemma exhibuit Ryckius ad Tacit. VI. Ann. 23. etiam *Sempronius Rufus* memoratur apud Plin. Lib. IV. Epiſt. 22.

Ep. CXXVII. *In Sarmentum Scurram*] ſic edidit Scaliger Lib. I. Catal. p. 217. ſecundae editionis, nam in prima Lugdunenſi Rovilliana eo loco omiſerat. verſus ſunt trochaici, quo metro plerumque utebatur populus, cum dicteria in aliquem canebant. ut obſervat Salmaſ. ad Vopiſci Aurelian. cap. 6. prolato hoc ipſo Epigrammate. Petiti ſunt hi verſus ex Scholiaſte Juvenalis ad Sat. V. init. cujus verba adſcribam, partim quia corruptiſſima circumferuntur in editione Pithoeana, partim quia ſine illis intelligi hic jocus in Sarmentum hunc nebulonem nequit: ita igitur Gloſſator ille: *Sarmentus natione Tuſcus, e domo Marci Favonii* (male editur *Faboni*) *incertum libertus an ſervus, plurimis forma & urbanitate promeritis, eo fiduciae venit, ut * per equitem Romanum ageret: decuriam quoque quaeſtoriam compararet. Quare per ludos* qui ibi* (forte *quibus*) *primus quatuordecim ordinibus ſedit, haec a populo in eum dicta ſunt: Aliud ſcriptum habet Sarmentus* & ſeqq. primam laenam ita caſtigat Pithoeus, *ut pro equite Romano ageret*. Heinſius vero *ut per tempus equitem Rom. ageret*. & *quia ibi primus* vel *primis*. Pithoeus *quibus primis*. ſed optime Schursfleiſch. in notis ad Juvenal. p. 43. *quia libertinus* XIV. *ordinibus ſedit*. cujus tamen expoſitionem *ut per equitem Romanum ageret*, pro, ut haberet equitem Romanum negotiorum ſuorum geſtorem, minus probo. hujus Sarmenti meminit Horatius Lib. I. Sat. 5. 52. & ſcurrilem illius & Meſſii Cicerri rixam memorat. ubi Rutgerſius in notis pag. 36. 37. & ſeqq. varie illum Scholiaſtae Juvenalis locum corrigit. ejusdem Sarmenti mentio etiam eſt apud Quintilian. Lib. VI cap. 3. p. 545. & Plutarch. in Anton. p. 943. Scholiaſtes autem Voſſianus ineditus ad d. l. Juvenal. haec de eo notat: *Sarmentus fuit morio joculi* (forte *jocularis*) *tempore Augusti, tam gulae quam turpitudini deditus, pro qua ſe patiebatur multa*. ubi poſt *multa* forte exciderunt aut ſubintelliguntur *dicteria* vel *ſcommata*. ut ad hos verſus vel ſimilia in eum jocoſe dicta reſpexerit. Primum verſum optime de ſcripto quaeſtorio, vel officio ſcribae apud quaeſtorem exponit Salmaſ. Epiſt. 82. ad Sarrav. ſenſumque eſſe, *aliud ſcriptum habere Sarmentum*, nempe decuriam quaeſtoriam, in quam ſcribae quaeſtorii referebantur, adeoque in XIV. Ordinibus Equitis inſtar ſediſſe, ſed populum voluiſſe, eum *aliud ſcriptum habere*, nempe ſtigma in fronte, ut ſervis nequam inurebatur. ubi & ultima Scholiaſtae verba mendoſiſſima de ſcripto hoc quaeſtorio emaculat; quae ſic edidit Pithoeus, *Jam autem ſenex in maximis neceſſitatibus, ad quas libidine, luxurieque deciderat, coactus auctionare, cum interrogaret conſcriptum quoque cenſorium venderet, non infacete bonae ſe memoriae eſſe perdita* *. pro quibus Salmaſius, *cum interrogaretur, cur ſcriptum quoque venderet, non infacete, bonae ſe eſſe memoriae, reſpondit*. ubi quod in fine pro *perdita*, quam vocem retinendam puto, ſubſtituat *reſpondit*, mihi nimis recedere a veſtigiis corruptae ſcripturae videtur. & ſic Schursfleiſchius. neque Rutgerſio adſentior legenti, *bonae ſe memoriae praeditum*. Itaque ut reſponſum non inficetius ſit, emendo, *cum interrogaretur, cur ſcriptum quoque cenſorium* (vel *quaeſtorium*) *venderet, non infacete, bonae ſe memoriae eſſe, re perdita, reſpondit*. ut *re* ex ultimis literis vocis *eſſe* petatur, & *reſpondit* poſt *perdita* exciderit. Rutgerſius quidem exponit, ſcribae munus cur vendidiſſet, ſe eo opus non habere, quum memoriâ valeret. & ſic fere Rubenius in Electis Lib. II. c. 28. qui legit *bonae ſe memoriae eſſe praedicavit*. ſe omnia meminiſſe ſine ſcripto. Sed puto in ambiguitate ſcurrilis reſponſi majorem vim eſſe, ut *bonam memoriam* tam de ea facultate, qua nihil obliviſceretur, intelligamus, quam de fama nominis, quod poſt rem perditam quaſi bonae memoriae eſſet, ut *bonae & felicis memoriae* dicuntur qui celebrem nominis famam ad poſteritatem propagant. Sed haec ſatis. Salmaſium vero obſervationem iſtam de ſcripto quaeſtorio & decuria quaeſtoria ſibi ſublegiſſe queritur Valeſ. ad Ammian. Marc. Lib. XXVIII. c. 6. Ultimo hujus epigrammatis verſu minus bene in editione Pithoei *Ruſticine nihil agitis*. jocum autem eſſe ab ambiguo, quo Sarmentum ad axem ſemiuſtalem alligari, & ſarmentis circumdari jubet, ut combureretur, quia alligati axibus ſarmentorum ambitu cremabantur, docet Scaliger in Animadv. ad Euſeb. pag. 197. de *ſarmentis* vide notam Gronovii ad Juſtin. II. 6. 19.

Ep.

Digitized by Google

EP. CXXVIII. *In Caninium Rebilum.* CICERONIS.

Vigilantem habemus conſulem Caninium,
In conſulatu ſomnum non vidit ſuo.

EP. CXXIX. *In Ventidium Baſſum.*

Concurrite omnes augures, aruſpices:
Portentum inuſitatum conflatum eſt recens.
Nam mulos qui fricabat, Conſul factus eſt.

EP.

EP. CXXVIII. *In Caninium Rebilum*] edidit Pith. Lib. II. pag. 77. & Scalig. Lib. I. pag. 218. inter jocos Ciceronis refert Macrob. II. Saturn. cap. 3. licet paullo aliter memoret Trebell. Pollio in XXX. Tyran. cap. 7. ipſe Cicero Lib. VII. ad Fam. Ep. 30. de hoc Caninio: *Nihil eo conſule mali factum eſt. Fuit enim mirifica vigilantia, qui ſuo toto conſulatu ſomnum non viderit.* quod aculeatum Tullii in Caninium dictum pluribus exponit Caſtalio Dec. I. Obſerv. cap. 6. eumdemque Conſulatum Caninii, licet nomine non deſignet, innuit Suet. Caeſ. 76. ubi v. Torrent. & Caſaub. cur autem λογοθεώρητος a Cicerone dictus fuerit hic unius diei conſul, fuſe explicat Lambin. ad Lucret. Lib. V. 149. & Leopard. Lib. III. Emend. cap. 17. Ceterum *Caninius Revilius* apud Macrobium male vocatur, ut hic etiam edidit Pithoeus & Scaliger, ſed *Caninius Rebilus* apud Sueton. Ner. 15. ubi *Rebuli* vel *Rebilii* male in aliis codd. ut notavit Patruus. & ita vocat Tacit. III. Hiſt. cap. 37. apud quem *Caninii Rebili* lectum nomen, ſed ab hoc Conſule diverſi, Lib. XIII. Ann. cap. 30. reponendum putabat Lipſius pro vulgato *C. Aminius Rebius.* ſic *Caninius Rebilus* legatus Caeſaris occurrit apud Caeſ. I. de Bel. Civ. c. 26. ubi in MSS. & edd. etiam *Rebilius.* neque illic *Caninius* mutandum in *Cajus:* idem ſimpliciter *Rebilus* vocatur eidem Lib. II. Bel. Civ. 34. itaque ſic correxi.

v. I. *Vigilantem*] majorem joco emphaſin addemus, ſi *Vigilacem* legamus cum Heinſio, quem vide de hac voce ad Ovid. II. Met. 779. idem apud Corippum Lib. I. pag. 15. legebat,

Hoc ideo fieri vigilax Sapientia juſſit.

pro eo quod editur *vivax.* ſic apud Propert. Lib. IV. El. 7. 15. *vigilacis furta Suburae.* poſt Scaligerum recte vindicavit Broukhuſius, pro *vigilantis*, quem & vide ad Tibull. IV. 6. II. & Savaron. ad Sidon. Apoll. pag. 319. ita paſſim in his adjectivis. vid. Drakenb. ad Silium IV. 235.

2. *In conſulatu ſomnum non vidit ſuo*] dictum eſſe ad imitationem Terent. Heaut. Act. III. Sc. I. II.

Somnum hercle hac nocte oculis non vidi meis.

notavit Petr. Avellan. in Locis Reſtitut. cap. 20.

EP. CXXIX. *In Ventidium Baſſum*] ibidem apud Pith. & Scalig. p. 217. Eſt in illum Ventidium Baſſum, quem tangit Juvenal. Sat. VII. 199.

Si Fortuna volet, fies de Rhetore conſul &c.
Ventidius quid enim? quid Tullius &c.
Servis regna dabunt, captivis fata triumphos.

ubi corruptus eſt Scholiaſtes a Pithoeo editus; qui de eo haec habet: *Ventidius ex * munitione Caeſaris Dictatoris fuit. ut Tullius in Epiſtolis & in Philippicis loquitur.* ubi Heinſius in ora libri ſui tentabat, *ex mutatione Caeſaris Dictator is fuit.* addit enim Gloſſator, Parthicum bellum ei creditum fuiſſe. ego conjeceram *ex mulione Caeſaris Dictator fuit.* ut Caeſaris mulos antea curaverit, & ab eo Conſul factus, atque in bellum Parthicum miſſus fuerit. vel *Ventidius ex mulione, Caeſaris dictator is fuit.* ut *Caeſaris dictator* ſit, qui *Caeſaris legatus* dicitur apud Jul. Caeſar. de B. Civ. dd. ll. vel cum Cel. Oudendorpio ſtatuendum in vulgata lectione, *Dictator is fuit*, excidiſſe *Coſ.* adeo ut fuerit, *ex mulione Caeſaris Dictatoris Coſ. fuit.* ita *Ventidius Mulio* vocatur in Epiſtola Planci ad Cic. X. ad Fam. Ep. 18. infra hoc ipſo Epigrammate, *Nam mulos qui fricabat*, (ſive ut Heinſ. transponebat, *Nam qui fricabat mulos*) *Conſul factus eſt.* & ſic fere Pith. in notulis ad Scholiaſt. p. 215. ita ſeq. Epigrammate in eumdem hunc Ventidium ſcripto; *laeva ſive dextera Strigare mulas, ſive utrumque coeperat.* hiſtoriam hujus Ventidii Baſſi, quomodo ex genere humillimo & ſordidiſſimo quaeſtu a Caeſare & Antonio ad faſtigium dignitatis ſummae evectus fuerit, exponit Gellius Lib. XV. cap. 4. ubi hoc ipſum Epigramma adfert. vide etiam de eo Plinium Lib. VII. 43. & illic notas Harduini.

v. 2. *Portentum inuſitatum*] *inviſitatum* in ſuo codice Gelliano correxerat Broukhuſius, quam vocem paſſim pro altera ſubſtituerunt viri doctl. vid. Meurſ. Crit. Arnob. cap. I. Colv. ad Apulej. p. 93. Salmaſ. ad Flor. I. c. 18. Gronov. ad Liv. XLV. 42. Graev. ad Juſtin. XVIII. I. & ad Suet. Aug. 43. Wopkenſ. Lect. Tullian. III. cap. 8. & ſic apud Liv. Lib. IV. c. 33. *acies inaudita antea inviſitataque.* Flor. Lib. IV. 2. 81. *inviſitatum Caeſaris oculis nefas.* ſic ſcribe. ut ex *oculis* adparet. non *inuſitatum.* Plin. Lib. X. 47. in fine, *inviſitata genera alitum.* ut legi-

Rr tur

EP. CXXX. *De Sabino.*

Sabinus ille, quem videtis hoſpites,
Ait fuiſſe mulio celerrimus:

Ne-

tur in MSS. & ita ſcribendum apud Senec. Epiſt. 104. *inviſitata ſpatia camporum.* & Valer. M. v. 47. *Quid enim tam inviſitatum, quid tam inauditum, quam matrem natae uberibus alitam.* ubi vulgo editur *inuſitatum.* apud Ammian. Marcellin. Lib. XXVIII. cap. 4. legebat etiam Patruus meus, *glires, quorum magnitudo &c. ut antehac inviſitata, laudatur adſidue.* & Lib. XXX. cap. 4. *ſi vero advena quisquam inviſitatum ſibi antea Marcianum verbo tenus queſierit oratorem.* ubi pari errore in vulgatis peccatur.

EP. CXL. *De Sabino*] Plures in Ventidium Mulionem verſus facti ſunt, quorum nonnullos A. Gellius adponit, qui graviter eum perſtringerent. Puto etiam elegantiſſimum Epigramma, quod poſt Luſus in Priapum Virgilii nomine ſcribitur, eumdem accuſare: quamvis enim nomen ejus, in quem factum eſt, poſitum non ſit, ſi quis tamen acute perſpiciet, videbit omnia illa mirifice Ventidio huic convenire. Intelligo Epigramma, cujus initium eſt *Sabinus ille.* quod imitatione nobiliſſimi illius jambi Catulli factum eſt,

Phaſelus ille, quem videtis hoſpites.

elegantis enim ingenii vir, quicumque ille fuit, verbis paene Catulli & ignobilitatem generis, & & ſordidiſſimam artem objecit. Quod Sabinum ipſum appellat, exiſtimo a regione, in qua ortus erat, ita appellatum fuiſſe. nam Gellius Picentem illum tradit, qui populi vicini Sabinis ſunt. Neque repugnat, ut arbitror, quod teſtes adducit, qui Epigramma confecit, Galliae Ciſalpinae civitates ſordium iſtius, & viliſſimae artis, quam tractaverat: quamvis enim in Sabinis ortus eſſet, in Gallia Ciſalpina artem *mulionicam* exercere potuit: aut ſi non in illis locis exercere, illac ſaltem ſaepe iter facere, ut incolae eorum locorum ipſum hunc quaeſtum facientem videre potuerint. Gellius tradit, ipſum curandis mulis victitaſſe: nam quae in fine Epigrammatis exponuntur, de altiſſimo dignitatis gradu ab ipſo occupato, reſpondent felicitati iſtius, & mire quadrant iis, quae ab aliis de ipſo tradita ſunt. Sunt maculae plures in epigrammate, quarum nonnullae facile tolli poſſunt, aliae aegre, ut puto; ſed omnia doctiores acutioreſque viri accuratius conſiderabunt. P. VICTORIUS. Parodia eſt ex Phaſelo Catulli, quem nos olim adoleſcentes totidem jambis puris Graece vertimus. Veterum ludicra exercitatio fuit παρῳδία, ut Archeſtrati verſus ex Homero: & innominati auctoris ex Bucolicis Virgilii:

Tityre, ſi toga calda tibi eſt, quo tegmine fagi?

Item,

Dic mihi, Damoeta, cujum pecus? anne Latinum?
Non: verum Aegonis. Noſtri ſic rure loquuntur.

Quod quia ex vita Virgilii deſumtum eſt, & nihil nocet de tanto auctore ſcire, imo neceſſe eſt ſcire, corrigam locum inſigniter depravatum ex depravata tamen manuſcripta lectione, ſed quae propius abſit a veritate. Igitur ita lego: *Obtrectatores Virgilio nunquam defuerunt. Nec mirum. Nam nec Homero quidem. Prolatis Bucolicis, innominatus quidam reſcripſit Antibucolica, duas modo Eclogas, ſed inſulſiſſime παρῳδήσας. Quarum prioris initium eſt,*

Tityre ſi toga calda tibi eſt, quo tegmine fagi?

ſequentis,

Dic mihi Damoeta &c.

in quibus nullum vulgatae lectionis veſtigium agnoſcas. Adeo omnia perturbata ſunt. Ut etiam *Paro* quidam pro poëta (ſi diis placet) acceptus ſit. Conferant ergo noſtram ex veteri manuſcripta correctam cum vulgata lectione: ac quantum interſit, videbunt. Scripta eſt haec feſtiviſſima parodia in Ventidium Baſſum; qui ex mulione poſt aliquot ſtipendia Praetor, mox Conſul factus eſt, ut haec in illum famoſa oſtendunt:

Concurrite omnes augures, aruſpices,
Portentum inuſitatum conflatum eſt recens.
Nam mulos qui fricabat, Conſul factus eſt.

& contumelioſe dixit Plancus ad Ciceronem: *Ventidii mulionis caſtra proſpicio.* Sed amplius de eo Gellius, Val. Maximus, & Plinius. SCALIGER. Qui primi hanc Parodiam in Ventidium Baſſum ſcriptam eſſe voluerunt, nihil falluntur; omnia enim, quae de illo prodita hodie legimus, eodem conſpirant. De auctore utinam nobis aeque conſtaret. Veriſimile quidem eſt, eum, qui Maronis catalecta collegit, putaſſe omnino Virgilio eſſe adſcribendam. Verum accurata illa diligentia elegantiaque ingenii, quae in Virgilii Bucolicis perſpicue ubique elucet, ut ingenue loquamur, videtur hic interdum poſſe deſiderari. Rem videamus. Si conſarcinatoribus vitae Maronianae, &, qui hic illorum inſtar eſt, Focae Grammatico fidem habemus,

Conſule Pompejo vitalibus editus auris
Et Craſſo tetigit terram Maro.

Hoc eſt anno ab Urb. Cond. DCXXCIII. Ventidius autem Baſſus a Caeſare in XVI. praetoribus adlectus eſt anno ab Urb. Cond. DCCIX. & anno DCCX. in Q. Pedii mortui locum ſuffectus Conſul. quo tempore agebat jam Virgilius aetatis annum XXVII. & XXVIII. Quoniam vero proximum ſequentem annum excepit bellum Philippenſe, & in tertium ſequentem, ideſt, annum ab Urb. Cond. DCCXIII. incidit Conſulatus C. Aſinii Pollionis, quae Bucoli-

Digitized by Google

Neque ullius volantis impetum ciſî
Nequiſſe praeterire: ſive Mantuam
Opus foret volare, ſive Brixiam.
Neque hoc negat Triphonis aemuli domum
Negare nobilem, inſulamve Caeruli:

Ubi

licorum fere occaſio ſunt & argumentum: vero non eſt diſſimile, aut verum potius, quae eadem vigeſcente aetate a Virgilio edita, & cum amicis communicata ſunt, non poſſe ab ingenua elegantia ac diligentia bucolici operis longiter abeſſe. Neque enim temere aut falſo de hac ipſius aetate idem Focas,

Tum, tibi Scironem, Maro, contulit ipſa magiſtrum
Roma potens, proceresque ſuos tibi junxit amicos.
Pollio, Maecenas, Varius, Cornelius ardent,
Et ſibi quisque rapit per te victurus in aevum.

SIXT. OCTAVIANUS.

praecedenti Epigrammati hanc in Sabinum Parodiam Phaſeli Catulliani ſubjunxi, quia Scaligero, Heinſio, & aliis viris eruditis ſcripta videtur in eumdem Ventidium Baſſum, ex mulione Conſulem & triumphalem factum A. V. C. 710. ita enim cenſet quoque Freinshem. ad Florum Lib. IV. cap. 9. §. 6. & ante eum P. Victor. ad Cic. X. ad Fam. Ep. 18. p. 107. ed. Graev. cujus notata ad expoſitionem hujus Epigrammatis illic non tantum legi operae pretium duxi. Tribuitur a nonnullis Virgilio, unde a Scaligero inter Catalecta Virgiliana relatum eſt pag. 89. Pithoeus dedit ſine ullo auctoris nomine Lib. II. pag. 76. & incerti poëtae eſſe parodiam hanc Catullianam dicit H. Stephanus, qui edidit in Parodiis veter. poſt Homeri & Heſiodi Certam. pag. 131. ubi vitioſe *Aufidium Baſſum* vocat, in quem ſcriptum eſt hoc jambicum, ſed quod dein pag. 181. correxit. Legitur etiam cum notis Sixti Octaviani in libello, qui complectitur diverſorum Parodias ex Catulli phaſelo expreſſas, edito Lugdun. 1593. quas propter inſignem opuſculi vix obvii raritatem hic etiam addidi.

2. *Ait fuiſſe mulio celerrimus*] *multo* ed. Venet.

3. *Neque ullius volantis impetum ciſî*
Nequiſſe praeterire] vitioſe in ed. Veneta an. 1480.

Neque ullus volantis impetus eis.

innuit enim nullius ciſii, licet celerrimi, ſeu volantis, impetum potuiſſe praeterire ciſium mulionis Ventidii. vide Scheffer. Lib. II. de Re Vehic. cap. 18. p. 239. & Abramii notas ad Cic. Philip. II. c. 31. p. 558. ubi locum hunc illuſtrant, & de ciſio agunt, quod genus carpenti ſive vehiculi celerioris. cujus nomen corruptum in Gloſſario MS. Voſſiano; nam ubi illic legitur, *Cirſum, Carpentum*, recte Patruus meus corrigebat *Ciſium.* & vitioſe apud Papiam in Vocabulario, *Cyrſum, genus vehiculi.* ubi Scaliger etiam in ſui exemplaris margine *Ciſium* emendavit. & apud eumdem, ubi habetur, *Ciſos, hedera*, idem Scaliger caſtigabat, *Ciſium, rheda.* & ſic reſtituendum Gloſſario MS. Leidenſi poſt Iſidori Etymologias, ubi male *Cirrum, carpentum.* uſos autem ciſio viatores, & birotum fuiſſe docet Meurſ. Exerc. Crit. P. II. pag. 124. & vide Philippi Beroaldi Adnotat. Syllog. II. in Tom. I. Fac. Critic. pag. 230. ubi Ciceronis loco hanc vocem recte reſtituit. formam ejus ex ſarcophago veteri expreſſam dedit Oliver. ad Marm. Piſaur. p. 155. unde celerrimae & levis rhedae genus fuiſſe patet.

4. — *ſive Mantuam Opus foret volare, ſive Brixiam*] Unice mihi videtur ſtudio habuiſſe, ut mulioniam Ventidii ex ipſa rei verae hiſtoria vulgo redderet notiſſimam. Id niſi eſſet, quid Mantua & Brixia facerent ad mulionis celeritatem? quae in phaſelo ſine palmulis & linteo conſtare non poteſt. Huc accedit peculiare hoc fuiſſe tanto viro, ut quoties alium imitatur, ſi quid ab eodem evariet, ejus loco quidquam aliud aut par aut melius a ſe ſubſtituat. quod vero hic affertur, non ſolum deterioris eſt ingenii, ſed etiam inopis. Brixia enim, Mantua, & Cremona, cum in Gallia ſitae ſint, neque longis ſpatiis diſtent, nullos adducit teſtes, quibus credamus Baſſum per tot orbitoſa millia jugum tuliſſe. SIXT. OCTAVIANUS.

5. *Opus foret volare*] *volaret* ed. Venet.

6. *Neque hoc negat Tryphonis aemuli domus*
Negare nobilem] Lege *Et hoc negat*, ut in Catullo. SCALIGER.

Et hoc nec aut Tryphonis aemuli domum &c.

Iſ. Voſſius ad Catull. pag. II. qui in ipſo Catullo legit,

Et hoc nec aut minacis Adriatici
Negare litus.

recte etiam *Tryphonis domum* Salmaſius. Ald. Pith. & Scalig. ed. *domus.* ingenioſe vero N. Heinſius pro *Triphonis aemuli*, conjiciebat, *Triphonis Aemili domum.*

7. *Inſulamve Caeruli*] An per Caerulum intelligit Benacum, qui aſſurgit fluctu marino? per inſulam vero, Sirmionem ejus lacus peninſulam ve-

Ubi iſte poſt Sabinus, ante Quinctio
Bidente dicit adtondiſſe forcipe

10. Co-

nuſtiſſimam, quondam Catulli poëtae, & aliquando etiam, dum fata manebant, SCALIGERORUM PRINCIPUM amoeniſſimum ſeceſſum? An vero eſt id, quod narrat Strabo Lib. VI. fuiſſe quendam Tryphonem cognomine διόδοτον, qui Apameam nobilem Seleuciae Syriae urbem occupavit, ſeſeque regem totius Pieriae declaravit. Qui poſtea cum duabus legionibus Romanis a Baſſo quodam obſeſſus, tandem in deditionem venire coactus eſt. Haec omnia conveniunt Baſſo noſtro, qui & ad illas partes Syriae, & ad Parthos, & Euphraten ſaepius miſſus fuit ab Antonio. Ac inſulae formam habuiſſe Apameam urbem, auctor idem Strabo. De Tryphone vero ex praecedentibus ſatis convenit. Sed non poteſt eſſe. Nam quid faciemus illa voce *Caeruli*? Deinde iſtum Baſſum non Οὐεντίδιον, ſed Κεκίλιον vocat Strabo. An *inſula Caeruli* erit Britannia magna? Nam ſeu mare interius, ſive Oceanus *Caerulum* κατ' ἐξοχὴν vocatur. Varro Marcipore:

Propontis unda, quam liquante Caerulo
Aqua natantem nempe perfundat, cape.

Ad inſulam vero Britanniam ſecutus eſt Caeſarem Baſſus. Nam & Gellius ait ad ultimas usque Gallias cum Caeſare veniſſe eum etiam tum, quum mulio eſſet. *Domus* ergo *Tryphonis* erit, domus Mamurrae. Mamurra enim habuit praedium nobiliſſimum in agro Firmano, ut ait Catullus. Baſſus vero fuit ex eo agro, hoc eſt Picentinus. auctor Gellius. Quare in eo veriſimile eſt mulioniam exercuiſſe Baſſum. Fuit enim illi natale ſolum. Jam *Tryphonis* nomen meruiſſe Mamurram, quem hic noluit nominare Virgilius, quod Cajo Caeſari amicus fuerit, non mirabitur, quisquis ejus luxum cognoſcet ex Catullo. Sic Ptolemaeus unus ex Regibus Aegypti propter luxum τρύφων vulgo cognominatus. auctor Aelianus. Quare hic intelligeretur, Ventidium & in Galliis, & in natalibus Picentinis exercuiſſe mulioniam. An ſuperiora illa omnia falſa ſunt; illud vero, quod ſequetur, certiſſimum? Tryphonem pro nomine mulionis accipiendum: quem idcirco aemulum Ventidii dicit, hoc eſt, ejusdem quaeſtus exercitorem. ſicut & *Caerulum* nomen proprium eſſe, Latinum quidem illud, ſed non Romanarum gentium. Eſt enim nomen ſervi inſularii, hoc eſt cuſtodis inſulae cujuſpiam in urbe. Ergo *inſulam Caeruli*, cujus Caerulus cuſtos fuit. *Inſularium* vocat Ulpianus ſervum inſulae cuſtodem. Salſe ergo hominem notat: utpote quem dicat notum fuiſſe Tryphoni mulioni, & Caerulo inſulario: ac cum eis quaeſtum de mulionia feciſſe. Haec ſine ullo dubio firmiſſima eſt conjectura. SCALIGER.

8. *Ubi iſte poſt Sabinus, ante Quinctio*] Mulas Quinctii mulionis ait totondiſſe: cujus Baſſus fuerit ſubmulio: aut cujus perpetuarium mulum conduxerit. Itaque propterea vocavit eum Cicero *Subfarraneum mulignem*, ut eſt apud Plinium. Nam Quinctius, ut & alii ſerui, ab hero far, & demenſuum accipiebat, a quo rurſus & Baſſus acciperet, tanquam ejus ſubmulio. ut omnino Quinctius fuerit ordinarius mulio: Ventidius vicarius. Sic in Factionibus *Succonditor* appellabatur, qui Conditori parebat. Siquidem *Conditor* ἀλείπτης ἵππων optimus Gloſſarius exponit. De quo & ita in veteribus inſcriptionibus, M. VIPSANIO QUARTIN. SUCCONDITORI. Quanquam ego puto conditores factionum eſſe eos, qui factionem ederent, & miſſus ſuppeditarent. ut Factionum dicerentur Conditores, quemadmodum munerum, hoc eſt gladiatorum editores in vita D. Antonini Pii. legendumque in optimo Gloſſario, *Conditor* ἀλείπτης πίθων. vel, ἀλείπτης, πιττῶν. qui pice illinit cados, quos poſtea condat, & infodiat terrae. Horatius:

—— *Graeca quod ego ipſe teſta*
Conditum levi. ——

Sed ad Ventidium, hoc eſt ad rem. Fuit igitur ſubſarraneus, & ſubmulio Quinctii: & forſan quartarius: quod trientem caperet de toto aſſe quaeſtus, & dodrantem redderet Quinctio, a quo mulas conducebat. SCALIGER. Praeclare N. Heinſius pro *Quinctio* legebat *Equitio*. ita enim in Gloſſis Labbaei, *Equitium*, ἱπποφόρβιον. *Equicium*, συνιππία, ἀγέλη ἵππων. & qui equorum armentum curabat, *Equitiarius* dicebatur. Eaedem Gloſſae, *Equitiarius*, ἱπποκόμος. *Equarius*, *Equipaſtor*, ἱππονομεὺς, ἱπποφορβός. & *Equiſio* vel *Equiſo*, *onis*, ἱπποκόμος.

9. *Bidente dicit attondiſſe forcipe*] Claudicat verſus. Fortaſſe legendum:

Bidente dicit attodiſſe forcipe.

ut ſit *attodiſſe*, ut *attigo*, *pago*. Niſi ſit,

Ait bidente tonſitaſſe forcipe. SCALIG.

Joannes Livinejus, utriusque linguae adprime peritus, conjicit hic legendum, *attotonſe*, ut teſtatur caput v. Lib. III. Antiquarum Lectionum boni illius viri, qui, ut Catullum inquinaret, manu ſiniſtra non belle eſt uſus. SIXT. OCTAVIANUS. Ludovicum Carrionem haec tangunt, qui in ſuis Lectionibus Antiquis teſtatur Livinejum legiſſe *attotonſe*. quomodo & Heinſius margini editionis Pithoenae adſcripſerat: & ſic Voſſius Lib. III. de Analog. cap. 19. ubi de ſimilibus praeteritis agit, & correctionem Livineji prae Scaligerana *attodiſſe*

hic

Comata colla, ne qua ſordidum jugo
Premente dura vulnus ederet juba.
Cremona frigida, & lutoſa Gallia,
Tibi haec fuiſſe, & eſſe cognitiſſima
Ait Sabinus, ultima ex origine.
Tua ſtetiſſe dicit in voragine,
Tua in palude depoſuiſſe ſarcinas,
Et inde tot per orbitoſa millia
Jugum tuliſſe: laeva, ſive dextera
Strigare mulas, ſive utrumque coeperat.

Ne-

hic praefert. *appetiſſe* legebat Salmaſius, & *attondiſſe*, vel *attodiſſe*, verſum ferre non poſſe notaverat. *attodiſſe* etiam Stephanns edidit.

10. *Comata colla, ne qua ſordidum jugo*] Jnbata. *Recutita colla mulae* contra Martiali, τὰ ἀπεσκεπαρμένα. SCALIG. *ne quis orion jugo* ed. Veneta. *ne quis jorion* MSS. Voſſ. unde *corium* If. Voſſius conjiciebat. ſed vulgatam probabat Heinſius, adſcripto Claudiani verſu de cane, *Cum facie laceras demiſſa ſordidus aures.*

11. *dura vulnus ederet juba*] Hoc nos *Panticem* vocari invenimus in illo optimo Gloſſario toties a nobis laudato, ut alibi admonuimus. In eo enim ita ſcriptum fuit: *Pantex*, ἕλκος ἐπὶ τραχήλου κτηνῶν. SCALIG. pro *dura* Heinſius legebat *aduſta*. ut in illo Ovidii Epiſt. IV. 21. ex cod. Ambroſiano, *teneras urunt juga prima juvencos.* ubi in vulgatis *laedunt*. vide illic Patrui notas. Plinius Lib. XXVIII. cap. 15. *equitatu femina teri & aduri.* ſic *urere*, premendo cruciare. Propert. IV. El. 3. 23.

Dic mihi num teneros urit lorica lacertos,
Num gravis inbelles adterit haſta manus?

Ovid. I. ex Pont. Ep. 5. 24.

Subducunt oneri colla peruſtà boves.

Horat. Epod. IV. 3.

Ibericis peruſte funibus latus,
Et crura dura compede.

vide addenda notarum ad Lotich. pag. 663.

15. *Tua ſtetiſſe dicit in voragine,*] Et Catullus: *Ferream ut ſoleam tenaci in voragine mula. Vorago* igitur τὸ τέναγος. SCALIG. *ultima in voragine* ed. Venet. & verſ. ſeq. *Tuas in palude.*

16. *Tua in palude depoſuiſſe ſarcinas*] ἀρχαϊκῶς legendum, *depoſiſſe*. integrum *depoſiviſſe*. Catullus: *Quam mater prope Deliam depoſivit olivam.* SCALIG. ſic utraque Aldi, Pithoei, & Scaligeri editio. qui *depoſiſſe* legit, ut edidit Stephanus. & ſic Heinſ. ut & in illo ſcommatico in Caeſarem, *Galli braccas depoſuerunt.* pro *depoſuerunt*. *depoſiſſe* enim contractum ex *depoſiviſſe*. vide Voſſ. Lib. III. de Analog. cap. 29. ubi id hoc in verſu etiam probat, ut jambo puro ſua conſtet lex. *depoſiviſſe* enim dixerunt antique pro *depoſuiſſe*. vide Muret. ad Catull. carm. XXXIV. pag. 47. b. ed. Ald. & Torrent. ad Sueton. Ner. cap. 42.

19. *Stringere mulas*] Haec non ſunt unius aſſis. Lego: *Strigare mula, laeva, dextera mula*, ut in quadrigis, *laevus, dexter equus. Strigare* dicuntur equi, quoties interquieſcunt. Dictum a *Striga*, quod erat μεταίχμιον, & ſpatium turmarum, in quo equi ſtringebantur. a quo nomen habet, ut docet Chariſius. Hinc factum, ut, quoties interquieſcunt equi, & jumenta, dicantur *Strigare.* Sicut in vulgari ſermone Thuſco, & Germanico *ſtallare* equos dicunt perorigae, quum ad urinam emittendam quieſcunt. Quia quum recenter veniunt in ſtabulum, quod nunc *ſtallum* vocant, tunc fere urinam ſolent emittere. Ergo *Strigare* a *Striga*: quod eſt caſtrenſe vocabulum. Nam etiam Ruſtici *Strigam* vocant in arando ſulcum, qui uno ductu prorſus peragitur in longitudinem. Atque ut *ſtrigare* equi dicuntur in actu intermittendo: ſic cum continuant actum, hoc dicitur *protelo ducere.* Lucillius:

Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri,
Ducere protelo validis cervicibu' poſſent.

protelum enim eſt continuatio, & tenor. Lucretius:

Undique protelo telorum continuato.

in vetere illo Gloſſario: *Protelum*, ἔκλαμπτρον. Lego, ζεύγλαμπτρον, vel ἔξαμπτρον. hoc eſt, ζεύγλης ἀμπρευμα. *Colum* vocari ait Feſtus. Et quod Lucillius dicit *protelo ducere*, eſt ἐξαμπρεύειν Ariſtophani Lyſiſtrata. Sed omittendum non eſt, eodem modo *ſtrigoſum* dictum a Lucillio, non ἰσχνὸν, ut vulgo accipimus, ſed in hanc ſignificationem, hoc eſt, morabundum, & tergiverſatorem. poſtea vero jumenta macilenta ita dicta: quaſi ſtrigare cogantur prae macie, & quia male curata. Ejus verba ſunt:

Hicce ſtrigoſu' bovinatorque, ore improbu' duro.

Neque ulla vota ſemitalibus Deis
Sibi eſſe facta, propter hoc noviſſimum
Paterna lora, proximumque pectinem.

Sed

bovinator enim ibi eſt tergiverſator, ut interpretatur ille apud Gellium: nimirum a bubus, qui in medio actu ſtrigare ſolent, neque uno protelo continuare. Atque haec de verbo *Strigare*. Porro & *Striga* in veteri Gloſſario exponitur ἡ κιμωλία, hoc eſt creta. ab eo, puto, quod ſtringuntur ea veſtimenta apud Fullonem. In eodem Gloſſario *Striga*, λαιστρυγών, καὶ γυνὴ φαρμακίς. Etiam hodie in multis locis Italiae *Strigiam* vocant veneficam mulierem, a Strigibus avibus. quas Plinius ait in diris, & imprecationibus Graecorum eſſe, intelligens, puto, verſus, quibus eas devovebant.

Στρίγγ' * ἀποπέμπειν νυκτιβόαν, τὰν στρίγγ' ἀγελαίαν
Ὄρνιν ἀνώνυμον ἐνθεῖσδ' ὠκυπόρους ἐπὶ νῆας.

& ita verba Heſychii depravata reſtitue: στρίγγες, τῶν νυκτικόρακος, νυκτιφοῖται. καλεῖται δὲ καὶ νυκτιβόα. αἱ δὲ καὶ νυκτικόρακα. Quod Strigas νυκτιφοίτης vocari ſolitas ait, propterea etiam Latini *volaticas* vocabant: In Gloſſis Iſidori: *Harpyiae*, *virgines volaticae*. quod non intelligit, quia eis eſſent alae, ſed ab ea ſignificatione. SCALIGER. *ſive utrumque coeperat* vulgo legimus, pro quo quidam *utrinque* non veriti ſunt edere. Audio etiam eſſe doctiſſimos viros, qui poſt hunc verſum putent alterum deſiderari, hoc vel ſimili ſenſu,

——— *ſive utrumque coeperat*
Et haec & illa conquieſcere in latus.

quod monere etiam videtur ſententia ac numerus verſuum Catulli, quos ſibi auctor exprimendos proponit. Niſi fortaſſe ſuſpicari libeat, ſeribendum *utraque*, media longa, quod Auſonium & alios nullo exemplo auſos fuiſſe vix eſt ut credam. Alioquin ex conjectura non incommode legi poſſet,

—— *ſive utraeque coeperant.* SIXT. OCTAVIAN. *Strigare mulas*, *ſive utraque coeperat* veram lectionem arbitror. *utraque*, ſcilicet *laeva* & *dextera*. & ſic Francius. *Stringere mulas ſive utrumque coeperat* editio Pithoei & Scaligeri. Aldi utraque *Strigere mulas ſive utrumque coeperat.* omiſſa ſecunda litera initiali pro *Stringere*. *Strigare* eſt in antiqua Veneta ed. & ſic Salmaſius & Heinſius legendum adſcripſerant. neque aliter in ſuo cod. MS. ſe repeviſſe teſtatur Fr. Nanſius in notis ad Nonni Paraphraſ. Johan. pag. 38. qui uno inſuper verſu, quem Sixtus Octavianus indicavit, ita etiam ſupplet & emendat:

Strigare mula, ſive utrumque coeperat,
Et haec & illa conquieſcere in latus.
Neque ulla &c.

quem verſum etiam Scriverius editioni Pithoeanae adſcripſerat. Livinejus vero in notis ad Tibull. Lib. IV. pag. 42. profert tamquam ex Priapejis:

——— *laeva ſive dextera*
Rigere mula ſive utrumque coeperat.

vitioſa ſine dubio editione veteri uſus. de verbo *ſtrigare* vide Salmaſ. ad Solin. Tom. I. pag. 56. & Rigaltii aliorumque notas ad Phaedr. Lib. III. fab. 6. 9. & de *ſtrigoſus* vide notata ad Lib. I. Ep. 35. Heinſius etiam conjecerat,

Fricare mulam, utrimque ſive coeperant.

ut in praecedenti Epigrammate de hoc eodem Ventidio:

Nam mules qui fricabat, Conſul factus eſt.

20. *Semitalibus Deis.*] ἐνοδίῳ, καὶ ἐνοδίᾳ. hoc eſt, ἑρμῇ, καὶ ἑκάτῃ. Julianus ὁ παραβάτης in Epiſtolis: ἄξει δέ σε ὁ δημόσιος δρόμος ὀχήματι χρώμενον ἑνὶ, καὶ παρίππῳ. εἰ δὲ χρή τι καὶ ἐπεύξασθαι τὴν ἐνοδίαν εὐμενῆ σοι, καὶ τὸν ἐνόδιον παρακεκλήκαμεν. Sed & alii Dii peculiares ſemitales: quos *Lares Viales* vocat Plautus. Eſt & *Bivia Dea* Arnobio. Nam in ambiviis, & triviis olim carri, & ciſia conducebantur. Varro Marcipore: *Hic in ambivio navim conſcendimus paluſtrem: quam nautici equiſones per viam quam ducerent, loco.* Hinc igitur *Semitales Dii*. Sed & *Dii Vii* poſſunt intelligi: ad quos decumae lucri omnes deferebantur, ut patet ex Epigrammate Fortunae Praeneſtinae: ubi de mercatore decumas Fortunae perſolvente, haec, & de Deo Vio habentur: (ſupra Lib. I. Ep. 80.)

Omnibus hic annis votorum more ſuorum,
Centenas adicit numero creſcente coronas,
Fortunae ſimulacra colens, & Apollinis aras,
Arcanumque Vii. ——

Servius commento VII. Aeneidos, de Praeneſte loquens: *Ibi*, inquit, *erant Pontifices, & Di Indigetes, ſicut etiam Romae.* Lege, *Dii Vii.* Apud Solinum quoque perperam legitur *fratrum Digitiorum.* Lege, *Fratrumm Indigetum Viorum.* In duobus tamen Solini calamo exaratis codicibus, qui ſunt penes Pithoeum noſtrum, eandem ſcripturam corruptam vidi. SCALIGER. vid. Gonſal. ad Petron. cap. CXVII. pag. 193. & cum hac Scaligeri nota confer Voſſium Lib. VIII. de Theolog. Gentil. cap. XI. in fine. quorum ſcrinia ſine more modoque compilavit Otto de Tutel. Viar. cap. IX. pag. 154. & 155.

21. *propter hoc noviſſimum: Paterna lora*] *Lora* τὰ ἰόλκεα, quae vocat Homerus. *Paterna*, ut oſtendat Baſſum πατρόθεν, καὶ ἀνέκαθεν a mulionibus genus ducere. Subintelligendum autem, *dedicat*: ut in illo, *Aeneas haec de Danais victoribus arma.* Semper enim fere in eum ſenſum reticetur ver-

Sed haec prius fuere, nunc eburnea
Sedetque ſede, ſeque dedicat tibi
Gemelle Caſtor, & Gemelle Caſtoris.

verbum. In quo creberrimi ſunt poëtae Graeci. Adponam etiam Epigramma, quod Romae aliquando in peruetuſto, ac paene corroſo marmore vix me legere poſſe memini, In aedibus Maſſaeorum:

Φλαβιανῷ ἥρωι πατὴρ Δᾶος τόδε σῆμα,
Ἐξ ἐπὶ τοῖς δέκ' ἔτη μοῦνα βιωσαμένῳ.
Μοῖρα γὰρ Ἀργολίδος πάτρης ἀπάνευθε Μυρίνης,
Θάψεν, καὶ μοιρῶν εὔνιν ἴδη, κάμετης.

Reticetur enim verbum ἔκτισεν, & ἀνέθετο. & in hoc genere, ut dixi, frequentiſſimi Graeci. SCALIGER. interpretatio eruditiſſimi Joſephi Scaligeri proxime ad verba & ſententiam accedit. Verendum tamen, ne quid aliud lateat. difficulter enim ex iis verbis talem ſenſum elicias. SIXT. OCTAVIAN. *praeter* Salmaſ. acute vero Heinſius haec emendabat hunc in modum,

——— *propter hoc vovet ſimul*
Paterna lora, &c.

Tibi eſſe ſancta ed. Venet.

Ibid. *Proximumque pectinem*] Quid pectine mulioni opus, cujus mularum colla recutita, ut eſt apud Martialem: manni vero detonſi, ut apud Propertium:

Huc mea detonſis avecta eſt Cynthia mannis.

Puto *pectinem* hic non κτένα, ſed τ̀ μάστιγα eſſe. Cui ſimile plectrum citharoedorum. ut — *Et pectine pulſat eburno.* In veteri Gloſſario, *Pecten*, πλῆκτρον. Lucanus — *eburno verbere:* — & *Pectere verberibus* Plauto. Poſſet & legi *ploximum*, non *proximum*. Nam *Ploximum*, ait Feſtus, quo uſus Catullus, Capſum in Ciſio. hoc eſt vulgo, *Tumberellum*. Eſtque tranſpadanum vocabulum. Iſte vero Baſſus & Ciſia duxit, & a tranſpadano poëta inceſſitur. *Ciſium* vero proprium fuit Galliae Ciſalpinae: ut *petoritum* Oſcorum. quod ita dictum, quod quatuor rotas haberet. Nam πέτορα pro τέσσαρα Tarentini dicebant. *Pilentum* vero Thuſcorum. Apud Nonium dictione *Carrum*, ita legito: *Varro ὄνος λύρας: Gallica petorita, carros, adcerras, Tuſca pilenta.* Gallorum etiam fuit *Reda*: ſicut Britannorum *Covinnus*. vetus Gloſſarius: *Covinus*, κάρρον καθεδρωτόν. Belgarum vero *Benna*, qua etiamdum hodie utuntur. Feſtus ait, qui una in eo curru veherentur, *Combennones* dictos. Etiam in eodem Lexico Latinograeco ſcriptum fuit: *Convennit*, συνοχάζει. perperam, pro *Bombennit*. In eodem: *Bennarius*, σκηνάρχης. SCALIGER. Scaligeri conjecturam *ploximumque* refutavit Scheffer. Lib. I. de Re Vehic. cap. 17. pag. 231. qui *proximum* exponit idem ac modo *noviſſimum*, & de *ploximo* agit Lib. II. cap. 18. pag. 233. Heinſius *proximum* jure haereditario exponebat, vel legebat *buxeumque pectinem*. vel *buxinumque*, ut Salmaſ. ad Florum Lib. III. cap. 20. quem vide.

23. *Nunc eburnea*] Nam Praetor, & poſtea Conſul fuit. SCALIGER. vitioſiſſimam codicis, unde expreſſa eſt, ſcripturam exhibet editio Veneta,

——— *nunc eburnea:*
Sed equae ſedes eque dedicat tibi.

Senetque adſcripſerat Heinſ. in marg. ed. Pith. forte quia apud Catullum: — *nunc recondita Senet quiete*. ubi etiam *Sedet quieta* in aliis MSS. & meo codice. Sed vulgata innuit Ventidium antea mulionem jam Conſulem in curuli ſeu eburnea ſella conſpicuum ſedere. ut de Mena Horat. Epod. IV. 16.

Sedilibusque magnus in primis eques
Othone contemto ſedet.

& *ſedere* verbum eſt dignitatis eminentioris ac majeſtatis regiae. vid. Barth. ad Stat. I. Th. v. 321. ut καθῆσθαι Graecis, de imperantibus. vid. Patrui Diſſert. de Jove Fulg. cap. XIV. vel quia *ſedere* proprium de conſulibus, praetoribus & judicibus verbum eſt. de quo vid. Ritterſh. ad Querolum p. 96. & Drakenb. ad Livium III. 46. §. 9.

24. *ſeque dedicat tibi Gemelle Caſtor*] Primum non ſunt hi Dii Semitales: deinde quid Mulioni, qui toto hoc poëmatio deſcriptus eſt, cum Caſtore & Polluce, ut ſeſe illis dedicet? quare dupliciter hic ab archetypo receſſum eſt. Et profecto de induſtria, atque ex rei veritate, ita voluiſſe auctorem, vero verius eſt. Mulio igitur Semitalibus Diis ſuis paterna lora & proximum ſive ploximum pectinem V. S. L. M. Praetor & Conſul Diis Quiritibus, & nominatim Caſtori & Polluci gemellis ſeipſum dedicat. Magiſtratus enim Romanus in ſacrificiis publicis, inter alios Deos, quorum pulvinaria de ſolenni more venerabantur, ſulcbant, *Et Pollucis equum ſuffire ardentibus extis*; ut enim ille canit, de Romae aeternae & Veneris ad viam Sacram delubro loquens,

Illic Alcides ſpoliatis Gadibus hoſpes,
Arcadiae fulvo aere riget: Gemini quoque fratres
Corrupta de matre nothi, Ledaeia proles
Nocturnique equites, celſae duo Numina Romae.

& Horatius in illa vere heroica ode XII Lib. I. Auguſtum Jovi aliisque Romanorum Diis conpoſiturus, non temere hos ipſos inter Herculem & Romulum medios recenſet. Sed nimius ſum in hac re, cum in numiſmatibus Conſularibus Romanorum, fratrum iſtorum effigie, cum adiectione nominis *Roma*, nihil ſit vulgatius. SIXT. OCTAVIANUS.

Ep. cxxxi. *De Maevio, qui tempore Belli Civilis fratrem ignarus interfecit.*

Venerat Eoum quatiens Antonius orbem,
 Et conjuncta ſuis Parthica bella gerens,
Dotalemque petens Romam Cleopatra Canopo:
 Hinc Capitolino ſiſtra minata Jovi.

Hinc

Ep. cxli. *De Maevio qui tempore Belli Civilis fratrem ignarus interfecit*] B. Auguſtinua Lib. II. de Civ. Dei, ut alio bello factum narrat. PITHOEUS. Leguntur haec duo Epigrammata in Scaligeri Catalectis Lib. I. pag. 185. & ſeq. & apud Pithoeum Lib. IV. pag. 189. De Malo Belli Civilia inſcribit vetus Voſſii codex. Lucano tribuebat Scaliger in Schedia MSS. ubi ex antiquo codice duo haec Epigrammata deſcripſerat. Cujuſcumque ſint haec duo carmina, egregium poëtam habent auctorem, & ſcripta ſunt in fratrem a fratre ignaro interfectum tempore belli civilis inter Caeſarem Octavianum & Antonium, & quidem bello Actiaco. Locus Auguſtini, quem innuit Pithoeus, eſt ex Lib. II. de Civ. D. cap. XXV. ubi ſimilem quidem caſum memorat, ſed tamen, quo tempore id ſactum fuerit, non clare exprimit. Verba ejus ſunt: *Jam enim coeperant bella civilia, & aliqua nefandorum praeliorum ſtrages exſecranda praeceſſerat. Jam multos moverat, quod miles quidam, dum occiſo ſpolia detraheret, fratrem nudato cadavere agnovit, ac deteſtatus bella civilia, & ſe ipſum ibi perimens fraterno corpori adjunxit.* ex quo loco neſcio cur Pithoeus colligat, Auguſtinum de alio bello loqui, cum *bella civilia* hic bis memorata non obſcure indicent reſpicere eum ad eamdem, quae his verſibus deſcribitur, hiſtoriam tempore belli civilis inter Octavianum & Antonium. nam quae loca L. Vives & Coqueus in notis proferunt ex Livio, Oroſio, aliisque, ea referenda ad ſimilem hiſtoriam de duobus militibus fratribus, quorum alter in Pompeji, alter in Cinnae exercitu erat, de quo Siſenna in Fragmentis poſt Salluſt. p. 267. ed. Waſſii; *Praelio, quod ad Janiculum adverſus Cinnam pugnatum eſt, Pompejanus miles fratrem ſuum, dein cognito facinore ſe ipſum interfecit.* quae Siſennae verba refert Tacitus Lib. III. Hiſtor. cap. 51. ubi Lipſius in notis ſuis partem hujus Epigrammatis, quod Scaligero deberi dicit, etiam profert, ex quo Almeloveenius inter Epigramm. vet. pag. 4. dimidium, tanquam ineditum Epigramma, vulgavit, cum potius integrum debuiſſet exbibere ex Scaligero & Pithoeo. Tacito conſentit Livius Epitome Lib. LXXIX. *in quo bello duo fratres, alter ex Pompeji exercitu, alter ex Cinnae, ignorantes concurrerunt: & quum victor ſpoliaret occiſum, agnito fratre, ingenti lamentatione edita, rogo ei exſtructo, ipſe ſupra rogum ſe transfodit, & eodem igni conſumtus eſt.* ubi plura in notis ſuis Celeb. Drakenborchius, qui inter alia exempla id utroque hoc Epigrammate etiam illuſtrat: & ſimilem huic hiſtoriam vide apud Valer. Max. Lib. V. cap. 5.

2. *Parthica bella gerens*) *ſigna* Cod. Voſſ. *tela ferens* Heinſ. Francius legebat,

Dum conjuncta ſuis Parthica bella gerit.

3. *Dotalemque petens Romam Cleopatra Canopo,*
 Et Capitolino ſiſtra minata Jovi.]

Dotalem petiit conjecerat Francius. *dotalem Romam* eleganter dixit, ut auctor Elegiae in Obit. Maecen. 54.

Hic modo miles erat, ne poſſet femina Romam
 Dotalem ſtupri turpis habere ſui.

ubi Gorallus inpropria locutione *dotalem Romam* dici inepte cenſebat. vide illic notata. Sidon. Apollin. Carm. V. 456.

Nec ſic Leucadio claſſis Mareotica portu
Actiacas abſcondit aquas, in bella mariti
Dum venit a Phario dotalis turba Canopo.

adumbrata autem haec videntur ex egregiis illis Propertii verſibus Lib. III. El. 9. 31.

Conjugii obſcoeni pretium Romana popoſcit
 Moenia, & addictos in ſua regna patres. &c.
Scilicet inceſti meretrix regina Canopi,
 Una Philippeo ſanguine inuſta nota,
Auſa Jovi noſtro latrantem opponere Anubin,
 Et Tiberim Nili cogere ferre minas.
Romanamque tubam crepitanti pellere ſiſtro. &c.

ubi *ſiſtro tubam Romanam pellere*, & *Anubin Jovi opponere* Cleopatram dicit, ut hoc loco *Capitolino Jovi ſiſtra minari.* Ovid. XV. Met. 826.

Romanique ducis conjux Aegyptia taedae
Non bene fiſa cadet, fruſtraque erat illa minata
Servitura ſuo Capitolia noſtra Canopo.

Lucanus Lib. X. 64.

Heſperios auxit tantum Cleopatra furores,
Terruit illa ſuo, ſi fas, Capitolia ſiſtro,
Et Romana petit inbelli ſigna Canopo.

cle-

Hinc invicta Deo fidebat Caeſare Roma:
Quae tunc paene ſuo pondere lapſa fuit.
Deſerta eſt tellus. claſſis contexerat aequor.
Omnia permiſti plena furoris erant.
Fratribus heu fratres, patribus concurrere natos,
Inpia ſors belli, fataque ſaeva jubent.
Hic generum, ſocerumque petit. minimeque cruentus
Qui fuit, hic ſparſus ſanguine civis erit.
Maevius a caſtris miles melioribus auſus
Hoſtilem ſaltu praecipitare ratem,
In damnum felix, & victor, ut inpius eſſet
Neſcius, occiſo fratre ſuperbus erat.
Dum legit exuvias, hoſtiliaque arma revellit,
Fraternos vultus, oraque maeſta videt.

Quod

eleganter Horatius Epod. IX. v. 11. & ſeqq.

Romanus (eheu poſteri negabitis)
Emancipatus feminae
Fert vallum, & arma miles, & ſpadonibus
Servire rugoſis poteſt,
Interque ſigna turpe militaria
Sol adſpicit Canopium.

vide Florum Lib. IV. cap. XI. §. 2. & illic Freinshemii notas. qui recte in loco Propertii etiam adfert *Conjugii obſcoeni pretium*. non *Conjugis*, quod merito ibidem adſeruit Broukhuſius in notis, & ad Lib. III. El. 7. 57. probantque Gronov. Lib. II. Obſerv. cap. 25. notae N. Heinſii ad Ovid. Epiſt. VI. 146. & Graevii ad Juſtin. Lib. I. cap. 7. in fine.

6. *Quae tunc paene ſuo pondere lapſa fuit*] lege cum Heinſio *ruit*. Horatius Lib. III. od. 4. 65.

Vis conſili expers mole ruit ſua.

Idem Epod. XVI. 2. *Suis & ipſa Roma viribus ruit.* Ovidius II. Triſt. 86.

Lapſa ſuo quondam pondere tecta ruunt.

ut legit Heinſius, pro *Ipſa*. quod hoc loco firmatur. apud Claudian. Lib. I. de Laud. Stil. 334. recte ex MS. idem emendat Heinſius, *Conſilio ſletit ira ruens.* & apud Propertium Lib II. El. 7. 30.

Et Thebae ſteterunt, altaque Troja ruit.

non *fuit*. eumdem vide in notis ad Ovid. Rem. Am. v. 66. ſic in Epigr. de Romae ruina apud Pith. Lib. III. pag. 84.

Quorum conſiliis praecipitata ruis.

ubi male *jaces* apud Mabillonium. Propertius Lib. III. El. I in fine, de Mauſoleis aliiſque monumentis ſuperbis,

Aut illis flamma aut imber ſubducet honores,
Annorum aut ictu pondera victa ruent.

ubi *jacent* iidem pro gloſſa in meo codice. ſed forte legendum & diſtinguendum,

Annorum aut ictu, pondere victa, ruent.

nam *pondere* illic in codd. Leid. Voſſ. Dorv. & meo legitur. ſic in d. l. Ovidii,

Lapſa ſuo quondam pondere tecta ruunt.

Martialis Lib. I. Ep. 83.

Victa *eſt* pondere *cum ſuo repente* &c.
Secura ruit *incruenta damno.*

quo loco recte Cortius illuſtrat illud Plinii Lib. VI. Ep. 16. de pinu annoſa: *Dein ſeneſcente eo deſtituta, aut etiam pondere ſuo victa.* *victa* autem *pondere* eſt *lapſa*, ut in hoc & Naſonis loco, temporis injuriis & ſitu deſtructa. vide Patrui notas ad Petron. cap. 83. ubi locum Propertii adfert ita ut vulgo legitur. & ad Valer. Fl. Lib. I. v. 831. ubi tamen *pondere feſſam* materiem mundi quod vocet Valerius, ut paullo ante *molem victam*, hanc conjecturam firmat.

11. *Hic generum ſocerumque petit*] optime Scaliger in prima edit. & Pithoeus in margine, *Hic generum, ſocerum ille petit.* quod firmatur a codice Voſſiano. proximo verſu *civis erat* idem codex pro *erit*. Heinſius tentabat, *Qui fuerat ſparſus.* vel, *Qui fuit adſperſus.* aut, *Qui furit, adſperſus ſanguine civis erat. Qui fuit, heu ſparſus* malebat Cel. Oudendorpius, ut ſupra *Fratribus heu fratres* &c.

13. *Maevius a caſtris*] *e tranſtris* recte conjiciebat Heinſius.

14. *Hoſtilem ſaltu*] *ſaltus* cod. Voſſ. unde Heinſius, *Hoſtilem in ſaltus*. id eſt *in hoſtilem ratem ſaltus praecipitare*. illuſtrabunt hunc verſum notata Mercerio ad Nonium Marcellum pag. 167.

17. *Dum legit exuvias*] *exuvius* in Voſſiano. *atque hoſtibus arma revellit* tentaverat Heinſ. ſed poſtea induxerat ſequenti verſu *oraque maeſta* ſuſpectum erat Heinſio. & puto rectius Francium legere, *oraque nota videt* & ſic adfert Lipſius in notis ad Tacit. apud quem ſequens diſtichon non legitur.

Quod fuerat virtus, factum eſt ſcelus. haeret in hoſte
Miles: & e manibus mittere tela timet.
Ille ferox; quid lenta manus nunc denique ceſſes?
Juſtius hoſte tibi qui moriatur adeſt.
Fraternam res nulla poteſt defendere caedem.
Mors tua ſola poteſt. morte levanda tua eſt.
Scilicet ad patrios referens ſpolia ampla penates,
Ad patrem victor non potes ire tuum.
Sed potes ad fratrem: nunc fortiter utere telo.
Inpius hoc telo es. hoc potes eſſe pius.
Vivere ſic poteris? potuiſti occidere fratrem.
Neſciſti. ſed ſcis. haec mora culpa tua eſt.
Viximus adverſis, jaceamus partibus îsdem.
Dixit: & in dubio eſt, utrius enſe cadat.
Enſe meo moriar maculatus caede nefanda?
Cui moreris, ferrum quo moriare, dabit.
Dixit, & in fratrem fraterno concidit enſe.
Victorem & victum condidit una manus.

Ep.

19. *haeret in hoſte Miles, & e manibus*] *Mutus, & a manibus* Heinſ. ego nihil mutandum arbitror.

21. *nunc denique ceſſes*] *ceſſem* cod. Voſſ. ſed alterum praefero. ita enim Oedipus apud Senecam in Phoeniſſ. v. 91.

——— liceat ulciſci patrem
Adhuc inultum. dextra quid ceſſas iners
Exigere poenas?

Epigr. ſeq. v. 10.

Ceſſas? ad facinus quam modo fortis eras?

ſic de Catone moribundo ſupra Epigr. 51. *Dextera quid dubitas?* ubi vide. *ceſſare* autem eleganter pro minus audere, lentum eſſe. Seneca Herc. Oet. 840.

Quid, anime, ceſſas? quid ſtupes factum ſcelus?

Ovid. II. Am. 9. 12.

Pigra reluctanti ceſſat in hoſte manus.

& pro negligenter aliquid, vel nihil agere. Virg. VI. Aen. 51.

——— ceſſas in vota preceſque,
Tros, ait, Aenea? ceſſas?

ubi vide Servium, Rutgerſii notas ad Horat. pag. 432. & Patruum ad Ovid. III. Triſt. 7. 26.

24. *morte levanda tua eſt*] *luenda* conjecerat Heinſius. vel *pianda*. ut apud Ovidium VIII. Met. 483. *mors morte pianda, In ſcelus addendum ſcelus eſt, in funera funus.* vel potius *luenda*, quod vulgatae lectioni propius inſiſtit. ut *fulgur piaculis luendum* Gellio Lib. IV. 5. 6. in Priapejis carm. 67. *hac poena culpa luenda tua eſt.* ubi eadem varietate etiam *levanda* in cod. Wittiano.

25. *Scilicet ad patrios* & ſeq.] hi verſus usque ad v. 33. *Viximus adverſis* &c. non leguntur apud Lipſium.

28. *Impius hoc telo es, hoc potes eſſe pius.*] corrige cum Heinſio,

Impius hoc telo es, quo potes eſſe pius.

imitatus eſt Maximianus El. III. v. 68.

Impius huic fueris, ſi pius eſſe voles.

ubi male in cod. Voſſ. *ſi bonus eſſe velis.*

29. *Vivere ſic poteris*] *ſi* cod. Voſſ. *qui poteris* Heinſ.

31. *jaceamus partibus iſdem*] *idem* Voſſ. cod.

33. *Enſe meo moriar maculatus caede nefanda*] *jaculatus morte nefanda* in cod. Voſſ. *maculato* margo Scaligeri & Pithoei. & ſic adfert Lipſius. optime. ideo enim ſuo enſe mori non vult, ſed fraterno. idque etiam praeferebat Cl. Oudendorpius.

34. *Cui moreris*] *memor eris* Voſſ. cod.

36. *Victorem & victum condidit una manus*] *victam* Voſſ. cod. *condere* & *collocare feras* Martiali eſt conficere, ut notaverat Scaliger. hic tamen cum Patruo meo emendandum puto, *conficit una manus.* *conficere* enim proprium eſt arenae verbum, a gladiatoribus deſumtum. vid. Pricaeum ad Apulej. pag. 473. & notas ad Sueton. Ner. cap. 29. ſic *vulneribus confecti* de gladiatoribus apud Cic. II. Tuſc. Q. cap. 16. & de Jul. Caeſare apud Valer. Max. Lib. I. cap. 7. §. 2. Virgil. XI. Aen. 824. *nunc vulnus acerbum Conficit.* inde *confectores* dicti, qui ad mortem depugnabant. vid. Scalig. ad Manilium p. 386. ed. Boecl. & *confectores ferarum*, qui Graecis poſterioribus κομφέκτωρες, *carnifices.* vide Ros-

vi-

EP. CXXXII. *Item de eodem.*

Siccine conponis populos, Fortuna, furentes?
Ut vinci levius, vincere ſit gravius?
Occiſum credens gaudebat Maevius hoſtem.
Infelix fratris ſanguine laetus erat.
Nec licuit non noſſe ſcelus, dum membra cruenta
Nudat, in exuvias incidit ipſe ſuas.
Et ſcelus, & fratrem pariter cognovit: & amens
Hoc age, ait. majus nunc tibi reſtat opus?
Vincere victorem debes, defendere fratrem.
Ceſſas? ad facinus quam modo fortis eras?
Terram, jura, deos, bellum jam polluit ipſum.
Quod civile fuit, ſit quoque culpa gravis.
His manibus patriae tu jam pia ſigna requiris
Miles, in Antonî dignior ire rates?
Eripuit virtus pietatem. reddere virtus
Debet. qua rapuit; hac reparanda via eſt.
Quid moror abſolvi? dixit: gladioque cruento

In-

weydi notas ad Martyrolog. pag. 225. Ceterum *Victorem & victum* hic eleganter jungit, ut ſeq. Epigr.

Vincere victorem debes, defendere fratrem.

& in fine paullo poſt,

Et victor victo non ſupereſſe velit.

de quo vide ad Repoſiani carmen de concub Mart. & Ven. v. 78. Lib. 1. carm. 72.

EP. CXXXII. *Item de eodem.*] ſic Schedae Scaligeri. a ſuperiori non diſtinguit cod. Voſſ. in quo verſ. pr. *furentis* & verſu quarto forſan melius,

Infelix fratris vulnere laetus erat.

5. *Nec licuit non noſſe ſcelus*] in cod. Voſſ. & Scaligeri Schedis:

Nec licuit non noſſe: ſenex dum membra cruenta &c.

ubi Francius correxerat *ſenis.* ſed Heinſ. legebat, *Nec licuit non noſſe nefas. cruenti* in cod. Voſſ. unde *ruenti* Heinſius, qui totum hoc diſtichon ita diſtinguebat,

Nec licuit non noſſe ſcelus (vel *nefas*)*: dum membra cruenta*
Nudat in exuvias, incidit ipſe ſuas.

8. *majus nunc ubi reſtat opus*] ſic ed. Pith. & Scalig. ſed bene Heinſius & Francius conjecerant, *nunc tibi reſtat opus.* quod a codice Voſſiano firmatur. ideoque in textum recepi.

12. *fit quoque culpa gravis*] *ſic* cod. Voſſ. *fit* Francius.

13. *tu jam pia ſigna*] *tam* Voſſian.

14. *in Antonî*] ſic recte Heinſ. & Franc. *Antonii* contra metrum in ed. Scalig. & Pith.

15. *Eripuit virtus pietatem. reddere virtus Debet, qua rapuit* &c.] haec ita conſtituebat Heinſius,

Eripuit virtus pietatem. reddere rurſus
Debet, quam rapuit, haec reparanda tibi eſt.

ſed recte in ed. Scalig. *qua rapuit, hac reparanda via eſt.* nam in Pith. ed. *haec reparanda.*

17. ——— *gladioque cruento*
Incubuit, jungens fratris ad ora ſua.] *ſuo* in cod. Voſſ. turbata haec nonnihil ſunt, & ſtructura verborum intricatior. quae aperta erit, ſi cum Heinſio legamus,

——— *gladioque cruento*
Incubat, os jungens fratris ad ora ſuum.

non diſſimilis confuſio apud Albinovan. Epiced. Druſ. v. 34.

Collaque & hoc oculos illius ore premam.

ſic enim recte Heinſius. male in aliis, *hos oculos illius*, vel, *os oculosque illius ore premam. ad ora*, ut in illo Propertii Lib. 1. El. 3. 16. ex reſtitutione J. Fr. Gronovii,

Oſculaque admota ſumere ad ora manu.

licet hic alio ſenſu dicatur de eo, qui moriens ſuper fratris cadaver cadit, & ori ejus ultima & fatalia oſcula jungit. ita enim ſaepe de iis, qui ſuper cadavera vel reliquias illorum, quos in vita dilexerant, procumbentes moriebantur. ut de Thisbe ſu-

Digitized by Google

Incubuit, jungens fratris ad ora ſua.
Sic, Fortuna, regas ſemper civilia bella,
Ut victor victo non ſupereſſe velit.

EP. CXXXIII. *Senarii, viri Illuſtris.*

Ille ego ſum mundi quondam ſine fine viator
Senarius, membris tumulo, non nomine, clauſus;
Principis invicti ſemper ſublimis amore;
Cujus in orbe fui vox regum, lingua ſalutis,
Foederis orator, pacis via, terminus irae,
Semen amicitiae, belli fuga, litibus hoſtis.
Novit & hoc Oriens, hoc ultimus axis Iberi,
Hoc ſcit bruma rigens, ſcit & Africa ſolibus uſta.

Bis

ſuper exanimem Pyramum procumbente Ovid. IV. Met. 139.

Et laniata comas, amplexaque corpus amatum,
Vulnera ſupplevit lacrimis, fletumque cruori
Miſcuit, & gelidis in vultibus oſcula figens,
Pyrame, clamavit &c.

ſic de Indis feminis Propert. III. El. XI.

Gaudent victrices, & flammae pectora praebent,
Inponuntque ſuis ora peruſta viris.

& apud Statium Lib. VI. Theb. v. 25. de Eurydice in exequiis Archemori:

Orba parens, laceraſque ſuper procumbere nati
Reliquias ardet, toties que avulſa refertur.

& vide eodem ſenſu expoſitum alium Statii locum a Gronovio in Diatrib. Stat. pag. 336.

20. *ut victor victo non ſupereſſe velit*] *ne ſupereſſe* Heinſ. *nec* Francius.

EP. CXXXIII. SENARII. *Ille ego ſum mundi quondam ſine fine viator* &c.] Elogium eſt Senarii. Hic eſt ille Senarius, qui variis legationibus functus eſt & auctus dignitate Comitis privatarum a Theodorico Rege Gothorum. vide Caſſiodor. IV. Variar. Ep. 3. & 4. SCRIVER. Carmen hoc habet Pithoeus Lib. III. pag. 108. & profert Sirmondus ad Avitum Viennenſ. pag. 32. cum hoc titulo SENARII V. I. COMITIS PATRIMONII ET PATRICII EPITAPHIUM. ubi in verſu quinto habet,

Foederis orator, pacis via, litibus hoſtis.

omiſſo verſu ſexto.

4. *vox regum*] argute Juretus noſter *legum* potius vocem de quaeſtore dictam conjicit. Sic enim & a Caſſiodoro appellatur Lib. VIII. Var. Epiſt. XIII. De eo etiam magiſtratu apud Rutilium legas,

Primaevus meruit principis ore loqui.

& apud Claudian. de Conſ. Theodori v. 37.

——— *terris edicta daturus*
Supplicibus reſponſa venis: oracula regis
Reſponſo crevere tuo; nec dignius unquam
Majeſtas meminit ſeſe Romana locutam PITHOEUS.

vox legum hic emendavit Juretus in notis ad Symmachum Lib. I. Epiſt. 17. pag. 20. ubi de hoc Senario agit. quia id proprium de quaeſtore, ut Pithoeus notat. ſic in carmine Severi de Cicerone infra,

——— *ille Senatus*
Vindex, ille fori, legum, juriſque, togaeque
Publica vox.

ut diſtinguendum & emendandum illic videbimus. ubi plura. ſic paſſim mutantur hae voces. ut apud Lucan. VI. 301.

——— *felix ac libera Regum*
Roma fores, juriſque tui.

ut in libris ſuis invenit Modius. & ex quinque Heinſii codicibus correxit Patruus meus ad Ovid. Epiſt. I. 80. ut Dictatores, Triumviros, & Imperatores intelligat. vulgo *libera legum.* quod tamen tuetur Heinſ. ad Virg. X. Aen. v. 154. & ſic in alio Lucani loco apud eumdem Heinſ. ad Claud. III. de Laud. Stil. v. 136. quem & vide Lib. I. Adverſ. cap. 16. p. 164. & Patrui notas ad Valer. Flacc. I. 515. hoc tamen loco *Regum vox* defendi poteſt, cum ſaepe quaeſtores dicantur Principis aut Regis ore loqui, vel potius Reges quaeſtoris ore. vide Sitzman. & Barth. ad Rutilii locum, a Pithoeo indicatum, Lib. I. v. 171. ubi hunc ipſum verſum proferens *vox regum* exhibet. & adde Forſtneri notas ad Caſſiodor. p. 276. Porro *Foederis orator* hic eſt legatus, qui cauſſidici inſtar agit, ut pacem libertatemque tueatur. ſic alibi in his Epigrammatibus. Epitaphio Helvidii, *cauſſarum orator honeſtus.* vide Juret. ad Symmach. pag. 205.

8. *Africa ſolibus uſta*] ſic de Hercule Propert. IV. 9. 46. *Libyco Sole peruſta coma.* idem Lib. IV. El. 3. 10.

Uſtus & Eoo decolor Indus equo.

ideſt Eoo Sole. nam male illic in plurimis codd.

Eoa

Bis denas & quinque ſimul legatio noſtra
Signat in orbe vias, & numquam ſtrata labore.
Curſus erat volucer: namque anno pervigil uno
Bis maris Oceani, bis Pontica litora vidi,
Europamque Aſiamque; ſequens duo limina mundi.
His etiam meritis ſociavimus agmen honorum.
Aulica quippe Comes rexi patrimonia clarus,
Et mea patricio fulſerunt cingula cultu.
Me pietas, me ſancta fides, me fovit honeſtas.
Secla canant titulos, nam moribus aſtra tenemus.

Ep.

Eoa aqui. ſed alterum recte adſeruit Broukhuſ. quod firmat locus Tibulli Lib. II. El. 3. 59.

Illi ſint comites fuſci; quos India torret,
Solis & admotis inficit ignis equis.

vid. ad Lotich. II. El. XI. 42.

10. *legatio noſtra Signat in orbe vias, & numquam ſtrata labore*] lege cum Heinſio, *& numquam fracta labore.* paſſim enim has voces commutatas fuiſſe patebit ex notis Patrui mei ad Lucan. Lib. III. 472. & ad Claudian. IV. Conſ. Hon. 318. ſic apud Auſon. Ep. 3. *ſtratos periiſſe Suêvos.* ubi *fractos* in cod. Tillano legi teſtatur Vinetus.

13. *Europamque Aſiamque ſequens*] melius *ſecans.* PITHOEUS. recte, ideſt diviſionem faciens totius fere orbis. ut paullo ante *legatio noſtra Signat in orbe vias.* Europam enim atque Aſiam ſaepe apud veteres, poëtas praeſertim, pro toto terrarum orbe invenias, unde hic *duo limina mundi* vocat; proverbiali quaſi locutione. quam illuſtrat Meurſ. ad Theocrit. p. 111. & Colerus ad Salluſt. p. 407.

15. *Aulica quippe comes rexi patrimonia clarus,*
Et mea patricio fulſerunt cingula cultu.]

Intelligi Comitem ſacrarum largitionum obſervavit Lindenbrogius in Gloſſar. ad Codic. Leg. Antiq. in *Comes Patrimonii* pag. 1379. & ad Magnonis Notas p. 203. poſt Valerium Probum de Notis Rom. ab eo editum. de qua dignitate vide notas doctorum ad Claudian. de Mallii Theod. Conſ. v. 38. & Jac. Gothofred. in Notit. Dignit. Cod. Theod. pag. 17. Ceterum Senarius hic ſe *patricium* gloriatur, quod an ipſi conveniat, dubitari poſſet, ſi verum ſit, quod ſcribit Wilthemius in Adpendice Diptychi Leodienſis, qui negat Patricios dictos, niſi poſt depoſitum Conſulatum, quem jam geſſiſſe Senarium, adeoque Conſularem fuiſſe, hoc ſaltem Epigrammate non docemur; in quo tamen ceteros honores, quibus inſignis fuit, recenſet: unde in titulo hujus Epigrammatis a Sirmondo prolato Senarius tantum vocatur VIR ILLUSTRIS, COMES PATRIMONII, ET PATRICIUS. nulla Conſulatus mentione facta. Sed ſive Conſul fuerit, ſive Conſulatu defunctus, *Patricius* tamen dici potuit etiam ante Conſulatum, vel ipſo Conſulatus ſui anno, quia aeque Conſules ac Conſulares *Patricii* dicuntur in vetuſtis monumentis. ita apud Gruterum pag. CCCLXXXI. 3. L. CAESONIUS C. FIL. QUIRINA. LUCILLUS MACER RUFINIANUS CôS. & mox, ELECTUS IN FAMILIAM PATRICIAM. niſi volumus coſ. ibi deſignare CONSULAREM. ut pag. CLI. 6. CL. POSTHUMUS DARDANUS V. INL. ET PATRICIAE DIGNITATIS EXCONSULARIS PROVINCIAE VIENNENSIS. & pag. CLII. 8. ubi Theodoriciani temporis inſcriptio occurrit, in qua CAEC. MAV. BASILIUS DECIUS V̄C. ET INL. EXPF. URB. EXPPO. EXCONS. ORD. PAT. ubi EXPPO. ut in marmore legitur, ſignificat EX PRAEF. PRAETORIO. ſic pag. CLXI. 1. Narſes EX. CONS. ATQUE PATRICIUS dicitur. & pag. MLI. 8. AELIUS CONSTANTIUS VIR CONSULARIS COMES ET MAGIST. UTRIUSQ. MILITIAE ATQ. PATRICIUS vocatur. & pag. MLXXVI. 2. Romae in Laterano: FL. FELIX. V. C. MAGISTER UTRIUSQUE MILITIAE PATRICIUS ET CONS. ORD. hoc eſt Conſulatu ordinario defunctus. quamquam & filii eorum, qui Conſules ordinarii & patricii fuerant, jure hereditario Patriciatus titulum ſibi vindicaſſe videantur. Sic Aſterius in Codicis Medicei Virgiliani, & Seduliana Inſcriptione PATRICIUS dicitur, quod in Diptycho non adparet, vid. Wilthem. pag. 9. qui tamen honor eſſet maximus, immo & Conſulatu ipſo praelatus. hinc de Eutropio Claudianus Lib. I. v. 109.

——— Eous rector Conſulque futurus
Pectebat dominae crines, & ſaepe lavanti
Nudus in argento lympham geſtabat alumnae.
Et cum ſe rapido feſſam projecerat aeſtu,
Patricius roſeis pavonum ventilat alis.

ubi *Patricius* futurus Conſul vocatur. ſed plura non admittit notarum harum ratio. vide Noris. ad Cenotaph. Piſ. Diſſ. IV. pag. 444. & N. Heinſii Diſſertationem de Virg. Cod. Mediceo pag. 40. quam majori Maronis editioni praefigendam curavi.

18. *nam moribus aſtra tenemus*] forte imitatur Propertium Lib. IV. El. XI. in fine.

Moribus & coelum patuit: ſim digna merendo,
Cujus honoratis oſſa vehantur avis.

Ep. cxxxiv. *M. Petilii Proceſſi, Cauſſidici Romani, ſedis Praetorianae Togati.*

Poſt mortem ſi vivit amor, ſi gratia priſca
Durat in arcanum mentis adacta bonum;
Quamvis luctificum, fratris tamen accipe carmen,
Ne male ſit tumulis extera lingua tuis.
Te Natura parens omni depinxerat arte,
Moribus, ingenio, corpore, mente, fide,
Purus amicitiae cultor, ſervator honeſti,
Eloquio miſeros vel pietate fovens.
Hinc eſt quod toto ſemper te flebimus aevo,
Quod fuerit juveni vis tibi multa ſenis.
Te genetrix, fratresque ſimul, te compare luctu
Perpetuis lacrimis plangit amata domus.

Ep. cxxxv. *De Boëthio.*

Maeoniae & Latiae linguae clariſſimus, & qui
Conſul eram, hic perii miſſus in exilium.
Et quid mors rapuit? probitas me vexit ad auras:
Et nunc fama viget maxima, vivit opus.

Ep. cxxxvi. *Gerberti Epiſcopi Ravenn. poſt Pontif. Rom. ſub Ottone III. Imp. de Boëthio.*

Roma potens dum jura ſuo declarat in orbe,
Tu pater & patriae lumen, Severine Boëthi,
Conſulis officio rerum diſponis habenas,
Infundis lumen ſtudiis, & cedere neſcis
Graecorum ingeniis; ſed mens divina coërcet
Imperium mundi. gladio bacchante Gothorum

Li-

Ep. cxxxiv. *M. Petilii Proceſſi, Cauſſidici Romani., ſedis Praetorianae Togati*] Legitur in Inſcriptionibus Baſilicae D. Pauli Romae editis pag. 30. & profert Sirmond. ad Ennod. pag. 84. & Caſtalio ad Rutil. Lib. I. v. 49. Obiit autem hic M. Petilius Probo Juniore Conſule A. V. 513. vid. Baronium in Annalib. ad illum annum.

Ep. cxxxv. *Maeoniae & Latiae linguae clariſſimus &c.*] ſine ullo titulo edidit Pithoeus Lib. III. p. 108. ſed recte Opitius & Heinſius Boëthii eſſe, exemplaribus ſuis adſcripſerant: illius nempe, cujus aureum habemus Conſolationis Philoſophicae opus, quod ultimo verſu indicatur. & Renatus Vallinus in vita Boëthii prope finem exhibet ut Epitaphium Boëthe & ſepulcro, quod Ticini in aede Auguſtini etiamnum viſitur. quod firmat Mabillon. in Muſeo Ital. Tom. I. pag. 218. qui teſtatur id haberi Ticini in Baſilica S. Petri, ibique jacere Boëthium ad gradus Sanctuarii, arca lapidea ſuper quatuor columnas erecta. ſed apud illum primo verſu legitur, *Maeonia & Latia lingua clariſſimus.* ut & apud Vallinum, & Sirmond. ad Ennod. p. 39. dein v. 3. *Ecquid* apud Mabillon. *Sed quid* Heinſius.

Ep. cxxxvi. *Gerberti Epiſcopi Ravenn. poſt Pontif. Rom. ſub Ottone III. Imp. de Boëthio*] apud Pith. Lib. II. pag. 65. initium hujus Epigrammatis ſub Gerberti auctoris etiam nomine profert Sirmond. ad Ennod. Lib. VIII. Epiſt. I. ubi multa de Boëthio.

9. *ſummas qui praegravat artes*] *ſumma qui prorogat arte* optime legebat Cl. Schraderus.

Ep.

Libertas Romana perit; tu Conſul & exul
Inſignes titulos praeclara morte relinquis.
Nunc decus imperii ſummas qui praegravat artes;
Tertius Otto ſua dignum te judicat aula,
Aeternumque tui ſtatuit monumenta laboris,
Et bene promeritum meritis exornat honeſtis.

EP. CXXXVII. SYMMACHUS *de Boëthio.*

Fortunae & virtutis opus, Severine Boëthi,
 E patria pulſus non tua per ſcelera;
Tandem ignotus habes qui te colat, ut tua virtus;
 Ut tua Fortuna promeruitque Sophos.
Poſt obitum dant fata locum, poſt fata ſuperſtes
 Uxoris propriae te quoque fama colit.

EP. CXXXVIII. *Helpes uxor Boëthii.*

Helpes dicta fui, Siculae regionis alumna,
 Quam procul a patria conjugis egit amor.
Quo ſine maeſta dies, nox anxia, flebilis hora;

Nec

EP. CXXXVII. *Symmachus de Boëthio*] ex veteri codice ineditum hoc protulit Barth. Lib. LVI. Adverſ. cap. 10. ubi & aliud Rhabani de Boëthio addidit. & e Barthio habet Almelov. pag. 45.

EP. CXXXVIII. *Helpes uxor Boëthii.*] Epitaphium Elpidis, uxoris Boëthii, diſtichorum ſex, editum nuper ex veteri ſcheda a Joan. Wegelino Auguſtae cum Boëthii libris de Differentiis Topicis. SCRIVER. Uxoris Boëthii Helpidis hoc Epitaphium eſſe, hactenus crediderunt viri docti. Pithoeus certe hunc titulum, ut dedi, HELPES UXOR BOETHII inſcripſit Lib. III. pag. 115. ſed quatuor verſibus tantum abſolvit, qui primum quartumque diſtichon conſtituunt. & ſic edidit G. Fabric. Lib. III. Monum. Antiq. pag. 159. & ex eo Barth. Lib. VI. Adverſ. cap. 9. neque aliter legitur in Chronico Engelhuſii inter Leibnitzii Script. Rer. Brunſvic. pag. 1044. ubi v. 1. *Elpes Scythiae regionis alumna.* & v. 3. *jam non peregrina.* integrum depromſi ex illis, quae apud Gruterum ex cod. Palatino edita habentur pag. MCLXVI. 6. & ita legitur apud Bonifac. de compon. Epitaph. cap. IX. pag. 34. & in vita Boëthii ante librum de Conſol. Philoſ. edit. Delphinicae. ultimum diſtichon deſideratur apud Ferret. Lib. III. Muſ. Lapid. pag. 216. In meo etiam Codice Inſcriptionum veterum, Perotti manu exarato, integrum exſtat cum hoc titulo EPITAPHIUM UXORIS BOETII SIMACHI. V. C. F. notaveratque Perottus, fuiſſe in porticu ſive veſtibulo templi D. Petri, ſed & legi in calce multorum codicum Boëthii, & praecipue in Bibliotheca S. Auguſtini. Sed minime hoc Epitaphium eſſe Helpidis uxoris Boëthii, ſuſpicionem movet, quod primo verſu dicatur *Siculae regionis alumna.* deinde quinto verſu indicat maritum ſibi ſuperfuiſſe, quum ex praecedenti Symmachi Epigrammate pateat uxorem Boëthio ſupervixiſſe. male enim Bonifacius putat antiquum hoc a Boëthio epitaphium uxori ſuae factum eſſe. Recte igitur hanc Helpidem, cui Epitaphium hoc ſcriptum eſt, domo Siculam Meſſanenſem, neque Anicii Boëthii Philoſophi, ſed alterius Boëthii Severi Torquati Romani uxorem fuiſſe notavit G. Gualther. in Animadv. ad Inſcript. Peregr. poſt Parutae Siciliam pag. 927. ubi teſtatur illud carmen depromtum eſſe ex codice Bibliothecae apud Meſſanenſes celeberrimae, variis MSS. & praeſertim Conſtantini Laſcaris codicibus refertiſſimae.

1. *Helpes*] ſcribendum *Helpis*, ut in cod. Perot. & apud Ferret. vel *Elpis*, ut apud Fabric. & Bonifac. Papias in Vocabulario: *Elpis*, ἐλπὶς *Graece*, *Spes. proprium cujusdam feminae Mediolanenſis & martyrium paſſae.* ſic CALPURNIA HELPIS in Inſcript. apud Gorium in Inſcript. Flor. Tom. I. pag. 91. ut *Furia Spes* apud Mazoch. pag. 172. b. inſ. 1. & paſſim in Inſcriptt. Gruteri, cujus Indicem vide in Nom. Propr.

Digitized by Google

Nec ſolum una caro, ſpiritus unus erat.
Lux mea non clauſa eſt, tali remanente marito,
  Majorique animae parte ſuperſtes ero.
Porticibus ſacris jam non peregrina quieſco,
  Judicis aeterni teſtificata thronum.
Nulla manus buſtum violet, niſi forte jugali
  Haec iterum cupiat jungere membra ſuo.
Ut thalami tumulique comes nec morte revellar,
  Et ſocios vitae nectat uterque cinis.

EP. CXXXIX. *Sexti Petronii Probi, & uxoris Probae.*

Sublimes quisquis tumuli miraberis arces,
  Dices, quantus erat, qui, Probus, hic ſitus eſt.
Conſulibus proavis, ſocerisque, & Conſule major,
  Quod geminas Conſul reddidit ipſe domos.

Prae-

4. *Nec ſolum una caro*] *Nec ſolumque caro* in cod. Perot. *Nec ſolum caro ſed ſpiritus unus erat* apud Gruterum & Parutam. *cumque viro ſolum* Ferret. ſed praetuli lectionem, quae exſtat apud Bonifacium,

Nec ſolum una caro, ſpiritus unus erat.

ejusdem fere coloris ac Ovidii Epiſt. XVIII. 125.

Hei mihi, cur animo juncti ſecernimur undis,
Unaque mens, tellus non habet una duos.

& Maximiani El. V. 118.

Haec geminas tanto conſtringit foedere mentes,
Unius ut faciat corporis eſſe duos.

6. *Majorique animae parte ſuperſtes ero*] ſic bene codex Perotti, Gruterus, Paruta, & Bonifacius. *Majorisque animi parte* apud Ferret. male. adhaeret autem Martiali Lib. X. Ep. 2.

Et meliore tui parte ſuperſtes eris.

idem eſt ac illud Horatii Lib. III. od. 30. *Non omnis moriar, multaque pars mei vitabit Libitinam.* vid. Cloſan. ad illud Ovidii XV. Met. 875. *Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis Aſtra ferar.*

7. *Porticibus ſacris jam non peregrina quieſco*] *Porticibusque ſacris jam nunc* Ferret. ſed ita ut edidi, eſt in cod. Perotti, & apud Gruter. ac Bonifac.

8. *teſtificata thronum*] ſic Gruter. Paruta, Bonifac. & Ferret. *thorum* in cod. Perotti male. ita hae voces alibi non raro mutantur. in Pervig. Ven. v. 7. *Dione fulta ſublimi throno* ubi *thoro* legebat Caſaubonus. apud Suet. Dom. cap. XI. *adſidere in toro juſſit.* ubi in MS. Hulſ. *throno.* vide ſupra ad Epigr. 70.

Fugit & auratos Jupiter ipſe thronos.

9 *Nulla manus buſtum violet*] ſic Bonifac. *Nequa manus* in cod. Perot. & apud Gruter. ac Parutam. *Neve manus* Ferret.

Ibid. *niſi forte jugali Haec iterum c. j. m. ſuo*] ita edidit Bonif. *niſi forte jugalis* &c. *membra ſuis* eſt apud Gruter. Parutam, & in cod. Per. Ferretius dedit, *ne forte jugalis Haec iterum cupiat jung. membra cinis.* male. *cinis* enim in fine ſequitur.

11. *nec morte revellar*] ita in Cod. Per. & apud Bonifac. qui initio verſus habet, *Et thalami. revellat* Gruter. & Paruta. ultimus verſus ita in Cod. Perotti legitur,

Et ſocios vitae nectat utrumque lapis.

ſed bene *uterque cinis* apud Gruter. Parutam, & Bonifac. exprimit illud apud poëtas frequentiſſimum,

Miſcebor cinerique cinis, atque oſſibus oſſa.

ut apud Albinov. ad Liv. v. 163. & Ovid. III. Artis v. 21. ubi v. Heinſ. & Broukhuſ. ad Propert. II. 7. 85.

EP. CXXXVIII. *Sexti Petronii Probi & uxoris Probae.*] Protulit hoc Probi, Viri Illuſtris, Epitaphium Baronius in Annalibus ad ann. CCCXCV. Steph. Claverius in Miſcellis ad Claudianum pag. 35. b. & Barthius in notis ad Claudian. Conſ. Prob. & Olybr. v. 44. pag. 19. & utrumque habet Ferretius in Muſ. Lap. Lib. III. pag. 213. & 215. nec non J. Gothofred. in Proſopogr. Cod. Theod. in *Probus*, ubi & alterum Epigramma addidit. quod ex Baronio legitur apud Fleetwood in Inſcript. pag. 155. duas etiam alteri PETRONIO PROBO poſitas Inſcriptiones, Graecam & Latinam, adfert Bouhierius in Hagenbuchii Epiſt. Epigraphic. pag. 111. & 113. primo verſu Barthius *arcus* emendat pro *arces.* recte. tertio,

Conſulibus proavis, ſoceris, ſe & Conſule major.

quarto

Praefectus quartum, tota dilectus in urbe,
Sed ſama emenſus quidquid in orbe hominum eſt.
Aeternos, heu, Roma, tibi qui poſceret annos,
Cur non vota tui vixit ad uſque boni?
Nam cum ſex denos menſis ſuſpenderet annos,
Dilectae e gremio raptus in aethra Probae.
Sed periiſſe Probum meritis pro talibus abſit,
Credas, Roma, tuum: vivit, & aſtra tenet.
Virtutis, Fidei, Pietatis, Honoris amicus,
Parcus opum nulli, largus at ipſe fuit.
Solamen tanti conjux tamen optima luctus
Hoc Proba ſortita eſt, jungat ut urna pares.
Felix, heu nimium felix, dum vita maneret,
Digno juncta viro, digna ſimul tumulo.

EP. CXL. *Aniciae Probae.*

Conſimiles fratrum trabeis geſtamina honorum
Tertia, quae deerant, addidimus titulis.
Dilectae Probus haec perſolvo munera matri,
Reſtituens ſtatuis praemia, quae dederat.

ANICIAE. FALTONIAE. PROBAE. AMNIOS. PINCIOS. ANICIOS.
DECORANTI. CONSULIS. UXORI. CONSULIS. FILIAE. CONSULUM. MATRI.
ANICIUS. PROBINUS. V. C. CONSUL. ORDINARIUS. ET. ANICIUS. PROBUS. V. C.
QUAESTOR. CANDIDATUS. FILII. DEVINCTI. MATERNIS. MERITIS. DEDICAVERUNT.

EP.

quarto dein verſu ſcribendum opinatur,

Quod geminos Conſul reddidit ipſe domo.

eo ſenſu, quòd ipſe Conſul geminos filios Reipublicae de domo ſua reddidit Conſules, quia ipſe tot honores a Republ. acceperat. verſ. 8. *vota tui vixit ad uſque boni*, idolorum deſtructionem intelligi putat. ſequenti, *ſex denos menſis ſuſpenderet annos* explicat Probum ſexaginta annos uno minus menſe vixiſſe. decimo verſu ſupplet,

Dilectae is gremio raptus in aſtra Probae.

ſed *aethra*, neutro plurali, poſterior aetas non refugit. vide Buchner. ad Venant. Hymn. de Reſurr. v. 7. & Dieeman. Specim. Gloſſar. Lat. Theot. pag. 44. & ſequitur mox, *vivit & aſtra tenet.* deinde Barthius, *largus at uſque fuit.* Alias inſcriptiones honori Probi & Uxori ejus Probae Faltoniae poſitas adfert Ferretius in notis. Eſt autem haec Proba Faltonia poëtria, cujus habemus Centones Virgilianos. de qua operoſe egit Fontaninius in Antiquitatibus Hortae Lib. II. cap. I. usque ad cap. IV. Ex Inſcriptione vero ſubjuncta corrigendus eſt Iſidorus de Script. Eccleſ. cap. 5. & Lib. III. Orig. cap. 38. circa finem: *Denique Proba uxor Adelphi Centonem ex Virgilio de Fabrica Mundi & Euangeliis pleniſſime expreſſit materia compoſita ſecundum verſus, & verſibus ſecundum materiam concinnatis.* ubi legendum *Proba uxor Anicii.* non *Adelphi.* licet ita etiam habeatur in fragmento vetuſti codicis, qui Petri Danielis olim & N. Heinſii fuit. valde enim de Adelpho hoc, cujus nomen pertinaci errore Sigebertus, Honorius Auguſtodunenſis, & recentiores eorum veſtigia ſecuti retinent, fluctuat Fontaninius. Probus autem illuſtris Aniciae gentis cognomen habuit, de qua nihil addam, quia ubertim eam illuſtrarunt G. Fabric. ad Poët. Chriſtian. pag. 22. Rupertus ad Beſold. pag. 456. Vinet. ad Auſon. Epiſt. XVI. pag. 633. Valeſ. ad Ammian. Marc. pag. 116. Lindenbr. ad Jornandem pag. 162. Ren. Vailinus ad Boëth. de Conſ. Phil. init. Heinſ. ad Claudian. Conſ. Prob. & Olybr. v. 8. Brouwer. ad Venant. Honor. p. 114. & Lambecius in Biblioth. Caeſar. Lib. II. p. 485. ſeqq. & 572. aliique.

Felix, heu nimium felix &c.] eſt cento Virgilianus. primum enim hemiſtichium eſt ex Lib. IV. Aen. 657. alterum ex Lib. VI. 661.

EP. CXL. *Conſimiles fratrum trabeis* &c.] habent G. Fabric. in Monum. Antiq. pag. 119. Boiſſardus

Pat.

EP. CXLI. *Valerio Proculo V. C. Praeſidi provinciae Val. Byzac.*

Hic bis Praefectus patriae, Praefectus & idem
Hic Libyae, atque idem Libyae Proconſul, & ante
Ter vice qui ſacra diſcinxit jurgia judex,
Conſul & aeterno decoravit nomine faſtos.
Cetera quid memorem tanto ſub judice geſta.
Cum Proculum videas, totus qui natus honori eſt?

COLLEGIUM SUARIORUM
patrono praeſtantiſſimo.

EP.

Part. III. Antiq. pag. 75. Gruterus pag. 352. 5. ſed qui male *dederant* verſ. ſec. pro quo *dederam* Boiſſard. & v. 3. *perſolvit* pro *perſolvo* Gruterus. *abaidimus* male apud Pith. in ed. Genev. recte in Pariſina *addidimus*, ut apud Fabric. vid. Cel. Oudendorp. Deſcript. Legat. Papenbr. pag. 38. & 39. ubi ex ipſo marmoreo fragmento, Leidae hodie conſpiciendo, exhibet, putatque eſſe ultima duo diſticha binorum Epigrammatum diverſorum, quae dirupto lapide perierunt, vel aliorſum tranſlata ſunt; adeoque Pithoeum male conjuncta haec diſticha, tanquam unum Epigramma eſſent, edidiſſe, titulumque praefixiſſe, ANICIUS OLYBRIUS ANICIAE PROBAE MATRI. Ceterum Probam *Aniciam Faltoniam* vocandam probat inſcriptio huic Epigrammati ſubjecta, & male *Falconiam* a Barthio aliisque dicendam adfirmari; ut recte Meibomius, additis ſimilibus antiquitatis monumentis, docet inter Teſtimonia de Proba hac editioni Centonum ejus Virgilianorum a Kromayero praefixa. Faltonia enim gens clara & illuſtris. Nam & Theodoſianis temporibus Faltonius Probus Alypius, v. c. Urbis Praefecturam geſſit, ut ex iisdem Inſcriptionibus patet. Probi enim hi & Anicii inter familias conſulares prae ceteris eminuerunt. unde in praecedenti Epigrammate,

Conſulibus proavis, ſocerisque & Conſule, major,
Quod geminas Conſul reddidit ipſe domos.

quod confirmant illa Claudiani de Conſ. Olybr. & Probin. v. 14.

——— *quemcumque requires*
Hac de ſtirpe virum, certum eſt de Conſule naſci.

Hieronymus Epiſt. VIII. ad Demetriadem de Aniciis: *Scilicet nunc mihi Proborum & Olybriorum clara repetenda ſunt nomina, & illuſtris Anicii ſanguinis genus, in quo aut nullus aut rarus eſt, qui non meruerit Conſulatum.* qui Probae Faltoniae illuſtre hoc elogium ſcribit in eadem Epiſtola his verbis: *Quis hoc credat? Proba illa omnium dignitatum & cunctae nobilitatis in orbe Romano nomen illuſtrius, cujus ſanctitas & in univerſos effuſa bonitas, etiam apud barbaros venerabilis fuit, quam trium liberorum Probini, Olybrii & Probi non fatigarunt ordinarii Conſulatus* &c. & hinc in Inſcriptione Epigrammati addita *Anicia Faltonia* vocatur *Conſulis uxor*, *Conſulis filia*, & *Conſulum mater*. vid. Claver. ad Claud. Conſ. Olybr. & Prob. v. 192.

EP. CXLI. *Valerio Proculo* &c.] Exſtat apud Smetium fol. 68. Pighium in Inſcript. MSS. p. 180. Aldum in Orthogr. p. 624. Gruter. p. 361. 3. Pith. Lib. II. pag. 67. ed. Paris. & in Praeterm. p. 612. ed. Genev. & Ferret. in Muſ. Lapid. p. 274. qui ſequenti ſubnectit, ut & Fleetwood in Inſcript. p. 156. & 157. de Proculo hoc, qui ſub Conſtantio Proconſul Africae A. Chr. 340 eodemque anno Conſul cum Acindyno fuit, vide omnino Juret. ad Symmach. pag. 311. & Jac. Gothofr. in Proſopogr. Cod. Theod. in *Proculus* pag. 80. qui hoc ipſum Epigramma etiam exhibent.

3. *Ter vice qui ſacra diſcinxit jurgia judex*] Ita edidi, ſecutus Aldum, Gruter. Ferret. Juret. & Pighii Inſcript MSS. nam male apud Pithoeum *diſtinxit*, ad cujus editionem Scriverius etiam *diſcinxit* emendarat, & Heinſius, qui adſcripſerat locum ex Lege apud Agrimenſores Rigaltii p. 45. *quando omne hujuſcemodi jurgium ſolo praecipimus jure diſcingi.* & remittebat ad Savar. in Sidon. p. 131. 203. & 568. & Juret. ad Symmach. p. 177. unde patebit *diſcingere lites* eſſe dirimere, decidere, paſſimque confundi a librariis in *diſtinguere*. ut hoc loco. ſic *dolos diſcingere* pro reſolvere apud Silium Lib. VII. 153. ubi vide Drakenb. *jurgia dirimere* dixit auctor Epitaphii, S. Avito Viennenſi poſiti, in Hiſtor. Liter. Franc. T. III. p. 120.

Jurgia diremit, certantes foedere junxit.

ut edidit du Cheſne. al. *diſſolvit*. Quod autem hic *vice ſacra diſcingere jurgia* dicitur, id *vice ſacra judicare* in Inſcriptione eidem huic Proculo poſita apud Gruter. p. 363. 2. ubi vocatur L. ARADIUS. VALERIUS. PROCULUS. V. C. &C. PROCONSUL. PROVINCIAE. AFRICAE. VICE. SACRA. JUDICANS. & pag. 285. 5. CEJONIUS RUFIUS ALBINUS VC. PRAEF. URB. VICE SACRA JUDICANS. & in Inſcript apud Triſtan. Tom. I. Comment. p. 374. ACINDINUS VC. AGENS PER HISPANIAS UCPT. VICE SACRA COGNOSCENS. ſic *vice ſacra gubernare* eſt principis perſonam ſuſtinere. Gruter. p. 168. 4. JUL. NOMENTANUS M. AUREL. IMP. SACRA VICE BETICAM GUBERNANS. &

Digitized by Google

EP. CXLII. *Eidem. Populonii.*

Ille ego ſum Proculus, totus qui natus honori,
Aut dic quis ſit honos, quem mihi ineſſe negas.

COLLEGIUM SUARIORUM
patrono praeſtantiſſimo.

EP. CXLIII. Q. AURELII SYMMACHI V. C. P. U. ET COS. ORD.
de Acindyno.

Attica palla tegit ſocerum, toga picta parentem:
Praefuit ille ſacris, hic dixit jura Quiriti:
At mihi caſtrenſem quod mordet fibula veſtem,
Aurorae in populis Regum Praetoria rexi.
Si faſces Praetura tacet, tu reſpice Faſtos.

EP. CXLIV. EJUSDEM *de Baulis & ſeipſo.*

Huc Deus Alcides ſtabulanda armenta coëgit,
Eruta Gerionae de lare tergemini.

Inde

paſſim Praefectus Urbi dicitur *vice ſacra judicare*, jure magiſtratus, unde *judex ſacrarum cognitionum* dicitur. vide Guther. de Off. Dom. Aug. Lib. I. cap. 25. & Jac. Gothofred. in Notit. Dignit. Cod. Theodoſ. in *Praefecto Urbis*. hinc *Vicarii vice ſacra*, qui a principe juris dictionem habebant. vid. Sirmond. ad Sidon. Lib. I. Ep. 4.

EP. CXLIII. *Ille ego ſum Proculus*] apud Smetium ibid. Aldum, Gruterum, ac Ferretium. ſecundo verſu *Aut dic qui ſit bonos* Aldus & Ferret. *Aut dico ut ſit bonos* vitioſe in Pith. ed. Genev.

1. *totus qui natus honori*] *toto* apud Gruter. & alios. & ſic profert Juret. ad Symmach. perperam. ut ex fine praeced. Epigr. patet.

COLLEGIUM SUARIORUM] vide Reineſ. ad Claſſ. I. Inſcr. 105. p. 145. & Gudii notam apud Gruterum.

EP. CXLIII. Q. AURELII SYMMACHI &c.] edidit Pithoeus hoc & ſequens Epigramma Lib. II. pag. 63. ex Symmacho Lib. I. Epiſt. I. primum agit de Acindyno Conſule, & Praefecto Praetorio Orientis, ut v. 4. indicatur. vide Inſcriptionem e Triſtano ſupra adductam, ubi vocatur ACINDINUS V. C. AGENS PER HISPANIAS VCPT. VICE SACRA COGNOSCENS. quae exſtat etiam apud Gruter. p. CCXLVI. 3. ubi ſiglas illas VCPT. Gudius exponit, *agens per Hiſpanias vicariatum & vice ſacra cognoſcens*. neſcio an non melius ſit *agens per Hiſp. vicariatum, Praef. Praet*, quod ultimum ex P. T. melius eliciatur, quam ET. ſed *Acindynus* in hac Inſcriptione memoratus eſt diverſus ab hoc Acindyno Conſule & Praefecto, atque aetate ſuperior. vid. Juret. ad ſeq. Epigr. v. 9. alterum eſt de ſeceſſu Symmachi in Baulos. nam ita ipſe Epiſt. I. *Baulos Lucrina ſede mutavimus* &c.

2. *Praefuit ille ſacris*] *Sophus* corrigit Barth. Lib. XXX. Adverſ. 8. quia *ſacris* non convenit *Attica palla*. dein *Quiriti* pro *Quiritis*. recte. & ſic edidi. nam *Quiritis* pro *Quiritibus* ſine exemplo eſt. *Quiritem* in ſing. pro Romano populo Claudian. in Feſcenn. v. 58. ubi vide notas. & ita emendaverat Heinſius & edidit Scioppius.

5. *Si faſces Praetura tacet*] neſcio unde ita ediderit Pithoeus. *Pictura* dedit Scioppius & Juretus. & ita ad Pith. Catalect. emendavit Caſaubonus, & ex v. c. Scriverius. recte omnino. praecedunt enim huic Epigrammati apud Symmach. Epiſt. I. haec verba: *Ibi Acyndino conditori ejus, qui majoribus eminet, rara verba libavi, & picturae licentiam, quae veſtitum diſparem ſingulis diſtribuit, in rationem coëgi.*

EP. CXLIV. V. I. *Huc Deus Alcides ſtabulanda armenta coëgit*] confer Propert. Lib. IV. El. IX.

2. *Eruta Gerionis de lare tergemini*] portentoſa eſt ſcriptura, quam in MS. Symmachi reperiſſe ſe teſtatur Scioppius in praef. ante Comm. de Art. Crit.

Fer ut ager ſone dejulare tergemini.

in qua tamen verae lectionis veſtigia latent, *Fer ut a* eſt *Eruta*. dein *Gerſone* eſt *Geryone*, *pro *Gerione*. *dejulare* pro *de lare*. idem Scioppius in ſua Symmachi editione & Juretus dederunt verbis transpoſitis,

Eruta tergemini de lare Gerionis.

ut nomen proprium ſit in fine pentametri polyſyllabl. quae verborum poſitio elegantior nonnihil defendi poſſet ex Claudian. Epigr. IV.

Tellus tergemino ſubdita Geryonae.

Scribendum autem cum Heinſio tam hic quam paſſim in aliis veterum locis *Geryonae*, non *Geryoni*: quia in primo caſu eſt *Geryones*, non *Geryon*, licet eo bis utatur Seneca, & nonnulli inferiorum temporum. de quo Muncker. ad Hygin. pag. 12.

 ſed

Digitized by Google

Inde recens aetas corrupta Boalia Baulos
Nuncupat, occulto nominis indicio.
Ab divo ad proceres dominos fortuna cucurrit,
Fama loci obſcuros ne pateretur heros.
Hanc celebravit opum felix Hortenſius aulam,
Contra Arpinatem qui ſtetit eloquio.
Hic Conſul clarum produxit Acindynus aevum,
Quique dedit leges Orfitus Aeneadis.

Hos

ſed *Geryones*, *Geryonae*, probarunt Critici. vide Serv. ad Virg. VII. Aen. 662. Neſtor. in Vocabular. pag. 46. Vinet. ad Auſon. Eidyll. XI. v. 82. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. VIII. 9. ad Claudian. I. in Ruf. 296. ad Virg. VIII. Aen. 202. & ejusdem ac Cl. Drakenb. notas ad Silium Lib. III. 422. Gronov. ad Senec. Herc. Fur. v. 1170. & Patrui mei notas ad Sueton. Tib. cap. XIV. neque aliter corrigendum apud Priſcian. in Perieg v. 573.

——— *poſt fata peremti*
Geryonae, domuit quem virtus Herculis ingens.

ut illic in Cod. Reg. ab Heinſio collato. nam in Pithoei & Papii editione *Gerionis*. ſic *Anchiſes*, *Anchiſae*, *Oreſtes*, *Oreſtae*, & ſim. viris doctis abunde notata. v. Manut. ad Cic. v. ad Att. Ep. 21. pag. 148. Heins. ad Ovid. Epiſt. VIII. v. 9. & Cl. Abr. Gronov. ad Juſtin. XVII. 3.

3. *Boalia*] ſic v. c. & ed. Ven. In aliis *Boaulia*. hinc autem ratio cur *Bauli* dicti ſunt *Herculei* a Silio Ital. Lib. XII. 156.

Herculeos videt ipſo in limine Baulos.

hiſtoriam hanc praeter ceteros referunt Livius Lib. I. Dec. I. & Servius in Lib. VI. & VII. Aen. 12. JURETUS. ſcribendum puto *Boaulia Baulos Nuncupat.* ut adfert etiam Lipſ. ad Tacit. XIV. Ann. 4. & Dauſq. ad Silium Ital. p. 489. vel *Baulas*, ut ex Servio patet. ita enim ille ad Virg. VII. Aen. 662. *Poſtea Hercules juxta Bajas caulas bubus fecit, & eas ſepſit: qui locus Boaulia dictus eſt hodieque Baulae dicitur.* ubi praeferenda aliorum codicum ſcriptura, *aulas bubus fecit, & eas ſepſit.* adeo ut *Boaulia* quaſi *boum aulae.* non *caulae*, & inde *Baulae* fuerint dicta. Idem ad Lib. VI. Aen. 107. *Baulae locus Herculis, dictus quaſi Boaulia: quod illic habuit animalia, quae Geryoni detracta ex Hiſpania adduxerat.* & hanc lectionem firmat Servius ipſe ad Lib. IX. Aen 60. *Graeci* aulas *vocant animalium receptacula, unde in ſacris aedibus & in tribunalibus ſepta, quae turbas prohibent*, aulas *vocamus.* & hinc villa haec *aula Tirynthia* dicitur Statio Lib. II. Sylv. 2. 109. *nec te cultu Tirynthia vincat Aula, Dicarchique ſinus.*

7. *Hanc celebravit opum felix Hortenſius aulam*] M. Tullius Lib. II. Acad. Quaeſt. *in Hortenſii villa quae eſt ad Baulos.* meminit etiam Plinius Lib. IX. cap. 55. *celebravit* autem dictum pro incoluit & frequentavit. quomodo Lucretius Lib. II. *& variae volucres Laetantia quae loca aquarum Concelebrant circum ripas.* Valerius Maximus Lib. VI. cap. I. de pudicitia loquens: *genialem thorum aſſidua ſtatione celebras.* JURETUS. vide Ciofan. & Heinſ. ad Ovid. IV. Met. 46.

Ibid. *opum felix*] ut Priſcianus de ſitu Orbis, *Felices opibus Nabathaei.* & *latum felixque patrimonium* l. XI. de fil. milit. appar. & vet. C. Theod. Claudianus Lib. II. in Eutrop. *Dives equis, felix pecorum.* Symmacho Lib. X. Ep. 21. *felicior* dicitur pro opulentiore. JURETUS.

9. *Acyndinus*] in Veneta editione, & uno v. c. hoc loco, & jam paulio antea *Acinodus.* ſed mendoſe. Intelligit enim illum *Acyndinum*, qui Conſulatum geſſit cum Proculo ſub Conſtantio Caeſare. cujus Conſulatus mentio crebra in Imperialium Conſtitutionum ſubſcriptionibus. ut l. 29. & 30. de Decurionib. C. Theodoſ. & l 3. de honor. cod. eod. & l. 21. de appellat. eod. Sed illorum Conſulum nomina alibi fere depravata, ut apud Epiphanium Hiſt. trip. Lib. IV cap. 4. & in Chronico Mariani Scoti ad an. Ch. 337. Hujuſce Acyndini meminit B. Auguſtinus Lib. I. de Serm. Dom. in monte: ubi memorabile illius judicium in cauſa adulterii prolixe refertur, ibique vocatur Praefectus & Conſul. Utraque enim dignitate ſimul claruit, quod etiam indicat inſcriptio & ſubſcriptio l. 3. de cuſt. reor. Cod Theod. Alius autem & aetate ſuperior Acyndinus, Hiſpaniarum Vicarius ſub Imp. Trajano, cujus mentio fit in Priſco Lapide. JURETUS. hic eſt Flavius Septimius Acyndinus Conſul cum Q. Aradio Ruſo Valerio Proculo A. V. C. 1093. vide Faſtos Conſ. Almelov. Part. II. pag. 4. & quae de eo habet Jac. Gothofred. in Proſopogr. Cod. Theod. in *Acyndinus.* alius Acyndinus memoratur in Epigr. Gr. Antholog. Lib. II. cap. I. pag. 186. ed. Obſop.

10. *Orfitus*] in uno v. c. & ed. Ven. *Orſitus.* male. quod autem ait leges dediſſe Romanis; ſunt qui referant ad Sctum Orphitianum, quod factum Orphitio & Ruſo Conſulibus, tempore Divi Marci. de quo Juſtinianus Inſtit. Lib. III. Tit. 29. JURETUS. Errant qui referunt hoc ad Sctum Orphitianum, quia hic dicatur *leges dediſſe Aeneadis* ſive Romanis. quod indicat eum Praefectum Urbis

bis

Digitized by Google

Hos inter juvenile decus, ſed honore ſenili,
 Biſſeno celſus, Symmache, faſce cluis.
Si te Baulorum necdum lenta otia quaerunt,
 Cura habeat juvenem publica pervigilem.

EP. CXLV. *Aradius Rufinus.*

Princeps ingenio, fortunae munere princeps
 Aetatis, Rufine, tuae, cui proſpera cuique

Triſtia

bis fuiſſe. plura de hoc Orfito dedit Juretus ad Lib. IX. Symmachi Epiſt. 120. pag. 254. idemque eſt *Orfitus*, quem ex Inſcriptionibus antiquis illuſtrat Valeſ. ad Ammian. Marcell. Lib. XVI. 10. ubi de ejus praefecturis urbis Romae agit. & operoſe Caſtalio Dec. IX. Obſerv. pag. 316. & 317. ſcribendum autem *Orfitus*, non ut male in aliis *Orphitus*. vide Brencman. in Append. Faſt. Conſ. Almelov. pag. 616. & 617. & ſic in Inſcript. apud Aldum Orthogr. pag. 455. *Salvidienus Orfitus* apud Sueton. Ner. 37. *Orfitus* conſul cum Claudio Maximo A. V. C. 924. eſt ille qui memoratur apud Gruter. pag. 1072. inſ. 3. *Ser. Cornelius Scipio Orfitus Procoſ.* in Inſcript. apud Sponium Miſcell. Erud. Ant. pag. 269. ut recte corrigit pro *Oreitus*. vide Almelov. Faſt. pag. 185. & 186. & Bianchini Inſcript. Sepulcr. pag. 77. integris nominibus hic vocatur *Memmius Vitraſius Orfitus V. C. Praef. Urbis* apud Gruter. pag. 284. inſ. 8. & apud Donium Claſſ. III. inſ. 67. ubi vide Gorium. Urſati Marm. Erud pag. 24. & Murator. ad Tom. II. Theſaur. Inſcript. p. 720. apud quem etiam T. I. p. 262. occurrit *Orfitus Praef. Urbis* an. Chr. 353. Adde Jac. Gothofred. Proſopogr. Cod. Theod. in *Orphitus* p. 71. & 72.

11. *Hos inter juvenile decus, ſed honore ſenili*] vid. ad Lotich. Lib. IV. El. 3. v. 104.

12. *Biſſeno celſus, Symmache, honore cluis.*] Martiali adhaeret Lib. VII. Ep. 61.

Poſtquam biſſenis ingentem faſcibus annum Rexerat.

cluis vero pro emines, unde *inclytus*. quod verbum Senecae Tragico, Marciano Capellae, & Auſonio uſitatum. vid. Vinet. ad Auſon. p. 280. ed. Toll. Heins. Lib. I. Adverſ. c. 5. p. 56. & cap. XII. p. 121. & Lib. IV. cap. 5. p. 600. hinc in Gloſſar. Leid. MS. poſt Iſidori Etym. *Cluet, nominatur, in gloria eſt. Cluis, polles. Cluit, pollet.* & *Cluior, nobilior* in Gloſſis MSS. ut legend. non *Cluvior*. vid. Graev. ad Iſidor. Gloſſar. p. 18.

13. *Si te Baulorum necdum lenta otia quaerunt*] haec *lenta* Baulorum *otia* optime depingit Symmachus eleganti Epigrammate Lib. I. Epiſt. 8. ed. Sciopp. ubi Patrem invitat in hunc receſſum ſuum, *ubi alte turbis quieſcitur, ubi fruendis feriis nullus eſt modus:*

Ubi corniger Lyaeus
Operit ſuperna Gauri,
Vulcanus aeſtuoſis
Media incoquit cavernis.
Tenet ima piſce multo
Thetis & vagae ſorores:
Calet unda, friget aethra.
Simul innatat choreis
Amathuſias renidens,
Salis arbitra & leporis,
Flos ſiderum Dione.

ſic enim totum emendat Heinſius ad Ovid. X. Met. 558. quem & vide ad Silium XIV. 409. quamquam penultimo verſu *ſaporis*, pro *leporis*, rectius ex vulgatae lectionis veſtigiis *vaporis* legat Patruus in curis ſecundis ad Petron. cap. 3.

EP. CXLV. & ſeqq.] Habentur haec Epigrammata in Aradium Rufinum, Valerium Proculum, Anicium Julianum, Petronium Probianum, & Verinum, in Auctuario Symmachiano pag. 298. & 299. ed. Jureti, eaque Scioppius in rariſſima Symmachi editione inſeruit inter Epiſt. 2. & 3. Lib. I. quorum notas hic non omittendas cenſui.

Arcadius Rufinus] Sic quidem edidit Scioppius ex ſuo v. c. Sed ſuſpicio mendum ſubeſſe, & reponendum potius *Aradius*. Exſtat enim vetus Inſcriptio eorum temporum, in qua conſtanti fide duobus locis ita appellatur. Verba haec ſunt: D. D. N. N. CRISPO ET CONSTANTINO JUNIORE NOBILISSIMIS CAES. COSS. IIII. KAL. SEP. MUNICIPES MUNICIPII AEL. ADRIANI AUG. CIVILITANI Q. ARADIUM RUFINUM VALERIUM PROCULUM C. V. LIBEROS POSTEROSQUE EJUS SIBI LIBERIS POSTERISQUE SUIS PATRONOS COOPTAVERUNT, TESSERAMQUE HOSPITALEM CUM EO FECERUNT. Q. ARADIUS RUFINUS, VALERIUS PROCULUS, LIBERI POSTERIQUE EJUS MUNICIPES MUNICIPII AEL. HADRIANI AUG. CIVILITANI, LIBEROS POSTEROSQUE EORUM IN FIDEM CLIENTELAMQUE SUAM RECEPERUNT. In fragmento antiqui & Anonymi auctoris, qui conjunxerat Conſulum Romanorum nomina cum nominibus Praefectorum Urbi Romae, *Aradius Rufinus Praef. Urbi fuit.* Nam eo modo reſtituendum videtur nomen ab aliis varie hactenus mutatum. Cuſpinianus enim primus & unicus repertor illius fragmenti edidit, *Erachius Rufinus.* &

 Onu-

Triſtia mirandis aequabat gloria rebus.
Unus amor cunctis, & praeſidium trepidorum.
Principibus quorum viguiſti tempore, doctus
Aut calcaria ferre bonis, aut frena tyrannis.

EP. CXLVI. *Valerius Proculus.*

Cum primis, quos non oneravit gloria Patrum,
Ponemus Proculum, vitae morumque decorem,
Haud umquam indignum magnorum Publicolarum.
Olli ſemper amor veri, & conſtantia, ſimplex

Coe-

Onuphrius poſtea *Heraclius.* Sequitur paullo poſt in eodem fragmento, *Araclius Ruſinus iterum Praef. Urb.* ubi idem Onuphrius *Heraclius Ruſinus*, pro *Aradius.* Mendi origo ex affinitate literarum, ut *Androclus* pro *Androdus* apud Aul. Gellium. & *Teda* pro *Tecla.* apud S. Hieronymium fine ſui Chronici, ubi loquitur de Melania. ut contra *Herodianus* pro *Heraclianus* in vulgato Proſperi Chronico. Quare etiam videtur ſubeſſe macula in Epiſtola praefixa libro Dictys Cretenſis de Bello Trojano, *Q. Septimius Romanus Q. Arcadio S. D.* caſtigandum & ſupplendum, *Q. Aradio Ruſino.* nam in fine ejusdem Epiſtolae additur, *Tu Ruſine mi, ut par eſt, fave coeptis.* Pariter apud Ammian. Marcell. initio Lib. XXIII. ubi vulgant, *Ruſinum Arabium Comitem Orientis*, mutari potius debet *Aradium.* Alibi conſtanter *Aradii* nomen legitur, ut in priſca tabula relatâ ab Onuphrio Commentario in Lib. III. Faſtor. *L. Aradius Valerius Proculus.* item altera, *L. Aradio Val. Proc. V. C. Auguri.* &c. JURETUS. in editione Scioppii Symmachiana, quae prodiit Mogunt. 1608. in 4. *Aradius Ruſinus* editum eſt, ut procul omni dubio legendum. & ſic in titulo Epiſtolae, quae legitur ante Dictyn Cretenſem, codex vetuſtus, ab N. Heinſio olim collatus, habet, *Q. Septimius Q. Aradio S. D.* Inſcriptio autem illa a Jureto prolata exſtat apud Gruterum pag. CCCLXII. & illuſtratur a Philip. a Turre in Monum. vet. Antii cap. XI. pag. 150. ſed meretur cum ea conferri Inſcriptio, quae ſimilis quidem, ſed variatis lectionibus inſignis, quam a viro illuſtri Leone Strozza acceptam edidit Henr. Brencmannus in Epiſt. ad Hadr. Reland. poſt Faſt. Conſ. P. Reland. pag. 856. & 857. & poſt eum Cel. Gorius in Tom. II. Inſcript. Florent. pag. 200. & Murator. Theſ. Nov. Inſcr. Ant. Tom. II. pag. DLXX. I. cujus emendationes in nota ſubjecta exhibitae auctori Brencmanno adſcribendae erant. L. ARADIUS AUGUR occurrit apud Gruter. pag. CCCLX. 4. & L. ARADIUS VAL. PROCULUS V. C. AUGUR pag. ſeq. inſ. I. cujus filium fuiſſe Ruſinum Aradium a Juliano Aug. Comitem Orientis factum, cujus mentio eſt in loco Ammiani Marcell. a Jureto indicato, cenſet Gudius. Q. ARADIUS RUFINUS ſub Imperatore Antonino etiam memoratur in Inſcriptione apud Gruter. pag. CCC. de Aradio hoc Ruſino Praefecto Urbis vide etiam Jac. Gothofr. in Proſop. Cod. Theod. in *Ruſinus* p. 81.

Triſtia mirandis aequabat] ita Juretus, de ſuſpicione, ut puto. nam Fuldenſ. & Beſſar. *Triſtitiam tua mirandis.* SCHIOPP. *aequavit* ed. Jur.

EP. CXLVI. *Valerius Proculus*] Hic ille eſt, cujus mentio in antiquo monumento ſeculi Conſtantiniani, (apud Gruter. p. 363. 2.) L. ARADIO VAL. PROC. V. C. AUGURI, PONTIFICI MAJORI, PROCONSULI PROVINCIAE AFRICAE, VICE SACRA JUDICANTI. Item in hoc carmine,

VALERIO PROCULO V. C. PRAESIDI PROVINCIAE VAL. BIZAC.

Hic bis Praefectus patriae, Praefectus & idem
Hic Libyae, idem Libyae Proconſul, & ante
Ter vice qui ſacra diſcinxit jurgia judex,
Conſul & aeterno decoravit nomine Faſtos.
Cetera quid memorem tanto ſub judice geſta,
Cum Proculum videas, toto qui natus honori eſt.

COLLEGIUM SUARIORUM PATRONO PRAESTANTISSIMO.

Ejusdem mentio fit in illo priſco fragmento de Praefectis, *Feliciano & Titiano Coſſ. Idus Mart. Valerius Proculus Praefectus Urbis.* Hic ſub Conſtantio Imp. fuit ordinarius Conſul cum Acyndino, ut eſt in Faſtis Coſſ. Sub Conſtantino Magno Proconſul nominatur a S. Auguſtino in Breviculo Collationum cum Donatiſtis, collatione tertiae diei cap. 23. quod de Proconſulatu Africano accipiendum. JURETUS. vide ſupra ad Epigr. CXLI.

v. I. *quos non oneravit gloria patrum*] in aliis eſt *honoravit*, aperto mendo. Caſtigatio noſtra firmatur aliis exemplis. nam Symmachus dixit *onerare verecundiam laude* Lib. IV. Epiſt. 26. & Lib. VII. Ep. 60. ut Phaedrus Aeſopiar. Lib. V. *multis onerare laudibus.* & Sidonius Lib. VII. Ep. 2. *onerare verecundiam multifaria laude.* Onerat autem laus ſeu gloria, vel cum nimia eſt, vel cum immerita. Quo ſpectat Symmachianum dictum, *veram laudem ornare, falſam caſtigare*, apud eumdem Sidonium Lib.

VIII.

Coelicolûm cultus. non illum ſpernere poſſes,
Et quamquam reverendus erat, non deinde timendus.

EP. CXLVII. *Anicius Julianus.*

Cujus opes, aut nobilitas, aut tanta poteſtas,
Cedenti cui non praeluxit Anicius unus?
Acer ab ingenio, cunctiſque adcommodus idem.
Hic & carus erat, conſerre, juvare paratus:
Nam dives, tum celſus honoribus, attamen illis
Grandior, aeternam conplebat nomine Romam.

EP.

VIII. Epiſt. 10. quam ſententiam ſuppreſſo nomine profert Caeſarius Arelatenſis Homil. 35. & addit aliam cujusdam ſapientis, *ſi verae ſunt laudes tuae, praeconia ſunt, ſi falſae, convicia.* Anaſtaſius Papa I. in Epiſt. ad Joannem Hierolymit. Epiſcop. *Ne conſacerdotis tui ſenſibus aut dolorem falſa laus ingerat, aut pudorem vera ſuccendat.* JURETUS. recte ita emendavit Juretus. Ovid. Epiſt. IX. v. 31.

Non honor eſt, ſed onus, ſpecies laeſura ferentem.

paſſim vero in his *onerare, ornare,* & *honorare* mutantur. Claudian. I. in Eutrop. 301. *cum tenderet artus Exſangues onerare toga.* ubi in aliis *ornare.* vid. illic Claver. & Heinſ. & Patrui notas ad Phaedr. Lib. V. fab. 5. 20. & ad Valer. Fl. III. 9. ſequente verſu *morum decorum* legebat Cl. Oudendorpius, ut *morum decorus* ſit, ut ſupra *opum felix* & ſim.

3. *Haud umquam indignum magnorum Publicolarum*] Eſt imitatio Virgilii Aen. XII. 649.

—— *magnorum haud umquam indignus avorum.*

ubi Servius Graecismum eſſe notavit, quo *indignus* cum ſecundo caſu effertur. ita *indignus ſalutis* apud Paullin. Carm. XIX. ſic & *dignus.* de quo alibi ad Epitaphium Theodotae, ubi occurrit,

O quam longinquae fuerat digniſſima vitae.

vide Patrui notas ad Phaedr. IV fab. 20. v. 3. & ad Sueton. Orth. cap. 4. & Cl. Oudend. ad Lucan. III. 136. ex quorum notatis patebit errare Cel. Geſnerum in notis ad Quintilian. Lib. I. cap. 5. §. 6. qui poëtis tantum id in uſu eſſe credit. cum ex Suetonio, Apulejo, Valer. Maximo, aliisque exempla Heinſius in notis ad Ovidium & ex aliis illic viri docti produxerint.

6. *Et quamquam reverendus erat, non deinde timendus*] *Et quamquam reverendus, non eſt inde timendus* edidit Juretus, qui poſtea perſuadere nobis cupit, operarum hoc typographicarum erratum eſſe, legendumque, *Et quamquam reverendus erat non deinde timendus.* SCHIOPP. Similis locus de Praetextato apud Symmach. Lib. X. Ep. 13. *ſine terrore reverendus.* JURET. *non inde timendus* Cl. Oudendorpius.

EP. CXLVII. v. 2. *praeluxit Anicius unus*] Quod hic poſuit Juretus, non fuit niſi nuda conjectura mea, nam Fuldinus, *cui non praeluxerit Annius unus.* Beſſar. *praeluxerit anicius unus.* Quae ſimulac oſtendi Jacobo Sirmondo, politiſſimo & humaniſſimo viro, hiſce verbis ſenſum ſuum perſcripſit: „ Si „ *Annius* legas ex Fuldano, favet Prudent. I. in „ Symmach. *Anniadum ſuboles.* & Claudianus de „ Conſul. Olybr. & Prob. *nec te latuere potentes* „ *Anniadae.* Si *Annius* ex veſtigiis Cod. Beſſar. „ juvat vetus Inſcriptio: ANICIAE FALTONIAE PRO„ BAE AMNIOS PINCIOS ANICIOSQUE DECORANTI. „ & Auſon. ad Probum, *Stirpis novator Amniae.* Sic „ enim videri poteſt legendum, pro *Anniae*, quod „ habet Joſephi Scaligeri editio; niſi malis *Anniae.* „ Ceterum cum Julianum hunc Anicium quoque „ dictum fuiſſe conſtet non ſolum ex ſeminate Sym„ machi, ſed etiam ex Cod. Theodoſ. & ex libel„ lo de Praefectis Urbis apud Cuſpinianum; ne„ ceſſe eſt ut appellatus fuerit *Amnius Anicius* „ *Julianus.* Haec Sirmondus. SCIOPPIUS. de Anicio hoc Juliano vide Jac. Gothofred. Proſop. Cod. Theodoſ. in *Julianus* p. 62. Sirmondo conjicienti Julianum hunc vocatum fuiſſe *Amnium Anicium Julianum* favet Inſcriptio illa vetus, quae exſtat Romae in atrio domus Caeſianae, apud Gruterum pag. CCCLII. 5. quaeque integra ſupra adjicitur Epigr. CXL. illic enim *Amnii* & *Anicii* conjunguntur, quomodo & in loco Claudiani Paneg. Prob. & Olybr. v. 8.

Scit genus Annicium, nec te latuere potentes
Anniadae.

ut ſcribendum Delrius & Claverius cenſuerunt, & v. 21. *prima ſede relicta Anniciis*, quia prima in *Anicium* ſyllaba aliis poëtis corripitur. ſed *Anchenium genus* illic praefert Heinſius. alii *Anthemium*, vel *Ancherium* repoſuerunt. ſed Anthemiorum vel nulla vel rariſſima in Faſtis ea aetate mentio. Aniciorum vero familia iis temporibus illuſtriſſima ac conſularis: quod ex Inſcriptionibus Aniciae Faltoniae Probae aliisque apud Gruter. pag. CCCLII. & CCCLIII. exſtantibus patet. Anniorum etiam gens vetuſtiſſima, ſed plebeja, & quae ſola potentia ſua ac divitiis ad ſummi honoris culmen emerſiſſe videtur. *Amnios* tamen eos dici, non *Amios*, probat eadem Inſcriptio Gruteriana, a Sirmondo indicata, quomodo & in vetuſtis Auſonii exemplaribus legi notant viri eruditi Epiſt. XVI. v. 32. Ceterum

Ep. CXLVIII. *Petronius Probianus.*

Jactet ſe fortuna aliis, quod judice nullo
Lucem ad Romuleam ſua ſola licentia vexit.
Te, Probiane, pudor, te felix gratia, teque
Itala ſimplicitas morum, & ſollertia juvit.
Quocirca adſiduus Auguſtis notus & hoſpes
Praemia magnorum tetuliſti dignus honorum.

Ep. CXLIX. *Verinus.*

Virtutem, Verine, tuam plus mirer in armis,
Eoos Dux Armenios cum caede domares:
An magis eloquium, morum vitaeque leporem?
Et (niſi in officiis, quoties tibi publica curae)
Quod vitam innocuis tenuiſti laetus in arvis.
Nullum ultra eſt virtutis opus. nam, ſi eſſet, haberes.

Ep.

rum errat Baronius in Annalibus Tom. III. pag. 227. qui locum Prudentii Lib. I. adverſ. Symmach. v. 552. ubi habetur;

Anniadum ſoboles', & pignera clara Proborum:
Fertur enim ante alios generoſus Anicius Urbis
Illuſtraſſe caput.

de Anicio hoc Juliano, qui ſub Conſtantino Conſulatum geſſit, accipiendum exiſtimat, cum de Anicio Probo in Gruteriana Inſcriptione memorato intelligendus ſit, ut patet ex verſibus ab eodem Baronio adductis Tom. IV. Annal. pag. 726. in loco autem Prudentii etiam *Amniadum* legitur in vetuſtiſſimo codice Egmondano, cujus apud me excerpta Gruteri ac N. Heinſii manu ſcripta. *Aeneadum* male in Rottendorphiano ſecundo. alius ab hoc eſt *Anicius Paulinus* in Inſcript. apud Gruter. pag. CCCLIII. 4. de quo vid. J. Gothofred. Proſop. Cod. Theod. in *Paulinus* pag 73.

Auguſtis notus & hoſpes] vide ſupra ad Eleg. in obit. Maecen. v. 27.

Ep. CXLVIII. *Petronius Probianus.*] Idem auctor de Praefectis notat Conſtantio octavum & Conſtantino Caeſ. quartum Coſſ. Petronium Probianum fuiſſe Praefectum Urbi: ut iterum Gallicano & Symmacho Conſulibus. In Cod. Theodoſiano exſtant Conſtitutiones Conſtantini Maximi ad eumdem, ut l. 5. & 6. de Appellat. & poen. ear. Etiam Probianus Proconſul Africae fuit ſub eodem Conſtantino, ut indicat Reſcriptum relatum a S. Auguſtino Lib. III. contra Creſcon. cap. 70. JURETUS. vide de hoc Petronio Probiano Jac. Gothofred. Proſopogr. Cod. Theod. in *Probianus* pag. 77. verſu primo recte Cl. Oudendorpius, *quos judice nullo.*

6. *tetuliſti*] ita recte v. c. in aliis *retuliſti.* Nonius Marcellus notat vetuſtiſſimos poëtas dixiſſe *tetuliſti* pro *tuliſti.* & A. Gellius Lib. VII. cap. 9. *a tollo, tetuli.* Sic Terentius in Andr. Act. IV. Sc. 6. *numquam huc tetuliſſem pedem.* Idem Act. V. Sc. I. *dum res tetulit.* ubi Donatus obſervat compoſitum pro ſimplici, & Criticis videri Terentium hoc dixiſſe altius quam deceat caracterem Comicum. Plautus in Moſteli. *in haſce aedes pedem nemo intro tetulit.* Lucretius Lib. VI. *ita ſe tetulerunt ſemina aquarum.* JURETUS. vide ſupra ad Ep. CXI. ubi Caſaub. & Salmaſ. ex MS. Palat. praeferunt, *Si talem Grajum tetuliſſent fata poëtam.* pro *retuliſſent.*

Ep. CXLIX. *Verinus*] Imperfecta eſt inſcriptio. Addi fortaſſe oportuit, LUCER vel LUCRIUS VERINUS. Verini mentio apud eumdem Auctorem de Praefectis: *Severo* (ait) *& Rufino Coſſ. Idib. Septembris Lucer Verinus, Praefectus Urbi*: & mox: *Criſpo quartum & Conſtantino tertium Coſſ. Lucer Verinus, Praefectus Urbi fuit*Sed & in Cod. Theod. exſtat Conſtitutio Conſtantini ad Lucrinum Verinum in inſcriptione Lib. I. de inoff. teſt. & Lib. 2. de ſuar. pec. Sed editur *Locrio*, & *Lucrio* in inſcriptione, l. 1. de Curat. Kal. eod. C. Theod. Sub eodem Conſtantino Magno Verinus Vicarius Africae fuit, in inſcriptione l. 1. de Parricid. eod. C. Th. & l. 1. de famoſ. lib. eod. & in Reſcripto ejusdem Imp. relato a S. Auguſtino Lib. III. contra Creſconium Grammatic. cap. 70. Unde putem hoc modo reſtituenda eſſe verba in cap. DXLVIII. Cognitionis tertiae in Collatione Carthaginenſi, ſub Honorio inter Catholicos & Donatiſtas, ubi recitatur *Epiſtola Conſtantini ad Verinum Vicarium deſtinata, qua libertatem agendi tribuit Donatiſtis.* in vulgatis omnibus editionibus ſuperflue repetita eadem dictione legitur, *ad Vicarium Vicarium.* JURETUS. vid. J. Gothofred. Proſop. Cod. Theodoſ. in *Verinus* pag. 92.

2. *Eoos Dux Armenios*] hujusce rei hiſtoriam nondum reperi. Spicilegium alienae diligentiae non invitus relinquo. JURETUS.

Ep.

Digitized by Google

EP. CL. *Ulpius Egnatius Faventinus Augur publ. P. R. Q. vot.* XX.

Vota Faventinus bis deni ſuſcipit orbis,
Ut mactet repetens aurata fronte bicornes.

VALENTE A. V. ET VALENTINIANO A. COS.

EP. CLI. *Optatus Caſſius Optionis F.*

Suſceptum merito votum tibi, Mercuri, ſolvi,
Ut facias, hilares ſemper tua templa colamus.

EP. CLII. *Ludovici II. Lotharii Imp. F. Ludovici Nep. D. M.*

Hic cubat aeterni Ludovicus Caeſar honoris,
  Aequiparat cujus nulla Thalia decus.
Nam ne prima dies regno ſolioque vacaret,
  Heſperiae genito ſceptra reliquit avus.
Quam ſic pacifico, ſic forti pectore rexit,
  Ut puero brevitas vinceret acta ſenum.
Ingenium mirerne, fidem, cultusve ſacrorum,
  Ambigo, virtutis an pietatis opus.
Hinc ubi firma virum mundo produxerat aetas,
  Imperii nomen ſubdita Roma dedit.
Et Saracenorum crebras perpeſſa ſecures,
  Libera tranquillam vexit, ut ante, togam.
Caeſar erat coelo, populus non Caeſare dignus.

Con-

EP. CL. *Vota Faventinus* &c.] edidit Pithoeus Lib. I. pag. 4. Smetius fol. XIX. 11. Gruterus pag. XXVII. 4. & Ferret. in Muſ. Lap. pag. 79. inſcriptionem huic Epigrammati praefixam auxi ex Grutero, & alia Inſcriptione apud Fabrettum pag. 689. n. 110. & Sponium Miſcell. pag. 129. ex quibus patet eam exponendam eſſe, *Augur publicus populi Rom. Quiritium.* vide & Vulpii Lat. Vet. Prof. T. III. p. 81. Eſt autem diſtichon, quod ſubjunxit Ulpius Faventinus augur majori Inſcriptioni ſub Conſulatu Valentia Aug. quintum, & Valentiniani Aug. Coſſ. ut docet ſub ſcriptio. *vota bis deni orbis*, vota vicennalia explicat Patruus ad Virg. I. Aen. 269.

EP. CLI. *Optatus Caſſius Optionis F.*] Novariae exſcripſit paullo ante e terra erutum Ill. Maffei, & edidit in Galliae Antiq. pag. 70. & poſt Muſ. Veron. pag. 370. Inſ. 5. ubi obſervandum monet *Optionis* nomen, & cognomen gentilitio praemiſſum *Optatus Caſſius*, pro *Caſſius Optatus*, idque ſcriptoribus familiare, ſed in lapidum Inſcriptionibus rarum eſſe. ſic *Severus Cornelius*, *Pollio Aſinius* & ſim. apud auctores antiquos uſitata docent Gronov. ad Senec. Suaſor. VII. p. 50. Rualdus in vita Plutarchi cap. XV. p. 63. Cl. Arntzen. ad Aurel. Vict. de Vir. Illuſtr. cap. 2. §. 6. & Sylburg. ad eumd. in Caeſ. cap. 2. init.

EP. CLII. LUDOVICI II. &c. *Hic cubat aeterni & ſeq.*] Legitur apud Pithoeum Lib. III. pag. 110. & Rupertum in Animadv. ad Beſoldum p. 571.

6. *Ut puero brevitas*] *pueri* apud Rupert. illuſtrabunt hunc verſum notata ad Lotichium Lib. IV. El. 3. 104.

8. *virtutis an pietatis opus*] *virtutes ac pietatis* apud Rupert. *virtutes* requirit metrum.

9. *Hinc ubi firma virum* &c.] *Hic* male apud Rupert. aperta eſt Virgilii imitatio Ecl. IV. 37.

Hinc ubi jam firmata virum te fecerit aetas:

11. *Et Saracenorum crebras perpeſſa ſecures*] expreſſum eſſe videtur ex vetuſtiore & melioris genii poëta. neque inelegantius ſcripſiſſet carminis hujus auctor, *dominas perpeſſa ſecures.* ut oppoſitio manifeſtior eſſet cum ſequente verſu, qui apud Rupertum diſtinguitur hoc modo:

Libera tranquillam vexit, ut ante, togam.

ſed forte caſtigandum,

Libera tranquillam geſſit, ut ante, togam.

niſi *vexit* pro latinitate iſtius temporis ſit, qua *vebere* dicebantur illi, qui collo & humeris quid impoſitum geſtabant. vide Gronov. Lib. III. Obſ. cap. 5. & ad Senec. de Tranq. an. cap. 5. non

diſſi-

Conpoſuere brevi ſtamine fata dies.
Nunc obitum luges, infelix Roma, patroni,
Omne ſimul Latium, Gallia tota dehinc.
Parcite. nam vivus meruit tot praemia. gaudet
Spiritus in coelis, corporis exſtat honos.

EP. CLIII. *Henrici III. Imp.*

Caeſar tantus eras quantus & orbis:
At nunc exigua clauderis urna.
Poſthac quiſque ſciat ſe ruiturum:
Et quod nulla mori gloria tollat.
O quanto premitur Roma dolore!
Tam claris ſubito patribus orba,
Infirmata prius morte Leonis,
Nunc, Auguſte, tuo funere languet.
Florens imperii gloria quondam
Deſolata ſuo Caeſare marcet,
Hanc ultra ſpeciem non habitura,
Quam tecum moriens occuluiſti.
Leges a ſenibus rite ſtatutas?
Quas elapſa diu raſerat aetas,

Om-

diſſimile illud Propertii Lib. III. El. 7. 23. ad Maecenatem:

Quum tibi Romano dominas in honore ſecures,
Et liceat medio ponere jura foro;
Vel tibi Medorum pugnaces ire per hoſtes,
Atque onerare tuam fixa per arma domum.

ubi *pugnaces ire per haſtas* legendum ſupra conjeci ad Ep. CXVIII. 8.

14. *brevi ſtamine*] *ſtamina* apud Rupert. male.

16. *omne ſimul Latium, Gallia tota dehinc*] pro *dehinc* mallem, *Gallia tota doles.* ut ſuadet oppoſitio in ſeq. verſ. *gaudet Spiritus in coelis.* ſic Epigr. ſeq. v. 24.

Haec te nunc doluit Caeſar obiſſe &c.
Luge Roma tuum nomen in umbris
Et defuncta tuo lumine luge.

17. *meruit tot paemia*] *haec praemia* apud Rupert.

EP. CLIII. *Caeſar tantus eras*] Guilhelmus Malmesberienſis Lib. II. de geſt. Angl. veterem noſtram conjecturam de Henrico II. plane confirmavit: & Leonis nomen referendum ad Brunonem, ante Spirenſem, poſtea Rom. Epiſcop. qui anno V. Pontificatus obierat. Ceterum varia eſt ſcriptura hujus epigrammatis, quod ut adjici pateremur, fecit vetus impoſtura de obeliſco Rom. PITHOEUS. Falſum lemma. Lege, LOTHARII IMP. & refer ad an. 855. Legitur hoc carmen Romae in Bibliotheca Vaticana in codice Conciliorum Gen. teſte Caeſare Baronio. ſed ſine nomine Imperatoris. de hoc diſputat celebris ille Eccleſiaſticorum Annalium ſcriptor ad calcem Lib. X. SCRIVER. vide Baronium Tom. X. Annal. pag. 133. edidit Pithoeus Lib. III. pag. 111. & adſcripſerat hoc carmen in fronte Catalectorum Scaligeri Jacobus Tollius ex Codice MS. Commentariorum Jul. Caeſaris de Bello Gallico, quem ab ornatiſſimo juvene Anſelmo Benthemio Trajectino utendum acceperat: ſed diverſa in multis ſcriptura, & praefixo titulo, VERSUS IN LAUDEM CAESARIS. *Caeſar tantus eras* &c. In Schedis etiam Heinſianis Epigrammatum veterum ex Codice G. J. Voſſii deſcriptis legebatur cum inepto titulo, VIRGILIUS IN LAUDEM CAESARIS.

v. 1. *quantus & orbis*] *quantus eſt orbis* in Schedis Voſſianis. vide ſupra ad Ep. LXIV. 4.

2. *exigua clauderis urna*] al. *immodico clauderis antro.* PITH. ſic in apographo Tolliano. & vs. ſeq. *Poſt haec.*

5. *O quanto premitur*] quatuor hi verſus usque ad *Florens imperii* &c. deſunt in apographo Tollii.

13. *Leges a ſenibus rite ſtatutas*] al. *patribus auctas.* PITH. *patribus actas* apogr. Toll. & margo Pithoei.

14. *Quas elapſa diu*] al. *laſſata.* PITH. ſic in apogr. Tolliano.

18.

Digitized by Google

Omnes, ut fuerant, ipſe reformans
Romanis ſtuduit reddere cauſſis.
Tu longinqua ſatis regna locosque,
Quos nullus potuit flectere Caeſar,
Romanos onerans viribus artus,
Ad civile decus excoluiſti.
Quae te non timuit patria vivum?
Aut quae non doluit, Caeſar, obiſſe?
Sed quae te timuit patria vivum,
Haec te nunc doluit, Caeſar, obiſſe.
Nam ſic mitis eras jam ſuperatis,
Et ſic indomitis gentibus aſper;
Ut qui non doluit, jure timeret.
Et qui non timuit, jure doleret.
Luge, Roma, tuum nomen in umbris;
Et defuncta tuo lumine luge.
Arcus frange tuos: ſicque triumphum
De te, Roma, tuis hoſtibus aufer.

EP. CLIV. *Ataulphi, Gothorum Regis.*

Bellipotens valida natus de gente Gothorum,
Hic cum ſex natis, rex Atäulphe, jaces.
Auſus es Hiſpanas primus deſcendere in oras,
Quem comitabantur millia multa virûm.
Gens tua tunc natos & te invidioſa peremit,
Quem poſt amplexa eſt Barcino magna gemens.

18. *Quos nullus potuit*] *Quod* apogr. Toll.

19. *onerans viribus artus*] al. *arcus.* & quidem rectius. PITH. ſic & in apogr. Toll. & ſeq. verſ. *Ac civile* &c.

21. *Quae te non timuit patria vivum* &c.] Haec & ſequentia hujus carminis his tantum verſibus usque ad finem abſolvuntur in apographo Tolliano:

Quae te nunc doluit Caeſar obiſſe,
Vel quae te timuit patria vivum?
Sed quae te timuit patria vivum,
Et te nunc doluit Caeſar obiſſe.

23. *Sed quae timuit patria vivum*] repone, *Sed quae te timuit.* PITH. *patriam* hic pro regione poni, & ita ſaepe apud Jornandem aliosque illius aevi ſcriptores occurrere, notaverat Opitius. & ſic pro quacumque provincia ac regione dixerunt poſteriori aevo. vid. Reineſ. ad Inſcr. Antiq. Claſ. VII. 33. p. 506. licet eo ſenſu apud Virg. I. Aen. v. 539. occurrat,

Quod genus hoc hominum? quaeve hunc tam barbara morem
Permittat patria?

ut obſervat Leibnitius in Leibnitianis p. 426.

30. *Et defuncta tuo*] lege, *Et defecta tuo.* PITH.

EP. CLIV. *Ataulphi*] Epitaphium hoc Ataulphi, Gothorum regis, fraude ſuorum interemti, Barcinone in Hiſpania (vulgo *Barcelona*) habetur. & exſtat apud Vaſaeum in Chronico Hiſpan. pag. 321. legiturque apud Pithoeum in fine Lib. III. Epigr. vet. p. 145. & in Codice Bucheliano. de ejus morte vide Jornandem de reb. Getic. cap. XXXI. ed. Vulcan. unde lucem accipit hoc Epigramma. Inveni id etiam in Codice MS. Inſcriptionum, olim Cyriaci Anconitani, nunc meo, ubi notatur quoque exſtare Barcinone, & v. 2. ſcribitur *Ataolphe.* v. 5. *Gens tua tunc demum natos.* & in fine, *Quos poſt.* *inſidioſa* etiam pro *invidioſa* malebat Heinſius.

Ep. CLV. Cornelii Severi *de Cicerone.*

Oraque magnanimûm ſpirantia paene virorum
In roſtris jacuere ſuis: ſed enim abſtulit omnes,
Tamquam ſola foret, rapti Ciceronis imago.
Tunc redeunt animis ingentia Conſulis acta,

5. Ju-

Ep. clv. Cornelii Severi *de Cicerone*] Carmen hoc Cornelii Severi de proſcriptione ac morte Ciceronis, quod in Senecae Suaſoria vii. legitur, etiam habetur apud Pithoeum Lib. ii. Epigr. vet. p. 66. Crinitum Lib. iii. de Poët. Lat. 57. & poſt Severi Aetnam edidit Scaliger in Catalectis p. 51. qui inſcripſit hos verſus eſſe ex Severi libris de *bello Civili*. ſic ſane in Animadverſionibus ſuis Euſebianis volebat p. 187. & videtur probaſſe Voſſius de Poët. Lat. pag. 24. licet locus Quintiliani, quem adfert iſtic, parum ad rem faciat, cum agat ibidem de Caſſio Parmenſi, & potius ad p. 33. ubi de Severo agit, referendus eſſet. unde Schedas Voſſii turbatas illic fuiſſe cenſebat Patruus meus. Scaligeri autem correctionem, pro bello *Siculo* legentis *Civili*, inprobat Colomeſius in notis ſuis, quem vide ad Lib. x. cap. 1. pag 906. Nonnulla ad hoc carmen dedimus in Miſcell. Obſerv. Vol. VI. Tom. III. p. 526. & ſeqq. Inſeruit etiam hos verſus H. Stephanus ſuis Poëtar. veter. Fragmentis p. 421. & Severi Aetnae adjunxit quoque Gorallus.

2. *In roſtris jacuere ſuis*] Cogitabam aliquando an legendum eſſet *in roſtris jacuere tuis*, ut Romam forte allocutus fuerit in ſuperioribus, quae deſiderantur. Sed melius eſt, ut verſu primo ſcribatur:

Oraque magnanimûm ſpirantia ſaepe virorum
In roſtris jacuere ſuis.

& *roſtra ſua* explicemus, quae viventes antea ſaepe adſcenderant, ac concionibus coluerant, ut Joh. Schultingius in notis ad Senec. p. 48. Rem optime exponit hac eadem Suaſoria Seneca ſuperius pag. 43. de Cicerone loquens: *Ita relatum caput ad Antonium, juſſuque ejus inter duas manus in roſtris poſitum, ubi ille Conſul, ubi ſaepe Conſularis, ubi eo ipſo anno adverſus Antonium, quanta nulla umquam humana vox, cum admiratione eloquentiae auditus fuerat.* & paullo poſt, ut verba conſtituit idem Schultingius: *cum peractam proſcriptionem ſuam dixiſſet, eſſetque non ſatiatus jam caedendis civibus ſed defectus: hoc quoque* ſuis pro roſtris *exponit.* Rectius etiam *ſaepe jacuere* conjeciſſe me arbitror, pro *paene* ut ſenſus ſit; antea ſaepe virorum illuſtrium capita Romae in roſtris expoſita ſunt, ſed omnium oculos atque ora ad ſe unum adtraxit Ciceronis caput. confirmat Flori locus Lib. iv. cap. 6. §. 5. *Romae capita caeſorum proponere in Roſtris jam uſitatum erat. verum ſic quoque civitas lacrimas tenere non potuit, quum reciſum Ciceronis caput in illis* ſuis roſtris *videretur, nec aliter ad videndum eum, quam ſolebat ad audiendum, concurreretur.* niſi *ſpirantia paene* ſit, fere adhuc viventia.

Ibid. *Sed enim abſtulit omnes*] Omnium reliquorum pro roſtris imagines una Ciceronis obſcuravit, praeſtrinxitque oculos. Juvenalis Sat. x. 120.
Ingenio manus eſt, & cervix caeſa, nec umquam
Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli. SCHOTT.
id eſt, omnium curam, cogitationem, aſpectum. Sulpicia in Sat. v. 63. — *tantum Romana Caleno*
Moenia, jucundos pariterque averte Sabinos.
Romam ob ſaevitiam Domitiani abire cum cuperet Sulpicia, Muſam deprecatur, uti prohibeat, ne maritus Calenus, ſine quo non erat profectura, nimis cogitet, curet, ametque Romam urbem & jucundum ſodalem Sabinum. Id *avertere Caleno Romana moenia & Sabinos* dicit, id eſt, illorum cogitationem, ſtudium, deſiderium, amorem. Infinita ſimilia paſſim ſe offerunt. Calpurn. Ecl. iv. v. 4.
——— *juvat humida forſan*
Ripa, levatque diem vicini ſpiritus amnis.
id eſt, diei aeſtum, ut bene Titius. JOH. SCHULTINGIUS. *abſtulit omnes* hic eſt, omnes in ſe unum convertit, ut explicat Heinſius ad Ovid. Epiſt. xv. vs. 140. quod inprobabat Tollius, qui *abſtulit* refert ad *imago*; ut imago Ciceronis abſtulerit omnes imagines magnanimûm virorum, id eſt, illas ſua luce quaſi obſcuraverit, ſic ut unum ſolius Ciceronis caput in roſtris jacere videretur. ut apud Livium Lib. ii. cap. 5. de Bruti filiis: *Sed a ceteris, velut ab ignotis capitibus, Conſulis liberi omnium in ſe averterant oculos.* vel eadem ſententia *omnes* referebat ad *virorum*, adſcripto Flori loco Lib. i. cap. 3. *Citavere leges nefas, ſed abſtulit virtus parricidam.* ubi Boxhornium multa putide obſervaſſe notaverat. ſed illic alio ſenſu *abſtulit* ponitur, pro eripuit, ſubduxit ſupplicio. vide Graevii notas. *convertere* eodem ſenſu apud Juſtin. Lib. xx. cap. 5. §. 14. *trecenti ex juvenibus, quum ſeparatam a ceteris civibus vitam exercerent, civitatem in ſe converterunt.* eamdem notionem eſſe verbi *conſpici* & *conſpiciendum eſſe*, pro in oculos hominum incurrere, ſeu hominum oculos in ſe convertere, notat Graevius ad Auctor. Rhetor. ad Herenn. Lib. iii. cap. 15.

3. *Rapti Ciceronis imago*] Lege: *carpti Ciceronis imago.* *Carptum* dicit deſectis membris. Vomanus inter duodecim Scholaſticos, in tumulo Ciceronis:
Sed Fortuna nocens miſerando funere raptum
Carpſit, & hoc voluit membra jacere toro. GRONOV.

4. *ingentia Conſulis acta*] vide Patruum ad Ovid. ii. Triſt. v. 335.

6. *Pa-*

Digitized by Google

Jurataeque manus, deprenſaque foedera noxae,
Patritiumque nefas: eſt tunc & poena Cethegi,
Dejectusque redit votis Catilina nefandis.

Quid

6. *Patriciumque nefas eſt*] *nefas tunc: nunc & poena Cethegi*, lego. SCHOTT. Scaliger in Catalectis, *etiam tum, ut poena*. Foecundum Barthii ingenium, *nefas & Sura & poena*: vel *Statili tum poena*: vel *Sullarum & poena*: vel *Surae, tum poena*: denique & *Autronii* nomen valde ſimile putat illis literis, quae locum obſident. Conjicimus:

Patriciumque nefas exſtinctum, & poena.

ut enim Catilinam non nominat, niſi *dejectum votis*, & Cethegum non ſine *poena*, ita nec nefas patricium poſuit ſine mentione eventus reipublicae & neceſſarii & utilis. Mox ſcriptus: *& vita quid artibus acta*, ut Eraſmus quoque & Scaliger. Statimque, *aevi decus*, ut etiam Scaliger. Cui quoque obſecuti ſumus edendo, *ſaevis aeternum obmutuit armis*: cum idem nobis in mentem veniſſet: quamvis editi, *civis*; ſcriptus, *ejus*. GRONOVIUS. Verſus hic variis virorum eruditorum conjecturis varie vexatus. *eſt nunc & poena Cethegi* apud Crinitum, *nefas etiam tum, & poena Cethegi* apud Stephanum legitur. vulgatam, ita ut Pithoeus edidit, *eſt tunc & poena Cethegi*, explicat Schultingius ad Suaſ. 1. pag. 15. ideſt, praeſens verſatur ante oculos, neque animis excidit; ſed huic adquieſcendum non puto: Gronovii autem emendatio, *Patriciumque nefas extinctum*, firmari poſſet ex Virgilio Lib. II. Aen. v. 585.

Extinxiſſe nefas tamen, & ſumſiſſe merentis
Laudabor poenas.

ſic & in carmine, quod poſt antiquam Officiorum Ciceronis edit. Moguntin. an 1465. legitur, teſte Maittair. in Annal. Typogr. T. I. p. 274.

Quo ſolo ferus extinctus furor eſt Catilinae.

ita lege. Barthiani ingenii conjecturas, merito a Gronovio exploſas, videbis in Lib. IX. Adverſ. cap. 14. illa tamen inter ceteras, quas procudit, *& Sura & poena Cethegi*, (ubi *Sura* eſt Lentulus) adeo ſe probavit Ruperto, ut in Obſerv. ad Salluſt. pag. 281. eam pro ſua propinaverit. Sed ſibi potius illam cum reliquis habeat Barthius, ut & ſuam Gorallus, qui conjecit non tantum infeliciſſime, ſed & audacter edidit, *aſt tunc & poena Cethegi*. Felicior in hoc verſu emendando fuit Heinſii manus, qui adſcripſerat editioni Pithoenae, *trucis & tunc poena Cethegi*. vel potius, ut in altero codice corrigebat,

Patriciumque nefas, exſerti & poena Cethegi.

quam ego viri praeclari emendationem ceteris praeferendam opinor; eamque, donec meliorem alius adferat, amplector lubens. ita enim apud Lucanum quoque Lib. II. v. 543.

——— *exſertique manus veſana Cethegi.*

exſertum Cethegum intellige, quod numquam tunica uteretur, atque ita ſemper humerum exſerebat, ut eo dexterius pugnaret, quod & factitaſſe omnes dicuntur Cethegi, unde *cinctutos* ab Horatio Art. Poët. v. 50. vocatos eſſe viri docti recte explicant. eodem modo de Cethego etiam Silius Italicus Lib. VIII. v. 587.

Ipſe humero exſertus gentili more parentum
Difficili gaudebat equo.

& inde *nudus Cethegus* dicitur Lucano Lib. VI. 794. Statius Lib. I. Theb. 413.

——— *tum vero erectus uterque*
Exſertare humeros, nudamque laceſſere pugnam.

ubi Lutatius vitioſe priorem iſtum Lucani locum adfert. Idem Lib. V. Theb. 439. de Caſtore & Polluce:

——— *humeros exſertus uterque,*
Nudus uterque genas.

& Lib. II. Achill. 149.

——— *exſertaque brachia velat.*

Livius Lib. VIII. cap. 9. *Pontifex eum togam praetextam ſumere juſſit, & velato capite* manu *ſubter togam ad mentum* exſerta, *ſuper telum ſubjectum pedibus ſtantem ſi dicere*. & ita *Cato humerum exſertus* apud Tertull. de Pall. cap. 3. Claudianus Conſul. Prob. & Olybr. v. 87.

Dextrum nuda latus, niveos exſerta lacertos.

& Eidyll. VII. 15.

——— *dextram exſerit ille.*

ut bene Heinſius pro *erigit*. Ovidius I. Faſt. v. 409.

Altera diſſuto pectus aperta ſinu;
Exſerit haec humerum.

& II. Faſt. 322.

Ventre minor zona eſt: tunicarum vincla relaxat,
Ut poſſit vaſtas exſeruiſſe manus.

Joſephus Iſcanus Lib. II. Bell. Troj. 608. de Venere, *nuda humeros, exſerta ſinus*. Corippus Africanus Lib. I. de Laud. Juſtin. p. 15. ed. Demſt.

Exſerto & nudam geſtantem pectore mammam:

vide Heinſium Lib. II. Adverſ. c. XIV. ubi apud Propertium Lib. I. El. 20. 44. correctionem ſuam firmat,

Nudus & exſerto plena trahens humero.

quo loco elegantiſſimae Broukhuſii notae plura ſuppeditabunt. & de *exſertis humeris* nonnulla etiam dabit Patruus meus ad Ovid. Lib. III. Artis v. 307. & copioſe eruditi Interpretes Caeſaris ad Lib. VII. de Bell. Gall. cap. 50.

7. *Dejectusque redit votis*] Tanto hoc elegantius,

quod

Quid ſavor aut coetus, pleni quid honoribus anni
Profuerunt? ſacris exacta quid artibus aetas?
Abſtulit una dies civis decus, ictaque luctu
Conticuit Latiae triſtis facundia linguae,

Uni-

quod eos etiam, qui peterent honores, nec adipiſcerentur, *dejectos* dixerunt, ut *aedilitate*, *praetura dejecti*. Sueton. ita *detrudere* Jul. 24. *Craſſum Pompejumque in urbem provinciae ſuae Lucam extractos compulit, ut detrudendi Domitii cauſa conſulatum alterum peterent. Detruſus* tamen *votis* non perinde uſitatum reor. Terent. Heaut. *Quanta de ſpe decidi*. Catilinae vero votum erat, quicquid erat magnum atque egregium in rep. id occupare. J. SCHULTINGIUS. Scriverio igitur in libro ſuo *Detectusque* vel *Detectique* emendanti accedendum non eſt. licet forte adſtrui poſſet ex illo Juliani in Ciceronem apud Pith. Lib. III. p. 90.

Sed vigili cura detectis hoſtibus.

ubi in aliis MSS. eſt *dejectis*. Sed recte Schultingius explicuit. *votis dejectus* hic dicitur Catilina, ut *de ſpe conatuque depulſus* apud Cicer. II. Catil. cap. 7. ſic *opinione*, id eſt ſpe, *dejectus* apud Caeſarem Lib. V. Bell. Gall. c. 48. init: *dejici de urbis praeſidio* Cicero dixit, ubi in Catilinam invehitur, pro Muren. cap. 37. & *de ſententia dejicere* Philip. IX. cap. 4. ita *dejectus* de eo, qui repulſam patitur in petitione honorum, apud Livium Lib. IV. 44. Lib. XXXVII. 47. XXXIX. 32. & XL. 46. *excidere* eamdem habet elegantiam. ut in illo Ovidii de Phaëtonte: *magnis tamen excidit auſis*. & quae plura paſſim obvia.

8. *Quid favor aut coetus*] an *coetus* hic capiendus de populi concione, Ciceroni dicenti plaudere ſolita? Quid aut favor coetûs, aut anni honoribus pleni profuerunt? An cum Gorallo, licet de ſanitate loci dubitet, populi favorem ac concurſum ad Ciceronem, tempore Catilinariae conjurationis factum, vel Senatum ipſum intelligemus? Non puto. Admittenda igitur optima N. Heinſii emendatio,

Quid favor adſuetus, pleni quid honoribus anni
Profuerunt?

haec vox etiam aliis in locis corrupta & loco mota fuit. ſic *decus adſuetum* Senecae Herc. Fur. v. 1115. reſtituit idem Heinſius Lib. II. Adverſ. c. 2. ubi nunc vulgo legas: *collo decus ac telum*, non diſſimili errore. Barthius Lib. IX. Adverſ. cap. 14. legebat: *Quid favor aut cultus*. etiam non male.

9. *Profuerunt*] *profuerant* Auguſt. Brug. & Covard. codd. SCHOTTUS.

& vita quid artibus acta] ſic Frob. & C. Hervag. *acta* pro *actas*. forte, *exacta quid artibus aetas*? SCHOT. ut Schottus conjiciebat, edidit Pithoeus & Crinitus. idque praeferebat Scriverius. Gronovius tamen in MS. legi teſtatur, *& vita quid artibus acta*. quomodo Scaliger exhibuit, & Stephanus. quod neſcio quo modo magis mihi adridet.

10. *Abſtulit una dies civis decus*] Mirum ni & hic nonnulli malint *atra dies* reponere ex Virgilii illo notiſſimo verſu: *Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo*. & ex eo in Inſcriptione apud Fabrettum cap. III. p. 190. *Cl. Dinoviani, quem bisquinos ducentem luminis annos piis* (ſic leg.) *parentibus abſtulit atra dies & acerbo funere merſit*. & ita in alio Epigrammate, quod ex antiquo monumento profert Pier. ad Virg. IV. Aen. 699. *Quod te feſtinans abſtulit atra dies*. ſic & in illo, quod primus edidit nuper Victorius Diſſert. Glyptograph. p. 125. *Florentem vita ſuſtulit atra dies*. apud Silium Ital. Lib. II. 5. *quos turbine Martis Abſtulit una dies*. ubi alii etiam *atra dies*. ſed vulgatam bene vindicavit & exemplis adſtruxit Cel. Drakenborchius. eodem enim modo Severus hic *unam diem*, elegantiae ergo, oppoſuit annis & toti vitae in ſacris artibus peractae. ita emendandum puto in Epitaphio Mimi apud Pithoeum Lib. III. p. 104.

Ergo quot in noſtro videantur corpore formae,
Tot mecum raptas abſtulit una dies.

ubi nunc etiam intruſum *atra dies*. ſic infra in carmine de Aeneide Virgilii:

Quam tot congeſtos noctesque diesque labores
Hauſerit una dies.

Sed quid ceteris fiet hoc in verſu? *civis decus* pro *civium* neutiquam ferri poteſt. praeſertim cum vox *civis* iterum paullo poſt incommode etiam intruſa ſit, *Publica vox civis*, & ibidem denuo ſubſequatur, *pedibus civis projecta ſuperbis Proculcavit ovans*. neque juvat Goralli expoſitio *civis decus*, civem primarium explicantis. Recipiatur ergo Scaligeri lectio *aevi decus*, probante Gronovio, quomodo etiam profert Crinitus, & Columna ad Ennium pag. 88. ſic apud Virg. Ecl. IV. 11.

Tuque adeo decus hoc aevi &c.

& Ovid. Epiſt. XV. 94.

O decus, atque aevi gloria magna tui.

aut, ſi ita velis, Heinſii conjectura, minima mutatione reponentis: *Abſtulit una dies urbi*, vel *urbis decus*. ut monuit ad Virg. Lib. I. Aen. v. 513. ubi & locutionem *icta luctu* illuſtrat. *Urbs* enim hic, ut ſaepe, ſimpliciter pro Roma, καθ' ἐξοχὴν. ut notum. vide Savaron. ad Sidon. pag. 42.

11.

Digitized by Google

Unica ſollicitis quondam tutela ſalusque,
Egregium ſemper patriae caput: ille Senatus
Vindex, ille fori, legum, jurisque, togaeque.
Publica vox, ſaevis aeternum obmutuit armis.
Informes vultus, ſparſamque cruore nefando
Caniciem, ſacrasque manus, operumque miniſtras

Tan-

11. *Conticuit Latiae triſtis facundia linguae*] Tale illud Martialis, Lib. v. Ep. 71.

Impius infando miles corrumpitur auro,
Ex tantis opibus vox tacet una tibi:
Quid proſunt ſacrae pretioſa ſilentia linguae?
Incipient omnes pro Cicerone loqui.

& infra Sextilius Hena:

Deflendus Cicero eſt, Latiaeque ſilentia linguae.

SCHOTTUS.

Verſum hunc a Sextilio Hena in domo Meſſalae, cum praelecturus eſſet hoc carmen, eo modo recitatum fuiſſe teſtatur Seneca,

Deflendus Cicero eſt, Latiaeque ſilentia linguae.

quo oblique Ciceronem traduxit, ex odio nempe, quia Cordubenſes poëtas Cicero (Orat. pro Archia cap. 10.) judicarat pingue quiddam ac peregrinum ſonare; cum Sextilius ille Hena Cordubenſis eſſet, & poëta inaequalis, atque ingenioſus magis quam eruditus.

13. *Ille Senatus*] Hic interpungendum eſt, contra atque libri in vulgus editi: pertinent enim ad priora: ſtatim, *Vindex ille fori.* Non etenim princeps Senatus Cicero fuit, ut paulo ante docere memini. SCHOTTUS.

14. *Vindex ille fori, legum, ritusque, togaeque*] In v. c. corrupte legitur, *virusque.* Scribo, *legum jurumque.* Sic Cato apud Chariſium Soſipatrum Lib. 1. *jurum legumque cultores.* LINDENBROG. Hunc locum me ſatis habuiſſe exercitum fateor, partim propter interpunctationem, partim verborum lectionem. nonnulli cum Schotto diſtinguunt hoc modo:

Egregium ſemper patriae caput, ille Senatus:
Vindex ille fori &c.

Pithoeus & Scaliger ediderunt,

——— *patriae caput: ille Senatus*
Vindex, ille fori &c.

Cogitabam aliquando:

Egregius ſemper patriae pater, ille Senatus
Vindex, ille fori,

notum illud Juvenalis Sat. VIII. 244. *Roma parentem, Roma patrem Patriae Ciceronem libera dixit.* Sed timide hanc conjecturam propono; Totum igitur locum adſcribam, quomodo cum interpungi atque emendari debere arbitror, ſi nitorem ſuum ei reſtituere velimus:

Egregium ſemper patriae caput: ille Senatus
Princeps, ille fori, legum, jurisque, togaeque
Publica vox, ſaevis (vel *diris*) *aeternum obmutuit armis.*

Singula videamus. *Egregium patriae caput*, ut in Epigrammate Valerii Martialis, non Valeriani, quod paullo poſt ſequetur:

Hoc tibi, Roma, caput, cum loqueretur, erat.

ille Senatus princeps conjeci ex Senecae Suaſor. 1. ubi de Cicerone interfecto: *tum per artus ſuos latus, aliter ac ſolitus erat, a civibus ſuis conſpectus eſt, praetendenti capiti, orique ejus inpenſa ſanie, brevi ante* princeps Senatus, *Romanique nominis titulus, tum pretium interfectoris ſui.* vide Rittershuſii notas ad Auctorem Queroli p. 92. quantae autem dignitatis fuerit *princeps Senatûs*, erudite exponit Cel. Weſſeling. Lib. 1. Obſerv. cap. 8. male igitur Schottus interpungebat poſt *Senatus.* & Ciceronem *Senatus principem* dici poſſe negabat. deinde pro *ritusque*, quod hic nihili eſt, licet Goralius quamvis conſuetudinem intelligat, reſcripſi *jurisque*, ex certiſſima Heinſii emendatione. cui favet lectio illa a Lindenbrogio in vetuſto codice reperta *virusque*, ex qua facile ipſi erat *jurisque* potius, quia id veſtigiis literarum reſpondet, ſubſtituere, quam *jurumque*, in quo offendit ſonus verborum inſuavior *legum jurumque.* Eleganter autem *legum jurisque publica vox* hic vocatur Cicero, qui publice leges ac jus voce ſua tam egregie defenderat. Vellejus Paterculus Lib. II. cap. 66. §. 2. *Nihil tam indignum illo tempore fuit, quod aut Caeſar aliquem proſcribere coactus eſt, aut ab ullo Cicero proſcriptus eſt; abſciſaque ſcelere Antonii* vox publica *eſt, cum ejus ſalutem nemo defendiſſet, qui per tot annos & publicam civitatis, & privatam civium defenderat.* forte & in carmine poſt Officia Ciceronis antiquae editionis Moguntinae apud Maittairium ita legendum:

Conſilio Superum cuſtos directus ad urbem
Lux orbis, patriaeque ſalus, vox tota Senatus.

pro eo quod habetur, *mens tota Senatus.* ſic in verſibus de Senatio ſupra Ep. 133.

Principis invicti ſemper ſublimis amore,
Cujus in orbe fui vox legum, lingua ſalutis,
Foederis orator,

ita

Tantorum, pedibus civis projecta ſuperbis
Proculcavit ovans: nec lubrica fata, Deoſque
Reſpexit. nullo luet hoc Antonius aevo.
Haec nec in Aemathio mitis victoria Perſe,
Nec te, dire Syphax, non fecit in hoſte Philippo.

Inque

ita ſcribe cum Jureto ad Symmach. pag. 20. non *vox regum*. Eundem vide ad Lib. II. Epiſt. 87. pag. 80. ubi habetur, *vox juris ac legum eſt*. quod Heinſii correctionem optime firmat, quam video etiam ex veteri libro eruiſſe Melch. Goldaſtum in notis ad Columban. pag. 92. ut adeo nihil ſuperſit, quo eam veriſſimam eſſe exiſtimemus. male igitur in ed. Pith. & Scalig. poſt *rituque*, *togaeque*. major diſtinctio ponitur, & *togaeque publica vox* etiam diſtinguendum eſſe notaverat Francius. Lucanus Lib. I. v. 270. loco adpoſito:

Vox quondam populi, libertatemque tueri
Auſus, & armatos plebi miſcere potentes.

& ſic ſaepe occurrunt tamquam diverſa *leges & jura*, ut *juris legumque peritus* apud Horat. Lib. I. Sat. I. *juris legumque ſacerdos* Corippo Lib. I. pag. 6.

Quaeſtor Anaſtaſius, ſancti pars magna Senatus,
Compoſitor morum, juris legumque ſacerdos.

adi ad illum notas Dempſteri pag. 77. ubi apud Caſſiodorum Lib. VIII. Ep. 13. etiam legebat, *vox legum diceris*. vide Fornerium. de diſtinctione inter *leges & jura* egit Patruus in notis ad Petron. cap. 108. *ergo juris legumque vox* quaſi ex communi formula dicitur. Porro *ſaevis armis* repoſui, Scaligeri editionem ſecutus, ut apud Crinitum & Stephanum etiam habetur, pro quo Pithoeus vitioſe *civis*. Gronovius, qui τὸ *ſaevis* probat, in MS. legi *ejus* teſtatur. Barthii acumen hic excogitabat *cujus*, quod minime admitti poteſt, ſi ita interpungatur, ut requirit ſenſus, metro etiam adverſante. vide Patruum ad Petron. cap. V. pag 24. qui recte illic docet *arma* hic capienda de bellis civilibus, quibus obmutuit Ciceronis vox, & Heinſii conjecturam *diris armis*, non inprobaſſe videtur.

18. *civis projecta ſuperbis*] *cinis* operarum vitio in ed. Pith. *civis projecta ſuperbi* legebat Francius, & Romam ſubintelligi notaverat, ut *ſuperba civium potentiorum limina* Horat. Epod. 2. v. 7.

21. *Hemagio*] lego *Emathio*, *Emathia* prius dicta eſt, quae poſt *Macedonia*, inquit Plinius Lib. IV. cap. 10. Antea etiam *Paeonia*, poſt *Emathia* dicta Livii aetate, ut ipſe Lib. XXVI. Annal. Quod licet minutum, admoneo propter vitiatam editorum omnium ſcripturam *Haematio*. *Non*, inquit, *paſſus talem injuriam Perſes Macedoniae Rex, quem apud Samothracas vicit, cepitque L. Aemilius Paulus, conatumque ad genua procumbere, dextera allevavit, & Grajo ſermone* (ut obiter emendem ex Plutarcho Valerium, Lib. V. pro *grato ſermone*) *ad ſpem exhortatus eſt: tamque humaniter apud ſe habuit, ut vicem illius dolens, flens etiam, aſſidere ſibi juſſerit, unaque ſecum accumbere.* Tandem in triumphum duxit anno V. C. 586. Livius Lib. XLV. & Scriptor de Vir. Illuſtr. cap. 56. SCHOTTUS. Adpoſitus eſt Boëthii locus Lib. II. Conſol. Philoſ. proſ. 2. *Neſciebas Craeſum regem Lydorum Cyro paullo ante formidabilem mox deinde miſerandum rogi flammis traditum, miſſo coelitus imbre defenſum? Num te praeterit Paullum Perſis regis a ſe capti calamitatibus pias impendiſſe lacrymas.* vide Florum Lib. II. cap. 12. §. 11. Simile illud Virgilii Lib. II. Aen. v. 535. ubi Priamus contra Pyrrhum,

At tibi pro ſcelere, exclamat, pro talibus auſis
Di, ſi qua eſt coelo pietas, quae talia curet,
Perſolvant grates dignas, & praemia reddant
Debita, qui nati coram me cernere letum
Feciſti, & patrios foedaſti funere vultus.

quo loco, ut in tranſcurſu id addam, librorum MSS. lectio, qui praeferunt *foedaſti ſanguine vultus*, neſcio an non admittenda ſit, ut innuat Priami filium in conſpectu patris jam cum morte colluctantis, non tantum occiſum a Pyrrho, ſed & ſanguinem ejus vulnere exſilientem in patris moribundi vultum fuiſſe ſparſum. quod dedecus Pyrrhi auget. certe firmari poſſet eo verſu, qui hic modo praeceſſit: *Informes vultus ſparſamque cruore nefando Caniciem.* ſed ad rem. Pergit Priamus; quod huc facit:

At non ille, ſatum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoſte fuit Priamo; ſed jura fidemque
Supplicis erubuit, corpusque exſangue ſepulcro
Reddidit Hectoreum, meque in mea regna remiſit.

ejusdem coloris ſunt illa Ovidii Lib. III. ex P. Epiſt. 3. 41.

At non Chionides Eumolpus in Orphea talis,
In Phryga nec Satyrum talis Olympus erat.
Praemia nec Chiron ab Achilli talia cepit,
Pythagoraeque ferunt non nocuiſſe Numam.

22. *Nec te dire Syphax*] *In te*, ἀπὸ κοινοῦ repetendum. Non igitur recte mutavit Lilius Gyraldus Lib. IV. Hiſt. Poëtarum. Vivus captus Syphax in Numidia, a Laelio & Maſſaniſſa, ductu atque auſpiciis P. Cornelii Scipionis Africani Superioris, qui ann. 552. de Syphace Rege, Annibale, & Poenis

Inque triumphato ludibria cuncta Jugurtha
Afuerant, noſtraeque cadens ferus Hannibal irae.
Membra tamen Stygias tulit inviolata ſub umbras.

E P.

nis triumphavit: ſeptimo poſt anno, ex Macedonia, & Rege Philippo, T. Quinctius Flamininus anno 559. poſt U. C. Mutilus hic verſus in Frob. duabus primis vocibus. SCHOTTUS. *nec fecit* Francius.

23. *Inque triumphato*] παθητικῶς, participium ſine origine, ut Maro III. Georg.

Et duo capta manu diverſo ex hoſte trophaea,
Bisque triumphatas utroque ab littore gentes.

& Scriptor noſter de viris Illuſtr. de Metello Macedonico: *Achaicos bis praelio fudit, triumphandos Mummio tradidit.* Qui & de Jugurtha triumphaſſe auctor eſt Q. Caecilium Metellum, cui Numidici cognomen, anno 644. C. Marius conſul iterum in triumphum duxit, an. 619. & inſaniens Jugurtha in barathrum dejectus, *Juppiter*, inquit, *ut frigidum eſt hoc balneum.* Annibal vero hauſto, quod annulo geſtabat, veneno periit ann. 571. ab U. C: SCHOTTUS.

Ibid. — *ludibria cuncta Jugurtha Abfuerant*] *affuerat* Frob. *adfuerant* Vat. SCHOTTUS. quomodo *cuncta*? cum ipſa triumphalis vinctorum traductio ludibrium. An ita accipiendum, poſtquam triumphatus eſt, nullum aliud ludibrium ei adhibitum? *Ludibria* autem ſunt contumeliae in cadaver. Tacitus Lib. I. Annal. *Data utrique venia facile Segimero, cunctatius filio, quia Quinctilii Vari corpus inluſiſſe dicebatur.* Lib. II. Hiſtor. *Funus maturatum ambitioſis id precibus petierat, ne amputaretur caput, ludibrio futurum.* An potius, *ludibria tanta Jugurtha*, quod omni laude excuito Schelio noſtro videbatur, & mihi quoque eſt ſimillimum veri. GRONOV. Nihil in hoc verſu mutandum. verumque ſine dubio eſt *cuncta*. Dictys Cretenſis Lib. III. *Statimque Hector advolans eum* (Patroclum) *opprimit, ac deſuper vulneribus multis fodit: moxque innititur abſtrahere praelio, ſcilicet inſolentia gentis ſuae illudere cupiens per univerſa genera dehoneſtamenti.* Non unum eſſe ludibriorum genus in cadavera, non dubitabit, qui vel Cyrum, Craſſumque cogitet, & hac ipſa proſcriptione trucidatos. vide Flor. III. 21. Idem de Thracum in Romanos crudelitate videatur. Denique in Ciceronem edita immanitatis exempla redeant in animum, multum magnitudine & modo à ceteris diſcrepantia. Triumphatos qualiter habuerint, Cicero dicat poſtrema in Verrem: *At etiam, qui triumphant, eoque diutius vivos hoſtium duces ſervant, ut his per triumphum ductis pulcherrimum ſpectaculum fructumque victoriae populus Rom. percipere poſſit: tamen cum de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem jubent: idemque dies & victoribus imperii, & victis vitae finem facit* Cujus obſervati loci ne quis cavilletur, quod mihi vindicem gloriam, jam ita Caſaubonus in apparatu adverſus Baronium 6. fin & Grotius Lib. III. de J. B. & P. cap. II. ſunt uſi. quorum hic etiam auctoritate docet veterum, quod Perſeus & Syphax, quorum heic mentio, & alii praeterea reges ejusmodi evaſerint ſupplicium. Valer. Max. V. cap. I. 1. id firmat. Saltem injuriis in cadavera ducum priſci illi abſtinuerunt ſemper: cum impium ac nefarium judicarent,

—— *cum victis certamen & aethere caſſis.*

ſenſum in numerato habentes iſtorum,

—— *Bellavimus: eſto.*
Sed cecidere odia, & triſtes mors obruit iras.

aliter in Ciceronem ſe Triumviri geſſerunt, ut culpa tamen maxime reſpiciat Antonium. Philippus qualem Romanorum, quos ultro irritaverat, expertus ſit clementiam, Juſtinus oſtendit Lib. XXX. 4. & XXXII. 2. JOH. SCHULTING. *Afuerunt* Heinſius. Stephanus recte ita dedit, ut legitur apud Pithoeum. male Crinitus diſtinxit:

—— *ludibria cuncta Jugurtha.*
Affuerat, noſtraeque cadens &c.

24. *noſtraeque cadens ferus Hannibal irae*] fort. *noſtrae cedens ferus Hannibal irae.* vel ſic: *noſtrisque cadens* (aut, *noſtris cedens*) *ferus Hannibal armis.* ſic *dirus* quoque *Hannibal* ab Horatio vocatur Od. 12. Lib. II. Carm. & explicat P. Victorius Var. Lect. Lib. 2 cap. 24. & Lib. 13. cap. 20. SCHOTTUS. Haec quoque integra & ſana, etſi nonnemo conjecturis ſollicitat. Tacit. de Mor. Germ. 33. *Super ſexaginta millia non armis telisque Romanis, ſed quod magnificentius eſt, oblectationi oculisque ceciderunt.* Paſſim tertius ille caſus vel honorem, qui affertur, vel voluptatem, vel & cauſam quamcunque & auctorem rei denotat. Helena de ſe Troad. Sen. 896. *Tibi fluxit Aſiae, fluxit Europae cruor.* Senſus eſt, quamvis inſignis eſſet feritate Hannibal, quod reapſe experti eſſent Romani (vid. Petr. Victor. 3. 20.) & in poteſtate Romanorum mortuus eſſet, non laceratum tamen cadaver, ac ludibrio habitum fuiſſe. Ciceroni principi & parenti eruditionis atque eloquentiae eodem jure uti non licuit! SCHULTINGIUS. perperam Stephanus, *noſtraque cadens ferus Hannibal ira.* & ſic in editione Scaligeri, ubi tamen Francius etiam correxerat *noſtrae irae.*

Ep. clvi. Laureae Tullii *de Ciceronis villa Academia.*

Quod tua, Romanae vindex clariſſime linguae,
 Silva loco melius ſurgere juſſa viret:
Atque Academiae celebratam nomine villam

Nunc

Ep. clvi. Laureae Tullii *de Ciceronis villa Academia.*] Epigramma hoc eſt de Academia Ciceronis. PITHOEUS. optimos hos verſus Laureae Tullii, Ciceronis liberti, de illius villa, poſteritati ſervavit Plinius, apud quem leguntur Lib. xxxi. Hiſt. Nat. cap. 2. ex quo ediderunt Pithoeus Lib. ii. Epigram. p. 58. & Scaliger in Catalect. Lib. i. pag. 210. eoſdemque H. Stephanus in Fragm. vet. Poët. p. 415. Urſinus in Famil. Rom. pag. 16. & 17. edit. Rom. Schottus Itinerario Italiae Lib. iii. p. 562. & 563. & alibi alii exhibuerunt. vide & Crinitum Lib. ii. de Poët. Lat. cap. 36. Verum ut recte intelligantur, meretur integer Plinii locus, quia verba ejus ſenſum & acumen carminis aperiunt, hic adſcribi: Agit autem illic de miraculis & virtute aquarum medicata: *Capiti auribusque privatim medentur: oculis vero Ciceronianae: digna memoratu villa eſt, ab Averno lacu Puteolos tendentibus impoſita litori, celebrata porticu ac nemore, quam & vocabat M. Cicero Academiam, ab exemplo Athenarum, ibi compoſitis voluminibus ejusdem nominis, in qua & monumentum ſibi inſtauraverat, ceu vero non & in toto terrarum orbe feciſſet. Hujus in parte prima, exiguo poſt obitum ipſius, Antiſtio Vetere poſſidente, eruperunt fontes calidi perquam ſalubres oculis, celebrati carmine Laureae Tullii, qui fuit e libertis ejus, ut protinus noſcatur etiam miniſteriorum hauſtu ex illo majeſtas alienigena.* &c. ultima verba admodum vexata ita poſui, ut illa emendavit Heinſius Lib. i. Adverſ. xvii. pag. 180. Almelovenius autem codici ſuo adnotaverat ad nomen *Laureae Tullii*, ſe non putare eſſe nomen poëtae, ſed alluſum ad verſum Ciceronis,

Cedant arma togae, cedat quoque laurea linguae.

quod ſatis refutatur ex hoc Plinii loco, & quod Laureae Tullii Epigramma in Sapphonem occurrat in Anthol. Graec. Lib. iii. cap. 25. n. 64. Ex iſtis igitur Plinii verbis patet, Antiſtium Veterem, de quo verſus Epigrammatis quartus intelligendus eſt, poſt proſcriptionem ac mortem Ciceronis, villae ejus, Academiae dictae, ubi Academicarum Quaeſtionum volumina, quae innuit Plinius, conſcripſit Tullius, fuiſſe poſſeſſorem, ibidemque erupiſſe fontes calidos oculis & viſui ſaluberrimos. quod poëta Laurea Tullius tranſtulit ad honorem ipſius Ciceronis, ut ejus lectores, quoniam ſcripta illius paſſim & ubique ab omnibus tanto ſtudio leguntur oculis aquas iſtas adhiberent medelae loco, ſi forte nimia Ciceronis lectione corrumperentur, quod ultimi diſtichi acumen eſt. vide de calida hac & oculis ſalubri villae Ciceronianae aqua, *balneum Ciceronis* dicta, Capacium in Hiſt. Puteolan. cap. xi. p. 47. Dausquejum ad Silium Ital. p. 484. Abram. ad Cic. Orat. pro Balbo cap. 20. Pighium in Herc. Prodic. p. 371. & Monum. Paderborn. p. 248. alia quoque exempla fontium oculis medicantium apud veteres obvia. vid. Solinum cap. ix. ex quo iſta Priſcianus in Perieg. v. 467.

Sardiniae poſtquam pelago circumflua tellus
Fontibus e liquidis praebet miracula mundo,
Qui ſanant oculis aegros, damnantque nefando
Perjuros furto, quos tacto flumine caecant.

Ceterum quod anonymus ille, qui Delectum Epigrammatum edidit, hoc Laureae Tullii carmen vitioſum, & ex falſorum Epigrammatum genere eſſe judicaverit pag. 220. ed. Lond. id ſolide refutatum videbis a Franciſco Vavaſſore in libro de Epigram. cap. xix.

1. *Quod tua Romanae*] Douza Pater legit, *Quo tua.* Referendum enim ad verbum *loco.* LINDENBROG. Sic jam in emendatis Plinii editionibus editur. & ita profert Urſinus. & recte. *Quo tua R. v. c. l. Silva ſolo* &c. legit Chriſt. Cruſius in Probab. Critic. cap. vi. in fine.

3. *Atque Academiae celebratam nomine villam*] Heinſius in codice ſuo legebat, *Hecademeo.* ab *Hecademo*, qui Academiae nomen dedit, nam ita ſemper ejus nomen, non *Academum*, ſcribendum eſſe contendit Meurſius in Exercit. Critic. Part. ii. cap. xii. pag. 213 & ſeqq. & in Critic. Arnob. Lib. iv. cap. 1. quem videre etiam debes in notis ad Heſychium Miles. pag. 184. & in Ceramic. Gemin. cap. xxvii. pag. 94 & ita ab eo *Hecademia* dicta eſt, quae poſtea *Academia.* ut ex Suida, Stephano, aliisque egregie docet Menagius ad Diogen. Laert. in vita Platonis Lib. iii. § 7. p. 141. ubi nonnulla loca etiam, ut fecerat Meurſius, indicat, in quibus *Academi* nomen perperam pro *Hecademo* ſcribitur. ut in illo Horatii Lib. ii. Epiſt. 2. v. 45. *Atque inter ſilvas Academi quaerere verum.* ubi *Hecademi* ſcribendum eſſe volunt, licet tamen codices manu exarati pro recepta ſcriptura ſtent. Puto utrumque apud veteres promiſcue in uſu fuiſſe, quamquam ubi de *Hecademo* heroe ſermo ſit, ita ſemper ſcribendum eſſe concedi poſſet, quum ab illo antiquitus antea *Hecademiam* ſive *Ecademiam* dictam tradunt antiqui, quae deinde *Academia.* vide etiam

Dauſ-

Digitized by Google

Nunc reparat ſcultu ub meliore Vetus:
Hic etiam adparent limphae non ante repertae,
Languida quae infuſo lumina rore levant.
Nimirum locus ipſe ſui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes quum patefecit ope.
Ut, quoniam totum legitur ſine fine per orbem,
Sint plures, oculis quae medeantur, aquae.

EP. CLVII. VALERIANI, *de Cicerone.*

Par ſcelus admiſit Phariis Antonius armis:

Abſ-

Dauſquej. Part. II. Orthogr. pag. 116. hoc autem in verſu, ubi de Ciceronis villa, *Academia* dicta, agitur, idem Heinſius ad Virg. Lib. I. Aen. v. 201. ſcribebat *Academeae.* ut *Alexandria* & *Alexandrea*, *Antiochia* & *Antiochea*, & ſimilia, de quibus ibidem egregie agit. poſſet etiam *Academeo.* ſed praeſtat nihil mutari, nam recte penultima producitur, quia *ει* diphthongus eſt in Graeco. & ſic in verſu Ciceronis in fragmento ex Lib. II. de Conſulatu ſuo, quod legitur Lib. I. de Divin. cap. XIII.

Inque Academia umbrifera, nitidoque Lyceo.

licet Voſſius Lib. I. de vitiis Serm. cap. XI. in fine, utrumque dici obſervet; quia Ἀκαδημία & Ἀκαδημεία Graecis. ſed hunc verſum tamen profert, ut penultimam produci oſtendat. Ego vetuſtioribus ſemper productam opinor, licet deinde alii poſterioris aevi poëtae corripuerint. ut Claudianus in Conſul. Mallii Theod. v. 94.

In Latium ſpretis Academia migrat Athenis.

ubi Delrius hunc ipſum verſum cogitabat, cum notat Ciceronem, ejusque libertum Lauream, penultimam in hac voce produxiſſe, ſed Claudianum corripuiſſe: & ſic Sidonius Apollinaris, aliique ſequioris aetatis. quod hodierna verſificatorum natio nunc paſſim ſequitur.

4. *Nunc reparat cultu ſub meliore Vetus*] ſic Pithoeus & Scaliger dederunt. Apud Plinium tamen in vulgatis codicibus editur, *cultu ſub potiore*, quomodo Heinſius & Scriverius ſuis etiam exemplaribus adſcripſerant. & ſic habetur apud Urſinum. *reparas* edidit Stephanus.

6. *Languida quae infuſo*] recte Heinſius & Francius, *Languidaque infuſo.*

EP. CLVII. VALERIANI, *de Cicerone.*] Inpreſſum ſub Valeriani nomine a Georgio Fabricio, qui Moguntiae una cum XII. Scholaſticorum verſibus in mortem Ciceronis editum quoque notat. Sed ex duobus Martialis Epigrammatibus Lib. III. Ep. 66. & Lib. V. Ep. 70. conflatum eſt. proinde fallitur Melchior Goldaſtus, amicus noſter, qui eos verſus ad auctorem priſcum Valerianum Cimelenſem Epiſcopum refert. eum vide ad Valer. Cim. de Bono diſcipl. pag. 19. In Catalectis veterum Poëtarum Pithoei M. Valeriano inſcribitur hoc Epigramma. Quis ille ſit, juxta cum ignariſſimis ſcio. Martiale non eſt indignum: nec facile eo aſſurgit animus Scholaſtici alicujus, aut τοῦ τυχόντος. SCRIVERIUS. edidit Pithoeus Lib. II. pag. 67. & Fabricius Monum. Antiq. Lib. III. pag. 156. Error de auctore Epigrammatis natus procul dubio ex nominibus *M. Valerii Martialis*, unde monachi, quibus forte Valerianus Epiſcopus notior erat, pro *Valerio* ſubſtituerunt *Valerianum*, ut ſaepe in aliis. certe pro *Valeriani* nomine hic *Valerii Martialis* correxit Pithoeus in margine editionis ſuae in Biblioth. Reg. Pariſ. non diſſimili modo pro *Pothino*, qui hoc Epigrammate indicatur, uti ſcribendum probavit Scriverius ad Martial. Lib. V. Ep. 70. librarii monachi ubique fere ſcripſerunt *Photinum*, Epiſcopum Lugdunenſem, quem melius noverant, pro foedo illo Ptolemaei Eunucho ſupponentes. ut obſervat Cl. Oudendorpius ad Lucan. Lib. VIII. v. 483. vide & Scalig. ad Euſeb. pag. 156.

v. I. *Par ſcelus admiſit Phariis Antonius armis*] Recte eruditi Martialis Interpretes, Domitius, Ramirezius, & Raderus exponunt, Antonio exprobari facinus prae ſcelere Pothini Aegyptii gravius & indignius, cum Pothinus Pompeji Magni caput amputaverit juſſu domini Ptolemaei, ſed Antonius triumvir Ciceronis caedem ſuo ſolius arbitrio perpetraverit: illud enim additur apud Martialem poſt ſecundum diſtichon:

Antoni tamen eſt pejor, quam cauſſa Pothini,
Hic facinus domino praeſtitit, ille ſibi.

quod ita inmutare tentat auctor Diſſertationis, praefixae Delectui Epigrammatum Londini edito,

Antoni tamen eſt melior, quam cauſa Pothini,
Hic facinus Domino, praeſtitit ille ſibi.

Sed praeſtare opinor ut vulgatae lectioni & diſtinctioni acquieſcamus. Ceterum hoc Epigramma, & duo illa Martialis, ita imitatus eſt Georgius Anſelmus Lib. I. Epigr. XI.

Tale ſcelus miles coeco corruptus ab auro,
Nec commiſiſſet par Catilina nefas.
Improbe, jam Phario non conceſſure Pothino,
Hoc caput avulſum eſt non tibi, ſed patriae,

ubi

Abſcindit vultus enſis uterque ſacros.
Illud, laurigeros ageres cum laeta triumphos;
Hoc tibi, Roma, caput, cum loquereris, erat.
Quid proſunt ſacrae praeciſa ſilentia linguae?
Incipiunt omnes pro Cicerone loqui.

EP. CLVIII. *M. Tullii Ciceronis Tumulus. per* XII. *Scholaſticos poëtas.*

EUPHORBUS. I.

Hic jacet Arpinas, manibus tumulatus amicis,
Qui fuit orator ſummus & eximius.
Quem nece crudeli mactavit civis, & hoſtis.
Nil agis, Antoni: ſcripta diſerta manent.

Vul-

ubi itidem *Photino* male editur. ultimum diſtichon in altero illo Martialis Epigrammate ejuſdem argumenti Lib. v. Ep. 70. legitur in fine, & huic adſutum eſt. ſimile illud Claudiani Lib. I. in Eutrop. v. 431.

—— heu, ſemper Ptolemaei noxia mundo
Mancipia! en alio laedor graviore Pothino,
Et patior majus Phario ſcelus.

ubi etiam *Photino* vel *Fotino* in MSS. & edd. antiquis. illud *Phariis armis* firmare poſſet emendationem Heinſii apud Virgil. VIII. Aen. 685.

Hinc ope barbarica, Phariiſque Antonius armis &c,

ubi vulgo legitur *variis armis*.

2. *Abſcindit vultus*] Forte, *Abſcidit heu vultus*, ut quantitatis ratio habeatur: aut ſcribendum, *Abcidit*, a *caedo*. quod utrumque Douzae videbatur. SCRIVER. Alii legendum putant, *Abſcidit heu vultus*. Huic ſimile eſt illud de puero:

Abſcidit heu tenerum lubrica cruſta caput.

utraque lectio habet defenſionem. Itaque nihil muto. RADERUS. vide notata ad Epigramma illud de Thrace puero, quod innuit Raderus, Lib. III. Ep. Pith. p. 105. *Abſcidit* etiam Heinſius.

5. *praeciſa ſilentia linguae*] ſic cum Pithoeo Fabricius. at in Codd. MSS. & vulgatis Martialis editionibus, *pretioſa*, quod Scriverius & Heinſius etiam codicibus ſuis adſcripſerant. & ſic Barthius Lib. XLIX. Adverſ. 15. qui *pretioſa ſilentia* explicat, magni conſtantia, nempe quia ſilentio Ciceronis ingens damnum Eloquentia Latina fecerit. ſic apud Ovid. Epiſt. VII. 47.

Exerces pretioſa odia, & conſtantia magno.

& in Epigrammate de Elephanto, quod apud Pithoeum legitur Lib. IV. p. 154.

Eſt tamen expertis mors pretioſa ferae.

id eſt, quae magno emitur. ubi plura Heinſius etiam *proſcripta* vel *praeſcripta* tentaverat. verſu ultimo *Incipiens* in vulgatis Martialis editionibus. ſed illic quoque *Incipiunt* eſt in duobus codicibus Leidenſibus, & Excerptis Modii.

EP. CLVII. *M. Tullii Ciceronis Tumulus* &c.] Ciceronis haec Epitaphia a XII. Scholaſticis poëtis conſcripta habentur apud Pithoeum Lib. III. pag. 90. & ſeqq. Scalig. Catalect. p. 157. & ſeq. & Fabricium Monum. Antiq. Lib. III, pag. 153. ſed qui in nominibus poëtarum mire variat, monetque in notis, impreſſa eſſe Moguntiae, cum Libris de Officiis, a primo artis typographicae inventore. Citata haec eſſe magna ex parte inter Bedae Opera T. II. p. 284. notaverat Pithoeus in libro ſuo Biblioth. Reg. Pariſ. Ex veteri etiam cod. MS. haec Ciceronis, ut & Virgilii Epitaphia, emendatiora quam in Catalectis habentur, protulit Joh. Iſ. Pontanus, qui in Poëmatibus ſuis ea exhibuit pag. 92. & ſeqq. cujus codicis excerpta etiam in Schedis Heinſii inveni, qui praeterea haec cum Voſſiano, Petaviano, itemque Thuaneo contulerat. titulus horum in Voſſiano talis inſcribitur: DE TITULO (lege TUMULO) CICERONIS SENIS VERSIBUS. in Thuaneo: DE CICERONE POST MORTEM ILLIUS. primum autem hoc, quod EUPHORBI nomine ceteri exhibent, BASILIO tribuitur apud Fabricium & Pontanum, & ſub ejus nomine exhibet Scoppa Collectaneorum cap. 5 & ita in codice Bibliothecae Cardinalis de Rohan. cujus excerpta habui per Cel. Dorvillium.

1. *manibus amicis*] *amici* Petav. & Thuan. & ſic apud Scoppam. & in cod. Cardin. Rohan. quomodo etiam ex v. c. adſcripſerat Scaliger exemplari ed. Pith. quod eſt in Biblioth. Vindobonenſi; ut intelligatur Lamia. vide infr. Ep. 163. 166. & 169.

4. *Nil agis, Antoni*] notarat Scriverius id ex Velleji Paterculi Lib. II. deſumtum eſſe. Meretur locus integer adſcribi, quia continet eloquentiſſimam Velleji in Antonium invectivam, quae Epigrammatibus his non tantum egregiam adfundit lucem, ſed & poëtis his nonnullos imitationis colores ſuppeditaſſe videtur: Legitur autem in cap. 66 §. 3. & ſeqq. *Nihil tamen egiſti, M. Antoni:* &c. *nihil, inquam, egiſti, mercedem coeleſtiſſimi oris, & clariſſimi capitis abſciſi numerando* &c. *Rapuiſti tu M. Ciceroni lucem ſollicitam, & aetatem ſenilem, & vitam miſeriorem te principe, quam ſub te triumviro mortem: famam vero gloriamque factorum atque dictorum adeo non abſtuliſti, ut auxeris. Vivit, vivetque per omnium ſeculorum memoriam. Dumque*

hoc

Digitized by Google

Vulnere nempe uno Ciceronem conficis: at te
Tullius aeternis vulneribus lacerat.

EP. CLIX. JULIANUS. II.

Corpus in hoc tumulo magni Ciceronis humatum
Contegitur, claro qui fuit ingenio.
Quique malis gravis hoſtis erat, tutorque bonorum,
Quo paene indigne Conſule Roma perît.
Sed vigili cura detectis hoſtibus, urbem,
Supplicioque datis, praeſtitit incolumem.

EP. CLX. HILASIUS. III.

Unicus orator, lumenque decusque Senatus,
Servator patriae, conditor eloquii:

Cu-

hoc vel forte, vel providentia, vel utcumque conſtitutum naturae corpus, quod ille paene ſolus Romanorum animo vidit, ingenio complexus eſt, eloquentia inluminavit, manebit incolume, comitem aevi ſui laudem Ciceronis trahet; omnisque poſteritas illius in te ſcripta mirabitur, tuum in eum factum exſecrabitur, citiusque in mundo genus hominum, quam ille cadet. vide & Heraldum ad Martial. Lib. v. Epig. 71. elegantem formulam, qua hic utitur Euphorbus, *Nil agis, Antoni*, illuſtravit Muncker. ad Hygin. Poët. Aſtron. II. 34. & Paſſerat. ad Propert. p. 193. Seneca Lib. I. de Benef. 9. *Nihil egiſti, fortuna, quod me pauperem eſſe voluiſti.*

5. *Vulnere nempe uno*] *nempe tuo* vir doctus in ora editionis Scaligeranae, quomodo apud Scoppam etiam legitur, quod Schedae Voſſianae, Pontani, & Cardin. Rohanii codex confirmant. vulgatam tamen praefero propter oppoſitionem in verſu ſequenti, — *at te Tullius aeternis vulneribus lacerat.* hoc eſt, ut Vellej. Paterc. in loco mox a Lindenbrogio producto dicit, *Tullius continuis actionibus aeternas Antonii memoriae inuſſit notas.* Sequentia ex eodem codice mutila fragmina addiderat Heinſius, ad hoc argumentum ſpectantia:

* * *

Quo ſolo fetus exſtinctus furor Catilinae.

lege *furor eſt Catilinae.* & illud,

* *

Conſilio Superum cuſtos directus ad urbem,
Lux orbis, patriaeque ſalus, mens tota ſenatus,
Hic plus Sole micat cruciatus propter honeſtum.

itidemque hoc,

* *

Qui ſexaginta completis ac tribus annis
Servitio preſſam deſtituit patriam.

quod ultimum diſtichon eſt ex Epitaphio Baſilii horum Epigrammatum ſupremo, infra exhibendo. & haec quoque in prima Ciceronis Officiorum editione Moguntina leguntur.

6. *at te Tullius*] *a te* Thuaneus.

Ibid. *aeternis vulneribus lacerat.*] Vellej. Paterculus Lib. II. (cap. 64. §. 3.) *Haec ſunt tempora, quibus M. Tullius continuis actionibus, aeternas Antonii memoriae inuſſit notas.* LINDENBROG.

EP. CLIX. JULIANUS] ASMENIUS apud Fabricium & Pontanum. & in cod. Card. Rohan.

2. *claro qui fuit ingenio*] *eloquio* codex Pontani.

4. *Quo paene indigne Conſule Roma perit*] *periit* ed. Pith. & Scalig. ſed *perit* Putean. infra carmine Maximiani, *Ingenium vivit, corpus inane perit.* ubi in Scalig. & Pith. editione etiam *periit.* ſed *perit* contractum eſt. infeliciſſima autem eſt emendatio, quam viri docti, neſcio cujus, manus editioni Scaligeranae adleverat:

Quo paene indigna Conſule Roma fuit.

licet ita etiam ediderit Fabricius. & in cod. Card. Rohan. legatur. ſed contra mentem poëtae, & metri leges. forte,

Quo paene (indignum!) Conſule Roma perit.

vide mox ad Ep. ſeq. v. 5.

5. *Sed vigili cura detectis hoſtibus*] *dejectis* melius in Petaviano ac Thuaneo, & ita edidit Fabricius. vide ſupra ad carmen C. Severi Ep. CLV. v. 7. *Dejectusque redit votis Catilina nefandis.* praeterea *urbe* eſt in Thuaneo. ut rotundius forſan fuerit, ſi legamus:

Sed vigili cura dejectis hoſtibus urbe,
Supplicioque datis, praeſtitit incolumem.

incolumem, urbem Romam ſcilicet, quae praeceſſit. ſic ipſe Cicero Catil. II. init. *Tandem aliquando L. Catilinam furentem audacia* &c. *ex urbe vel ejecimus, vel emiſimus.* & paullo poſt: *loco ille motus eſt, cum ex urbe eſt depulſus.* & alibi ſaepius. *detectis* tamen praefert Cl. Oudendorpius, quia Cicero detexerat potius quam urbe ejecerat hoſtes: ut ipſe ſaepe queritur, Catilina egreſſo, ceteros in urbe manſiſſe.

EP. CLX. HILASIUS] portentoſum eſt poëtae nomen, cui apud Fabricium & in cod. Rohanii hoc Epigramma adſcribitur, vocaturque LYOMANNUS.

quod

Cujus ab ingenio tandem illuſtrata perenni
Lumine praeclaro lingua Latina viget:
Occidit inſane manibus laceratus iniquis
Tullius, ac tumulo ſubditus exiguo eſt.

EP. CLXI. PALLADIUS. IV.

Quicumque in libris nomen Ciceronis adoras,
Adſpice quo jaceat conditus ille loco.
Ille vel orator, vel civis maximus: idem
Clarus erat factis, clarior eloquio.
Ac, ne quid Fortuna viro nocuiſſe putetur,
Vivus in aeternum docta per ora volat.

EP.

quod natum fuit ex vitioſo exemplari, in quo forte VOMANNUS aut VOMANUS ſcriptum fuit. cui apud Pithoeum inter Scholaſticorum horum poëtarum verſus nonnulla tribuuntur. vide pag. 92. 93. 95. 161. 163. 164. 165. & ſeqq. LIOMARUS in codice Pontani, qui eidem inſcribit quartum Epigramma Epitaphiorum Virgilii pro VOMANO. ut in vulgatis.

3. *Cujus ab ingenio tandem illuſtrata*] illud *tandem* mihi ſuſpectum, & neſcio an non praeſtiterit *quondam*. vel *tantum* cum Cl. Oudendorpio, pro adeo, tanto opere.

4. *Lumine praeclaro lingua Latina viget*] *vocet* cum aſteriſco Scaligeri & Pithoei editio, quae in margine habet *viget*, ut edidit Fabricius. cui adſtipulantur Petavii, Thuani, Pontani, & Rohanii codex. & ita in ſuo v. c. legi notaverat Scaliger in exemplari Vindobon. itaque ſic edidi. Seneca Suaſor. VII. de Cicerone, *quamdiu ſuus literis honor*, *ſuum eloquentiae pretium erit* &c. *admirabile poſteris vigebit ingenium*. ut optime locum emendat Heinſius ad Vellej. Paterc. Lib. II cap. 66. pag. 395. pro eo quod Lipſius ibidem corrigebat, *quamdiu uſus literis, honor ſcientiae, eloquentiae pretium erit.*

5. *Occidit inſane manibus laceratus iniquis*] *indigne* Puteaneus, Thuani, Pontani, & Rohanii codex, ut edidit Fabricius. *inique* idem etiam Thuan. Puto legendum:

Occidit (indignum!) manibus laceratus iniquis.

ſimilia vide apud Bentlej. ad Horat. Lib. II. Sat. 5. 79. & ejusmodi exclamationum parentheſi incluſarum, ſed a librariis ſaepe omiſſarum vel corruptarum, exempla dedi ſupra ad hujus Libri Ep. XVI. 3. & mox Ep. CLXIII. v. 6. ſequente verſu *τὸ eſt* omittit Fabricius.

EP. CLXI. PALLADIUS] EUPHORBIO inſcribit Pontani & Rohanii codex, Fabricius. & Scoppa in Collectaneis, qui verſu ſecundo, neſcio an ex codice quodam aut editione antiqua, *lateat* dedit pro *jaceat*, & quarto *facie* pro *factis*. ut in cod. Rohan. inepte.

4. *clarior eloquio*] *eloquiis* Thuan.

6. *Vivus in aeternum docta per ora volat.*] Ennius;

—— *volito vivu' per ora virûm.* LINDENBR. ſic edidit Scaliger & Pithoeus. apud Fabricium vero & in cod. Card. Rohan. legitur,

At ne quid fortuna viro nocuiſſe putetur,
Vivit, & aeternum docta per ora volat.

& ita etiam in Collectaneis Scoppa. quod firmatur a codice Pontani. id ſpecie quidem blandiri poſſet, ſed interpolatum tamen eſt. illud enim *vivus* manifeſto indicat, poëtam hunc Enniana ante oculos habuiſſe, & exprimere voluiſſe. Eſt vero ille Ennii verſus in Epitaphio ſuo apud Pithoeum p. 86. ubi *docta per ora* ſimiliter; ut hic de Cicerone Palladius, corrigebat perperam Beroaldus, ut literae *s* in *vivus* ſynalaepham evitaret. ſed recte Columna ad Ennium p. 162. eum refutat, & obſervat magnam eſſe in hac voce *vivus* energiam & venuſtatem, ac proinde eam hic quoque addidiſſe Palladium. ut apud Virg. XII. Aen. 235. *Succedet fama, vivusque per ora feretur.* ubi tamen Patruus meus *vivûmque*. rectius etiam in praecedenti verſu *At* profert Columna, quam *Ac*. de ipſa locutione *volitare per ora*, vel *per ora virûm*, vide Heinſium ad Claudian. IV. Conſ. Honor. v. 270. & ad Epigr. in Aponum v. 10. notas Doctor. ad Juſtin. Lib. XVI. cap. 5. & Vorſt. de Lat. falſo ſuſpect. cap. XXV. p. 204. & ſeqq. hinc in vexato Catulli Epigr. I. corrigebat Joh. Jovianus Pontanus,

Qualecumque quod ora per virorum
Plus uno maneat perenne ſeclo.

quam emendationem non inprobat, & ſimilibus exemplis illuſtrat Barthius ad Statium II. Th. 651. vide Broukh. ad Propert. Lib. II. El. I. 2. Plinius Lib. II. Epiſt. 10. *Sine per ora hominum ferantur* (verſus) *iisque quibus Lingua Romana ſpatiis pervagentur. in aeternum*, ut in Epigrammate Pompe-

EP. CLXII. ASCLEPIADIUS. V.

Marcus eram Cicero, toto notiſſimus orbe,
Cujus reliquias occulit urna brevis.
Dextera me patriae nuper civilis ademit,
Eripui patriam qui prius exitio.
Si quis in hoc ſaxo Tullî legis advena nomen,
Non dedigneris dicere, Marce vale.

EP. CLXIII. EUSTHENIUS. VI.

Tullius Arpinas ex ordine natus equeſtri,
Sed virtute ſua Conſul in urbe fuit.
Quem Catilina malus, conjuratique nocentes

Sen-

pejani in Virgilium, apud Pithoeum pag. 94.

Cujus in aeternum paſtoria fiſtula vivet.

EP. CLXII. ASCLEPIADIUS] JULIANO tribuitur apud Fabricium. & in cod. Pontani & Rohan.

1. *Marcus erat Cicero*] ſic ed. Pith. & Scalig. ſed recte Barthius Lib. XXXII. Adverſ. cap. 19. legit, *Marcus eram Cicero*, ut edidit Fabricius, quem ſecutus ſum, probante etiam Patruo meo ad Ovid. III. Amor. El. 9. v. 40. & ſic Francius ac Broukhuſius ad marginem editionis Scaligeranae adſcripſerant. omnino vere. nam id ſequentia poſtulant, in quibus ipſe loquitur Cicero. Sed ita non raro in his peccatum inveni. Lib. I. Epigr. vet. p. 6. ed. Pith.

Aediculam hanc Nymphis poſui.

ubi male Gruterus *poſuit*. in Epigr. de Achille, quod ſupra dedimus, Lib. I. Ep. 98. & apud Pithoeum habetur Lib III. pag. 91. ubi praeceſſit, *Pelides ego ſum*, ſequitur,

Qui ſtravi toties armis victricibus hoſtes.

ubi in editione Pithoei Genevenſi vitioſe excuſum *Qui ſtravit*. in Epigr. de Virgilio apud Pith. pag. 95.

Nomen inextinctum Virgilius merui.

ut recte codices MSS. & editioni Scaligeranae adſcripſerat Francius, quod firmatur a codice Huydecoperiano. nam in editis perperam *meruit*. Ovid. Epiſt. XII. 25.

Hoc illic Medea fui, nova nupta quod hic eſt.

ubi *fuit* in Puteanco & aliis, recte id inprobante Heinſio. ſimilia notavit Patruus ad Virgil. Lib. V. Aen. 355.

3. *Dextera me patriae nuper civilis ademit*] Barthius ibidem teſtatur, in membranis Helveticis, in quibus carmen hoc invenit, vocem *Dextera* fuiſſe eraſam, ſed quid ad marginem ſuppoſitum fuerit, omnino legi non potuiſſe: verum ſuſpicari ſe addit, *Excetra* exſculpi poſſe; ut Antonius ita vocetur. quae emendatio, ſi non prorſus vera, non omnino tamen mihi videtur inſulſa. de hac voce adi omnino Lindenbrogii notas ad Catalecta pag. 323. ſive ad Lib. I. Epigr. XLII. v. 2. hujus Edit. ubi Iſidoro & Mamertino eam reſtituit. & adde indubitatam eſſe ejus in Iſidoro emendationem, cum ille totidem verbis deſcripſerit Servium ad Virg. VI. Aen. 287. *Hydram dicit, ſerpentem immanis magnitudinis, quae fuit in Lerna Argivorum palude; ſed Latine excetra dicitur, quod uno caeſo tria capita excreſcebant.* eodem modo Iſidorum correxerat Grotius in notis ad Germanici Aratea pag. 17. & poſt eos Munckerus ad Hygin. Fab. XXX. ubi plura de hac voce. firmaturque unice haec emendatio ex verſibus apud Cicer. II. Tuſcul. 8. ex Sophocle, ubi Hercules loquitur:

Haec dextra Lernam, tetra mactata excetra,
Placavit: haec bicorporem adflixit manum.

Gloſſarium MS. Bibliothecae Leidenſis: *Exedra*, (ſcribend. *Excetra*) *vel Excedra, vel Excidra, ſerpens eſt, ſi occidatur, ſurgent de capite ejus plures ſerpentes, niſi citius comburatur; aut eſt fabuloſum portentum multorum capitum. Graece dicitur Hydra.* Papias in Vocabulario: *Excetra hydra dicta eſt vel multorum capitum ſerpens, quae ſi occiditur, ſurgunt de capite ejus plures ſerpentes, niſi ſicius* (leg. *citius* vel *ocius*) *incendantur. excetrae* vox occurrit etiam apud Livium Lib. XXXIX. cap. XI. *Illius excetrae delinimentis & venenis inbutum* &c. ut recte illic vindicat Marcus Donatus, pro *echidnae*. & ſic in loco Apuleji, cujus me admonuit Cel. Oudendorpius, legendum ex veſtigiis MSS. Lib. X. Met. pag. 252. *multiforme facinus excetrae dilatione languida paſſus marceſſere.* ubi in cod. Florent. *exceterae venenatae.* unde Elmenhorſt. in notis p. 300. *excetrae venenatae.* Sed *venenatae, veneficae, execratae*, ut ex MSS. adfert Pricaeus, ſunt gloſſae vocis *excetrae*.

5. *Si quis in hoc ſaxo*] hoc diſtichon a ceteris hujus Epigrammatis verſibus ſejungit codex Pontani.

6. *Non dedigneris*] *Ne* Broukhuſ.

EP. CLXIII. EUSTHENIUS] HELASIUS apud Fabricium, & in cod. MS. Pontani, & Rohan.

5.

Senſerunt vigilem civibus eſſe ſuis.
Hunc tamen, o pietas, tres occidere tyranni:
At Lamia ille pio ſuppoſuit titulo.

Ep. CLXIV. POMPEJANUS. VII.

Qui tenet eloquii faſtigia ſumma Latini:
Qui Conſul patriam caedibus eripuit:
Quique trium ſaevo vitam dedit enſe Virorum,
Tullius, en! hac eſt ipſe ſepultus humo.
Sed vitae brevitas penſatur laude perenni.
Quod mors eripuit, gloria reſtituit.

Ep. CLXV. MAXIMIANUS. VIII.

Tullius hic ſitus eſt, venerabile nomen in aevum:
Clarus honore ſimul, clarus & ingenio.
Quem ſcelerata neci crudeliter arma dederunt,
Quod patriae vindex ille fidelis erat.

Sed

5. *Hunc tamen, o pietas, tres occidere tyranni*] parentheſi includenda illa, *ô pietas.*

Hunc tamen (ô pietas!) tres occidere tyranni.

ſic in Epigrammate de puero interfecto Lib. III. pag. 106.

Propter aquam (ah pietas!) ictus ab angue radit.

vide Heinſium & Patruum meum ad Ovid. Lib. XI. Metam. v. 328.

6. *At Lamia ille pio ſuppoſuit titulo*] ita Pithoeus & Scaliger ediderunt, & in Voſſiano legitur; ſed rectius utique *tumulo* dedit Fabricius, quod & in Petaviano invenit Heinſius. ſic infra in carmine Vitalis:

Hoc Lamiae debet, quod jacet in tumulo.

& haec fere perpetua eſt harum vocum mutatio, maxime in vetuſtis Epitaphiis. ſic Lib. III. pag. 105. ed. Pith.

Nolo Deos manes, flos ſatis eſt tumulo.

ita legendum. perperam Pithoeus & Fabricius *titulo.* eodem libro pag. 134.

Verius hunc tumulum matri tu, nata, dicaſſes.

ubi circumfertur etiam vulgo *titulum.* Lib. IV. p. 185.

Et pontem Aureoli dedicat & tumulum.

ubi in aliis etiam *titulum.* in Epigrammate, quod ſub Germanici Caeſaris nomine legitur apud Pith. Lib III. pag. 97.

Quod ſi quem tituli nihil hujus gratia tangit.

ſic legendum. male editur *tumuli*, quod praeceſſerat. ita in Inſcriptione apud Gruter. p. DCXCV. 9. ſed quae emendatior & integrior edita a Marchione Venuto in Deſcript. Antiq. Herculan. pag. 34.

Si non fatorum praeceps hic mortis obiſſet;
Mater, quae hoc titulo debuit ante tegi.

ubi forte ſcriptum olim fuit,

Mater, quae hoc tumulo debuit ante tegi.

vel, ut putabat Cl. Oudendorpius,

Mater in hoc titulo debuit ante legi.

& ſic paſſim. ita variant MSS. apud Ovid. Ep. VII. 194.

Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit.

ubi Heinſius ex codice Strozzae praefert *tituli.* ſed recte *tumuli marmore* retinuit Patruus. Ep. VIII. v. 120.

Quod ſe ſub tumulo fortiter ulta jacent.

ubi in Lovanienſi codice, *Quod ſic ſub titulo* &c.

EP. CLXIV. POMPAJANUS] PALLADIO tribuitur apud Fabricium, & Pontanum. & in cod. Card. Rohan.

3. *Quique trium ſaevo*] *ſaevum* Thuan. & alter codex a Voſſio collatus.

Tullius en hac eſt] ita Pithoeus edidit, cui adſtipulantur codd. MSS. In editione Scaligeri, & cod. Rohan. *Tullius eſt in hac*, contra metrum. Viri docti manus mihi ignota ad marginem, *eſt & in hac.* uti Fabricius edidit, & in Pontani codice habetur. Francius *Tullius en hac eſt.* In Voſſiano *Tullius en hac em* ideſt *en.* illud *ipſe* ſupplendo verſui inſertum quem non offendat? rectius igitur Heinſius *ille.* quam vocem, pro altera paſſim ſuppoſitam, minime fulciendo verſui inſervire, patebit ex illius notis ad Virg. VII. Aen. 110. ſequente verſu *brevitas vitae* Fabricius, & cod. Pontan. & in pentametro, *Quo mors eripuit* in Voſſiano ac Petaviano. lege cum Cl. Oudendorpio, *Quam mors eripuit.* vitam nempe.

EP. CLXV. MAXIMIANUS] ASCLEPIAS inſcribitur Fabricio. ASCLEPIADES in cod. Card. Rohan. ASCLEMUS in cod. Pontani.

5.

Digitized by Google

Sed nihil inſanda profecit caede tyrannus.
  Ingenium vivit, corpus inane perit.

EP. CLXVI. VITALIS. IX.

Romani princeps populi, decus ordinis ampli,
  Maximus orator, civis & egregius:
Conjuratorum vindex, hoſtisque malorum,
  Proſcriptus periit a tribus ille Viris.
Qui caeſus graviter, qui detruncatus acerbe,
  Hoc Lamiae debet, quod jacet in tumulo.

EP. CLXVII. VOMANUS. X.

Doctrinae antiſtes, rerum mirabilis auctor
  Tullius, exiſtens nobilis ex humili:
Cui dedit excellens ars oratoria nomen:
  Virtute ingenii venit in aſtra ſui.
Sed Fortuna nocens miſerando funere raptum
  Carpſit, & hoc voluit membra jacere loco.

EP. CLXVIII. ASMENUS. XI.

Eloquii princeps, magnis memorabilis actis,
  Tullius, indigna caede peremtus obit.
Sed terras omnes inplevit nomine claro,
  Ingenium, caeſo corpore, morte caret:

Vi-

5. *Sed nihil infanda profecit caede tyrannus*] *nil* Voſſian. *infandus* Petav. quo accedit Thuanei codicis lectio, *infandos tyrannos. in tanta* cod. Pontan.

EP. CLXVI. VITALIS] EUSTHENIUS apud Fabric. & in cod. Rohan. EUSEMIUS cod. Pontani.

3. *hoſtisque malorum*] *hoſtipi* Voſſian. & verſu ſequente *Praeſcriptus*. in ceteris nihil variatur.

EP. CLXVII. VOMANUS] BASILIO tribuit Thuanae Bibliothecae codex. POMPEJIANO datur in cod. Pontani, & Rohan. & ſic apud Fabricium & Scoppam Collectaneor. cap. 5. pro POMPEJANO.

6. *membra jacere loco*] *ſolo* Petavianus, Pontani & Rohan. codex, quomodo edidit Fabricius. mutatione ſollemni. vide ſupra ad Epigr. XXIX. hujus Libri. *toro* profert Gronov. ad Senecae Suaſor. VI. p. 371. vulgatum tamen praefero. ſic ſupra in Epigrammate Palladii,

Adſpice quo jaceat conditus ille loco.

Epigr. XXV. in magnos Duces,

Hic parvo, nullo conditus ille loco eſt.

carmine Aſmeni in Virgilium apud Pith. p. 93.

Hunc mihi defuncto fata dedere locum.

& in Epitaphio Ovidii pag. 96.

—— *hunc illi fata dedere locum.*

& paſſim.

EP. CLXVIII. ASMENUS] MAXIMINIUS Fabric. ut in Pontani codice. MAXIMINUS cod. Rohan.

1. *Eloquii princeps*] *Eloquio* Puteani, Thuani, Pontani & Rohan. codices. & ille quem Voſſius contulit, ubique cum Thuaneo conſpirans. & ſic edidit Fabricius. ut apud Cic. I. de Orat. 23. *Conſilio linguaque princeps.* Orat. cap. 19. *loquendi gravitate princeps.* & III. de Leg. 7. *doctrinae ſtudiis princeps.* licet *civitas eloquentiae princeps* apud eumdem Lib. I. de Orat. 4. & *artium princeps* apud Terent. Adelph. II. 3. 6. aliosque paſſim occurrat. ſecundo verſu *indigne* Putean. *obis* idem cum Thuaneo. *obiit* ed. Pariſina Pithoei. ut ſupra *periit* pro *perit.* *obid* Voſſian.

3. *Sed terras omnes*] *Terras omnipotens* legebatur in Puteaneo, & Rohan. cod. quam ineptam lectionem ſecutus, ſimili forte uſus codice, edidit Fabricius,

Terras omnipotens inplevit nomine claro.

nec aliter legitur in Pontani codice, ut teſtatur in notis ad Poëm. p. 291. abſurde ſatis. idem tamen monachi etiam invexerunt in codicem Thuaneum, in quo, *Sed terram omnipotens.* ſequente verſu idem Thuani liber, *Vivit en ingeni poliet* &c.

EP.

Vivit, & ingenti pollet cum laude per orbem.
  Cujus in hoc tumulo membra ſepulta jacent.

EP. CLXIX. BASILIUS. XII.

Inclytus hic Cicero eſt Lamiae pietate ſepultus,
  Quem Fortuna neci tradidit inmeritae:
Maximus eloquio, civis bonus, urbis amator,
  Perniciesque malis; perfugiumque bonis.
Qui ſexaginta completis ac tribus annis
  Servitio preſſam deſtituit patriam.

EP. CLXX. *Epitaphium Ciceronis.*

Ille Oratorum princeps, & gloria linguae
Romanae, jacet hac cum conjuge Tullius urna:
Tullius ille, inquam, de ſe qui ſcripſerat olim,
O fortunatam natam me Conſule Romam!

EP. CLXIX. BASILIUS] VOMANO hoc adſcribit Thuaneus. VITALIS praeligitur apud Fabricium, & in Pontani ac Rohanii codice.

1. *hic Cicero eſt*] *eſt* deeſt cod. Pontan. & omittit Fabricius. v. ſec. *immerite* cod. Rohan.

3. *Maximus eloquio*] *ingenio* idem Thuan. ſupra Ep. CLIX. *clara qui fuit ingenio.* ubi etiam *eloquio* in cod. Pontani. & Ep. CLX.

Cujus ab ingenio tandem illuſtrata perenni
  Lumine praeclaro lingua Latina viget.
ubi perperam Tollius,
  Lumine praeclarum lingua Latina ſonat.

Plinius Lib. VII. cap. 30. in eximio Ciceronis elogio: *Tuum Catilina fugit ingenium: tu M. Antonium proſcripſiſti. Salve primus omnium parens patriae appellate.* & ſeqq. *atque omnium triumphorum lauream adepte majorem, quanto plus eſt ingenii Romani terminos in tantum promoviſſe quam imperii.* ubi Barthius Lib. I. Adverſ. cap. 5. emendandum conjectat *triumphorum lauream adepte matrem.* infeliciter, ſi umquam. melius certe Graevius ad Cic. in Piſon. c. 30. *triumphatorum laurea laudem adepte majorem.* licet verbis iſtis controverſiam non movendam opiner.

4. *perfugiumque*] *profugiumque* cod. Voſſian. & Rohan.

6. *Servitio preſſam*] recte Heinſius *oppreſſam.*

EP. CLXX. *Ille Oratorum princeps* &c.] In Zacyntho, Venetorum inſula, quae in mari Peloponneſiaco Epiro adjacet, viſitur ſepulchrum M. T. Ciceronis cum hoc Epigrammate, & addita hac Inſcriptione,

MARCE. TULLI. CICERO.
HAVE. ET.
TU TESTIA ANTONIA.

Vidit & exſcripſit H. Joh. van Balen Aº. Dni MDXLV. In Itinerario vernaculo, quod exſtat apud P. Merulam ex Bibliotheca Gerardi Mercatoris, Cum anno 1544. Kal. Decemb. Angelus Apulus Minorita in Zacyntho apud ſacellum D. Mariae Gratioſae non longe a littore maris Caenobii fundamenta ageret, ſepulchrum antiquiſſimum reperit cum hac Inſcriptione:

M. TULLI CICERO
HAVE. ET. TU.
TEPTIA ANTΩNIA.

In eodem ſepulchro inventae ſunt duae urnae vitreae, una major cinerum, altera minor lacrymarum, ut volunt. In majoris fundo inſculptum erat,

AVE. MAR. TUL.

Hoc monumentum ibi in ſacrario templi aſſervatur, & Ciceronis eſſe putatur. Refert Deſiderius Lignamineus Patavinus, & ex eo Franc. Fabricius in Hiſtoria Ciceronis, quem ſub finem vide. SCRIVERIUS. Viſus mihi ſum operae feciſſe pretium, addita hac Scriverii nota, quam excerpſi ex adnotationibus manu ipſius exaratis in fronte Inſcriptionum Gruteri, quod exemplar apud me ſervatur. Monumenti autem hujus, ſed quod valde mihi videtur ſuſpectum, deſcriptionem dedit Joh. Cotovicus, Ultrajectinus, in egregio Itinerario Hieroſolym. cap. X. pag. 50. & ſeqq. ubi formam & faciem ipſius ſepulchri, & majorem illam urnam addito fundo, cui Inſcriptum eſt AVE. MAR. TUL. & urnulam minorem lacrimarum in tabula exhibet, ita ut Venetiis in aedibus Viri Illuſtris Frederici Contareni ipſe vidit ac deſcripſit. Non abſurda quidem de Ciceronis reliquiis Zacynthum delatis & a ſervis ejus humo mandatis, eſt Cotovici ſententia. Sed quoniam nullo veteris aut fide digni ſcriptoris nititur teſtimonio, non facile etiam nobis perſuadetur. Donec igitur certius de hoc Ciceronis monumento conſtet, liceat nobis de fide ejus ac ſinceritate dubitare. Epi-

EP. CLXXI. *De Lucretia*. MODESTI.

Roma, tibi ambiguum mea mors ſine teſte dediſſet,
Eſſet utrum ut corpus, ſic ſcelerata anima.
Proin animam teſtor ſcelus haud tetigiſſe, ſed ecce,
Ut ſolum foedum eſt corpus, & id fodio:
Qua cruor inflictam labem lavet, & per aperta
Pectora ab inviſa ſit fuga ſede animae.

EP. CLXXII. *Item*.

Cum foderet ferro caſtum Lucretia pectus,
Sanguinis & torrens egereretur, ait:

Pro-

gramma autem iſtud, *Ille oratorum princeps*, poëtae Scholaſtici cujuſdam genium nimis redolet. praeſertim inficetum illud in verſu tertio *Tullius ille*, *inquam*. Sed neque Cotovicus, neque Fabricius in vita Ciceronis carmen hoc proferunt. Inſeruit illud Deliciis ſuis Selectis Franc. Sweertius pag. 431. ubi videbis a Deſiderio Lignamineo Patavino & Adamo Teſellenio Lovanienſi id repertum ac deſcriptum eſſe. ipſius vero Lignaminei binae de hoc Ciceronis monumento Epiſtolae merentur legi, in quarum priore, eadem fere, qua Cotovicus, conjectura diſputat, quomodo Ciceronis reliquiae illuc relatae ſint. in altera vero id agit, ut illud HAVE & TERTIA ANTONIA ex aliis antiquitatis eruditae monumentis explicet & illuſtret. edidit eas etiam Reiner. Reineccius in libello de M. Tullii Ciceronis morte ac monumento reperto, Helmaeſtad. 1589. Forſan hoc idem eſt fragmentum Epitaphii Ciceronis, quod una cum ejus ſepulcro, tempore Joh. Joviani Pontani repertum, ſed ſuſpectae antiquitatis eſſe ſcribit Pighius in Herc. Prodic. pag. 322. & de ſuppoſititio hoc Ciceronis monumento vide Heuman. Tom. III. Poeciles p. 177. & 178. Denique & hoc ipſum Ciceronis monumentum innuit ac deſcribit Hugo Favolius in Hodoeporico Byzantino & Veneto pag. 156. In Nic. Reuſneri collectione Itinerum verſibus deſcriptorum edita Baſil. 1592. eo in loco, ubi Zacynthum depingit his inter alia verſibus:

Urbe vetus media, Pario de marmore templum
Funigero ſacrum Divo, conſpeximus illic;
In quo circum oculis dum luſtro ſingula ductis:
Et nobis fidus veterum monumenta recludens
Aedituus, ſtupidis miracula multa recenſet,
Divini parvam Ciceronis protulit urnam,
Monſtravitque locum nobis, faciemque ſepulcri.

Cujus eo libentius hic mentionem facimus, ut paulo magis noſtratibus innoteſcat hic Favolius, merito non ſuo obſcurior, & plerisque ignotus poëta. neque enim ipſe fuit Piſanus, ut in illa Reuſneri editione vocatur, ſed domo Zelandus, ortu Medioburgenſis, patre natus Franciſco Favolio Piſano, ſed matre Zelanda, medicusque urbis Antverpianae, ut conſtabit ex notis Broukhuſii, qui poëtam hunc non proletarium vocat, ad Propert. Lib. IV. El. XI. v. 14. noverat enim illud ex Valer. Andreae Biblioth. Belg. pag. 396. ubi plura de ejus fatis ac ſcriptis edoceri poſſunt, qui virum propius noſcere deſiderant.

EP. CLXXI. *De Lucretia*. MODESTI & ſeq.] utrumque hoc edidit Pithoeus Lib. II. pag. 68. ubi praemittuntur ſequentibus de Virgilio Epigrammatibus, ideoque hic etiam iis locum dedi.

4. *Ut ſolum foedum eſt corpus, & id fodio*] *ita id fodio* corrigit Barth. Lib. XLIX. Adverſ. cap. 15. conjectura non adſpernenda. eidem de vetuſtate hujus Epigrammatis dubitanti fere adſentior. alterum certe, quod ſequitur, longe elegantius. in his vero ante oculos forte auctor habuit illa Livii Lib. I. cap. 58. de Lucretia: *Veſtigia viri alieni, Collatine, in lecto ſunt tuo. Ceterum corpus eſt tantum violatum, animus inſons, mors teſtis erit.* & paullo poſt, *Conſolantur aegram animi, avertendo noxam ab coacta in auctorem delicti: mentem peccare, non corpus; & unde conſilium afuerit, culpam abeſſe.* ſeq. verſ. *Quo* vel *Ut cruor* legebat Cel. Oudendorpius.

EP. CLXXII. *Cum foderet ferro*] Citantur etam hi verſus ab Ottone Friſingenſi Epiſcopo, Lib. II. Chronic. cap. 9. ex quo colligi poterit non adeo recentis auctoris eſſe. Verſus autem iſte,

Teſtetur cunctis me non violaſſe pudorem &c.

ſic ibi ſcriptus eſt,

Procedant teſtes me non favisſe tyranno,
Sanguis apud manes, ſpiritus ante Deos.

quomodo eos etiam in veteri membrana ſcriptos reperi, in qua & alia Epigrammata erant; ſed quae non tanti momenti duco, ut debeant edi. LINDENBR. edidit Pithoeus ibid. & Scalig. p. 180. & ſub *Ovidii Naſonis* nomine Aldus pag. 79 & Pulmannus p. 390. quomodo & G. Fabricius, qui hoc exhibet in Monum. Antiq. Lib. III. p. 151. teſtatur in notis p. 232. ſe in cod. MS. id Ovidio adſcriptum legiſſe. unde & inter fragmenta ejus retulit Heinſius, qui ex cod. Medicaeo & veteri cod. Moroni id etiam

Procedant teſtes, me non faviſſe tyranno,
Ante virum ſanguis, ſpiritus ante Deos.
Quam bene producti pro me poſt fata loquentur,
Alter apud Manes, alter apud Superos.

Ep.

deſcripſerat, ſub titulo DE LUCRETIA. initium mutilum exhibuit Ferretius,

. . . . *pectus*
Sanguinis & torrens &c.

ſed in notis profert hoc Epigramma ſub Sulpicii Luperci auctoris titulo, quod diverſum putat a fragmento, quod illic repraeſentat, quum idem ſit, ſed auctius. inter Epigrammata etiam vetera edidiſſe Laurent. Abſtemium Fani an. 1505. notaverat Scriverius. TUMULUS LUCRETIAE inſcribitur in ed. Scalig. Barthius quoque inter Epigrammata & Inſcriptiones ex Schedis Jacobi Byelii produxit Lib. LII. Adverſ. cap. 1. alterumque addit Epigramma huic oppoſitum de Lucretia quadam meretrice, ſed quia id obſcoeniſſimum, & omnes recentioris aetatis notas referat, nolui hic addere. *Cum foderet gladio caſtum* apud Boniſac. *ferro caſtum* cod. Moreti. *Cum foderet gladio tenerum* cod. Medic. & ſeq. verſ. *Sanguinis hinc torrens.* quod & in cod. Moroni legitur. *caſtum ferrum* hac in re dixit Claudian. 1. in Eutrop. v. 446.

Viſceribus fruſtra caſtum Lucretia ferrum Merſit &c.

ubi *Viſceribus caſtis* etiam ſcribere potuiſſet. ut hic *caſtum pectus.* & apud Martial. Lib. 1. Ep. 14.

Caſta ſuo gladium quum traderet Arria Paeto,
Quem de viſceribus traxerat ipſa ſuis.

2. *Sanguinis & torrens egereretur, ait*] *egrediotur* cod. Medic. *egrederetur* cod. Moroni, Aldus in utraque editione, Fabricius, Pulmannus, Bonifacius, Barthius, & Ferretius. perperam. nec melius in editione Scaligeri, *Sanguinis ut torrens egrederetur. egereretur* recte edidit Pithoeus. Ovid. x. Met. 136.

Jamque per immenſos egeſto ſanguine fletus.

ubi male in aliis codicibus *ejecto*, *exhauſto*, vel *expulſo.* quae ſunt gloſſemata. vulgatam enim conſtanter illic ſervant quatuor Palatini, & duo mei codices antiqui, tum excerpta Jureti. Quinctilianus Decl. IV. in fine. *Si non cum ſanguine totam animam properans ictus egeſſerit.* & Decl. V. cap 18. *Properantius ei clauderem plagas, per quas animam largior ſanguis egereret.* Sic *multum vitalis ſpiritus egeſtum* Tacit. XV. Ann. 64. Lucanus Lib. IV. 644. *in feſſos ſpiritus artus egeritur.* ſaepe autem librarii verbum hoc ejecerunt, ſuppoſitis aliis adfinis ſcripturae. apud Ovid. IV. Triſt. 3. 38.

Expletur lacrimis egeriturque dolor.

ubi male in Moreti libro *exigiturque.* vide Gebhard. Lib. III. Crepund. cap. 26. ubi Curtio *egerere dolorem* reſtituit, rejiciente ejus emendationem Gronovio Lib. II. Obſerv. cap. 21. pag. 397. ſed probante Heinſio ad Ovid. Epiſt. XV. 113. *egerere reliquias lacrimarum in ſinus* apud Quinctil. Decl. V. cap. 22. pariter apud Virg. praeferendum ex optimis MSS. III. Aen. 675. de Aetna,

Interdum ſcopulos avulſaque viſcera montis
Egerit eructans.

non *Erigit.* quod firmat Juſtinus, qui locum illum Virgilii in animo habuit Lib. IV. cap. 1. in Siciliae deſcriptione: *quae res facit, ut frequenter & compluribus locis nunc flammas, nunc vaporem, nunc fumum eructet. Inde Aetnae montis per tot ſecula durat incendium; & ubi acrior per ſpiramenta cavernarum ventus incubuit, harenarum moles egeruntur.* ſic de Aetna Lucanus Lib. VI. 295. — *cum tota cavernas*

Egerit, & torrens in campos defluit Aetna.

uteri pondus egeritur apud Quinctilian. Decl. V. cap. 13. ſic *terra nebulas egerit* forte caſtigandum apud Senecam in Phoeniſſ. v. 395.

Vides ut atra nubes pulvere abſcondat diem,
Fumoque ſimiles campus in coelum egerat
Nebulas.

ubi pariter *erigat* in vulgatis legitur. *mare egerit ſquillas* apud Plin. Lib. II. Epiſt. 17. ut in ſecundo codice Leidenſi inveni, & in Bodlejano ac Lincolnienſi Hearnius, pro *ſuggerit.* ſic *ſinus egerit algas* in Epigr. de Navigatione apud Pith. Lib. I. plura dabunt Heinſ. & Drakenb. ad Silium XV. 280. & Patruus ad Valer. Fl. VI. 186. in Maronis tamen loco *erigit* productis ſimilibus locis probavit Marklandus ad Statii Silvas pag. 213. & ſic Gellius Lib. XVII. 10. *ſcopulos eructari & erigi* dixit aperta imitatione. vide de his verbis Cel. Oudend. ad Lucan. IV. 644. Withof. in Encaen. Crit. p. 179. & Cort. ad Plin. Lib. IV. Epiſt. 30.

3. *Procedant teſtes me non faviſſe tyranno*] *Teſtes procedant* cod. Medic. & Moron. & apud Ferret. *Teſtes praecedunt* male apud Boniſac. *Accedant teſtes* apud L. Abſtemium, & Barthium. *placuiſſe Tyranno* edidit G. Fabricius, ut apud Ovid. II. Faſt. 612.

Dicitur illa duci non placuiſſe Deo.

ſed niſi *placuiſſet* tyranno Lucretia, ſcelus non admiſiſſet Tarquinius. Heinſius conjiciebat *patuiſſe. patere* enim dicitur, quae viro copiam ſui praebet, Martial. Lib. XI. 105.

At mihi nuda ſatis nulla puella patet.

ubi etiam *placet* in cod. Thuaneo. *jacet* in tribus Voſſianis, primo Palatino, aliiſque codicibus. ſed

patet.

Digitized by Google

EP. CLXXIII. *De Operibus Virgilii.* INCERTI.

Maeonium quisquis Romanus neſcit Homerum,
Me legat, & lectum credat utrumque ſibi.

Illius

patet rectum eſt. vide Heinſ. ad Ovid. II. Amor. 19. 25. I. Art. Am. 64. & Patrui notas ad Claud. I. in Eutr. 362. ſic *patere* dicuntur numina, quum favent. Ovid. X. Met. 483. — *o ſi qua patetis*

Numina confeſſis.

ubi *favetis* in cod. Menagiano. *faviſſe* autem matronali Lucretiae pudori potius convenit, quam *patuiſſe*, quod verbum meretricibus magis proprium. Aldus vero, Scaliger, & Pulmannus; alium hic verſum ediderunt,

Teſtetur cunctis me non violaſſe pudorem.

alterum tamen vindicari poſſet ex Claudian. de Laude Serenae v. 153. & ſeqq.

Et gravis incumbens caſto Lucretia ferro,
Vulnere quae proprio facinus teſtata tyranni,
Armavit patriae juſtos in bella dolores,
Exſule Tarquinio, memorandaque concidit uno
Ulta pudicitiam libertatemque cruore.

mihi etiam ab elegantia hujus Epigrammatis valde alienum videtur *Procedant teſtes* tertio verſu, & quinto, *Quam recte hi teſtes*, ut edidit Pithoeus, quod languidiſſimum. Itaque expreſſi lectionem, quae exſtat apud Abſtemium, Scalig. Pulman. & Barthium,

Quam bene producti pro me poſt fata loquentur.

Livius Lib. II. cap. 52. in fine: *juvit & Virginius collega, teſtis productus, participando laudes.* Cic. pro Dejotaro cap. XI. *At ſemel iſte eſt corruptus a vobis? nonne etiam eſſet productus, & cum tecum fuiſſet, refugit ad legatos?* ubi in aliis edd. *teſtis* additur. quam vocem ejecit Lambinus, & *perductus* ex MSS. praefert. quod & in meo codice legitur. ſed *productus* ſimpliciter, pro ad teſtimonium dicendum productus, etiam apud Sueton. Caeſ. 20. *productusque pro roſtris auctores ex compacto nominaret.* & Juſtin. Lib. XI. 2. *producto in concionem auctore, qui ſe quoque vulneratum diceret.* ultimum vero diſtichon deſideratur in cod. Mediceo. ſed addit v. c. Moroni ex eodem lapide hos quidem duos verſus, verum ab aliis ſeparatos,

*Quam bene producti * mea poſt fata loquentur,*
Alter apud manes, alter apud Superos.

apud Bonifacium,

Qui bene producti pro me poſt fata loquentur.

& ſic Abſtemius, qui edidit *Quam bene producti.* ut apud Scaligerum & Barthium. apud G. Fabricium etiam non legitur hoc diſtichon, neque apud Aldum.

EP. CLXXIII. *De Operibus Virgilii*] Leguntur haec Epigrammata de Operibus Virgilianis apud Pithoeum Lib. II. pag. 69. & ſeqq. & Scalig. in Catalect. pag. 140. in cod. Huydecoperiano primum inſcribitur VIRGILIUS DE SE. recte Aldus, INCERTI AUTHORIS DE VIRGILIO. videndus ſuper hoc Epigrammate Rapinus Obſerv. in Poëm. Homer. & Virg. pag. 126. ex interpretatione Broukhuſii. & Barthius Lib. XIX. Adverſ. cap. 24. qui *Alcimo* vel *Alcinoo* tribuit. vide infra ad Epigramma Alcimi de Virgilio & Homero. proferunt etiam Regius & Aſcenſius in notis ad Quinctilian. Lib. X. Inſtit. cap. I. pag. 905. ſed quorum primus perperam tamquam a Virgilio ipſo factum credit, quod profluxit a vitioſa codicum MSS. inſcriptione, qui Virgilio ut auctori tribuunt, ut DE SE IPSO inſcribitur in ed. Veneta & Juntina. & ſic apud Pulmannum p. 393. P. VIRG. MARO DE SE IPSO. deinde verſu ultimo *ternis* vel *trina* recte Aſcenſius non convenire notat praecedenti verſui, ſi ita legatur, ut Regius adſert, quomodo & in Aldinis, Pithoei, Scaligeri, Pulmanni, aliisque editionibus exſtat,

Hic tibi nec paſtor, nec curvus deerit arator.

duobus tantum memoratis operibus. ideoque ſcripturam aliarum editionum recte praeſert,

Non paſtor, miles, nec curvus deerit arator.

quod admittendum exiſtimavi, ut *paſtor* Eclogas, *miles* Aeneida, *arator* Georgica ſignificent; & ultimi verſus ſit ſenſus, Theocritum Eclogas, Heſiodum Georgica, Homerum Iliada ſcripſiſſe, ſibi vero *trina* haec conſtare, ſeu tria haec ſingula ſe praeſtitiſſe, quibus ſimilia habes infra in Epigrammatibus de Homero & Virgilio: idque firmant codex papyraceus Voſſii, & editio Veneta ac Juntina, quae exhibent,

Non miles, paſtor, curvus non deſit arator.

ubi *deſit* recte legitur. quomodo apud Virgilium, Lucretium, & alios. ſic variant codices apud Propert. Lib. I. El. I. 34.

Et nullo vacuus tempore deſit Amor.

ubi *deſit* in duobus Leidenſibus, quatuor Voſſianis, ac primo Dorviliano, tum ed. Ven. 1475. & Reg. Lep. 1481. ſed *deſit* in altero Dorviliano, meoque codice. in carmine Vomani de Laudibus Hortuli, apud Pith. Lib. II. p. 73.

Non deſit hortis & voluptas maxima.

ut legendum ex Aldina & vetuſta Veneta editione: *deſit* ed. Pith. Genev. ſed in Pariſ. *deſit*. ut in Scalig. edit. vide & Broukh. ad Tibull. IV. I. 100. & Drakenb. ad Silium IX. 335. hinc apud Vitruvium in praefat. Lib. VIII: ex MSS. emendandum putabat Cl. Oudendorpius: *ſi quid deſit in corpore.*

Illius inmenſos miratur Graecia campos,
Aſt minor eſt nobis, ſed bene cultus ager.
Non paſtor, miles, nec curvus deerit arator.
Haec Grajis conſtant ſingula, trina mihi.

EP. CLXXIV. C. SULPICII APOLLINARIS, *Grammatici, in Aeneidem Virgilianam.*

Juſſerat haec rapidis aboleri carmina flammis
Virgilius, Phrygium quae cecinere ducem.
Tucca vetat Varuſque ſimul, tu maxime Caeſar
Non ſinis, & Latiae conſulis hiſtoriae.
Infelix gemino cecidit prope Pergamon igni,
Et paene eſt alio Troja cremata rogo.

EP. CLXXV. *Imitatio ejusdem:* PHOCAE *Grammatici, ex fragmento vitae Virgilii.*

Carmina Virgilius Phrygium prodentia Martem
Secum fatali juſſerat igne mori.

Tuc-

& apud Senecam Epiſt. LVI. *non enim exciſa deſit.* ut in optimo cod. Voſſian. in aliis *deſit.* vulgò *deſiit.* in codice Huydecoperiano offendi,

Hic tibi non paſtor, non curvus deerit arator,
Nec Grajos conſtant ſingula, terna mihi.

alteram Aſcenſii lectionem,

Non hic arma, pecus, nec curvus deerit arator,

minus probo. neque in primo verſu,

Maeonium qui vel Romanum neſcit Homerum.

pro quo *Melliſluum* in ed. Ven. & aliis. *Melliſluum quisquis Romanum* cod. chartaceus Voſſii, & ed. Junt. ſed vulgata etiam eſt in edd. Aldinis. quarto verſu idèm Aſcenſius legit, & diſtinguit,

At minor eſt nobis, ſed mage cultus, ager.

& ita Barthius fide vetuſtae membranae emendandum jubet. *At minor,* etiam cod. Huydecop. ed. Ven. Junt. & Aldinae. & ſic Francius. codex vero Virgilii Hamburgenſis, *At minor haec nobis.* unde Heinſius, *Dat minor haec nobis.* an vero legatur *ſed bene cultus,* vel *ſed mage cultus ager,* parum refert. figurato enim loquendi modo reſpicit ad illa Maronis, *laudato ingentia rura, Exiguum colito.*

1. *Romanus*] *Romanum* vet. cod. Hamburg. Virgilii. & v. 3. *miretur.*

2. *Me legat, & lectum*] *lecto* ed. Ven. & Junt. ſed *lectum* Aldinae, Pulmanni, & ceterae editiones. *Me legat* eſt ex imitatione Ovidii Lib. 1. Artis v. 2.

Me legat, & lecto carmine doctus amet.

ubi jam olim male alii; *Hoc legat.* ſed alterum recte hoc ipſo etiam verſu illic vindicavit Patruus. cujus notatis adde Graev. ad Cic. v. ad Fam. Ep. 12. p. 258. & Barth. ad Claud. pag. 305. *credet* Heinſ.

EP. CLXXIV. C. SULPICII APOLLINARIS.] SULPICIO CARTHAGENIENSI melius adſcribitur apud pſeudoDonatum in vita Virgilii, in Schedis Heinſii ex cod. MS. G. I. Voſſii, & apud Laur. Abſtemium & Pulmannum; & ſic correxit Pith. in exemplari Bibl. Reg. Pariſ. aemulatus autem eſt hoc Epigramma J. M. Toſcanus, in fine Tom. I. Poët. Italor. p. 50.

Geſta ducis Phrygii flammis devoverat auctor,
Extremam prohibent dum fera fata manum.
Sed Tuccae Varique vetat pia cura; patrono
Caeſare Romanae vivitis hiſtoriae.
Quam timuit ſaevae ſibi per diſcrimina flammae
Ilios antiquo plus ſupereſſe rogo!

3. *Tucca vetat Varusque ſimul*] praeſtet hic forte & ſeq. Epigr. *Variusque.* nam vocabantur *Lucius Varius* & *Plotius Tucca.* vide Auctorem vitae Virgilii. licet Serv. ad Virg. Lib. 1. Aen. init. *Tuccam* & *Varum* vocet. In MSS. enim ſaepe *Varus* & *Varius* conmutantur. vel *Varrus,* ut in ed. Juntina Virgil. ante init. Aeneid. legitur, *Aeneidos principium a Tucca & Varro ſublatum.* vid. Pier. ad Virg. Ecl. vi. 7. ſic *Quintilius Varus* vel *Varius.* vide notas Interpr. ad Horat. Lib. 1. Od. 6. init. & P. Horrel prooem. ante Miſcell. Critic.

5. *Infelix gemino*] ita repoſui ex cod. G. I. Voſſii, aliisque MSS. & utraque ed. Aldina, Abſtemii & Pulmanni. ſic enim in Epigrammate ſequenti,

O quam paene iterum geminaſti funere funus,
Troja bis interitus cauſſa futura tui.

& hoc etiam Tollio praeferendum merito videbatur, male igitur in ed. Scalig. & Pithoei, *Infelix alio* &c. *Pergamus* pro *Pergamon* edidit Abſtem. Francius vero correxerat *Pergamos.* non opus eſt. nam *Pergamon* in caſu recto aeque dicitur ac *Pergamos,* ut *Ilion* & *Ilios.* vide ſupra ad Lib. 1. Epigr. 103. v. 5.

EP. CLXXV. *Carmina Virgilius*] exſtat apud Pith.

Lib.

Tucca negat. Varus prohibet: ſuperaddito Caeſar
Nomen, in Aenea non ſinis eſſe neſas.
O quam paene iterum geminaſti funere funus
Troja bis interitus cauſſa futura tui.

EP. CLXXVI. *De morte Virgilii & Aeneide verſus, adtributi* CORN. GALLO, *ſed Scholaſtici poëtae: imitati ex* SULPICIO CARTHAGINENSI.

Temporibus laetis triſtamur, maxime Caeſar,
Hoc uno amiſſo, quem fleo Virgilium.
Sed vetuit relegi, ſi tu patiere, libellos,
In quibus Aeneam condidit ore ſacro.
Roma rogat: precibus totus tibi ſupplicat orbis;
Ne pereant flammis tot monumenta ducum.

At-

Lib. II. p. 70. & Scalig. pag. 140. in codice Scaligeri inſcriptio eſt, EJUSDEM (FOCAE) IMITATIO VERSUUM SULPICII CARTHAGINIENSIS. hoc autem Epigramma praefationis vicem obtinere in vet. codice ad . hexaſticha, quae infra edentur, notaverat Tollius. illa enim in antiquiſſimo Auſonii codice Voſſiano huic eidem Sulpicio Carthaginienſi tribuuntur. Recte vero Pithoeus in exemplari quod eſt in Bibl. Reg. Pariſ. deleverat *verſus plane grammaticales*: quae verba in editione ſua praefixerat huic Epigrammati, quod certe genii tam grammaticalis non eſt, quam carmen illud *de Aeneide Virgilii ſub nomine Auguſti*, quod ſequente pagina illic exhibet, & infra inter alia commatis non minus grammatici ſequetur.

3. *Supperaddito*] *ſuperaddite* cod. Scalig. & v. c. Auſonii Voſſianus Tollio collatus.

4. *Nomen*] *numen* margo Pithoei.

EP. CLXXVI. *Verſus adtributi* CORN. GALLO &c.] In Aldina utraque Catalectorum editione inſcriptio haec praefigitur: AD AUGUSTUM CAESAREM INCERTI AUCTORIS. in editione Veneta Virgilii an. 1480. CORNELII GALLI VERSUS. in editione Pulmanni titulus eſt, *Corn. Galli ad Auguſtum Caeſarem de Aeneide Virgilii*. & ſic in aliis. Sed carmen hoc de morte Virgilii, ejusque Aeneide, Scholaſtici poëtae eſſe, & ridicule tribui Cornelio Gallo, qui mortem ſibi conſcivit A. V. C. 727. adeoque ſex annis ante deceſſum Virgilii, notat Scaliger ad Propert. p. m. 236. quem & vide ad Euſeb. pag. 167. mortem ſibi intuliſſe poëtam Corn. Gallum ob ſuſpicionem conjurationis in Auguſtum anno aetatis quadrageſimo ſcribit Voſſius de Poët. Lat. p. 25. niſi potius ſequamur Douzam in Schediaſm. ſucced. pro Tibullo p. 27. qui rationibus haud infirmis id refert ad annum aetatis Galli quadrageſimum & octavum. hallucinationem Servii de morte Galli ad Virg. Ecl. X. 1. dudum notarunt alii, & meliora hac de re dedit Nannius ad Bucol. Virg. pag. 267. & ſeq. vide & Pier. ad Eclog. X. init. Maſſon. in vita Ovidii pag. 84. & notas Valeſii ad Amm. Marc. XVII. cap. 4. p. 173. ſed incertos eſſe annos nativitatis & mortis poëtae Galli videbis apud Fatuum ad Ovid. III. Am. El. 9. v. 63. Id tamen absque controverſia certiſſimum eſt, Gallum manu facta morte obiiſſe aliquot annos ante deceſſum Virgilii, adeoque valde ridicule hoc Epigramma de morte Virgilii Cornelio Gallo adſcribi, & potius Scholaſtici poëtae foetum eſſe recte judicat Scaliger. de Cornelio autem Gallo Forojulienſi vide prolixe Ricceputium Apologetico Italico de civitate Forojulienſi cap. IV. pag. 150-162. & Fontanin. in Hiſt. Liter. Forojul. Lib. I. cap. 2. & 3. ubi pag. 60. hoc Epigramma ſeculo & ingenio Galli indignum recte cenſet.

2. *Hoc uno amiſſo, quem fleo, Virgilium*] *Amiſſum quod gemo* codex Salmaſii, *amiſſo, quem fleo, Virgilio* legebat Francius, & v. 5. *paterere. quem gemo*, liber chartaceus Voſſii, Aldus, editio Veneta, & Pulmanni, quod confirmat codex Huydecoperianus, qui ſeq. vs. *tu patiare libellis*. ed. Ald. *Sed metuit*. in Veneta *religi*. quod probabat Tollius, pro recolligi, conſervari, quia inperfecti & quaſi in fruſta diviſi erant. verſum quintum cod. Huyd. hoc modo diſtinguit, *Roma rogat precibus: totus* &c. pro quo in Salmaſiano, *precibusque isdem tibi ſupplicat orbis*. *precibus etenim* in cod. Voſſ. & edit. Venet. cum vulgato facit Aldus & Pulman.

7. *Atque iterum Trojam*] Non male Barthius Lib. XLIX. Adv. 15. per interrogationem, *Anne iterum Trojam, ſed major, fl. cr.? Nempe iterum Troja* MS. Huydecop. ſequenti verſu *geſta* pro *facta* cod. Salmaſ.

9. *At-*

Digitized by Google

Atque iterum Trojam, ſed major, flamma cremabit.
  Fac laudes Italûm, fac tua facta legi.
Aeneamque ſuum fac major nuncius ornet.
  Plus fatis poſſunt Caeſaris ora Dei.

Ep.

9. *Aeneamque ſuum fac major nuncius ornet*] Sic Aldus, Pithoeus, Scaliger, Plantinus, Veneta, & Antverpienſis Catalectorum editio. In codice autem Salmaſiano legebatur *Aeneidemque ſuam.* cui adſtipulatur codex MS. Huydecoperianus, in quo, *Eneidem ſuam f. m. nuncius honoret.* ab *Aenea* Romanos *Aeneadas* ſecunda correpta dici, & inde *Aeneïde* pro *Aenide*, quaſi ab Aeneus, ut *Pelides* a Peleus, a Virgilio poëtica auctoritate poni obſervat Priſcianus, ut videre eſt ex notis Heinſii ad Lib. IX. Aen. 653. ubi Muſonii acumen mirari licet, qui putat poëtam illic hoc patronymico *Aeneïde*, quadriſyllabo uſum, ut Grammaticis titulum operis *Aeneïdos* indicaret. Sed vix puto exſtare exemplum, ubi ſecunda in *Aeneïdos* corripiatur, niſi quod duo hanc in rem proferantur Ovidii loca; ex Lib. II. Triſt. 261.

Sumſerit Aeneidem, genetrix ubi prima, requiret
  Aeneadum genetrix unde ſit alma Venus.

& Lib. III. ex Pont. Epiſt. IV. 84.

Aeneïdos vati grande fuiſſet opus.

ſed Scaliger in fronte editionis Ovidii Gryphianae inter alia haec adſcripſerat loca, in quibus *Aeneïs* dactylus tamquam aliquid inuſitatum occurrere, & duram eſſe inflectionem adnotaverat, cum alibi vox haec longa ſit, ἀνηΐς, ἀνηΐς, dictumque eſſe putabat, ut apud Horatium, *& virides Nereïdum comas.* ſed in margine tamen libri ad priorem locum conjecerat, *Sumſerit, Aeneadum genetrix ubi prima*, quomodo etiam Janus Douza in exemplari ſuo correxerat, & principium Lucretiani operis indicari notaverat: quod & Barthio placebat Lib. XL. Adverſ. cap. 5. qui Carrionem, dudum ita emendantem in Lib. I. Emend. cap 8. adverſus cenſuras Caſtalionis defendit Lib. XXXIII. cap. 7. licet Berſmannus videatur priorem lectionem praeferre. In altero autem Naſonis loco Heinſius vulgatam exiſtimabat corruptam, & conjiciebat, *Iliados vati* &c. ut Homerus intelligatur. In notis etiam ſuis illic profert hoc Epigramma, in quo codicem antiquiſſimum, (puto eumdem hunc Salmaſii) habere dicit *Aeneidemque ſuam* pro *Aeneamque ſuum.* ſed vulgatam tamen lectionem recte Heinſius praefert. Et ſane in his quoque Epigrammatibus paſſim *Aeneïdos* ſecundam ſyllabam productam videbis. Lib. II. pag. 52. ed. Pith. ex Ovidio,

Et tamen ille tuae felix Aeneïdos auctor.

Lib. III. pag. 93.

Ad cultos hinc tranſit agros. Aeneïdos autem
  Non emendatum morte reliquit opus.

& paullo infra:

Ac ne Muſa carens vitiis Aeneïdos eſſet.

niſi quod in praefatione Argumentorum in Aeneidem apud Scalig. in Catalect. pag. 143. occurrat,

Bis quinos legerent, feci quos carmine, verſus,
  Aeneïdos totum corpus ut eſſe putent.

ſed haec Scholaſticum poëtam auctorem habent, multo minus ut digna ſint Ovidio, ſub cujus nomine circumferuntur.

Ibid. *Fac major nuncius ornet*] Sic omnes vulgatae editiones exhibent. Veram nobis lectionem ſervavit codex Salmaſianus, in quo legitur, *fac major Mincius ornet.* & ſic in exemplari ed. Pith. conjecerat Heinſius, & in notis ad Silium Ital. Lib. IX. 627. eo more, quo nomina fluviorum ſaepe pro virilibus ponunt poëtae. & ſic hoc loco emendandum monet ad Ovid. d. l. Lib. III. ex P. Epiſt. 4. 84. ubi ex codice illo antiquiſſimo Salmaſiano ita profert:

Aeneidemque ſuam fac major nuncius ornet,
  Fac laudes Italum, fac tua facta legi.

ſed illic aberravit Heinſius, dum antepenultimum verſum pentametrum huic diſticho adnectit. Mincius vero hic ponitur pro ipſa Mantua, Maronis patria: eſt enim agri Mantuani fluvius, ad quem natus Virgilius, qui eum deſcribit Lib. III. Georg. v. 15. & ſeqq. Vibius Sequeſter pag. 56. ed. Heſſel. *Mincius Galliae Ciſalpinae, proximus Mantuanis, agitur ex Benaco.* ubi fortaſſis legendum, *proximus Mantuanis agris, ex Benaco.* nempe fluens. ut idem pag. 109. & 116. *Benacus Galliae, unde Mincius fluit.* Papias in Vocabulario: *Mincius amnis Italiae, Mantuam praeterfluit, e Benaco Veronenſi lacu labens.* Iterum Virgilius Lib. X. Aen. 206.

Quos patre Benaco velatus arundine glauca
  Mincius infeſta ducebat in aequora pinu.

ubi Servius: *Benacus, lacus eſt Venetiae, de quo fluvius naſcitur Mincius.* cujus verba reſpexit Paulus Warnefridus Lib. II. de geſtis Longobard. cap. 14. *Nam & de lacu Benaco in Hiſtoriis ita legimus: Benacus lacus Venetiarum, de quo Mincius fluvius egreditur.* niſi potius cum Lindenbrogio in notis pag. 348. ſtatuamus Servium illa ex vetuſtiore quodam hiſtorico, cujus auctoritatem quoque laudat Warnefridus, excerpſiſſe. ut autem *tardis flexibus errare* Virgilio, ita *piger Mincius* vocatur Sidonio Apol-

EP. CLXXVII. ALCIMI *de Virgilio & Homero.*

Moeonio vati qui par aut proximus eſſet,
  Conſultus Paean riſit, & haec cecinit.
Si potuit naſci quem tu ſequereris, Homere,
  Naſcetur qui te poſſit, Homere, ſequi.

EP. CLXXVIII. ALCINOI *de Virgilio.*

De numero vatum ſi quis ſeponat Homerum,
  Proximus a primo tum Maro primus erit.

Et

pollin. Lib. I. Epiſt. 5. ſic *tardus meatu Mincius* Claudiano VI. Conſ. Hon. 198. qui ejusdem meminit in Epithal. Pallad. & Celer. v. 108.

Quas Benacus alit, quas excipit amne quieto
Mincius.

flexuoſum Mincium vocat in Feſcenninis v. 54. & hinc *Minciades Maro* dicitur Sedulio praef. Hiſt. Euang. v. 10.

Illos Minciadae celebrat dulcedo Maronis.

ubi vide Koenigii notas. Explodit tamen haec magno cum ſupercilio Cenſor Lipſienſis in Actis ad an. 1748. menſ. Mart. pag. 131. & 132. putatque facilius a librariis vocem magis vulgarem *nuncius* quam rariorem *Mincius* proveniſſe, ac per *nuntium* intelligit Virgilium, nuntium & praeconem herois ſui Aeneae ipſo Aenea majorem evaſurum. Fruatur quisque ſuo judicio, & liceat nobis Heinſium meliorem rerum poëticarum arbitrum ſequi: voces enim rariores, ab ipſis auctoribus profectas, quam tritiores a librariis ſuppoſitas, amplecti malunt Critici. Ultimo verſu legitur in cod. Huydecoper. *Plus factis poſſunt Caeſaris orta Dei.* forſan pro *orſa* vel *acta. poſſint* male Actor Lipſienſis.

EP. CLXXVII. ALCIMI *de Virgilio & Homero.*] Legitur apud Pith. Lib. II. p. 53. Binetum in Epigr. vet. p. 10. & in Catalectis Petronianis. Quis autem iſte *Alcimus* ſit, qui auctor huic Epigrammati inſcribitur, incertum. Non inelegans certe eſt, & naturali pulchritudine decorum, neque indignum, quod Alcimus Avitus, non peſſimus pro ſeculo ſuo poëta ſibi vindicaret, niſi ille gravioribus Muſis vacaſſet. quamquam Barthius Lib. XXXII. Adverſ. cap. 9. explodat Epigramma hoc ut ineptum, quia Homerum nullos, qui ante eum vixerint, Poëtas habuiſſe dicit, quos ſequeretur aut imitaretur, enumeratque nonnullos eo antiquiores, quos expreſſerit. ineptus igitur etiam dicendus erit Vellejus Paterculus Lib. II. cap. 5. ubi idem tradit: *clariſſimum Homeri ingenium ſine exemplo maximum, qui magnitudine operis, & fulgore carminum ſolus appellari poëta meruit. In quo hoc maximum eſt, quod neque ante illum, quem imitaretur, neque poſt illum, qui eum imitari poſſit, inventus eſt.* ubi vid. Lipſ. Alia res eſt, ſi de toto opere judicemus, ejusque argumento. alia res, an ornamentis quibusdam, ex antiquioribus deſumtis, carmina ſua locupletaverit. ſed de eo hic agendi locus non eſt. Ibidem Barthius membranarum veterum auctoritate Alcinoum hujus Epigrammatis auctorem facit, ut & proxime ſequentis, ſub cujus nomine editur apud Pithoeum, & Scaligerum in Catalectis pag. 140. licet vitioſe ARCINOI expreſſerit Pithoei editio Genevenſis. ſed *Alcinii*, id eſt *Alcimi*, titulo exhibet codex papyraceus Voſſii, antiqua Catalectorum Virgilii editio Veneta an. 1480. & Brixienſis 1485. recte enim *Alcimi* in alia vetuſtiſſima Virgilii edit. ſine anni indicio excuſa. ſed *Alcinoi* in utraque Aldi editione. Hunc *Alcinoum* Auſonianorum temporum fuiſſe cenſet idem Barthius ad Stat. Lib. V. Theb. 92. maxime propter uſum τοῦ *quisque*, pro *quisquis*, in ultimo verſu ſecundi Epigrammatis, quod illic *elegantiſſimum* vocat, & poëtam *ſane bonum & judicii optimi.* Sed quis neſcit, quam parum ſaepe in ejusmodi ſuffragiis ferendis ſibi conſtiterit Barthius, qui pravo judicio duram glandem hic mollibus praeponit frugibus. Sane primum Epigramma altero iſto longe elegantius & ſimplicioris venuſtatis eſt. eidem *Alcimo* vel *Alcinoo* aliud Epigramma, quod ſupra produxi Ep. 173. tribuebat quoque Barthius ex membranae vetuſtae fide; licet Scaliger & Pithoeus id ſub *incerti* nomine ediderint. quod mihi videtur ex eadem profluxiſſe vena, qua primum hoc carmen; ſed deterioris genii eſſe hoc ſecundum exiſtimamus. Ergo vel illic *Alcimi* quoque, vel hic *Alcinoi* reponendum. aut bina illa *Alcimo*, ſecundum hoc *Alcinoo*, ab eo diverſo, adſcribenda. Sed nihil certi de his Auctoribus ſtatuere tutius.

EP. CLXXVIII. *Si quis ſeponat*] *ſe ponat* ed. Veneta.

2. *Proximus a primo*] *ut primo* emendabat Heinſius. *tu Maro primus eris* Francius.

3. *Et ſi poſt primum Maro ſeponatur Homerum*] *At ſi* recte Francius, & Barthius Lib. XXXII. Adv. 9. *Maro ponatur* ed. Venet. & vetuſta ſine anno.

Et ſi poſt primum Maro ſeponatur Homerum:
Longe erit a primo, quiſque ſecundus erit.

EP. CLXXIX. *Laus Virgilii.*

Alter Homerus ero, vel eodem major Homero,
Tot clades numero ſcribere ſi potero.

EP. CLXXX. INCERTI. *de eodem.*

Virgilium vatem melius ſua carmina laudant,
In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae
Luſtrabant convexa, polus dum ſidera paſcet,
Semper honos, nomenque tuum laudesque manebunt.

EP. CLXXXI. *De Homero & Virgilio.*

Argumenta, locos, verſus, totumque poëma
Virgilius rapuit Grajo Romanus Homero.
Aeneasque locum magni ſibi ſumſit Ulyxis.
Carthagoque fuit captis Phaeacia terris.
Barbarus interimit Pallanta hic Turnus, at illic
Dat leto inſignem Patroclum maximus Hector.
At Turnum Aeneas Stygias dedit ire ſub umbras.
Hectora magnanimum leto dat magnus Achilles.
Jurgia Drancis enim & Turni, lis illa moleſta
Pelidae magni & late regnantis Atridae.
Singula ludorum poſuit certamina uterque;

Nec

4. *quiſque ſecundus erit*] ita Pithoeus, & editio Veneta. *quiſquis* Aldus. & ed. Brixienſis. *quiſquï* eliſa litera *s* adſer Delrius ad Senecae Theb. v. 523. idque ex uſu veterum hoc in verſu etiam probabat Victor Giſelinus ad Prudent. pag. 6. ubi cum legeretur *Quiſque litare Deo* &c. ille edidit prius *Quiſquis' litare.* ſed in curis ſecundis recte id rejecit, & tam in Prudentio, quam in hoc Alcinoi ſeu Alcimi verſu *quiſque* praetulit, additis etiam aliorum auctorum exemplis. certe *quiſque* pro *quiſquis* apud poſterioris aevi ſcriptores ſaepe occurrit, ut & apud Auſonium, unde ejus temporibus aequalem hunc poëtam Barthius judicabat. apud Chriſtianos praeſertim poëtas id frequens eſt. vid. G. Fabricium ad Poëtas Chriſt. pag. 113. Scalig. Lib. II. Lect. Auſon. cap. 2. in fine. Barth. ad Paulin. Lib. II. de vita Martin. v. 314. Goldaſt. ad Columban. pag. 132. Ritterſh. ad Gunther. pag. 33. Juret. ad Symmach. pag. 40. & 323. ubi & hunc verſum proferunt, & ex eo Sitzman. ad Rutil. Lib. I. 276. Ceterum Epigrammatis hujus ſententia deſumta eſt ex illis Afri Domitii verbis apud Quinctilian. Lib. X. Inſtit. cap. 1. *Itaque ut apud illos Homerus, ſic apud nos Virgilius auſpicatiſſimum dederit exordium, omnium ejus generis poëtarum, Graecorum noſtrorumque, illi haud dubie proximus. Utar enim verbis iisdem, quae ex Afro Domitio juvenis accepi, qui mihi interroganti, quem Homero crederet maxime accedere,* „ *Secundus, inquit,* " *eſt Virgilius, propior tamen primo quam tertio.* e quibus verbis effictus videri poſſit Epigrammatis hujus verſus ſecundus, *Proximus a primo tum Maro primus erit.*

EP. CLXXIX. *Alter Homerus* &c.] ex Schedis MSS. Voſſii.

EP. CLXXX. *Virgilium vatem* &c.] Centonem hunc in Virgilii imaginem addere hic placuit ex inedita Ruſtici ad Eucherium Papam Epiſtola, quam profert Sirmondus ad Sidon. Apollin. p. 34.

EP. CLXXXI. *De Homero & Virgilio*] Ex iisdem MSS Schedis Voſſii.

13.

Digitized by Google

Nec mutavit enim quidquam, niſi forte, quod alter
Quatuor in currus pandas dat ire carinas.

EP. CLXXXII. *De Virgilio.*

Vate Syracoſio qui dulcior, Heſiodoque
Major, Homeraeo non minor ore fluit.
Illius haec quoque ſunt divini elementa poëtae,
Et rudit in vario carmine Calliope.

EP. CLXXXIII. *De Aſino, qui Aeneidem dentibus diſcerpſit.*

Carminis Iliaci libros conſumſit aſellus,
Hoc fatum Trojae eſt, aut equus, aut aſinus.

CLXXXIV. *De Aneide, veteris Scholaſtici poëtae verſus, ſub nomine Auguſti Caeſaris.*

Ergone ſupremis potuit vox inproba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes,

Ma-

13. *pandas dat ire carinas*] ſic correxit Heinſius. vitioſe in Schedis *Paridas.* ſorte & *dedit ire carinas* legendum pro *dat ire*, ut metro conſulatur, vel cum Cel. Oudendorpio, *pariles facit ire carinas.*

EP. CLXXXII. *Vate Syracoſio* &c.] Hoc quoque ineditum eidem codici Voſſiano debetur. in quo v. 2. recte legebatur, *Homeraeo.* quod probabat etiam Tollius. pro quo *Moeonio* Voſſius. ſic in Priapejis carm. 68.

Sed rudis (leg. Nec rudis) hic dominum toties audire legentem
Conſiiti, Homeraeas edidicique notas.

ita enim in ed. Aldina, pro *Homeriacas.* ut Plantinus & Scaliger ediderunt. mire illic codd. MSS. variant. ut in Vaticano, *Conſtitui aeratas.* In Wittiano & Broukhuſiano, *Chorus meracas.* alii aliter. in ed. Scioppii, *Conſtituique meras, edidicique notas.* ſed recte *Homeraeas.* vel cum Heinſio ad Sabin. Epiſt. Oenones v. 91. *audire legentem Cogor, Homeriacas edidicique notas.* verſu ultimo pro *Et rudit*, mallem epigrammatarius ſcripſiſſet,

Ludit & in vario carmine, &c.

niſi mavis cum Cl. Oudendorpio, *Et ſtupet* vel *Obſtupet in vario* &c.

EP. CLXXXIII. *Carminis Iliaci* &c.] apud Pith. Lib. IV. p. 156. & Scalig Lib. I. Catalect. p. 217. in veteri codice Voſſiano inſcribitur DE LIBRIS VIRGILII AB ASINO COMESTIS. qui verſ. ſec. habet,

O fatum Trojae, aut equus &c.

& ſic ſuo exemplari adſcripſerat Scriverius. poſſet etiam cum interrogationis nota, *aut equus, aut aſinus?* ſed ita, ut edidi, etiam profert Caſaub. ad Aeneam Tacticum p. 69. non diſſimile illud Juvenalis de codice Homeri a muribus exeſo Sat. III. 207.

Jamque vetus Graecos ſervabat ciſta libellos,
Et divina Epici rodebant carmina mures.

ita enim ad marginem libri ſui emendabat Iſacus Voſſius, ut Homerus intelligatur. in vulgatis *Opici*, quod varie exponunt Interpretes. & defendi poſſet ex Auſon. in Profeſſ. XXII. 3. *Exeſas tineis opicaſque evolvere chartas.* vide Politian. Lib. XI. Epiſt. 10. p. 346.

CLXXXIV. *Ergone ſupremis* &c.] ediderunt Pithoeus Lib. II. pag. 70. & Scalig. pag. 141. ſub nomine veteris poëtae Scholaſtici. OCTAVIANO adſcribitur in codice Petavii ab Heinſio collato, hoc titulo, *Carmen Octaviani Caeſaris Auguſti de laudanda arte ac ſublimanda per ſaecula P. V. M.* in Thuaneo etiam, Menteliano, Heinſiano, & Dorvilliano *Octaviano Caeſari* & in ed. Aldina & Laur. Abſtemii anni 1505. in MS Hamburgico & Huydecoperiano legebatur ſine ullo titulo. Heinſius cum veteri codice Scaligeri contulerat. Auguſto etiam tribuit Auctor Vitae Virgilii, Donati nomen vulgo circumferens, *Exſtant & Auguſti de ipſa eadem re verſus plures & clariſſimi, quorum initium eſt, Ergone ſupremis potuit* &c. Pulmannus etiam edidit ſub titulo, *Octavii Auguſti edictum, de Aeneide Virgilii non abolenda.* ſed non eſſe hoc carmen Auguſti Caeſaris vel Octaviani, ſed poëtae alicujus Scholaſtici, quia peccat in legem pedariam, recte monuit Broukhuſ. ad Propert. Lib. III. El. 5. v. 1. ubi agit de ſecunda ſyllaba in *Ergo* vel *Ergone* contra uſum aevi Auguſtei correpta, de qua pluribus egi ad Lotich. Lib. I. El. 2. 32. Natus autem error eſt, quod inſcribantur hi verſus *ſub nomine Auguſti*, quod quam varie poſſit explicari, docebunt notae Patrui ad Ovid. II. Triſt. 551. unde patebit, *ſub no-*

Magnaque doctiloqui morietur Muſa Maronis?
Ah ſcelus indignum! ſolvetur litera dives?
Et poterunt ſpectare oculi? nec parcere honori
Flamma ſuo? dignumque operi ſervare decorem?
Noſter Apollo veta. Muſae prohibete Latinae.
Liber, & alma Ceres ſuccurrite. veſter in armis

Mi-

nomine Auguſti notare, vel quorum auctor Auguſtus, vel qui ſub patrocinio & auſpiciis ejus editi, aut Auguſto dedicati ſunt, ut illic de Faſtis ſuis, Germanico inſcriptis,

Idque tuo nuper ſcriptum ſub nomine, Caeſar,
Et tibi ſacratum ſors mea rupit opus.

Ego hic verſus *ſub nomine Auguſti inſcriptos* expono, vel ab aliis Auguſto adtributos, aut ſub ejus nomine evulgatos, vel potius, in quibus poëta loquentem inducit Auguſtum, de Aeneide non cremanda, contra ac Virgilius ipſe ſupremis tabulis voluerat. quod ultimum verius puto ſic Argumenta Aeneidos in Catalect. Scalig. pag. 143. *ſub nomine Ovidii*, non quod Ovidium auctorem habeant, ſed ubi in praefatione auctor Ovidium inducit, unde in plurimis codd. MSS. ea Naſoni illic male adſcribuntur, ut hoc carmen Auguſto. vide infra ad carm. CXCIV. poſteriori aevo id dixerunt *ſub perſona*. & ſic Auguſto optime convenient illa, quae habentur v. 17.

Frangatur potius legum veneranda poteſtas, &c.

& v. 33.

——— *ſed quod male juſſerat ipſe,*
Sit vetuiſſe meum:

ſacra enim & inviolanda ultimae voluntatis juſſa irrita facere, & leges frangere, cui melius convenit quam Auguſto? & hinc in Schedis Heinſianis veterum Epigrammatum ex codice G. I. Voſſii deſcriptis praefigebatur huic carmini, VETAT CAESAR AENEIDEM COMBURI. quo facit locus Plinii Lib. VII. cap. 30. *Divus Auguſtus cremari carmina Virgilii contra teſtamenti ejus verecundiam vetuit: majusque ita vati teſtimonium contigit, quam ſi ipſe ſua carmina probaviſſet.*

Ibid. *vox inproba*] *inpia* cod. Huydec. ſed *inproba vox* recte ſe habet de voluntate crudeli auctoris in proprios ingenii foetus ſaevientis. *inproba* enim dicunt, quaecumque indigna, ac nimia, & modum excedunt. ut *ſpes inproba* Juſtino Lib. XXII. 7. & Senecae in Thyeſt. 295. diverſa enim ſignificatione plurimis rebus tribuitur apud poëtas, e quibus optime varium vocis uſum illuſtravit Barth. ad Gul. Briton. Lib. III. 479. *improba* etiam habetur apud pſeudoDonatum in vita Virgilii, ubi initium horum verſuum adfert.

2. *in ignes*] *ad ignes* cod. Voſſ.

4. *Ah ſcelus indignum! ſolvetur litera dives*] ſic Aldi, Pith. & Scalig. editio. *At ſcelus* Petav. *Ac ſcelus* cod. Heinſ. *hoc dignum* Petavian. Voſſian. & Heinſ. cod. *Ah ſcelus. hoc dignum* cod. Scalig. ejusdemque primae editionis margo & Pithoei ex v. c. & editio L. Abſtemii. *At ſcelus hoc dignum* Pulmanni codex, Hamburgicus, Mentelianus, Leid. & Reg. *At ſcelus indignum?* Mentelian.

5. *nec parcere honori Flamma ſuo? dignumque operi ſervare decorem?*] ita in ed. Ald. Pith. & Scalig. *Fama* conjiciebat Heinſius. *dictumque operi ſervavit amorem* Mentelianus, Leidenſis, & Scaligeri, ejusdemque & Pithoeanae editionis margo ex v. c. & ſic Reg. & Dorvillii. *dictuque operi ſervavit honorem* Pulman. *dictumque a. ſ. honorem* apud Abſtem. *dictumque* etiam Codd. Huyd. & Heinſ. *ſervabit* ejusd. cod. & Petav. Thuan. Voſſian. & Huydecop. unde legendum arbitror, *nec parcet honori*

Flamma ſuo, dignumque operi ſervabit amorem?

deërat hic verſus codici Hamburgico.

7. *Noſter Apollo veta*] v. c. *Pulcher Apollo veta*. melius. Apollo enim proprio quaſi cognomine *Pulcher* vocatur. Claudian. de VI. Conſ. Honor. v. 25.

——— *cum pulcher Apollo*
Luſtrat Hyperboreas, Delphis ceſſantibus, aras.

Lucillius in fragmentis Servii:

Apollo pulcher dici non vult. LINDENBR.

Lindenbrogius ex v. c. reponit *Pulcher*, quod Apollo eo quaſi proprio cognomine fuerit appellatus, neque in eo errat. Sed non ideo hic quidquam mutandum. Nam *noſter* ideo a Romanis dictus, quod Auguſtus ei Baſilicam & Bibliothecam copioſiſſimam extruxerat, de qua latius Suetonius. Neque alia de cauſſa *Latinus* a Sulpicia in Satyra dictus eſt. TOLLIUS. ſic quidem Petav. Thuan. Voſſ. & Heinſii codex, Reg. & alii. idemque in cod. Huydecop. etiam inveni. quomodo & in marg. ed. Scalig. & Pith. ex v. c. & in Mentel. Hamburg. Dorvill. & ed. Juntina. ut apud Virg. III. Aen. 119.

——— *meritos aris mactavit honores,*
Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo.

& Calpurn. Ecl. IV. 56. *& lauro modo pulcher obumbrat Apollo.* Sed praeferendum tamen hic puto, *Noſter Apollo veta.* ut in ed. Ald. Pulm. Pith. &

Sca-

Miles erat: veſter docilis per rura colonus.
Nam docuit, quid Ver ageret, quid cogeret Aeſtas:
Quid daret Autumnus, quid Bruma noviſſima ferret.
Arva reformavit: ſociavit vitibus ulmos!
Curavit pecudes: apibus ſua caſtra dicavit.
Haec dedit, ut pereant? ipſum ſi dicere fas eſt.
Sed legum eſt ſervanda fides. ſuprema voluntas
Quod mandat, fierique jubet, parere neceſſe eſt.
Frangatur potius legum veneranda poteſtas,

Quam

Scaſig. ſive poëta Auguſtum obteſtetur, quem ſub Apollinis nomine cultum patet e Servio ad illud Virg. Ecl. IV. 10. *tuus jam regnat Apollo.* ubi notat: *tangis Auguſtum, cui ſimulacbrum factum eſt cum Apollinis cunctis inſignibus.* unde & Apollinis filius credi voluit, teſte Sueton. cap. 94. ejusque Dei habitu indutus accubuit in coena duodecim Deorum apud eumdem cap. 70. ſive hic Auguſtus, quem poëta inducit, Apollinem ut praeſidem ac tutelarem Deum, aut ſanguinis ſui auctorem invocet. erat enim Apollo Deus Caeſarum, ejusque aedes in Palatio. vide Rupert. Epiſt. ad Reineſ. p. 678. *noſter Apollo* etiam apud Ovid. Rem. Am. 251. *noſtri pocula Bacchi* Nemeſian. Ecl. II. 42. & *noſtra Dione* v. 56 vide Illic Patrui notas ad v. 51.

9. *veſter docilis per rura colonus*] *noſter docilis* cod. Huyd. *doctus per rura* cod. Heinſ. *veſtris colonis* legebat Heinſius.

10. *Nam docuit quid ver ageret*] *quidnam ver ageret* cod. Huyd. *aleret* bene legebat Heinſius. & ſic Cl. Arntzen. ad Plinii Paneg. cap. 63. qui etiam ex cod. Voſſiano praefert, *Non docuit?*

11. *Quid daret Autumnus*] *Quid pater Autumnus* Petav. Thuan. Scalig. Voſſian. Heinſ. Dorvill. Huydecop. Regius, & alii. ut & margo Scalig. ac Pith. ex v. c.

13. *Arva reformavit*] *Arbuta formavit* Petav. Scalig. Thuan. Voſſ. Heinſ. Dorvill. & Huydec. cum marg. Pith. & Scalig. ex v. c. unde *Arbuſta ornavit* conjiciebat Scaliger. ſed *Arbuta* forte pro arboretis dixit.

14. *Haec dedit ut pereant, ipſum ſi dicere fas eſt*] ſic edidit Aldus, Scalig. & Pithoeus. *haec pereant* cod. Heinſ. *Nec dedit* Dorvill. *Hec dedit* Huydec. *ut pereant poſt ſe, ſi dicere fas eſt* conjecerat Heinſius. *ipſum ſic dicere fas eſt* Barthius Lib. XLIX. Ad verſ. 15. Heinſius etiam tentabat *Haec dedit, ut pereant, preſſum*, vel, *peſſum, ſi dicere fas eſt.* Emendandum opinor,

Haec dedit, ut pereant? ipſo ſic judice fas eſt:
Et legum eſt ſervanda fides.

ut *Set legum* fuerit ſcriptum pro *Et.* in cod. Dorvilliano, *Si legum ſervanda fides.* non male. reſponſio enim eſt ad illa, *Haec dedit, ut pereant?* quibus deinde regeruntur iſta, *Frangatur potius* & ſeqq. *ipſo ſic judice*, conjeci, quia ultima voluntate cremandam Aeneidem juſſerat. *judicare* enim & *judicia* propria de teſtamentis verba ſunt. quae *ſuprema judicia* dicuntur apud Sueton. in Aug. c. 66. & in leg. 5. ff. quam adfert Lindenbrog. ad verſ. ſeq. *ſuprema juſſa* vocat Infra v. 19. ſic apud Sueton. Tib. 23. ubi teſtamento Auguſti heredem conſtitutum Tiberium dicit, ſed propter Cajum & Luc. Agrippam defunctos *neceſſitate magis adſcitum ſucceſſorem, quam judicio.* ut de Alexandro moribundo Juſtinus Lib. XII. c. 15. in fine: *Perdiccae annulum tradidit* &c. *nam etſi non voce nuncupatus heres, judicio tamen electus eſſe videbatur.* niſi utroque loco *judicio electus* ſit, quem aeſtimatione ſua judicaverit ac cenſuerit dignum ſucceſſorem. idem Lib. XXVI. c. 3 in fin. *& in matrimonio ſortiendo judicium patris ſecuta.* huc refer illud Plinii Lib. X. Epiſt. 95. de Suetonio, *amicorum judicia promeretur.* ubi vide notas Longolii, nam male expoſuit Catanaeus. adde Scip. Gentilem ad Apulej. Apolog. pag. 341. & notas doctorum ad Juſtin. Lib. V. cap. XI. 3. inde *judicio improbare*, eſt, in teſtamento praeterire. vide Graev. ad Cic. XV. ad Fam. Epiſt. 2. p. 383.

15. *Sed legum eſt ſervanda fides*] vitioſe in cod. Huydec. *Sed longum ſervanda fides.* in Hamburg. *Sed legum ſervanda fides.* idem *& ſuprema voluntas.* & ſic Mentelian. & Leidenſis.

Ibid. *ſuprema voluntas Quod mandat fierique jubet, parere neceſſe eſt*] l. 5. D. Teſtam. quemadm. aper. *publice enim expedit ſuprema hominum judicia exitum habere.* LINDENBR. Petav. Thuan. Reg. Leid. & Heinſii codex. *ex pce neceſſe eſt* in cod. Huyd. ſed in marg. a man. ſec *parere.* idem a manu prima *fieri jubet*, ut & in cod. Regio. unde forte legendum, *fieri jubet, & parere neceſſe eſt.*

17. *legum veneranda poteſtas*] *reverenda* Petav. Thuan. Scalig. Hamburg. Mentelian. Heinſ. & Dorvill. cod & margo Pith. ac Scal. ed. prim.

 18.

Digitized by Google

Quam tot congeſtos noctesque diesque labores
Hauſerit una dies, ſupremaque juſſa parentis
Amittant vigilaſſe ſuum. ſi forte furenti
Erravit in morte dolor: ſi lingua locuta eſt
Neſcio quid, titubante animo, non ſponte, ſed altis
Expugnata malis, odio languoris iniqui:
Si mens caeca fuit: iterum ſentire ruinas
Troja ſuas, iterum cogetur reddere voces?
Ardebit miſerae poſt vulnera vulnus Eliſae?

Hoc

18. *Quam tot congeſtos noctesque diesque labores Hauſerit una dies*] *congeſtas* Pulm. Mentelian. & Hamburg. *poſt congeſtas* Reg. *laboris* Hamb. & Mentelian. *Hauſerat* in Petav. Mentel. & Leid. *Auferat una dies* Huyd. Barthius vero Lib. XLIX. Adverſ. cap. 15. in hac lectione nullum agnoſcit ſenſum, ac proinde dempta una litera in fine verſus legit,

Quam tot congeſtos noctesque diesque labore
Hauſerit una dies.

quomodo viros eruditos non caſtigaſſe miratur. Ego potius emendationem iſtam Barthio non invideo, miror magis. Jungit enim *tot noctes diesque labore congeſtos*, quod duriſſimum videtur, neque puto recte dici *noctes diesque congeſtos*, ſed optime *labores congeſtos noctes diesque*. An offendit eum uſus accuſativi vulgaris *noctesque diesque*? pro *per noctes diesque*? quem copioſe illuſtravit Cortius ad Salluſt. Jug. cap. 63. §. 3. & jungi poſſunt *tot noctes diesque*, ut *tot annos* malunt veteres dicere, quod continuationem notat, quam *tot annis*, quod intervallum indicat. vide Patrui notas ad Ovid. I. Art. Am. 647.

19. *ſupremaque juſſa parentis Amittant vigilaſſe ſuum*] *ſupremaque verba* in Petav. Scalig. Thuan. Voſſ. Heinſian. & Huyd. & in marg. Pith. & Scalig. ex v. c. ſed *ſupremis verbis* jam initio hujus carminis occurrit. *ſupremaque verba jacentis* in Dorvilliano. *cura* conjecerat Heinſius. fruſtra. *juſſa* enim optime de ſupremae voluntatis arbitrio & ultimis morientium mandatis. ſupra in Epigrammate Sulpicii CLXXIV.

Juſſerat haec rapidis aboleri carmina flammis.

& Focae Grammatici,

Carmina Virgilius, Phrygium prodentia Martem,
Secum fatali juſſerat igne mori.

Infra v. 33. *ſed quod male juſſerat ipſe, Sit vetuiſſe meum.* ſic in Epigrammate antiquo apud Pith. Lib. III. pag. 144.

Non juſſa teſtamento, neque voce rogata.

Amittat Petav. Voſſ. Heinſ. Pulm. Reg. Leid. Dorvill. & Huyd. *vigilaſſe ſuum*, pro vigilias ſuas. ut *ſcire tuum*, *velle ſuum*, & ſim. de quibus vide Voſſ. de Conſtruct. cap. 18. in fin. & 50. ſic *ipſum ludere* pro ludo expoſuit Patruus apud Virg. Ecl. I. v. 9.

20. *Si forte furenti Erravit in morte dolor*] *ſi forte ſupremis Erravitque in morte piger* cod. Huydec. unde *ſuprema* legebat Cel. Oudendorpius, ut ſaepe *ſuprema*, *ultima mors*, de extremo vitae fine. de quo alibi plura. ſed *ſuprema juſſa* modo praeceſſerunt. *ſuperbi Errabitque* ed. Abſtemii. *ſuperbum* Petav. Scalig. Thuan. Heinſ. Reg. Voſſ. Leid. Pulm. Hamburg. Mentelian. Dorvill. & margo ed. Scalig. & Pith. ex v. c. unde *ſupremum* conjiciebat Heinſius. *Errabat in morte dolor* cod. Heinſ. quomodo forte librarius ſcripſit pro *mente*. ſed ſequitur, *Si mens caeca fuit*. *piger* etiam in Petav. Thuan. Heinſ. Reg. Leid. Pulm. Hamb. & Mentel. & v. c. in marg. ed. Scal. & Pith. *Erravitque in morte*. *piger* cod. Voſſian. & Dorvill. *Erravit jam morte dolor* legebat Heinſius. *ſupremum Erravit*. *jam mente piger* etiam tentabat Cl. Oudendorpius. vel *ſuperbum Erravit* ex MSS. recipiendum cenſebat, quod improbe & ſuperbe judicarit, carmina ſua non digna eſſe, quae poſt mortem legantur.

21. *Erravit in morte dolor*] Utitur colore, quo ſolent ii, qui ſe injuſte exheredatos cauſantur. Juſtinianus Tit. de inoff. Teſt. *Queruntur aut inique praeteritos, hoc colore quaſi non ſanae mentis fuerint, cum teſtamentum ordinarent.* LINDENBR.

22. *Neſcio quid titubante animo*] *Neſcio quod* Leidenſ. & Reg. male. infra in imitatione Focae Grammatici legitur, *Neſcio quid fugiente anima*. *ſed artis* cod. Huyd.

25. *iterum cogetur*] *cogatur* Petav. a m ſec. pro *Eliſae* Pulm. Leid. Hamburg. Mentelian. & Heinſianus *Eliſſae*. ut in antiquiſſimis codicibus ſcribi monet in notis ad Ovid. Epiſt. VII. Init. & ad Virg. IV. Aen. 335. & ſic in Argumentis Aeneidos, infra exhibendis, optimi habent codices, & paullo poſt in imitatione Focae Grammatici legitur in Scaligerano, & vetuſtiſſimo Voſſii MS. Auſoniano,

quo

Digitized by Google

Hoc opus aeternum ruet? & tot bella, tot enſes
In cineres dabit hora nocens; & perfidus error?
Huc huc Pierides nemorum per luſtra loquaces
Tendite: & ardentes ignes fluvialibus undis
Mergite: ne pereat tam clari Muſa poëtae,
Flammaque vaneſcat. vivat Maro clarus in orbe;
Ingratuſque ſibi. ſed quod male juſſerat ipſe,
Sit vetuiſſe meum. ſacer eſt poſt tempora vitae.
Sicque erit aeternum tota reſonante Camena
Carmen, & imperii divi ſub nomine vivat.
Laudetur, vigeat, placeat, relegatur, ametur.

CLXXXV. *Eorumdem verſuum Scholaſticae imitationis per* FOCAM *Grammaticum ex vita Virgilii, Fragmentum.*

Neſcio quid, fugiente anima, non ſponte, ſed altis
Expugnata malis, odio languoris iniqui:

In-

quo praeter Auſonium aliquot carmina & argumenta Virgilianorum operum continentur.

27. *Hoc opus aeternum ruet*] *Tam ſacrum ſolvetur pus, tot bella* &c. Petav. Scalig. Thuan. Heinſ. Voſſ. Leid. Reg. Pulm. Dorvill. Huyd. & margo ed. pr. Scalig. & Pith. ex v. c. ſequens verſus deeat cod. Heinſiano.

29. *Huc huc Pierides nemorum per luſtra* &c.] Barthius Lib. XLIX Adverſ. cap. 15. teſtatur in codicibus manu exaratis legi,

Huc huc Pierides date flumina cuncta ſorores.

quam ſcripturam probat, & diſtinguit,

Huc huc Pierides, date, flumina cuncta ſorores
Fundite. pro *Tendite.*

id firmant Petav. Scalig. Thuan. Voſſ. Heinſian. Pulm. Leid. Reg & Huydec. Dorvillian. Codici autem Petav. Voſſ. Heinſiano, & Dorvilliano ſequentes duo verſus deſunt; cetera deinde ſic concipiuntur,

Et ſpirent ignes. vivat Maro doctus ubique
Ingratusque ſui ſtudiorumque invidus orbi
Et factus poſt fata nocens. quod juſſerat ille,
Si vetuiſſe meum. &c.

& ſic Reg. Leid. Pulm. Hamburg. Mentel. Dorvill. & Huydec. niſi quod *Excipient ignes vivat Maro doctus ubique* in Huydecop. *Exſpirent ignes* in Dorvilliano, ut Scalig. & Heinſ. legebant, qui etiam *Et ſuperent* conjecit. deinde in v. c. Scaligeri, Thuaneo, Leidenſi, Regio, & Menteliano,

Si vetuiſſe meum ſatis eſt. poſt tempora vitae &c.

& pro *ſacer eſt* etiam in Petav. Reg. Voſſ. Leid. Pulm. Hamb. Mentel. Heinſian. & Huyd. & ed. Juntina. *ſatis eſt*. Legendum arbitror,

Sit vetuiſſe meum. ſatis eſt. poſt tempora vitae
Sicque erit aeternum &c.

quam diſtinctionem ſua imitatione probat Focas in fragmento ſequenti,

——— *nam poſt ſua tempora vitae*
Non taceat. immo aeternum reſonante Camena
Laudetur &c.

de formula eleganti *ſatis eſt* vide notata ad Eleg. 2. in obit. Maecen. ubi v. ult.

Hoc ſatis eſt. pingui nil mihi cum populo.

in praefat. ante Argumenta in Aeneidem, ſub nomine Ovidii,

Ingenio ſi te ſubſequor, hoc ſatis eſt.

Reliqua in Petaviano, Heinſiano, Thuaneo, Voſſiano, & veteri Scaligeri codice ſic legebautur,

Immo ſit aeternus. tota reſonante Camena
Carmen & in populo divi ſub numine nomen
Laudetur, vigeat. placeat, relegatur, ametur.

& ſic Dorvill. & Huyd. niſi quod *ſit aeternum*, & *ſub nomine nomen. reſonare* pro *reſonante* in cod. Heinſiano. *Immo erit aeternus* Pulm. Leid. Reg. Hamb. & Mentel. *ſub nomine nomen* etiam Pulm. Hamb. & alii. *ſub numine nomen* Leid. & Reg. Ex horum codicum veſtigiis finem hujus carminis cum Heinſio in notis ad Virg. Lib. VI. Aen. 793. recte conſtituemus hunc in modum:

Immo ſit aeternum, tota reſonante Camena,
Carmen. & in populo Divi ſub numine nomen
Laudetur, &c.

CLXXXV. *Eorumdem verſuum Scholaſticae imitationis* &c.] in v. c. Scaligeri titulus eſt IMITATIO

VGR'

Infertur Tyriae poſt vulnera vulnus Eliſae:
Sentiet applicitos turbatâ Sibylla vapores
Ejurata mori? nec cingula reddet Amazon?
Dî meliora date, ac ſenſum revocate nocentem.
Pace viri liceat tanti, nec commoda linguae
Divitis intereant: per quam Romana juventus
Aeternum floret. verum, quod juſſerat ille,
Sit vetuiſſe meum. nam poſt ſua tempora vitae
Non taceat. Immo aeternum reſonante Camena
Laudetur, placeat, vivat, relegatur, ametur.

CLXXXVI. *P. Virgilii Maronis Vita*, *a* FOCA, *Grammatico urbis Romae*, *verſibus edita.*

PRAEFATIO.

O vetuſtatis memoranda cuſtos,
Regios actus ſimul, & fugaces
Temporum curſus docilis referre,
Aurea Clio.
Tu nihil magnum ſinis interire,
Nil mori clarum pateris, reſervans
Poſteris priſci monumenta ſecli
Condita libris.

So-

VERSUUM OCTAVII CAESARIS. a diverſis imitatum, ut a Maximiano, Hilario, aliisque, notaverat Scaliger.

1. *Neſcio quid fugiente anima*] apud eumdem Pith. p. 72. & Scalig. p. 142. forte hoc fragmentum poſſet addi vitae Virgilianae a Foca Grammatico ſcriptae, quae mox ſequitur, ubi in fine nonnulla in MS. exemplari deſiderari notatur. & ſic libro ſuo adſcripſiſſe video Scriverium. quamquam unum verſum deeſſe exiſtimem, ut haec commode connectantur. Itaque illic ex praecedenti carmine, quod imitatione ſua exprimit Focas, forte ſuppleri poſſet:

Hic ubi languores, & fata minantia ſenſit,
Erravit mens iſta malis, & lingua locuta eſt
Neſcio quid, fugiente anima.

ubi *mens iſta malis* conjeci, non *victa*, quia alterum elegantius eſſe docebunt notae Heinſii ad Ovid. II. Faſt. 818. deinde veriſſimum puto ſupplementum, *& lingua locuta eſt Neſcio quid, fugiente anima.* neque opus eſſe hic corrigere *Neſcio qui*, pro quomodo, qua ratione, cum Barthio Lib. XLIX. Adverſ. cap. 15. ſic enim in praeced. carmine, *Neſcio quid titubante animo*, ubi male *Neſcio quod* in aliis MSS. ut paſſim haec conmutantur, licet diverſa ſint. vid. Cel. Oudend. ad Lucan. IV. 496.

5. *Ejurata mori? nec cingula reddet Amazon*] *Et jurata* vetus Voſſii codex Auſonianus, & *reddat.* & ſic cod. Scalig. in quo *ſingula* pro *cingula.* ut vitioſe etiam in Pithoei ed. Genev. ſed recte in Pariſ. *cingula*, & in ed. Scalig. ſic Lib. I. Ep. 42. v. 6. Heinſius legebat,

Abſtulit Hippolytae, ſexto, ſua cingula victae.

pro *vincula.* ubi vide. quod firmat Claudian. in Feſcenn. v. 37.

Inter frementes Hippolyte tubas &c.
Et ſeminudo pectore cingulum
Forti negatum ſolveret Herculi.

vide & Triſtan. Tom. II. Comment. p. 297. ubi in nummo antiquo conſpicitur Hercules cum Hippolyta luctans, ut cingulum ipſi auferat.

9. *Aeternum floret*] *Aeternum florere poteſt* code Voſſii Auſon.

CLXXXVI. *P. Virgilii Vita a* FOCA *Grammatico* &c.] apud Scalig. Catalect. pag. 135. Pithoeum Lib. II. pag. 53. & ſeqq. & in pleriſque vetuſtioribus Virgilia-

Sola fucatis variare dictis
Paginas neſcis: ſed aperta quidquid
Veritas prodit, recinis per aevum
Simplice lingua.
Tu ſeneſcentes titulos laborum
Flore durantis reparas juventae:
Militat Virtus tibi. te notante
Crimina pallent.
Tu fori turbas, ſtrepitusque litis
Effugis dulci moderata cantu.
Nec retardari pateris loquelas
Compede metri.
Hic fave dictis. retegenda vita eſt
Vatis Etruſci, modo qui perenne
Romulae voci decus adrogavit
Carmine ſacro.

Maeonii ſpecimen vatis veneranda Maronem
Mantua Romuleae generavit flumina linguae.
Quis facunda tuos toleraret, Graecia, faſtus?
Quis tantum eloquii potuiſſet ferre tumorem,
Aemula Virgilium tellus niſi Tuſca dediſſet?
Huic genitor figulus. Maro nomine, cultor agelli,
Ut referunt alii, tenui mercede locatus.
Sed plures figulum. Quis non miracula rerum
Haec ſtupeat? dives partus de paupere vena
Enituit: figuli ſoboles nova carmina finxit.

Ma-

gilianorum Catalectorum editionibus. in veteri codice, quo uſus eſt Scaliger, titulus erat, VITA VERGILII A FOCA GRAMMATICO URBIS ROMAE, VERSIBUS EDITA. in codice Scriverii additur A FOCA GRAMMATICO URBIS ROMAE PERSPICACISSIMO ET CLARISSIMO. recte vero Voſſius de Hiſt. Lat. Lib. III. cap. XI. p. 817. judicat *verſus hos non tam poëtae eſſe, quam quales eſſe Grammaticorum ſolent.* illorum enim Muſa nil niſi ingenuum & liberale ſpirat, horum vero artificium illepidum, plebejum, ac plenum ruris & inficetiarum.

15. *te notante*] ita recte in codice MS. & editione Scaligeri, ac Pithoei Pariſina. inepte enim in vitioſa ejus Geneveuſi editione, *te non ante. notare* enim crimina eſt ea inprobare, & caſtigando infamia reddere vide Gronov. ad Livium XXVII. 25. & Broukh. ad Propert. III. El. 5. 52.

18. *dulci moderata cantu*] *modulata* Tollius.

21. *Hic fave dictis*] *Hoc* vel *His* idem Tollius.

3. *Quis facunda*] *foecunda* cod. Scaligeri. ſed *facunda* in margine Pith. quod recepi.

5. *Aemula Virgilium tellus niſi Tuſca dediſſet*] Error notandus. non enim Mantua eſt Tuſciae, ſed Galliae. quod Heinſius ſuo exemplari, & Scaliger ſuo codici etiam adſcripſerant. vide tamen Serv. ad Virg. X. Aen. 201. Cl. Oudendorpius conjiciebat *noſtra*, ut opponatur *tuis Graecia faſtibus.*

7. *referunt alii*] *referant* ed. Scalig. *locati* Heinſ. ut cum *agelli* jungatur.

9. *Haec ſtupeat*] *Hic* margo Pith. & Scalig.

10. *de paupere vena Enituit*] recte Pith. & Scal. In marg. *Emicuit.* quae voces paſſim commutantur in MSS. vid Heinſ. ad Claudian. I. de Laud. Stil. 315. ſic infra v. 38.

Altior emicuit cunctis, quas auxerat aetas.

Plinius Lib. II. Epiſt. 10. *Enotuerunt quidam tui* ver-

Mater Polla fuit, Magii non infima proles:
Quem ſocerum probitas fecit jam clara Maroni.
Haec cum maturo premeretur pondere ventris,
Ut ſolet, in ſomnis animus ventura repingens
Anxius, & vigili praeſumere gaudia cura,
Phoebei nemoris ramum fudiſſe putavit.
O ſopor indicium veri! nil certius umquam
Cornea porta tulit. facta eſt interprete lauro
Certa parens, onerisque ſui cognoverat artem.
Conſule Pompejo vitalibus editus auris,

Et

verſus, *& invito te clauſtra tua fregerunt.* ſic habetur in vulgatis, quod firmari poſſet ex Sueton. Oth. cap. 3. *ne poena acrior mimum omnem divulgaret; qui tamen ſic quoque hoc diſticho enotuit.* ſed in codice vetuſtiſſimo Mediceo *Enituerunt.* vide Patrui notas ad Aug. 43. & patrocinantur huic lectioni notata N. Heinſio in notis ineditis ad Tacit. XI. Ann. cap. 7. Virg. IV. Aen. 150 *tantum egregio decus enitet ore.* ubi *emicat* in aliis MSS. ſed quia ſequitur apud Plinium *clauſtra fregerunt*, majorem vim habebit, ſi legamus, *Emicuerunt quidam tui verſus*, *& invito te clauſtra ſua* (ſic recte Mediceus, non *tua*) *fregerunt.* quomodo conjeceram, antequam in noviſſima Longolii editione videram Cl. Cortium ſimiliter emendaſſe, & aliis exemplis adſtruxiſſe. Solinus cap. 1. *Milon puero Tarquinii Priſci temporibus emicuit.* Juſtinus Lib. XXIX. cap. 1. *in ſuorum quibusque majorum veſtigia nitentibus magna indoles virtutis enituit.* ubi vel cum Gronovio legendum *intentis*, vel *emicuit.* ut in cod. Bodlejano, & ed. Aldina an. 1522. quamquam Lib. XXXI. cap. 3. *cujus in eo bello tanta virtus enituit.* Ammianus Marcellin. Lib. XXII. *inter quos Chalcenterus emicuit.* ſic legendum. ubi & in aliis *eminuit.* Florus Lib. IV. cap. 2. §. 40. *quo tempore virtus Scaevae centurionis emicuit.* ubi ex cod. Ryckiano *enituit* praeferebat Graevius. ſed vide illic Cel. Dukeri notas.

Ibid. *nova carmina finxit*] intellige grandioris ſpiritus carmina, & qualia numquam antea fecit. vide Patrui mei notas ad Virg. Ecl. III. 86. unde haec deſumta:

11. *Magii non infima proles*] *magi* aliae edd. unde inepte crediderunt nonnulli, Virgilii avum maternum fuiſſe magum. ſed legendum *Maji.* vide Paſſeratium in Orat. & Praef. pag. 314. & Car. Ruaeum in Hiſtor. Virg. in init. huc referunt corruptum locum Epigrammatis veteris apud Pith. Lib. 2. p. 36.

Aretine calix, menſis decorate paternis,
Ante manum medici quam bene ſanus eras.

et legit Tollius ad Auſonium Epigr. 73. p. 51. & ante eum J. Fr. Gronovius initio notarum ad pſeudoDonati vitam Virgilii, refutans emendationem Scaligeri,

—— menſis decor ante paternis
Magi medici.

qui intelligit Magium figulum, Virgilii patrem.

12. *jam clara Maroni*] *data* in edit. Pith. & Scalig. vitioſe. & ſic in cod. Scal. Heinſius *tam cara.* quod forte melius, quam *adamata*, ut legebat Barthius Lib. XXX. Adverſ. cap. 24. qui notat, male alioa propter literam *t* ſequente vocali corrupiſſe. Sed recte Scaliger in marg. *clara*, pro *data*, mendo ſolemni ex confuſione literarum *cl* & *d.* itaque ſic edidi. *dicta* conjiciebat Francius. *probitas fecit mandata Maroni* profert Scriverius in notatis MSS. ad initium vitae Virgii. ubi hunc locum in ed. P. Danielis adſcripſerat.

13. *maturo pondere ventris*] vide notas Patrui ad Phaedrum Lib. I. fab. 18. 5.

14. *In ſomnis animus ventura repingens*] Sic *pingere ſomnium* dixit Apulejus de Deo Socratis: *Neque enim pro majeſtate Deum coeleſtium fuerit, ut eorum quisquam vel Annibali ſomnium pingat, vel Flaminio hoſtiam corroget, vel Accio Navio navem velificet.* quae poſtrema verba mendoſa ſunt. quis enim unquam legit vel fando audivit, Accium Navium ex navium curſu omen ſumſiſſe? Quare ſcribendum, *Accio Navio avem velificet.* ſic ſupra de eodem Accio, *Accio Naevio auguria miraculum cotis addicant.* quae hiſtoria ex Livio, Dionyſ. Halicarnaſſaeo, & aliis ſcriptoribus ſatis nota eſt. Nec vero turbet aliquem, quod *avem velificare* dixit: eſt enim haec phraſis Apulejana, qua & in Floridis Lib. I. uſus, cum de aquila ſcribit: *Velificatas alas quo libuit advertens modico caudae gubernaculo.* LINDENBROGIUS.

16. *Phoebei nemoris ramum*] praeter Fulgentium, Donatum, & alios, etiam hujus ſomnii meminit Jun. Philargyriua ad Eclogam III. Virgilii, his verbis: *Fertur mater Virgilii Maja, cum eundem paritura gravis eſſet, ſomniaſſe lauri fructum variis floribus ornatum genuiſſe.* ubi legendum *lauri frondem.*

nam

Et Craſſo, tetigit terram. quo tempore Chelas
Jam mitis Phaëton poſt Virginis ora receptus.
Infantem vagiſſe negant. nam fronte ſerena
Conſpexit mundum, cui commoda tanta ferebat.
Ipſe puerperiis adriſit laetior orbis.
Terra miniſtravit flores, & munere verno
Herbida ſuppoſuit puero fulmenta vireſcens.
Praeterea, ſi vera fides, ſed vera probatur,
Lata cohors apium ſubito per rura, jacentis
Labra favis texit, dulces fuſura loquelas.
Hoc quondam in ſacro tantum mirata Platone
Indicium linguae memorat famoſa vetuſtas.

Sed

nam τὸ *fructum* non eſt nauci. LINDENBR. vide Muncker. ad Fulgent. Virgil. Contin. pag. 754. ed. Staver. ubi eodem modo Philargyrium corrigit, & in his Focae verſibus nexum orationis non cohaerentem emendare tentat deleto inciſo poſt *ſolet*, & *repingere* pro *repingens* ſubſtituendo,

Ut ſolet in ſomnis animus ventura repingere
Anxius, *&* *vigili* &c.

ut *repingere Anxius* in unum coaleſcant. Sed molliori, ni fallor, medicina id fiet hunc in modum:

Ut ſolet in ſomnis animus, *ventura repingens* (vel *refingens*)
Anxius, *e vigili praeſumere gaudia cura*;
Phoebei nemoris &c.

confer Claudian. praef. VI. Conſ. Honor. & duo Petronii Epigrammata ex ejus Sat. c. 104. in Catalectis Scalig. p. 254.

18. *nil certius umquam Cornea porta tulit*] reſpicit Virg. VI. Aen. 894.

Sunt geminae Somni portae; quarum altera fertur
Cornea; qua veris facilis datur exitus umbris.
Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Sed falſa ad coelum mittunt inſomnia Manes.

ubi de cornea Somni porta, quae veris, & de eburnea, quae falſis ſomniis adſignata eſt a veteribus, videndus Servius, & Macrob. Lib. I. in ſomn. Scip. cap. 3. & hinc addit Focas, *O ſopor indicium veri.* vide interpretes Horatii Lib. III. Od. 27. 39.

21. *tetigit terram*] ſic in ed. Pith. Scaliger edidit *terra.* male. Tollius putat reſpici ad morem deponendi infantes in terram, unde tollere pro educare. ut in noto Statii loco.

—— *meus ille*, *meus*, *tellure cadentem Excepi*, &c.

23. *fronte ſerena*] *fronde* cod. Scal. ſed *fronte* in marg.

25. *Ipſe puerperiis adriſit laetior orbis*] addatur hic locus exemplis, ubi *puerperium* de infante recens nato dicitur, quae ſupra dedi ad Lib. I. Epigr. 90. v. 2. Papias in Vocabulario: *Puerperium primus partus vel puer in utero formatus.*

27. *puero fulmenta vireſcens*] vide Valeſ. ad Ammian. Marcell. Lib. XXIII. cap. 4. ubi de voce *fulmentum* pro *fulcimentum.* etiam *fulmen* pro fulmento dixiſſe veteres docet Scalig. ad Manil. Lib. II. 891. p. 176. ſic *fulmenta lecti*, pro fulcris, quae lectos ſuſtentant. Gloſſarium MS. Leidenſe poſt Iſidori Etymologias: *Furcla*, *ornamenta pectorum vel fulcimenta.* ubi legendum *Fulcra*, *ornamenta lectorum vel fulcimenta.* Papias in Vocabulario, *Fulcimen*, *vel fulcimentum*, *adminiculum ſuſtentamen fulcra lecti vel tormenta ſeu ſedilia.* ubi pro *tormenta* emendandum *tomenta*, vel *ornamenta.* ut in loco Gloſſatoris modo adducto. & ſic apud Papiam ſequitur, *Fulcra*, *ornamenta lectorum dicta*, *quod in his fulcimur*, *ideſt ſuſtinemur*, *vel quod thoros fulciant.* & in Gloſſis Iſidori, *Fulcralia*, *lecti ornamenta.* ubi tamen *Fulcralia* forte corrupta, & ex Gloſſis Placidi MSS. ſubſtituendum arbitror, *Fulcra*, *cubilia*, *lecti ornamenta.* Gloſſarium Voſſianum MS. *Fulcra lubilia*, *lecti ornamenta.* ubi Patruus meus legebat *Fulcri cubilia.*

26. *Terra miniſtravit flores* &c.] adumbrata haec ſunt ex illis Virgilii Ecl. IV. 18.

At tibi prima, *puer*, *nullo munuſcula cultu*
Errantes ederas paſſim cum baccare tellus,
Mixtaque ridenti colocaſia fundet acantho. &c.
Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores. & ſeqq.

28. *Si vera fides*, *ſed vera probatur*] vide Dreſem. ad Joſeph. Iſcan. Lib. VI. 473.

31. *in ſacro tantum mirata Platone*] errare Focam notaverat Scaliger in ſuo codice, quum idem de Pindaro narrent veteres. ſimile de Hierone Syracuſano memorat Juſtin. XXIII. cap. 4. vid. Perizon. ad Aelian. Lib. X. 21. & Lib. XII. cap. 45. idem quoque de Ambroſio tradi, notum eſt. quin & Jovem ipſum in monte Cretae Dictaeo ab apibus nutritum refert Serv. ad Virg. III. Aen. 104. de quo vide Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Jov. v. 50.

32. *famoſa vetuſtas*] pro clara & celebrata, ex po-

Sed Natura parens properans extollere Romam,
Et Latio dedit hoc, ne quid concederet uni.
Inſuper his genitor, nati dum fata requirit,
Populeam ſterili virgam mandavit arenae:
Tempore quae nutrita brevi, dum creſcit, in omne
Altior emicuit cunctis, quas auxerat aetas.
Haec propter placuit puerum committere Muſis,
Et monſtrare viam venturae in ſecula famae.
Tum Balliſta rudem lingua titubante receptum
Inſtituit primum: quem nox armabat, in umbris
Graſſari ſolitum. crimen doctrina tegebat.
Mox patefacta viri preſſa eſt audacia ſaxis.
Incidit titulum juvenis, quo pignora vatis
Edidit. auſpiciis ſuffecit poena magiſtri.
„ Monte ſub hoc lapidum tegitur Balliſta ſepultus.

No-

poſterioris ſeculi latinitate eſt. vid. Barth. ad Claudian. pag. 327. & Lib. xxxiv. Adverſ. c. 15. Bernart. ad Stat. I. Sylv. I. 70. Rittersh. ad Gunther. p. 18. Weitz. ad Copam v. 3. Muncker. ad Hygin. fab. xxv. & Withof. in Specim. Gunther. pag. 42.

37. *in omne*] *omnem* cod. Scal. ſed ipſe in marg. *omne*. *umbram* conjiciebat Heinſ. *in omen* Tollius, id eſt unde omen daretur, quia illud ſubitum arboris incrementum praeter naturam erat. idque admittendum puto. quod enim hic *omen* dicitur, *praeſagium* vocat Auctor vitae Virgilii, Donati nomen venditans. ita enim ille de hoc augurio nati recens Virgilii: *Ferunt infantem, ut ſuit editus, nec vagiſſe, nec adeo miti vultu fuiſſe, ut haud dubiam ſpem proſperioris geniturae jam tum indicaret. Et acceſſit alius praeſagium. Si quidem virga populea, more regionis in puerperiis eodem ſtatim loco depacta, ita brevi coaluit, ut multo ante ſatas populos adaequarit. Quae arbor Virgilii ex eo dicta, atque conſecrata eſt.*

40. *Et monſtrare viam venturae in ſecula famae*] ſic ediderunt Pithoeus & Scaliger, neque opus eſt reponere *graditurae*, licet ex ſcripto codice, cum Barthio ad Claudian. Conſ. Mallii v. 114. p. 120. ut enim hic *ventura in ſecula* dicitur fama, ſic *venire in ora*, non *ore*, apud Propert. Lib. II. El. I.

Unde meus veniat mollis in ora liber.

ubi vid. Broukh. id *agere in ore vulgi* dixit Tacit. III. Hiſt. 36. ut reſtituit Lipſius, quem vide. *venire fama* etiam Ovid. IV. ex P. Ep. 16. 3. *Famaque poſt cineres major venit.* & in Epigr. antiquo:

——— *ſi qua venire*
Inde tibi poſſit gloria, munus habe.
Inde mibi certe ventura eſt maxima.

vulgatae ſcripturae propius adhaeſiſſet Barthius, ſi conjeciſſet, *victurae in ſecula famae.* ut apud Rutilium Lib. I. 133.

Porrige victuras Romana in ſecula leges.

infra v. 66.

Et ſibi quisque rapit per te victurus in aevum.

ſed nulla mutatione opus eſt. nam *venire in ſecula*, ut *ire in ſecula*, *in ſecula tollere*, & ſim. de quibus vide Patrui notas ad Valer. Fl. II. 245. de locutione *monſtrare viam*, vid. Cloſan. ad Ovid. III. Met. 602.

42. *Inſtituit primum*] *puerum* Francius. ſed quod modo v. 39. praeceſſit.

v. 42. *In umbris graſſari ſolitum*] Hos Petronius Arbiter *Nocturnos percuſſores* vocat. alibi tamen etiam *nocturnos graſſatores*. *Notavit me me miles, ſive ille planus fuit, ſive nocturnus graſſator.* Plinius Panegyr. Trajan. *Vidimus delatorum judicium quaſi graſſatorum, quaſi latronum.* Graſſatores ſunt λωποδύται. Sic optime explicat Gloſſarium, *Λωποδύτης graſſator. Λωποδυσία, Graſſatio, graſſatura.* Graſſatores etiam vocatos latrones vias obſidentes, docet Feſtus. Arnobius Lib. v. *Graſſatores obruerit fulmine.* LINDENBR. vid. Barth. xxxiv. Adverſ. c. 8. ubi hunc locum ita explicat. Broukh. ad Tibull. Lib. I. El. 2. 26. & notas ad Petron. cap. 82.

46. *auſpiciis*] *auſpicio* Heinſ.

47. *Monte ſub hoc lapidum tegitur*] illuſtrabunt hunc locum notata a viris doctis ad Petron. cap. 114. *praeteriens aliquis tralatitia humanitate nos lapidabit.* pro tumulabit, quia tumulos ſternere lapidibus ſolebant. pro *tegitur* margo primae edit. Scalig. & Pith. *premitur.* de quo vid. ad hujus Libri Epigr. 37. *Saxa premunt Licinum.* & ad Ep. XLVI. 4. ſed *tegitur* eſt apud Servium ad Virg. I. Aen. init. & pſeudoDonat. in vita Virgilii. ubi recte etiam legitur, *Nocte die tutum*, ut & in Dorvilliano plurimisque MSS. pro quo male in aliis *Nocte* die-

Digitized by Google

,, Nocte die tutum carpe viator iter.
Nos tamen hoc brevius, ſi fas ſimulare Maronem.
,, Balliſtam ſua poena tegit, via tuta per auras.
,, Hic Balliſta jacet. certo pede perge viator.
,, Carcere montoſo clauſus Balliſta tenetur,
,, Securi fraudis pergite nocte viri.
,, Quid trepidas tandem greſſu pavitante viator?
,, Nocturnum furem ſaxeus imber habet.
,, Balliſtae vitam rapuit lapis. ipſe ſepulcrum
,, Intulit. umbra nocens pendula ſaxa tremit.
,, Crimina latronis digniſſima poena coërcet.
,, Duritiam mentis damnat ubique lapis.
Hinc Culicis tenui proluſit funera verſu

,, Par-

dieque tutum. melius ſaltem eſſet *Nocte die tutus.* Tibullus Lib. I. El. 2. 27.

——— *eat tutusque ſacerque,*
Qua libet, inſidias non timuiſſe decet.

Ovid. Epiſt. XIX. 92.

Et facias placitum per mare tutus iter.

ſed bene in vulgatis *tutum carpe viator iter.* ut in Eleg. de Nuce v. 44.

Sic timet inſidias, qui ſcit ſe ferre viator,
Cui timeat: tutum carpit inanis iter.

Ceterum Maronianum hoc diſtichon, quod puer fecit in Balliſtam, ludi literarii magiſtrum, aemulatur in ſequentibus Focas, ſed ita ut ſingula quatuor diſticha diverſum conſtituant Epigramma. duo enim priora uno tantum verſu abſolvuntur. Ideoque ea nonnihil ſeparata edidi, quae male in aliis editionibus continua ſerie jungebantur. Balliſtam hunc *ludi gladiatorii magiſtrum* vocat pſeudoDonatus in vita Virgilii: *poëticam puer adhuc auſpicatus, in Balliſtam, ludi gladiatorii magiſtrum, ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus, diſtichon fecit:*

Monte ſub hoc lapidum &c.

ſic legitur in ed. Masviciana, aliisque. ſed emendandum *ludi literatorii*, vel *ludi magiſtrum*, ut in ed. P. Danielis excuſum eſt. ita enim hoc loco Focas;

Haec propter placuit puerum committere Muſis &c.
Tum Balliſta rudem lingua titubante receptum
Inſtituit primum.

erat hic ludi magiſter ipſe nocturnus latro, at deprehenſus, & lapidibus obrutus fuit. & ſub iis ſepultus. ut ex his Epigrammatibus patet. Hunc autem verſum in animo habuit auctor Epitaphii Mamerti Epiſcopi, quod ex Bibliotheca Floriacenſi profert Barthius Lib. XII. Adverſ. cap. 17. *Mole ſub hac lapidum ſanctiſſima membra teguntur.* cujus imitatione hic etiam firmatur *tegitur*, non *premitur.* ſed forte ille in ſuo carminis hujus codice etiam ſcriptum invenit, *Mole ſub hac lapidum.* quod tamen alteri lectioni non praeferendum, licet *moles* de ſaxis & lapidibus apud poëtas frequens ſit. vid. Heinſ. ad Claudian. I. de R. Proſ. 162. *mons* enim pro acervo ac cumulo lapidum, mole copioſa. ut *montes arenarum, frumenti*, & ſim. vid. Giſan. Ind. Lucret. in *montes nimborum. montes monetae conditos* dixit Prudent. Hymn. II. Periſteph. v. 56. quos *ingentes acervos* vocat Horat. Lib. II. od. 2. v. 24. ſic *montes aquarum*, & ſim. vid. Heinſ. ad Claud. IV. Conſ. Honor. 636.

49. *Si fas ſimulare Maronem*] ita ſcribendum, non *ſimilare.* & *adſimulare* non *adſimilare.* vide ad Claudian. II. in Rufin. 81. & quae notavi ad Lotich. p. 378. & in Addend. p. 696.

50. *via tuta per auras*] ſic codex Scalig. *oras* margo primae edit. Scalig. & Pith. *umbras* Heinſius. recte. ut ſupra v. 42.

——— *quem nox armabat, in umbris*
Graſſari ſolitum. ſequitur enim, *Securi fraudis pergite nocte viri.* & paullo ante, *Nocte die tutum carpe viator iter.* vide notata ad Elegiam in obit. Maecen. v. 29.

Nocte ſub obſcura quis te ſpoliavit amantem.

54. *Quid trepidas tandem*] forte, *Quid trepidas tardus.* vel cum Cel. Oudend. *tantum* pro tanto opere, adeo.

56. *Balliſtae vitam rapuit lapis, ipſe ſepulcrum Intulit* &c.] vide Steph. Stephanium ad Saxon. Gramm. p. 126.

60. *proluſit funera verſu*] *praeluſit* eſt in cod. Scalig. & in illius ac Pith. ed. ſed *proluſit* recte emendavit Heinſ. ut ubique in veterum auctorum locis caſtigant viri eruditi: v. Gronov. ad Senec. Herc. Fur. v. 222. Heinſ. ad Ovid. III. Art. 515. & Patrui notas ad Virg. XII. Aen. 106.

„ Parve Culex, pecorum cuſtos tibi tale merenti
„ Funeris officium vitae pro munere reddit.
Tum tibi Syronem, Maro, contulit ipſa magiſtrum
Roma potens, proceresque ſuos tibi junxit amicos.
Pollio, Maecenas, Varius, Cornelius ardent.
Et ſibi quisque rapit per te victurus in aevum.
Muſa refer, quae cauſſa fuit conponere libros.
Sumſerat Auguſtus rerum moderamina princeps,
Jam necis ultor erat patriae: jam caede priorum
Perfuſas acies legitur viſura Philippos.
Caſſius hic Magni vindex, & Brutus in armis
Intereunt. victor nondum contentus opimis
Emeritas belli ſpoliis ditaſſe cohortes,
Proſcripſit miſerae florentia rura Cremonae.
Totaque militibus pretium conceſſa laborum
Praeda fuit. violenta manus bacchata per agros.
Non flatus, non tela Jovis, non ſpumeus amnis,

Non

61. *petorum cuſtos*] *pecudum* legitur in ipſo carmine. maie etiam poſt *cuſtos* in vulgatis edd. diſtinctio ponitur. tamquam culex *pecudum cuſtos* diceretur.

63. *Tum tibi Syronem*] *Sironem* ed. Scaligeri & Pithoei, in cujus margine & var. lect. Scalig. *Scironem* alios legere notatur. ut correxerat etiam Francius. ſic in alio carmine Catalect. Virgilianor. in Sabinum p. 88. ed. Pith.

Nos ad beatos vela mittimus portus,
Magni petentes docta dicta Scironis.

quem in Philoſophia magiſtrum illic laudat. & in Epigrammate in ejusdem villam pag. 99. ed. Scal.

Villula, quae Scironis eras, & pauper agelle,
Verum illi domino tu quoque (f. *ſic quoque*) *divitiae.*

ubi tamen Broukhuſius legebat *Syronis*, & ſimiliter Epicureum *Syronem* Ciceroni VI. ad Fam. Ep. II. memorari notaverat. & firmat codex Scaligeri in Biblioth. Leid. in quo *Sironis*. idem eſt ille, quem Cicero memorat, atque hic Syro, quo praeceptore uſi fuerunt Virgilius & Varus ad diſcendam ſectam Epicuream. ita enim pſeudoDonatus in vita Virgilii: *Audivit a Syrone praecepta Epicuri, cujus doctrinae ſocium habuit Varum.* & Serv. ad Eclog. VI. 13. *Sectam Epicuream didicerat tam Virgilius quam Varus, docente Syrone, & quaſi ſub perſona Sileni Syronem inducit loquentem.* idem ad VI. Aen. 264. *Ex majore autem parte Syronem, id eſt magiſtrum ſuum, Epicureum, ſequitur.* eumdem laudat Tullius Lib. II. de Fin. 35. circa fin: *Syronem dicis & Philodemum, cum optimos viros, tum doctiſſimos homines.* ubi in vetuſto Biblioth. Amſtelaed. codice *Sironem dicis & Polidemum.* ſed vide illic Davicſii notas.

65. *Varius, Cornelius*] intelligit Alphenum Varium, & Cornelium Gallum. ita enim pſeudoDonatus in vita Virgilii, *ad Bucolica tranſiit, maxime ut Aſinium Pollionem, Alphenum Varium, & Cornelium Gallum celebraret. quia in diſtributione agrorum &c. indemnem ſe praeſtitiſſent.* ubi *Alphenum Varum* edunt vulgo. licet in ed. P. Danielis *Varium.* quomodo in eadem editione non procul a fine: *poſtea per Maecenatem, & per Triumviros agris dividundis Varium, & Pollionem, & Cornelium Gallum, fama commendatus Auguſto, agros recepit.* ſic *Tucca*, & *Varius*, vel *Varus.* de quo ſupra ad Ep. CLXXIV. 3. quem tamen *Varium* rectius dici docent loca apud Voſſ. de Poët. Latin. pag. 27. & vide Rutgerſ. in Lect. Venus. cap. 3. & ſic Donatus in vita Virgilii plus ſemel vocat.

67. *Muſa refer, quae cauſſa fuit* &c.] *quae cauſſa viro* Heinſius. ſupra v. 44.

Mox patefacta viri preſſa eſt audacia ſaxis.

& Epigr. CLXXXV. *Pace viri liceat* &c.

69. *Jam necis ultor erat patriae*, & ſeqq.] vide notata ad hujus Libri Epigr. LXIV.

In Macetûm campis ultus jam Caeſaris umbras
Sum patris Auguſtus.

Ibid. *priorem*] *jam caede priorum Perfuſus. acies* &c. in cod. Scalig. *priors* Heinſ. qui etiam *reorum* conjecerat. *caede priorum Perfuſos* Tollius. forte ne *acies* quarto caſu quis capiat, ac cum *perfuſas* conjungat. ſed feminino genere dixit, quia ipſam urbem Philippos intelligit; ſi enim maſculino apud alios occur-

Digitized by Google

Non imbres rapidi, quantum manus inpia vaſtat.
Mantua tu conjuncta loco, ſociata periclis,
Non tamen ob meritum. miſeram vicinia fecit.
Jam Maro pulſus erat. ſed viribus obvius ibat,
Fretus amicorum clipeo: cum paene neſando
Enſe perit. quid dextra furis? quid viſcera Romae
Sacrilego mucrone petis? tua bella tacebit
Poſteritas, ipſumque ducem, niſi Mantua dicat.
Non tulit hanc rabiem doctiſſima turba potentum.
Itur ad auctorem rerum. quid Martius horror
Egerit, oſtendunt: quid tunc miſeranda tuliſſet.
Caeſaris hic placido nutu repetuntur agelli.
His auctus meritis cum digna rependere vellet,
Invenit carmen, quo munera vincere poſſet.
Praedia dat Caeſar, quorum brevis uſus habendi;
Obtulit hic laudes, quas ſecula nulla ſileſcant.
Paſtores cecinit primos. hoc carmine Conſul
Pollio laudatur ter ſe revocantibus annis

Con-

currant, campi ad urbem indigitantur. vid. Heinſ. ad Ovid. xv. Met v. 824. eamdem variationem in *piorum* & *priorum* apud Nemeſianum notavit Barth. Lib. xxxiv. Adverſ. cap. 7. ſic apud Claud. I. in Ruſin. 453. *inferna piorum Jugera.* ubi in Exc. Wolf. *priorum.* vide & notas ad Virg. iv. Aen. 464.

78. *Non imbres rapidi, quantum manus inpia vaſtat*] lege cum N. Heinſio, *quantum manus inpia, vaſtant.* vel cum Francio, *quantum haec manus inpia, vaſtant. manus inpia* de militari licentia. ut apud Valer. Catonem in Diris v. 30. *Dextera ſuccidet quam militis inpia ferro.* ut legebat Heinſius. qui verſus turbato verborum ordine in vulgatis exemplaribus circumfertur.

80. *Non tamen ob meritum. miſeram vicinia fecit*] ita diſtinxi ex codice Scaligeri. male in vulgatis,

——— *ſociata periclis,*
Non tamen ob meritum miſeram vicinia fecit.

reſpicit ad illud Maronis,

Mantua vae miſerae nimium vicina Cremonae.

& ſic auctor Vitae Virgilii: *Mantuani quoque, in quibus erat Virgilius, maximam partem ſuorum finium perdiderunt, eo quod vicini Cremonenſibus fuerant.*

87. *Itur ad auctorem rerum*] ſic cod. Scaligeri, qui etiam ita edidit, & Pithoeus. *legum* emendat Patruus ad Ovid. viii. Met 101. quem vide.

88. *quid tunc miſeranda tuliſſet, Caeſaris hic placido &c.*] bene Tollius & Francius,

——— *qui tunc miſeranda tuliſſet,*
Caeſaris huic placido nutu repetuntur agelli.

93. *Obtulit hic laudes*] forte *Contulit.*

Ibid. *quas ſecula nulla ſileſcant*] *ſilebunt* Francius.

95. *ter ſe revocantibus annis*] ſic edidit Pithoeus. & corrigendum jubet Barthius Lib. ii. Ablegm. Crit. cap. 25. & Lib. xxx. Adverſ. 24. quia Bucolica triennio, ſuaſu Aſinii Pollionis, perfeciſſe Virgilium teſtatur Auctor ejus vitae, quem verum Donatum eſſe, ſive Tiberio aut Aelio Donato adſcribatur, eumque ſua ex Suetonio depromſiſſe adfirmat. Donati quoque, non Servii, ut olim credebant, eſſe vitam iſtam Virgilii monuit Parrhaſius ad praefat. Lib. I. Claudian. de Raptu Proſerp. ſed quam recto judicio, videbis apud Rutgerſ. in Venus. Lect. cap. 10. quamquam. G. Voſſius in notis ad Vellej. Paterc. Lib. ii. cap. 103. auctorem hunc, ita ut a P. Daniele editus eſt, Donatum quidem agnoſcat, ſed multa expreſſiſſe putat ex vita Vigilii nunc deperdita, quam in Libro de Poëtis reliquerat Suetonius. vide etiam Voſſium Patrem Lib. vi. Inſtit. Orat. cap. 2. pag. 432. ubi Donatum, non Aelium, ſed Tiberium facit auctorem, ſed vix dignum elogio Luciliano, farcinatorem eſſe ſummum, fuere centonem optime. Scriverius editioni P. Danielis ad finem hujus vitae Virgilianae adſcripſerat, auctorem illius Donatum eſſe, patere e Gloſſis Latinis, quae locum ex hoc ſcripto adducunt ſub Donati nomine, & ex Servio, qui non ſemel in I. Eclogam Donatum adducit. innuit nimirum illa ex Gloſſario Iſidori in *Lenociniis* p. 34. ed. Graev. quae in Gloſſis MSS. Scaligeri etiam leguntur: *Lenociniis.* Donatus. *Pronunciabat autem cum ſuavitate, cum lenociniis miris.* quae verba

in

Digitized by Google

Conpoſito. poſt haec ruris praecepta colendi
Quatuor expoſuit libris, & commoda terrae
Edocuit geminis, anno minus, omnia luſtris.
Inde cothurnato Teucrorum praelia verſu,
Et Rutulum tonuit. biſſena volumina ſacrum
Formavit donata Duci, trieteride quarta.
Sed loca, quae vulgi memoravit tradita fama,
Aequoris, & terrae, ſtatuit percurrere vates,
Certius ut libris oculo dictante notaret.
Pergitur: ut Calabros tetigit, livore nocenti
Parcarum, vehemens luxavit corpora morbus.
Hic ubi languores, & fata minantia ſenſit.

Cetera deerant in exemplari MS.

EP.

in hac vita Virgiliana p. 5. ed. Maſv. occurrunt. male vero *Donator* apud Iſidorum editur, forte pro *Donato.* vel *in Donato.* Ceterum in ed. Scaligeri, *terrae revocantibus annis.* & ſic in ejus cod. MS. in quo reliqua hujus carminis a v. 94. usque ad finem abeſſe deprehendi, quum codicem ipſum excuterem, qui nunc eſt in Biblioth. Leidenſi, licet Heinſius ex eo variantes in ceteris quoque enotaverit. ſed folium forte excidit illud, quod in exemplari adhuc fuit, quum id conferret Heinſius. *compoſitus* conjecerat Tollius.

98. *Edocuit geminis, anno minus, omnia luſtris*] Georgica igitur novennio abſolvit. differt pſeudo-Donatus in vita Virgilii: *Georgica ſeptennio Neapoli: Aeneïda partim in Sicilia, partim in Campania duodecim confecit annis.* & ſic Serv. ad Lib. 1. Aen. init. *Item propoſuit Maecenas Georgica, quae ſcripſit, emendavitque ſeptem annis.* niſi dicamus poëtam hunc *luſtrum* quatuor annorum ſtatuiſſe, adeo ut bina luſtra, uno minus anno, ſeptennium faciant. Sed *luſtrum* quinque annis, *Olympiadem* vero quatuor annis conſtare, licet multi ea confuderint, docuit Scalig. ad Euſeb. p. 182. Salvagn. ad Ovid. Ibin v. 1. Lindenbr. ad Cenſorin. cap. 18. & Goldaſt. ad Columban. pag. 98.

100. *Et Rutilum tonuit, biſſena volumina ſacrum Formavit donata Duci*] *ſonuit* legebat Francius, & ſequentia ſic conſtituebat, *biſſena volumina ſacro Formavit donanda Duci.* quod probabat Cl. Oudendorpius. *ſacro* etiam in cod. Scalig. & marg. ed. primae Lugd. & Pithoei. recte vero ſe habet *Rutilum tonuit*, non *ſonuit.* vid. Heinſ. ad Claudian. Prob. & Olybr. Conſ. v. 208. & ad Petron. cap. 2. ubi Patruus hunc ipſum verſum adferens lectionem hanc probat.

105. *Pergitur*] ſuſpectum videtur, & forte legendum, *Pergit iter, Calabros tetigit* &c. vel *Pergit, &*, vel *at, ut Calabros tetigit* &c.

106. *luxavit corpora morbus*] *vexavit* Heinſius.

107. *fata minantia ſenſit*] *minacia* ex cod. Scalig. adſcripſerat Heinſius. *micantia* vitioſe in ed. Scalig. unde *minantia* Francius. ut in ed. Pith. poſſet etiam legi,

Hic ubi languores, & fata inſtantia ſenſit.

mutilum carminis hujus finem poſſe ſuppleri, & huc forte pertinere fragmentum, quod in plerisque editionibus praeceſſit, & paullo ante dedi CLXXXV. ibidem notavi. quae ſi cum in modum connectantur,

Hic ubi languores, & fata minantia (vel *inſtantia*) *ſenſit,*
Erravit mens iſta malis, & lingua locuta eſt
Neſcio quid, fugiente anima. & ſeqq.

optime cohaerebunt cum narratione pſeudoDonati in vita Virgilii, *Anno 52. ut ultimam manum Aeneidi inponeret, ſtatuit in Graeciam & Aſiam ſecedere, triennioque continuo omnem operam limationi dare. Sed cum adgreſſus iter Athenis occurriſſet Auguſto, una cum Caeſare Romam redire ſtatuit. Ac cum Megara, vicinum Athenis oppidum, viſendi gratia peteret,* languorem nactus eſt, *quem non intermiſſa navigatio auxit, ita ut gravior in dies, tandem Brundiſium adventarit, ubi diebus paucis obiit. qui cum gravari morbo ſe ſentiret, ſcrinia ſaepe & magna inſtantia petivit, crematurus Aeneida, quibus negatis, teſtamento comburi juſſit, ut rem inemendatam imperfectamque.* ubi forte legendum, *ob fata inſtantia* ut hoc verſu conjeci, *fata inſtantia ſenſit.* licet *inſtantiam* apud ſcriptores deterioris aetatis occurrere non negem. Heinſius etiam hic corrigebat *languore tactus eſt.* ſed alterum vindicabunt notata Gronovio ad Gellium Lib. 1. cap. 24. ubi hunc ipſum locum adfert ex vita Virgiliana, cujus auctorem Suetonium facere videtur.

Ep.

Digitized by Google

EP. CLXXXVII. TURCII RUFII APRONIANI ASTERII V. C. ET INL. *de Codice Virgilii a ſe emendato.*

Diſtinxi emendans, gratum mihi munus amici
  Suſcipiens, operi ſedulus incubui.
Tempore quo penaces Circo ſubjunximus, atque
  Scenam Euripo extulimus ſubitam.
Ut ludos, curruſque ſimul, variumque ferarum
  Certamen junctim Roma teneret ovans.

Ter-

EP. CLXXXVII. TURCII RUFII APRONIANI ASTERII &c.] Eſt hoc celebratum illud Aproniani Aſterii, qui Conſulatum geſſit cum Praeſidio A. C. 494. Epigramma, quod in antiquiſſimo Virgilii codice MS. Bibliothecae Mediceae, literis Romanis exarato, legitur poſt Bucolica, manu paulio recentiori, & minutis ſed tamen Romanis literis ſcriptum: unde id produxerunt plurimi viri eruditi. eosque inter Noriſius ad Cenotaph. Piſan. Diſſ. IV. cap. 2. §. 1. Henr. Vales. ad Socrat. Hiſt. Eccleſ. Lib. II. cap. 29. Gorius in Inſcript. Florent. Tom. II. p. 452 & 453. Mabillon. Lib. V. de Re Diplom. p. 354. Murator. in Theſaur. Inſcript. Tom. II. pag. 662. & N. Heinſius in Diſſert. de Codice Virgilii Mediceo, quam in Tom. V. Syllog. Epiſt. pag. 193. & ſeqq a Patruo meo exhibitam, ex ſchedis Heinſianis auctiorem praefixi majori Virgilii editioni: ubi in praefatione de hoc Epigrammate egi, ſpecimenque codicis ipſius, ubi hi verſus leguntur, tabulae aeneae inciſum dedi pag 6. ſed quod inepto ſcioli & naſuti Typographi arbitrio inſertum fuit N. Heinſii Diſſertationi de Codice Mediceo; quum ſpecimen illud Cocchianum hoc ſeculo factum ſit, a Cel. Dorvillio mihi ſuppeditatum. in Heinſii quoque libello Inſcriptionum MSS. apographum ejus inveni, quod quum ex ipſo Mediceo codice deſcripſerit, illud expreſſi, adhibita editione Fogginiana, quae Florentiae 1741. ipſis characteribus literiſque uncialibus, quibus exaratus eſt, nobis codicem illum, vetuſtate venerabilem, repraeſentavit, ubi ad finem Bucolicor. pag 13. hoc Epigramma occurrit: cujus ſcripturam ſequi, poſthabitis aliorum lectionibus diverſis, tutiſſimum arbitratus ſum.

1. *Diſtinxi emendans* &c.] Criticam codici huic adhibuiſſe indicat induſtriam. Sueton. de clar. Grammat. vita M. Valerii Probi: (cap. 24.) *Multa exemplaria contracta emendare & diſtinguere & adnotare curavit.* & ſane adparent in ipſo codice paſſim emendationes illae. N. HEINSIUS. ita diſtinguendum, ut edidi. nam male apud Noriſium, Mabillonium, aliosque, *gratum mihi munus amici: Suſcipiens operi* &c. corrupte etiam apud Cel. Gorium, *Diſtinxi emendavi gratum mihi munus* &c. verſu ſecundo apud Noriſium *Succedens operi:* ex qua tamen vitioſa ſcriptura nolim cum Muratorio dubitare, an inſcriptio haec ipſumque Epigramma a propria quidem Aſterii manu, & non potius a poſterioris aetatis librario profluxerit, cum in ipſo codice Mediceo *emendans* & *ſuſcipiens* legatur, ut ex editione Fogginiana & apographo Heinſii patet. Innuit autem his verbis, ſe in gratiam fratris Macharii ſuſcepiſſe emendationem codicis illius Virgiliani, ut in inſcriptione huic Epigrammati praefixa teſtatur Aſterius: LEGI ET DISTINXI CODICEM FRATRIS MACHARII V. C. NON MEI FIDUCIA SET EJUS. CUI SI ET AD OMNIA SUM DEVOTUS ARBITRIO. ubi vitioſa ſine dubio ſunt illa CUI SI ET AD OMNIA. licet iic in ed. Fogginiana, & apographo Heinſii, qui legebat, CUJUS ET AD OMNIA &c. ſed praefero conjecturam Cl. Oudendorpii, CUI SC. ET AD OMNIA. id eſt CUI SCILICET AD OMNIA. Ceterum ex more Grammaticorum veterum haec dicuntur, qui ſolebant codicibus vetuſtis a ſe diſtinctis & emendatis nomina ſua ſubſcribere, ut ex inſcriptionibus, quae in antiquis Horatii, Caeſaris, Apuleji, Macrobii, Marciani Capellae, aliorumque inveniuntur codicibus, notavi ad Vaieſ. Lib. I. de Critic. cap. 34.

v. 3. *Tempore quo penaces Circo ſubjunximus* &c.] per *penaces* ſive *pinaces* Thomas Reineſius, vir doctiſſimus & celeberrimus, intelligebat πινάκας, ſive tabulas axesque, & aſſeres illos, ex quibus ſcena conſtrui ſolebat. Henricus Valeſius, vir itidem clariſſimi nominis, *paneces* legendum contendebat. πανεχὶς, ἀπὸ τῦ πᾶν ἔχειν. ut pugna variarum ferarum deſignetur. Nam praeter ludos Circenſes, ſcenicos etiam exhibuiſſe Aſterium, tum ferarum certamen monet, triplicique ſpectaculo populum oblectaviſſe, uti ex ſequentibus fit manifeſtum; & illa quidem omnia junctim ac uno eodemque die. Ita *paneces* erit dictum, quomodo *pancarpum* in Hiſtoria Auguſta. Quam loci hujus explicationem vir ſummus proſequetur pluribus Commentario de Critica, quem in ſcriniis luci jam dudum paratum habet. N. HEINSIUS. Haec in Valeſii Diſſertatione de Critica, quam ex ejus ſchedis, ſed non abſolutam, poſt Emendationum Libros edidi, nune non

Ternum quippe ſophos merui, terna agmina vulgi
Per caveas plauſus concinuere meos.
In quaeſtum Famae cenſus jactura cucurrit;
Nam laudis fructum talia damna ferunt.
Sic tot conſumptas ſervant ſpectacula gazas,
Feſtorumque trium permanet una dies.
Aſteriumque ſuum vivax transmittit in aevum,
Qui partas trabeis tam bene donat opes.

Ep. CLXXXVIII. *Argumentum omnium Operum Virgilii.*

Paſtorum Muſam vario certamine promit,
Ruris item docilis culturam carmine monſtrat.

Ar-

non occurrunt. ejus autem emendatio ceteris praeferenda, & recte monet Heinſius, Idem notare *pancarpum* apud Hiſtor. Aug. Scriptores. vide Salmaſ. ad Capitolin. Gordian. cap. 13. Joh. Argolii notas ad Onuphr. Panvin. de Ludis Circenſ. Lib. 1. c. 14. p. 167. & du Cangii Gloſſar. Lat. T. V. p. 87. apud Noriſium mendoſe legitur *cenaces*. apud Mabilionium & Gorium *penaces*. ut in ed. Fogginiana, Specimine Cocchiano, & apographo Heinſii; quod Muratorius mutat in *pinaces*, ut jam conjecerat Reineſius.

7. *Ternum quippe ſophos merui*] ita in ipſo codice legi patet ex ed. Fogg. Specimine Cocchiano, & apogr. Heinſ. male igitur apud Noriſium, *Tuntum*.

9. *In quaeſtum Famae cenſus jactura cucurrit*] margini adſcriptum erat *pretium*, quae diverſa ſcriptura τῶ *quaeſtus* Aſterium auctorem videtur habuiſſe, ambiguum quid praeferri oporteret. Ego tamen *quaeſtum* hic *pretio* praetulerim. Videtur autem imitatus iſta Symmachi Lib. 1. Epiſt. 14. *Cucurrit quaeſtus veſter in meum commodum*. HEINSIUS. ſic pro varia lectione, quae codici ipſi iisdem literis in margine adſcripta eſt, in ed. Fogginiana, & apograph. Heinſ. qui recte praetulit *quaeſtum famae*, id eſt aucupium, captationem famae. *quaeſtui* enim optime opponitur *jactura*. ut innuat, ſe ſumtibus & inpenſis in ludos Circenſes factis lucrum famae feciſſe, auramque popularem captaſſe. ita *jacturae* pro muneribus & largitionibus ad conciliandas hominum voluntates. vid. Gruter. & Graev. ad Cic. pro Leg. Manil. cap. 23. idem in Orat. pro Milon. cap. 27. de Spurio Melio: *qui annona levanda, jacturisque rei familiaris, nimis amplecti plebem videbatur*. hinc apud Caeſar. VI. de Bel. Gall. 12. *Germanos atque Arioviſtum ſibi adjunxerant, eosque ad ſe magnis jacturis pollicitationibusque perduxerant*. ubi perperam Lipſius *capturis*. Salmaſius *pacturis*. ſed vide illic Voſſii & Cl. Oudendorpil notas. *jacturas* & *ſumtus* conjungit plus ſemel Cicero. ut Lib. II. de Offic. cap. 16. ubi etiam *jacturae* ponuntur pro pecuniis in munera gladiatoria & ludorum venationumque adparatus ad populi delectationem effuſis, ut hoc loco. vide illic Graevium.

14. *Qui partas trabeis tam bene donat opes*] ſic edidi, licet in ed. Fogginiana, apud Mabilion. & Gorium, *parcas* legatur. in apogr. Heinſii *jam bene*. ut apud Noris. qui *partas* etiam edidit. ut & conjecerat Heinſius. nam *parcas* librario deberi recte cenſet Murator. & forte petitum ex ſequenti verſu, qui ſubjungitur in codice Mediceo:

Quisque legis relegas felix parcasque benigne,
Si qua minus vacuus praeterit animus.

ubi apud Mabillon. *Quisque locos relegas*. vitioſe apud Gorium, *Quisque legis perlegas*. quomodo etiam edidit Muratorius, ſed qui *relegas* e conjectura emendat, ut habetur in ed. Fogginiana. & aereo ſpecimine Cocchiano. ubi & pro varia ſcriptura *benignus* ſuperſcriptum. *praet. . . . . mans*, deſcriptoris vitio apud Mabilion. cum *praeterit animus* legatur in ipſo codice, ut ex ed. Foggin. patet.

Ep. CLXXXVIII. *Argumentum omnium Operum Virgilii*] Argumenta haec & ſequentia operum Virgilianorum non negligenda cenſui, cum quia Catalectis ſuis, ſed non integra, & ordine nonnihil diverſo, ea inſeruerunt Aldus pag. 71. & ſeqq. Scaliger p. 143. ad p. 153. & Pulmannus pag. 398. & ſeqq. omiſit vero Pithoeus; tum quia variantes MSS. veterum lectiones nemo hactenus in ulla Virgilii editione dederit: itaque non inanem operam me facturum exiſtimavi, ſi diverſas codicum Virgilianorum, cum quibus Heinſius aliique contulerunt, ſcripturas hic ſubjicerem, praeſertim quum ſatis mendoſe hic illic Argumenta haec legantur. Circumferuntur vero pleraque tam in membranis, quam in editionibus vetuſtis vulgo ſub nomine Modeſtini, quemadmodum ei haec adſcribi in antiquiſſimo

Digitized by Google

Arboribus vitem, prolem quoque jungit olivae,
Paſtorumque Palen, & curam tradit equorum.
Tunc apium ſeriem, & quae mellis dona, recenſet.
Aeneas intrat profugus Carthaginis oras.
Convivis ſeries narratur Troica belli.
Tertius at conplet narrantis in ordine geſta.
Ardet amans Dido, fatum ſortita ſupremum.
Quintus habet varia tumuli ſpectacula patris.
Infernos Ditis Manes, & regna pererrat.

In

ſimo Virgilii codice, grandioribus characteribus exarato, teſtatur Benedictus Philologus Florentinus in praefatione ad Leonard. Dathum Canonicum Florentinum, editioni Juntinae praefixa. In plurimis etiam MSS. Ovidio tribuuntur, praeſertim illa quae ſunt in Georgica & Aeneidem. & ſic ex vetuſtiſſimo Virgiliano exemplari, cujus ſingularia fata ſuſe narrat, Vaticanis codicibus, aliiſque libris MSS. Naſoni haec adjudicanda contendit Ciofanus ad Ovid. VI. Met. 117. ſed perperam. vid. N. Heinſ. ad Lib. I. Art. Am. v. 27. Sunt enim Scholaſticorum poëtarum vel Grammaticorum luſus, non omnino tamen rejiciendi. hujus primi carminis titulus eſt in ed. Venet. 1480. & Brixienſi an. 1485. *Summa Virgilianae narrationis in tribus Operibus, Bucolicis, Georgicis, & Aeneide.*

v. 2. *docilis*] *dociles* ed. Ven. Brix. & cod. Voſſ. forte *docis*.

3 *Arboribus vitem, prolem quoque jungit olivae*] Francius huic verſui ad *prolem* obelum adpoſuerat. videtur enim *prolem olivae jungit* eo ſenſu intellexiſſe, quo *Arboribus vitem jungit* poſſet explicari, pro maritat. ut Lib. I. Georg. init. *ulmiſque adjungere vites.* quod Horatio Epod. 2. *vitium propagine altas maritat populos.* Sed hoc verſu totum libri ſecundi Georgicon argumentum indicatur, quo de arborum creandarum natura, tum de vitibus, dein *prolem jungit olivae*, id eſt, in ſequentibus de olivis earumque propagine agit. & reſpicit ad principium Lib. II. Georg.

Nunc te, Bacche, canam, nec non ſilveſtria tecum
Virgulta, & prolem tarde creſcentis olivae.

5. *Tunc apium ſeriem, & quae mellis dona, recenſet*] ſic edidit Scaliger. in ed. Venet. & Brixienſi,

Tunc apium ſeriem mellis: & dona recenſet.

Cl. Oudend. *& mellis quae dona.* Tollius conjecerat,

Tunc & apum ſeriem, & quae mellis dona &c.

in cod. Voſſ. ſecundo, & altero papyraceo, edd. Aldinis, & Pulmanni,

Tunc apium ſeriemque, & mellis dona recenſet.

quod numeroſius videtur. *ſeriem apium* hic non multitudinem, aut turbam vocat, ſed quaſi gentem & familiam. ut *plumigeram ſeriem* de avibus dixit Prudentius Hymn. III. Cathem. 44. ſic *ſeries* de virorum illuſtrium proſapia paſſim apud poëtas. infra in Hexaſtichis ad Lib VI. Aen. *Romanoſque duces, ſeriemque nepotum.* vide Heinſ. ad Claudian. I. in Eutrop. 455.

6. *intrat profugus Carthaginis oras*] mallem *Carthaginis arces.* praeſertim cum paullo poſt ſequatur, *Italas ſimul intrat in oras.* & rectius infra, *Libyes adpellitur oris.* tum, *Libyae pervenit ad oras*, de regione tota, quam hoc loco *intrat Carthaginis oras.* de urbe. ſupra Epigr. XLI. hujus Libri, *& excelſas durae Carthaginis arces.* vide notas ad illud Claudiani I. in Eutrop. 334.

——— *celſas Carthaginis arces*
Creditur, & centum portis Babylona ſuperbam
Femineus ſtruxiſſe labor.

ubi *Carthaginis urbes* in aliis codd. *profugus intrat* male in editionibus vulgatis.

7. *Convivis ſeries*] ita in Aldinis, Plantini, & Scalig. ed. *Convivio* cod. Voſſ. ed. Ven. & Brix. metro invito. *ſeries* hic mihi valde ſuſpectum mendi eſt, quum modo praeceſſerit *apium ſeries.* An forte, *Convivis facies narratur Troica belli* vel *Troia*, ut apud Virgilium ipſum ubique, & in MSS. vetuſtioribus. vid. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. I. 28. & Patruum ad Virg. I. Aen. 119. *facies* autem *Troia*, ut in illo Ovidii Lib. I. Triſt. 3. 26. *Haec facies Trojae, cum caperetur, erat.* Juſtinus Lib. VIII. cap. 5. *Miſeranda ubique facies, & excidio ſimilis erat.* Tacitus Lib. III. Hiſt. cap. 83. *Saeva ac deformis urbe tota facies. alibi praelia & vulnera, ſimul cruor & ſtrues corporum* &c. vid. Zinzerling. Promulſ Crit. cap. 32. *facies fortunae* Ovidio in Ibin v. 122. *Fortunae facies invidioſa tuae.* ubi vide Salvagn.

8. *Tertius at conplet*] *& conplet* ed. Ven. & Brix.

Ibid. *narrantis in ordine*] *narrantis ordine* eaedem editiones.

10. *Quintus habet varia tumuli ſpectacula patris*] *tumuli varia ſpectacula* ed. Venet. Brix. & Aldinae. ut ultima in *varia* ante *ſp.* producatur. *tumulo* Tollius. pro, ad tumulum. forte *varia in tumulo.* vel cum Francio legendum, *varia ad tumulum ſpectacula.*

11. *Infernos Ditis manes*] *Infernoſque Ditis* vitiuſe in ed. Ven.

Digitized by Google

In Latium Aeneas, Italas ſimul intrat in oras.
Intonat hinc bellum tecti de culmine Turnus.
Euryalum, & Niſum deflet cum matre juventus.
Mezentî interitus canitur, poſt funera Lauſi.
Ultaque dehinc fertur telo mactata Camilla.
Turni vita fugit infernas maeſta ſub umbras.

EP. CLXXXIX. INCERTI POETAE *Tetraſticha in Georgica.*

PRAEFATIO.

Qualis Bucolicis: quantus tellure domanda
Vitibus, arboribusque, apibus, pecorique, ſatisque,
Aeneadum fuerit vates, Tetraſticha dicent.
Contineat quae quisque liber, lege carmina noſtra.

LIBRI PRIMI.

Quid faciat laetas ſegetes: quae ſidera ſervet
Agricola, ut facilem terram proſcindat aratris,
Semina quo jacienda modo, cultusque locorum,
Et meſſes docuit magno olim foenore reddi.

SE-

12. *In Latium Aeneas, Italas* &c.] *Aeneas Latium, Italas ſimul* &c. ed. Ven. an voluit,
Aeneas Latium, tum Italas &c.

13. *Intonat hinc*] *hic* cod. Voſſ. & ed. Ven.

EP. CLXXXIX. INCERTI POËTAE *Tetraſticha in Georgica*] MODESTINO adſcribuntur in ed. Aldina utraque, Juntina, aliisque. in ed. Veneta & Brixienſi, VERSUS OVIDII. in vet. cod. Catalectorum Petavii titulus eſt, INCIPIT TETRASTICHON OVIDII NASONIS CARMEN. editioni Virgilianae Petr. Danielis ex codice Bibliothecae Leidenſis, 600 circiter annorum vetuſtatem prae ſe ferente, etiam adſcripſerat N. Heinſius. ubi v. prim. *virtute domanda.* v. 2. *arborisque* (pro *arboreisque*) *ſatis, pecorique, avibusque.* in Menagiano, Rottendorph. & Menteliano inſcriptio erat, CARMEN OVIDII NASONIS TETRASTICHON. *Haec ſunt carmina Ovidii* in ed. Brixienſi. *Quantus Bucolicis* Menag. ſed *Qualis* in Mentel. verſu ſecundo *Vitibus, arboribusque, ſatis, pecorique, apibusque,* in utroque, & Petaviano. mox *Aeneadum fuerit vatis* in Menteliano.

5. *quae ſidera*] *quo ſidere* Vratislavienſis codicis excerpta, manu Gebhardi ſcripta, primus Mentelianus a m. prim. & fragm. Moret. ſed *quae ſidera* in Menteliano ſecundo. & ita ex MSS. codd. adfert Patruus in notis ad Virg. Lib. I. Georg. init. nam *quo ſidere terram Vertere* alia apud Maronem locutio eſt. *ſidera ſervare*, hic pro ſpectare, obſervare. ut *ſervare de coelo* auguribus proprium eſt, ipſe Virg. I. Georg. v. 205. *tam ſunt Arcturi ſidera nobis, Haedorumque dies ſervandi, & lucidus Anguis.* & v. 335. *coeli menſes, & ſidera ſerva.* Valer. Fl. Lib. I. 18. *Grajis Helice ſervanda magiſtris.* ubi vide Weitz. Manilius Lib. II. 102. imitatione Virgilii,
Adtollunt animos, coelumque & ſidera ſervant.
ubi perperam interpres Delphinicus exponit, ſequuntur, vel quaſi venerantur. ſic *ſervare freta*, pro explorare inſidiis, explicat Patruus apud Valer. Fl. IV. 105. & *ſervare aetatem adultam diligentius* pro obſervare apud Phaedr. III. 10. 23.

6. *facilem*] *facile* Vratislav. Mentel. Menag. Rottend. & alter Mentel. *terrae* ed. Brix.

7. *Semina quo jacienda modo* &c.] in Vratislavienſi, Rottendorph. altero Menteliano, & Dorvilliano,
Semina quae jacienda, modos cultusque locorum
Edocuit meſſes magno. &c.
quo modos multi etiam codices vetuſti. unde Heinſius legebat, *quot jacienda modis. Et docuit meſſes* in Petav. Mentel. utroque, Menag. & Dorv.

8. *magno olim foenore reddi*] *magno cum foenore* MS. Moreti. recte. *magno olim foedere* Mentel. Menag. Rottendorph. *foenere* etiam Mentel. ſec. in Petaviano,
Edocuit meſſes magno cum foenore reddi.
in ed. Brixienſi, Aldi, & Pulmanni,
Edocuit meſſes magno olim foenere reddi.

SE-

SECUNDI.

Hactenus arvorum cultus, & ſidera coeli:
Pampineas canit inde comas, colleſque virentes;
Deſcriptaſque locis vites, & dona Lyaei,
Atque oleae ramos pomorum ex ordine lectos.

TERTII.

Teque Pales, & te paſtor memorande per orbem,
Et pecorum cultus, & gramine paſcua laeta.
Quis habitent armenta locis, ſtabulentur & agni,
Omnia divino monſtravit carmine vates.

QUARTI.

Protinus aërii mellis redolentia regna,
Hyblaeas & apes, alvêorum cerea tecta.
Quique apibus flores, examina quaeque legenda;
Indicat, humenteſque favos, coeleſtia dona.

EP.

SECUNDI] *Carmen Tetraſtichon Ovidii* in altero Menagiano inſcribitur. & ſic in ed. Brixienſi, *Ovidii Poëtae Tetraſtichon in Librum Georgicon ſecundum.*

10. *inde comas*] *ille* Petav. Vratiſl. Dorv. & ed. Brix.

Ibid. *colleſque virentes*] *colliſque virentis* Mentel. uterque Menag. Gudian. & Venetus Heinſii.

11. *locis*] *loci* Petav. Vrat. Dorv. Mentel. uterque, Menagiani duo, Venet. Rottend. *locu* Gudian.

12. *lectos*] *letus* Vratiſl. Dorvil. Gudian. Petav. Rottend. Mentel. Menag. uterque, & Venetus, aliique. *laetos* Cl. Oudendorpius.

TERTII] *Praefatio Ovidii ſupra librum tertium* titulus eſt in Menagiano. *Verſus Ovidii Naſonis Tetraſtich.* in Rottendorphiano. *Ovidii in tertium Georgicon Tetraſtichon* in ed. Brixienſi.

13. *Teque Pales, & te paſtor*] in Vratislavienſi, *Te quoque magna Pales, & paſtor* &c. quod, ſyllaba una abundante, deſcriptum eſt ex initio Lib. III. Georg. *Te quoque magna Pales, & te memorande, canemus, Paſtor ab Amphryſo.* in Dorvilliano, *Te quoque Pales & paſtorum* &c. id eſt, *Teque Pales & paſtorum* &c. ut in codice Petaviano & ed. Brix. Cl. Oudendorpius tentabat,

Teque Pales, Dea paſtorum memoranda.

cui conjecturae favet nonnihil codex Heinſii, Venetus ipſi dictus, quia eum Venetiis redemit, in quo *veneranda* legebatur. *venerande* in Rottendorph.

14. *gramine*] *gramina* Petav. Vratiſl. Dorv.

15. *Quis habitent*] *habitant* Petav. Vratiſl. Menag. Montalban. Rottendorphiani duo, Venetus, Mentel. alter, Gudian. & Dorvill. *agri* Vratiſl. pro *agni.*

Ibid. *ſtabulentur*] *ſtabulantur* Menag. Rottend. Montalban. & alter Mentelian.

18. *Hyblaeas & apes*] *Hyblaeaſque apes* Gudian. *Hyblaeas quoque apes* primus & tertius Rottendorph. Dorv. & *regna* pro *tecta*, quod & in Menag. Gudiano, & Rottendorph.

Ibid. *alvorum cerea tecta*] ſic ed. Scalig. *alveorum & cerea tecta* ed. Brix. Ald. & Pulm. quod deleta copula & placebat Oudendorpio. *alvorum & cerea tecta* codex Petavii, & ed. Junt. in Dorvilliano, & aliis MSS. *cerea regna.* quod petitum eſt ex Lib. IV. Georg. 202. *aulaſque & cerea regna refingunt.* ubi Pierius etiam monet ex illo loco codicem Longobardicum hoc in verſu habere *alvorum & cerea regna* pro *cerea tecta*, ut in vulgatis. quod tamen hic praeferendum, quia modo praeceſſit, *redolentia regna.* ut eodem Lib. IV. G. 179. de apibus:

Et munire favos, & Daedala fingere tecta.

ubi *figere tecta* legendum alibi videbimus.

19. *Quique apibus flores*] *Quiſque albi flores* cod. Dorv. & ed. Junt. *Quidque albi* Petav. & ed. Brix. *Quique alibi* Rottend. & Gudian. *Quique favis flores* conjecerat Heinſ. ſed *apibus* manu ſua Pierius ex codd. MSS. in marg. ed. Junt. correxerat. *examina quaeque legentis* in Gudiano.

20. *humenteſque favos*] *humentiſque* Menag. Rottend. prim. & ed. Brix. *alios* pro *favos* in tertio Rottendorph. *alvos* Petav.

Digitized by Google

Ep. cxc. *In Aeneidem Monoſticha* Basilii.

Primus habet, Libycam veniunt ut Troës in urbem.
Edocet excidium Trojae cladem que ſecundus.
Tertius a Troja vectos canit aequore Teucros.
Quartus item miſerae duo vulnera narrat Eliſae.
Manibus ad tumulum quinto celebrantur honores.
Aeneam memorat viſentem Tartara ſextus.
In Phrygas Italiam bello jam ſeptimus armat.
Dat ſimul Aeneae ſocios octavus, & arma.
Daunius expugnat nono nova moenia Trojae.
Exponit decimus Thuſcorum in litore pugnas.
Undecimo Rutuli ſuperantur morte Camillae.
Ultimus inponit bello Turni nece finem.

Ep. cxci. *Alia Monoſticha in* xii *Libros Aeneidos.*

Aeneas primo Libyes adpellitur oris.
Funera Dardaniae narrat fletusque ſecundo.
Tertius errores canit, amiſſumque parentem.
Uritur in quarto Dido, flammaſque fatetur.
Quintus habet ludos, & claſſem corripit ignis.
Quaeruntur ſexto Manes, & Tartara Ditis.
Septimus Aenean reddit fatalibus arvis.
Praeparat octavo bellum, quos mittat in hoſtes.

No-

Ep. cxc. *In Aeneidem Monoſticha* Basilii] in veterrimo codice Menteliano & Heinſiano inſcribuntur, VERSICULI OVIDII NASONIS SUPER XII. LIBROS AENEIDOS. in Rottendorphiano, ARGUMENTA XII. LIBRORUM AENEIDOS. TOTIDEM VERSIBUS COMPREHENSA. ut titulus eſt in ed. Juntina. in veteri autem codice Catalectorum Petaviano, VERSICULI ASMENII SUPER XII. AENEIDOS LIBROS INCIPIUNT. in Dorvilliano quoque VERSUS OVIDII NASONIS dicuntur. ed. Brixienſis ſine ullo auctoris nomine inſcribit, *Quae contineant duodecim Aeneidos libri.*

1. *veniunt*] *veniant* Mentel. Petav. Rottend. Heinſian. Leid. Gudian. Dorvill. & ed. Brix. recte.

2. *Edocet*] *Et docet* Dorvill.

Ibid. *cladem que*] *claſſemque* ſecundus Rottend. *caſumque* Dorv. *cladem que ſecundus futuros* Leid.

4. *duo vulnera narrat Eliſae*] *duo funera* Leid. *Eliſſae* Mentelian. duo Rottend. Gudian. & ed. Brix.

6. *Aeneam*] *Aenean* Petav. Mentel. Rottend. & Gud.

7. *Phrygas*] *Phrygos* Dorvill.

9. *nova moenia*] *cava moenia* codex Heinſii.

Ep. cxci. *Libyes adpellitur*] *Libie primo depellitur* Dorvill. *Libicae depellitur* Schedae Voſſianae. *Libiae depellitur* Montalban. Rottendorph. Venetus Heinſii, & alter Dorvill. *Libye compellitur* vetus Auſonii codex Voſſian.

2. *Funera Dardaniae narrat fletusque* &c.] *narrat defletque* in v. c. Voſſ. Auſon. hunc verſum cum ſequenti non agnoſcit cod. Dorvill.

Ibid. *ſecundo*] *ſecundus* ed. Ald. *deflet fletusque* Voſſ. *flectque* Mentel.

3. *Tertius errores canit amiſſumque parentem*] *Tertius errores pelagi terraeque requirit* Voſſian. & v. ſeq. *flammisque crematur.*

5. *ludos, & claſſem corripit ignis*] *ludos quos concelebrare poteſtas* in cod. Auſon. Voſſiano.

7. *Aenean*] *Aeneam* Ald. Plant. *Aeneas* Leid.

8. *quos mittat in hoſtes*] *quos armat in hoſtem* cod. Voſſian. *mittit* alter Menag. *hoſtem* Rottend. *hoſtis* Menag. uterque, alter Rottend. & Venetus, id eſt *hoſtes.*

9.

Digitized by Google

Nonus habet pugnas, nec adeſt Dux ipſe tumultus.
Occidit Aeneae decimo Mezentius ira.
Undecimo victa eſt non aequo Marte Camilla.
Duodecimo Turnus divinis occidit armis.

CXCII. *Alius cujusdam Scholaſtici poëtae Argumenta in Aeneidem ſub nomine* OVIDII.

PRAEFATIO.

Virgilius magno quantum conceſſit Homero;
Tantum ego Virgilio Naſo poëta meo.
Nec me praelatum cupio tibi ferre poëta.
Ingenio ſi te ſubſequor, hoc ſatis eſt.
Argumenta quidem librorum prima notavi,
Errorem ignarus ne quis habere queat.
Bis quinos legerent, feci, quos carmine, verſus,
Aeneidos totum corpus ut eſſe putent.
Adfirmo gravitate mea, me carmine nullum
Livoris titulum praepoſuiſſe tibi.

PRIMI LIBRI.

Vir magnus bello, nulli pietate ſecundus,
Aeneas odiis Junonis preſſus iniquae,

Ita-

9. *Nonus habet pugnas, nec adeſt Dux ipſe tumultus*] *tumultu* Leid. Dorv. ed. Junt. & Ald. Pulm. quod probabat Tollius, ut intelligatur Aeneas, qui huic bello non adſuit. *tumultu* pro *tumultui*, antique. *Nonus habet pugnam, nec adeſt rex ipſe tumulti* v. c. Voſſian. *tumulti* conjecerat etiam Scriver. more veterum. vid. Nonium Marc. p. 483. & 489.

12. *divinis occidit armis*] *divis occiditur armis* in Veneto Heinſii.

CXCII. PRAEFATIO] in v. c. Catalectorum Petaviano, VERSUS OVIDII NASONIS DE VIRGILIO INCIPIUNT. Ovidio etiam tribuunt Schedae Voſſianae & codex Gudii. in ed. Plantini titulus eſt, P. OVIDII NASONIS EX EPIGRAMMATIS XII. LIBRORUM AENEIDOS ARGUMENTA. ſed Ovidio male attributa ſunt haec Argumenta, quia inſcriptio eſt *ſub nomine Ovidii*. illum enim loquentem in hac praefatione inducit epigrammatarius, eodem errore, quo carmen in Aeneidem Virgilii Auguſto adſcriptum eſt, quia ei praefigitur, *ſub nomine Auguſti*, vel *Octaviani Caeſaris*. vide ad Epigr. CLXXXIV. Aldus & Junta, omiſſa hac praefatione, ſub MODESTINI JURISCONSULTI nomine ediderunt. de quo ſupra ad Ep. CLXXXVIII. deeſt etiam praefatio cod. Dorvilliano.

1. *Virgilius magno quantum conceſſit Homero*] concinnius in editione Plantini,

Quantum Virgilius magno conceſſit Homero.

3. *ferre poëta*] *poëtam* Petav. Plant. *poëta* eſt in Gud.

4. *Ingenio ſi te ſubſequor*] ita repoſui ex v. c. Auſonii Voſſian. Petavian. Dorvill. & ed. Plantin. male in vulgatis, & codice Gudiano, *Ingenio tantum ſi ſequor. tantum* enim modo praeceſſit.

7. *Bis quinos legerent, feci, quos carmine, verſus.*] in ed. Plant.

Bis quinos feci legerent quo carmine verſus.

In Voſſiano, *Bis feci, legerent quinos* &c. in Petaviano,

Bis quinos legere ut feci quo carmine verſus.

9. *Adfirmo gravitate mea*] *Affirmans* ed. Pulm. illud *gravitate mea* nimis inſulſum puto, & forte legendum, *probitate mea.*

ib. *me carmine nullum*] ſic ed. Scalig. ſed merito lectionem hanc ipſo carmine magis abſurdam inprobabat Tollius, ac corrigebat, *me crimine nullo Livoris titulos praepoſuiſſe tibi.* id eſt, nullus livor aut invidia me ad hoſce titulos tibi praefigendos adegit. male in ed. Plantin. *me carmine nullo Livore hunc titulum praepoſuiſſe tibi. compoſuiſſe* in Dorvill.

1. *Vir magnus bello*] *bello magnus* Montalban. in ſchedis Voſſianis. & ed. Brix. hic praefigitur verſus primus ex Monoſtichis, *Aeneas primo Libyes appellitur oris.*

2. *odiis Junonis preſſus iniquae*] *preſſus Junonis* Montalb. *pulſus* in Veneto Heinſii. *iniquis* Dorv.

4.

Italiam quaerens Siculis erravit in undis.
Jactatus tandem Libyae pervenit ad oras;
Ignarusque loci, fido comitatus Achate,
Indicio matris regnum cognovit Eliſae.
Quin etiam nebula ſeptus pervenit ad urbem,
Abreptosque undis ſocios cum claſſe recepit.
Hoſpitioque uſus Didûs per cuncta benignae
Excidium Trojae juſſus narrare parabat.

S E C U N D I.

Conticuere omnes. tunc ſic fortiſſimus heros
Fata recenſebat Trojae, caſusque ſuorum:
Fallaces Grajos: ſimulataque dona Minervae:
Laucontis poenam, & laxantem clauſtra Sinonem:
Somnum, quo monitus acceperat Hectoris, atrum:

Jam

4. *Jactatus tandem Libyae pervenit*] *Naufragus & tandem Libyae eſt advectus* v. c. Auſon. Voſſian. bene. ſequitur enim v. 7. *pervenit ad urbem.* ſic infra in Argum. Lib. III.

Naufragus ut fuerit Strophadas compulſus ad undas.

5. *loci fido*] *fido loci* vitioſe in Dorv.

6. *Eliſae*] *Eliſſae* cod. Voſſ. *Aliſſae* Rottend. ut paſſim in illo codice.

7. *pervenit ad urbem*] *in urbem* ex MSS. Voſſianis Oudendorp. in notis Abr. Gronovii ad Pomp. Melam Lib. I. pag. 978. quod in v. c. Auſoniano etiam legitur.

8. *Abreptosque*] ita recte v. c. Voſſ. Ald. & Pulm. id eſt disjectos tempeſtate, & a ſe diſperſos. male in ed. Scalig. *Arreptosque. Abrectos* prior Dorv. pro *Abreptos. Arreptisque* in altero Dorvill.

9. *Hoſpitioque uſus Didonis cuncta benigne*] ſic edidit Scalig. *didoys per cuncta* Rottend. & Dorvill. *didonis per cuncta* Venetus, Schedae Voſſianae, & ſecundus Dorv. *Didonis cuncta benignae* ed. Junt. per Graecismum. Aldus & Pulm.

Hoſpitioque uſus Didûs per cuncta benignae.

ſic Voſſianus Auſonii. & ex v. c. margo ed. Lugd. Scalig. quod probabat etiam Tollius, & in hac editione recepi. *per cuncta*, id eſt in omnibus. *Didûs* vero pro *Didonis*, ut infra *Celaenus*, & apud alios *Calypſus*, *Argus*, & ſim. vide Chariſ. pag. 102. inter Grammaticos Putſchii. ſic in Priapejis Carm. LXVII. vulgo legitur,

Penelopes primam Didonis prima ſequatur.

ubi in Wittiano, Broukhuſiano, aliisque codicibus, *Dido fac prima ſequatur.* ſed recte Heinſius ad Ovid. I. Artis v. 27. *Didûs fac prima.* probante Munckero ad Hygin. fab. 2. qui plura illic ſimilia adſerunt. ita *Minûs* apud auctorem Ciris v. 414.

Illa ego ſum Minûs ſacrato foedere conjux.

ut emendat Nic. Loënſis Lib. VIII. Epiphyll. cap. 27. In vetuſtis tamen Horatii, Ovidii, aliorumque poëtarum editionibus *Didos*, non *Didus*, & *Clios*, *Eratos*, non *Clius*, *Eratus*, legi auctor eſt Petrus Compater apud Joh. Jovianum Pontanum in Dialog. Actio Tom. II. Oper. pag. 200. ed. Baſil. & poſteriori aetate *Dido* in ſecundo caſu perinde dixiſſe, ac *Didus*, ut *Jo*, *Argo*, & ſim. notat Muncker. ad Hygin. fab. 224.

12. *Fata recenſebat Trojae*] *patriae* Mentel. Menag. Venetus, & Voſſianus Auſonii codex. male. ſequitur enim *patriaeque ruinas.* de fatis Trojae vide notas ad Ovid. Epiſt. I. 28.

Illi victa ſuis Troja fata canunt.

13. *Fallaces*] *fallacis* Sprotian. *Fallacesque Grayos* Papenbr.

14 *Laucontis poenam, laxantem* &c.] *Laocontis* Menagian. & Sprotian. *Lycontis* v. c. Leid. & Rottend. *Laocoontis* Mentel. & Montalb. *Lacontis* alter Menag. *Lacontis poena* Sprotian. *Laucoontis* Voſſian. Leid. *Lacensis* Dorvillian. prior. *Lachoontis* ſecundus Dorv. *Lacoontis* Papenbr. paſſim vero in MSS. codd. *Laucoon*, *Laumedon*, *Laudice*, & ſim. pro *Laocoon*, *Laomedon*, *Laodice*. vide Scalig. ad Feſtum p. 14. & ad Catalect. pag. 269. Erhard. ad Petron. cap. 89. Voſſ. ad Vellej. Paterc. II. 69. & Broukh. ad Propert. Lib. II. El. XI. 2. & ſic ſemper in vetuſtiſſima Daretis Phrygii editione. Ald. Junt. & Plantin. *Lacontis poenam, & laxantem.* ſed copula in Menagiano, Hamburgenſi, aliisque MSS. deeſt, *canentem clauſtra ſi non eſt* vitioſe in Dorvilliano.

15. *Somnum, quo monitus acceperat Hectoris, atrum*] *ſomni* Venetus. *quod monitus* Mentelian. *atri* Hamburg. Venet. & Voſſian.

16.

Jam flammas coeli, Troum, patriaeque ruinas,
Et regis Priami fatum miſerabile ſemper:
Inpoſitumque patrem collo: dextraque prehenſum
Aſcanium, fruſtra a tergo comitante Creuſa:
Ereptam hanc fato: ſocios in monte receptos.

TERTII.

Poſt everſa Phrygum regna, ut fuga coepta moveri;
Utque ſit in Thracem primo devectus: ibique
Moenia condiderit, Polydori caede piata.
Regis & hoſpitium, ut Phoebi reſponſa canebant.
Coeptum iter in Creten: rurſus nova fata reperta.
Naufragus ut fuerit Strophadas conpulſus ad undas.
Inde fugam, & dirae enarrat praecepta Celaenûs.

Li-

15. *atrum*] *aurum* Papenbr. *&* *laſſantem* verſ. praec.

16. *Jam flammas coeli, Troum, patriaeque ruinas*] ita diſtinxi ex MSS. ed. Ald. Junt. & aliis. *famas* cod. Gudian. & *ruinam*. *In flammas coeli* Menag. & Venet. unde Heinſius legebat *Hinc flammas*. verſ. ſeq. *Et regis fatum Priami* in Montalban. *fratrum* Papenbr.

18. *Inpoſitumque patrem collo*] *collo patrem* prior Dorv.

19 *fruſta a tergo comitante Creuſa*] *fruſtra tergo* Menag. Sprotian. Montalb. ſchedae Voſſianae, Hamburg. Venetus, Gudian. & Dorvill. uterque. *tergo fruſtra* Leid. *fruſtra tergum* alii. *comes ante Creuſa* Hamburg.

20. *Ereptam hanc fato*] *Arreptam* Venetus. *Erepta fata* Gudian. *Ereptam fato* Leid. *Rectam* Papenbr.

Ibid. *ſocios in monte receptos*] *in mente* Gudian. *repertos* Voſſ. prior Dorv. ed. Ald. Junt. & Pulm. quod Cl. Oudendorpio magis placebat.

TERTII] DECEM VERSUS OVIDII NASONIS inſcribitur in altero Hamburg. & Rottendorph. & ſic in cod. Menagiano, VERSUS NASONIS IN III. AENEIDOS. atque ita in ſequentibus Argumentis Naſonis nomen in MSS. codd. videtur.

21. *ut fuga coepta moveri*] *ut* deeſt Gudiano, Leidenſi, Papenbr. Walliano & Dorvill. utroque, & ed. Junt. ſed cui adſcripſerat Pierii manus. *movere* cod. Leidenſis alter, duo Rottend. Mentelian. Menag. ſecundus, alter Hamburg. Sprotian. & Gudian. ſed *moveri* in Menag. primo, Montalb. & ſecundo Mentel. *teneri* Leid. *fuga recta concepta* in ſchedis Voſſ. *&* *fuga* Venet.

22. *Utque ſit in Thracem primo devectus*] *Utque virum in Thracem* Sprotian. *ſit in Tracem* Papenbr. *Thracen* v. c. Auſon. Ald. & Pulm. ed. deeſt hic verſus in Montalban. *primi* Sprot. & alter Leid. *primus* Mentel. alter, & ſec. Rottend. *primum* Menag. recentior. *dejectus* alter Hamburg. *deventus* Gudian. *primi devectus* ſchedae Voſſ. & Leid. *ubique* Dorv. pro *ibique*.

23. *Moenia condiderit*] *condiderat* alter Leid. Sprot. Rottend. duo, Menag. Montalb. primus Mentel. a m. prim. & ſecundus, alter Hamb. ſche- Voſſianae, & Papenbr.

Ibid. *condiderit, Polydori*] *condiderat Polidori* Leid.

24. *Regis & hoſpitium, ut Phoebi*] *ut hoſp. &* *Phoebi* v. c. Auſon. Voſſ. *ad hoſp. & Phoebi* ſec. Menag. Rottend. alter Menag. Gudian. alter Leid. Sprotian. Montalb. & omnes fere codices, tum ſchedae Voſſianae, Papenbr. ac fragmentum Wallianum. *canebat* in aliis duodecim, Papenbr. Leidenſ. Gudiano. & priore Dorv. *&* *Phoebi* etiam in Dorvill. ſec. & ſched. Voſſian.

25. *Ceptum iter in Cretam*] deſunt in altero cod. Dorvill. *Creten* Wallian. Gudian. ſchedae Voſſiana, primus Dorv. & omnes codices Henſio collati. ed. Ald. Junt. & Plant. *Coeptum iter in rem* Papenbr.

Ibid. *fata reperta*] *fata reportant* in ſchedis Voſſianis.

26. *Naufragus ut fuerit Strophadas conpulſus ad undas*] *utque fuerit* alter Menagii. *utque foret* v. c. Auſon. Voſſ. Mentel. Rottend. uterque, primus Menag. Sprotian. Montalb. alter Leid. Gudian. ſchedae Voſſianae, Papenbr. Dorvill. & Wall. *ab undis* Voſſ. *undam* Papenbr. *Strophadum* manus Pierii in ed. Junt. *Convulſus* alter Leid. *Strophadas compulſus adivit* in Menteliano, & ſecundo Menagiano. *Strophadas compulſus ad udas* legebat Heinſius. *& pulſus adivit* in ſchedis Voſſian.

27. *Inde fugam atque iterum enarrat praecepta Celaeno*] ſic cod. Montalb. Venetus, & alter Mentel. fragm. Wallian. ed. Junt. Scalig. & aliae. *&* *ira* Mentel. *&*

irae

Liquerit utque Helenum perceptis ordine fatis:
Supplicem Achaemenidem, Polyphemo urguente, recepit.
Amiſſumque patrem Drepani, atque hinc inde quievit:

QUARTI.

At regina gravi Veneris jam carpitur igni.
Conſulitur ſoror Anna: placet ſuccumbere amori:
Fiunt ſacra Deis: onerantur numina donis.
Itur venatum. Veneris clam foedera jungunt.
Facti fama volat. monitus tunc numine divûm
Aeneas claſſemque fugae, ſocioſque parabat.
Senſit amans Dido, precibus conata morari.
Poſtquam fata jubent, nec jam datur ulla facultas,
Conſcenditque pyram, dixitque noviſſima verba,
Et vitam infelix multo cum ſanguine fudit.

QUIN-

irae Sprotian. & ſecundus Menag. melius *& dirae* primus Menag. & alter Leid. In Rottend. & ſecundo Menag. *narrat. & ire narrat* in ſched. Voſſ. ed. Aldina & Plantini, *& dirae narrat praecepta Celaenus*, quod probabat etiam Tollius. N. Heinſ. ad Ovid. I. Art. Am. 27. ex MSS. vetuſtioribus corrigebat,

Inde fugam & dirae enarrat praecepta Celaenus.

quod recepi. nam ita apud Virgilium ipſum Lib. III. v. 211. *quas dira Celaeno Harpyiaeque colunt aliae.* in v. c. Auſonii Voſſiano, *& dirae praecepta horrenda Celaenus. Celaenus* etiam in ſchedis Voſſ. Mentel. Sprotian. Rottend. Menag. ſecundo, ut *Didus*, *Calypſus*, & ſim. ſupra in Argum. Lib I. v. 9 *Hoſpitioque uſus Didûs per cuncta benignae.* ubi vide. *Calaenos* Leid. alter. *Calena* Dorv. *& irae narrat* .... *Celaenae* in uno Leidenſi. *iter narrat* Papenbr.

28. *Liquerit utque Helenum perceptis ordine fatis*] *ſi qret* in ſchedis Voſſ. *Liquerat* Venetus Heinſii. *Linqueret* Sprotian. *praeceptis* duo Menteliani, Sprotian. Montalb. Leidenſis alter, Rottend uterque, Venetus, Gudian. ſchedae Voſſ. Dorvill. Papenbr. & fragm. Wall. huic verſui ſequentem praemittit Venet.

29. *Achaemenidem*] *Achimeniden* Wallian. *Supplicee macemeneniden Poliphemo* in uno Leidenſi. *Athameniden* Papenbr. *receptat* v. c. Auſ. Voſſ. *receptum* Ald.

30. *Amiſſumque patrem Drepani, atque hinc inde quievit*] *Inmiſſumque* Wallian. *Drepanis ſic* Venetus. *Drefanis hic* uterque Mentel. Sprotian. Rottend. alter Menag. *Drepanis hic deinde* Gudianus, v. c. Auſon. Voſſian. Wall. & Dorvill. *Drefanis inde quievit* in uno Leid. *Drepanis hic inde* Menag. Rottend. & alter Leidenſ. *Drepanis hinc deinde* Montalban. *Drephanis deinde* Papenbrockianus. Heinſius legebat, *Drepani. ſic deinde quievit.* ed. Ald. *Drepani, atque ut deinde.* quod reponendum putabat Tollius. *Drepani, atque heic deinde quievit* ed. Plantin.

QUARTI] DECEM VERSUS OVIDII NASONIS in Rottendorph. In ſchedis Voſſianis praemittitur verſus ex Monoſtichis, *Uritur in quarto Dido* &c.

32. *Conſulitur ſoror Anna, placet ſuccumbere amori*] *Conſulitur Anna* Mentel. Leid. Papenbr. & Rottend. in quo *placet &*. *placet hinc* Leid. *Conſuliturque Anna, placet qn* Wallian.

33. *ſacra Deis*] *dies* Leidenſ.

34. *Veneris clam foedera jungunt*] *Veneri* ſecundus Rottend. *jam foedera* Gudian.

35. *Facti fama volat*] *Factum fama notat* v. c. Auſon. Voſſ. *tum numine* Menag. & alter Hamburg.

36. *Aeneas claſſemque fugae*] *claſſimque* Mentel. Sprotian. ſecundus Rottend. Leid. & Dorvill.

37. *precibus conata morari*] *movere* ſec. Rottend. Mentel. Sprotian. & Leid.

38. *Poſtquam fata jubent*] *fata videt* in v. c. Auſon. Voſſ. & ed. Junt.

Ibid. *nec jam datur ulla facultas*] *voluptas* alter Hamburg. & pro diverſa lectione Menag. *ulla loquendi*, cum gloſſa *ſcilicet facultas*. In Menteliano & Leid. altero. & ſic Menag. & Rottend. uterque cum Gudiano. *loquenti* Sprotian. *nec datur ulla loquenti* Wall. *poſtquam videt, nec jam datur ulla loquendi copia* Leidenſis. vulgata *facultas* eſt in Montalb. & ſecundo Menag. *ulla loquendi* addita voce *voluptas* in ſchedis Voſſ.

40. *Et vitam infelix multo cum ſanguine fudit*] *Et tutam* Papenbr. *mundo* ſec. Rottend. *ceu ſanguine* Sprotian. *fugis* ed. Junt. ſed *fudit* in MSS. *liquit* alter Hamburg.

QUIN-

Digitized by Google

QUINTI.

Navigat Aeneas: Siculas defertur ad oras.
Hic manes celebrat patrios: una hoſpes Aceſtes
Ludos ad tumulum faciunt: certamina ponunt.
Prodigium eſt cunctis ardens delapſa ſagitta.
Iris, anum Beroën habitu mentita ſenili,
Incendit naves, ſubitus quas vindicat imber.
In ſomnis pater Anchiſes, quae bella gerenda,
Quoque duce ad manes poſſit deſcendere, monſtrat.
Tranſcribit matres urbi, populumque volentem.
Et placitum Aeneas Palinurum quaerit in undis.

SEXTI.

Cumas deinde venit. fert hinc reſponſa Sibyllae.

Mi-

QUINTI] primo verſui hunc praemittit Papenbroeckianus codex, & fragmentum Wallianum,

Quintus habet ludos, & claſſem corripit ignis.

qui eſt ex Monoſtichis ſupra editis. deerat hoc argumentum in Menteliano.

41. *ad oras*] *undas* Venetus.

42. *Hic manes*] *Hinc* Venet. Papenbr. & *Aceſte.*

43. *Ludos ad tumulum*] *tumulos* Leid.

44. *Prodigium eſt cunctis ardens delapſa ſagitta.*] Aldus *allapſa.* apud Virgilium dicitur in aëre accenſa evanuiſſe: ſed praecedit de columba,

——— *refert delapſa ſagittam.*

quae duo poſteriora verba noſtrum arripuiſſe crediderim. TOLLIUS. *allapſa* etiam in Montalb. Leid. Menag. altero, Papenbr. Dorvill. Hamb. Rottend ſec. & ed. Plant. vel *adlapſa*, ut in v. c. Auſon. & ſchedis Voſſ. ſecundo Mentel. *elapſa* Venetus. *Prodigioſa & tunc ardens* Sprotian. alter Hamburg. & ſec. Menag. *Prodigioſa cunctis allapſa* ſchedae Voſſianae, & unus Leidenſis. *Prodigioſa & cunctis* ſecund. Rottend. Mentel. & Dorvill. *Prodigioſa etiam cunctis* Leid. alter. *certamina ponunt Prodigioſa & cunctis* fragm. Wallian. ſed recte ex ſcriptura illa codicum *Prodigioſa* legebat Heinſius,

Prodigio eſt cunctis ardens adlapſa ſagitta.

45. *Iris, anum Beroën habitu mentita ſenili*] In ſchedis Voſſianis, & ed. Juntina, quae verſum hunc praecedenti praemittit, legebatur, *Nutricem Beroën* &c. ſed ſuperſcripſerat manus Pierii, *Iris nutricem*, ut in altero Hamburg. ſecundo Menag. & in fragm. Walliano, ſed *Beroen* a man. ſec. *Triſtem num* in ſecundo Moretano. & Dorvill. *Triſtem tum Beroën* Sprotian. *Iris item* v. c. Auſon. Voſſ. verſus hic deerat Papenbroekiano codici, ſed ſpatio vacuo relicto. *Iris & Beroen* Leidenſ. *Iris tunc Beroen* Menag. Rottend. & Venetus. unde Heinſius legebat, *Iris anum Beroën.* ut Aldus, Scaliger, & Plantinus ediderunt. deſiderantur hi tres verſus in Gudiano. ſed eo ordine, quo Scaliger dedit, ſunt in utroque Menag. altero Hamburg. aliiſque, & ex codd. MSS. ita diſpoſuerat Pierius in marg. ed. Juntinae.

48. *Quoque duce ad manes* &c.] *Coge ducem aut manes* in ſchedis Voſſianis. *quo duce* Leidenſ. ante hunc verſum inſerit ſequentem fragmentum Wall.

Tum natum Anchiſes ſolatur noctis in umbris.

qui in Juntina poſt hunc verſum ſequitur. ſed abeſt ab altero Menteliano. ed. Aldina, Scaligeri, & Plantini. eum tamen a librario non intruſum arbitror, ſed exſulavit forte propter repetitionem vocis *Anchiſes*, pro qua ſi verſu 47. *Aeneae*, vel *Aenean* hoc verſu reponatur, commode admitti poteſt. *Quove* in Sprotian. & Menag. *duci* ſecund. Menag. *Quoque ad manes* Papenbr. *monſtras* etiam in Menag. Montalb. ſec. Rottend. Venet. Leid. & Wall. ſed *narrat* in ed. Junt. *monſtrum* alter Hamburg. & ſchedae Voſſ.

49. *Tranſcribit matres urbi*] *urbi matres* Leid. *volentes* Gudian.

50. *Et placitum Aeneas Palinurum quaerit in undis*] *placidum* Papenbr. fragm. Wall. ſchedae Voſſ. Leid. ed. Ald., Junt. & Plantini. *placitum* Venetus. *lapſum* Dorvillian. *placida unda* in cod. Auſon. Voſſ. *meret* pro *quaerit* in Dorv.

SEXTI] hic quoque praefigit codex Papenbr. & fragmentum Wallian. verſum ex Monoſtichis,

Quaeruntur ſexto manes & Tartara Ditis.

51. *fert hinc reſponſa Sibyllae*] ſic recte Toll. &

Fran-

Miſenum ſepelit. mons ſervat nomen humati.
Ramum etiam ante Deum, placato numine, portat.
Et vates longaeva una deſcendit Avernum.
Agnoſcit Palinurum, & ibi ſolatur Eliſam.
Deiphobumque videt lacerum crudeliter ora.
Umbrarum poenas diſcit, narrante Sibylla.
Convenit Anchiſen: penitusque in valle virenti
Agnoſcitque ſuam prolem monſtrante parente.
Haec ubi percepit, graditur, ſociosque reviſit.

SEPTIMI.

Hic quoque Cajetam ſepelit. tum deinde profectus
Laurentum venit. hanc verbis cognovit Jüli

Fa-

Francius, ut in ed. Ald. Junt. & Plantini. *Sibylla* in ed. Scalig. *Cumas* in omnibus MSS. *Cymas* in altero Hamb. & ed Junt. *fert reſponſa* in Mentel. & Sprotian. *bona fert reſp.* Montalb.

52. *mons ſervat nomen humati*] *humata* Sprotian. in Mentel. deeſt haec vox a m. prim. & Leid. *Miſenum ſepelit mons ſervat numen* Papenbr. *mos ſervat* Leid.

53. *Ramum etiam ante Deûm, placato numine, portat*] Diſtinguo,

Ramum etiam, ante Deûm placato numine, portat.

ſacrum enim Diis inferis factum praeceſſit deſcenſum Aeneae ad regna vivis invia. TOLLIUS. *Ramum etiam divûm placato numine portat* v. c. Auſon. Voſſ. ed. Ald. Junt. & Plant. *nomine* alter Menag. & Venetus. *Ramum etiam ante Deum* in Montalb. Rottend. utroque, altero Hamb. ſecundo Menteliano, & Venet. quod firmat Tollii diſtinctionem. *Ramum & antea divum placito* (*placato* ſuperſcr.) *nomine portat* in primo Menteliano & Sprotiano *Ramum auri divum* ſchedae Voſſ. *Ramum etiam ante divum* Dorvill. *Ramum antea divum placato numine portant* fragm. Wallian. Heinſius tentabat,

Ramum, ante at divum placato numine, portant.

ſed verſu duriore prae diſtinctione Tolliana, quam amplector. *Ramum eſt* Papenbr. *Ramum ante divi ſum placato nomine* Leidenſ.

54. *Et vates longaeva una deſcendit Avernum.*] *At vates* in plerisque Codd. Rottend Menag. Montalb. aliisque. *Et vatis tecta atque una*, Leidenſ.. *At vates tecta atque una* in Papenbr. *Et vatis tecta atque ima deſcendit Averna* in ſchedis Voſſianis. *At vatis tecta atque una* Mentelian. Sprotian. Rottend. alter Hamb. Gudian. Dorvill. & Wall. unde Heinſius legebat, *Ad vatis tecta.* ut in Veneto. recte vero Francius *deſcendit Averno.* ut in illo Virg VI. Aen. 126. *facilis deſcenſus Averno.* ubi *Averni* fruſtra in aliis MSS. vide Broukhuſ. ad Propert. II. 1. 20.

55. *& ibi ſolatur Eliſam*] ſic ed. Ald. Junt. Plant. & Scalig. *ſolatus Eliſſa* Montalban *ſolatur Eliſſa* Gudian. *Palinurum ibi conſulatur Eliſa* Leid. *ſervatur Eliſſa* ſec. Rottend. *ſolatus Eliſſam* prior Menagii. ſed in Menteliano, Sprotiano, & Dorvill.

Agnoſcit Palinurum, ibi conſolatur Eliſam.

& ſic fragm. Wall. niſi quod in eo *Eliſſa.* in v. c. Auſon. Voſſiano,

Agnoſcis Palinuron ibi & ſolatur Eliſſam.

57. *poenas diſcit, narrante Sibylla*] *poenam* Gudian. *audit* v. c. Auſon. Voſſ. *diſjecit* Papenbr. *diſcet* in Mentel. & Montalb. *monſtrante* in fragm. Wall. male. nam id ſequitur v. 59.

58. *Convenit Anchiſen, penitusque in valle*] *Invenit* ſchedae Voſſ. *Cum venit Anchiſem* Montalb. *penitus in valle* in eodem, Rottend altero, Hamb. ſecundo Menag. altero Mentel. Gudian. & Leid. *penitus convalle virenti Cognoſcitque* &c. v. c. Auſon. Voſſ.

59. *Agnoſcitque ſuam*] *Agnoſcitque Iliam* in ſchedis Voſſianis. *ſuam* deeſt in Papenbr.

Ibid. *monſtrante parente*] *narrante* Rottend. uterque, alter Hamburg. Gudian & Dorvill. *monſtratque* Leid. *monſtratque parentem* Sprotian. alter Mentel. ſchedae Voſſ. Venet. & fragm. Wall. *parenti* alter Hamb.

60. *Haec ubi percepit*] *praecepit* prior Menag. & fragm. Wall.

Ib. *ſocioſque reviſit*] *claſſemque reviſit* v. c. Auſon. Voſſ.

SEPTIMI. 61. *ſepelit. tum deinde*] *tumulat deinde profectus* v. c. Auſon. Voſſ.

62. *Laurentum venit. hanc verbis cognovit Jüli*] *Laurentumque venit, hanc verbis novit Juli* Menag. uter-

Fatalem terram. menſis en veſcimur, inquit.
Centum oratores veniam, pacemque petentes
Ad regem mittit, lectos tum ſorte, Latinum:
Qui cum pace etiam natae connubia pactus.
Hoc ſorte Alecto Junonis diſſipat ira.
Concurrunt dictis, quamvis pia fata repugnent.
Belli cauſſa fuit violatus vulnere cervus.
Tum gentes ſocia arma parant. fremit arma juventus.

OCTAVI.

Dat belli ſignum Laurenti Turnus ab arce.
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem,
Qui petat auxilium, & doceat, quae cauſſa petendi.
Aeneas Divûm monitis adit Arcada regem
Evandrum, Arcadia profugum, nova regna petentem.
Accipit auxilium. huic natum, & ſocia agmina jungit

Evan-

uterque, Sprotian. Montalb. duo Rottend. Dorvill. *Laurentumque venit verbis* in ſchedis Voſſ. & Leid. *Laurentumque petit* in Veneto. *cognoſcit* v. c. Auſon. Voſſ. & Gudian.

63. *menſis en veſcimur*] *jam veſcimur* alter Menag. cod. Auſon. Voſſ. & Dorvill. *menſes bem* vitioſe in ed. Junt. vulgata eſt in ceteris omnibus. *menſas* Leid.

64. *veniam pacemque petentes*] *pacem veniamque* in utroque Menag. Sprotian. Montalb. duobus Rottend. Veneto, ſecundo Mentel. Leid. Gudian. & Dorv. & v. c. Auſon. Voſſ.

65. *Ad regem mittit lectos tum ſorte Latinum*] *mittunt laeti* Gudian. & Dorvill. *mittunt* ed. Junt. *mittunt leti. tum ſorte* Menag. Venet. ſchedae Voſſ. & Rottend. alter. *mittant* Montalb. *lecti tum* Leid. *laeti tum ſorti* idem & Rottend. prim. *laeti tum ſorte* Menag. & alter Mentel. *Ad regem mittunt Laeti Tum ſorte Latinum* v. c. Auſon. Voſſ. Heinſius in marg. ed. Junt. conjecerat ita ut ex Aldina, & Scalig. ed. expreſſi. *lectos cum ſorte* ed. Plant.

67. *Hoc ſorte Alecto Junonis diſſipat ira*] *Hic furiam Alecto Junonis diſtruit ira* v. c. Auſon. Voſſ. *Ne forte* alter Rottend. *Hic forte Alecto Junonis diſtruit iram* Venetus. *Allecto* in MSS. & Leid. *diſtinit iras* Dorv.

68. *Concurrunt dictis, quamvis pia fata repugnant*] *Concurrunt ferro* Menag. *Concurrunt quamvis Rutilis pia fata repugnent* ſchedae Voſſianae. *pia fata* edidi, quia ſic in omnibus MSS. excepto Veneto, in quo *facta*, ut male in ed. Scalig. in Ald. Junt. & Plant. etiam *fata*. *repugnent* quoque in omnibus. *repugnet* Montalb. *fata repugnent* etiam in Leid. In v. c. Auſon. Voſſ. hic verſus ſic legebatur,

Rex cedit furiis, quamvis pia fata repugnent.

69. *Belli cauſſa fuit*] *Bella* Menag. forte pro *bello*. *violatur* alter Menag.

70. *Tum gentes ſocia arma parant*] in v. c. Auſon. Voſſ.

Arma ferunt gentes ſocia ac ad bella juventus.

gentes ſociae in MSS. omnibus, & Leidenſi, Gudiano, Dorv. & ed. Junt *ſocia arma* in ed. Ald. Scalig. & Plant.

71. *Dat belli ſignum*] *bellis* Rottend.

73. *cauſſa petendi*] *docendi* Leid.

74. *monitis adit*] *monitu adit* alter Rottend. Mentel & Dorv. *monitu adiit* Montalb. & Rottend.

75. *Evandrum, Arcadia profugum*] *Evandrum Arcadiae, profugum* duo Menag. Montalb. Rottend. uterque, Mentel alter, Venetus, Gudian. & Dorvill., quod forte rectum, ut *Evandrum Arcadiae* dixerit, *pro Evandrum* Arcadem. repetitione non ineleganti, *Arcada regem, Evandrum Arcadiae*. niſi praeſtet *Evandrum Arcadia*, ut *hoſpes Zacyntho*, *Cato Tuſculo* & ſim. vide Rutgerſ. Lect. Venuſ. cap. xx. p. 358. & quae notavi ſupra ad Eleg. ad Meſſalam, cxxii. v. 20. ubi *Trinacriae juvenis*, vel *Trinacria*, pro Theocrito Siculo. *Archada* & mox *Archadia* Leid.

Ibid. *nova regna petentem*] *petenti* Montalb. *tenentem* v. c. Auſon. Voſſ.

76. *Accipit auxilium, huic natum,*] *auxilia, hic natus* v. c. Auſon. Voſſ. *huic* delendum cenſebat Francius.

Digitized by Google

Evander. Pallas fatis comes ibat iniquis.
Jamque habilis bello, & maternis laetus in armis,
Fataque, fortunasque ducum, caſusque ſuorum
Sortitus clipeo, divina intentus in arte eſt.

N O N I.

Atque ea diverſa penitus dum parte geruntur,
Junonis monitu Turnus feſtinat in hoſtem.
Teucrorum naves, Rutulis jaculantibus ignem,
Nympharum in ſpeciem divino numine verſae:
Euryali, & Niſi coeptis fuit exitus inpar.
Pugnatur. caſtra Aeneadae, vallumque tuentur.
Audacem Rutulum dat leto pulcher Jülus.
Fit via vi. Turnus Bitian, & Pandaron altum
Dejicit, & totis victor dat funera caſtris.
Jamque fatigatus recipit ſe in caſtra ſuorum.

D E C I M I.

Concilium Divis hominum de rebus habetur.
Interea Rutuli portis circum omnibus inſtant.
Advenit Aeneas multis cum millibus heros.
Mars vocat, & totis in pugnam viribus itur.
Interimit Pallanta potens in praelia Turnus.
Caeduntur que duces. cadit & ſine nomine vulgus.

Su-

77. *agmina jungit Evander*] *Evandri Pallas fatis* &c. v. c. Auſon. Voſſ. *Evandrum* Montalb. unde *Evandrus* legebat Heinſ.

78. *maternis laetus in armis*] *maturis* prior Menag.

79. *caſuſque ſuorum*] *cauſaſque* ſecundus Rottend. a m. ſ.

80. *Sortitur clipeo* &c.] *Miratur clipeo divinam natus in artem* v. c. Auſon. Voſſ. quod probabat Cl. Oudendorpius, ſi legamus *intentus. in arce eſt* Montalb. & alter Rottend. *in arte* ſchedae Voſſ.

81. *Atque ea*] *Atque haec* v. c. Auſon.

82. *Junonis monitu*] *motu* Leid.

Ibid. *Turnus feſtinat*] *feſtinat Turnus* idem.

83. *Teucrorum naves*] *Teucrorum caſtris* ſched. Voſſ.

NONI. 86. *Pugnatur*] *purgatur* Montalb. *Pugnantur* Mentel. duo Menag. Rottend. uterque, & Venet. unde *Pugnantum* leg.bat Heinſius. verſum hunc praecedenti praefigit Venetus. *Pugnantur caſtris* ſchedae Voſſ.

87. *Audacem Rutulum*] *Remulum* Mentel. Montalb. ſecundus Menagii, Venetus, & Gudian. ſed *Remulum* in v. c. Auſon. Voſſ. Rottend. Leidenſi, ſecundo Mentel. ſchedis Voſſ. & Dorvill. *Hiulus* prior Mentel.

88. *Turnus Bitian & Pandaron altum*] *Bitiam* Mentel. Rottend. Leid. & Venet. *Pandarum* Leidenſ. Menteliani duo, & totidem Rottendorph. *Pandaron acrem* v. c. Auſon. Voſſ. *Pandarus* alter Menag.

89. *Dejicit & totis*] *Deicit* v. c. Auſ. *Dejecit totis* Venet. *funere* Rottend. ſec. *& tectis* ſchedae Voſſ.

90. *recipit ſe in caſtra ſuorum*] *in tuta* v. c. Auſon. Voſſ.

DECIMI. 91. *Concilium Divis*] ita uterque Mentel. duo Menag. Montalb. Rottend. & v. c. Auſon. Voſſ. Gudian. ed. Ald. & Pulm. male in aliis *Conſilium*.

93. *multis cum millibus heros*] *cum millibus inde* v. c. Auſ. Voſſ.

94. *Mars vocat*] *Pars* Rottendorph. & Leid.

95. *Interimit Pallanta*] *Interemit* Mentelian. *Pallantea* Leid. deſunt hi verſus in cod. Leid.

96. *cadit & ſine nomine vulgus*] eſt ex Lib. IX. Aen. 343. *ſine nomine plebem.* & imitatione, ut ſolet, Virgiliana Juſtinus Lib. XLI. cap. I. *tuluti vulgus ſine nomine, praeda victorum fuere.*

97.

Digitized by Google

Subtrahitur pugnae Junonis numine Turnus.
Aeneas perſtat Mezentî caede piata:
Et Lauſum invicta perimit per vulnera dextra.
Mox ultor nati Mezentius occidit ipſe.

UNDECIMI.

Conſtituit Marti ſpoliorum ex hoſte tropaeum.
Exanimumque patri natum Pallanta remittit.
Jura ſepulturae tribuit, tempusque, Latinis.
Evander patrios affectus edit in urbe.
Corpora caeſa virûm paſſim digeſta cremantur.
Legati referunt Diomeden arma negaſſe.
Drances, & Turnus, leges aequante Latino
Concurrunt dictis. Aeneas inminet urbi.
Pugnatur. vincunt Troes. cadit icta Camilla.
Deinde duces caſtris, donec ceſſere, minantur.

DUODECIMI.

Turnus jam fractis adverſo Marte Latinis
Semet in arma parat, pacem cupiente Latino.

Foe-

97. *Subtrahitur pugnae*] *pugna* Menag. Gudian. Rottend. & ſchedae Voſſ.

98. *Aeneas perſtat Mezenti caede piata*] *praeſtat* Dorv. *praeſtas* Mentel. in v. c. Auſon. Voſſ.

Aeneas inſtat Mezenti caede cruentus.

99. *invicta perimit per vulnera dextra*] *invita* legebat Heinſius. *peremit vulnera* Dorvill. *peremit vulnere* Mentel. & ſecundus Menagii. in vetuſto autem codice Auſonii Voſſiano verſus hic ita exhibetur,

Lauſus fata patris praeſenti morte redemit.

100. *Mox ultor nati*] *victor* uterque Mentel. duo Menag. Montalb. v. c. Auſon. Voſſ. Leid. & Dorvill.

UNDECIMI. 101. *ſpoliorum ex hoſte tropaeum*] *ſpoliatum* v. c. Auſon. Voſſ.

102. *Exanimumque patri natum Pallanta remittit*] *Exanimemque patri feretro* v. c. Auſ. Voſſ. *remitti* Venet.

103. *Latinis*] *Latino* Leid.

104. *patrios affectus edit in urbem*] *affectu ſedit* ſecundus Menag. *patrius affatus* Leid. *affectus cedit* Montalb. alter Rottend. & Venet. *cadit in urbe* ſchedae Voſſ. *in orbe* Leid. *in urbem* ed. Junt. ſed *urbe* in Menag. utroque, & altero Mentel. ed. Ald. Scalig. & Pulm.

105. *Corpora caeſa virum paſſim digeſta*] *Corpora celſa* in ſec. Rottend. *paſſim disjecta* v. c. Auſon. Voſſ. veriſſime. id eſt inſepulta, diſperſa hic & illic, ſine ordine jacentia. *jacta cadavera paſſim* vocat Prudent. Hym. x. Cathem. 61. Serv. Sulpicius in Epiſt. ad Cicer. Lib. IV. ad Fam. Ep. 5. *cum uno loco tot oppidûm cadavera proiecta jaceant.* ſic *disjectas aequore puppes*, pro, tempeſtatibus diſperſae, diſſipatae, infra in Tetraſtichis & Hexaſtichis ineditis ad Lib. I. Aen. vide Patrui notas ad Virg. Lib. I. Aen. 43. de uſu vocis *paſſim* pro confuſe, ſine ordine, vide Addenda ad Lotich. pag. 691. & 692. ibidemque notatis adde Rigalt. ad Martial. Lib. VI. pag. 69. Drakenb. ad Sil. VII. 139. & ſaepe confundi cum *ſparſim* docebunt notae Patrui ad Claudian. Bell. Gild. 136.

106. *Diomeden arma negaſſe*] *Diomedae* prior Mentel. *negare* Rottend. ſec.

109. *Pugnatur. vincunt Troës*] *Pugnantur, Troës vincunt* alter Menag. & Venet.

Ibid. *cadit icta Camilla*] *acta* Menag. Montalb. Venetus, & ſchedae Voſſ. *ipſa* in v. c. Auſon. Voſſ.

110. *Deinde duces*] *Deinde decus* ſchedae Voſſ.

Ibid. *donec ceſſere, minantur*] *ceſſare* ſchedae Voſſ. & Dorv. *donec ceſſare minatur* Montalb. *nocti ceſſere, minanti* v. c. Auſon. Voſſ. unde *minati* legendum monuit Cl. Oudendorpius ad Suet. Caeſ. cap. 58. quod & reſtituendum putabat Septimio Lib. II. de Bel. Tr. cap. 4. *adventanti nocti cunctis cedentibus, requies belli facta.* ubi in vulgatis *adventante nocte, cunctis cupientibus.* ſed in MS. Periz. *cedentibus.* quod firmat illic codex Heinſianus.

DUODECIMI. 111. *fractis Latinis*] *fractos Latinos* v. c. Heinſianus.

113.

Foedus percutitur paſſuris omnia victis.
Hoc Turni Juturna ſoror confundit: & ambos
In pugnam populos agit, ementita Camertem.
Aeneas volucri tardatur membra ſagitta.
Anxia pro nato ſervavit cura parentis.
Urbs capitur. vitam laqueo ſibi finit Amata.
Aeneas Turnum, campo congreſſus, utrimque
Circumfuſa acie, vita ſpoliavit, & armis.

Ep. CXCIII. *Tetraſticha in omnia Virgilii Opera.*

In Bucolica.

Tityrus agreſti modulatus carmen avena;
Formoſum paſtor Corydon dilexit Alexin.
Silenumque ſenem ſertiſque meroque ligavit.
Paſtorumque melos facili deduxit avena.

In Georgica.

Sidera deinde canit, ſegetes, & dona Lyaei,
Et pecorum cultus, Hyblaei mella ſaporis.

113. *paſſuris omnia victis*] *paſſurus omnia victus* Mentel. Menag. Montalb. Rottend. ſec. Venet. & Dorv. *paſſurusque omnia victus* in ſchedis Voſſianis. *paſſuros omnia victos* v. c. Auſ. Voſſ. *paſſurus & omnia victus* ed. Junt. cum ed. Scaligeri facit Aldus & Plantin. & ſic legebat Heinſ.

114. *Hoc Turni*] *Nam Turni* Dorv. *Turno* Leid. *contundit* v. Auſon.

115. *ementita Camertem*] *& mentita* codex Heinſ. & Venet. *Carmertam* Mentel. *Caneſtam* Montalb. *Caneſtem* Leid.

116. *Aeneas volucri tardatur membra ſagitta*] *Aenean* alter Mentel. *Aeneam volucri tardantur* Mentel. prior. *Aenean volucri tardantur* Hamburg. & cod. Heinſ. *volucri trajectus* ſchedae Voſſ. *Aenean vol. tardantur* Leid. Francius legebat ac diſtinguebat,

Aenean, volucri tardatum membra ſagitta,
Anxia pro nato ſervavit cura parentis.

quod cum firmetur ab antiquiſſimo codice Auſonii Voſſiano, recipiendum puto. *ſervatur* in cod. Heinſ. *ſervivit* Dorv.

118. *vitam laqueo ſibi finit Amata*] *finivit* ſchedae Voſſ. *laqueo ſibi privat* Venet. *laqueis finivit* prior Hamburg.

119. *Aeneas Turnum, campo congreſſus*] *campo Turnum* Hamb. *progreſſus* v. c. Auſon. Voſſ.

Ibid. *utrimque Circumfuſa acie*] *utraque* codex Heinſii. *vitam ſpoliavit* Leid.

Ep. CXCIII. *Tetraſticha in omnia Virgilii Opera*] Haec numquam hactenus integra ab ullo Catalectorum veterum editore producta ſunt. ſolum tantum Tetraſtichon in Bucolica dedit Scaliger pag. 150. ſub titulo IN BUCOLICA FRAGMENTUM EX QUODAM POETA. ſed lectione non parum diverſa. nam primo verſu edidit, *Tityrus agreſti modo laetus carmine ruris.* v. ſec. *Formoſum per quod Corydon ardebat Al.* denique, *Paſtorumque ſonos faciles duxere cicutae.* ex veteri etiam codice, quo Scaliger fuerat uſus, in fine exemplaris ſui Catalectorum Pithoei adſcripſerat N. Heinſius, praefixo titulo OVIDII NASONIS TETRASTICHON. ſed primo verſu *moduletur carmine ruris.* & v. ult. *Paſtorumque ſonos faciles dixere cicutae.* Eximium igitur Collectioni noſtrae hic acceſſit εὕρημα, ſuppletis quinquaginta duobus verſibus, numquam antea editis, quos debeo humanitati ac prolixae bene de me merendi voluntati Viri Celeberrimi & amiciſſimi Fr. Oudendorpii, qui eos ex codice MS. Voſſii venerandae antiquitatis Auſoniano, in cujus limine legebantur, e Bibliotheca publica Leidenſi in gratiam meam deſcriptos lubentiſſime mecum communicavit: quos ex eodem MS. fronti Catalectorum Scaligeri adpoſuerat Jacobus Tollius, cum cujus apographo, fere a me praeterito, cum huc perveniſſent operae, eos adcurate contuli. Miror illos diligentiam Heinſii effugiſſe, aut ſchedis ejus neſcio quo modo excidiſſe.

Principio breviter ventura volumina dixit,
Intercidit opus, coepitque referre ſecunda.

In Aeneidem.

LIBRI PRIMI.

Arma virumque canit mira virtute potentem;
Junonis odio disjectas aequore puppes;
Hoſpitium Didûs, claſſem ſociosque receptos:
Utque epulas inter caſus regina requirat.

SECUNDI.

Conticuere omnes. infandos ille labores,
Deceptamque dolis Trojam, patriaeque ruinas,
Et caſus Priami docet, & flagrantia regna;
Ignibus e mediis raptum deque hoſte parentem.

TERTII.

Poſtquam res Aſiae, deceptaque Pergama, dixit;
Tum, Polydore, tuos tumulos, tum Gnoſia regna,
Andromachen, Helenumque, & vaſta mole Cyclopas,
Amiſſumque patrem Siculis narravit in oris.

QUARTI.

At Regina gravi Veneris jam carpitur igni,
Venatusque petit, capitur venatibus ipſis;
Et taedas, Hymenaee, tuas ad funera vertit,
Poſtquam Anchiſiades fatorum eſt juſſa ſecutus.

QUINTI.

Interea Aeneas pelagus jam claſſe tenebat,
Ludorumque patris tumulum celebrabat honore:
Puppibus ambuſtis fundavit moenia Aceſtae,
Deſtituitque ratem media Palinurus in unda.

SEX-

7. *Principio breviter*] ita in exemplo Oudendorpiano. ſed in apographo Tolliano, *Principio grantes ventura* &c.

9. *Arma virumque canit*] Ex his etiam probatur, verum Aeneidos Virgilianae, *Arma virumque cano,* poſthabitis quatuor illis verſibus, *Ille ego qui quondam* &c. principium fuiſſe; praeſertim cum tam in Tetraſtichis his. quam in Hexaſtichis mox edendis, ſingulorum librorum Argumenta a primis eorum verbis incipiant. unde patet, Grammaticos hos, ſivè Scholaſticos, non aliud Aeneidos initium agnoviſſe, aut in ſuis codicibus inveniſſe. ea de re pluribus egi in Miſcell. Obſerv. Vol. VI. Tom. III. pag. 523 & ſeqq. & in Praefatione ante majorem Virgilii editionem pag. 42. & 43.

10. *disjectas aequore puppes*] vide ſupra ad Argum. Lib. XI. v. 105.

22. *Venatusque petit, capitur venatibus ipſis*] forte *capitur venatibus ipſa.* ſic enim infra in Hexaſtichis v. 20.

Ardet amore viri, clauſum venatur amorem,
Dumque capit, capitur. ſentit, quos praebuit ignes.

ut emendandum pro *veneratur*, quod in codice Voſſiano legitur. ubi vide.

SEXTI.

Sic lacrimans tandem Cumarum adlabitur oris,
Deſcenditque domus Ditis, comitante Sibylla,
Agnoſcit Troas caeſos, agnoſcit Achivos,
Et docet Anchiſes venturam ad ſidera prolem.

SEPTIMI.

Tu quoque litoribus famam, Cajeta, dediſti.
Inpetrat Aeneas Latium, regnumque Latinis;
Foedus agens; ſaevit Juno, bellumque laceſſit,
Finitimosque viros, Turnumque in praelia mittit.

OCTAVI.

Ut belli ſignum Turnus, Mezentiaque arma,
Conſcivitque duces; tum moenia Pallantea
Aeneas adit, Evandri ſocia agmina quaerens.
Arma Venus portat proprio Vulcania nato.

NONI.

Atque ea diverſa dum parte; hic diva Cybebe
Puppes eſſe ſuas Nympharum numina juſſit.
Euryali & Niſi caedes & fata canuntur;
Fecerit incluſus caſtris quae funera Turnus.

DECIMI.

Panditur interea coelum coetusque Deorum.
Jam redit Aeneas, & Pallas ſternitur acer.

Eri-

40. *Arma Venus portat proprio Vulcania nato*] ita in v. c. Auſonii Voſſiano. *proprio nato* tamen offendebat Cl. Oudendorpium, qui emendabat *portat propere*. ſic infra in Argumentis XII. Scholaſticorum ad Lib. IX. v. 41.

Ad Turnum propere Junonia mittitur Iris.

ſimili varietate apud Senec. in Hippol. v. 1010. forte caſtigandum,

Placidumque pelagus propera tempeſtas agit.

ubi nunc *propria* legitur. & de confuſione harum vocum vide notas Patrui ad Suet. Galb. c. 16. damnarunt autem & inter idiotiſmos dudum rejecerunt viri docti *proprius filius*, *proprius oculis*, *propria manu*, & ſim. ut Hadr. Cardinalis de Serm. Lat. p. 201. & 202. diſſentiente Borrichio de L. L. pag. 46. *proprius* tamen *filius* uſu deterioris aevi frequentatum fuit, quia *proprius* idem ac *ſuus* dicebatur, etiam apud veteres. quomodo *ſuus proprius* ſaepe junctim occurrit. ut apud Liv. Lib. III. 70. *ſuus proprius exercitus*. & Lib. IV. cap. 8. *ſuus proprius magiſtratus*. vide Bauldr. ad Lactant. de mort. perſec. cap. 44. p. 265. & *ſua propria*, τὰ οἰκεῖα. vid. Muneker. ad Lactant. Narr. Fab. XX. p. 840. *proprium horreum*, pro ſuo apud Horat. Lib. 1. Od. 1. 9. *propriae capellae*, ſuae, non conductae. de quibus ſupra ad Lib. 1. Ep. 147. v. 9.

41. *hic diva Cybebe* &c.] forte *huic*. Aeneae nempe. reſpicit ad Lib. X. Aen. 22.

Atque illi (Aeneae) *medio in ſpatio chorus ecce ſuarum*
Occurrit comitum: nymphae, (quas alma Cybebe
Numen habere maris, nymphasque e navibus eſſe
Juſſerat) innabant pariter, fluctusque ſecabant.

43. *caedes & fata*] *facta* in apogr. Toll.

47.

Digitized by Google

Eripuit Juno Turnum, Lauſique parentem;
Adjecit comitem mortis Cythereïa proles.

UNDECIMI.

Oceano interea ſurgens Aurora videbat
Mezentî ducis exuvias, caeſosque ſodales,
Et Latium proceres Diomedis dicta referre,
Tum qualis pugnae ſuccedat Etruſca Camilla.

DUODECIMI.

Turnus ut infractos vidiſſet undique caeſos,
Ultro Anchiſiaden bello per foedera poſcit.
Quae Juturna parat convellere: ſed tamen armis
Occidit, & pactum liquit cum conjuge regnum.

CXCIV. *Argumenta in Aeneidem per Hexaſticha.*

PRIMI LIBRI.

Arma virumque canit vates, Junonis ob iram,
Et totum Aeoliis turbatum fluctibus aequor.
Disjectas claſſes, ſubmerſaque corpora ponto.

Hoſ-

47. *Eripuit Juno Turnum, Lauſique parentem*] recte Tollius corrigebat *Lauſusque parentem.* Lauſus enim ipſe, non Juno, patrem Mezentium jam vulneratum eripuit Aeneae, cjusque manu cadere maluit. vide Lib. x. Aen. v. 788. & ſeqq.

49. *Oceano interea ſurgens*] ita correxi utrumque apographum, in quo *Oceanum.* quod in initio Lib. XI. regitur a voce *reliquit* in fine verſus. ſed hic *Oceano ſurgens* jungenda ſunt.

53. *vidiſſet undique caeſos*] corruptum puto: & forte legendum, ut infra in Hexaſtichis v. 67.

Turnus ut infractos vidit ceſſiſſe Latinos.

55. *Quae Juturna*] ſic recte in apogr. Tolliano. *diuturna* in apogr. Oudend. vid. Lib. XII. v. 244. &c.

CXCIV. *Argumenta in Aeneidem per Hexaſticha*] Et hic quoque inſigne ſupplementum debemus eidem antiquiſſimo codici Auſonii Voſſiano. Scaliger enim initium horum Hexaſtichorum usque ad v. 15. *Atque Eleni praecepta* &c. tantum dederat in ſuis Catalectis pag. 149. notaveratque *reliqua deſiderari*, adpoſitis aſteriſcis, lacunae indiciis, quae ſane non exigua eſt, quum ceteri quinquaginta ſeptem verſus ipſi defuerint, quos ex egregio illo & veterrimo codice Voſſii Auſoniano idem eruditiſſimus Fr. Oudendorpius nobis ſuppeditavit, & ad calcem Scaligeranorum Catalectorum inde deſcripſerat Jac. Tollius, quo utroque apographo inter ſe collato Argumenta haec, prae reliquis elegantiora, & vel ideo luculentiora, quia numqnam antea edita, in lucem publicam hic proferimus. Adſcribebantur autem in hoc codice Sulpicio Carthagenienſi, quem eorum auctorem eſſe facile concedam, illum nempe, cui ſuperius Epigramma CLXXIV. de Aeneide Virgiliana, & ſervando neque flammis abolendo aeterno opere, in membranis antiquis, & apud PſeudoDonatum in vita Maronis tribuitur; qui tamen in editione Pithoei Lib. II. Epigr. vet. p. 69. & Scaligeri pag. 140. *C. Sulpitius Apollinaris* vocatur, quum pro more illius aevi dicendus fuiſſet *Apollinaris Sulpitius*, ſi vera ſit obſervatio Sirmondi ad init. Apollinaris Sidonii: ſed promiſcua haec nominum tranſpoſitio eſt; ſic enim ſaepe cognomen anteponitur nomini, ut *Severus Cornelius*, *Pollio Aſinius*, & ſim. vide Manut. ad Cic. VI. ad Fam. Ep. 8. & quae notavi ſupra ad Ep. 151. certe quem Sulpicium Apollinarem, *virum praeſtanti literarum ſcientia* inſignem, cujusque lectionem profert ſuper verſu Virgiliano, memorat Gellius Lib. IV. 17. illum *Apollinarem Sulpicium* vocat Lib. XII. 13. eumdemque doctrinae & elegantiae nomine commendat Lib. XVI. 5. & XVIII. 4. quem a Gellio laudatum eumdem eſſe Grammaticum putat Salmaſius, cujus mentio apud Capitolin. in Pertin. cap. 1. ex quo Helvii Pertinacis praeceptorem fuiſſe patet, eumque ad tempora Aurelii & Commodi refert Cl. Canneg. in Diſſ. de aetate Aviani cap. XII.

2. *Aeoliis turbatum fluctibus aequor*] *flatibus* conjiciebat Francius.

Digitized by Google

Hoſpitium Didûs, caſus quo gentis, & annos
Aeneas Arojae, fatumque, & bella, referret.
Quorum pars terrae, pelago pars addita famae eſt.

SECUNDI.

Conticuere omnes, intentique ore loquentis
Ora tenent. ac tum dolus introducitur hoſtis,
Et fallacis equi damnoſum munus in armis,
Perfidia notusque Sinon, amiſſaque conjunx.
Per medios ignes allatus, ſaevaque tela,
Anchiſes, oneri facilis, pietate ferentis.

TERTII.

Poſtquam res Aſiae, disjectaque moenia Trojae:
Dant pelago claſſes, Polydori funera diſcunt,
Atque Eleni praecepta, fidem cui fecerat uſus.
Quae non acceſſus via ſit tentanda, Cyclopas
Et Scyllae rabies & ineluctabilis unda,
Errorisque maris labor in contraria verſus.

QUARTI.

At Regina gravi pectus ſuccenſa dolore,
Ardet amore viri. clauſum veneratur amorem,
Dumque capit, capitur. ſentit, quos praebuit ignes.

Ae-

5. *Aeneas Trojae fatumque & bella referret*] *Aenean Tr. f. & b. referre* v. c. Voſſian.

6. *Quarum pars terrae*] lege *terra* cum Francio.

8. *ac tum dolus introducitur hoſtis*] vitioſa & inepta lectio. licet *dolus hoſtis* pro *hoſtilis* dictum videri poſſit, ut *turmae hoſtes*, pro hoſtiles, Statio apud Heinſ. ad Claud. Epith. Honor. v. 88. ubi plura ſimilia. optime Francius emendabat, *Danaum dolus introducitur hoſti*. vel *urbi* potius. *Danaum dolus*, ut apud Virg. II. Aen. 36.

Aut pelago Danaum inſidias ſuſpectaque dona.

& v. 44 *aut ulla putatis Dona carere dolis Danaum*. ac paullo poſt,

——— *timeo Danaos haec dona ferentes.*

& alibi. ſupra in Argumentis ſub nomine Ovidii v. 13.

Fata recenſebat Trojae, caſusque ſuorum;
Fallaces Grajos, ſimulataque dona Minervae.

& infra in Argumentis XII. Scholaſticorum ad Lib. II.

Grajorumque dolos, & equum, fraudemque Sinonis.

11. *Per medios ignes allatus*] *alatus* idem codex Voſſ. unde *ablatus* Tollio placebat.

15. *Atque Eleni*] *Heleni* v. c. Auſon. Voſſ.

16. *Cyclopas*] *Cyclopes* vel *Cyclopum* Cl. Oudendorp.

20. *clauſum veneratur amorem*] ita quidem in utroque apographo Oudendorpiano ac Tolliano. Non dubito tamen, quin legendum ſit *venatur amorem*. id eſt, furtivum meditatur amorem, ut dicit Virg. IV. Aen. 171. ſupra in Tetraſtichis v. 22.

At Regina gravi Veneris jam carpitur igni,
Venatusque petit, capitur venatibus ipſa.

ut ſcribendum. non *venatibus ipſis*. ita enim hoc loco ſequitur, *Dumque capit, capitur*. eadem variatio apud Ovid. in Medic. Fac. v. 27. *nec quo venentur amores*. ubi in aliis MSS. *venerentur*. Joſephus Iſcanus Lib. I. de Bel. Troj. 247.

Venantes venata viros, praedamque petentes
In praedam petit, & lucos vigilantius ambit.

ita lege ex editionibus vetuſtis, non *vigilantibus*. Lib. II. 413.

——— *hac fronte, hoc oris honore*
Venatrix hominum venet Venus.

Phaedrus Lib. IV fab. 4. 4. *oculis venantem viros*. ubi *θηρᾷν* Graecis eodem modo poni notat Patruus. quomodo & in Epigr. Antholog. Graec. Lib. III. c. 6. p. 307.

Οὗτος ὁ θηρεύων ἀπαλόφρονας, ἐνθάδε κεῖται.

vid. & notas Pricaei ad Lucae Euang. cap. XI. v. ult. & de locutionibus his a venatione ad amores trans-

Digitized by Google

Aeneas altum ſociis & claſſe petivit.
Exſtructa Regina pyra penetralibus inſtat
Morte fugam praeſtare. morae nec deſuit hora.

QUINTI.

Interea medium Aeneas tendebat in aequor,
Moenia reſpiciens cauſſa flagrantia amoris.
Mox Sicula tenet arva, domus, manesque parentis
Ludorum exſequiis celebrat, quibus additur Iris,
In faciem Beroës claſſem flammare jubentis,
Junonem mentita dolo. namque illa monebat.

SEXTI.

Sic fatur lacrimans, Cumarum adlabitur oris,
Deſcenſusque parans adiit praecepta Sibyllae,
Qua duce non fauſtum mortali limen aditur.
Hic primum maeſtos videt inter cetera Troas,
Tum patrem agnoſcit. diſcit reditura ſub ortus
Corpora, Romanosque duces, ſeriemque nepotum.

SEPTIMI.

Tu quoque litoribus noſtris, Cajeta, manebis,
Servat honos nomen, pietas teſtatur honorem.
Cauſſa opus inſequitur: bellum namque incipit eſſe;
Tyrrhidae juvenum quod tunc conflaverat ira.
Turnus adeſt; monet, arma ſibi contraria ſumat.
Tum gentes ſocia arma ferunt, fremit arma juventus.

OCTAVI.

Ut belli ſignum cecinit, ſociosque vocavit
Turnus, & in varias turbatus pectora mentes,
Aeneas Evandron adit, facit hoſpitis uſum,

Atque

tranſlatis plura Paſſerat. ad Propert. init. p. 135. unde proprie *capta puella* poëtis, ut docent exempla apud Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XXI. 182. hinc non invenuſte addit hic auctor, *Dumque capit, capitur.*

27. *Mox Sicula tenet arva domus*] forte legendum ac diſtinguendum,

Mox Siculûm tenet arva, domos &c.

vel, *Mox Siculae tenet arva domus.* quod melius videbatur Cl. Oudendorpio.

31. *Sic fatur*] *fatus* ex MS. legendum adnotaverat Cl. Oudend.

33. *Non fauſtum*] ſic edidi, pro *faſtum*, quod in cod. MS. legebatur.

35. *reditura ſub ortus*] *ab ortus* male in v. c. *rediturus ad ortus* Cl. Oudendorpio placebat.

40. *Tyrrhidae juvenum* &c.] in v. c. ſcribitur *Tirride. Tyrrhidae pueri* eſt apud Virg. VII. v. 414. ad quem hic reſpicit, ubi de cervo, belli cauſſa;

Ut cervum ardentes agerent: quae prima laborum
Cauſſa fuit, belloque animos accendit agreſtes.
Cervus erat forma praeſtanti, & cornibus ingens,
Tyrrhidae pueri quem matris ab ubere raptum
Nutribant, Tyrrhusque pater.

ſupra in Argumentis ſub nomine Ovidii, ad Lib. VII. 69.

Belli cauſſa fuit violatus vulnere cervus.

42. *Tum gentes ſocia arma ferunt*] *arma parant* in iiſdem Argumentis.

44. *turbatus pectora*] *turbatas* male in apogr. Toll.

47.

Atque operum cauſſas urbis cognoſcit honores:
Arma rogat, Cytherea rogat, mox accipit heros:
* Tuque opere aſt piget facti labor efficit arcem.

N O N I.

Atque ea diverſa penitus dum parte geruntur,
Iris adeſt, monet arma ſibi contraria ſumat:
Caeduntur vigiles, & mutua corpora fratrum.
Niſus & Eurialus morte & pietate fideles.
Dumque petit laudem, vincunt contraria fata.
Audacem Remulum leto dat pulcher Iülus.

D E C I M I.

Panditur interea coelum, ſedesque Tonantis,
Alternos queſtus Venus ac Saturnia promunt.
Illa dolos, haec bella movet; ſed vincitur ira
Mater. at Aeneas bello non ſegnior inſtat.
Vulnere Mezentî * laedaem nam fecerat iram,
Quem tetigit virtus, ſuperat per fata periclum.

UN-

47. *Cytherea*] *Cythera* in MS.

48. * *Tuque opere aſt piget facti labor efficit arcem*] verſus mendoſiſſimus, & in quo nihil ſani. pro *arcem* in apogr. Tolliano *artem*. Forte caſtigandum,

Tumque opera iſta ſtupet. factis labor addidit artem.

vel *Tumque opere obſtipuit.* ut in MSS. paſſim pro *obſtupuit*: ut indicet arma a Venere Aeneae donata, & praecipue clipeum illum a Vulcano fabricatum, in quo facta Romanorum illuſtria artificioſiſſime ſculpta erant. pariter de Aenea haec dona accipiente Virgilius Lib. VIII. Aen. 618.

Ille Deae donis & tanto laetus honore,
Expleri nequit, atque oculos per ſingula volvit,
Miraturque, interque manus, & brachia verſat
Terribilem criſtis galeam &c.

& in ſequentibus:

Haſtamque & clipei non enarrabile textum.
Illic res Italas, Romanorumque triumphos,
Fecerat Ignipotens.

ſupra in Argumentis ſub nomine Ovidii v. 80.

Jamque habilis bello, & maternis laetus in armis,
Fataque, fortunasque ducum, caſusque ſuorum,
Miratur clipeo divinam intentus in artem.

ut pro parte ex cod. Auſon. Voſſiano legendum. ubi *in arce* etiam in cod. Montalb. & Rottend. ſed *arte* in ſchedis Voſſ. & aliis MSS. in illa vero locutione *factis labor addidit artem*, ſenſus eſt, artificium Vulcani factis Romanorum ipſis decus & ſplendorem addidiſſe. ſimili fere loquendi modo, ut eodem hoc libro VIII. v. 224. de Caco:

Speluncamque petit: pedibus timor addidit alas.

id eſt, celeritatem timor auxit. poſſet etiam ex lectione *arcem*, una tantum litera tranſpoſita, & ſervata voce *efficit*, emendari:

Dumque opera iſta ſtupet; facti labor efficit acrem.

niſi *fabri labor* malis, Vulcani nempe; id eſt, Aeneae virtutem ſtimulat intuitus armorum affabre ſculptorum, factaque Romanorum praeclara, quae in iis miratur, heroëm incitant, & acrem in praelia reddunt. ſic Lib. VIII. 614.

Aut acrem dubites in praelia poſcere Turnum.

ſupra in Tetraſtichis ad Lib x. 46. *& Pallas ſternitur acer.* & infra in Argumentis XII. Scholaſt. v. 50. *Mezentius interit acer.* vide notata ad hujus Libri Ep. 41.

55. *ſedesque Tonantis*] ita correxi pro vitioſa cod. MS. ſcriptura *feditque*. *ſedes Tonantis* Virgilio eſt *domus omnipotentis Olympi*. ſupra in Tetraſtichis,

Panditur interea coelum coetusque Deorum.

59. * *laedaem nam fecerat iram*] haec mendoſa codicis Voſſiani ſcriptura eſt, ſive *Laudaem nam*, ut in apogr. Tolliano. an forte, *Lauſus nam fecerat iram.* vel *Lauſo*, ut malebat Cl. Oudendorpius, ita enim Lib. x. 810.

Aeneas nubem belli, dum detonat, omnem
Suſtinet, & Lauſum increpitat, Lauſoque minatur.

& paullo poſt,

——— *ſaevae jamque altius irae*
Dardanio ſurgunt ductori, extremaque Lauſo
Parcae fila legunt.

67.

Digitized by Google

UNDECIMI.

Oceanum interea Phoebus ſuperaverat ortu.
Exſtruit Aeneas dextra quaeſita tropaea,
Condit humi ſocios, fatum quos condidit ante.
Legati reſponſa ferunt, veniamque petitam
Non negat, & contra pugnat ſecura Camilla;
Femina caede potens, caſu temeraria tanto.

DUODECIMI.

Turnus ut infractos vidit ceſſiſſe Latinos,
Inſtat atrox pugnae, * neces ſibi percipit hoſtis,
Pectore ſecreto violatur vulnere teli,
Aeneas cauſſa eſt. illi Juturna neganti
Adſuit obſequio, quum mors finiverat iram:
Sed ſua fata virum traxerunt quaerere mortem.

CXCV. XII. *Scholaſticorum Poëtarum Argumenta in Aeneidem.*

LIBRI PRIMI.

VOMANUS. I.

Aeolus inmittit ventos, Junone precante,
Trojanosque vagos Libycas expellit in oras.
Solatur Venerem dictis pater ipſe dolentem.
Aeneam recipit pulchra Carthagine Dido.
Cui Venus Aſcanii ſub imagine mittit amorem.

SECUNDI.

EUFORBUS. II.

Cogitur Aeneas bellorum exponere caſus,
Grajorumque dolos, & equum, fraudemque Sinonis,
Exciſamque urbem, Priamique miſerrima fata;

Ut-

67. *Turnus at infractos*] *ut* in apogr. Toll. recte.

68. *Inſtat atrox pugnae*, * *neces* &c.] ſic in utroque apogr. MS. corrupte & adverſus metrum. optime Cel. Oudendorpius,

Inſtat atrox, pugnaeque vices ſibi percipit hoſtis.
quia multos leto dedit Turnus.

69. *pectore ſecreto*] ſic quidem in MS. Voſſ. ſed veriſſime idem Oudendorpius, *Pectore ſed recto*, ſeu adverſo, ut apud Virg. XII. Aen. 950. *ferrum adverſo ſub pectore condit.*

71. *quum mors*] *quam* Toll. apogr.

CXCV. XII. *Scholaſticorum* &c.] Exſtant apud Scalig. p. 151. Aldus omiſſis Scholaſticorum nominibus edidit pag. 71. neque ea agnoſcit ed. Veneta aut Brixienſis, quae hunc tantum praefigunt titulum, ARGUMENTA XII. LIBRORUM AENEIDOS. in Voſſianis codd. & Petav. inſcriptio eſt, PENTASTICHA DE XII. LIBRIS AENEIDOS. & ſic in ed. Plantini p. 400.

VOMANUS] in aliis VOVIANUS.

1. *Ventos*] *ventum* Petav. & codex Heinſii.

2. *Trojanosque vagos Libycas expellit in oras*] *Trojanos Libycasque vagos* Petav. & Heinſian. & margo ed. Lugd. Scalig. ex v. c.

EUPHORBUS] in aliis EUFORBIUS. vid. Catalect. Scalig. p. 175. ubi recte in MSS. nomen hoc ſcribitur, quod nusquam fere integrum in illis eſt. quamquam & illic VOMANUS in aliis MSS. vide & ſupra Ep. 158.

4. *Aeneam recipit*] *Aenean* Petav. & mox v. 22. ut ſemper in antiquiſſimis Virgilii codicibus.

6. *exponere caſus*] *cauſas* Petav. Voſſiani, ed. Veneta, & Brixienſ.

Digitized by Google

Utque patrem inpoſitum forti cervice per ignes
Extulerit, caramque amiſerit ipſe Creüſam.

TERTII.

JULIANUS. III.

Poſt caſum Trojae fabricata claſſe ſuperſtes,
Vela dat Aeneas, urbemque in litore Thracum,
Mox aliam pulſus Cretaeis condidit oris.
Cedit & hinc, Helenumque videt, praeceptaque diſcit,
Aetneum Cyclopa fugit, ſepelitque parentem.

QUARTI.

HILASIUS. IV.

Ardet amore gravi Dido, ſoror Annaque ſuadet
Nubere. junguntur, nimbo cogente, ſub antro.
Incuſat precibus patrem contemtus Jarbas.
Navigat Aeneas juſſu Jovis. illa dolore
Inpatiens, & amore, necem ſibi protinus infert.

QUINTI.

PALLADIUS. V.

In Siculas iterum terras Fortuna reducit
Aeneam, tumuloque patris perſolvit honorem.
Tum cogit naves incendere Troadas Iris.
Tröes ibi linquunt ſocios. Venus anxia placat
Neptunum. ſomnus Palinurum mergit in undis.

9 *Utque patrem* &c.] *Et patrem* Sprotian. confer Epigr. 108. Lib. 1.

10. *caramque*] *claramque* Petav. ed. Ven. & Brix.

12. *Thracum*] *Thraces* Petav. & Voſſ. ſec. *Thracis* Voſſ. prim. & ed. Ven. & Brix.

14. *praeceptaque diſcit*] *ſumit* Petav. Voſſiani, ed. Ven. Brix. & margo ed. Lugd. Scalig. ex v. c.

15. *Aetneum*] *Et caecum* Petavianus, Voſſiani, v c. in marg. ed. Lugd. Scalig. & ed. Ald. utrumque rectum; ſed hoc tamen praeferendum videtur, probabatque Tollius. *fuit* pro *fugit* vitioſe in ed. Ven. & Brix

16. *ſoror Annaque ſuadet*] ſic editio Aldina. apud Scalig. *ſoror Anna ſüadet*. quomodo etiam in MSS. & ed. Ven. & Brix. &, ni fallor alibi in his Catalectis in voce *ſüādet*, *ſuävis*, & ſim.

17. *ſub antro*] *aſtro* Voſſiani *ſub atro* v. c. in marg. ed. prim. Scalig. reſpicit ad v. 165.

Speluncam Dido dux & Trojanus eamdem Deveniunt &c.

19. *illa dolore Inpatiens*] *doloris* Sprotian. male, jungitur enim & *amore*. quamvis diſtinguant ed. Venet. & Brix. hunc in modum,

——— *illa dolore*
Inpatiens; & amore necem ſibi protinus infert.

21. *reducit*] *reduxit* Menag.

25. *mergit in undis*] *in undas* Petav. libri Voſſiani, ed. Ald. Venet. Brixiens. & Junt. *undis* cod. Menag. ſic in fragmento Aemilii Macri apud Iſidor. Lib. XII. Orig. cap. 7.

Cycnus in auſpiciis ſemper laetiſſimus ales,
Hunc optant nautae, quia ſe non mergit in undis.

licet paullo aliter Servius ex 'Ορνιθογονίας, nomine Aemilii Macri non expreſſo, hoc verſus adferat ad Virg. 1. Aen. 397.

Cycnus in auguriis nautis gratiſſimus augur,
Hunc optant ſemper, quia numquam mergitur undis.

veteres tamen codd. & edd. Iſidori *in undas*. ut & multi MSS. apud Lucan. x. 496. *merguntur in aequora claſſes*. quod unus apud me codex vetuſtiſſimus, olim Sixianus, confirmat. in aliis duobus *aequore*. & ſic quidam MSS. apud Claudian. II. in Ruf. 64.

——— *hunc in vada proxima mergi.*

& apud Cic. II. de N D. cap. 3. *mergi eos in aquam juſſit*. in omnibus MSS. Leidenſſ. haberi monuit Cl. Oudendorpius. & in plerisque codd. & editionibus ante Harduinum apud Plinium Lib. VIII. cap. 12. *in amnes merſos inſidiari bibentibus.*

SEXTI.

ASCLEPIADIUS. VI.

Sacratam Phoebo Cumarum fertur in urbem
Rex Phrygius, vatisque petit reſponſa Sibyllae.
Miſenum ſepelit. poſt haec adit infera regna;
Congreſſusque patri, diſcit genus omne ſuorum.
Quoque modo caſus valeat ſuperare futuros.

SEPTIMI.

EUSTHENIUS. VII.

Tandem deveniunt Laurentia Troës in arva:
Et pace accepta laeti nova moenia condunt.
Nocte fatam Juno Furiam evocat. illa Latinos
Inter, & Aeneadas bellum ſerit, & ciet arma.
Protinus auxiliis terra inſtruit Itala Turnum.

OCTAVI.

POMPEJANUS. VIII.

Vidit ut Aeneas ſumma vi bella parari:
Arcadas, Evandrumque ſenem ſibi foedere jungit.
Dardanioque duci ſociatur Hetruria tota.
Arma petit genetrix, dat Mulciber: in clipeoque
Res pingit Latias, & fortia facta nepotum.

NONI.

MAXIMIANUS. IX.

Ad Turnum propere Junonia mittitur Iris,
Inſtigatque animos. acies movet ille, Phrygasque

Ob-

27. *Rex Phrygius*] *Dux Phrygius* Sprotian.
29. *congreſſusque patri*] *patris* Petav.
30. *Quoque modo*] *Quove* Petav. & Sprotian.
33. *Furiam evocat*] ſic Ald. Scalig. & Plantin. *vocat* ed. Ven. & Brix.
34. *Inter, & Aeneadas*] copula deeſt ed. Brix.
35. *Turnum*] ita reſtitui ex Petaviano, libris Voſſianis, ed. Ald. & Plant. male *turmas* in ed. Junt. Venet. Brix. & Scalig.
36. *parari*] *parare* Sprotian.
37. *Arcadas*] *Arcades* Sprotian.
38. *Dardanioque duci*] *Dardanio inde duci* Francius.
39. *dat Mulciber*] *Mulcifer* in Petaviano. quod frequens eſſe in libris vetuſtis, & a mulcendo ferro dici notat Heinſ. ad Claudian. Lib. II. in Eutrop. 34. quem tamen vide ad Virg. VIII. Aen. 724.
40. *Res pingit Latias*] *fingit* Heinſius.
41. *Junonia mittitur Iris*] *Junoni* ed. Ven. & Brix.
42. *Inſtigatque animos*] Veneta *infeſtatque*. quod amplector. id eſt, inimicos reddit, exacerbat. Salluſtius Catil. c. 15. & cap. 19. *Quod eum infeſtum, inimicum Cn. Pompejo cognoverat.* ubi τὸ *inimicum*, tamquam gloſſa manifeſta, ejiciendum. Dolendum ſane, Hiſtoricorum principi tot gloſſemata eſſe adſuta; quorum magnam partem e collatione MSS. obſervatam ſuo tempore & loco res ſuas ſibi habere jubebo. malo hic etiam cum ſcriptis libris *aciem*. TOLLIUS. *infeſtatque* etiam eſt in ed. Brix. *aciem* in iisdem edd. cod. Petaviano, & Voſſii chartaceo. *infeſtare* etiam recte viri docti reddiderunt Ovidio Lib. II. Am. XI. 18.

Quas Scylla infeſtet, quasve Charybdis aquas.

ubi

Obſidet. in Nymphas verſa eſt Aeneïa claſſis.
Euryalus, Niſusque ruunt nece praelia noctis.
Vi Turnus potitur caſtris. vi pellitur inde.

DECIMI.

VITALIS. X.

Placat & uxoris dictis, & jurgia natae
Jupiter. auxiliis inſtructus Troïus heros
Advenit. occurrunt Rutuli, atque in litore pugnant.
Occidit a Turno Pallas: victorque ſuperbus
Aeneae eripitur. Mezentius interit acer.

UNDECIMI.

BASILIUS. XI.

Occiſis proprium pars utraque reddit honorem.
Supplicibus Calydone ſatus negat arma Latinis.
Cum Drance alterno jurgat certamine Turnus.
Aeneas equitem praemittit, & obvia virgo
Excipit. extincta Rutuli dant terga Camilla.

DUO-

ubi olim legebatur *inflectit.* in cod. Juniano *infectet.* Silius Ital. Lib. II. 277.

Ductorem infeſtans odiis gentilibus.

vulgata etiam hic defendi poteſt ex Virg. v. Aen. 228.

Tum vero ingeminat clamor, cunctique ſequentem
Inſtigant ſtudiis.

& Lib. XI. 730.

Ergo inter caedes, cedentiaque agmina Tarchon
Fertur equo, variisque inſtigat vocibus alas.

apud Claudian. II. de R. Proſ. 217.

——— *tua cur ſede relicta*
Audes Tartareis coelum infeſtare quadrigis.

ut in Mediolanenſi & ſecundo Leidenſi codice legitur, & in Vaticano aliisque invenit Henſius, qui tamen recte illic praefert *inceſtare.*

43. *in Nymphas verſa eſt Aeneïa claſſis*] *inde igni everſa eſt Aeneïa claſſis* in ed. Venet. & Brix. & verſu ſequenti,

Eurialus Niſusque ruunt: nece praelia noctis.

45. *mox pellitur inde*] ita Aldus & Plantin. *impellitur inde* ed. Junt. Venet. Brix. & Scalig. *vi pellitur inde* v. c. in marg. ed. prim. Scalig. eleganti repetitione. ideoque in textum recepi.

46. *Placat & uxoris dictis*] *uxorem* Francius. quod firmatur ab MS. Voſſ. ed. Venet. & Brix.

48. *occurrunt Rutuli*] ſic recte cod. Sprotian. & ed. Ald. *populi* ed. Junt. Ven. & Brix.

49. *Pallas*] *Palas*, & v. ult. *Palantea* ed. Ven. & Brix.

51. *proprium*] *medium* Petav. male. *proprium honorem* vocat meritum, illis debitum. uſum vocis elegantem illuſtravit Heinſ. ad Vellej. Paterc. II. 76.

53. *Cum Drance*] *Cum Turno alt. j. c. Drances* Petav. ed. Junt. Ven. & Brix. Scaligero adnuit cod. Sprotian.

54. *& obvia virgo*] in marg. ed. Lugd. Scalig. notatur in aliis codd. eſſe *cum.* puto legendum,

Aeneas equitem praemittit. Eum obvia virgo Excipit,

idque ad morem Virgilianum. Lib IV. G. 430.

Ibat. Eum vaſti circum gens humida ponti &c.

Lib v. Aen. 239.

Dixit: Eumque imis ſub fluctibus audiit omnis
Nereïdum, Phorcique chorus.

Lib. VIII. 33.

Viſus. Eum tenuis glauco velabat amictu
Carbaſus.

55. *Excipit. extincta* &c.] in codice Sprotiano, *Excipit extinctum. Rutuli dant ſanguine poenas.*

58.

DUODECIMI.

ASMENUS. XII.

Trojanis, Rutuliſque placet conjungere foedus.
Id Rutuli rumpunt. nato Venus alma medetur
Dictamno, Rutulique luunt perjuria victi.
Cogitur Aeneae Dauni concurrere proles.
Pallantea necem miſero dant cingula Turno.

EP. CXCVI. *De Aeneide Virgilii.* INCERTI.

Diruta quae flammis olim Maro Pergama dixit,
In flammas moriens juſſit & igne dari.
Non tulit Auguſtus, rapuitque ex ignibus ignes,
Et triſti e buſto tot ſacra buſta Ducum.
Quae veſtra, o Teucri, Vulcanum injuria laeſit?
Neptunus certe dignior ultor erat.

CXCVII. *Eorumdem* XII. *Scholaſticorum Epitaphia P. Virgilii Maronis, per Tetraſticha.*

VITALIS. I.

Prima mihi Muſa eſt ſub fagi Tityrus umbra.
Ad mea navus humum juſſa colonus arat.

Prae-

58. *Rutulique luunt perjuria victi*] ruunt, vitioſe in ed. Ven. & Brix.

EP. CXCVI. *Diruta quae flammis* &c.] Optimum hoc Epigramma ineditum ex Cod. MS. in fronte editionis Catalector. Scalig. adſcripſerat Ger. Voſſius; idemque inveni etiam in Schedis Heinſii ex eodem Voſſiano codice deſcriptis, in quibus legebatur verſu ſecundo,

Jam flammas moriens juſſit & igne dari.

unde Heinſius corrigebat *Jam flammis.* ut ſupra Epigrammate Sulpitii Apollinaris CLXXIV.

Juſſerat haec rapidis aboleri carmina flammis.

ſed omnino legendum videtur,

In flammas moriens juſſerat ipſe dari.

merito enim offendunt iſta, *In flammas & igne*, & tautologiae & vitioſae conſtructionis cauſſa. vocula autem *ipſe* hic non inſervit fulciendo verſui, more tyronum vel jejunorum verſificatorum, ſed efficaciam habet majorem, quia crudele eſt, ſi auctor ipſe ſcripta ſua flammis uſtulanda tradat, non minus ac ſi parentes in propria viſcera ſaeviant. ſic in carmine poëtae Scholaſtici ſub nomine Auguſti Ep. CLXXXIV. v. 33.

——— ſed quod male juſſerat ipſe,
Sit vetuiſſe meum.

& in ejusdem imitatione per Focam Grammaticum v. 9.

——— per quam Romana juventus
Aeternum floret. verum, quod juſſerat ipſe,
Sit vetuiſſe meum.

CXCVII. XII. *Scholaſticorum Epitaphia Virgilii* &c.] in plerisque Virgilii editionibus antiquis, apud Pith. Lib. III. p. 92. & 93. Scalig. pag. 154 & ſeqq. leguntur, tum apud Scip. Mazzellam in Antiquit. Puteol. pag 209. & ex veteri codice edidit Joh. Iſ. Pontanus in Poëmatibus pag. 95. in ſchedis ſuis ex veteri codice deſcripſit Scaliger, addita hac cenſura, *Epitaphia Virgilii per poëtas ignobiles, qui aliter non merebant, ut hic locum haberent, niſi propter Virgilium.* veriſſime. neque enim alia de cauſſa hic etiam locum iis dedimus. cum Thuaneo, SanGermanenſi, Petaviano, Voſſiano, Hamburgenſi, ac ſuo codice contulit Heinſius. TETRASTICHA DE VIRILIO titulus eſt in Thuaneo. EPITAPHIUM VIRGILII QUATUOR VERSIBUS in Voſſiano.

VITALIS] POMPILIANO adſcribitur in codice Virgilii Hamburgico.

2. *Ad mea navus humum*] navis Thuan. *Inavus* S. Germ. Heinſian. & Hamb.

Digitized by Google

Praeliaque expertos cecini Trojana Latinos,
Fertque meos cineres inclyta Parthenope.

BASILIUS. II.

Hoc jacet in tumulo vates imitator Homeri,
Qui canit Auſonio carmine primus oves.
Ad cultos hinc tranſit agros, Aeneidos autem
Non emendatum morte reliquit opus.

ASMENUS. III.

Bucolica Auſonio primus qui carmine feci,
Mox praecepta dedi verſibus agricolae.
Idem cum Phrygibus Rutulorum bella peregi.
Hunc mihi defuncto fata dedere locum.

*VOMANUS. IV.

Tityre, te Latio cecinit mea fiſtula verſu:
Praeceptisque meis ruſticus arva colit.
Ac, ne Muſa carens vitiis Aeneidos eſſet,
Perfida me celeri fata tulere nece.

EUPHORBUS. V.

Romuleum Sicula qui fingit carmen avena,
Ruricolasque docet, qua ratione ferant:
Quique Latinorum memorat fera bella, Phrygasque,
Hic cubat, hic meruit perpetuam requiem.

Ju-

3. *Praeliaque expertos*] *praelia qui* Thuan. Petav. *exertos* cod. S. Germ.

4. *Fertque*] *Ferque* Thuan. & Petav.

6. *primus oves*] *odas* abſurde in cod. Germ.

7. *Ad cultis hinc tranſit*] *hic tranſit* ſchedae Scaligeri.

Ibid. *Aeneidos*] *Aeneidis* Petav. & ſched. Scalig.

ASMENUS] ASMENIUS in cod. Hamburg.

9. *primus qui carmine feci*] *finxi* cod. S. Germ. in quo reliqua Epitaphia deſiderantur.

11. *Rutulorum bella peregi*] Boëthius init. Conſ. Philoſ. *Carmina qui quondam ſtudio florente peregi.* ubi vide Sitzmanni notas. & Ach. Statii ad Tibull. Lib. I. El. 2. 13. ex quibus patebit male Turnebum apud Petron. cap. CXXXI. *pacto carmine* legere pro *peracto*, & ſic *peragere* pro deſcribere apud Auſonium in praef. ante XII. Caeſares,

Quorum per plenam ſeriem Suetonius olim
Nomina, res geſtas, vitamque, obitumque peregit.

12. *Hunc mihi defuncto fata dedere locum*] idem verſus in Epitaphio Ovidii, infra edendo ex Pithoeo pag. 96. *hunc illi fata dedere locum.* vide ſupra ad Ep. CLXVII. 6.

VOMANUS] al. VOVIANUS. ut habet margo ed. prim. Scalig. & Pith. VITALIS in Hamburg. VOMANIUS Petav. LIOMARUS cod. Pontan. vide ſupra ad Ep. CLX.

14. *Praeceptisque meis ruſticus*] *meus* Hamburg.

15. *Ac, ne Muſa carens*] lege *At, ne Muſa* &c. *Aeneidis* Voſſ. ſched. Scalig. Pontan. & Mazzeiſ. ſed in ceteris MSS. *Aeneidos.*

16. *Perfida me celeri fata*] *Infida* Petav. Voſſ. Thuan. & ſchedae Scalig. ſed in marg. *Perfida.* melius in codice Heinſiano, Voſſianis, & Hamburgenſi *Invida.* in quibus etiam *ſubita* pro *celeri.* *neci* Thuan. & Voſſ.

EUPHORBUS] EUPHORBIUS cod. Pontan. EUG. id eſt EUGENIUS, in ſchedis Scalig. ESCLEPIADIUS Hamburg.

19. *Quique Latinorum memorat fera bella, Phrygasque*] *Qui Lat. m. f. b. Phrygarum* Voſſian. *Quaeve La-*

JULIANUS. VI.

Qui paſtorali peragravit Maenala Muſa,
Ruraque, & Aeneae concinit arma Maro;
Ille, decem luſtris geminos poſtquam addidit annos,
Conceſſit fatis, & ſitus hoc tumulo eſt.

HILASIUS. VII.

Haec tibi, Virgilius, domus eſt aeterna ſepulto,
Qui mortis tenebras effugis ingenio.
Maenalium carmen qui profers ore Latino,
Et cultus ſegetum, bellaque ſaeva ducum.

PALLADIUS. VIII.

Primus ego Auſonio paſtorum carmina verſu
Compoſui, & quo ſint rura colenda modo:
Poſt, quibus Aeneas Rutulos ſuperaverit armis.
Vatis relliquias haec pia terra fovet.

ASCLEPIADIUS. IX.

Sicanius vates ſilvis, Aſcraeus in arvis,
Maeonius bellis ipſe poëta fui.
Mantua ſe vita praeclari jactat alumni.
Parthenope famam morte Maronis habet.

EUSTHENIUS. X.

Quisquis es, extremi titulum lege carminis hoſpes,
Hac ego Virgilius ſum tumulatus humo.

Qui

Latinorum Petav. *Quive* Thuan. & Heinſian. *Phrygumque* Hamburg. & Heinſian. *Phrygaque* Thuan.

21. *Maenala*] *moenia* cod. Heinſ. & Hamb. *Muſam* Thuan.

22. *Ruraque, & Aeneae*] *Rura &* Hamb.

23. *poſtquam addidit annos*] *poſtque* Th. *poſt addidit* cod. Heinſ. verſ. ſeq. *hoc tumulo* Hamb.

HILASIUS] HILLASIUS in cod. Pont.

25. *Haec tibi Virgilius*] ſic edidit Pith. & Scalig. *Virgili* Thuan. Petav. Voſſ. Hamb. ut ex ſuo codice edidit Pontanus. quod a proba manu eſſe putabat Toilius. ſed metro invito. recte Francius *Haec tibi Virgilio, domus aeterna*, ut in Epitaphio veteri apud Pith. Lib. III. p. 121.

Hic jacet aeterna Sabis humata domo.

ut legendum. ubi plura. ſequenti verſu emendabat Heinſius,

Qui mortem & tenebras effugis ingenio.

PALLADIUS] VOMANUS in Hamburgenſi.

30. *& quo ſint rura colenda modo*] *quae* Thuan. *humo* pro *modo* in eodem & Petav.

31. *Rutulos ſuperaverit armis*] *armis ſuperavit* Hamburg.

32. *haec pia terra*] *hic* Voſſ. & Petav. Thuan. Heinſian. & Hamburg. *turba* Heinſian.

ASCLEPIADIUS] EUPHORBIUS in cod. Hamburg. & in ſchedis Scaligeri ASSINT. id eſt ASSINTINUS, cui in editione Aldina octavum diſtichon ſequentium Epitaphiorum adſcribitur.

35. *Mantua ſe vita*] *ſe curis*, conjecerat Heinſius. forte & *jactet* legendum.

EUSTHENIUS] PALLADIUS in Hamburg.

37. *extremi titulum*] *tumulum* apud Mazzellam.

38. *Hac ego Virgilius*] *Vergilius* tam hoc loco, quam alibi, in codd. Voſſianis. de quo ſcribendi modo vide Pier. ad Lib. IV. Georg. in fine. Sed qui *Virgilius* praefert, cujus ſententiam probat Aldus

Qui pecudum paſtus, qui cultus fertilis agri,
Mox Anchiſiadae bella ducis cecini.

P O M P E J A N U S. XI.

Virgilio mihi nomen erat, quem Mantua felix
Edidit. hic cineres vatis & oſſa jacent.
Cujus in aeternum paſtoria fiſtula vivet
Ruſtica: mox eadem Martia Calliope.

M A X I M I A N U S. XII.

Carmine bucolico nitui: cultoribus agri
Jura dedi: cecini bella Latina ſimul.
Jamque ad luſtra decem Titan acceſſerat alter,
Cum tibi me rapuit, Mantua, Parthenope.

CXCVIII. *Item per diſticha, Eorumdem: ex argumento Virgiliani diſtichi:*

Mantua me genuit, Calabri rapuere: tenet nunc
Parthenope. cecini paſcua; rura, duces.

A s-

dus in Orthogr. p. 761. vid. Politian. Miſcell. cap. 77. & Lib. v. Epiſt. 2. Caſtalion. Var. Lect. cap. 50. Funger. Sylv. Carm. p. 93. & Cel. Drakenb. ad Silium Ital. XIII. 824.

38. *Qui pecudem pariter*] ſic ed. Pith. & Scalig. *paſtus* Voſſiani. Petav. Thuan. Heinſ. in codice Hamburgico,

Qui pecudum paſtus, qui cultus fertilis agri.

quod recepi.

POMPEJANUS] POMPILIANUS cod. Pontan. MAXIMINUS Hamburg.

41. *Virgilio mihi nomen erat*] *Virgilius* in Petav. Hamburg. & Heinſian. *Virgilii* Thuan. vulgata recte ſe habet, & merito probata fuit Cel. Drakenborchio ad Silium Lib. XI. 58. Vellej. Pat. Lib. II. cap. 12. *quibus nomen Cimbris ac Teutonis erat.* Seneca Epiſt. XII. ex MSS. *Cui cognomen Scotino fecit orationis obſcuritas.* Salluſt. in Fragm. Lib. IV. Hiſt. *Cui cognomentum Clodiario fuit.* vide Gronov. ad Liv. Lib. I. cap. I. notas ad Virg. Lib. I. Aen. 267. & Cort. ad Salluſt. Jug. cap. 5.

42. *hic cineres vatis & oſſa jacent*] *corpus vatis* Hamburg.

43. *Cujus in aeternum paſtoria fiſtula vivet Ruſtica, mox &c.*] *in extremum* cod. Heinſ. & Hamburg. male. vid. ſupra ad Ep. CLXI. *Vivus in aeternum docta per ora volat. paſtoris fiſtula* apud Mazzellam. in Petaviano poſt *vivet* diſtinguitur. *fiſtula manet* Thuan. in Hamburgenſi, *Cujus in extremum paſtoria fiſtula vivit Ruſtica, poſt eadem.* in cod. Pontani diſtinguitur, *paſtoria fiſtula, vivet Ruſtica.* Tollius diſtichon male diſtinctum meliori interpunctione clarius reddebat,

——— *paſtoria fiſtula vivet,*
Ruſtica mox; eadem Martia Calliope.

MAXIMIANUS] EUSTEMIUS in Hamburg. MAXIMINUS cod. Pont.

45. *Carmine bucolico nitui*] *bocolica* Thuan. in ſchedis Scaligeri vitioſe, *Carmina bucolicon tui.*

CXCVIII. *Mantua me genuit*] Neapoli exſtare via Puteolana in ſaxo ad Virgilii monumentum, teſtatur Ferret. in Muſ. Lapid. pag. 115. & vide Capacii Hiſt. Puteol. cap. XXXIV. pag. 197. ubi Virgilii ſepulcrum deſcribit, & uberius in Hiſt. Neap. Lib. II. cap. 2. p. 390. Epitaphium hoc, cujus argumentum in ſequentibus ſecuti ſunt poëtae Scholaſtici, ab ipſo Virgilio extrema valetudine ſibi ſcriptum eſſe teſtatur PſeudoDonatus in ejus Vita. idemque tradit Servius ad Lib. I. Aen. init. *Sepultus autem Neapoli, in cujus tumulo, ab ipſo compoſitum, eſt tale diſtichon, Mantua me genuit &c.* & Hieronymus in Chronico Euſebiano ad Olymp. CXC. p. 155. ed. Scalig. ſub ipſius Virgilii nomine profert: *Virgilius Brundufii moritur, Sentio Saturnino & Lucretio Cinna Coſſ.* (*C. Sentio & Q. Lucretio Coſſ.* apud PſeudoDonatum. licet illic in aliis editionibus & Genevenſi P. Danielis *Cn. Seſtio* legatur. ſed *C. Sentio* recte G. Voſſius ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 103.) *Oſſa ejus Neapolim tranſlata in ſecundo ab Urbe miliario ſepeliuntur, titulo iſtiusmodi ſupra ſcripto, quem moriens*

ipſe

Digitized by Google

A S C L E P I A D I U S. I.

Tityron, ac ſegetes cecini Maro, & arma, virumque.
Mantua me genuit, Parthenope ſepelit.

E U S T H E N I U S. II.

Virgilius jacet hic, qui paſcua verſibus edit,
Et ruris cultus, & Phrygis arma viri.

P O M P E J A N U S. III.

Qui pecudes, qui rura canit, qui praelia vates,
In Calabris moriens hac requieſcit humo.

M A X I M I A N U S. IV.

Carminibus pecudes, & rus, & bella canendo
Nomen inextinctum Virgilius meruit.

V I T A L I S. V.

Mantua mi patria eſt: nomen Maro; carmina ſilvae,
Ruraque, cum bellis: Parthenope tumulus.

BA-

ipſe dictaverat: MANTUA ME GENUIT & ſeqq. ad quem Euſebiani Chronici locum reſpiciens Aldhelmus, Grammaticus ineditus, optimo & luce publica digniſſimo Libro MS. de Metris: *Chronica Euſebii Vergilium imminente metu mortis ceciniſſe tradunt, & Epigramma, quod Epitaphium vocatur, ad ſuprema exſequiarum funera compoſuiſſe, dicendo*, Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc. *Scanditur ita*, Mantua / me genu / it Cala / bri rapu / ere te / net nunc / *Quem Lucanus aemulans his verbis imitabatur, dicens: Corduba me genuit, rapuit Nero, praelia dixi.* & ſic in cod. Thuaneo titulus eſt, *Epitaphium Virgilii, quod ſibi ipſe moriens fecerat.* deerat autem hoc Epigramma codici Petaviano. nec legitur apud G. Fabricium, qui ultimum PALLADII *Conditus hic ego ſum* &c. ceteris praemiſit Lib. III. Monum. Antiq. pag. 157. ut & in ed. Aldina, Veneta 1480. & Brixienſi an. 1485. habetur. Epitaphia autem haec Virgilii, praefixo hoc Epigrammate *Mantua me genuit* &c. per XII. poëtas Scholaſticos ſcripta ediderunt Pithoeus Lib. III. p. 94. & 95. Scaliger in Catalect. pag. 156. & Pulmannus p. 396. qui inſcripſit, *Illuſtrium Virorum in Virgilium Epitaphia.* quod in ed. Brixienſi etiam habetur. titulo certe nimis magnifico. leguntur etiam apud Scip. Mazzellam in Antiq. Puteolanis pag. 208. & in multis Virgilii editionibus vetuſtis. Contulit ea N. Heinſius cum codice S. Galli, Voſſiano, Thuaneo, Petaviano, Hamburgico, S. Germani, & ſuo Virgilii codice. & habentur quoque in cod. MS. Huydecoperiano.

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc Parthenope] *Mantua me generat* ex codice S. Galli proferunt acta Literaria Jenenſia Vol. V. pag. 8. *tenet nunc* merito offendebat Francium, qui legebat, *tenetque Parthenope.* licet a veteribus Grammaticis, Servio, PſeudoDonato, Aldhelmo de metris, tum ab Hieronymo alterum adferatur.

ASCLEPIADIUS] ASCLEPIADES liber papyraceus Voſſii. ed. Venet. Brixienſ. Ald. & Plantin.

EUSTHENIUS] EUSEBIUS idem Voſſii codex. ed. Ven. & Brix.

5. *Virgilius jacet hic*] diſtichon hoc cum reliquis ſequentibus connectitur in codice Huydecoperiano, & continuata ſerie, ſine praefixis auctorum nominibus conjunguntur uſque ad verſum illum, *Et Pana & ſegetes* &c.

6. *Et ruris cultus*] *Et frugis cultus* cod. Huyd. *ruri* ex cod. S. Galli in Actis Liter. Jenenſ.

POMPEJANUS] POMPELIANUS cod. Petav. ed. Venet. Brix. & apud G. Fabric. POMPILIANUS in cod. Hamb. POMPEIANUS vero recte apud Pith. & Scalig. hunc inter alios ejuſdem nominis recenſet, eumdemque putat Reineſ. in Epiſt. 50. ad Rupert. pag. 466. cujus diſtichon de ſtatua Victoriae, fulmine tacta, profert Juretus ad Symmach. pag. 299.

8. *hac*] *hic* cod. Huyd.

MAXIMIANUS] MAXIMINIANUS in cod. S. Galli legi teſtantur Acta Literaria Jenenſia.

10. *Virgilius meruit*] *meruit* recte in cod. S. Galli & S. Germani, Petaviano, Voſſiano, & Huydecop.

BASILIUS. VI.

Qui ſilvas, & agros, & praelia verſibus ornat,
Mole ſub hac ſitus eſt ecce poëta Maro.

ASMENUS. VII.

Paſtorum vates ego ſum: cui rura, ducesque
Carmina ſunt. hic me preſſit acerba quies.

VOMANUS. VIII.

A ſilvis ad agros, ab agris ad praelia venit
Muſa Maronaeo nobilis ingenio.

EUPHORBUS. IX.

Bucolica expreſſi, & ruris praecepta colendi:
Mox cecini pugnas. mortuus hic habito.

JULIANUS. X.

Hic data Virgilio requies, qui carmine dulci
Et Pana, & ſegetes, & fera bella canit.

HILASIUS. XI.

Paſtores cecini: docui qui cultus in agris:
Praelia deſcripſi. contegor hoc tumulo.

PA-

cop. ut Francius correxerat. & ſic ex cod. S. Galli etiam habent Acta Jenenſia. vide ſupra ad Epigr. CLXII. *meruit* in Hamburgenſi. ed. Ald. Ven. Brix. & Pulman. *inextinctus* in Thuaneo.

ASMENUS] ASSINTINOS in ed. Ald. & Pulm. vide ſupra. ASMODIANUS in ed. Venet. & Brixienſi. ſed ASMENUS vel ASMENIUS praeferendum videtur. cujus argumentum in Lib. XII. Aeneidos ſupra habuimus. & cui etiam in cod. Petaviano adſcribuntur Monoſticha in Aeneidem ſupra edita. idem quoque inter hos Scholaſticos occurrit apud Pithoeum Lib. I. pag. 45. in verſibus de ratione tabulae. & in Epitaphiis Ciceronis Lib. III. p. 92. tum inter eosdem hos Scholaſticos Lib. IV. p. 161. 163. 164. 165. & ſub ejus nomine legitur Epigramma de die Natali Lib. IV. p. 178. ubi ultimo verſu,

Aſmenidae referant alacres ſua munera vati.

quem tamen aliter Corradum emendare illic notabimus.

15. *Paſtorum vates ego ſum*] ita recte editum. male in ed. Venet. & Brixienſi, *Paſtores: vates ego ſum.*

VOMANUS] VOMANIUS Petav. & Hamburg. VOVIANUS in ed. Venet. Brix. Ald. & Pulm. vide ſupra.

17. *ad praelia venit*] *veni* Voſſian. Petav. Thuan. & Hamburg.

18. *Muſa Maronaeo*] *Muſa Maronis adeſt* ed. Brixienſis, Ald. & Pulm. *Maroneo* in cod. S. Galli, Voſſiano, & Hamburg.

EUPHORBUS] EUGENIUS ed. Venet. Brix. Ald. & Pulm. EUPHORBIUS Petav.

19. *Bucolica expreſſi*] *Bucolicam* cod. S. Galli. *expreſſis* Huyd.

21. *Hic data Virgilio requies*] mendoſe in Cod. Huydec. *Huic data virga fuit requies.*

HILASIUS] BASILIO adſcribitur in codice Hamburgico.

23. *Paſtores cecini: docui qui cultus in agris*] probo lectionem codicis Hamburgenſis,

Paſtores docui; cecini qui cultus in agris.

ita enim ſupra in Epitaphio Aſmeni,

Mox praecepta dedi verſibus agricolae.

& Vomani,

Praeceptique meis ruſticus arva colit.

nec non Euphorbi,

Ruricolasque docet, qua ratione ferant.

paullo ante etiam *ruris praecepta colendi* dixit idem Eu-

Digitized by Google

PALLADIUS. XII.

Conditus hic ego ſum, cujus modo ruſtica Muſa
Per ſilvas, per rus, venit ad arma virûm.

EP. CXCIX. *Epitaphium ejusdem Virgilii.*

Quae cineris tumulo hoc veſtigia? conditur, olim,
Ille hoc, qui cecinit paſcua, rura, duces.

EP. CC. *Subſcriptum imagini Virgilianae.* HILASII.

Subduxit morti vivax pictura Maronem.
Et quem Parca tulit, reddit imago virum.

EP. CCI. *Idem* EJUSDEM

Lucis damna nihil tanto nocuere poëtae,
Quem praeſentat honos carminis, & plutei.

EP. CCII. *In Virgilium.* INCERTI.

Triſtia fata tui dum fles in Daphnide Flacci,
Docte Maro, fratrem Dîs inmortalibus aequas.

EP. CCIII. *In eumdem.* PENTADII.

Paſtor, arator, eques, pavi, colui, ſuperavi.
Capras, rus, hoſtes, fronde, ligone, manu.

EP. CCIV. *In eumdem.*

De grege paſto, rure ſato, duce nempe ſubacto
Nec lac, nec ſegetes, nec ſpolia ulla tuli.

Euphorbus. Focas in vita Virgilii v. 96.
—— *poſt haec ruris praecepta colendi*
Quatuor expoſuit libris, & commoda terrae
Edocuit.

Propertius Lib. II. El. 23. 77. de Virgilio:
Tu canis Aſcraei veteris praecepta poëtae,
Quo ſeges in campo, quo viret uva jugo.

25. *Conditus hic ego ſum*] *en ego ſum* Thuan.

EP. CXCIX. *Epitaphium ejusdem Virgilii*] Exſtat hoc, ex eodem, quod Virgilio tribuitur, Epitaphio expreſſum apud Reines. Claſſ. XVII. 81. & Capacium in Hiſt. Puteol. cap. XXXIV. p. 197. ubi legitur,
Quae cineris tumulo haec veſtigia?
& correctum a manu erudita in meo exemplari,
Qui cineres? tumuli haec veſtigia.
addit Capacius haec quoque adſcripta fuiſſe,
Quod ſciſſus tumulus, quod fracta ſit urna, quid inde?
Sat celebris locus hic nomine vatis erit.
ita enim ſupplendum, pro, *Sat celebris locus nomine* &c. vide ejusdem Hiſt. Neap. Lib. II. cap. 2. p. 390.

EP. CC. & ſeqq. *Subſcriptum imagini Virgilianae*] Quatuor haec Epigrammata exſtant apud Scalig. pag. 181. & Pith. Lib. II. pag. 51. & 52. DE VIRGILII IMAGINE HILASIUS inſcribitur in ed. Aldina pag. 77.

2. *Et quem Parca tulit*] ſic edidit Aldus & Scalig. *Sed* Pith. ubi Scriver. & Heinſ. etiam *Et* correxerant.

EP. CCII. *Triſtia fata tui dum fles in Daphnide Flacci*] vid. Joh. Mar. Mattium Adnotation. cap. 44. ubi Daphnin non adeo Virgilii fratrem in Eclog. v. celebrari, quam quidem, quod Daphnis, poëta Siculus, fuerit primus Bucolici carminis inventor, ex Diodoro Siculo & Aeliano obſervat.

EP. CCIV. CCV. CCVI. *In Eumdem*] tria haec ſubjungebantur in ſchedis ex codice Voſſiano ab Heinſio deſſcriptis.

1. *colui, ſuperavi*] *ſevi, ſuperavi* ed. Ald.

2. *Capras, rus, hoſtes*] *Capras, arma, duces* in cod. Voſſiano. *Campos, rus, hoſtes* v. c. Hamburg.

Ep. ccv. *Aliud.*

Paſcua rusque canens peragraram, bella ſequebar,
Nondum finieram Virgilius, perii.

Ep. ccvi. *Aliud.*

Silvas, rura, acies, cecini. mihi Mantua mater,
Nomen Virgilius, Parthenope tumulus.

Ep. ccvii. *Homeri.* M. Terentius Varro.

Capella Homeri candida haec tumulum indicat:
Quod hac Jētae mortuo faciunt ſacra.

Ep. ccviii. *Steſichori.*

Ops ego Steſichori Aetnaeis hic oſſibus oſſa
Clauſa tego vatis, cetera mundus habet.

Ep.

Ep. ccvii. *Homeri.* M. Terentius Varro] Edidit Pithoeus Lib. iii. p. 86. & Scalig. Lib. i. pag. 220. hos verſus, titulo addito, *Subſcriptum imagini Homeri*, eos enim ex Varronis Lib. i. de Imaginibus, Homeri imagini adpoſitos adfert Gellius Lib. iii. cap. xi. verſu primo *hoc tumulum.* & v. ſec. *Quod illi Jetae* apud Scalig. ſed in fragmentis Varronis p. 78. ita ut apud Pithoeum. Libri illi Varronis, e quibus hi verſus a Gellio adducuntur, continuerunt Imagines illuſtrium Virorum, cum eorum elogiis, & dicti fuerunt *Hebdomadae*. de quibus egregie agunt Mercerus ad Nonium Marc. p. 206. Wouwer. Polymath. cap. xii. pag. 97. & Reines. Lib. ii. Var. Lect. cap. i. p. 129.

2. *Quod haec Jetae mortuo* &c.] olim legebatur *Quod ariete*, unde ſtolidam valde atque abſurdam interpretationem ex rationibus aſtronomicis architectatus eſt Chriſtophorus Bethycus apud Franciſc. Luiſinum Lib. ii. Parerg. cap. 17. Tom. iii. Theſ. Critic. pag. 471. haec autem tam felix reſtitutio eſt ab Octavio Pantagatho. vid. Fulv. Urſin. ad Cicer. Orat. Tom. II. P. II. p. 312 & Quinctino Acantio apud Hier. Magium Lib. iii. Miſcell. cap. i. ita ut Salmaſio licuerit quieſcere, cui tamen hanc laudem adſcribit Gronovius, atque ante eum Ant. Thyſius. BROUKHUS. Salmaſii emendatio habetur in ejus Exercit. Solinianis T. II. p. 1221. ed. Par. ubi ex veſtigiis veteris ſcripturae *quod acietae* ſe emendaſſe profitetur, *Quod hac Jētae* &c. quia manibus Homeri capra parentabant Jētae, apud quos tumulum ejus candida capra olim demonſtravit, in inſula enim Jō obiiſſe Homerum, eique ſepulcrum conſtruxiſſe Jēnſes vel Jētas, tradunt veteres. Explicatio iſta Chriſtophori Bethyci, quam operoſe etiam Magius exponit, poſtquam non diſſimilia de ariete, Homeri manibus oblato, ex doctrina aſtrologica praemiſiſſet, merito a Broukhuſio exploſa in hac nota, quam Gellio adſcripſerat, legitur etiam in Epiſtola illius inter Philologicas Goldaſti edita Ep. xxv. pag. 84. & ſeqq. quae inſigne praebet exemplum, ad quam ridiculas & nugaces interpretationes delabi poſſint viri docti ex vitioſis & corruptis monumentorum veterum ſcripturis. Saniora adtulit Leo Allatius de patria Hom. cap. xi. qui ſenſum epigrammatis hunc facit: Viator, hic, quem cernis, Homeri tumulus eſt; argumento ſit capella candida, ideo quod Jētae, apud quos tumulatus dicitur Homerus, ſacra ei faciant non niſi capella, ut Jovi & Apollini capris albis fiebat. ideo & ſecundo verſu legit, *Quod*, vel, *Quoi*, *capra Jētae mortuo faciunt ſacra.* & Graecum epigramma notiſſimum de patria Homeri Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι &c. huic conjungendum cenſet, more Varroni non inadſueto. Legi etiam merentur, quae de hoc Epigrammate notavit Petr. la Sena in Cleombroto cap. viii. pag. 158. & ſeqq. qui merito rejicit Chriſtophori Bethyci (*Boëthium* male vocat) ſomnia, laudatque Salmaſii correctionem, ſed ipſe in *capella candida* putat latere aenigma de Homeri patria, ut per ἀίγα χιονικὴν literis initialibus, more Inſcriptionum veterum, αἰγ. χι. indicetur αἰγεῖα Χῖος. Chius, quae Aegeo mari adluitur, quod a capris nomen habet, & *capella candida*, ſive ex Chio marmore candidiſſimo, dicatur referre Chium Homerum, tumulo ejus inſculpta. Sed haec forte nimis etiam arguta ſunt. Aliorum opiniones refert Cuperus in Apoth. Homer. pag. 12. quem vide.

Ep. ccviii. *Steſichori*] apud P. Carreram in Monum. Urb Catan. Lib. iii. cap. 5 p 224. & Ferret. Lib. v. Muſ. Lap. pag. 354. apud quem *hinc oſſibus.*

Ep.

Digitized by Google

Ep. ccix. *Euripidis.*

Siſte, quid ipſe velim rogitas? cognoſce viator.
  Euripides tragico carmine clarus homo.
Hic jaceo: iſtud erat quod te noviſſe volebam
  Ergo diu felix, care viator, abi.

Ep. ccx. *Sapphûs.*

Tantum ego carminibus ſuperavi Sappho puellas,
  Maeonides quantum vicerat ante viros.

Ep. ccxi. *Menippi Cynici.* Varronis.

Menippos ille, nobilis quondam Canis,
Heic liquit omnes homines in terrae pila.

Ep. ccxii. *De Democrito. ex* Laberii *Reſtione.*

Democritus Abderites phyſicus Philoſophus
Clypeum conſtituit contra exortum Hyperionis,

Ocu-

Ep. ccix. *Euripidis*] Ineptum hoc Euripidis Epitaphium bis offendi in codice meo Perottiano, & legitur apud Ferret. in Muſis Lapid. Lib. v. pag. 326. ubi & aliud epitaphium Euripidis adfert non melioris notae. nam verſio eſt e Graeco. vide Barneſium in vita Euripid. pag. 33. ubi *rogito* adfert verſ. pr. ut apud Ferr. ſed *rogitas* cod. Perot. verſ. ſec. *humo Hac jaceo* conjicit Barneſius, ut edidit Ferret. & in codice Perotti clare legitur primo loco, ſed in altero *humo Hic jaceo.* v. 3. *iſtud eram* edidit Barneſ. & emendat *erat.* ut Ferret. & cod. Perot. ubi tamen ſecundo loco male *iſtud eſt quod te cognoſſe.* pro quo *iſtud eſt quod te noviſſe* apud Ferret. praeterea ſecundam in *Euripides* perperam ab hoc verſificatore corripi, quia ab *Euripus* venit, obſervat Barneſ. quem & vide pag. 5. & 6.

Ep. ccx. *Sapphûs*] ex veteri codice Moroni deſcripſit Heinſius in Libro Inſcriptt. MSS. ubi notatur, exſtare Pergami in Aſia.

· Ep. ccxi. *Menippi Cynici.* Varronis] ediderunt Pithoeus Lib. iii. pag. 86. & Scalig. Lib. i. p. 188. hos verſus, qui leguntur ex Varronis ταφῇ Μενίππου apud Nonium Marc. in *linquere* pag. 333. ed. Merc. & in Fragm. Varron. pag. 147. de Menippo hoc Cynico, a quo Varronis Satyrae Menippeae nomen habent, vide Gell. Lib. ii. cap. 18. ultimo verſu *terra pila* in libris MSS. haberi teſtatur Mercerus. quomodo etiam legit Turneb. Lib. xxix. Adverſ. 28. qui putat Varronem *terram pilam* dixiſſe pro terrae rotunditate, per adpoſitionem. Hadr. Junius in margine editionis ſuae Nonii:

——— ille nobilis quondam Canis
Hinc linquit homines omnes in terrae pila.

putatque de Menippo Cynico intelligendum: prima enim vox *Menippus* apud Nonium non exſtat, & alii ad Diogenem referunt. Iſ. Voſſius ad oram Nonii adſcripſerat, Junium male haec correxiſſe, & ipſe emendabat,

Hic liquit homines omnes in terra pilas.

quia Diogenes homines *pilas* vocabat, veluti Deus aliquis. ut in prologo Captivorum Plauti v. 22.

Enim vero Di nos quaſi pilas homines habent.

id eſt verſant nos inſtar pilae luſoriae, & pro lubitu evehunt vel deprimunt, ut exponit Victor. Lib. xxiii. Var. Lect. cap. 18. licet ad *pilas*, id eſt laneas hominum effigies, quae Laribus ſuſpendebantur, referat J. Douza Lib. i. Explan. Plaut. cap. 15.

Ep. ccxii. *De Democrito.*] ex Gellio Lib. x. cap. 17. edidit H. Stephanus in Fragm. vet. Poët. pag. 142. ſed qui verbis longe aliter diſpoſitis exhibuit. Epigrammati huic emaculando operam contulit Lambinus in notis ad Lucret. Lib. iv. 325. qui verſu quarto legit,

Radiis Solis ſibi aciem effodit luminis.

ſequentia hunc in modum conſtituit:

Sic ego ſplendore fulgentis pecuniae
Volo elucificare exitum aetatis meae:
Ne in re bona videam eſſe nequam filium.

quae verba ſunt ſenis avari, & de prodigi filii lu-

Oculos effodere ut poſſet ſplendore aereo.
Ita radiis ſolis aciem effodit luminis,
Malis bene eſſe ne videret civibus.
Sic ego fulgentis ſplendore pecuniae
Volo elucificare exitum aetatis meae;
Ne in re bona eſſe videam nequam filium.

Ep. CCXIII. *Puppii Poëtae Tragoediographi.*

Flebunt amici, & bene noti morte in mea.
Nam populus etiam vivo me lacrumatus eſt.

luxutia queribundi; quam cum inpatienter videret, nec ſuſtinere poſſet, finem aetatis ſuae *elucificare* vult, id eſt ſplendore fulgentis pecuniae ſibi oculos exurere, ne amplius filii nequitiam videret, inſtar Democriti, qui fulgore aereae pelvis ſe occoecaverat. & ſic fere Turnebus Lib. XIV. Adv. 18. qui tamen *luſcificare* pro *elucificare* legit Lib. XXVIII. cap. 32. nam *eludificare* apud Lambinum puto operarum vitio editum eſſe. certe *elucificare* habet Nonius Marc. pag. 106. ubi tres ultimos verſus ita adfert, ut hic edidi. In codice autem Voſſiano illic ſcribitur, *Si cito fulgenti.* forte pro *Sic cito fulgenti ſplendore pecuniae.* male etiam in Ald. & Junt. ed. Gellii, *exitium aetati meae.* Sunt autem hi verſus ex Laberii *Reſtione* ita enim legendum recte monuit Carrio Lib. I. Antiq. Lect. cap. 6. vitioſe vetuſtae Gellii editiones, *Reſtiorem* vel *Rectorem. Reſtiorem* ed. Junt. *Reſtionem* vero dicebant hominem reſtibus caedi dignum. vid. Gronov. ad Plaut. Moſtell. IV. 2. init. ſic *gabalus, carcer*, & ſim. pro homine, qui gabalo ſeu cruce, & carcere dignus eſt. vide ſupra ad Epigr. CXI. hujus Libri. perperam igitur Manutius ad Cic. VII. ad Fam. Epiſt. ✱. & Voſſ. de Poët. Lat. pag. 18. ubi Mimos Laberii recenſent, eorum primum *Rectorem* vocant. ſed & apud Gellium, ubi vulgo editur, *Laberius poëta in mimo, quem ſcripſit Reſtionem*, melius in ed. Brixienſi an. 1485. legitur, *quem inſcripſit.* ita enim & ſeq. cap. prope finem: *exſtat nunc quoque Theodecti tragoedia, quae inſcribitur Mauſolus.* Lib. III. cap. 12. *Laberius in mimo, qui Salinator inſcriptus eſt.* Lib. I. cap. 22. *Varro in Satyra, quae inſcripta eſt, Neſcis quid ſerus veſper vehat.* unde & patet Lib. XVII. 18. corrigendum eſſe, *M. Varro in libro, quem inſcripſit, Pius aut de Pace.* non *ſcripſit.* & ſic centies alibi, ubi titulos operum memorant, *quem inſcripſit.* abſorpto in ex ultima praecedentis voculae litera *m*.

Ep. CCXIII. *Flebunt amici & bene noti mortem meam,*
Nam Puppius in me vivo lacrimatus eſt]
ita ex codice manuſcripto edidit G. Fabricius, homo juvandis ſtudiis natus, & veterum libris nitori priſtino reddendis apptime deditus. Hic primum animadvertendum eſt, Puppium, cum de ſe loquitur, dicere tamen, Puppium eſſe lacrymatum in ſe vivo, quod equidem qua ratione rectum ſit, non video, ut interim de illo dicendi genere nil dicam, quod mihi quidem ut durum videtur, ita parum Latinum, nedum antiquum, legendum ſemper eſſe exiſtimavi, & etiamnum exiſtimo:

Nam Populus in me vivo lacrymatus eſt.

ut hoc ſit Puppii argumentum: Flebunt nimirum morte mea amici & noti, cum olim populus, ignotus & peregrinus ut plurimum, me agente, lacrymatus ſit, ſimultoria illa & hypocritica patheſi adductus. eodem citat pacto Gyraldus in Libris Poëticis, ſed tamen uno verbo plus habet; legit enim,

Nam populus omnis me vivo lacrymatus eſt.

quam equidem lectionem ubi repererit neſcio. certe codices Horatiani nihil hujuſmodi, ſed illo modo adducunt, quem ſupra adſcripſi: quare videtur mihi Gyraldus difficultatem feciſſe in locutione, *in me vivo lacrymatus eſt.* Ego tamen neſcio, quam verſus ſonotus magis & rotundus ſit, ſi illo priori modo legas. Itaque nihil mutandum cenſeo. LUC. FRUTERIUS. Haud dubie melius, ſi legamus,

Flebunt amici & bene noti mortem meam,
Nam populus etiam vivom me lacrumatus eſt.

quid enim miri, populum ipſo vivo lacrymatum eſſe? at ipſum etiam tum viventem defletum recordatione mortalitatis, ſingularis benevolentiae ac favoris indicium. poſſet tamen intelligi, tamquam excivisſet populo lacrymas, movendo affectus eleganti carmine. TOLLIUS. apud Pith. Lib. III. p. 85. Scalig. Lib. I. pag. 188. Ferret. in Muſ. Lap. pag. 201. & Gyraldum de Poët. Hiſt. Dialog. VIII. p. 431. Eſt ex Acrone in Scholiis ad illud Horatii Lib. I. Epiſt. I. v. 67.

Ut propius ſpectes lacrimoſa poëmata Puppi.

ubi tamen mendoſe legitur in editione Cruequii. ſic

EP. CCXIV. *M. Attii Plauti Sarſinatis.*

Poſtquam eſt mortem aptus Plautus, Comoedia luget:
Scena eſt deſerta. hinc ludus, riſusque, jocusque,
Et numeri innumeri ſimul omnes collacrumarunt.

EP. CCXV. *Porcii Licinii.*

Punico bello ſecundo Muſa pennato gradu
Intulit ſe bellicoſam in Romuli gentem feram.

EP. CCXVI. *Q. Ennii.*

Enni poëta ſalve, qui mortalibus
Verſus propinas flammeos medullitus.

enim illic Acro, *Puppius tragoediographus ita movit affectus ſpectantium, ut eos flere compelleret: inde diſtichon fecit:*

Flebunt amici, & bene noti mortem meam,
Nam populus in me vivo lacbrymavit ſatis.

in antiquioribus Acronis editionibus Fabricii & aliorum legebatur abſurde,

Nam Puppius in me vivo lacrimatus eſt.

ſed recte Fruterius emendavit, cujus notam ad hoc Epigramma ex ejus Lib. III. Veriſim. cap. 7. Tom. V. Fac. Crit. Gruter. p. 365. excerpere, & hic inſerere, operae pretium eſſe duxi.

EP. CCXV. *M. Attii Plauti*] Legitur apud Gell. Lib. I. cap. 24. & ediderunt Pithoeus & Scal. d. l. & Ferret. in Muſ. Lap. p. 250.

1. *Poſtquam eſt morte datus*] ita habent meliores codices MSS. & ita legendum. *Morte* autem pro *morti*, ut Lucill. *Eſuriente leoni* pro *eſurienti*. Horatius:

Fundos Aufidio Luſco praetore libenter
Linquimus. id eſt, praetori. SCALIGER. *Poſtquam eſt mortem aptus* in ed. Scalig. & Pith. *morte captus* apud Ferret. ut adfert etiam Parrhaſius in Quaeſit. Epiſt. pag. 139. & Gyraldus de Poët. Hiſt. Dial. VIII. p. 415. pro *raptus*, ni fallor, ut legebat G. Fabricius Caſtig. in Terent. pag. 70. b. *morte datus* vel *morte datu' eſt*, pro *morti*, in vulgatis Gellii codicibus, & ed. H. Stephani, quod praefert Scaliger, & Voſſius Lib. II. Art. Gram. 16. p. 225. ubi merito rejicit Alciati conjecturam, *Poſtquam eſt morte catus Plautus.* ſed praeſtare puto *mortem aptus* pro *adeptus*. nam in libro Fulvii Urſini legitur *mortem adeptus*. ut Muretus Lib. II. Epiſt. 6. ſic in Epigrammate de Demetrio Phalereo ſupra hoc Libro Ep. 18. ex emendatione Scaligeri:

Hic Demetrius aeneas tot aptu' eſt.

pro *adeptus eſt*. ubi vide. & notam J. Gronovii in ed. Gell.

2. *Scena eſt deſerta. hinc ludus, riſusque, jocusque,*
Et numeri innumeri ſimul &c.] H. Stephani editio Gelliana habet,

Scena eſt deſerta. dein Riſus, Ludu', Jocusque.

quod in primis propugnat Carrio. mendoſe Gyraldus & Ferretius ediderunt hunc in modum,

Poſtquam eſt morte captus Plautus,
Comoedia luget, ſcena eſt deſerta,
Deinde riſus ludus jocusque & numeri
Innumeri ſimul omnes collacrymarunt.

qui profecto hos verſus exhibuerunt, tamquam non eſſent hexametri, ſed numeri innumeri. ego Pithoei & Scaligeri editiones ſecutus ſum. per *numeros* vero *innumeros* intelligi ſolutos Comoediae verſus, qui pedibus quidem adligati, ſed veri numeri non ſunt, quia legibus non adſtricti, videbis apud Scalig. Lib. II. Lect. Auſon. cap. 17. quod melius, quam cum Barthio ad Statium X. Theb. 141. *numeros innumeros* exponere, quibus mixtim in fabulis utitur, ita ut incidunt, & res poſcere videtur.

EP. CCXV. *Porcii Licinii*] Exſtat apud Gell. Lib. XVII. cap. 21. cujus verba emendat Torrent. ad Horat. Lib. II. Epiſt. I. 162. dubitans, an non *Licinus* potius ſit vocandus, quam *Licinius*, creditque libertum fuiſſe ex Porciorum familia. ſed ſub *Porcii Licinii* nomine edidit Pithoeus Lib. II. pag. 47. ſub INCERTI AUCTORIS Scaliger Lib. I. Catal. p. 225. vide & de hoc Epigrammate Coler. ad Salluſt. p. 460.

EP. CCXVI. *Q. Ennii*] adferuntur hi verſus a Nonio Marcello ex Ennii Lib. III. Satyr. in *propinare* & *medullitus* p. 33. & 139. ed. Merc. Epigrammatibus vetuſtis inſeruit Pithoeus Lib. II. pag. 48. & Scaliger Lib. I. pag. 226. Columna auctoritate

Digitized by Google

Ep. CCXVII. *Q. Ennii Rudini.*

Adſpicite, o civeis, ſenis Enni imagini' formam.
Hic voſtrum panxit maxuma facta patrum.
Nemo me lacrumeis decoret, neque funera fletu
Facſit. quur? volito vivu' per ora virum.

Ep.

Nonii inter fragmenta Ennii retulit p. 187. creditque aliquem in Lib. III. Satyr. ab Ennio inductum fuiſſe, qui eum his verbis conpellaverit, quum alioquin videri poſſent ab alio poëta antiquo, quaſi cum Ennio colloqueretur, fuiſſe ſcripti.

Ep. CCXVII. *Q. Ennii. Adſpicite o cives*] Legitur ex Cicer. I. Tuſc. Quaeſt. cap. 15. ibidem apud Pithoeum & Scalig. H. Stephan. in Fragm. Poët. vet. pag. 106. Mazochium pag 123. b. Marlian. in Topogr. Romae Lib. v. 27. Columnam ad Enn. p. 161. Ferret. Muſ. Lap. p. 217. & Bonifac. de comp. Epit. p. 168. & inter illud Epigrammatum genus, in quibus ab imagine perſonae ad ſe ipſum inexſpectata tranſitio fit, refert Chishull. ad Antiq. Aſiat. pag. 44.

1. *ſenis Enni imagini' formam*] *Ennii imaginis urnam* legitur apud Ferretium & Bonifacium.

2. *panxit maxuma facta patrum*] *fortia facta* Mazoch. *pinxit* Ferret. & cod. Voſſ. apud Cicer. ubi utramque lectionem exemplis adſtruxit Davieſius. ſed *panxit* praeſtat. vide Keuchenii notas ad Seren. Samon. init.

3. *Nemo me lacbrymis decoret*] Meliora exemplaria Ciceronis habent:

Nemo me lacbrymis decoret neque funera fletu
Faxint, quum volito vivo' per ora virum.

quae ſane retinenda ſunt: Tamen pro *fletu* legimus *fletum.*

Nemo me lacrumeis decoret, neque Funera fletum
Facſit, quum volito vivo' per ora virum.

Funera eſt ea, ad quam funus pertinet, quales erant mater, avia, uxor, ſocrus, filia, neptis, ſoror, fratris & ſororis filia. Hae omnes vocabantur *Funerae.* ex lege Solonis, qui vocat eas ἐπικηδείους ad verbum. Nam κῆδος eſt funus; & quia ad has funus pertinet, propterea & κῆδος etiam pro affinitate ſumptum. Eas Solon terminat ἐντὸς ἀνεψιαδῶν, id eſt citra fratris aut ſororis nepotes, ut ſcilicet ultra illas non ſit κῆδος, neque ulla funera. Igitur Decemviri, cum leges Solonis, adiuvante interprete Hermodoro Epheſio, in Latinum converterent, τὰς ἐπικηδείους Solonis, elegantiſſime *Funeras* verterunt. unde Virgilius:

——— *Nec te tua Funera mater*
Produxi, preſſive oculos.

Eae igitur producebant funus, & quoddam carmen lamentabile decantabant, quod Decemviri dixerunt *Leſſum facere:* hic vero apud Ennium dicitur *fletum facere.* SCALIGER. *neque funera fletu Faxis* ed. Pith. Scalig. Ferret. Stephan. & codd. Voſſiani apud Cicer. *fletum* Francius. Graece vertit D. Heinſius ad Silium Ital. Lib. I. 154. qui *funera facere* hic exponit, funera debito honore proſequi, κτερίζειν. *funus facere* certe apud veteres occurrit, & in leg. XII. Tabb. apud Cic. II. de Leg. 24. ſed *fletu funera facere* cum minus Latinum videretur Scaligero tam in notis ad hunc locum, quam in Diſſert. de verſib. Ennii a Gaza verſis, poſt Catonis Diſticha pag. 92. praeclare emendabat,

Nemo me lacrumeis decoret, neque Funera fletum
Facſit, quom volito vivo' per ora virom.

Funerae enim vel *Funereae* mulieres dictae, ad quas funeris cura pertinebat. Egit etiam de hoc loco Patruus meus in Animadv. ad Cicer. Tuſcul. quas dedit in Obſerv. Miſcellan. Tom. I. Vol. III. pag. 403. ubi Lambini conjecturam, *neque funere leſſum Faxis* inter alia ut ſpecioſam laudat, ut reſpexerit Ennius ad verba Leg. XII. Tabb. quae *leſſum in funeribus fieri vetuerunt*, vel vulgatae lectioni *neque funera fletu Faxis* acquieſcendum putat. In Voſſiano autem codice apud Ciceronem legitur,

——— *nec funera fletu*
Faxit. cur, volito vivus docta per ora virum.

& ſic in altero codice itidem Voſſiano, ſed deleto *vivus.* unde conjici tamen poſſet, in aliis codicibus olim fuiſſe,

Nemo me lacrimis decoret, neque funera fletu:
Cur? volito vivus docta per ora virûm.

ut poſt *funera fletu* diſtinguatur, & *decoret* repetitum ſubintelligatur. Sed Scaligerum potius ſequor, ut *Funeram* intelligamus mulierem, quae funera curabat, & cadaveris cremationi aderat, vel praeficam, quae mercede conducta flebat. de Funereis his mulieribus Servius ad Virg. IX. Aen. 468. *apud majores Funeras dicebant eas, ad quas funus pertinet, ut ſororem, matrem: nam praeficae, ſunt planctus principes, non doloris. Funeras autem dicebant, quaſi funereas, ad quas pertinet funus. vel derivavit, veteres ſecutus, ut Funeram pro funeſta diceret.* de praefica funerea vide Nonium Marcell. p. 145. & praecipue p. 66. ubi illa, *praeficae apud veteres adhiberi ſolent funeri, mercede conductae, ut flerent, & fortia facta laudarent,* ad hunc locum optime faciunt. ſic in verſu Lucilii apud Nonium:

Mercede quae conductae flent alieno in funere praeficae.

quem

Digitized by Google

Ep. ccxviii. *M. Pacuvii.*

Adulesceus, tametſi properas, te hoc ſaxom rogat,
Uti ſe adſpicias: deinde quod quod ſcriptuſt, legas.
Heic ſunt poëtae Marcei Pacuvei ſita
Oſſa. hoc volebam, neſcius ne eſſes. vale.

Ep. ccxix. *Cn. Naevii.*

Mortales inmortales flere ſi foret fas,
Flerent divae Camenae Naeviom poëtam.
Itaque poſtquam eſt Orcino traditus theſauro,
Oblitei ſunt Romae loquier lingua Latina.

Ep.

quem imitatum eſſe Horat. A. P. 432.

Ut qui conducti plorant in funere.

notavit Nannius p. 836. ad has Funeras ſeu praeficas vulgo referunt nonnulli, & inter eos Scaliger ad Varr. p. 143. locum Statii Lib. v. Sylv. 3. 244.

Ut Pharios alii ficta pietate dolores

Mygdoniosque colunt, & non ſua funera plorant.

ſed ubi ad ſacra Iſidis & Cybeles, in quibus Galli ficto luctu Atyn deplorabant, reſpici, recte notant Domitius & Bernartius. verſu ult. malebat Scaliger.

Facſit: quum volito vivu' per ora virûm.

probante Scriverio in Anecd. Philolog. pag. 85. perperam vero Beroaldus hic legebat *volito docta per ora virum*, bene ob id notatus ab Hier. Columna ad Ennium pag. 162. quamquam ita etiam codices Voſſiani apud Ciceronem. illuſtrabunt hunc verſum notata ſupra ad Epigr. clxi. 6.

Vivus in aeternum docta per ora volat.

quod ex hoc Enniano expreſſum eſt. vide etiam ad Focae vitam Virgil. v. 40.

4. *Quum volito*] Ineptiſſime vulgo, *quur? volito.* SCALIG.

Ep. ccxviii. *M. Pacuvii. Adulescens, tametſi properas* &c.] Sic edidit Pithoeus hoc Epigramma, quod paullo aliter legitur apud Gellium Lib. i. cap. 24. qui merito hoc Epitaphium Pacuvii verecundiſſimum & puriſſimum vocat. Pacuvium vero ipſum ejus auctorem non eſſe, ut nec ſequentis Naevium, ſed potius ex eorum perſona ſcriptum, cenſet G. J. Voſſ. in Caſtig. ad Pacuv. Fragm. pag. 121. in vulgatis Gellii edd. legitur *tamenetſi properas.* ut edidit Stephanus, & ex v. c. notatur in marg. ed. Pith. & primae Scalig. & v. 2. *Utei ad ſe adſpicias, deinde quod ſcriptu eſt, legas.* idem H. Stephanus in Fragm. vet. Poët. p. 256. edidit,

Adoleſcens, ſi properas, hoc te ſaxum rogat.

G. J. Voſſ. ad Fragm. Pacuvii legit,

Adoleſcens, tamenetſi properas, ſaxum hoc rogat.

vel,

Adoleſcens, tametſi properas, ſaxum hoc te rogat.

Mazochius pag. 60. & Ferret. p. 116. habent v. 1. *tametſi properas, hoc te ſaxum rogat.* v. 2. ſemel *quod.* v. 3. *Pacuvii Marci ſita oſſa.* & v. 4. *Hoc te volebam.* & ſic Jacobon. in Append. ad Fontej. de priſca Caeſior. gente pag. 119. ex hoc autem Pacuviano forte praeferendum in Epitaphio Lesbiae apud Pith. Lib. iii. p. 113.

Siſte gradum, quamvis properes, brevis hora, viator.
Sic fati nullius te dolor exanimet.

ut edidit G. Fabricius. *properet quamvis brevis hora* Pithoeus. *fugiat quamvis* male apud Gruter. & Ferret. ut ſuo loco notabimus.

Ep. ccxix. *Cn. Naevii. Mortales immortales* & ſeqq.] produxit ibidem Gellius Epitaphium hoc Naevii, quod ſibi ipſum feciſſe ac ſepulcro incidendum reliquiſſe dicit, & ſuperbiae Campanae plenum vocat. ſed dubitat merito Voſſius, an ipſum Naevium anctorem habeat. ediderunt Pithoeus & Scaliger d. l. Mazochius pag. 96. b. H. Stephanus in Fragm. vet. Poët. pag. 133. & Ferret. Muſ. Lap. pag. 269.

1. *Mortales immortales* &c.] apud H. Steph. Mazoch. & Ferret. legitur,

Immortales mortales ſi foret fas flere.

2. *divae Camenae*] *diae* Heinſ.

3. *Orcino traditus theſauro*] *Theſaurus* proprie quod Graeci λάκκον vocant. Vide in tertio Conjectaneo in Varronem. SCALIG. *Orchio* Mazoch. *Orcio traditus eſt theſauro* apud H. Stephan. *Orcivo traditus theſauro* Ferret. *Orcivo* Scalig. ad Feſt. pag. 63. G. J. Voſſius in Caſtig. ad Pacuvii Fragmenta pag. 121. ita hos verſus concinnabat,

Itaque poſtquam eſt Orcivo traditus theſauro,
Obliti Romae loquier ſunt linguâ Latinâ.

illuſtrat hunc locum J. Douza in Praecidan. ad Tibull. cap. xi. p. 69. & cum Enniano illo ex Iphigenia,

Acheruntem obibo, ubi mortis theſauri objacent.

bene comparat, docetque *orcum* poni pro fato ſeu morte, vel pro Dite, id eſt Plutone. nam &

ὅρκος

Ep. ccxx. *P. Terentii.*

Natus in excelſis tectis Carthaginis altae,
Romanis ducibus bellica praeda fui.
Deſcripſi mores hominum juvenumque ſenumque,
Qualiter & ſervi decipiant dominos:
Quid meretrix, quid leno doli, quid fingat avarus.
Haec quicumque legit, ſic, puto, cautus erit.

Ep. ccxxi. *P. Terentii Comici.* C. Jul. Caes. Dictator.

Tu quoque tu in ſummis, o dimidiate Menander,
Poneris, & merito, puri ſermonis amator.
Lenibus atque utinam verbis conjuncta foret vis
Comica, ut aequato virtus polleret honore
Cum Graecis, neque in hac deſpectus parte jaceres.
Unum hoc maceror, & doleo tibi deeſſe, Terenti.

Ep. ccxxii. *Ejusdem.* M. Tull. Ciceronis *in Limone.*

Tu quoque, qui ſolus lecto ſermone, Terenti,
Converſum expreſſumque Latina voce Menandrum
In medio populi ſedatis vocibus effers,
Quiddam come loquens, atque omnia dulcia promens.

* * *

Ep.

ὄρκον Graeci dixerunt conditorium mortuorum, unde *Orcum* pro inferno, & *Orcus* inferni Deus. vide Scalig. ad Varron. p. 180. notas ad Petron. cap. 34. in fine & 45. & Broukh. ad Tibull. III. 3. v. ult. hinc *Orcinus*, vel *Orcivus*. Gloſſarium Iſidori, Gloſſae MSS. Scaligeri, & Leidenſes, *Orcinus*, *morte manumiſſus*. ubi intelligitur *Orcinus libertus*. de quo vid. Erythraeum in Indic. Virgil. in *Orci*. an vero *Orcinus* vel *Orcivus* ſcribendum, vide Cauſaub. & Torrent. ad Suet. Aug. 35.

4. *loquier lingua Latina*] tranſponit Stephan. & Mazoch. *lingua Latina loquier.* apud Ferret. *Latina loquier lingua.*

Ep. ccxx. *Terentii*] apud Pith. Lib. III. p. 86. & Bonifac. de comp. Epitaph. p. 70. legiturque ſub Terentii nomine etiam in Chronico Engelhuſii in Tom. II. Rer. Brunsvic. pag 1011. ſed quarto quintoque verſu deficiente. tum ex Codice MS. Bibliothecae Regiae ante Terentium edidit Lindenbrogius. qui verſu penultimo habet, *quid leno dolis, confingat avarus.* ut apud Ferret. & Bonifac. *quid leno dolis, quid fingat avarus* edidit Pithoeus. pro quo Heinſius legebat,

Quid meretrix, & leno doli quid fingat avarus.

ut *leno avarus* jungatur. Ovid. I. Am. 10. 23.

Devovet imperium tamen haec lenonis avari.

hinc *latro ipſis lenonibus doctior*, avarior, fraudulentior, apud Petron. cap. 84. in fine. verſ. ult. *Haec quicumque leget* apud Ferret. & Bonif. *ut puto* in Chronic. Engelh.

Ep. ccxxi. *Tu quoque tu in ſummis*] Hoc & ſequens Epigramma, quod apud Suetonium in fine vitae Terentii legitur, edidit Pithoeus Lib. II. p. 50. & Scalig. Lib. I. p. 220. & 221. verſu ſexto *Maceror hoc unum* tranſponebat Cl. Oudendorpius. his autem de Terentio Epigrammatibus addi poſſunt verſus Porcii Licinii ibidem apud Sueton. quos emendat Scalig. ad Euſeb. pag. 144.

Ep. ccxxii. *ſedatis vocibus effers*] *motibus* corrigit Barth. XXXIV. Adverſ. 7. quia modo praeceſſit *Latina voce*. quod ſane offendit. quamquam Patruus meus ita dici velit, ut praeced. Epigr. *lenia verba*. vide etiam de utroque hoc Epigrammate Andr. Schottum Lib. III. Nodor. Cicer. cap. x. qui recte notat primum ab Auſonio expreſſum eſſe in Protreptico ad Nepot. v. 58.

Tu quoque qui Latium lecto ſermone, Terenti,
Comis, & adſtricto percurris pulpita ſocco,
Ad nova vix memorem diverbia coge ſenectam.

ubi Accurſius id Epigramma tamquam a Donato ex Suetonio adductum cum eo conparat.

4. *Quiddam come loquens*] vide Heinſ. ad Ovid. v. Triſt. El. I. 18.

Ep.

Digitized by Google

Ep. CCXXIII. VOLCATIUS SEDIGITUS *de Poëtis Comicis.*

Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam poëtae Comico quoi deferant.
Eum meo judicio errorem diſſolvam tibi.
Ut, contra ſi quis ſentiat, nil ſentiat.
Caecilio palmam Statio do Comico.
Plautus ſecundus facile exſuperat ceteros.
Dein Naevius, qui fervet, pretio in tertio eſt.
Si erit, quod quarto detur, dabitur Licinio.
Poſt inſequi Licinio facio Atilium.

In

Ep. CCXXI. VOLCATIUS SEDIGITUS *de Poëtis Comicis*] profert ex Vulcatii Sedigiti libro, quem de poëtis ſcripſit, Gellius Lib. XV. 24. unde edide-runt Scaliger Lib. I. Catalect. p. 226. & Pith. Lib. II. pag. 51. & ex Gellio etiam habet Neſtor in Vocabulario in voce *Comedus* p. 32. ſed cum non una lectionis diverſitate vide & Gyraldum de Poët. Hiſt. Dial. VIII. pag. 417. Videtur autem Volcatius non tantum hoc Epigrammate ſuffragium ſuum tuliſſe de Poëtis his Comicis, ſed & ſingulorum vitas in Libro illo de Poëtis deſcripſiſſe, & fabulas recenſuiſſe; ut colligo ex Suetonii vita Terentii, ubi duo nobis Volcatii ſervavit fragmenta, quae ſine dubio ſunt ex Vita Terentii. primum, ubi Comoedias ejus enumerabat, de Hecyra eſt,

Sumetur Hecyra ſexta ex his fabula.

alterum de morte Terentii ſubjungit:

Sed ut Afer ſex populo edidit Comoedias;
Iter hinc in Aſiam fecit. navim quum ſemel
Conſcendit, viſus nuſquam eſt. ſic vita vacat.

Veteribus autem diſplicuit jam haec Volcatii de Comicis ſententia, praeſertim quia Caecilio palmam dat. aliter cenſente Quinctiliano Lib. X. c. 1. p. 913. ubi vide Colomes. & merito hoc judicium ut putidiſſimum explodit Rutgerſ. Lib. IV. Var. Lect. cap. 19. idque oſtendit peculiari Epiſtola, nomine Franciſci Aſulani ſcripta, Andr. Naugerius, quae in ejus Operibus habetur pag. 94. ed. Vulpii. ſed quam auctori magnam conflaſſe invidiam, in fine ejus vitae traditur. Emendat nonnulla in hoc carmine Joh. Mar. Mattius Lib. II. Opinion. c. 13. *Sedigiti* hujus nomen Wouwerius Polymath. cap. 4. in fine, reſtituendum exiſtimabat Suetonio de Illuſtr. Gramm. cap. 4. pro *Sigida*, ut in vulgatis editionibus legitur, pro quo *Ticida* Gyraldus, & Turneb. Lib. XIII. Adv. c. XI. quod & ſui codicis margini Scaliger adſcripſerat. Sedigiti quoque inter alios meminit Gellius Lib. III. cap. 3. ubi hoc ipſum de Plauto ceteriſque Comicis judicium indicari puto, ſed legendum illic videtur, *neque judiciis Aelii, nec Sedigiti, nec Claudii &c. credituros, ſed ipſi Plauto, moribuſque ingenii atque linguae ejus.* pro vulgato *indicibus.* hos autem Sedigiti verſus innuit Politianus in Nutriciis v. 699. poſt Comicos enumeratos,

Hos tamen atque alios Volcatius ordine ſiſtit
Sedigitus. plura de eo vide apud Jonſium Lib. II. de Script. Hiſt. Philoſ. cap. 17. qui tamen errat, cum Volcatium Ciceroni memoratum eumdem facit ac Volcatium hunc Sedigitum.

1. *Multos incertos certare hanc rem vidimus*] ita edidi. ut profert Neſtor. & ſic Heinſ. & ed. H. Stephani Gelliana. male *incerto* apud Gyrald. & in ed. Pith. & Scalig. *videmus* apud Neſtorem.

3. *Eum meo judicio errorem diſſolvam tibi*] *Hunc meo judicio* apud Neſtorem. Alii *Eum me judice errorem.* ut apud Gyrald. *judice me* corrigit Mattius, ut conſtet verſus. aliter Voſſius de Conſtruct. cap. 49. qui ſenarium hunc ita conſtituit,

Judicio meo eum errorem diſſolvam tibi.

Cel. Oudendorpius legebat, *Meo eum judicio* &c. ut ſit anapoeſtus, ut v. 13. vel delebat *eum.* quod facile abeſſe poteſt.

4. *nil ſentiat*] *nihil ſentiat* apud Neſtorem, Stephan. & Gyrald.

5. *Caecilio palmam Statio do Comico*] ſic edidit Stephan. Scalig. & Pith. apud Neſtorem & Gyraldum vero,

Caecilio palmam ſtatuo do Comico.

unde alii audacter ſatis ſuppleverunt,

Caecilio palmam ſtatuo dandam Comico.

Manutius apud Mattium,

Caecilio palmam Statio dem Comico.

Jac. Gronovius vero ex veſtigiis MSS. conjicit *Statio do mimico*, vel *metrico.* quia v. 2. *poëtae Comico* praeceſſit. ſed quia Caecilio palmam dat, illum per excellentiam videtur *Comicum* vocare. ut apud Graecos Ariſtophanes, & *Poëta* pro Homero ac Virgilio.

In ſexto conſequetur hos Terentius.
Turpilius ſeptimum, Trabea octavum obtinet.
Nono loco eſſe facile facio Luſcium.
Decimum addo antiquitatis cauſſa Ennium.

Ep. ccxxiv. *Ad Q. Horatium Flaccum.* C. Maecenas Cilnius eques rom.

Lugent, o mea vita, te zmaragdus,
Beryllus quoque, Flacce, nec nitentes

Nu-

7. *Dein Naevius, qui fervet, pretio in tertio eſt*] in ed. Steph.

Dein Naevius qui fervet pretium tertiu-ſt.

fervet etiam in ed. Scal. & Pith. vitio operarum. apud Neſtorem legitur,

Deinde Naevius, qui fervet pretio in tertio.

8. *Si erit, quod quarto detur, dabitur Licinio*] ſic ex MS. legendum monet Voſſius de Poët. Lat. p. 5. notatque male in Stephani editione omitti *detur*. *At ſi quid quarto detur* edidit Scaliger. melius in aliis, *Si erit, quoi quarto detur.* Mattius profert,

Si quid quarto detur, dabitur Licinio.

& de quantitate primarum ſyllabarum in voce *Licinius* ſcrupulum eximit.

9. *Poſt inſequi Licinio facio Atilium*] vitioſe apud Neſtorem, & Stephanum,

Poſt inſequi Lycinium facito Attilium.

Scaliger edidit,

Atilium poſt Licinium facio inſequi.

de Attilio hoc vide Reineſ. Lib. III. Var. Lect. cap. 3. p. 379.

10. *In ſexto conſequetur hos Terentius*] pro *hos* Mattius legit *illos* vel *iſtos*. vel potius,

In ſexto conſequitur loco hos Terentius.

apud Neſtorem,

In ſexto ſequitur hos Terentius.

H. Stephanus edidit,

In ſexto ſequitur hos loco Terentius.

verſum hunc Vulcatii in animo habebat Sueton. in vita Terentii circa finem: *Vulcatius non ſolum Naevio & Plauto, & Caecilio, ſed Licinio quoque poſtponit.* adducitque fragmentum ex Afranii Compitalibus, ubi ille Terentium omnibus Comicis praefert, *Terentio non ſimilem dices quempiam.* Certe Comicis ceteris, ratione proprietatis verborum, praelatum eſſe Terentium dicit Serv. ad Virg. I. Aen. 414. *Sciendum eſt, Terentium propter ſolam proprietatem omnibus Comicis eſſe praepoſitum: quibus eſt, quantum ad cetera ſpectat, inferior.* & hinc *lecto ſermone* in loco Auſonii, ſupra exhibito, non *laeto*, bene vindicat Accurſius, propter ejus verborum proprietatem a Servio illic laudatam.

12. *Nono loco eſſe facile facio Luſcium*] male apud Neſtorem,

In nono loco eſſe facile facio Lucretium.

forte voluit *Lucilium*, pro *Lucium*. ut eſt in ed. Pith. & Scalig. ſed ſcribendum eſſe *Luſcium* recte monuit Voſſius de Poët. Lat. pag. 11. quia *Lucius* praenomen, *Luſcius* gentilitium eſt. vide & Franc. Douzam in notis ad Lucilium p. 99. & ſic edidit H. Stephanus. quos ſecutus ſum.

Ep. ccxxiv. *Lugent, o mea vita, te ſmaragdus* &c.] fortaſſis melius, etiam apud Iſidorum Lib. IX. Etym.

Lugens te, mea vita, nec ſmaragdos,
Beryllos quoque, Flacce, nec nitentes,
Nec percandida margarita quaero,
Nec quos Thynica lima perpolivit
Anellos, nec Jaſpios lapillos. P. PITHOEUS.

C. Maecenatis Cilnii, Equitis Romani, poëmation, quo Flaccum ſuum Horatium eluget diſſolute, more ſuo, inſertum Catalectis libro primo, tit. I. ita ut hic expreſſum vides, fere repraeſentavit vir maximus Adrianus Turnebus Adverſarior. Lib. XX. cap. 2.

Lugent te, mea vita, te ſmaragdus
Berillus quoque, Flacce; nec nitentes
Nunc per candida margarita quaero;
Nec quos Thynica lima perpolivit
Anellos, nec Jaſpios lapillos.

Pithoeus in Epigrammatib. veter. edidit,

Lugent, o mea vita, te ſmaragdus,
Berillus quoque, Flacce: nec nitentes
Nuper, candida margarita quaero,
Haec quos Thynica &c.

Quod ad Turnebum, laudat curioſae induſtriae experimentum, ſucceſſum non item, noſter Janus Douſa Nordovix, quo mangone atque artifice ad hanc faciem interpolatos & diſtinctos leges:

Lugens te, (mea vita) nec ſmaragdos
Berillos mihi, Flacce, nec nitentes
Inter candida margarita quaero &c.

Berillos inter candida margarita enitentes fecit, mutuatus diſtinctionem a Pliniano artificio. ſed ipſum

Dou-

Digitized by Google

Nuper, candida margarita, quaero,
Nec, quos Thynica lima perpolivit

Anel-

Douzam operae inſpexiſſe. forte quis (ut idem ait) reſcribendum cenſuerit potius:

Berillos mihi, Flacce, nec nitentes
Nec percandida (vel *praecandida*) *margarita quaero.*

utrumque certe probabilius Douzae, multoque Ciinianae ſententiae accommodatius, quam quod doctis aliquot, & hic Joſ. Scaligero, placet:

——— *nec nitentes*
Nuper candida magarita quaero.

Alia via emaculatur hoc elegans poëma, dignum ſane ſummorum virorum cenſura, ab Johanne Gulielmio Veroſimilium Lib. I. cap. VI.

Lugens te, mea vita, nec ſmaragdos,
Beryllos neque, Flacce, nec nitentes
Semper candida quaero margaritas;
Nec quos Thynica lima perpolivit
Anellos, nec Jaſpios lapillos.

Notus mos (inquit) Romanorum ponendi in luctu annulos venuſtiſſime tangitur. quo animadverſo ſententia non obſcura eſt. *margaritae nitentes ſemper candida* ſunt candidae. ut Virgilius dixit *crebra feris* pro crebro. vide illum dicto loco. Verum corruptiſſime legitur hoc Epigramma apud Iſidor. Lib. XIX. cap. 32. qui hoc Maecenatis fragmentum ſervavit. SCRIVERIUS. apud Iſidorum mendoſiſſime exſtant hi verſus, prolixiore cura digni, tam in editione Vulcanii quam Gothofredi, hoc modo:

Lugente mea vita nec ſmaragdos
Berilloſque mi Flacce, nec nitentes
Per candida margaritas quaero,
Nec cortinalis me perpolibit
Anulus, nec Jaſpius capillus.

in quibus numeris, vere innumeris, quum neque ſenſus ullus, neque pes aut caput conſtent, mirum, quantum operae poſuerint viri eruditi in perpoliendis tam paucis verſibus, tanta mendorum colluvie obſitis. in antiquiſſimo Iſidori Codice Bibliothecae Leidenſis, cui vetuſtum ſubjungitur Gloſſarium, ita legebatur:

Lucente mea vita nec ſmaragdos
Berylloſque mi Flacce nec nitentes
Percandida margarita quaero
Nec quos tinica lima perpolivit
Anellos, nec Jaſpios lapillos.

Scaliger in Lib. I. Catalect. pag. 189. ita edidit, ut Pithoeus Lib. III. pag 96. niſi quod v. 4. vitioſe apud Pith. *Haec quos*. Th. Marcilius ad Horat. pag. 53. tentabat,

Lugens te, mea vita, nec ſmaragdos,
Beryllos neque, Flacce, pernitentes,
Nec mi candida margarita quaero.
Nec quos &c.

Torrentius vero ad Lib. II. Od. 17. v. 9.

Lugens te, mea vita, nec ſmaragdos,
Beryllos neque, Flacce mi, nitentes &c.

& mortem Horatii a Maecenate hic defleri contendit, quod cenſet etiam Scaliger ad Auctorem Elegiae in obit. Maecen. v. 19. Quae Scriverius in hac nota, quam adſcripſerat calci Catalector. Scaligeri, obſervat de Jano Douza, ea videbis in Douzae Commentariolo ad Horat. cap. I ubi cum cura hoc Epigramma caſtigat. Gulielmii emendatio etiam refertur in Scriverii Anecdot. Philolog. cap. 74. ubi ipſe legebat,

Beryllos quoque, Flacce, nec nitentes
Semper candida margarita quaero.

ſed in editionis Pithoeanae margine correxerat Scriverius:

Lucentes, mea vita, te ſmaragdos
Beryllos quoque, Flacce, &c.

Gulielmium vero offendiſſe videntur *margarita* neutro plurali: idque inprobabat etiam Mariang. Accurſius Diatrib. ad Solin. pag. 46. Sed vide Nonium Marcell. pag. 213. ed. Merc. ubi in fragmento Varronis, *illa phalera, gemmeaque ephippia, & arma margarito candicantia*, codex Voſſianus habet, *margariti*, forte pro *margaritis*. reliqua enim loca, quae adfert, feminini generis *margaritam* exhibent. licet Servius ad Virg. I. Aen. 659. utrumque dici notet, plurimisque exemplis probarint Boſchius ad Petron. cap. 55. & Meibom. in Maecen. cap. XXV. p. 156. & ſic *Tyberinum margaritum* in fragmento Epiſtolae Auguſti ad Maecenatem apud Macrob. loco mox producendo. apud Prudentium Hymn. X. Periſt. 648. pro *margarita ſpargere* in vetuſtiſſimo codice Egmondano inveni *margaritas*, ſed a manu ſecunda. His tamen virorum doctorum conjecturis praeferenda videtur Alciati emendatio, quam adfert Andreas Schottus Lib. II. Obſerv. cap. 60.

Lucentes, mea vita, nec ſmaragdos,
Beryllos mihi, Flacce, nec nitentes,
Nec praecandida margarita quaero.

ubi Covarruviam *Lugenti*, & ſecundo verſu *mihi mitte*, deleto *Flacci* nomine, maluiſſe addit. quo etiam expuncto Joh. If. Pontanus ad Macrob. Lib. II. Saturn. 4. pag. 612. conjiciebat,

Lugent, o mea vita, te ſmaragdus,
Berillus quoque & ipſe; nec nitentes
Nuper, candida margarita, quaere.

ſed in Omiſſis p. 688. ipſe non multum huic hariolationi videtur tribuere. Salmaſius ad Vopiſci Aurelian. cap. 50. Epigramma hoc poſthabitis

 alio-

Anellos, nec ïaſpios lapillos.

*

Ep.

aliorum conatibus ſic emendari juſſit:

Lucentes, mea vita, nec ſmaragdos:
Berillos mihi, Flacce, nec nitentes:
Nec percandida &c.

eodem modo, ut Alciatus. omnium minime ἱστὰχως Criticae hic litavit Demiterus in Etrur. Reg. Lib. III. cap. 28. p. 315. monſtra & prodigia, ut ait, in his verſibus ſic expians:

Lugent te mea vita, nec ſmaragdus
Berillus quoque, Flacce, nec nitentes
Nunc per candida margarita quaero.

quem vero ſenſum haec conſtituant, nemo facile perſpiciet. denique Cl. Cannegieterus ad Aviani Fab. II. pag. 22.

Lugens, o mea vita, te ſmaragdus,
Berillus quoque, Flacce; nec nitent, ut
Nuper, candida in margarita. quaero
Nec, quos &c.

ubi *candida in margarita* operarum incuria excuſum puto, metro illud *in* repudiante, ex ſequentis literae ſcriptura arreptum. Tot diverſis tentaminibus locum dedit opinio, perverſa licet, tamen ab omnibus fere recepta, qui Epigramma hoc a Maecenate in obitum Horatii ſcriptum crediderunt. Sed Meibomius in Maecen. cap. XXV. ubi nonnullas horum emendationes etiam recenſet, vulgarem iſtam virorum doctorum ſententiam refutavit, quia Horatius vita defunctus eſt poſt Maecenatem, qui moribundus Auguſto Flaccum commendavit: cum enim in extremis amorem ſuum erga Horatium oſtendiſſe tali ad Auguſtum elogio, *Horatii Flacci, ut mei, memor eſto*, refert Suetonius in Vita Horatii. licet Rutgerſ. in Venuſ. Lect. pag. 409. locum illum in dubium vocaverit, putetque Maecenatem Horatio ſupervixiſſe. ſed alterum veroſimilius videtur. illa vero Maecenatis moribundi verba abſurde apud Schottum ita exhibentur, tamquam diſtichon conſtituerent, conmixtis Suetonii & Maecenatis verbis hunc in modum,

Sed multo magis extremis, tali ad Auguſtum elogio,
Horati Flacci, ut memor eſto mei.

puerili certe incogitantia, pedibusque metri renitentibus, niſi typothetarum ſtupori potius adſcribamus. Eumdem quoque errorem a Torrentio, Schotto, Voſſio, aliisque conmiſſum, caſtigavit Maſſonius in Vita Horatii pag. 369. qui amplectitur etiam Alciati emendationem:

Lucentes, mea vita, nec ſmaragdos &c.

rejectis aliorum *Lugenti*, *Lugent te*, vel *Lugens te*; praeſertim cum *mea vita*, ut omnes legunt, vix de amico jam mortuo dici poſſit. & certe Alciati conjecturae adſtipulatur codex MS. Iſidori Leidenſis, in quo *Lucente*. Sed licet ex his ſatis conſtet, ad obitum Flacci verſus hos Maecenatianos non referendos eſſe, ut & ſequens fragmentum de morte Horatii intelligendum Schottus perperam putabat, difficile tamen eſt definire aut certi aliquid adfirmare, qua occaſione eos amico ſcripſerit Maecenas. neque enim mirum eſt ſenſum non patere apertum, cum plurima exciderint, quae acutiſſimi harioli ſagacitati vix locum relinquant. Si tamen divinare liceat, forte utrumque eſt fragmentum lacerum carminis, ejusdem argumenti, ad Horatium abſentem ſcripti, quo inpatientiam & deſiderium ſuum amico procul degenti verſiculis pro more mollioribus expreſſerit Maecenas, ſeque omnem cultum & ornatum, ſtudiumque gemmarum depoſuiſſe his indicet, neque amplius curare beryllos ſuos, zmaragdos, margarita, aut iaſpides, quibus aliter ad inſaniam delectabatur: quod optime rei ipſi convenit, quia amicos, quos prae ceteris diligebant, gemmis pretioſiſſimis non tantum conparari, ſed & praeferri, apud veteres frequens occurrit. Id unice illuſtratur fragmento Epiſtolae molliſſimae Auguſti ad Maecenatem, quibus verbis ſi non ad hoc ipſum Epigramma, ſaltem ad Maecenatis amorem erga gemmas, ſtylique ejus nimis diſcincti mollitiem reſpexit. illud nobis ſervavit Macrob. Lib. II. Saturn. cap. 3. *Vale mel gentium* &c. *adamas ſupernas, Tyberinum margaritum, Ciloniorum ſmaragde, Iaſpi figulorum, berylle Porſenae* &c. quod varie emacularunt Crinitus Lib. XXIV. de Honeſt. Diſc. cap. 12. Boſius ad Cic. VIII. ad Att. Ep. 15. & alii. ſed *Ciliniorum ſmaragde* male etiam Urſinus. in altero autem fragmento latere aliquid ſuſpicor, quo Flacco ſcribat, ſi diutius abeſſe pergat, & ſolum relinquat ejus deſiderio contabeſcentem Maecenatem, illum reducem viſurum eſſe ſodalem ſuum Ginno vel Ninnio ſtrigoſiorem, id eſt adtenuato corpore inſtar jumenti defecti aut male curati macilentum. non diſſimili colore, quo Penelope Ovidiana Ulyxi propter longam abſentiam ſcribit:

Certe ego, quae fueram te diſcedente puella,
Protinus ut redeas, facta videbor anus.

ſtrigoſus enim proprium de jumentis aetate confectis, emeritis, ac debilitatis eſſe verbum docet Gronovius in nota ad Suetonii vitam Horatii, ubi ſecundum fragmentum legitur. vide quae notavi ad Lib. I. Epigr. 35. & Scalig. ad Lib. II. Ep. CXXX. v. 19. Ex his facile patebit, non ſine ratione me utrumque hoc fragmentum Maecenatianum, Horatio ſcriptum, quod ejusdem carminis eſſe arbitror, ut vel metrum ipſum ſuadet, licet propter nonnulla amiſſa non cohaereant, hic conjunxiſſe, quae di-

Digitized by Google

EP. CCXXV. *Ad Eumdem.* C. MAECENATIS CILNII EQUITIS ROM.

Ni te viſceribus meis, Horati,
Jam plus diligo: tu tuum ſodalem
Ninnio videas ſtrigoſiorem.

* *

EP.

diverſis locis ſeparata oberrabant apud Pith. Lib. I. pag. 41. & 96. & Scalig. p. 189. & 212. recte vero *lucentes zmaragdi*, ut *lucens cryſtallus* in verſu Cinnae, quem adfert Scholiaſtes Juvenalis ad Sat. VI. 154.

Atque imitata nives lucens legitur cryſtallus.

ſic enim Rutgerſ. Lib. V. Var. Lect. cap. 10. & in ſuo exemplari N. Heinſius, qui etiam *undis legitur* tentabat. ſed alterum praefero. *fulgentes* vocat Pentadius in Epigr. apud Pith. Lib. I. pag. 34.

Fulgentes manibus videre gemmas,
Aut teſtudineo jacere lecto.

ubi *nitere* pro *videre* Heinſius. ut hoc loco *beryllos nitentes* dicit. ſic *monile fulgens* & *nitor gemmarum* Senecae in Medea v. 573.

——— eſt & auro textili
Monile fulgens, quique gemmarum nitor
Diſtinguit aurum.

ubi vide Gronovium, qui hunc locum etiam adferens legit,

——— nec ſmaragdos,
Beryllos mihi, Flacce, nec nitentes.

Ceterum referenda haec ad Maecenatis ſtudium gemmarum lapidumque pretioſorum. de quo vide ſupra ad Auctorem Eleg. in obit. Maecen. v. 19. ubi Heinſii emendationem,

Vincit vulgares vincit beryllus arenas,
Litore in extremo quas humus Inda fovet.

vel *quas ſinus Inde vomis*, firmat prae ceteris locus Avieni Deſcript. Orb. v. 1330. ubi poſt *beryllum*, *iaſpidem*, & alias gemmas enumeratas addit,

Horum dives enim tellus eſt Indica ſemper.

zmaragdos cum *beryllo* & *iaſpide* etiam jungit Claudian. Epith. Honor. v. 88. & Prudent. Pſychom. v. 857. & ſeq. Priſcianus in Perieg. v. 1019.

Berylli gemmas glauci nitidumque adamanta,
Atque aura viridi legitur quae ſplendet iaſpis.

adde N. Heinſ. Lib. I. Adverſ. c. 2. ubi Propertio reſtituit:

Berylluſque tuas ornet aquoſa manus.

& quae de beryllo ad Marciani l. 16. §. 7. ff. de Publican. & vectig. erudite commentatus eſt Caryophilus in Diſſert. Antiquar. pag. 72. & ſeqq. denique *zmaragdus* ſcripſi, auctoritate monumentorum veterum, non *ſmaragdus*; id enim rectius eſſe monuit Broukh. ad Tibull. I. I. 51. & Lib. II. 4. 27. & ad Propert. II. 13 43.

EP. CCXXV. 3. *Nimio videas ſtrigoſiorem.*] Nihili haec lectio. Rectum autem, *Ninnio videas. Ninnius* ſive *Ninnus* eſt parvus equus. Heſychius: Νίννον τὸν καβάλλην ἵππον. Gloſſarium *Popus*, Νίννος. Nam ut, *potus*, *puttus*: ſic etiam *popus pupus*: unde ὑποκοριστικῶς *pupula* & *pupilla* apud Apulejum & alios. *Ninnus* autem *Hinnus* dicebatur, & Graece γίννος, ut Scaliger ad Manilium docuit. Et bene Suidas: οἱ κολοβοὶ τῶν ἵππων γιννοὶ, οἱ πλείους τῶν ὀνάρων γιννοὺς τούτους γράφουσι. LINDENBROG. Nannius Lib. III. Miſcell. cap. 2. ex codice Buſlidiano vitam Horatii a Suetonio ſcriptam proferens, verſus hos, relictis membranarum lacunis, ita edidit,

*Plus jam diligo * Tuum ſodalem*
** Minio videas ſtrigoſiorem.*

quas tamen divinatione temeraria ſupplere non auſum ſe fatetur. neque etiam auſus fuit Rutgerſius, qui in Venuſin. Lect. cap. 30. ex codicibus Puteaneo, Regio, aliiſque, vitam illam recenſuit. Voſſius de Poëtis Latin. cap. 2. p. 21. *Ninnio ſtrigoſiorem* probat, & reſpexiſſe putat Maecenatem ad Ninnium poëtam iſtius temporis, propter macilentiam ridiculum; qui aliis *Nimius Craſſus* vel *Nummius Craſſus* vocatur. de quo eumdem vide Lib III. de Analog. cap. 24. p 104. Gronovius in nota ad eamdem Suetonii vitam Horatianam legit, *tu Titii ſodalis Ginno me videat ſtrigoſiorem.* (ubi metrum exigeret, *tu Titi ſodalis*) putatque *Titii ſodalis Ginnum*, ſive equum aut mulum, pro male vivo ac macilento mulo dici, Maecenatemque reſpexiſſe ad quemdam ex Titiis Sodalibus ſacerdotibus vicinum ſuum, Horatio etiam notum, qui jumento parum bene curato ejus aedes crebro praetervehebatur. Sed haec nimis longe petita videntur, & ſimplicius eſſe opinor, *tu tuum ſodalem Ninnio* vel *Ginnio videas ſtrigoſiorem*, eo ſenſu, quo in nota praecedente explicui. *Nimio* vel *Mimo* legitur in editionibus mendoſis. *Ninnio* pro *hinnulo* dedit Pithoeus. *Hinno me videas ſtrigoſiorem* exhibet Maſſon in vita Horat. pag. 368 Ego Lindenbrogio accedendum, & a *Ninnio* vel *Ninno*, parvo equo, comparationem hic magis oportunam arbitror. *Ninnius* enim, vel *Ninnus*

Ep. ccxxvi. *Albii Tibulli Equitis Rom.* Domitius Marsus.

Te quoque Virgilio comitem non aequa, Tibulle,
Mors juvenem campos miſit ad Elyſios.
Ne foret, aut Elegis molles qui fleret amores,
Aut caneret forti regia bella pede.

Ep. ccxxvii. *Ovidii Epitaphium.*

Hic ſitus eſt vates, quem divi Caeſaris ira
Auguſti Latia cedere juſſit humo.
Saepe miſer voluit patriis occumbere terris:
Sed fruſtra. hunc illi fata dedere locum.

Ep.

nus, hinnulus eſt, ſeu parvus equus. vide Keuchen. ad Seren. Samonic. v. 811. *Hinnio*, vel *Ginnio*, aut *Ginno me videas ſtrigoſiorem* conjecerat Heinſius. vide Plinium Lib. viii. cap. 69. & illic Harduini notas. Γίννιον enim diminutivum eſt a Γίννος, id eſt brevis mulus aut mannus, ſive equus pumilus. vide Scalig. ad Manil. pag. 431. & Politian. in Miſcell. cap. 23. qui apud Martialem Lib. vi. Ep. 77. ex plurimis MSS. Italicis legit,

Non aliter monſtratur Atlas cum compare mulo.

ubi *gibbo* in antiquis editionibus, unde & alii *ginno* legunt. & hinc *Popus*, Νίννιον in Gloſſis, ſive *Pupus*, Νάννιον. unde Νάννος & *Nanus* apud Latinos de puſillis. vide Vulcanii notas ad Gloſſar. antiq. pag. 56.

Ep. ccxxvi. *Albii Tibulli*. Domitius Marsus] apud Pithoeum Lib. iii. p. 96. & Scalig. Lib. 1. p. 189. & in fine Tibulli ſui exhibuit Broukhuſius, qui Marſi hujus fragmenta e naufragio antiquitatis reliqua adcurate illic collegit.

1. *Te quoque Virgilio comitem non aequa, Tibulle, Mors juvenem campos miſit ad Elyſios.*] clare haec indicant. Tibullum non diu poſt Virgilium obiiſſe. cujus mors incidit in A. V. C. 735. C. Sentio Saturnino, & Q. Lucretio Veſpillone Conſulibus. firmatque Ovidius, qui utrumque inmaturo obitu ſibi ereptum conjungit Lib. iv. Triſt. El. 10. 51.

Virgilium vidi tantum; nec amara Tibullo
Tempus amicitiae fata dedere meae.
Succeſſor fuit hic tibi, Galle; Propertius illi,
Quartus ab his ſerie temporis ipſe fui.

& ſic in Summa vitae Tibullianae, quam ex libris vetuſtis protulit Scaliger, & ex quatuor MSS. Broukhuſius. atque in tribus Anglicanis invenit Heinſius, ubi hoc Domitii Epigramma etiam legitur, praefixis his verbis, *Obiit adoleſcens tempore Virgilii, ut indicat Epigramma infra ſcriptum, Te quoque Virgilio comitem* &c. vide J. Douzam. in Schediaſm. Succid. ad Tibull. pag. 33. & Ayrmannum in Vita Tibulli §. 21. reſpicit autem Marſus illud Tibulli ipſius Lib. 1. El. 3. 58.

At me, quod facilis tenero ſum ſemper amori,
Ipſa Venus campos ducet in Elyſios.

ex quo loco codex MS. Bibliothecae Regiae, in quo etiam Vita illa legebatur, in hoc Epigrammate habet, *campos miſit in Elyſios. Elegis* in MSS. omnibus vitae Tibullianae. *elego* ed. Pithoei. ceterum ultimum hujus Epigrammatis diſtichon, & ſubſequentis de Seneca initium imitatus eſt Antonius Panhormita in Epitaphio, quod paullo ante mortem ſibi ipſe ſcripſit:

Quaerite, Pierides, alium, qui ploret amores,
Quaerite, qui Regum fortia facta canat.
Me pater ille ingens, hominum ſator atque redemtor,
Evocat, & ſedes donat adire pias.

quod in codice meo Wittiano Carminum Panhormitae, longe locupletiore prae editione rariſſima Veneta an. 1553. & apud Paul. Jovium in Elogiis p. 34 Broukh. ad Sannaz. ii. 2. 31. alioſque, legitur.

Ep. ccxxvii. Ovidii. *Hic ſitus eſt vates* &c] Naſonis hoc Epitaphium edidit Pith. Lib. iii. p. 96. Ferret. in Muſ. Lap. p. 113. & apud Lituanos non procul a Kyovia inventum teſtatur Mich. ab Iſſelt, cujus locum vide in notis Ant. Matthaei ad Syllog. Epiſt. ab eo editam Ep. lii. p. 146 Sabariae autem repertum ex Ortelio teſtatur Maſſonius in vita Ovid. pag. 119. vide & Voſſ de Poët. Lat. cap. 2. p. 31. apud quos, excepto Maſſonio, recte v. ſec. habetur *Latia humo* pro *patria*. nam mox ſequitur *patriis occumbere terris*. & ſic apud Ferret. ideoque id praetuli. totum tamen hoc Epitaphium ſuppoſititium & fictum eſſe notaverant Scriverius & Heinſius. & vide Salvagn. ad Ovidii Ibin v. 155 & Scalig. ad Euſeb. Chron. pag. 182. in fine. ubi id ab homine barbaro, & omnis elegantiae Latinae inperito prodiiſſe cenſet. licet Baptiſta Pius ad Valer. Fl. Lib. ii. v. 616. & alii, ut antiquum male proferant.

3. *Saepe miſer voluit patriis occumbere terris*] *vovit* conjecerat Heinſ. ſed non opus eſt. illuſtrat haec Freherus Lib. 1. Parerg. pag. 70.

Ep.

Digitized by Google

Ep. CCXXVIII. *L. Annaei Senecae.*

Cura, labor, meritum, ſumti pro munere honores,
Ite, alias poſthac ſollicitate animas:
Me procul a vobis Deus evocat. Ilicet actis
Rebus terrenis hoſpita terra vale.
Corpus avara tamen ſollemnibus accipe ſaxis.
Namque animam coelo reddimus, oſſa tibi.

Ep. CCXXIX. *M. Annaei Lucani.*

Corduba me genuit, rapuit Nero, praelia dixi,
Quae geſſere pares, hinc ſocer, inde gener.
Continuo numquam direxi carmina ductu:
Quae tractim ſerpit, plus mihi comma placet.
Fulminis in morem quae ſunt miranda citentur.
Haec vere ſapiat dictio, quae feriet.

Ep.

Ep. CCXXVIII. *L. Annaei Senecae*] apud Pith. ibid. & Ferret. p. 176. EPITAPHIUM MARCI LUCII in vetuſto cod. MS. Senecae, quem contulit Heinſius, qui etiam in Patavino Ovidii opuſculorum chartaceo, & Mediceo codice Tragoediarum Senecae invenit, ubi ſcribitur, EPITAPHIUM M. L. A. SENECAE. & in plerisque Senecae MSS. & edd. antiquis habetur. Legitur etiam in Chronico Engelhuſii Tom. II. Rer. Bronsvic. pag. 1022. & edidiſſe L. Abſtemium notaverat Scriverius.

2. *Ite alias poſthac*] *poſthinc* Patavin. *poſt hanc* Voſſ. *Ite & poſt alias* in Chronic. Engelh.

3. *Me procul a vobis Deus evocat*] *avocat* Heinſ. codex G. J. Voſſii ab eo collatus, & Chronic. Engelhuſ. ſed *evocat* recte apud Pith. & Ferret. ita in Epitaphio antiquo apud Pith. Lib. III. p. 108.

Evocor ad Superos, pignora quid gemitis?

evocatus a Deo apud Cic. I. Tuſc. cap. 30. Seneca Epiſt. LXI. *tamquam mors evocatura ſit.* Virgil. VI. Aen. 749.

Has omnes, ubi mille rotam volvere per annos,
Lethaeum ad fluvium Deus evocat agmine magno.

evocat etiam legitur in antiquiſſimo codice Biblioth. Amſtelaed. Epiſtolarum Senecae, & vetuſta earumdem editione an. 1495. in 4. idque imitatione ſua probat Antonius Panhormita, Epitaphio ſupra prolato.

Ibid. *Ilicet actis Rebus terrenis*] *aſtris* pro diverſa lectione Patavin. *& licet actis* Chron. Engelh. *Terrenis rebus* cod. MS. Senec. & Voſſ. ac Medic. forte legendum,

——— *ilicet actum eſt*
Rebus terrenis &c.

5. *ſollemnibus accipe ſaxis*] ſic Pith. Ferret. & Chron. Engelh. *excipe* in Voſſiano, Patavino, Mediceo, & v. c. MS. Senecae ab Heinſio collato. ut apud Lucanum Lib. VIII. 838.

——— *nunc excipe ſaltem*
Oſſa tui Magni, ſi nondum ſubruta fluctu
Invisa tellure ſedent. ut conſtanter optimi habent codices, & tres apud me: in uno Berſmanni *accipe.* Prudentius Hymn. X. Cathem. v. 11.

Humus excipit arida corpus,
Animae rapit aura liquorem.

vulgata tamen hic eſt in Senecae vetuſtiſſimo Amſtelaedamenſi codice. ideoque nihil temere mutandum. Propertius Lib. II. El. 10. 32.

Deinde ubi ſuppoſitus cinerem me fecerit ardor,
Accipiat manes parvula teſta meos.

Prudentius eodem Hymno v. 47.

Hinc maxima cura ſepulchris
Impenditur. hinc reſolutos
Honor ultimus accipit artus.

6. *Namque animam coelo reddimus* &c.] vide Rittersh. ad Gunther. pag. 173.

Ep. CCXXIX. *M. Annaei Lucani*] apud Pith. p. 97. Crinit. & Ferret. pag. 291. citari a veteri Chronographo pag. 59. notaverat Scriverius.

1. *Corduba me genuit, rapuit Nero* &c.] expreſſum eſſe ex Epitaphio Virgilii,

Mantua me genuit, Calabri rapuere &c.

monet Aldhelmus Grammaticus ineditus de Metris, cujus locum ſupra dedi ad Ep. CXCVIII.

2. *Quae geſſere pares, hinc ſocer, inde gener*] *hinc gener inde ſocer,* & v. ult. *ſapiet,* in meo antiquiſſimo Lucani codice, olim Sixiano, cui hoc Epigramma

Ep. ccxxx. Caesaris *de libris Lucani.*

Mantua da veniam, fama ſacrata perenni,
Sit fas Theſſaliam poſt Simoënta legi.

Ep. ccxxxi. *De Lucano.*

Grandia qui exiguis deducit facta figuris,
Ad Veneres abeat, nos tuba ſaeva juvat.
Sanguine quae rubeant, Gradivum carmina placant,
De magnis nolim dicere parva viris.
Quos timeat clipeus, depoſcunt praelia verſus,
Ictus qui nullum vulnerat, hunc repeto:
Sed variis armis nunc ſervio Caeſaris actis,
Nunc Magnum laudo, nunc Cato ſolus adeſt.
Sic volui Patriae ſervire, domeſtica bella
Qui vincit, laudis deterioris erit.

Ep. ccxxxii. *C. Criſpi Salluſtii.*

Et verba antiqui multum furate Catonis
Criſpe, Jugurthinae conditor hiſtoriae.

Ep. ccxxxiii. *Statii.*

Qui primo cecinit Thebas, mox caſus Achillem
Occidit, hac colitur Statius in ſtatua.
Hunc genuit tali gaviſa Neapolis ortu,
Ipſa Tholoſa licet blateret eſſe ſuum.
Quod ſi vana ſuum contendat Gallia vatem,
Silvarum relegas, candide lector, opus.
Haec etiam genuit Stellam *paritura poëtam,
Ne ſit in hoc uno ſplendida Parthenope.

Ep.

ma praefigitur. In altero recentioris notae tertium diſtichon abeſt, & v. 4. legitur *Quae tractim ſerpant.* ſcribe *Quod* cum Heinſio. *ſerpant* etiam apud Crinitum & Ferret. apud quem ultimum diſtichon quoque deſideratur.

Ep. ccxxx. Caesaris *de libris Lucani*] Hoc titulo ex veteri codice edidit Binetus in Epigr. vet. p. 7, & Pithoeus Lib. II. pag. 72. legiturque in ſchedis Heinſii ex G. J. Voſſii codice deſcriptis.

2. *Theſſaliam*] *Theſſalium* v. c. Petav.

Ep. ccxxxi. *Grandia qui exiguis* &c.] Ineditum hoc primus ex vetuſtiſſimo Lucani codice publicavit Barth. Lib. VI. Adverſ. 2. qui licet monachiſmum non olere hoc carmen adfirmet, felicis tamen poëtae foetum eſſe numquam perſuadebit locum nihilominus qualemcumque inter haec ei dedi, ne pereat. verſu antep ſcripſi *Magnum*, cum litera majori, ut Pompejum intelligat.

Ep. ccxxxii. *Et verba antiqui* &c.] apud Pith. Lib. II. p. 51. & Scalig. pag. 221. ex Quinctilian. Lib. VIII. cap. 3. ubi Francium legere *O verba antiqui* &c. notavit Patruus. ſed puto verſus eſſe ex majori carmine, in quo alia de antiquis ejusmodi ſcriptoribus praeceſſerant.

Ep. ccxxxiii. *Statii*] ex v. c. Moroni deſcripſit Heinſius in Inſcriptt. MSS. p. 18. qui recte v. 3. *tali.* pro quo *Thalia* in v. c. quis vero intelligat in initio, *mox caſus Achillem Occidit?* ut ſenſus aliquis emergat, legendum cum Cel. Oudendorpio, *mox rurſus Achillem Occinit.* penuit. verſu lege *pariterque* pro *paritura.* recentioris aevi eſſe arbitror, & forte in initio vel fine vetuſti alicujus codicis, aut primarum Statii editionum legi: licet ita confictum ſit, quaſi imagini Statii inſcriptum fuiſſet. totum vero ineptiſſimum eſt.

Ep.

EP. CCXXXIV. *Statii Epitaphium.*

Statius hic ſitus eſt. juvenem quem Cypris ademit;
 Praeconem Aeneae carmine quod premeret.

EP. CCXXXV. *De Petronio Arbitro.*

Petronî carmen divino pondere currit,
 Quo juvenum mores arguit atque ſenum:
Quare ille * praeſa gaudet laſciva puella,
 At quoque delicias frigida ſentit anus.
Nam * iter diri ſcripſitque Neronis amictu
 Arbiter, arbitrio dictus & ipſe ſuo.

EP. CCXXXVI. C. AURELII ROMULI *de A. Gellio.*

Cecropias noctes doctorum exempla virorum
 Donat habere mihi nobilis Euſtochius.
Vivat, & aeternum laetus bona tempora ducat,
 Qui ſic dilecto tanta docenda dedit.

EP. CCXXXIV. *Statius hic ſitus eſt* &c.] legitur apud Fr. Mar. Bonadam in Carminibus ex vetuſtis Lapidibus collectis, & Romae 1751. editis, Claſſ. v. pag. 420. ubi & praecedunt Ovidii, Senecae, Lucani, & Comicorum Epitaphia ſuperius exhibita.

EP. CCXXXV. *De Petronio Arbitro*] Corruptiſſimum hoc de Petronio Epigramma habet Pithoeus Lib. II. pag. 62. & ante eum Binetus in praefatione ad Petronii & aliorum veterum Epigrammata Pictavii 1579. edita produxit, ac ſub Julii cujuſdam nomine Romae in Bibliotheca Vaticana cum fragmento Petronii deſcriptum ſe legiſſe teſtatur; unde in ed. Freiloniana, Patiſſoniana, aliisque inter elogia de Petronio relatum eſt ſub titulo JULIUS ROMANUS IN EPIGRAM. verſu quinto dedit Binetus, *Nam * riter diri*. ſed pro *amictu* corrigit *amicus*. in ceteris, ita ut in codice invenit, edidit, quomodo & apud Pithoeum leguntur; mendoſiſſime quidem, ut queritur Rivinus in notis ad Pervig. Ven. pag. 84. qui verſu tertio emendat,

Quartillae proſa gaudet laſciva puella.

& verſ. quinto,

Nam pariter diri ſcripſitque Neronis amici
 Arbiter, arbitrio dictus ita ipſe ſuo.

vel *duri amantis*. ſenſumque epigrammatis hunc facit, Petronium partim ligata ſeu poëtica vena virorum vitia & errata erga Remp. caſtigaſſe: proſa vero ſive ſoluta oratione meretricum & vetularum libidines depexuiſſe. & in primis Quartillam exagitaſſe; eumque ita ſcripſiſſe, ut ſimul diri Neronis illinc, at hinc eiusdem amici ac mitis voluptuarii arbiter ſuo ipſius arbitrio adpellari poſſit. Tam obſcura nimirum & tenebricoſa interpretatione mendoſiſſimum Epigramma involvi debuiſſe, mirum non eſt. huic tamen explicationi nonnihil Rivino praeiverat Barthius Lib. II. Ablegm. Crit. cap. 16. & Lib. XXX. Adverſ. cap. 15. ubi maculas ita eluere tentat,

Quare illi in proſâ gaudet laſciva puella,
 Et quoque delicias frigida ſentit anus?
Illam inſtar diri, ſcripſitque Neronis amictu
 Arbiter arbitrio dictus ab ipſe ſuo.

verſu etiam quinto,

Quartilla haec pro ſe gaudens laſciva puella
 Ac quoque delicias &c.

emendat Salmaſius initio Commentarii ad Arnob. in Tom. II. Oper. Hippolyti Martyr. pag. 129. ed. Cel. Fabric. aliter caſtigat hoc carmen Dorleans ad Tacit. Ann. Lib. XV. p. 833. qui verſu tertio *prenſa* legit, & in margine habet *illo prenſa*. v. 4. *Ut quoque*. v. 5. *Nam pariter*. & *Neronis amicus*. Heinſius conjecerat, *Quare indeprenſa* &c. *Has quoque delicias* &c. deinde, *Nam pariter diri*. & v. ult. *arbitrio dictus ab ipſe ſuo*.

EP. CCXXXVI. C. AURELII ROMULI *de A. Gellio*] Pithoeus Lib. IV. pag. 151. edidit ſub titulo C. AURELII ROMULI. ſed addidi *de A. Gellio*, quia hi verſus in vetuſtis Gellii codicibus habentur, ut eos ad finem Lib. IX. in exemplari Gelliano cum v. c. collato apud Luc. Holſtenium invenit Heinſius. & dudum Lipſius Lib. V. Quaeſt. Epiſt. 8. ex membranis Victoris Giſelini produxit, in quibus legebantur ad finem Lib. X. cum hac inſcriptione, A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM LIBER X. EXPLICIT. INCIPIT XI. FELICITER. C. AURELII ROMULI. *Cecropias noctes* &c. unde adparet

Digitized by Google

EP. CCXXXVII. INCERTI.

Adeſto Jambe praepes, & tui tenax
Vigoris, adde concitum celer pedem.
Nec alterius indigens opis veni.
Sed ipſe verus, integerque, geſtiens:
Aduſta felle qualis ante carmina
Dabas amarus, ultor impetus tui.

EP. CCXXXVII. FURII BIBACULI. *De Valerio Catone Grammatico.*

Si quis forte mei domum Catonis,
Depictas minio aſſulas, & illos
Cuſtodes videt hortuli Priapos:
Miratur, quibus ille diſciplinis
Tantam ſit ſapientiam adſecutus.

Quem

Aurelium hunc *Romulum* Epigrammatis hujus auctorem, & *Euſtochium*, hic memoratum, fuiſſe Criticum ſeu emendatorem Gellii; ut Calliopius Terentii, Mavortius & Vettius Agerius Horatii, Nicomachus Livii, Aſterius Virgilii. de quibus vid. Valeſ. Lib. I. de Crit. cap. 34. ubi ſimilia exempla in notis dedi. idem hoc Epigramma etiam in Thuaneo, S. Marci, aliisque Gellii codicibus legi teſtatur Jac. Gronov. ad Lib. IX. cap. 8.

EP. CCXXXVII. INCERTI. *Adeſto Jambe praepes*] ſic recte leguntur hi verſus apud Terentianum Maurum pag. 94. ed. Briſſaei. nam male verſu ſecundo apud Pith. Lib. IV. p. 151. & Scalig. Lib. I. p. 226. *tui tenax Tenoris*. & verſ. quinto, *Adulta felle*. pro *Aduſta*, ut conjecerat etiam Heinſius, & in fine *ultor impotens tui*. omnino melius. Francius vero *Obducta* vel *Imbuta felle* margini ed. Scalig. adſcripſerat.

EP. CCXXXVIII. FURII BIBACULI.] Legitur hoc & ſequens Epigramma apud Sueton. de Illuſtr. Gramm. cap. XI. ubi notae eruditorum conſulendae. edititque H. Stephan. in Fragm. vet. Poët. pag. 440. Pithoeus Lib. I. pag. 36. & Scaliger Lib. I. pag. 194. quibus addidi tertium ejuſdem Furii Bibaculi in Catonem hunc Epigramma, quod exſtat ibidem apud Sueton. Pith. Lib. II. p. 58. & Scalig. Lib. I. p. 220. M. Furii hujus Bibaculi meminit etiam Sueton. de Illuſtr. Gramm. cap. 4. & vide de eo Porphyrionem ad Horat. Lib. II. Sat. 5. v. 41. ubi a Commentatore Crucquiano corrupte vocatur *Fuſius Vivaculus*. ejus fragmenta habet H. Stephan. pag. 136. & 137. & G. J. Voſſ. de Poët. Lat. p. 15. & 16. quibus praeteritum, quod ex Furii Lib. IV. Annal. adfert Macrob. Lib. VI. Sat. c. 3.

Preſſatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.

quod notat imitatum eſſe Virg. Lib. X. 361.

——— *haeret pede pes, denſusque viro vir.*

Fragmenta tamen illa, quae ex Furii Annalibus adfert Macrobius, quaeque in libro de Poëtis ad Furium hunc Bibaculum refert Voſſius, ad C. Furium Antiatem eſſe referenda, contra Gyraldum idem obſervat Voſſius de Hiſt. Lat. Lib. III. cap. 12. in fine. quod veroſimilius etiam videtur. eaque ad hiſtoriam veterem revocavit Merula ad Ennium pag. 46. & 47. quem legiſſe operae erit pretium. Hunc vero Furium ex re nomen habuiſſe, & a bibacitate Bibaculum dictum, videbis apud If. Voſſium ad Catull. pag. 32. ſimili joco, quo *Biberius Mero* dictus fuit Tiberius Nero, ut ſupra vidimus ad hujus libri Epigr. 78. certe eum edacem ac ſordidum fuiſſe tradit etiam Porphyrio.

3. *Cuſtodes videt hortuli Priapos*] Ach. Statius, Scaliger, & Heinſius legebant,

Cuſtodis videt hortulos Priapi.

ut paſſim Priapus *hortorum cuſtos* vocatur in monumentis antiquis. vid. Gruter. pag. XCV. 3. & 4. ubi habentur duo Epigrammata, quorum primum in Priapejis exſtat carm. 82. & illuſtratur a Broukhuſ. ad Tibull. Lib. IV. 14. alterum a Cupero poſt Apotheoſ. Homer. pag. 298. & ſeqq. quia tamen Valerii Catonis paupertati vix conveniunt multi hortuli, recte Pithoeus & Scaliger ediderunt,

Cuſtodes videt hortuli Priapos.

quod Patruo etiam meo in notis ad Sueton. placebat: qui recte intelligit varias Priapi imagines, ex ſtipitibus arborum in formam Lampſacii dei reciſas, quibus Grammaticus hic hortulum ſuum exornaverat. male H. Stephanus edidit,

——— *& illos*
Cuſtodes videt, hortulos Priapi.

ſequenti verſu vera Guyeti & Heinſii emendatio *Miretur*.

6.

Quem tres coliculi, & ſelibra farris,
Racemi duo, tegula ſub una,
Ad ſummam prope nutriant ſenectam.

EP. CCXXXIX. EJUSDEM, *de Eodem.*

Catonis modo, Galle, Tuſculanum
Tota creditor urbe venditabat.
Mirati ſumus, unicum magiſtrum,
Summum Grammaticum, optimum poëtam,
Omnes ſolvere poſſe quaeſtiones:
Unum difficile expedire nomen.
En cor Zenodoti, en jecur Cratetis!

EP.

6. *Quem tres coliculi, & ſelibra farris*] *calculi* apud H. Stephan. & in vetuſtis Suetonii edd. ſed *coliculi*, ut Scaliger etiam orae codicis ſui adſcripſerat, recte pro *cauliculi*, ut Faërnus, & alii viri docti. quod in notis ſuis ad Sueton. Patruus vindicavit, & verſ. ſeq. emendationem Heinſii *tegula ſub uda*, id eſt perpluenti, probavit, licet alterum placuerit Turnebo Lib. XIII. Adv. c. XI. *ſelibra* autem *farris* maxime auget paupertinum Catonis in tenui gurguſtio habitantis victum, quum *libra farris* modicum & puſillum ſervi eſſet demenſum, vel σιτομέτριον. egregie id illuſtrant Torrentii notae ad illud Horatii Lib. I. Sat. 5. 69.

——— *cui ſatis una*
Farris libra foret, gracili ſic, tamque puſillo.

ubi hoc ipſum etiam Epigramma exponit. cui non parum debet Oiſelius ad Gell. Lib. XX. cap. I.

EP. CCXXXIX. 5. *Omnes ſolvere poſſe quaeſtiones,*
Unum difficile expedire nomen.] elegans ab ambiguitate aculeus hoc loco conſiſtit in *ſolvere quaeſtiones*, grammaticales nempe, de quibus Wouwer. Polymath. cap. X. pag. 74. quod vocabant *quaeſtiones poſitas ſolvere.* vide notas Patrui ad Phaedr. Lib. III. 14. 8. tum *expedire nomen*, quod Grammatico convenit, & *expedire nomen*, de eo, qui aere alieno preſſus eſt, pro expungere mala nomina, ſeu debita, quibus Cato Grammaticus ſolvendis non erat. ſic enim recte ſenſum Epigrammatis expoſuerunt Gruterus ad Senec. Lib. I. de Benef. pag. 2. Gonſal. ad Petron. cap. 117. p. 192. & Voſſ. IV. Inſt. Orat. pag. 32. & ita *nomen & rem expedire* apud Phaedr. I. Fab. 16. init. ubi vide Interpretum notas. Epigramma hoc inter recentiores venuſte imitatus eſt Menagius in Epigr. XIV. p. 87. in Macrinum Nothum.

7. *En cor Zenodoti, en jecur Cratetis!*] Difficultatem hic non exiguam movet Patruus meus in notis ad Sueton. cur *jecur Cratetis* dicat Bibaculus, quod Turnebus, & alii, de ſapientia ac prudentia exponunt; quo ſenſu *cor* veteribus uſitatum conſtat, ſed exempla deſiderat, in quibus *jecur* ſic occurrat: quamquam hunc verſum inter illa, ubi *cor*, *jecur*, *cerebrum*, & ſim. pro ſapientia dicantur, etiam adferat Voſſius Lib. IV. Inſt. Orat. cap. 7. p. 125. ſed nullis aliis veterum locis additis *jecur* ita poni probat. Itaque ea ſignificatione, qua pro amoris ac libidinis ſede dicitur, exponendum conjicit Patruus, ſi de Cratetis libidine conſtaret; de qua tamen nihil memorabile tradunt, qui Philoſophorum vitas deſcripſerunt. Quia igitur ironia & ambiguitas in aculeato hoc Epigrammate regnant, & modo dixit, Grammaticum hunc Catonem in ſolvendis quaeſtionibus acutum ſollertemque fuiſſe, quae cum ſaepe in conjecturis ac divinationibus conſiſtant, *jecur* hic explicarem potius eo ſignificatu, quo vaticinandi augurandique ſedem in jecinore ſtatuebant veteres; ut tamquam vates aut hariolus ſolveret quaeſtionem illam difficilem de expediendo *nomine*, non orationis parte, Grammatico notiſſima, ſed *nomen* malum, ſeu aes alienum deleret; vel conjectaret, quid poëta per *unum* illud *nomen*, quod Grammatico huic expediendum erat, intelligeret: ad quod divinandum ſagax Cratetis *jecur* inſpiceret, ut animalium exta, & praeſertim *cor* ac *jecur*, explorant aruſpices. Facit huc locus Ciceronis, ab Ach. Statio adductus, ſeu potius verſus Pacuvii, qui leguntur in Lib. I. de Divin. cap. 57.

Nam iſtis, qui linguam avium intelligunt,
Pluſque ex alieno jecore ſapiunt, quam ex ſuo,
Magis audiendum quam auſcultandum cenſeo.

quo loco Pacuvium luſiſſe in duplici ſignificatione vocis *jecur*, de animali aeque ac homine, ut Caeſar apud Sueton. cap. 77. *ſi pecori cor defuiſſet*, notavit Cl. Oudendorpius. Philoſophos autem Stoicos,

Digitized by Google

Ep. CCXL. *De Val. Catone Grammatico & Poëta* Furius Bibaculus.

Cato Grammaticus, Latina Siren,
Qui ſolos legit, ac facit poëtas.

Ep. CCXLI. Asinii Galli *in M. Pomponium Marcellum Grammaticum.*

Qui caput ad laevam deicit, gloſſemata nobis
Praecipit: os nullum, vel potius pugilis.

Ep.

cos, quales Zenodotus & Crates fuerunt, auguriis, vaticinationi, & aruſpicinis valde deditos fuiſſe, patet ex toto Cicerooìs Lib. I. de Divio. *jecur* vero ſedem vaticioandi a veteribus habitam, quae *ἡπατοσκοπία* erat, docent notata Gonſalio ad Petroo. cap. 138. Zenodotum denique hic indicari Epheſium, Philoſophum Stoicum, diſcipulum Philetae, ejusque ſucceſſorem in inſtituendis Ptolemaei Lagidae filiis, monet Voſſius de Poët. Graec. pag. 61. per Cratetem poſſumus intelligere Cratetem Thebanum, celebrem Philoſophum, quem omoibus bonis ac divitiis abjectis uni Sapientiae ſe dediſſe quum referat Diog. Laert. Lib. VI. Segm. 85. huc forte etiam alludere potuit poëta, ut Catonem inſtar Sophi illius rem familiarem, quo melius doctrinae totum ſe ſacraret, neglexiſſe, & hinc obaeratum fuiſſe factum, per jocum innuat: vel Cratetem Mallotem, qui inter Stoicos etiam refertur, poëtam & ipſum, vel potius poëtarum Ariſtarchum ac cenſorem; ut ita Philoſophum & Grammaticum jungat. de quo vide Suetoo. de illuſt. Gramm. cap. 2. & ootis ad Valeſ. Lib. V. Emend. 17. Sed haec jam forte nimia, quae ſi quis ſagacius expediverit, illum ego hariolum profitebor optimum.

Ep. CCXL. *Qui ſolos legit, ac facit poëtas*] in aliis eſſe *Qui ſolus*, notat Pithoeus. *capit poëtas* Heinſius, pro intelligit, quod probo, modo legatur, *Qui ſolus legit* &c. non *ſolos*, ut edidit Pithoeus. *legere* autem hic notat, exigere ad trutinam judicii Critici, & explicare aliis. ut in Epigr. apud Pith. Lib. III. p. 139. *Et libros legi, legi pia carmina Homeri.* Sueton. de illuſtr. Gramm. cap. 2. *ut carmina parum adhuc divulgata, vel defunctorum amicorum, vel ſi quorum aliorum probaſſent, diligentius retractarent, ac legendo commentandoque etiam ceteris nota facerent.* ſic de Menandro Ovid. II. Triſt. 370.

Et ſolet hic pueris virginibusque legi.

& de Homero in Priapejis Ep. 68.

Nec rudis hic dominum toties audire legentem
Conſtiti, Homeraeas edidicique notas.

ut legendum notavi ſupra ad Ep. 182. ut autem hic *ſolus legere poëtas* dicitur Grammaticus Cato, ita apud Gell. Lib. XVIII. cap. 4. de jactatore vano & venditatore Salluſtiaoae lectioois: *quum ille ſe unum & unicum lectorem eſſe, enarratoremque Salluſtii diceret*, ubi recte Gronovius inprobat aliarum editionum ſcripturam *unicum doctorem*, quae alterius vocis ioterpretatio eſt. nam *lector* illic eſt, qui praelegendo explicat. ut apud Sueton. de Illuſt. Gramm. cap. XVI. *primusque Virgilium & alios poëtas novos praelegere coepiſſe dicitur.* vide Caſaub. ibidem ad cap. I. & Wouwer. Polym. c. IV. pag. 34. Martialis io Epiſt. ad Lectorem Lib. I praemiſſa: *ſic ſcribit Catullus, ſic Marſus, ſic Pedo, ſic Gaetulicus, ſic quicumque praelegitur.* ubi male in aliis edd. *perlegitur.* quomodo apud eumdem cum Heinſio aliisque ſcribeodum Epigr. 36.

Nec quos praelegat in ſchola magiſter.

oon *perlegat.* & Lib. VIII. Ep. 3.

Praelegat ut tumidus rauca te voce magiſter.

ubi in nonoullis etiam ſcriptis & editis *perlegat.* vide & H. Stephao. de Criticis pag. 247.

Ep. CCXLI. Asinii Galli *in M. Pompon. Marcellum Gramm.*] ita inſcripſi ex Sueton. Illuſtr. Gramm. cap. XXII. ubi vide Commentatorum notas, & Turneb. Lib. XIII. Adverſ. c. XI. qui initium hujus Epigrammatis recte expooit de more pugilum, qui caput io laevam deflectunt, ut ictum effugiant adverſarii, quem dextra petuot. Scaliger io Catal. Lib. I. pag. 219. dedit tantum ſub titulo Asinii Galli. verſu primo *ducit* pro *deicit* emendat P. Roverius in notis ad Paneg. Henr. IV. pag. 100. quomodo etiam conjecit Heinſius. In vulgatis Suetonii editiooibus *didicit*. unde Salmaſius diſtinguebat,

Cui caput ad laevam, didicit gloſſemata, nobis
Praecipit: &c.

deinde *os nullum* recte pro nullius pudoris, & *os pugilis* pro duro & deformi, quale pugilis eſt, quod caeſtibus feritur, exponuot Scalig. ad Feſtum pag. 133. Voſſius Lib. IV. Inſtit. Orat. pag. 126. & vide notas Rigaltii ad Artemidor. pag. 27.

Ep.

EP. CCXLII. VIRGILII *in C. Annium Cimbrum Rhetorem.*

Corinthiorum amator iſte verborum,

Iſte

EP. CCXLII. VIRGILII.] Adde, *in Tullium Cimbrum.* de quo Seneca Epiſt. 84. PITHOEUS. Scripſiſſe Virgilium hoc Epigramma in Tullium Cimbrum Rhetorem conſentiunt viri eruditi, & libro ſuo adnotaverat Scriverius. ſed de quo non ſine cauſſa dubito. Certum eſt, eumdem, qui hoc Epigrammate perſtringitur, memorari Suetonio in Aug. 86. in illis, *Tuque dubitas Cimberne Annius, an Veranius Flaccus imitandi ſint tibi*, &c. ubi recte Caſaubonus monet, indicari illum Rhetorem antiquarium, in quem luſit Virgilius Epigrammate in Catalectis exſtante. ejusdem hujus rhetoris meminit Cicer. XI. Philipp. cap. 6. qui vocat *C. Annium Cimbrum.* quod refutat illorum codicum Suetonii ſcripturam, in quibus *Cimber Annaeus*, vel *Cimberne an Annius*, ut in Palatino primo, habetur, prima vocis *Annii* ſyllaba bis poſita, ne quis diverſos putet. Errat autem Pithoeus, qui Cimbrum Rhetorem, quem hoc Epigrammate traducit Virgilius, memorari putat Senecae in Epiſt. 83. non 84. ibi enim agitur de Tullio Cimbro, Julii Caeſaris percuſſore, qui ab aliis *Atilius Cimber*, non *Tullius* dicitur, & forte rectius. vide Patrui notas ad Suet. Caeſ. cap. 82. neque Quinctilianus hunc *Tullium Cimbrum Rhetorem* vocat, ut notavit Scaliger, ſed ſimpliciter *Cimbrum*: adeo ut ille aeque ac Pithoeus titulum hujus Epigrammatis male conſtituiſſe videantur, *in Tullium Cimbrum Rhetorem*, qui rectius meo judicio inſcribetur, *in C. Annium Cimbrum Rhetorem.* quomodo edere non dubitavi, partim Suetonii, partim Ciceronis auctoritate, licet codices ejus pro *C. Annio* ſcribant *Caninium*, ſollemni nominum propriorum in MSS. codd. errore. quod ideo monendum duxi, quia & alii viri docti perperam hunc Rhetorem *Tullium Cimbrum* etiam vocant, quae confuſio orta, ni fallor, quod hic fratris ſui, alter Caeſaris percuſſor fuerit. Epigramma autem hoc ita dedi, ut exſtat in editione Aldina p 18. Pithoei Lib. II. p. 76. & Scaligeri p. 86. Servatum id debemus Quinctiliano, qui ſub Virgilii nomine adfert Lib. VIII. cap. 3. adeo ut de ejus auctore dubitare fas non ſit. Ad illud emendandum atque explicandum viri eruditi varias contulerunt operas, Baptiſta Pius Adnotation. Poſter. cap. XLIII. Turnebus Lib. XXVII. Adverſ. cap. 29. Salmaſ. ad Solin. Tom. II. pag. 1157. aliique, quorum hariolationes in notis Patrui mei & Cel. Geſneri ad d. l. Quinctil. videri poſſunt. quos tamen praeteriiſſe miror ea, quae ad mendoſum & obſcurum hoc Epigramma ſcripſit Sam. Petitus Lib. III. Miſcell. cap. 9. quae cum nimis prolixa ſint, quam ut huc referri poſſint, praecipua memorabimus. ſunt enim tanti, neque parum lucis his adſerunt. Putat autem, Virgilium hoc Epigrammate perſricare non tantum Cimbri hujus, quem etiam Tullium Cimbrum plus ſemel vocat, Graece declamantis, unde *Thucydidem Atticae febris* vocat, ineptias in adſectatione verborum obſoletorum, vel quae κτ γλώσσαι ſunt, ſed & fratricidium, quo venenum ſub medicinae praetextu fratri miſcuit, eique μὶν, ἰψὶν, κὰὶ ἄλ, ut verſu quarto emendat, quaeque verba ſaepe in orationibus adhibuerat Cimber, id eſt, potum e vino ciſſum dedit tam large, ut inde ſublatus fuerit; quod ultimo verſu indicatur. In hoc Cimbri fratricidium addit Quinctilianus dictum Ciceronis, *Germanum Cimber occidit.* in quo luſus ambiguus eſt in *germanum*, quod fratrem, & hominem e natione Germana notat, & in *Cimber*, quo hic Annius Cimber indicatur, vel aliquis e natione Cimbrica: quod Ciceronis dictum mihi in memoriam revocat ſimilem ex ambiguo jocum apud Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 61. ubi de Lepido Paullum fratrem, & Planco, fratrem Plancum Plotium proſcriptioni Antonianae ſubjicientibus, verſum hunc a militibus jactatum fuiſſe refert:

De Germanis non de Gallis duo triumphant Conſules.

ambiguitate ſimiliter captata in *Germanis* populis, & *germanis* fratribus. Haec praemittenda erant, quia ab iis omnis Epigrammatis hujus pendet intellectus.

1. *Corinthiorum*] Non ſolum Virgilii eſſe hoc Epigramma, ſed & in Tullium Cimbrum Rhetorem factum eſſe, auctor Fab. Quintilianus. Iſte Cimber fratrem veneno ſuſtulit. unde ſalſus jocus Ciceronis: *Cimber Germanum occidit.* Deque ea nece hic intelligitur in hoc Epigrammate multis mendis deformato. Quod non prius aſſequeris, quam ab iisdem mendis purgatum fuerit. Primum tam in antiquitus excuſis Catalectis, quam in omnibus Quintiliani exemplaribus illud *Corinthiorum* non habetur. Sed in Catalectis quidem *Hormetiorum* legitur, in Quintiliani vero libris, *Ethormetiorum.* Ex quibus depravatiſſimis verbis duas lectiones eruimus, quarum priori non confido. alteram, quam apponam ſuo loco, puto veram eſſe. Prior igitur:

Rhetor metrorum amator iſte verborum,
Iſte iſte Rhetor.

Iſte, inquit, eſt Rhetor ille, qui poëtica verba in ſuis Declamationibus tam avide conſectatur. Nam eo citaſſe hoc Epgramma Quintilianum, facile lo-

cum

Iſte iſte rhetor. namque quatenus totus
Thucydides tyrannus Atticae febris,

Tau

cum legenti patere poteſt. ubi ait non affectanda eſſe ea verba, quae magis poëtica ſunt, quam forenſia. Quae quia affectabat Cimber iſte, eo nomine a Virgilio deridetur. *Metra verba*, ut *pallium periſtroma* Ulpiano, *arvus ager*, *laniena taberna* Varroni apud Nonium, *ancile ſcutum*, *rete jaculum*, *lapidem ſilicem*, *tibicini modi* apud Ciceronem, *poena mulcta*, apud eundem. *Phlegra tellus* in Culice. *fidicinae fides* apud Plautum, *ventus turbo* apud eundem, *manubia machaera* eidem Truculento:

Niſi ſi te mea manubia machaera, & hunc vis emori.

ita enim legendum in Plauto. *manubia machaera* vel ex manubiis comparata: vel potius fulminatrix, a manubiis Jovis. Altera conjectura propius a vero abeſſe mihi videtur. ea haec eſt:

Rhetor mejorum amator iſte verborum.

Mejorum, eſt μειούρων. μείουρα verba vocat decurtata. *al*, *tau*, *min*. pro *allio*, *tauro*, *minio*. Quod ex ſequentibus patebit. Primam in μείουρον corripuit etiam Maurus Terentianus. ut in *chiragra* fecerunt Perſius, & Martialis: & in *Phidia* Auſonius, φειδίας. & in Soloecismo. dixit enim Solicismum, non Soloecismum:

Dic rectum caſum, jam Solicismus eris.

σολικισμὸς inquam, non σολοικισμός. SCALIGER. Apud Fab. Lib. VIII. cap. 3. *Et Hormetorum*. fortaſſis pro *Rhetor metrorum*. vel *Exoticorum*. PITHOEUS.

Ibid. *Corinthiorum amator iſte verborum*] *Hormethiorum* liber papyraceus Voſſii, ed. Veneta & Brixienſis Catalectorum Virgilii, & egregia Colinei editio Quinctiliani: quod favet nonnihil Is. Voſſio ad Melam pag. 237. emendanti *Hormechiorum*, ab Hormechiis, vel Hermechiis, aut Hermechionibus Germaniae populis. *Chorynthiorum* ed. Catalect. Vicentina an. 1479. *Hermaetiorum* Turnebus, ut innuat verba a Callimachi Aetiis deſumta, id eſt priſca & ignota. *Hermetiorum* Schottus ad Proverb. Gr. ex Suida Cent. IV. 38. ab Hermete quodam, ampullatorum & ſeſquipedalium verborum amatore. *Et Hormatarum* Petitus, id eſt Ὁρμάταν, quia apud Scythas Ὁρμάται homicidae dicuntur, ut fratricidam Cimbrum haec vox acrius tangat. *Tumentiorum* Salmaſius. Ego *Corinthiorum* non ſollicitandum opinor, ut Aldus etiam edidit. ſed non ut reſpiciat ad luxum & delicias, aut ad mixturam verborum ſimilem aeri Corinthiaco, ſed *Corinthiorum* expono Aſiaticorum. Aſiatici enim oratores tumidi & inflati paſſim a veteribus deſcribuntur, & opponuntur Atticis. unde paulo poſt eum *Atticam febrim* vocat. vide Scoppam in Collectan. cap. 25. & quae notavi ad Valeſ. Lib. I. de Critic. cap. 12.

ubi hoc in verſu ita explicandum monui, ut in ſequenti Epigrammate,

Ite hinc inanes Rhetorum manipli,
Inflata rore non Achaico turba.

id firmat prae ceteris Suetonius d. l. ubi de Auguſto Tiberii ſtylum caſtigante, ac eum Cimbri, Veranii, & Salluſtii genio conparante addit; *Tuque dubitas, Cimberne Annius an Veranius Flaccus imitandi ſint tibi? ita ut verbis quae Criſpus Salluſtius excerpſit ex Originibus Catonis, utaris? an potius Aſiaticorum oratorum inanibus ſententiis, verborum volubilitas in noſtrum ſermonem transferenda.* Livius Lib. XLV. cap. 23. *Non negaverim & totam Aſiae regionem inaniora parere ingenia, & noſtrorum tumidiorem ſermonem eſſe, quod excellere inter finitimas civitates videamur.* qui locus adſtipulatur Salmaſio corrigenti *Tumentiorum*. & hanc ventoſam atque enormem loquacitatem ex Aſia Athenas migraſſe queritur Petronius Satyr. cap. 2. ubi vide Interpretum notas.

2. *Iſte, Iſte Rhetor* &c.] hic verſus in plurimis Quinctiliani MSS. deſideratur, ut & in codice ejus Gothano, & ed. Jenſoniana.

3. *Thucydides tyrannus Atticae febris.*] In Quintiliano legitur: *Thucydides Britannus*. Ergo Britannum, aut Gallum eum fuiſſe neceſſe eſt. Poterat & legi *Thucydidis tyrannus*. ut vocet eum ita, quod, dum ineptus Thucydidis imitator eſt, ipſum totum τριβόλον, & membratim diſcindere videtur. Eadem figura *Atticae febrim* vocat, quod ψυχρὸς ἀττικιστὴς eſſet. Sed melius *Thucydides Britannus*. Nam *totus Thucydides*, eſt totus in Thucydidis imitatione. SCALIGER. Valet mihi, qui in Attica peſte deſcribenda regnum oris exercuit. Nam & *regnum loquendi* Manilio Lib. IV. Aſtron. *in regnum florentes oris Athenae*. item, *Illa decus linguae facient regnumque loquendi*. & *Rex ſermonum* Luciano, in Rhetor. Praec. p. 839. Pacuvio, *Regina rerum oratio*. & *regnare in foro* Ciceroni: cujus & illa ſunt, Lib. 2. Epiſt. ad Q. Fratrem: *Acutus, capitalis, creber, pene puſillus Thucydides regnare in foro*. PITHOEUS. *Thucydides Britannus* etiam eſt in ed. Vicentina, idque a Turnebo, Salmaſio, & Petito praefertur. non quod ex inſula Britannia eſſet, nam Gallus erat, ſed quod in Britannia educatus.

Ibid. *Atticae febris*] Quod, ut jam monuimus, frigidus ἀττικιστὴς eſſet. Ita Theognin quendam poëtam *frigidum*, χιόνα cognominabant vulgo Athenienſes. In cujus frigiditatem ita ludit Ariſtophan. Ἀχαρνεῦσι.

Εἰ μὴ κατένιψε χιόνι τῇ Θρᾴκην ὅλην,
Καὶ τοὺς ποταμοὺς ἔπηξ' ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον,
Ὅτ' ἐνθάδε Θέογνις ἠγωνίζετο.

Cui

Tau Gallicum ſpinae ipſemet male illiſit.
Iſta omnia, iſta verba miſcuit fratri.

EP.

Cui conſentaneum & illud Horatii in Furium, & ipſum etiam frigidum poëtam,

Furius hibernas cana nive conſpuit Alpes.

quod παρῳδῖσθαι ex ipſo Furio. *Juppiter hibernas* &c. Nam leviſſima mutatione mos eſt παρῳδίζειν. SCALIGER.

4. *Tau Gallicum*] In veteribus excuſis ita conceptus eſt hic verſiculus, etiam in Fabii codicibus:

Tau Gallicum minae ipſemet male illiſit.

Sequemur apices illius corruptae editionis, & a veſtigiis minimum diſcedemus:

Tau Gallicum, min ipſum, & al ei illiſit.

quod Auſonio duce inveſtigavimus, qui ita Grammaticum interrogat in Monoſyllabis ſuis, ingenioſiſſimo opuſculo:

Dic quid ſignificent Catalecta Maronis in his, al,
Et quod Celtarum poſuit non lucidius tau,*
Et quod Germano miſtum male letiferum min?

Ita enim & legendus ex correctione noſtra, & ſupplendus ex veteri libro Auſonius noſtras, poëta poſt tempora Domitiani omnium eruditiſſimus, & in cujus lectione nemo operam ſuam luſerit. Vides, ut Auſonius diſertim in animo hunc locum habuerit, ut quaſi manu ad ipſum fontem nos ducat? Sed quod ipſe ignorat, aut, quod verius puto, ſciſcitabundus quaerit tanquam aenigma proponens, non tanquam aenigmatis ignarus, illud nos explicemus. Quatenus, inquit, ille magnus Rhetoricorum verborum volutator, verba, quae more gentis ſuae decurtata pronunciat, quaſi illidit Rhetoricae, quemadmodum & in Gallia vulgo ludimus in ſermone communi de eo, qui ſoloeciſmos committit, eum nempe rhapiſmate, & alapa ferire Priſcianum: quatenus, inquam, illis truncis verbis tanquam talitro quodam ferit Atticam, hoc eſt Graecos Rhetoras: quod inepte & more gentis ſuae, ut dixi, declamans verba ipſa decurtaret, ut pro allio, *al*: pro tauro, *tau*: pro minio, *min* efferat: quia in argumentis Scholaſticorum de veneno trito ſaepe tractatur: illa, inquam, omnia venena, quae in illis Declamationibus quotidie jactat, miſcuit fratri, & eum potione ſuſtulit. *Tau Gallicum* dixit, quia Gallus dimidiatas tantum voculas proferebat (quamvis non Gallus, ſed Britannus, ut ſupra dixi, fuerit, ſed propter utriusque gentis vicinitatem ita vocat, ut Perſam pro Medo, & contra) Sic hodieque omnes, qui veterem linguam Gallicam matricem, aut ejus dialectorum propagines loquuntur, Britanni, Germani, & Flandri ita verba ſolent decurtare, ut Germani quidem, & Britanni multa non ſolum ſuae linguae monoſyllaba habeant, ſed & quae a Latinis acceperunt, & aliis linguis, monoſyllaba faciant, quamvis non omnia: & quae ſaepe in vocalem terminant ſcribendo, ſine ea proferant. Britanni vero ridiculi, quos, quum Latina pronunciant, non Latina, ſed Britannica loqui putes, *aqs*, *pups:* pro *aquas*, & *puppis.* Quum igitur Cimber iſte in ſcholis declamaret de morte Themiſtoclis, qui epoto taurino ſanguine extinctus eſt, pro tauro dicebat *tau.* Quum tractaret argumentum de illo, qui, quum patri in mortario allium tereret, a noverca minium injectum imprudens trivit, ut veneficii mox accuſaretur a noverca, aut neſcio quid tale: pro allio, *al*: pro minio, *min* dicebat. Minium enim, ut & Aſclepiadae ſciunt, praeſentaneum venenum. Sane non mediocriter gaudeo, me tam eleganti Epigrammati lucem tuliſſe, pulſis iis, quas librariorum incuria offuderat, tenebris. SCALIGER. Putavi aliquando legendum,

Tau Gallicum, min, ipſe ſil, al illiſit.

vel *Al Gallicum* &c. *male illiſit. Al Celtarum* Auſonio, *Germanicum allium* & *Germana illuvies* Plauto, Sidonio *cui non allia ſordent Sil* & *min* Gallicum Marcello libris de Medicina; Plinio Lib. XXXIII. 12. *Tau*, Luciano in δίκῃ φωνηέντων. PITHOEUS. epigramma hoc in Tullium Cimbrum Rhetorem innuit doctiſſimus ingenioſiſſimusque poëta Auſonius, ex quo patet legendum eſſe,

Tau Gallicum, min ipſum & al ei illiſit.

ut divine correxit Joſ. Scaliger. vulgo legitur,

Tau Gallicum ſpinae ipſemet male illiſit.

in veteribus libris & Quintiliano (qui hoc epigramma ſub nomine Virgilii adducit) legitur,

Tau Gallicum minae ipſemet male illiſit.

Hujus lectionis veſtigiis inſiſtens Scaliger fecit, quod abeſſe vero minimum arbitramur. Alii,

Tau Gallicum imminet ipſemet male illiſit.

in aliis,

Tau Gallicum ſpirae ipſemet male illiſit.

primo verſu alii *Hormetiorum*, *Ebormetiorum*, vel *Rhetor mejorum:* cujus explicationem vide apud Scaligerum. SCRIVERIUS. eruditionis ſane non proletariae eſt Scaligeri interpretatio: ſed quam rejecit Petitus, qui legit,

Tau Gallicum, μὶν, ἰψὸν, & ἄλ ei illiſit.

ut *Tau Gallicum* vocet Cimbrum, pro Gallorum peſſimo. reliqua Graeca verba, quae in ſuis declamationibus uſurpaverit, e Scytharum, Thuriorum, & Cypriorum lingua petita ſint. notentque vinum cum ciſſo, quo fratrem interemit Cimber.

Sal-

Digitized by Google

EP. CCXLIII. PUB. VIRGILII MARONIS. *ad Rhetores tumidos.*

Ite hinc inanes rhetorum manipli,
Inflata rore non Achaico turba,

Et

Salmaſio placebat,

Tau Gallicum, Min, Sil, & Al, male illiſit.
Ita omnia iſta verba miſcuit fratri.

Colerus ad Salluſt. pag. 361.

Tau Gallicum mix ipſum & al ei illiſit.

in Cod. MS. Voſſiano vitioſe,

Tau Gallicum minet profinet male illiſit.

in ed. Veneta & Brixienſi Catalectorum legitur,

Thau Gallicum imminet ipſimet male illiſit.
Iſta omnia verba iſta miſcuit fratri.

in Vicentina,

Thau Gallicum enim & ſpinet male illiſit.

Aldus edidit, ut Pith. & Scalig. Opinor hic auctoritatem Auſonii, cujus locus eſt in Idyll. XII. de Grammaticomaſtige v. 5. p. 496. ed. Toll. ceteris virorum doctorum conjecturis cum Scaligero eſſe praeferendam. vide & Turneb. Lib. XXIII. Adverſ. cap. 30. qui putat *al* Celtarum lingua, aeque ac Germanorum, totum ſignificare, *Tau* vero crucem, a literae forma. quod Baptiſtae Pio etiam placebat. de qua plura Barthius Lib. XLIV. Adverſ. cap. 7. & H. Ernſtius ad Valer. Prob. de Notis Rom. pag. 139.

EP. CCXLIII. PUB. VIRGILII MARONIS] ediderunt Aldus p. 19. Pithoeus Lib. II. pag. 77. Scalig. pag. 88. & Pulmannus p. 433. Turnebi notata ad hoc Epigramma ex ejus Lib. II. Adverſ. cap. 7. huc referenda cenſui.

1. *Ite hinc inanes* &c.] Jucundum eſt Epigramma, quo dimittit Rhetoras Maro, & ad Philoſophos ſe confert, ſi modo Maro is eſt ac non alius quisquam: ſed interveniunt, ut gemmis nitentibus nubeculae quaedam earum ſplendorem nubilo fuſcantes, ſic ei vitia nitorem laedentia. nam primus ſtatim verſus ſyllaba curtior eſt,

Ite hinc inanes rhetorum manipli.

quae ſupplebitur repetito initio *ite*, hoc modo;

Ite hinc inanes Rhetorum manipli, ite. TURNEBUS. tranſpoſita ſunt:

Ite hinc inanes Rhetorum manipli, ite hinc.

Scripſit hoc Epigramma, quum Athenas proficiſceretur, ut Philoſophiae Epicuri operam daret. Quod alibi notamus. SCALIGER. eum vide in notis ad Cirin, initio. recte vero Turnebus & Scaliger claudicanti verſui tibicinem addiderunt. in Vicentina, Veneta, Brixienſi, & Aldina ed. 1517. eodem modo, ut in Pithoeana aliisque. ſed Aldus in ed. 1534. ſupplevit,

Ite hinc inanes rhetorum ite manipli.

quod ſecutus eſt Pulmannus, addito tamen aſteriſco. Heinſius orae codicis etiam adſcripſerat, *manipli, ite.* ut Turnebus. veriſſime.

2. *Inflata rore non Achaico verba*] Non ſatis aſſequor, & commodius ſcribi poſſe putarem,

Inflata rore non Achaico turba.

ut Latinorum ſignificet rhetorum eloquentiae tranſmarinae rudium auditores inanes & indiſertos. Ac *rorem Achaicum* dixit, ut ad cicadas fortaſſe reſpiciens, quae rore veſci feruntur, canoraeque ſunt & ſtridulae, ut illi loquaces & garruli. Sed & cicadis diſertos Trojanorum principes Homerus comparavit. TURNEBUS. Lege:

Inflata rore non Achaico turba.

ſic enim olim adoleſcentes emendabamus. Significat loquaces, quales ſunt cicadae, quae rore victitant. Proverbium, τέττιγος λαλίστερος. Etiam rore victitare dicebatur in macilentos. Callimachus:

Ὦ κενεῷ κενεαὶ πρωὶ πρῶκες ἔρξε πινοῦσαι
Ἐνδυκέως αἰεὶ πρώϊκιον εἶδαρ ἔδειν.

ita correximus elegantiſſimum diſtichum. SCALIGER. In Cod. Voſſiano *Inflata n . . . non Achaico* cum lacuna. mendoſe in Veneta, Vicentina, & Brixienſi,

Inflata roſo non Achaico verba.

verba etiam in utraque Aldina & Plantini. optime Turnebus, Scaliger, & Heinſius emendarunt,

Inflata rore non Achaico turba.

quod merito probatur a Graevio in Lect. Heſiod. cap. XXII. p. 114. ideoque in contextum recepi. *rore Achaico*, ut *Cecropio rore madere* apud Martial. Lib. VII. Ep. 68.

Haec eſt illa tibi promiſſa Theophila, Cani,
Cujus Cecropio pectora rore madent.
Hanc ſibi jure petat magni ſenis Atticus hortus,
Nec minus eſſe ſuam Stoica turba velit.

ita reſtituendum ex codice Thuaneo. in vulgatis *Cecropia voce. dote* in Palat. primo, aliisque MSS. *Cecropio melle madere* Senecae Epigrammate ad Criſpum apud Pith. Lib. I. p. 43.

Cujus Cecropio pectora melle madent.

Cecropium thymum dixit Alcimus in Epigr. veteri, quod habetur in Catalectis Petronianis:

Spirans Cecropium dulcius ore thymum.

ut legendum alibi videbimus. Auctor Elegiae ad Meſſalam v. 14.

Carmina cum lingua, cum ſale Cecropio.

rorem eodem ſenſu Plauto reddendum putabat Heinſius, in Mil. Glor. Act. III. Sc. 3. v. 10.

Poſtquam adbibêre aures meae tuae rorem orationis.

ubi

Et vos * Sile, Albuti, Arquitique, Varroque,
Scholaſticorum natio madens pingui.

5. Ite

ubi nunc legitur vulgo, *tuam moram orationis. vos* autem *Achaicus*, *Cecropius*, & ſim. pro eloquentia Attica, ut *favus*, *mel*, *thymum*, pro eloquentia Graeca vel Romana. vide Graevium d. l. Barth. Lib. LIII. Adverſ. cap. 5. p. 2485. & Heinſ. Lib. IV. Adverſ. c. 1. p. 557.

3. *Et vos * Sile, Albuti, Arquitique, Varroque*] putem ſcribendum,

Et vos Seli, Cati, Arquitique, Varroque.

ut nomina propria ſint *Selius*, *Catius*, *Arquitius*, *Varro*. TURNEB. Poteſt legi:

Et vos Stilo Aeli, Tarquitique, Varroque.

Sed aliter excuſus eſt antiquitus verſiculus iſte:

Et vos feliquir, arquitique.

an,

Et vos Seli, Curi, Arquitique, Varroque?

an potius?

Et vos Seli, Irri, Tarquitique &c.

Tarquitius eſt ille, qui ſcripſit Oſtentarium librum, hoc eſt, τερατοσκοπικόν. ut nuper docuit eruditisſimus P. Pithoeus noſter. valde placet prior conjectura, *Stilo Aeli*. de quo Grammatico vide Suetonium. SCALIGER. *Et vos feliquit Arquitique Varroque* ed. Venet. *Et vos feliquir atquitique varroque* Vicentina, & Brixiens. Aldus in ed. 1517.

Et vos feliquati, Arquitique Varroque.

ſed in altera anni 1534.

Et vos Sile, Albuti, Arquitique, Varroque.

ut Pithoeus, Scaliger, & Plantinus ediderunt. *Seli*, *Cati* in marg. ed. Lugd. Scalig. & Pith. Turnebi emendationem ſequitur G. J. Voſſius de Nat. Rhet. cap. 1. p. 10. ſed Iſ. Voſſius ad Catull. carm. X. p. 39. legit ex codice ſuo antiquo,

Et vos Aelique, Tarquitique, Varroque.

& Aelium Stilonem etiam intelligit. cujus mentio apud Suet. de illuſt. Gram. c. 3. qui eum *Lucium Aelium Stilonem Praeconinum* cognominatum refert. quia pater ejus praeconium fecerat, & ipſe ſtilo exercendo orationes nobiliſſimo cuique ſcribebat. Gellio Lib. II. c. 21. & Lib. V. c. ult. *L. Aelius* vocatur, licet in MSS. *Laelius*, ſolita confuſione, ſcribatur. *L. Tarquitius* hic a Pithoeo Lib. 1. Adverſ. cap. 20. & Scaligero idem ſtatuitur, cujus libri de diſciplina Etruſca & Oſtentarius adſeruntur a veteribus. Plinio nempe plus ſemel in librorum Indice, & Macrob. Lib. III. Saturn. c. 7. ad quem vide Pontani notas. eumdem Tarquitium Valeſ. ad Ammian. Marcell. Lib. XXV. cap. 3. putat memorari in Inſcriptione antiqua, quae exſtat apud Gruter. p. DCXXV. 4. ubi *L. Tarquitio. L. F. Pom.* (id eſt *Pomp.*) *Etruſco. Sulpiciano. Scribae. Quaeſtorio.* vide & Glandorp. in Onomaſt. p. 829.

4. *Scholaſticorum vario madens pingui*] legendum puto *natio madens pingui*: ut Rhetores illos Graecae facundiae ignaros, ut hebetes & obtuſos, *pingui madere* dicat irridens. *adipatae dictionis genus* Cicero in Oratore dixit, genus pinguis elocutionis & inſuavis & inconcinnae, ab adipatis cibis translatione ducta, id eſt adipe unctis & opimatis. Jam rhetores & declamatores Seneca & Quinctilianus non raro Scholaſticos appellant: apud Syneſium tamen Epiſt. 155. & 156. & in Heſychii antibole Scholaſticus cauſſarum eſt actor. eos *juventutis Cymbalum* ignominioſe vocat, ut *Cymbalum mundi* Appion Grammaticus vocatus a Tiberio Caeſare fuit; quod ad aures juventutis ſtreperent loquaciter & inaniter, ut Gallorum in Matris Ideae ſacris cymbala crepabant: habebantur autem omnium viliſſimi & abjectiſſimi mortales, molles & caſtrati illi Cybelae & matris Ideae miniſtri. TURNEBUS. *Madens* hic, non tinctus, ſed penitus imbutus. Martialis:

Jure madens, varioque togae limatus in uſu.

δευσοποιός. Graeci item dicunt purpuram bene imbutam, ὀξυαλουργόν. Metaphorice dixit Ariſtophanes ὀξυαλουργὲς κακοῖς. ut hic dicitur *madens pingui*. Sic Cicero poëtas Cordubenſes aetatis ſuae pingue neſcio quid redolere dixit. SCALIGER. *vario madens pingui* in Cod. Voſſ. chartaceo & antiquioribus editionibus, Vicentina, Veneta, Brixienſi, & Aldina an. 1517. ſed in altera an. 1534. *natio madens pingui*. locutio autem *pingui madere*, ſic ſimpliciter poſita, non inmerito offendiſſe videtur Heinſium, qui conjecerat,

Scholaſtica ore natio madens pingui,

vel *rore*. ſed quod verſ. ſecundo jam praeceſſerat. *madere* elegans & proprium hac in re verbum. ut in loco Martialis & Senecae ſupra prolato,

Cujus Cecropio pectora rore (vel *melle*) *madent.*

vide Barth. Lib. XXV. Adv. cap. 1. de Scholaſticis, pro inanibus declamatoribus, vide huc facientia apud Wouwer. & Erhard. ad Petron. cap. 6. Elmenhorſt. Ind. Apulej. Caſaub. ad Sueton. de clar. Rhet. cap. 6. & ad Capitolin. Maximin. cap. 3. ubi hunc verſum memoriae vitio ex Varrone adfert. Voſſ de Nat. Rhet. cap. 1. Barth. ad Stat. VI. Th. 404. & Cort. ad Plin. Lib. II. Epiſt. 3. aliosque. ſeq. verſu, *inane Cymbalon juventutis* legebat Heinſius, pro *inanis. inani cybalon* in ed. Vicent. Ven. & Brix. poſſet etiam,

Ite hinc inanes, cymbalon juventutis.

ut repetat epigrammatis initium.

Ite hinc inanis Cymbalon juventutis,
Tuque o mearum cura, Sexte, curarum,
Vale Sabine: jam valete formoſi.
Nos ad beatos vela mittimus portus,
Magni petentes docta dicta Scironis,
Vitamque ab omni vindicabimus cura.
Ite hinc Camenae vos quoque * limite ſaevae,
Dulces Camenae, (nam fatebimur verum)

Dul-

5. *Cymbalum*] Videtur proverbialiter tritum. Nam & Tiberius Caeſar *Cymbalum mundi* vocavit Appionem Grammaticum. Apud Gellium, ubi bis Appion polyhiſtor appellatur, in manu ſcripta membrana *Appion pliſtonices* exaratum eſt. SCALIG.

6. *Tuque o mearum cura, Sexte, curarum*] miror lectionem hanc Turnebo, Pithoeo, ac Scaligero mendi ſuſpectam non fuiſſe. *cura ſexte tuarum* in codice Voſſ. papyraceo. *curarum* etiam in ed. Vicent. Ven. Brix. Aldinis, aliisque. ſed *cura curarum* Sextus hic Sabinus abſurde dicitur, praeſertim cum mox denuo ſequatur, *Vitamque ab omni vindicabimus cura.* quapropter amplector certiſſimam Heinſii caſtigationem, qua in margine editionis Pithoeanae legebat,

Tuque o mearum cura, Sexte, Muſarum.

& ſic idem in notis ineditis ad Auctorem Dialog. de Orat. cap. 4. ubi contraria corruptela *forenſium Muſarum anguſtiis*, editur in vulgatis, pro quo emendat *forenſium curarum* vel *rixarum*. vid. & ſupra ad Eleg. ad Meſſal. v. 13.

7. *valete formoſi*] an *famoſi*? quas voces in MSS. confundi patebit ex notis Heinſ. ad Ovid. Epiſt. IX. 78. & Claud. III. de Laud. Stilic. 258. vel *fumoſi*, id eſt inanes, fumum vendentes. ut tales rhetores ſcurriles ac vanos Attici καπνολόγους vel καπνοπώλας vocabant. vid. Sc. Gentilem ad Apulej. Apolog. p. 292. ſic *fumoſus* & *famoſus* mutantur apud Auctorem Copae v. 3. & Stat. v. Sylv. I. 93. certe *formoſi* ab hoc loco alienum videtur.

8. *Nos ad beatos vela mittimus portus*] id eſt, ad philoſophiam pergimus, quae nos ſuis praeceptis felices beatosque reddet, & omni liberabit perturbatione & moleſtia. TURNEB. Vel portus dixit ſimpliciter Athenas ipſas, quas petebat Philoſophiae Epicureae diſcendae ſtudio: vel potius ἀλληγορικῶς eſluctibus vitae, & Reipublicae, & religionis ſe ad id ſtudium, tanquam ad portum recipi, ubi ab omnibus vitae tempeſtatibus aeterna quies eſt. propterea ſubjicit ἐπεξηγηματικῶς, *vitamque ab omni vindicavimus cura.* Nihil enim, niſi ἀμέριμνον βίον, καὶ ἡδονικὸν promittit Epicurus. SCALIGER. *immittimus* ed. Vicentina, Venet. & Brix.

9. *magni petentes docta dicta Scironis*] *docta tecta* vel *ſcita* Heinſ. *Sironis* cod. Voſſ. vide de hoc Philoſopho Epicureo, Virgilii magiſtro, ſupra ad Focae vitam Virgilii v. 63. pag. 368.

10. *Vitamque ab omni vindicabimus cura*] ſic recte utraque Aldina, Pithoei & Scaligeri editio. *vindicamus* cod. Voſſ. ed. Vicentin. Venet. & Brix. *vindicavimus* adfert Scaliger in notis, ut Salmaſio etiam placebat.

11. *Ite hinc Camenae, vos quoque limite ſaevae,*
Dulces Camenae, animum fatebimur verum.]

haec bonam non interpretantur ſententiam: verum audemus, ſi veram non poſſumus ſcripturam reddere, probabilem ſaltem comminiſci, quae commodum ſenſum eloquatur:

Ite hinc Camenae, vos quoque hinc leves ite
Dulces Camenae: nam fatebimur verum.

etſi vos nunc inhumanius & aſperius ejicio; tamen non tamen improbus ingratusque umquam ero, quin ſemper fatear vos mihi dulces & jucundas fuiſſe: & quamquam vos nunc exigo, attamen meas chartas reviſitote, ſed pudenter & raro. Quibusdam etiam videtur dicere; vos mihi antea dulces fuiſtis, nunc moleſtae, &, ut verum proloquar, ad alia me accingo ſtudia vobis dimiſſis: & tamen quamvis vos dimittam, reviſitote me aliquando, verum pudenter & raro. TURNEBUS. olim legebamus:

Ite hinc Camoenae vos quoque, ite laſcivae.

neque ejus me conjecturae poenitet. Sed propius ad veſtigia veterum excuſorum accedit:

Ite hinc Camoenae vos quoque, ite Miſenae
Dulces Camoenae —

ut Miſenas Camoenas intelligat, propter receſſum Neapolitanum, & Surrentinum. SCALIGER.

12. *Dulces Camoenae*] in veteribus editionibus excuſum fuit:

Dulces Camoenae. animum fatebimur verum.

Lego ſane:

Dulces Camoenae. (an infitebimur verum?)
Dulces fuiſtis. SCALIGER.

Ite hinc Camenae vos limite ſene codex Voſſii chartaceus. quod favet nonnihil conjecturae Scaligeri,

Mi-

Digitized by Google

Dulces fuiſtis: & tamen meas chartas
Reviſitote: ſed pudenter, & raro.

EP. CCXLIV. *In Noctuinum.*

Socer beate, nec tibi, nec alteri,

Ge-

Miſenae. in MS. Cod. & ed. Vicentin. Venet. & Brixienſi,

Ite binc Camoenae. nam nos quoque limite ſaevae.

unde Cl. Oudendorpius conjiciebat, *vosque nam mibi laevae*, vel *ſaevae*, vel *ſcaevae.* Aldina utraque & Plantini editio,

Ite binc Camoenae vos quoque limite ſaevae.

licet Heinſius margini adſcripſerit edidiſſe Aldum, *vos quoque binc limite ſaevae.* & forte in alia Virgilii editione Aldina ſic legitur. in margine editionis Lugdunenſis Scaligeri & Pithoei, additur conjectura, forte *binc leves ite*, quod non intelligo. Salmaſius adſcripſerat, *voſque mibi ſaevae.* Heinſius tentaverat,

——— *vos quoque ite noſtrae, ite*
Dulces Camenae.

vel,

Ite binc Camenae, ite jam quaeſo mi quaeſo.

mihi Turnebi emendatio *binc leves ite* proxime accedere videtur ad *limite ſaevae.* ſed hac lege, ut diſtinctio in fine hujus verſus ponatur; in ceteris nova periodus inchoëtur cum repetitione,

Dulcei Camenae, (nam fatebimur verum).

Dulces fuiſtis. quae aliter diſtinguuntur in vulgatis editionibus. dein vera lectio & Virgiliana eſt *nam fatebimur verum.* ut in Vicentina, Veneta, Brixienſi, Aldinis, aliisque legitur. neque opus Scaligerana, *an infitebimur verum?* aut Salmaſiana, *an non fatebimur verum.* ſic enim Ecl. I. 32. *Namque fatebor enim.* & ejus imitatione auctor Elegiae ad Meſſal. v. II.

Namque fatebor enim, quae maxima deterrendi &c.

ubi vide.

14. *Dulces fuiſtis: & tamen meas chartas Reviſitote*] *& in meas chartas* codex. Voſſii. per *chartas* hic innuit pugillares codicillos, in quibus carmina ſua ſcribebat. de quibus ſupra ad Eleg. ad Meſſal. v. 13. & talia pugillaria, in quibus hendecaſyllabos ſcribere ſolebat, memorat Catullus carm. XLII. *pugillares ceras* vocat Prudent. Hymn. IX. Periſt. 15. bene ſenſum loci hujus expoſuit Turnebus, Virgilium devovere quidem Muſas, iisque valedicere, ſed ita tamen ut ad eas redire velit. ſimili fere colore, quo Ovidius Lib. II. Triſt. init. Lib. IV. El. I. 27. Lib. V. El. 7. 31. & ſeqq. recte quidem Fileſacus Lib. I. Select. cap. 19. pag. 349. haec confert cum illis Boëthii Lib. I. de Conſ. Philoſ. Proſ. I. qui Philoſophiae ſe addicturus Muſis etiam nuntium remittit; *Sed abite potius Sirenes uſque in exitium dulces, meisque eum Muſis curandum ſanandumque remittite.* ſed ubi alia loca ſimilia de literarum elegantiorum illecebris, tamquam virtuti ac ſapientiae noxiis, dum cumulat, philoſophum agit nimis auſterum atque iniquum Muſis, ſine quarum cultura non ſuperficiaria nemo umquam verae doctrinae adyta penetravit. Ceterum male in Vicentina, Veneta, & Brixienſi editione huic Epigrammati non interrupto ordine adnectitur ſequens, *Socer beate &c.*

EP. CCXLIV. *Socer beate &c.*] in antiquis Catalectorum editionibus Virgilianis legitur, & apud Scalig. pag. 86. Catullo hoc carmen adſerere conatur, & cum ſequenti conjungendum cenſet Fruterius Lib. III. Veriſ. cap. I. in Tom. V. Theſ. Crit. Gruter. pag. 339. Cujus notata, quia lucem haud exiguam carmini ceteroquin obſcuriori praebent, his inſerui. Calvi haec duo Epigrammata eſſe exiſtimabat Iſ. Voſſius ad Catull. pag. 73. & 74. & quaedam in iis mutat, incertum e libris an ex conjectura.

Ibid. *Socer beate, nec tibi, nec alteri &c.*] Hos verſus Catullo indignos eſſe & ego poſſum perpeti, & idem ut ſint digniores, perpetrare, ſi cum Plauto & antiquis novitati noſtrae placere poſſimus. Sic itaque Noctuini tenebras diſcutimus, forſan & Catullo ipſi lucem damus:

Socer beate, nec tibi, nec alteri,
Generque Noctuine, putidum caput,
Tuone nunc puella talis, & tuo
Stupore preſſa rus abibit? hei mibi
Ut ille verſus uſquequaque pertinet!
Gener ſocerque perdidiſtis omnia?

Ecce vero eleganter ſugillat Noctuinum Catullus noſter, & illius ingluviem ac ſtuporem exagitat, qui ſe & ſocerum connubio ſuo ſit perditurus. Quod erat ante *& mibi*, feci *ei mibi*, ut *eu* ſaepe ſine adſpiratione eſt in veteribus libris, & ſane *ἰὼ* Graecorum ea caret. Illud porro quod ait:

——— *ei mibi*
Ut ille verſus uſquequaque pertinet!
Gener ſocerque perdidiſtis omnia.

videtur auctorem prodere; quamquam ſcio id in calumniam verti poſſe ab iis, qui ita verſus ſuos temperant, ut omnia ab aliis, pauca ipſi a ſeſe petant. Sequens in noſtris exemplaribus a ſuperioribus illis diſtinguitur, cum tamen pulchre *concinat.*

 Ita-

Generque Noctuine, putidum caput.
Tuoque nunc puella talis, & tuo
Stupore preſſa rus abibit, & mihi
Ut ille verſus uſquequaque pertinet.
Gener, ſocerque perdidiſtis omnia.

EP. CCXLV. *In Eumdem.*

Superbe Noctuine, putidum caput,
Datur tibi puella, quam petis, datur,

Da-

Itaque nos in his verſibus, ut ruſtici jugerum vocant, terminum nulli ponemus, & fines affines reddemus: nam ſuperioribus illis poëta ſoceri & generi ſtuporem commendavit, nunc pergit increpare, & quaſi excantare Noctuinum, illique de Atilii ſoceri altera filia perſuadere, & tandem concludit, illum *Hirneam & Cantboram ſuffarcinatam*, ut ita dicam, duxiſſe, non uxorem. & certe illud eſt in Menechmo Plauti, ubi maritus queritur, *Portitorem duxiſſe ſe domum pro uxore.* nam illam, quoties ille domo egrederetur, iſtud rogare illum, *Quo iret?* & ubi rediret, *Quid egiſſet? ubique fuiſſet id temporis?* ſic habent Plautina:

Quoties ire volo, me retines, revocas,
Rogitas quo eam? quid feram? quid foris egerim?
Portitorem domum duxi, ita omnem mihi
Rem neceſſe eſt eloqui, quicquid egi, atque ago.

Portitores vero, ut Plauto ſuus conſtet lepos, quod etiam nunc, merces quae inferrentur vel auferrentur, ſedulo exquirebant ad portus, vel ſane portas urbium, unde Plautus jocum duxit. Exiſtimo ego certe, me hic praeſtitiſſe aliquid, & quaeſo doctos omnes, ut plus efficiant. Meretur hoc Catullus meus, ſive quisquis eſt ſpurius illorum. FRUTERIUS.

2. *Generque Noctuine putidum caput*] *impudicum* codex Voſſii chartaceus. in Vicentina, Veneta, & Brixienſi editione,

Generque noctu impudicum caput.

in qua lectione clara veſtigia ſunt verae lectionis, quam reſtituerunt viri docti *noctuine putidum caput.* ut in ſeq. epigrammate, quod huic conjungendum etiam arbitror, licet *recutitum caput* utroque loco emendet Iſ. Voſſius; qui verſu tertio legit,

Tuone nunc puella talis, heu tuo.

quod probabat Tollius, vel *Tuoque. ab tuo* Oudendorpius, ut ſcriptum fuerit *a tuo*, ut paſſim in MSS. pro *ab*, unde factum *&* *tuo*. Idem Tollius *rus abibit*, exponit, rus fiet, ſeu plena ruris & inficetiarum, ut alibi Catullus. pro quo *rus habites mihi* vitioſe in Cod. Voſſ. ed. Vicent. Ven. & Brix. recte etiam *ſoceri generique* nomina hic, ut Graecis πενθερῶ & γαμβρῶ, notat appellationes eſſe omnis familiaritatis ac conſuetudinis, & ad nequitiae adfinitatem referri, ut γαμβρεύειν. ſic *frater ſororque*, & ſim. blanditiarum vocabula ſunt in amoribus. vid. Fileſac. Lib. I. Select. cap. 10. p. 167. Dorleans ad Tacit. p. 765. Scriver. ad Martial. pag. 246. & Broukh. ad Tibull. III. I. 23. dein praefert etiam Voſſius,

Ut ille verſus uſquequaque percinat.

ut in duobus ejus codicibus legitur. *perſonat* Tollius. *pertinet* in ed. Ven. & Brix. reſpicit vero ad notiſſimum tunc temporis Catulli verſum ex fine Epigr. XXVII. ad Caeſarem de Mamurra:

Socer, generque perdidiſtis omnia.

3. *Tuque nunc*] Lege:

Tuone nunc puella talis, heu tuo
Stupore preſſa rus abibit? hei mihi,
Ut ille verſus uſquequaque convenit.

ſtuporem vocat Noctuinum, ut & Catullus ipſe,

Talis hic meus ſtupor, nil videt, nihil audit.

ſic *ſtalonem*, pro ſtolido dixit Auſonius. unde *ſtolidus* & *ſtolitus*, qui poſtea *ſtoltus*, *ſtultus*. SCALIG.

4. *rus abibit*] Quia aere alieno obruti. Iccirco illud Catullianum ſubjunxit:

Gener, ſocerque perdidiſtis omnia.

Significat Noctuinum inquilinum cogi emigraturus ex aedibus conductitiis, quod, unde pro penſione ſolveret, non haberet. quae migratio fiebat Cal. Quintilib. quia is erat conductionum dies. Martialis:

O Juliarum dedecus Calendarum.
Vidi, Vacerra, ſarcinas tuas, vidi.
Quas non retentas penſione pro bima
Portabat uxor —— SCALIGER.

6. *Gener, ſocerque*] Notiſſimus verſiculus Catullianus:

Eone nomine Urbis *
Gener, ſocerque perdidiſtis omnia? SCALIGER.

EP. CCXLV. *Superbe Noctuine &c.*] cum praecedenti connectendum cenſet idem Fruterius in Epiſtolis Philolog. Epiſt. 3. pag. 386. Tom. V. Theſ. Crit. ubi alios *Hermiam* ultimo verſu legere teſtatur.

Ibid. *putidum caput*] *repuditum caput* in cod. Voſſ. chartaceo. id eſt *recutitum*. ut legit Iſ. Voſſius. cui ſcrip-

Digitized by Google

Datur, ſuperbe Noctuine, quam petis.
Sed, o ſuperbe Noctuine, non vides
Duas habere filias Atilium,
Duas, & hanc, & alteram tibi dari.
Adeſte nunc, adeſte, ducit, ut decet,
Superbus ecce Noctuinus hirneam.
Thalaſſio, Thalaſſio, Thalaſſio!

EP. CCXLVI. *In Lucium.*

Jacere me, quod alta non poſſim, putas,
Ut ante vectari freta:

Nec

ſcripturae adſentitur ed. Veneta, in qua *ſuperbe noctu repuditum caput.* In Vicent. & Brixienſi, *Superbe noctui & recutitum caput.* & ſic v. 3. *Datur ſuperbe noctui nam quam petis.* & ſeq. *ſed ſuperbe noctui nonne vides* in iisdem edd. & v. 8. *nocturnus bernia.*

6. *Duas & hanc, & alteram tibi dari*] *Duas* non agnoſcunt ed. Vicent. Ven. & Brix.

8. *Hirneam*] Non ſolum hic, ſed & in multis aliorum auctorum manu ſcriptis exemplaribus ita exaratum perperam pro *bernia* vidi. Laſcivia quadam *berniae* nomen παρὰ τὸ ἔρνος formarunt, ut & *Ramcis.* Utrumque enim, quod cum inteſtinum incipit in ſcrotum decidere, videtur ramum facere. Dicitur autem in hoc Jambo duas habere filias Atilius: nempe filiam, ſponſam Noctuini, & herniam. Ergo uterque alendus Noctuino, ſocer herniosus, & filia, uxor ipſius Noctuini. Et videtur tritum in communi ſermonis laſcivia fuiſſe. Nam & Atellana Pomponii inſcripta fuit, *Hernia ſponſa Pappi.* Si retines *Hirneam*, ut vulgo excuſum eſt, intelige de ebrioſa filia Atilii: quae, ut eſt ſimile in Epigrammate Graeco, nunquam a ſe amphoram ſemovebat, adeo ut ipſam ſororem ſuam vocaret. Ergo duae filiae, ipſa, & ejus ſoror, *Hirnea.* Eſt autem *Hirnea*, vel potius *Irnea*, ut apud Plautum Amphitruone, genus vaſis vinarii. Antiquitus *Erneum*, unde & ita genus libi ei ſimile, aut ad ejus formam fictum, vocabatur: παρὰ τὸ ὄρνεον, quod avis figuram haberet: ut quod Muſculi formam, μυόβαρβον. unde *Myobarbum* Auſonii. Nam βάρβιτος, vaſis genus. Sic quod ſcarabaeo ſimilis, κάνθαρος, & ſimilia. *Erneum* potius, quam *Orneum* dixiſſe non mirabitur, qui meminerit & *Apellinem*, *Elera*, *bemonem* quoque uſurpaſſe. SCALIGER.

9. *Thalaſſio, Thalaſſio, Thalaſſio!*] haec, quae in ed. Aldi, Scalig. & Plantini deſiderantur, addidi ex veſtigiis cod. Voſſ. ed. Vicent. Venetae, & Brixienſis, in quibus bis legebatur, *Thalaſſio, Thalaſſio.* ſed exiſtimavi ter potius repetendum eſſe,

Thalaſſio, Thalaſſio, Thalaſſio!

ut hunc ipſum verſum innuat Marius Victorinus, qui, notante Scaligero ad v. 15. ſeq. Epigr. teſtatur a Virgilio in quodam Epigrammate jambico ter repetitam hanc vocem, quae per jocum optime finem Epigrammatis abſolvit. ſic in ſequenti carmine v. 16.

Et inſcio repente clamatum ſuper,
Thalaſſio, Thalaſſio!

ubi bis tantum poteſt locum habere. de hac nuptiali acclamatione vide Feſtum in *Talaſſionem.* ubi quae ex Atilio (ut optime Scaliger) Hiſtoriarum ſcriptore refert, firmantur a Servio ad Virg. I. Aen. 566. plura Vulpius ad Catull. carm. LXII. v. 134.

EP. CCXLVI. *Jacere me*] In Lucium quendam cinaedum ſcribitur hoc poëmatium, maledicentiae, & probrorum pleniſſimum. Quod non auſim Virgilio attribuere, licet elegans, & eruditum. Videtur enim ſecundum aetatem Auguſti ſcriptum fuiſſe. *jacere* eadem mente, qua & in Epigrammatio Petronii:

Rebus in adverſis quae jacuere, juvant.

& neſcio quis dixit *jacentem guſtum.* Et Gellius: *Oppida quam jacere, ac ſordere incipiunt, quae Latina ſunt.* eſt, quod Graeci, ἀτονεῖν. SCALIGER.

Ibid. *Jacere me, quod alta non poſſim, putas* &c.] Hoc quoque Catullo digniſſimum epigramma judicabat Fruterius in Epiſt. Philolog. V. ad Canter. p. 397. & 398. Tom. V. Theſ. Crit. ubi nonnulla emendat. in Lucium quemdam ſcriptum eſſe, patet ex ipſo carmine. qui forte Lucius idem eſſe poſſet, ac *Lucius Camerius*, ſi vera ſit Achillis Statii conjectura, apud Catull. carm. 56.

Dic nobis ubi ſis futurus, ede,
Audacter committe, crede, Luci.

ubi & verſus ex fine hujus Epigrammatis adfert. In ed. Vicent. Venet. & Brix. corrupte legitur:

Jacere quod alte non poſſum putas
Ut tante nectam freta.

legendum cum Cl. Oudendorpio *vectari in freta.* inſolita enim locutio *vectari freta.* licet *ire* vel *currere freta* recte dicatur. eleganter autem *jacere* hic ponitur,

Digitized by Google

Nec ferre durum frigus, aut aeſtum pati,
Neque arma victoris ſequi.
Valent, valent mihi ira, & antiquus furor.
Et lingua, qua adſim tibi,
Et proſtitutae turpe contubernium
Sororis. ô quid me incitas?
Quid inpudice, & inprobande Caeſari?
Sed furta dicantur tua,
Et helluato ſera patrimonio
In fratre parſimonia:
Vel acta puero cum viris convivia,
Udaeque per ſomnum nates.
Et inſcio repente clamatum ſuper,

Tha-

nitur, pro deſpectum, nullius pretii, contemtum eſſe. vide Giſan. Ind. Lucret. in h. v. Hejnſ. ad Ovid. II. Am. 2. 30. & Patrui notas ad Lib. IV. Triſt. 3. 77. vel potius *jacere* hic interpretor, pro animo dejectum eſſe, quod ſuadent ſequentia v. 5. *Valent, valent mihi ira, & antibus furor* &c. cujus ſignificationis exempla dabunt notae N. Heinſii ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 112.

3. *Nec ferre durum frigus, aut aeſtum pati*] *nec aeſtum* in MSS. unde *aeſtum nec pati* legebat Cl. Oudendorpius. in ed. Vicent. Ven. & Brixienſi,

Haec ferre durum frigus: nec aeſtum pati.

militarem hic indicari laudem docebunt notata ad Eleg: ad Meſſal. v. 45.

5. *Valent, valent mihi ira, & antiquus furor*] In iisdem edd. *Valent, valent mihi re.* forte pro *iras.* ut in illo Ovidii I. Met. 166.

Ingentes animos, dignas Jove concipit iras.

ſic *iras* & *veteres impetus* animo ſuo excitat Medea apud Senecam v. 902. loco adpoſito:

Incumbe in iras, teque languentem excita,
Penitusque veteres pectore ex imo impetus
Violentus hauri.

apud eumdem in Phoeniſſ. 583.

——— *tam ferum & durum geris*
Saevumque in iras pectus, & nondum imperas?

& alibi ſaepius.

6. *Et lingua qua*] Lego, *Et lingua, qua ſat ſim tibi.* hoc eſt, qua tibi ſufficiam, qua tibi ſuperſim. SCALIGER. Scaligeri conjecturam admittebat Toilius. Fruterius dimetro huic ad majorem vehementiam addit, *qua adſim, adſim tibi.* Salmaſius, *qua haud deſim tibi.* Scriverius, *Et lingua qua qua adſum tibi.* poſſet etiam legi, *qua par ſim tibi.* niſi id a vulgata ſcriptura nimis recedat. vel cum Cl. Oudendorpio *qua jam adſim tibi.* cujus notae ad Sueton. Aug. cap. 51. ubi occurrit, *ſciat & me linguam habere*, haec illuſtrabunt.

7. *Et proſtitutae turpe contubernium,*
Sororis, ô quid me incitas!]

in cod. Voſſ. ed. Vicent. Ven. & Brix. legebatur,

Et preſtite turpe contubernium,
Sororis. quid me incitas?

niſi quod in Vicentina *quin me incitas?* Scriverius legebat, *Heic proſtitutae,* &c. in ſequentibus, *improbande Caeſaris? Sed furtim* cod. Voſſian.

10. *Sed furta dicantur tua*] *Si furta* Scriverius.

11. *Et belluato ſera patrimonio*] Alluſum ad Heſiodium:

— δειλὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ. SCALIGER.

levato cod. Voſſ. ed. Vicent. Ven. & Brix. quae *ſaeva* pro *ſera* habent. vitioſe. *ſera* enim *parſimonia* eſt δειλὴ φειδώ in loco Heſiodi, a Scaligero indicato, in ἔργ. καὶ ἡμέρ. v. 367. ad quem vide D. Heinſii notas, qui cum hoc verſu id etiam confert, & δειλὴ recte legit pro δεινὴ, ut produxerat etiam Eraſm. in Chiliad. Adag. pag. 636. *belluatum* autem *patrimonium* pro decocto, exinanito, ut apud Cic. pro Sext. cap. XI. *belluo patriae, nam quid ego patrimonii dicam, quod ille, cum quaſi quaeſtum faceret, amiſit?* ubi vide Abramium.

14. *Udaeque*] *uequè* cod. Voſſ.

15. *Et inſcio repente*] Ut de liberto impuro impuri Neronis, quem in foeminae naturam mutare volebat herus: & ei Epithalamium accini juſſit. Forſan ille verſus Anacreontis apud Ammonium de talibus nuptiis accipiendus eſt: Καὶ θάλαμος, ἐν ᾧ κεῖνος οὐκ ἔγημεν, ἀλλ' ἐγήματο. Niſi ſenſit Anacreon de uxorio homine. Nam qui ſub uxoris imperio vivebant, eos *nubere* dicebant. Pomponius Atellanus:

Herus meus nupſit cuidam vetulae varicoſae Afrae.

Thalaſſio hic bis repetitum eſt, ut in quodam Epigrammate jambico ter repetiſſe Virgilium auctor

Ma-

Thalaſſio, Thalaſſio!
Quid palluiſti femina? an joci dolent?
An facta cognoſcis tua?
Non me vocabis pulchra per Cotyttia
Ad feriatos faſcinos.
Nec dein movere lumbos in crocotulam
Prenſis videbo altaribus,
Flavum prope Thybrim & olentis nauticum

Vo-

Marius Victorinus: *Thalaſſio, Thalaſſio, Thalaſſio.* SCALIGER.

Ibid. *Et inſcio repente clamatum ſuper,*] ita reſtituendum conjeceram, antequam Aldum ſic ediidiſſe videram. vitioſe enim in editione Scaligerana, *clamatum ſemper.* quod metri lex rejicit, quae penultimam brevem deſiderat, ſuadetque *ſuper* legi vox *inſcio*, id eſt jacenti, & vino ac nequitia ſopito ſuper adclamatum fuit *Thalaſſio, Thalaſſio.* & hoc firmatur a codice Voſſiano, in quo *clamatum* in*ſuper.* probante Tollio. corruptiſſime in ed. Vicent. Ven. & Brixienſi,

Vel acta puero cum viris communia,
Ut per ſomnium . . . vates
Et ruſcio repente clamatum ſuper
Thalaſio, Thalaſio.

niſi quod *perſonum* in Vicent. pro *per ſomnum.* reliqua hujus carminis in iisdem editionibus deſiderantur.

17. *Quid palluiſti foemina? an joci dolent.*] Janus Douza, Dominus Nordovici, hoc modo legendum cenſet: *Quid palluiſti? feminane an loci dolent.* LINDENBROG. *foemina* Scaliger & alii intellexerunt de cinoedo, vel quia ſequuntur *ſacra Cotyttia*, feminis tantum propria. & ſic cepiſſe Scriverium, patet ex ejus emendatione ſequentis verſus. ſed ſequor Douzae conjecturam. proin diſtinguendum,

Quid palluiſti? feminane an loci dolent?

femina ſeu *femora*, frequenter in rebus laſcivis memorantur. notum illud Tibulli Lib. I. El. 9. 26.

Sed corpus tetigiſſe nocet, ſed longa dediſſe
Oſcula, ſed femori conſeruiſſe femur.

ubi ex notis Broukhuſii patebit, veteres *femen* & *femina*, aeque ac *femur* & *femora*, dixiſſe, de quo vid. Heinſ. ad Virg. x. Aen. 788. & Oudend. ad Suetonii Titum p. 874. *loci* etiam Scriverius correxerat, eodem ſenſu, quo in Carminibus liberis Ep. 2.

Dum timet alterius vulnus inepta loci.

quem verſum ſub Ovidii nomine producit Seneca Lib. I. Contr. 2. in fin. ſed in codice Voſſii & Broukhuſiano illic venuſtius legitur *illius loci. locus* autem ſaepe pro parte pudenda. vid. Durant. Caſeli. Lib. II. Variar. cap. XI. Erhard. & Gonſal. ad Petron. cap. 79. in fine. & Keuchen. ad Seren. Samon. v. 695.

19. *Pulchra per Cotyttia*] Corintho Romam invecta haec. Eisque ſolae foeminae intererant, adeo ut conqueratur Canidia Horatium ea in vulgus extuliſſe.

Inultus ut tu riſeris Cotyttia
Vulgata, ſacrum liberi Cupidinis.

Eorum praeſes erat *Cotytto* Dea impudicitiae. Cujus & non abſimilis alia nomine *Cicinnia*, quae in veteri Gloſſario exponitur *θεὰ κιναίδων.* ab eo, puto, quia cinaedi cincinnati. Unde proverbium: *οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ ψηνίζεται.* Apud Horatium tamen vetus interpres Porphyrio legit *Cocytia*, accipitque pro infernis ſacris. quae ſolebant facere maleficae mulieres ad amorem conciliandum. Quae nos in Ciri *Stygialia* dici annotamus. SCALIGER.

Ibid. *Non me vocabis pulchra per Cotyttia*] *Nonne vocabis* cod. Voſſ. Scriverius emendabat,

Non me vocabis, pulcra, per Cotyttia
Haud feriatus faſcinus.

iis, quae erudite Scaliger de ſacris Cotyttiis hic obſervavit, addi merentur notata Politiano Miſcell. cap. x. & D. Heinſio in Lect. Theocr. cap. XI. nomen hujus Deae corruptum in Papiae Vocabulario, ubi legitur, *Cocitos, fuit dea Athenienſium, quam ſolae feminae colebant, quae pſaltriam exercebant.* recte enim Scaliger in margine exemplaris ſui corrigebat, *Cotytto.* quod mendum illic irrepſit, quia de *Cocyto*, ſeu inferno, praeceſſerat gloſſa, ut in loco Horatii Epod. XVI. 56. *Cocytia ſacra*, id eſt infernalia, pro *Cotyttia.* praeferunt Torrentius, aliique. ſed quae hic locum habere nequeunt.

20. *Ad feriatos*] Etiam vetuſtioribus temporibus Romae Mutuno Titinio inequitabant foeminae. vide Feſtum, Arnobium, Auguſtinum: quorum ſane me pudet, pigetque. SCALIGER.

21. *Nec dein movere*] Tranſpoſita, & corrupta. Puto ita:

Movere lumbos nec dein, crocotulae
Prenſis videbo alaribus.

Alaria veſtis exemplo Graecorum, *πτερύγια*: quae & *alae* dicuntur. Sane qui talarem veſtem haberet, in ſaltando ei ſubducenda erat, ut expeditius moveret corpus. Notat eum *θηλυδρίαν, καὶ καταπύγονα*, qui veſte muliebri, hoc eſt, crocota ſaltaret. & ſatis morbum notavit, cum ait:

Quid palluiſti foemina? — SCALIGER.

Movere lumbos ne deinde Erotinam Scriver.

23. *Flavum prope*] Deſperatus locus, cui opem ſcire

Vocare: ubi adpulſae rates
Stant in vadis coeno retentae ſordido;
Macraque luctantes aqua.
Neque in culinam, & uncta compitalia,
Dapesque duces ſordidas:
Quibus repletus ut ſalivoſis aquis
Obeſam ad uxorem redis,

Et

ferre non poſſum. An poteſt. *Flavumque ripae Tibrim olentis nauticum Vocare.* — *Tibrim flavum ripae olentis nauticum:* quae olet nauticum: ut litora portuum, & oſtia fluviorum, quae olent picem, ſentinam, & nauteam: vel, ut ludit Ariſtophanes, ἥτις ὄζη παρασκευῆς νεῶν. Nec videbo te vocare me ad Tibrim flavum ripae olentis, ad feſtum Fortis Fortunae, aut ad diem Annae Perannae: ubi pleraque licentia ἀνέδην vagabatur. Vide Ovid. in Faſtis. An vero?

Fallum ad Priapi turbulenti neutiquam
Vocare? —

turbulenti: explicat Juvenalis de eadem re:

——— *Cum tibia lumbos*
Incitat, & cornu pariter vinoque feruntur
Attonitae, crinemque rotant ululante Priapo.

Non amplius te videbo haec & haec facere? neque vocaris amplius ad Phallum, hoc eſt ad feriatos faſcinos Priapi? Haec mihi inter ſcribendum exciderunt. Non melius comminiſci non potui. SCALIGER.

Ibid. *Flavumque propter Thybrim*] Idem Douza legit:

Flavumque propter Tybrim olentes nauticum.

id eſt, nautas ipſos Tyberinos nauteam olentes. LINDENBR. *Flavi, prope Tybrim olentes nauticum* Scriver. qui etiam *Alveum* conjecerat. *Flavum probe Thybrim* vitioſe in ed. Scalig. legendum cum Cl. Oudendorpio, *Flavum prope & Thybrim te olentes nauticum Vocare.* hoc eſt nautas vocare. qui & paullo ante in *crocotula* malebat. optimam illuſtrando huic loco operam contulit Victorius ad Cic. Lib. v. de Finib. cap. 24. pag. 414. ed. Daviſ. ubi Camerarius & Manutius adpoſite etiam adferunt Ovidii locum ex Lib. vi. Faſt. 776. & de decurſione Tiberina, qua ſollemnitate liberrimae & obſcaenae voluptates prope Tiberim exerceri ſolebant, exponunt.

27. *Neque in culinam*] Quem in ſenſum accipienda ſit culina hoc loco, docet Sex. Pompejus: *Culina*, inquit, *vocatur locus, in quo epulae in funere comburuntur.* Aggenus Urbicus de agrorum controverſiis: *Culinae vocantur in ſuburbiis loca inopum funeribus deſtinata.* Unde *inquilini*. eae, niſi fallor, ſunt, quas ἴπνους Ariſtophanes ἰπνεῖον vocat. Puto & καυστήρια ab Artemidoro dici: γυναιξὶ δὲ ἑταίραις ταῖς ἐπὶ καυστηρίοις ἑστώσαις μίγνυσθαι, μικρὰν αἰσχύνην, καὶ βραχὺ ἀνάλωμα σημαίνει. Nimirum ſentit Artemidorus eas, quas Catullus ait in ſepulcretis, aut in uſtrinis ipſo rapore e rogo caenam. Nihil autem intelligitur per culinam, quam χύτρα. Erant & in aediculis Herculis culinae, ad quas peregre profecturi ſacrificabant, ut patet hac inſcriptione:

HERCULI SAXANO SACRUM SER. SULPITIUS TROPHIMUS AEDEM, ZOTHECAM, CULINAM PECUNIA SUA A SOLO RESTITUIT. IDEMQ. DEDICAVIT K. DECEM. L. TURPILIO DEXTRO M. MAECIO RUFO COSS. EUTUCHIUS SER. PEREGRINANTIA. CURAVIT.

Certum eſt enim peregre profecturos Herculi ſacrificare ſolitos: quod dicebant *propter viam ſacrificare:* hoc eſt, quod Graecis Hiſtoricis ſubinde dicitur, τὰ ἐξιτήρια θύειν. Et inde jocus Catonis apud Macrobium, de eo, qui, poſtquam bona comederat, domum ſuam incenderat. Nam in culinis Herculis quicquid ex pollucta dape reliquum erat, igne abſumebatur. SCALIGER.

Ibid. *Et uncta compitalia*] In Compitalibus enim culinae illae erant, ad quas epulum Laribus ponebatur, quod a pauperibus diripiebatur. Talis Ἑκάτης δεῖπνα apud Graecos. SCALIGER.

28. *Dapesque ducis ſordidas*] *duces* edidi ex cod. Voſſ. & ſic Scriver. *dulcis* Aldus. *ducis* ed. Scalig. *Ditis* emendat Julius Pontedera in Epiſt. Critic. Ep. viii. pag. 103. ubi plura de *culina* funebri.

29. *Quibus repletus*] Dimeter, qui ſequitur, alieno loco irrepſit. ſequenti enim ſubjiciendus. ut ſequens huic, ita:

Quibus repletus ut ſalivoſis aquis
Os uſque lambis ſaviis.

ſalivoſas aquas dicit, ut *ſalivatum* apud Columellam, quicquid ἀναγευμα, hoc eſt, quicquid guſtum reficit. *ſalivam movere* dixit Seneca, hoc eſt guſtum facere. Unde etiam Perſius:

——— *turdorum noſſe ſalivam.*

Facete *os uſque lambis ſaviis*, tanquam ſi aliqua adiciali caena acceptus eſſes, *os lambis ſaviis*, hoc eſt, more canum, qui aliquid ligurierunt, labra etiamnum lambis. Hoc enim canes facere, cum ſapidum aliquid guſtarunt, videmus. *ſavia* enim ſunt labra, ut Plauto:

——— *valgis ductant ſaviis.*

valga

Digitized by Google

Et aeſtuantes docte ſolvis pantices,
  Os uſque lambis ſaviis.
Nunc laede, nunc laceſſe, ſi quidquam vales:
  Et nomen adſcribo tuum.

35. Ci-

valga ſavia, labra diſtorta. Ita enim labris conformatis, ridebant militem. Nam ibi *ſavia*, labra. ne, ſi oſcula interpretaris, ſit, quod Graeci στρεπτὸν φίλημα vocant. Heſych. στρεπτὸν, φίλημα τι ποιὸν σκολιόν. SCALIGER.

Ibid. *Quibus repletus ut ſalivoſis aquis*] & *ſalivoſis* Scriver.

31. *Et aeſtuantes*] Jam admonuimus praecedentem dimetrum huic trimetro ſubjiciendum: ſed & trimeter ipſe mendis non caret, quae ita tolli poſſunt:

Et aeſtuantes nocte ſolvi pantices
  Obeſam ad uxorem redis.

& redis ad obeſam uxorem ſolvi aeſtuantes pantices: ut ſolvas pantices. figura Horatio familiaris. *Pantices* ſunt, quod vulgo vocamus *farcin*, corrupte a farcimine. Nam ita vocat Vegetius. Plautus Pſeudolo:

——— *improbae vino modo cupidae eſtis.*
Et vos, veſtroſque pantices madefacitis.

& Martialis:

Qui cum panticibus laxis, & cum pede grandi
Et rubro pulmone vetus. —

ubi pulmonum φθίσει hominem laborantem intelligere, nihil vetat. Sed ego puto *pulmonem* ibi, & *pantices* idem eſſe, quemadmodum & *pulmunculum* apud Vegetium de re Veterinaria. quod pantices pulmonum ruborem referant. Itaque ſic locus Plauti in Epidico accipiendus eſt:

——— *pedibus pulmoneis*
Qui perbibetur, prius veniſſet, quam tu adveniſti mihi.

ut pedes pulmoneos intelligat, qui panticibus ulceroſi ſunt. niſi referatur ad proverbium πλεύμων, de ſtupido. vel potius dixerit pedes pulmoneos, tumidos. ſicuti Plinius pulmonea quaedam poma vocata ait, id eſt, ut ipſe interpretatur, ſtolide tumentia. In veteri Gloſſario *Pantices* ἴλεα ἐπὶ τραχήλῳ τῶν κτηνῶν exponuntur. SCALIGER.

Ibid. *Et aeſtuantes docte ſolvis pantices,*
  Os uſque lambis ſaviis.]

docte cod. Voſſ. & ed. pr. Ald. recte Salmaſ. & Scriverius *nocte*. *pantices* etiam, pro *pontices*, ut in antiquis editionibus, legebat Fruterius. deinde *Oſiſque lambis ſuaviis* profert, pro quo corrigit *Oſiſque*, quod non capio. *Oſſuſque labiſſanus* in cod. Voſſiano. in utraque editione Aldina vitio operarum *Oſuſque* junctim editum, pro *Os uſque*, ut in ed. Scalig. ſed legendum *Oluſque lambis ſuaviis*, quod praecedentia probant. & *ſuaviis* pro *labiis* ponitur. vide Scalig. ad v. 29. & ſic adfert Colvius ad Apulej. pag. 49. *pantices* recte Scaliger exponit de fartis & diſtentis cibis atque eduliis. quae egregie illuſtrabunt Claverii & Patrui mei notae ad Claudian. Lib. II. in Eutrop. 449. & conferenda cum Scaligeri notatis ſunt ea, quae habet Menagius in Lexico Etymolog. Gall. in *pance*. ubi inter alia locum e Tibulli Priapejo carmine v. 3. adfert, *Latet jacente pantice abditus ſpecus*. ut eum e membrana veteri conſtituit Scaliger. ſed ubi nunc vulgo legitur, *Tepente cum jaceret abditus ſinu*. plura Voſſius in Etymolog. pag. 368.

33. *Nunc laede*] Manifeſto haec oſtendunt ſuperiora per inſultationem dicta eſſe, quaſi ab exprobrante, & per interrogationem efferenda eſſe ita:

Non me vocabis pulchra per Cotyttia
  Ad feriatos faſcinos?
Movere lumbos nec dein, crocotulae
  Prenſis videbo alaribus?
Fallum ad Priapi turbulenti nequiquam
  Vocare, ubi adpulſae rates
Stant in vadis caeno retentae ſordido,
  Macraque luctantes aqua?
Neque in culinam, & uncta compitalia
  Dapeſque ducis ſordidas? SCALIGER.

Ibid. *Nunc laede, nunc laceſſe, ſi quidquam vales:*] ſimile omnino illud Horatii in Caſſium, poëtam maledicum, Epod. VI.

Quin huc inanes, ſi potes, vertis minas,
  Et me remorſurum petis?

quod feliciter imitatus eſt D. Heinſius, egregio Hipponacte in famelicum obtrectatorem pag. 85. Poëm.

Quin huc iter molire? quin minas tandem
  Huc vertis iſtas, & petis remorſurum!

Prudentius Hymn. V. Periſt. 169.

Hunc, hunc laceſſe; hunc diſcute,
  Invictum, inexſuperabilem.

34. *Et nomen adſcribo*] legendum ſine ulla controverſia:

Et nomen adſerito tuum.

improbe enim appellavit, cum cinaedum dixit. SCALIGER. vulgatam vel metri cauſſa non ſollicitandam arbitror. in toto enim carmine nondum illius, quem perſtringit, nomen expreſſerat: nunc, cum ſequatur *Cinaede Luci*, dicit ſe nomen ejus

 ad-

Cinaede Luci, an te reliquerunt opes?
  Fameque genuini crepant?
Videbo habentem praeter ignavos nihil
  Fratres, & iratum Jovem,
Sciſſumque ventrem, & hernioſi patrui
  Pedes inedia turgidos.

Ep. ccxlvii. Domitii Marsi *in Cicuta, de Bavio Curatore.*

Omnia cum Bavio communia frater habebat,
  Unanimi fratres ſicut habere ſolent.

Ru-

adſcribere, ut magis Lucium hunc infamem per ora populi traduceret. Scribendum vero,

En nomen adſcribo tuum,
Cinaede Luci.

ut poſtea vidi conjeciſſe Scriverium, qui ſequenti verſu etiam caſtigabat, *en, te reliquerunt opes.* pariter Ovidius, quum initio Ibidis nomen inimici ſe taciturum dixiſſet v. 9.

Quisquis is eſt, nam nomen adhuc utcumque tacebo.

ubi vid. Salvagn. in fine tamen carminis ei minatur,

Poſtmodo plura leges, ſed nomen habentia verum.

aliter Catullus Ep. lxviii. 45. ubi nomen inimici, ne ſuperbiat, tacet,

——— *quem dicere nolo*
Nomine, ne tollat rubra ſupercilia.

& Ovidius iv. ex P. Ep. 3. 3.

Nomine non utar, ne commendere querela;
Quaeraturque tibi carmine fama meo.

quae veterum loca ante oculos habuiſſe notavi Lotichium Lib. i. Carm. 5. 6.

Me me laceſſe, me pete, ut remordeam, &c.
An nomen addam? nolo, ne ſuperbias.

quibus verſibus hunc ipſum locum etiam cogitaſſe non dubito.

35. *Cinaede Luci, an te reliquerunt opes?*] profert hos duos verſus tamquam ex Priapejis Ach. Statius ad Catull. Ep. 55. ut paſſim ea aetate Turnebus, Fruterius, alii, ita laudant Epigrammata ex illis Catalectis, quae in vetuſtis Virgilii editionibus poſt Priapeja leguntur, tamquam ex iisdem depromta eſſent.

36. *Fameque genuini*] ut famelicis canibus crepare ſolent. Plautus Milite:

Venter creat omnes has aerumnas: auribus
Peraudienda ſunt, ne dentes dentiant.

Graeci id dicunt μυλιᾷν. ut Heſiodus: δεῖπνον μυλιόωντες. In eadem ſignificatione *dentire* Varroni ἴσως ποτὲ ἀπὸ ὀρᾶν, ut & Plauto:

Teges ruina, ne jacentem ſub Deo
Ambeſſet algus dentientem frigore.

Hipponax, βαμβακίζων.

Δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι. κάρτα γὰρ ῥιγῶ,
Καὶ βαμβακίζω ——

ad quos verſus Hipponactis alluſit Ariſtoph. Ὄρνισι.

Οὗτος, σὺ μέν τοι σπολάδα, καὶ χιτῶν᾽ ἔχεις.
Ἀπόδυθι, καὶ δὸς τῷ ποιητῇ τῷ σοφῷ.
Ἔχε τὴν σπολάδα. πάντως δέ μοι ῥιγῶν δοκεῖς.

quod tamen Scholiaſtes aſſequutus non eſt. SCALIGER.

39. *Sciſſumque ventrem*] *Scindere ventrem* ἐπ᾽ αἰσχρῷ dictum eſt. Laberius:

Puero noſtro bilias caedit.

idem intellexit Plautus Caſina:

Effodere hic volt, credo, veſicam villico.

ſic accipiendus jocus Martialis:

Alvum dixit habere ſe ſolutam.

in quem enim ſenſum Martialis dixit *alvum ſolutam,* in eundem noſter poëta *ſciſſum ventrem.* SCALIG.

Ibid. *Hirnioſi*] Repone *hernioſi.* Idem error, qui ſupra. SCALIGER.

40. *Pedes inedia*] Cur inferiores partes famelicis tumeant, vide Ariſtotelem Problematis. Heſiodus Fragmento μεγάλου ποίου per γυιοπαχῆ idem αἰνιγματικῶς intelligit:

Πὰρ δ᾽ ἀχλὺς εἱστήκει ἐπισμυγερή τε, καὶ αἰνή,
Χλωρὴ, αὐσταλέη, λιμῷ καταπεπτηυῖα,
Γυιοπαχής. ——

eodem aenigmate:

—— λεπτῇ ἢ παχὺν πόδα χειρὶ πιέζοις.

hoc eſt, ne fame pereas. Sed τὸ γυιοπαχὲς in Fame eleganter Ovidius deſcribit:

——— *genuumque tumebat*
Orbis, & immodico prodibant tubere tali. SCALIG.

Ep. ccxlvii. Domitii Marsi] Exſtat elegans hoc Domitii Marſi Epigramma de Bavio apud Philargyr. ad Virg. Ecl. iii. v. 90. & edidit Pithoeus p. 455. ed. Pariſ. ſed neglexit Henr. Stephanus in Fragm. Poët. vet. pag. 416. ubi Domitii hujus fragmenta exhibet. de eo operae pretium erit legere notas Broukhuſii ad Tibull. Lib. iv. carm. 15. ubi nonnullas poſtrae

Rura, domum, nummos, atque omnia: denique, ut ajunt,
Corporibus geminis ſpiritus unus erat.

Sed

tae hujus aevi Auguſtaei reliquias collegit, & inter alia e Philargyrio hoc quoque carmen ex Domitii Cicuta; putatque ex uno Marſi Epigrammatum libro eſſe, & ſinguios ſingulis titulis diſcretos prodiiſſe, ut Martialis Xenia & Apophoreta habemus. Ex hoc autem Epigrammate cenſebat Guyetus, Domitium Marſum auctorem Priapejorum eſſe, ut in ejus vita refert Antonius Periander ante Guyeti notas in Terentium. Dubito an vere.

3. *Rura, domum, nummos, ac omnia, denique, ut ajunt,*
Corporibus geminis &c.] non male apud Philargyrium legitur, *ac denique omnia, ut ajunt.* ſic *denique omnia*, poſt alia memorata, apud Cicer. XIII. Philip. cap. 21. *prius undis flamma, ut ait poëta neſcio quis, prius denique omnia, quam aut cum Antoniis Reſp. in gratiam redeat.* & Plinium Lib. VII. Epiſt. 9. *Recipiunt enim amores, odia, iras, miſericordiam, urbanitatem, omnia denique.* Heinſium *nomina* legere adnotavit Patruus meus in Variantibus Servio & Philargyrio ſubjectis. Sed ut praeteream, nihil offendere hiatum in verſu, quem apud Virgilium aliosque poëtas frequentiſſimum eſſe ſaepe Heinſius ipſe ad Maronem obſervavit, addita illa, *ut ajunt*, proverbialem locutionem reſpici oſtendunt. ut apud Cicer. Lib. VIII. ad Fam. Ep. 5. *hominem tibi trado de manu, ut ajunt, in manum.* & Lib. III. de Leg. cap. 16. *Excitabat fluctus in ſimpulo, ut dicitur.* Propert. Lib. II. El. 13. v. 35.

Ah pudeat certe, pudeat, niſi forte, quod ajunt,
Turpis amor ſurdis auribus eſſe ſolet.

ubi vide Broukhuſii notas: & ad Lib. II. El. 23. 113. nam male nonnulli locutionem hanc ut plebejam damnarunt. praeferenda tamen diſtinctio a Pithoeo in hoc verſu exhibita,

——— *ac omnia: denique, ut ajunt,*
Corporibus geminis ſpiritus unus erat.

vel *erant* cum Heinſ. & Broukhuſ. apud quem rectius *atque omnia*, quia *ac omnia* inprobant viri docti. vid. Cel. Oudendorp. ad Suet. Caeſ. cap. 26. pag. 44. qui apud Silium Ital. Lib. XV. v. 147. pro *ac iret* legendum cenſebat *hac iret.* eidem non diſplicebat Heinſii conjectura *nummos ac nomina*, ut per *nummos* intelligat pecuniam foenori datam, & per *nomina* debitores. ſed eodem modo *omnia* de iis, quae duobus paria, apud Statium Lib. VI. Theb. 343. de geminis Jaſonis filiis Thoa & Euneo:

——— *geminis eadem omnia, vultus,*
Currus, equi, veſtes, par & concordia voti.

certe *denique* ad ſequentia referendum puto, & quia addit, *ut ajunt*, reſpici poteſt ad locutionem proverbialem, quae de duobus & paribus amicis, mutua familiaritate conjunctiſſimis, obvia eſt, *unam animam duobus corporibus ineſſe.* ut in illo Juſtini Lib. XLIV. cap. 4. de Geryone: *Porro Geryonem ipſum non triplicis naturae fuiſſe ferunt, ſed tres fratres tantae concordiae extitiſſe, ut uno animo omnes regi viderentur.* hoc eſt corporibus trinis unus eſſet ſpiritus, ut hic ait Domitius Marſus. ex quo Juſtini loco lucem egregiam capiunt illa in ſequenti Epigrammate,

Serranum, Vegetumque ſimul, junctumque duobus
Herogenem, caros adſpice Geryonas.
Eſſe putes fratres, tanta pietate fruuntur,
Immo neges, ſic eſt in tribus unus amor.

Leander apud Ovid. Epiſt. XVIII. 126.

Hei mihi cur animo juncti ſecernimur undis,
Unaque mens, tellus non habet una duos.

hinc ſaepe *dimidium animae, animae portionem*, &c. ſe invicem vocant amantes. vide Schotti notas ad Ennodium Lib. III. Epiſt. 9. Tollii ad Auſon. p. 778. & N. Heinſii ad Ovid. I. ex P. 6. 17. Si tamen magis adrideat altera lectio, quae apud Philargyrium exſtat: *ac denique omnia, ut ajunt.* ſubintelligi debet ex praecedentibus *communia* habebant. quomodo etiam legebat Broukhuſius in notis MSS. ad Philarg. ut reſpiciat vel ad notiſſimum illud Graecorum adagium, πάντα φιλῶν κοινά: vel, quod magis placet, ad proverbium, quo amicus intimus & familiariſſimus dicitur *omnia alicui eſſe*, τὰ πάντα εἶναι, ut apud Petronium cap. XXXVII. *Trimalchioni τὰ πάντα eſt.* ubi locutionem hanc copioſe illuſtrant eruditorum notae. & adpoſite ad hunc locum Pithoeus ibidem adfert ex Ovidii Epiſt. Medeae v. 161.

Deſeror, amiſſis regno, patriaque, domoque,
Conjuge, qui nobis omnia ſolus erat.

quibus adde Lipſii & N. Heinſii notas ad Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 103. ubi legunt, *Tentemus id unum dixiſſe, quam ille omnia omnibus fuerit.* Auſonius in Gratiar. Act. p. 705. ed. Toll. *unus mihi omnia Gratianus.* vide & Broukh. ad Tibull. Lib. I. El. 5. v. 30. Vulp. ad Catull. carm. CX. & Cort. ad Salluſt. Jug. c. 43. §. 2. qui ad Plin. Lib. IV. Ep. 27. notat ſe pluribus hanc locutionem illuſtraſſe ad illud Lucani Lib. III. 108. *Omnia Caeſar erat.* non diverſa eadem in re eſt frequens apud Ciceronem locutio, *in eo mihi ſunt omnia*, de ſummo & fideliſſimo amico. ut Lib. II. ad Fam. Epiſt. 8. & Lib. XV. Ep. 14. *Sic velim enitare, quaſi in eo ſint mihi omnia.* ex quibus locis patet, bene a Petro Victorio emendatum eſſe Lib. II. Epiſt. 6. ubi de Milone: *Neque vero cuiquam ſalutem ac fortunas ſuas tantae curae fuiſſe umquam puto, quantae mihi ſit honos ejus, in quo omnia mea poſita eſſe decrevi.* ubi legebatur in aliis editionibus, *in quo omnia mea ſtudia poſita eſſe decrevi.* ſed quam vocem recte ejecit,

 a

Sed poſtquam alterius mulier * concubitum *
Novit, depoſuit alter amicitiam.

a librariis intempeſtive ex praecedentibus repetitam, ubi habetur, *Egò omnia mea ſtudia, omnem operam, & curam* &c. ut locum inſpicienti patebit.

5. *Sed poſtquam alterius mulier * concubitum*] locum vitioſum ac mutilum eſſe arguunt aſteriſci in ed. Pithoeana adpoſiti. Scriverius tentabat,

Sed poſtquam alterius mulierem concubitu alter
Novit.

ut *noſcere* ſenſu nequiore ſumatur. & forte hic idem vir doctus eſt, quem ita caſtigare notavit Broukhuſius ad Tibull. ſed quam emendationem, licet ſenſum non malum conſtituat, recte tamen inprobat propter penultimam in *mulierem* productam. Quod autem Barthius Lib. x. Adverſ. cap. 2. ſuppleat,

Sed poſtquam alterius mulier curata Cicutam
Novit &c.

ut *curata* reſpiciat ad Bavii *Curatoris*, id eſt Medici, nomen, & *cicuta* ad titulum poëmatis Domitii Marſi *in Cicuta*, unde hi verſus ſervati ſunt, id equidem nobis tam ingenioſum videtur, ut Bavio Curatore indigeat, cum nihil ſalſi, acuti, aut Romani in hac emendatione ſe commendet, quomodo ipſe de toto hoc Epigrammate judicat, & fictitium, Marſoque Domitio a quodam impoſtore adſcriptum cenſet. *Cicuta* aptum levitati materiae titulum eſſe, quia ex hoc carmine adparet librum Epigrammatum fuiſſe ac luſuum hilariorum, ut ſuperiore ſeculo Eques Marinus Idylliis ſuis nomen fecit *la Sampogna*, notaverat Broukhuſius ad Philargyrium in ed. P. Danielis. aliter vero haec producit Freherus Lib. 1. Parerg. cap. 5. & quidem hoc modo:

Sed mulier poſtquam alterius concumbere nota
Alteri erat, poſuit alter amicitiam.

tum cetera Epilogi loco adjecta ita exhibet:

Ardent tunc ira: atque animo concorde ſoluto
Accipiunt dominos tunc duo regna ſuos.

quae an ex ingenio interpolaverit, an ex codice quodam hauſerit, neſcio. apud Pithoeum vero portentoſe corrupta epigrammati huic ſubjiciuntur,

* *& omnia tunc * ira tunc deſoluta.*
* *omnia nova regna * duos accipiunt.*

& pro *ira* in marg. *ara*, & *duas* pro *duos*. ſed per me licet ut haec ultima, tamquam pannus a mala manu adſutus, abjiciantur, certe apud Philargyrium non occurrunt, ideoque ea omiſi. Ceterum emendatius alter ille verſus apud eumdem Philargyrium ſic legitur:

Sed poſtquam alterius mulier communis utrique.

quod ſenſum hic quidem commodum facit, ſed in ſequenti verſu illud *Novit* non habet quo referatur, quod in mendo cubare opinor: & pro *alterius* neſcio an non praeſtiterit *alternis*, vicibus nempe. deinde pro *Nouit* forſan ſcriptum fuerit *No . . . uit*, ut | ſeparata fuerint duarum vocum corruptarum fragmina, quae dein coaluerunt. unde caſtigandum conjicio,

Sed poſtquam alternis mulier communis utrique
Nota fuit, poſuit alter amicitiam.

nam *poſuit* pro *depoſuit* apud Freherum legitur. *mulier communis* eſt, ut in Carminibus liberis Epigr. XXXIV. *Communis ſatis omnibus futura.* & in verſu Enniano,

Ludens datatim dat ſe & communem facit.

& apud Petron. cap. 105. *inter cetera apud communem amicam conſumſerunt pecuniam meam.* ubi vide Gonſalium. *nota fuit utrique*, locutio eſt hac in re propia, ut *noſcere* apud Juſtin. XXVII. 3. §. 11. *opera cujusdam meretricis adjutus, quam familiarius noverat.* & hinc *nota mulier* in deteriorem partem pro inpudica. ut Clodia *mulier nonſolum nobilis, ſed etiam nota*, Ciceroni pro Coelio cap. XIII. ubi vid. Manut. & Abramium. & ſic *noſcere* apud Catullum nonnulli exponunt eodem ſenſu, de paſſere Lesbiae,

——— *ſuamque norat*
Ipſam tam bene, quam puella, matrem.

ſed quod illic inoportunum videtur. denique *alterius* & *alternis* alibi quoque non raro a librariis permutantur. ut apud Claudian. II. in Eutrop. 588. vide Philandr. ad Vitruv. Lib. x. pag. 427. apud Joſephum Iſcanium Lib. I. de Bell. Troj. 526.

——— *ſic alternis concurritur undis,*
Sic crebras iterant voces, ſic jurgia miſcent.

ita lege ex vetuſta Antverp. & Baſil. edit. male in aliis *alterius*. *alternis* autem pro invicem. notum illud Virgilii, *Alternis dicetis, amant alterna Camenae.* in vet. Epigr. apud Pith. Lib. I. pag. 34.

Illic alternis depugnat pontus & aër.

Statius Lib. III. Sylv. 3. v. 50. *vice cuncta reguntur Alternisque premunt.* Lib. I. Theb. 410. *paulum alternis in verba minasque Cunctantur.* ubi Lutatius: *Alternis, mutua vice, adverbium pro invicem.* Idem x. Theb. 745. *Demus ut alternis (placet hoc tibi fulminis auctor) Oedipodionii mutent diademata fratres.* Gloſſarium Voſſianum MS. *Alternis, viciſſim, aut mutuis. Alternis agunt, non ſimul agunt. Alternum, vivum.* Lege, *Alternum, mutuum.* vel *in vicem.* & ſic corrigendum in Gloſſis Placidi. aliud Gloſſarium MS. Leidenſe, *Alternis, vicibus, modo hoc, modo illud, vel diverſis, mutuis.* & ſic in aliis Gloſſariis ineditis. vid. G. Fabric. ad Senec. Agam. v. 819. & Cl. Abr. Gronov. ad Juſtin. Lib. II. 4. 12. Cel. tamen Oudendorpius legendum conjiciebat,

Sed poſtquam alterius mulier communis, utrique
Nubſit, depoſuit alter amicitiam.

vel

EP. CCXLVIII. *de Serrano, Vegeto, & Herogene.*

Serranum, Vegetumque ſimul, junctumque duobus
 Herogenem, caros adſpice Geryonas.
Eſſe putes fratres, tanta pietate fruuntur.
 Immo neges, ſic eſt in tribus unus amor.
Triga mihi paucos inter dilecta ſodales.
 Triga ſodalitii pars bene magna mei.

EP. CCXLIX. *de Criſpo.*

Ablatus mihi Criſpus eſt, amici.
Pro quo ſi pretium dari liceret,
Noſtros dividerem libenter annos.
Nunc pars optima me mei reliquit.
Criſpus, praeſidium meum, voluptas,
Pectus, deliciae. nihil ſine illo
Laetum mens mea jam putabit eſſe.
Conſumtus male, debiliſque vivam.
Plus quam dimidium mei receſſit.

EP.

vel *Nubit.* pro quo *Nuvit* ſcriptum cenſet, unde *Novit* fecerunt. *alterius mulier*, uxor vel concubina, quae communis utrique nupſit, ſeu cum utroque concubuit, quaſi & illa, ut cetera, communis eſſet. ſic *mulier* pro concubina vel uxore. de quo vid. ejus notas ad Sueton. Aug. cap. 69. *nubere* vero de quovis concubitu paſſim occurrit, ut notum eſt.

EP. CCXLVIII. *de Serrano, Vegeto,* &c.] ſine ulla inſcriptione edidit Pithoeus Lib. I. p. 41. & Scalig. pag. 211. ſub titulo DE AMICIS. DE TRIBUS AMICIS BONIS inſcribunt ſchedae Scaligeri, & vetus Voſſii codex, qui verſ. ſec. *Herogenen.* & v. 3. *putas.* recte. ſic enim ſolent veteres, ſequente negatione. ut ſupra Lib. I. Epigr. 48.

Eſſe putas marmor, latet hic cum Caſtore Pollux.

Martialis Lib. IV. Ep. 53.

Eſſe putas Cynicum, deceptus imagine falſa.
 Non eſt hic Cynicus, Coſme, quid ergo? Canis.

2. *caros adſpice Geryonas*] *Geryonas* vocat tres fratres mutuo amore conjunctiſſimos. quod explicandum ex fabula Geryonae, ita ut eam intelligendam ſcribit Juſtinus Lib. XLIV. cap. 4. *Porro Geryonem ipſum non triplicis naturae, ut fabulis proditur, fuiſſe ferunt, ſed tres fratres tantae concordiae exſtitiſſe, ut uno animo omnes regi viderentur.* vide ad Epigramma praecedens Domitii Marſi v. 3.

6. *Triga ſodalitii pars bene magna mei*] *par bene magna* cod. Voſſ. & ſchedae Scaligeri, ſed *pars* correxit in marg. *pars veneranda* Scriverius in Anecd. Philog. cap. III. male. *pars bene magna* locutio poëtis frequens. vide Heinſ. ad Ovid. I. Triſt. 7. 15. ſic *bene multa* in Epiſt. XV. v. 67.

Nunc quoque quod monui bene multa fideliter, odit.
de locutione *triga ſodalitii*, ut *biga*, *quadriga* &c. de numero ternario, binario &c. vide Scalig. ad Propert. p. 212.

EP. CCXLIX. *de Criſpo*] apud Pithoeum ibidem, & Scalig. pag. 212. DE AMICO MORTUO titulus in cod. Voſſ. & ſchedis Scaligeri. in quibus verſu primo ex v. c. *Ablatus mihi Criſpus eſt a mihi.* ſed *amici* correctum in marg.

2. *Pro quo ſi pretium dari liceret*] Sic in veteri Epigrammate,

Si penſare animas ſinerent crudelia fata,
 Et poſſet redimi morte aliena ſalus.
Quantulacumque meae debentur tempora vitae,
 Penſaſſem pro te, cara Homonoea, libens
LINDENBR.

4. *Nunc pars optima me mei reliquit*] *par optima* vitioſe ex v. c. in ſchedis Scaligeri. ſed *pars* in marg. vide Barth. Lib. XIX. Adverſ. 17. & Heinſ. ad Ovid. I. ex P. El. 6. 17.

6. *nihil ſine illo Laetum mens mea jam putabit eſſe*] *nil ſine illo Laetum mens mea jam putavit eſſe Conſumtus jam male* &c. Cod. Voſſ. *putavit* male in ſchedis & ed. Scalig.

9. *Plus quam dimidium mei receſſit*] *Poſtquam* in notulis ſuis conjiciebat Pith. & Scriver. bene.

 EP.

Ep. ccl. *In Commentarium* L. Crassitii *Grammatici in Smyrnam* C. Helvii Cinnae.

Uni Craſſitio ſe credere Smyrna probavit.
  Deſinite indocti conjugio hanc petere.
Soli Craſſitio ſe dixit nubere velle.
  Intima cui ſoli nota ſua extiterint.

Ep. ccli. C. Helvii Cinnae.

Haec tibi Arataeis multum vigilata lucernis

Car-

Ep. ccl. *In Commentarium* L. Crassitii *Grammatici in Smyrnam* C. Helvii Cinnae] ita dederunt hoc Epigramma Pithoeus pag. 59. & Scalig. Lib. I. pag. 227. quod in Smyrnam, obſcuriſſimum Cinnae poëma, luculento Commentario a L. Craſſitio Grammatico illuſtratum, ſervavit Sueton. de Illuſtr. Gramm. cap. 18. vide Salvagn. Proleg. ad Ovidii Ibin cap. 1. in fine. de obſcuritate Smyrnae, poëmatis Cinnae, agit Philargyrius ad Virg. Ecl. IX. 35. ubi e Catullo & Quinctiliano (Lib. X. c. 4.) refert, illud ab auctore ſuo per novem annos preſſum elaboratumque fuiſſe, eoque reſpicere Horatium in Art. Poët. *nonumque prematur in annum.* licet Servius ibidem *decem* annos tradat. Quod vero addat, nonnullos ejus aetatis Grammaticos ex enarratione obſcuri hujus poëmatis magnam gloriam conſecutos, ſine dubio ad hunc Luc. Craſſitium referendum eſt. Catulli Epigramma, quod idem innuit Philargyrius, eſt Ep. XCVI. & incipit,

Smyrna mei Cinnae nonam poſt denique meſſem,
  Quam coepta eſt, nonamque edita poſt biemem.

unde firmatur, quod Philargyrius de poëmate Cinnae per novem annos laborato tradit, & tempore Catulli vixiſſe hunc poëtam, probatur. vide illic Mureti & Scaligeri notas. ſed errare puto Guyetum, qui hoc ipſum Epigramma in Commentarium Craſſitii ad Cinnae Smyrnam ſcriptum, Catullo etiam adtribuebat, quum Cinna quidem Catullo aetate par fuerit, non item Craſſitius, ejus Commentator, quem paullo juniorem exiſtimo, quia Suetonius dicit eum docuiſſe Jul. Antonium TriumViri filium (cujus filium M. Antonium memorat ſub Claudio cap. XI.) & conparatum fuiſſe Verrio Flacco, quem ſub Tiberio deceſſiſſe Suetonius teſtatur, qui eum ante Craſſitium recenſet. Catulli tamen genium peritiſſime expreſſit, quicumque hujus Epigrammatis auctor ſit, certe vetuſtiſſimus. Myrrhae inceſtam libidinem, qua Cinyram patrem deperiit, inter alia hoc poëmate deſcripſiſſe Cinnam, & ſemper dicendum eſſe *C. Helvium*, non autem *Aelium*. notat Giſan. Ind. Lucret. pag. 430. & ſic vocatur Gellio Lib. XIX. cap. 13. ubi duos Cinnae phaleucos adfert. de quibus alibi. male igitur Pithoeus & Scaliger ſequens Epigramma ediderunt cum titulo C. Aelii Cinnae. licet in margine Helvii in ed. Lugd. Scalig. & Pith. Myrrham vero etiam Smyrnam dictam, & inde in hoc Epigrammate in Craſſitium tamquam de muliere vel puella ſermonem eſſe notat Turneb. Lib. XVII. Adverſ. 17. Ceterum fragmenta quaedam ex Smyrna Cinnae ab antiquis laudata protulit Patruus meus ad Ovid. X. Met. 298. nonnihil diverſa ab iis quae collegerunt H. Stephan. in Fragm. vet. Poët. pag. 413. Gyraldus Dial. X. de Poët. Hiſt. p. 510. & 511. & Crinitus Lib. II. de Poët. Lat. cap. 30. quaeque a Barthio emendantur Lib. IV. Adverſ. cap. 20. huic tamen Cinnae perperam Scaliger & Joh. Iſ. Pontanus adſcribebant Epigramma in Pompejum, quod ſupra editum Lib. II. Ep. 47. male etiam Iſidorus Lib. XIX. Orig. c. 33. ſub Cinnae nomine adfert hunc verſum, *ſtrophio lactantes cincta papillas*, quod in errorem adduxit J. Douzam Fil. notis ad Catull. cap. VI. ubi ex Catullo emendat in iſto fragmento *vincta*, eum ipſius Catulli verſus ſit, ſed memoriae lapſu Cinnae ab Iſidoro tributus, ut recte notavit Grotius ad Germanici Imag. pag. 39.

Ep. ccli. *Haec tibi Arataeis multum vigilata lucernis* &c.] Hoc Cinnae ipſius Epigramma oportuniori hic loco inſerendum & praecedenti ſubjungendum exiſtimavi, quam quo illud a priori longe diviſum ſejunctumque ediderant Pithoeus Lib. IV. p. 150. & Scaliger p. 213. debentur autem hi verſus Iſidoro Lib. VI. Orig. 12. ubi vitioſe in vulgatis editionibus leguntur: & aliter eos adfert H. Grotius initio notarum ad Arati Phaenomena. Barthius vero Lib. IV. Adverſ. cap. 20. explicat hoc Cinnae Epigramma de Arato a ſe Latine verſo, quam interpretationem ſuam peregre veniens Cinna amico munus adfert. *invigilata* apud Iſidorum tam in vulgatis editionibus, quam antiquiſſimo cod. MS. eum quo contulit Heinſius. & ſic adferunt Gyraldus, Grotius, Barthius, aliique. ſed alterum probatur e Statio Lib. IV. Sylv. 6. 25.

Hic tibi quae docto multum vigilata Myroni &c.

quod

Digitized by Google

Carmina, quîs ignes movimus aërios,
Levis in aridulo malvae deſcripta libello
Pruſiaca vexi munera navicula.

EP. CCLII. *de Cornelio Celſo.*

Dictantes medici quandoque & Apollinis artes
Muſas Romano juſſimus ore loqui.
Nec minus eſt nobis per pauca volumina famae,
Quam quos nulla ſatis bibliotheca capit.

EP. CCLIII. C. PLINII CAECILII SECUNDI, *de Libris Aſinii Galli, & Epigrammate Ciceronis.*

Quum libros Galli legerem, quibus ille parenti

De

quod ex hoc Cinnae loco imitatum eſſe Papinium recte notat Marklandus. idem Statius prope finem Thebaïdos:

O mihi biſſenos multum vigilata per annos Thebaï &c.

Virgilius in Ciri v. 46.

Accipe dona meo multum vigilata labore.

2. *Carmina, quis ignes movimus aërios*] in vetuſto Iſidori cod. MS. *quae ignes novimus aëreos.* al. *quae ſignis novimus aëriis.* Gyraldus & Grotius adferunt, *quis ignes novimus aëthereos.* in duobus MSS. Leidenſibus & ed. Scalig. etiam eſt *novimus aërios.* ſed recte *movimus* edidit Pithoeus. idque praefert Barthius, quia verſionem Arati a ſe factam indicat, & *movere* poëticum ſit pro decantare. ut in illo Virgilii VII. Aen. 45. *Majus opus moveo.* ita apud Ovid. Epiſt. VII. v. 4.

Nec, quia te noſtra ſperem prece poſſe moveri,
Adloquor, adverſo movimus iſta Deo,

ubi in MSS. etiam *novimus.* ſed recte contra Heinſium, *vovimus* emendantem, vulgatam vindicavit Patruus, licet pro *moveri* priore verſu mallem *teneri*, id eſt ab itinere retineri, quia *moveri* & *movimus* nimis vicina offendunt. ita *movere cantus* apud Virg. VII. 641. & X. 163. & *carmen ore ſacro movere* Ovid. XIV. Met. 21. & alibi.

3. *Levis in aridulo malvae deſcripta libello*] *inaridulo* vitioſe apud Iſidor. *conſcripta* adfert Grotius. in malvarum ſylveſtrium foliis ſcripſiſſe veteres ex hoc ipſo Cinnae Epigrammate probant Caſaub. ad Aeneam Tact. pag. 85. Voſſ. I. de Art. Gram. cap. 36. Hugo de prima ſcrib. orig. pag. 77. & alii. & hinc Guillandinus de Papyro pag. 48. & 49. apud Plinium Lib. XIII. cap. XI. legit, *in malvarum foliis primo ſcriptitatum.* ubi in aliis *palmarum.* vide illic Harduini notas. & praecipue haec illuſtrabunt quae Illuſtris Cuperus huc facientia ſcripſit in Epiſtola ad Montfauconium inter ejus Epiſtolas Gallicas XVIII. pag. 55.

4. *Pruſiaca vexi*] ſic ed. Scalig. & Pith. *Perſica vexi* in nonnullis MSS. & edd. Iſidori. *Perſica convexit* adfert Grotius. ſed *Pruſiaca* in duobus codicibus Leidenſibus, quos inter unus vetuſtiſſimus eſt, legi monuit Cel. Oudendorpius, & pro Bithyna recte exponebat, ut apud Horatium Lib. I. od. 35. *Bithyna carina.* & ναῦς Βιθυνὶς Aeliano Lib. XII. de Anim. cap. 23. tali enim navi utebantur Romani ob frequentiſſimam illuc navigationem, quia Bithynia mercium opulentia erat celeberrima, & hinc multae illic fiebant naves onerariae. vid. Interpretes ad Horat. Lib. III. od. 7. 3. & Lib. I. Epiſt. 6. 33. & Bentlej. ad Manil. Lib. IV. 761.

EP. CCLII. *de Cornelio Celſo*] ita inſcripſi, non CORNELII CELSI, ut edidit Pithoeus Lib. II. p. 38. non enim eſt ipſius Celſi, ſed Scholaſtici cujusdam poëtae medio forſan aevo de Celſo ſcriptum.

1. *Dictantes medici*] *Sectantes* legendum conjiciebat Cl. Schraderus. ſed vulgatam ſervabat Cel. Oudendorpius, quia ex latinitate illius aevi *dictare* ſaepiſſime ponebatur pro ſcribere, ut Celſus ſcripſit artem medicam Latino ſermone. ſic *loquendi dictandique* apud Iſidor. Lib. I. Orig. cap. 3. vide Heuman. in Miſcell. Lipſ. Vol. III. P. I. Diſſ. 6. & quae ſupra notavi ad Lib. I. carm. 173. init.

EP. CCLIII. *Quum libros Galli legerem* &c.] edidit Scaliger in Catalect. pag. 207. verſus hos Plinii, qui exſtant in ejus Lib. VII. Epiſt. 4. unde patet indicari Aſinii Galli librum de comparatione Patris ſui Aſinii Pollionis & Ciceronis, & Epigramma Ciceronis in Tyronem alumnum & libertum ſuum. illum vero Aſinii Galli librum refutaſſe Imperatorem Claudium, & Ciceronis defenſionem ſatis eruditam ſcripſiſſe teſtatur Sueton. cap. 41. ubi plura de iis vide apud Beroald. & Torrent. qui locum hunc non praeterierunt. Aſinius hic Gallus idem, cujus Epigramma in M. Pomponium Marcellum Grammaticum edidi ſupra Ep. CCXLI. quia vere

De Cicerone dare eſt auſus palmamque, decusque:
Laſcivum inveni luſum Ciceronis, & illo
Spectandum genio, quo ſeria condidit, & quo
Humanis ſalibus multo varioque lepore
Magnorum oſtendit mentes gaudere virorum.
Nam queritur, quod fraude mala fruſtratus amantem
Paucula coenato ſibi debita ſavia Tyro
Tempore nocturno ſubtraxerit. His ego lectis
Cur poſthac, inquam, noſtros celamus amores?
Nullumque in medium timidi damus? atque fatemur
Tyroniſque dolos, Tyronis noſſe fugaces
Blanditias, & furta novas addentia flammas?

EP. CCLIV. SENTII AUGURINI *de Plinio Secundo.*

Canto carmina verſibus minutis,
His olim quibus & meus Catullus,
Et Calvus, vetereſque. Sed quid ad me?

Unus

ro in hoc Plinii carmen ſcriptum eſt Sentii Augurini hendecaſyllabon, & alterum alteri mutuam lucem adſerat, ideo id huic ſubjunxi, licet locis valde diverſis exſtent apud Plinium, & in Catalectis Scaligeri.

2. *De Cicerone dare eſt auſus*] in quibusdam Plinii editionibus ſcriptum eſt, *Auſus de Cicerone dare.* pro quo doctiſſimus Iſaacus Caſaubonus legit *dare eſt.* vetus autem editio habet *daret.* quod ego reponendum cenſeo. LINDENBR. in antiqua Plinii ed. Neapol. an. 1476. ab Ampliſſimo Ger. Meermanno mecum communicata inveni,

Cum Galli libros legerem, quibus ille parenti
Auſus de Cicerone daret palmamque, decusque.

ſed expreſſi lectionem a Scaligero editam. *Auſus de Cicerone dare eſt palmamque decusque* adſcripſerat Ger. Voſſius ad Pontani notas in Macrob. VII. Sat. cap. 15. ubi ille emendat *Plauſus de Cicerone daret.* quomodo etiam conjecerat Heinſius. vel, *Prorſus de Cicerone daret palmamque decusque*, quia *Rurſus de Cicerone daret* in cod. Plinii Mediceo. quod indicaret Gallum & alibi id feciſſe. Patruus in notis ad Lucan. IV. 447. tentabat,

——— *quibus illê parentis*
Muſis de Cicerone daret palmamque decusque.

ubi Cortium metri neglectum *Auſus de Cicerone dare palmamque*, perfracte tuentem jure refutat. forte & legendum, *prae Cicerone.* deinde *Laſcivum inveni verſum Ciceronis* in cod. Leidenſi, & marg. ed. Cratandri. male. nam *epigramma Ciceronis in Tyronem ſuum* vocat Plinius. v. 4. *Spectandum ingenio* ed. Neap.

8. *Paucula coenato ſibi debita*] *tibi* ed. Neap. & ſeq. verſu, *ſubtraxerat.* & paullo poſt, *Cur poſt haec.*

11. *Nullumque in medium timidi damus?*] *Nullique* Caſaub. *Nilque horum* conjecit Heinſ. vel *Nihilumque in medium* &c. ut apud Horat. II. Sat. 3. 54. *nihilum metuenda timentis.*

12. *Tyronis noſſe fugaces Blanditias*] ſic codex Plinii Medic. *noſce* ed. Neap. & Ald. Caſaubonus legebat *Tyroniasque fugaces Blanditias.* quod non intelligere ſe notaverat Heinſius. *Tyroninasque* Hearnius, pro Tyronis fugacis blanditiis. Heinſius *Tyronis & usque fugaces.* vel vulgatam *Tyronis noſſe* ſervandam cenſebat, nam & Plinio aeque ac Ciceroni libertus Tyro. v. ult. *futura* vitioſe in ed. Neap. pro *furta.*

EP. CCLIV. SENTII AUGURINI] ſervavit nobis hos Sentii Augurini hendecaſyllabos Plinius Secundus Lib. IV. Epiſt. 27. ubi doctorum notae adhibendae. Exſtant & in Catalectis Scaligeri p. 227. & a Barthio Lib. XXXV. Adverſ. cap. 20. varie emendantur, licet cum Grutero ex Specimine hoc facultatis poëticae Sentii Augurini ita judicet de ceteris ejus deperditis Carminibus, ut jacturam eorum aequiore animo ferendam cenſeat, ſi reliqua his ſimilia fuerint.

2. ——— *quibus & meus Catullus,*
Et Calvus, veteresque. Sed quid ad me?]
veteres quid o ſed ad me? Mediceus Plinii codex. & ſic legebat Heinſius, vel *ſed hi quid ad me?* Calvum hunc Catullo plerumque adſociatum a veteribus laudari, quia eodem carminum genere, Epigrammatibus praeſertim amatoriis, excelluit, notavi ad Lotich. Lib. I. Carm. 27. 18. ubi plura de Licinio hoc Calvo.

4.

Unus Plinius eſt mihi priores.
Mavult verſiculos foro relicto;
Et quaerit, quod amet, putatque amari.
Ille Plinius, ille. quid Catones?
I, nunc, qui ſapias, amare noli.

EP. CCLV. INCERTI *in Curii Fortunatiani Rhetoricam.*

Quiſquis Rhetorico feſtinat tramite doctus
Ad leges & jura trahi, bene perlegat artis
Hoc opus, & notum faciet per compita callem.

EP. CCLVI. PHOCAE GRAMMATICI *de Arte ſua.*

Ars mea, multorum es, quos ſecula priſca tulerunt:
Sed nova te brevitas adſerit eſſe meam.
Omnia quum veterum ſint explorata libellis,
Multa loqui breviter ſit novitatis opus.

Te

4. *Unus Plinius eſt mihi priores*] Caſaubonum male *priores* retuliſſe ad *verſiculos*, & *putatque amari*, vel *probatque amari* perperam legiſſe notavit Heinſius ad Aldinam Plinii editionem, & in Mediceo legi *prioris*. recte Barthius exponit, omnium veterum inſtar mihi eſt. ut *omnia alicui eſſe*. de quo ſupra ad Epigr. CCXLVII. Domitii Marſi v. 3. nam a vulgata lectione nimis recedit Francii conjectura *eſt loco priorum*. deinde veram lectionem eſſe *quod amet, putatque amari*, patet ex ipſo Plinio Lib. IX. Epiſt. 33. *amari putat, amat ipſe, neuter timet, neuter timetur.*

v. 6. *putatque amari*] citat Heinſius *amare*, & ſequenti verſu legit,

Ille o Plinius, ille quot Catones!
I nunc, quiſquis amas, amare noli.

ut ut acumen prioris emendationis valde arrideat, in ultimo tamen verſu nihil mutandum eſſe cenſeo. *qui ſapias* eſt formula ex elegantiſſimis latinae linguae non ultima. in Priapejis carm. 52.

Quare, qui ſapiet, malo cavebit.

ſic legendum. nam hoc adagiale eſt, *ſi ſapis, malo cavebis*, Plauto in Menaech. Act. I. Sc. 2. Horat. Lib. I. Sat. 9. *loquaces, Si ſapiat, vitet, ſimulac adoleverit aetas.* Idem Plautus in Menaechm. *Jubeas, ſi ſapias, porculum afferri tibi.* Auguſtus Caeſar apud Martialem, *faciam, non puto, ſi ſapiam.* Hi autem verſus Sentii Augurini reſpiciunt carmen illud Plinii, quod apud Scaligerum tit. VI. p. 207. legitur. TOLLIUS.

7. *Ille Plinius, ille. quid Catones?*] *Ille o Plinius, ille, quot Catones?* legebat Heinſius & Barth. ad Stat. XI. Theb. 165. & vide Heinſ. ad Ovid. Epiſt. VI. 118. & in Epiſt. ad Gronov. Tom. III. SylloG. p. 538. licet aliter Voſſius Lib. IV. Inſt. Orat. 4. pag. 175. qui exponit, *Ille Plinius, ille, quod Catones*, pro eo apud me loco Plinius ille eſt, quo olim erant Catones. *quid Catones* in cod. Leid. *Catonem* ed. Neap. an. 1476. moror nempe vel curo. vid. notas Buchneri. *quot catenae* corrupte in altero, quem olim contuli, Leidenſi codice.

8. *I nunc, qui ſapias, amare noli*] ſic editio Catalectorum Scaligeri, & Plinii Aldina. *Nunc quiſquis ſapias* cod. Leid. & editio Baſilienſis Cratandri, *Si nunc quiſquis ſapias* in altero Leid. & ed. Neap. ſed in veterrimo Plinii codice Mediceo eſt, *I nunc, quiſquis amas.* quod ex ſuis membranis praefert etiam Barthius. & probat Rivinus ad Pervig. Ven. p. 141.

EP. CCLV. INCERTI *in Curii Fortunatiani Rhetoricam*] praefixum legitur hoc Epigramma Arti Rhetoricae Curii Fortunatiani inter Rhetores antiquos Fr. Pithoei pag. 38. ediditque frater ejus P. Pithoeus Lib. IV. Epigr. vet. pag. 149.

1. *tramite doctus*] *ductus* Barth. Lib. XIII. Adverſ. 2.

2. *Ad leges & jura trahi*] *Ad cauſſas legesque trahi* habetur in Rhetor. antiq. Fr. Pithoei. ſed alterum vindicant notae Paſrui ad Petron. cap. 108.

EP. CCLVI. PHOCAE GRAMMATICI, *Ars mea, multorum es*, &c.] ibidem edidit Pithoeus hoc Epigramma, quod eodem modo legitur ante Phocae Grammatici Artem, inter Putſchii Grammaticos pag. 1687. niſi quod ultimo verſu illic *contemnat*. & verſu quinto rectius, *Te relegat juvenis, quem garrula pagina terret.* & ſic apud Caſſiodor. de Orthogr. pag. 2279. ubi v. 8. *parvo pondere multa vehens.* viator nempe. quod probo. niſi malis ad librum ipſum referre. verſu quarto *ſit novitatis opus* legebat Heinſius.

Ep.

Te relegant juvenes, quos garrula pagina terret:
Aut ſi quem paucis ſeria noſſe juvat.
Te longinqua petens comitem ſibi ferre viator
Ne dubitet, parvo pondere multa vehis.
Te ſi quis ſcripſiſſe volet, non ulla queretur
Damna, nec ingrati triſte laboris onus.
Eſt quod quisque petat. numquam cenſura diſerti
Hoc contemnet opus, ſi modo livor abeſt.

EP. CCLVII. CITERII SIDONII SYRACUSANI, *de tribus Paſtoribus.*

Almo, Theon, Thyrſis, orti ſub monte Pelori,
Semine diſparili, Laurente, Lacone, Sabino.
Vite Sabine, Lacon ſulco, ſue cognite Laurens.
Thyrſis oves, vitulos Theon egerat, Almo capellas.

Almo

CCLVII. CITERII SIDONII] Hoc ego de paſtoribus epigramma in membranacco codice non inveni: ceterum prima Lugdunenſis editio hunc illi titulum dedit, ex vetuſto illo, ut arbitror, exemplari, EPIGRAMMA DE PASTORIBUS A CITERIO SIDONIO ORATORE FACTUM. In quo vocabulum *Citerii* qui mendoſum putarunt, in *Cytherium* ſtatim mutandum cenſuerunt, quomodo ille ſcribitur, ad quem exſtat Pontii Paulini longum carmen jambicum de Martiniano: ut ſit Graecum plane nomen Κυθήριος, verum *Citerius* a *Citario* non multum abeſt, quem commemoravit Auſonius quartodecimo loco inter Burdigalenſes Profeſſores. Quem tametſi Grammaticum facit, & Siculum Siracuſanum, quum hic Citerius, & Sidonius dicatur, & orator, tamen ſuum Citarium ſcribit Auſonius eximium fuiſſe poëtam. & in iſtis lemmatibus poſſunt pro more quippiam corrupiſſe veteres librarii. At vero quis novit, quid nominis Siculi Perſicive ſit *Citarius*, an integrum, ut ad ipſum alia dirigi debeant. *Almo*, *Theon*, *Thyrſis*, tres ſunt paſtores, ſicut in Hadriani Epigrammate, octaſticho & ipſo, tres Amazones: de quibus multa, ſed omnia terna referuntur, & breviſſime: quod carminis acumen eſt & lepos. Sunt autem Graeca vocabula. Eſt enim *Almon* apud Virgilium ſeptimo Aeneidos, hoc eſt Ἄλμων. unde Citherius *Almo* fecit, quod metro commodius eſſet, quemadmodum *Simo*, *Plato*, *Zeno*, & alia fecerunt Latini ex Σίμων, Πλάτων, Ζήνων. *Pelorum* promontorium eſt Siciliae, in Moſella Auſonii. *Laurentes* & *Sabini* gentes Italiae. *Lacones*, Peloponneſi. Horum mentio in epigrammate Auſonii viceſimo quarto. *Cognite*, pro *cognitus*, ut in Burdigala Auſonii & alibi frequenter. Subulcus ergo & ſuibus dives Laurens pater Almonis. Lacon pater Theonis, arvorum cultor, vinearum Sabina. Sed quid ſibi vult iſtud *Sabina*? Crediderim priore verſu *Sabino* legendum: at hoc *Sabine* pro *Sabinus*, ut *cognite* pro *cognitus*. VINETUS.

De Tribus Paſtoribus] ita inſcripſi, ut ad calcem Auſonii edidit Vinetus, ubi & ſequens Epigramma produxit, cujus notas non negligendas putavi. Legitur & utrumque hoc ſingularis potius quam elegantis artificii Epigramma in Auſonio Scaligeri p. 300. & apud Pithoeum Lib. IV. Epigr. vet. pag. 158. & Scalig. Lib. I. Catalect. p. 231. qui inſcripſerunt, CITERII SIDONII SYRACUSANI. Ferret. in Muſ. Lap. Lib. II. p. 119. & 121. primum in vetuſtiſſimo lapide in Sicilia repertum atque in codicibus Virgilianis ante Bucolica legi, alterum Narbonae in marmore antiquo inciſum, & inde fideliter ab Antonio Molinio Matiſconenſi deſcriptum fuiſſe teſtatur; licet de ejus fide dubitet Fleetwood in Inſcript. p. 323. & inter ſuſpecta hoc referat Fr. Mar. Bonada in Carm. ex Lapid. antiq. collect. Vol. II. p. 544. eumdem hunc Citerium facit Scaliger ac Citarium Siculum Syracuſanum, quem celebrat Auſonius in Profeſſor. Ep. XIII. quod Vineto hic etiam placebat.

1. *Theon*] *Theo* cod. Voſſ. & *Sabina* v. 3. & 4. ut apud Ferret. & Vinetum.

Ibid. *ſub monte Pelori*] *ſub colle* cod. alter Voſſ. & v. 2. *Sabine*.

v. 3. *Vite Sabine*, *Lacon ſulco*, *ſue cognite Laurens*] Puto, *ſcrobe cognite Laurens*. ut Almo vinitor, Theon arator, Thyrſis foſſor intelligatur. Nam ridiculum, eum ſubulcum, aut ſcrophipaſcum facere, cum ex ſequenti verſu appareat caprarium fuiſſe. SCALIGER. ita & Scriverius. ſed vide Heinſ. ad Ovid. II. Faſt. 231. *cognita* Voſſian.

5.

Almo puer, pubeſque Theon, at Thyrſis ephebus.
Canna Almo, Thyrſis ſtipula, Theon ore melodus.
Nais amat Thyrſin, Glauce Almona, Niſa Theonem.
Niſa roſas, Glauce violas dat, lilia Nais.

EP. CCLVIII. *Simile* HADRIANI IMP. *de trium Amazonum pugna.*

Ut belli ſonuere tubae, violenta peremit
Hippolyte Theutranta, Lyce Clonon, Oebalon Alce:
Oebalon enſe, Clonon jaculo, Theutranta ſagitta.
Figitur ora Clonus, latus Oebalus, ilia Theutras.
Plus puero Theutras, puer Oebalus, at Clonus heros.
Oebalus ibat equo, curru Clonus, at pede Theutras.

5. *Almo puer, pubeſque Theon, at Thyrſis ephebus*] *& Thyrſis* in Auſonio Scaligeri. & apud Vinet. ac Ferret. *pubeda Theon, ac Thyrſis ephebus* Scriverius. *pubeda* enim, ut in Gloſſis antiquis habetur, eſt *adoleſcens, juvenis ſine pube.* vid. Grotium ad Martian. Capell. pag. 12. ubi *pubida* legit Sciopp. de Art. Crit. pag. 46. in Iſidori tamen Gloſſario, *Pubeta, vel pubeda, adoleſcens.* ubi alii malunt, *vel Bupeda,* confuſis literis, a βούπαις, puer grandior. vide Scalig. ad Feſtum in *Bulima.* & mox ad Epigr. ſeq. v. 5.

6. *Theon ore melodus*] *melodis* Voſſ. *melodes* alter Voſſ. & ſic Scriver. ſed *melodus* etiam in cod. S. Germani. vocem hunc obelo notaverat Francius.

7. *Glauce Almona, Niſa Theonem*] *Glauce Almon Enna Theonem* Voſſian.

8. *violas dat*] *violas, at lilia* cod. Voſſ.

EP. CCLVIII. HADRIANI *Epigramma de Amazonibus*] de Aelio Hadriano Imperatorum Auguſtorum quinto decimo tetraſtichon fecit Auſonius. Is quantus fuerit poëta, diſce ex Lilio Gregorio Ferrarienſi: qui multa de illo collegit ex Dione, Spartiano, Aurelio Victore. Eſt autem hoc octaſtichon ejuſdem argumenti cum ſuperiore, utercumque poëtarum prior fuerit. *Hippolytae* nomen apud Virgilium XI. Aeneidos. *Teuthras* Lib. X. ac in principio ſexti Iliados Homeri. *Clonios* non *Clonos* apud eoſdem poëtas nono Aeneidos, & ſecundo Iliados, ac *Clonie* Amazon, primo Paralipomenon Calabri. *Oebalus* vero pater Hyacinthi, apud Auſon. in Cupidine Cruci affixo. *plus puero*, major puero, adoleſcens jam grandior Teuthras. ſed *Clonus heros*, juvenis. ut Varro, teſte Cenſorino, *juvenes* appellabat, qui eſſent in tertio gradu aetatis, a triceſimo anno ad quadrageſimum quintum aetatis humanae. Inſolens haec *herois* ſignificatio. *Epiclii* & *Deraſclii* vocabula ſunt corrupta: ſi quis poſſit emendare. *Epicli* & *Deraclii* ſi ſcriberes, poſſent parentum nomina videri. VINETUS. *Simile Adriani Imp.* titulus tantum eſt apud Scalig. & Pithoeum, qui deeſt in cod. Reginae, ab Heinſio collato. TRAJANI IMPERATORIS *de Bello Parthico verſus decori* in vet. cod. Inſcribi monuit Cl. Oudendorpius. ego Vinetum ſecutus ſum. Hadrianum hujus epigrammatis verum auctorem eſſe adfirmat Voſſ. de Poët. Lat. cap. IV. pag. 51. profert hoc etiam Fleetwood in Inſcript. pag. 331. & ad editionem Pithoeanam collatas codicis ſui MS. lectiones dedit Barth. Lib. XXXII. Adv. cap. 12. ubi & alia Hadriani fragmenta illuſtrat & emendat. variantes MS. codicis Inſcriptionum Faucaltii adſcripſerat Cel. Drakenborchius. cum Voſſiano & veteri Reginae libro contulit Heinſius, & ego aliquando cum Leidenſi. veteris etiam Suecici codicis lectiones dederunt nuper Acta Societ. Latin. Jenenſ. Vol. V. pag. 10. & inter Inſcriptiones Narbonenſes jam habet Catellius in Comment. Gallicis Aquitaniae Lib. II. cap. I. pag. 96. ſed inter ſpuria collocandum cenſet Bonada in Carm. ex vetuſt. Lapid. collect. Vol. I. p. 346. Similes plane ad genium horum Epigrammatum ſunt verſus Joſephi Iſcani Lib. VI. de Bel. Troj. v. 235. & ſeqq. & v. 496. & ſeqq. cum quibus haec conferenda recte notavit Cl. Corn. Val. Vonckius in Lect. Lat. Lib. II. pag. 151.

1. *violenta peremit*] ita in Voſſiano, Leidenſi, codice Reginae, MS. Faucaltii, S. Germani, & Suecico. non *violata.* ut in ed. Pith. & ſic apud Vinet. Catell. Ferret. Fleetwood. & in Auſonio Scaliger i. quomodo ex MSS. & aliis libris ſcribendum eſſe monet Barthius, & in notulis ſuis Pithoeus. *Ut bellum ſonuere tubae* legebat Tollius. ſupra in Argumentis Aeneidos ad Lib. VIII. *Dat belli ſignum Laurenti Turnus ab arce.* & in Hexaſtichis,

Ut belli ſignum cecinit, ſocioſque vocavit
Turnus, &c.

2. *Theutranta*] *Theetranta* MS Faucalt. & Catell. ut & v. 3. & *Theetras* in ſequentibus.

5. *plus puero Theutras*] recte *plus puero* adoleſcentem jam puero grandiorem interpretatur Vinetus. βούπαις Graecis dicebatur, & Latinis *Catulaſter.* ut in

Aephycli Theutras, Doryli Clonus, Oebalus Idae.
Argolicus Theutras, Moeſus Clonus, Oebalus Arcas.

EP. CCLIX. *Aliud ſimile de Scaeva, Rufino, Ati.*

Occumbunt fixi jaculo, mucrone, ſagitta,
Ora, latus, jugulum, Scaeva, Rufinus, Atis.
Brutus Atim perimit, Milo Scaevam, Cotta Rufinum,
Graecus Atis, Medus Scaeva, Rufinus Arabs.
Jam vir Atis, ſed Scaeva puer, juvenisque Rufinus,
Dux Atis, armiger at Scaeva, Rufinus eques.
Scaeva nothus, generoſus Atis, de plebe Rufinus,
Magnus eques, medius dux, famuluſque minor.
Flavus Scaeva, niger Atis, inter utrumque Rufinus,
Blandus Atis, patiens Scaeva, Rufinus atrox.
Abſque modo largus, laſcivus, parcus, avarus
Laudis Atis, formae Scaeva, Rufinus opum.
Arcu Scaeva bonus, Atis armis, jure Rufinus,
Voce Rufinus, Atis carmine, Scaeva lyra.
Scaeva pila, curſuque Rufinus, Atisque palaeſtra,
Ore Rufinus, Atis corpore, Scaeva coma.

EP. CCLX. EURIALI MORANII ASCULANI.

Chaoniam legitis natam Jovis arbore glandem,
Legiferae & ſegetes munera ſacra deae.

Vos

Gloſſis S. Germani, *Catulaſter*, Ϭώπαις. vid. Scaligerana prima p. 22. & Graevil Lect. Heſiod. cap. XXIV. p. 122.

Ibid. *at Clonus beros*] *aeros* cod. Reginae. & Leid. *bibos* MS. Faucalt. Vinetus de juvene jam maturae aetatis exponit, & ſic Barthius *beroem* de ſtata jam aetate vel auctoritatem a ſenio ducente accipit. neque enim ſemper *beroem* de fortitudine aut genere, ſed & de aetate dici notat. vid Serv. ad Virg. VIII. Aen. 464. *&* *Clonus beros*, & verſ. ſeq. *&* *pede Theutras* apud Catell.

7. *Aephycli Theutras*] *Epiclite* cod. Reginae. & Leid. *Epicliti* cod. Suecic. *Apicli* MS. Faucalt. in in quo hic verſus ſequenti poſtponitur. & ſic apud Catell. *Epicli* MS. Barthii, Ferret. & in Auſonio Scalig. *Epiclii Teutbras* ed. Vineti. *epidi* cod. Dorvill. *Iphitidae* vel *Iphicli* Heinſ. qui in notis ad Virg. V. Aen. 547. legebat, *Epytidae Theutras*, *Doryli Clonus* &c. *Epytides* enim, vel *Iphitides*, ab *Epyto*, vel *Iphito*. vide eumdem ad Lib. II. Aen. 339.

Ibid. *Doryli Clonus*] *Dorus* Voſſ. *Dorachi* Voſſ. alter, cod. Reg. & Leid. *Doracli* Catell. & cod. Suecic. in Actis Jenenſibus *Doracli* MS. Focault. *Deracli* apud Ferret. & in Auſonio Scaligeri. *Deraclii Clonus* ed. Vinet. pro *Meſus* in cod. Barth. *Meſſus*. quod probat. *Dorycli Clonon*, & verſ. ſeq. *meſus ebalus*, *at Clonus arcas* in cod. a Cel. Dorvillio collato, in quo verſus ſextus ante quintum, & uterque ante quartum legebantur, ut inveni etiam in cod. Leidenſi. & apud Catellium, Scaligerum, Ferretium, ac Fleetwoodum. *ebalus Iden* cod. Leid. & vs. ult. *Meſus Clonon.*

EP. CCLIX. *Occumbunt fixi jaculo* &c.] edidit Binetus inter Epigrammata vetera pag. 16. & ibidem Pith. p. 158. & 159. ſed praecedenti non ſubjungit Scaliger. & Hadriano recte hoc abjudicat Barthius, quia peccat in metrum & Latinitatem. verſu ſexto *armigerus Scaeva*, & v. 9. *nigerque Atis* legebat J. Douza.

9. *niger Atis*] in editione Bineti *niger* * *Atis.* & v. 13. *bonus* * *Atis.* quia ultimam in *niger*, & *bonus*, ſequente vocali producit.

11. *parcus*, *avarus*] *amore* in margine apud Binet. & Pith.

14. *Voce Rufinus* &c. ſeqq.] Hos tres verſus addidi ex Bineto, qui deſiderantur apud Pithoeum.

EP. CCLX. EURIALI MORANII &c.] Edidit Pithoeus Lib. IV. pag. 159. & pro Epigrammate veteri adſert Heinſius ad Virgil. Lib. IV. Aen. v. 58.

Sed

Vos ulmos & apes conplentes nectare cellas,
Et legitis tardos laeta per arva boves.
Vos & equum legitis, qui frena ſonantia mandit,
Vos arva, & carpens gramina pingue pecus.
Sed mihi quid prodeſt audire haec, ſi mihi deſunt
Glans, ſeges, ulmus, apes, bos, equus, arva, pecus?

EP. CCLXI. *De Literarum Aeternitate.*

Haec, urbem circa, ſtulti monumenta laboris,
Quasque vides moles, Appia, marmoreas;

Pyra-

Sed de ejus antiquitate non unam ob cauſſam dubito. Pithoeus ei praefixit nomen RUBIALI MORANII ASCULANI. qui ſi auctor ſit, certe vetuſtum Epigramma eſſe nequit. Illius enim Moranii Aſculani exſtant duo Epigrammatum libri, non omnino inepti, ſed hodie fere ignorati, Senis excuſi an. 1516. 4. quo tempore vivebat. In illis tamen fruſtra hoc ipſum Epigramma a me quaeſitum fuit. Moranii illius Aſculani, cetera non valde noti, meminiſſe Ant. Franc. Donium in utraque Biblioth. L. M. notaverat Scriverius. Alii etiam poëtae recentiores hos verſus ſibi vindicarunt. Nam ſub Hieronymi Salinae nomine leguntur in Carm. Poët. Ital. Toſcani T. I. p. 281. b. & in Deliciis Poët. Ital. a Grutero collectis T. II. pag. 601. ſed nonnullis variatis. & illius Hieronymi Salinae Coeci eſſe notavit Pithoeus. Etiam in codice meo MS. Carminum Italicorum & Latinorum in fine habetur hoc Epigramma, paucis quoque inmutatis, eique praefigitur auctor Andreas Croſcaeus. Quis vero iſte Croſcaeus fuerit, mihi nondum liquet. Sed eumdem puto, ad quem bina leguntur Pauli Meliſſi Epigrammata inter Ejus Schediaſmata Poëtica pag. 421. ubi *Andreas Croſſaeus Foreſius* vocatur. hinc ſaltem aetatem colligere datur.

1. *Chaoniam legitis natam Jovis arbore glandem*] *Chaonia* Heinſius ad oram ed. Pith quem offendiſſe videtur non ſine ratione *Chaoniam natam glandem*, apud Virgilium tamen Lib. I. Georg. 9. *veſtro ſi munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta.* ubi vide Servium. poſſet etiam legi *Chaonii Jovis*, ut apud Valer. Fl. I. 303.

——— *Dodonida quercum,*
Chaoniique vides famulam Jovis.

pro *legitis* in codice meo MS. Italico & Deliciis Poët. Ital. *canitis.* rectius forſan. quia *legitis*, *Legiferae deae*, & mox *legitis tardos*, & ſequenti verſu *Vos & equos legitis*, inconcinna & ingrata auribus repetitione dicuntur. ubi tamen in MSS. & in Delic. Poët. Ital. *Et tardos canitis. Vos & equum canitis.* forte & eamdem ob cauſſam *Frugiferae deae* hic praeſtet pro *Legiferae*, quae paſſim variantur in codicibus MSS. vid. Heinſ. ad Claudian. I. de Rapt. Proſ. 30. & ad d. Virg. locum Lib. IV. Aen. 58. ubi tamen *Legiferae* recte praetulit, & *Frugiferae* male in fragmento Walliano, aliisque codicibus habetur. *munera grata* pro *ſacra* in Delic. Poët. Ital.

3. *& apes complentes nectare cellas*] adhaeret Virgilio Lib. IV. Georg. 164.

——— *aliae puriſſima mella*
Stipant, & liquido diſtendunt nectare cellas.

qui verſus etiam occurrunt Lib. I. Aen. 433. ſed *liquentia mella* pro *puriſſima*, & *dulci nectare* pro *liquido*, illic variavit. ubi Anonymi Angli in Miſcell. Obſerv. Tom. II. pag. 23. conjecturam *liquentia tecta* defendere nonnihil poſſent ea, quae ſupra notata ſunt ad Tetraſticha in Georgica v. 18. p. 375.

4. *Et legitis tardos laeta per arva boves*] *lata* in cod. MS. male. ſic *laetae ſegetes* apud Virg. I. Georg. init. vid. Patrui notas ad Phaedr. Lib. II. fab. 5. 14. *pabuli laetitia* pro ubertate ac foecunditate apud Juſtin XLIV. 4.

5. *qui frena ſonantia mandit*] *mandat* Heinſius. eſt ex Virgilio IV. Aen. 135. *Stat ſonipes, & frena ferox ſpumantia mandit.* ubi in aliis codicibus *mordet*. ſed vide ad Lib. I. 170. v. 112.

6. *& carpens gramina pingue pecus*] *& multo gramine pingue pecus* elegantius in Delic. Poët. Ital.

7. *Sed mihi quid prodeſt audire haec, ſi mihi deſunt*] rectius in cod. MS. *audire haec? nam mihi deſunt* &c. *Sed modo quid prodeſt* Heinſius.

EP. CCLXI. *De Literarum aeternitate*] Exſtat optimum hoc Epigramma apud Pithoeum Lib. I. pag. 39. & Scalig. p. 180. Voſſii codex praefigit titulum, MEMORIA LITERAS PERMANERE. a nonnullis quoque inter Catalecta Petronio adjuncta relatum eſt, in cujus editione Frelloniana aliisque additur *ad Appiam*. Credidit nempe, quisquis ille fuit, qui titulum illum inſcripſit, Appiam eſſe feminae nomen, cum ſit intelligenda *via Appia*, quae ſaepe abſolu-

Digitized by Google

Pyramidaſque auſas vicinum adtingere coelum,
Pyramidas, medio quas fugit umbra die;
Et Mauſoleum miſerae ſolatia mortis,
Intulit externum quo Cleopatra virum;
Concutiet, ſternetque dies: quoque altius exſtat
Quodque opus, hoc illud carpet, edetque magis.
Carmina ſola carent fato, mortemque repellunt.
Carminibus vives ſemper, Homere, tuis.

ſolute ſine addita voce *via* occurrit. Horat. Epod. IV. 14. *& Appiam mannis terit.* Propert. Lib. IV. 8. 17.

Appia dic, quaeſo, quantum te teſte triumphum
Egerit, effuſis per tua ſaxa rotis.

Statius IV. Sylv. 3. v. 3. *Saxoſae latus Appiae replevit.* & 102. *Illic Appia ſe dolet relinqui.* vide Patrui notas ad Sueton. Tiber. cap. 72. ad hanc autem Poëta more conſueto ſe convertit. Totum enim Epigramma agit de ſuperbis monumentis & ſepulcris cum tempore ruinam minitantibus: & conjungit Pyramidas ac Mauſoleum, in quod Cleopatra Antonium intulit, & ſepulcra Romana, quae erant plurima ad viam Appiam, aliasque publicas, ut docet Kirchman. Lib. II. de Fun. cap. 22. Hinc patet ultro, Epigramma hoc, ut recte monitum a Pithoeo & Scaligero, adumbratum eſſe ex illis Propertii Lib. III. El. 1. in fine, qui verſus cum his conferendi:

Nam neque Pyramidum ſumtus ad ſidera ducti,
Nec Jovis Elaei coelum imitata domus;
Nec Mauſolei dives fortuna ſepulcri,
Mortis ab extrema conditione vacant.
Aut illis flamma, aut imber ſubducet honores,
Annorum aut ictu pondera victa ruent.
At non ingenio quaeſitum nomen ab aevo
Excidet: ingenio ſtat ſine morte decus.

ad quem locum vide quae ſcripſimus in notis ad Lotich. Lib. I. El. 2. 45. Martialis Lib. X. Ep. 2.

At chartis nec furta nocent, nec ſecula praeſunt,
Solaque non norunt haec monumenta mori.

ubi Paſſeratius ad d. l. Propertii legebat, *& ſecula proſunt.* ſed optime Patruus meus, *nec ſecula deſunt.* id eſt aeternum vivunt. ſed nec recte ſe habet ſcriptura in illis, *At chartis nec furta nocent.* quod licet verum eſſe nonnumquam ſuo malo experiantur Laverniones, melius tamen hoc in loco Martialis legetur, *At chartis nec fata nocent.* ut in membranis vetuſtis haberi teſtatur Scriverius in notis MSS. editis auctioribus. & ſic legitur in ejus ed. Janſoniana an. 1621. Haec autem Mauſolea & Pyramidas recte auctor hujus Epigrammatis vocat *ſtulti monumenta laboris*, pro quo Heinſius mallet *multi* vel *culti.* Ego nihil muto. *Stultus* enim labor, quaſi his monumentis mortalitatem ſe effugere poſſe putarent, cum omnia tempus concutiat & ſternat, carmina autem ſola ſint perennia atque aeterna. vide Ovid. Lib. I. Amor. El. 15. 31. & ſeqq. & multa ad hoc argumentum Paſſeratius ad illum Propertii locum, quem poëta hic aemulatus eſt.

2. *Quasque vides*] *Quaeque* in cod. Voſſ.

Ibid. *moles, Appia, marmoreas*] adpoſite Auctor Elegiae in Obitum Maecen. v. 37.

Marmorea Aonii vincunt monumenta libelli,
Vivitur ingenio, cetera mortis erunt.

ut legendum recte cenſet Scaliger, & Heinſius, quem vide Lib. II. Adverſ. 5. idque hoc loco firmatur. nam vitioſe edidit Gorallus, ſive Clericus, *Marmora Aonii*, cum inſolito hiatu. vide quae illic notavi.

4. *Pyramidas, medio quas fugit umbra die*] hoc ideo, quia Pyramidas altitudine ſua umbras obſcurare de meridie tradunt veteres. vide Valeſii notas ad Ammian. Marcell. Lib. XXII. c. 15. p. 369.

5. *miſerae ſolatia mortis*] Heinſius legebat *ſortis.* ſed nihil opus eſſe perſuadebunt notata Patruo meo ad Petron. cap. 91.

6. *Intulit externum quo Cleopatra virum*] inepta lectio *aeternum*, quae in cod. Voſſ. legebatur, etiam in ed. Pith. & Scaligeri excuſa eſt. ſed correxi ex veriſſima Heinſii ſententia, *externum virum.* Antonium videlicet, quem Ptolemaeorum ſepulcro intulit. ita enim de Cleopatra Florus Lib. IV. cap. XI. in fine: *in Mauſoleum ſe, (ſepulcra Regum ſic vocant) recipit, ibi maximos, ut ſolebat, induta cultus, in differto odoribus ſolio, juxta ſuum ſe collocavit Antonium.* alibi quoque hae voces commutantur. ut in Epigram. de Claudii expeditione Britannica, ſupra hoc Libro II. Ep. 86. *Libera non hoſtem, non paſſa Britannia Regem Aeternum.* ubi recte viri docti ſubſtituunt, *regem externum.* ſic apud Lucanum Lib. IX. 900. pro *externae Veneris mixtura* in cod. Dorvill. *aeternae.* apud Propert. Lib. II. 25. 59.

Me juvet externis poſitum languere corollis.

ut in nonnullis habetur codicibus. in aliis *aeternis.* neque opus illic eſt *aeternum poſitis* reponere cum Stewechio ad Apulej. Lib. IV. p. 345. nam recte *heſternis* praetulit Broukhuſius. vide & Heinſ. Lib. II. Adverſ. cap. 4. alio ſenſu *externus amor*, *externus vir*, de illegitimo. de quo vid. Broukhuſ. ad Tibull. I. 10. 57.

7. *quoque altius exſtat*] *quodque* codex Voſſii.

Ep. CCLXII. *Item eodem Argumento.*

Nullum opus exſurgit, quod non annoſa vetuſtas
  Expugnet, quod non vertat iniqua dies:
Tu licet extollas magnos ad ſidera montes,
  Et calidas aeques marmore Pyramidas.
Ingenio mors nulla nocet. vacat undique tutum:
  Inlaeſum ſemper carmina nomen habent.

Ep. CCLXIII. *Item. de Muſarum perennitate.*

Ut Venus in terris, in aquis dat jura Cupido,
Sic Muſae memores ſervant per ſecula libros.
Sic comes armorum creſcit per carmina Fama,
Nec ſinit aeternis occumbere ſcripta coronis.
Pallas amat Muſas, atque armat laude Camenas,
Bellorum vivit placatis gloria Muſis,

Et

Ep. CCLXII. *Item eodem Argumento*] hoc tituli diſtinctione a priori non ſeparat codex Voſſianus: & continuata ſerie exhibuit Scaliger.

3. *magnos ad ſidera montes*] *magnas ad ſidera moles* conjecerat Francius. quas voces confundi patebit ex notatis ſupra ad Focae vitam Virg. v. 47. ſed *montes* recte dici de omnibus, quae in acervum cumulantur aut in altum exſtruuntur, illic addidi. licet *moles* de ſuperbis palatiis & ad ſidera ductis aedificiis frequens occurrere non negem. ut apud Horat. Lib. II. Od. 15.

Jam pauca aratro jugera regiae
Moles relinquent.

& *moles Caucaſea* de Obeliſco Conſtantini ſupra Ep. CXVI. v. 9. *moles marmoreae* de Mauſoleis Epigr. praec. v. 2. & alibi ſaepe. *montes* tamen hic non ſollicitandos arbitror. & hinc in notis ad Lotich. pag. 10. in loco Propertii ſupra prolato tentabam,

Nam neque Pyramidum montes ad ſidera ducti.

ut inde hic auctor id deſumſerit. ſic de divitiarum cumulis

Perſarum montes, ac divitis horrea Craſſi

in fragmento Varronis apud Pith. Lib. I. pag. 26. de quo vid. Pricaeum ad Apulej. Apol. p. 56. & Bergler. ad Ariſtoph. Acharn. v. 82. & *montes lapidum*, *arenarum*, *aquarum*, & ſim. vid. Fr. Douzam ad Lucil. p. 136.

4. *Et calidas aeques marmore Pyramidas*] vitioſa lectio. *validas* margo Pithoei. & Francius. ſed optime Heinſius *Pharias*. quod probavimus in notis ad Lotich. Lib. I. Eleg. 2. 45.

5. *Ingenio mors nulla jacet*] Scribo, *nocet*. Callimachus Epigram. II.

Αἱ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες, ᾗσιν ὁ πάντων
  Ἁρπακτὴς ἀΐδης οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ.

Ovidius Triſtium Lib. III. *nil non mortale tenemus,*

Pectoris exceptis ingeniique bonis. LINDENBR.

jacet pro *vacat* in cod. Voſſ. & ita edidit Scalig. an forte *viget undique tutum?* vel *ſtat & undique tutum?* ut apud Propertium, *ingenio ſtat ſine morte decus.* niſi auctor epigrammatis reſpexerit illud ejusdem loci,

Nec Mauſolei dives fortuna ſepulcri
  Mortis ab extrema conditione vacat.

ubi tamen longe alio ſenſu ac conſtructione dicitur. *venit* tentabat Francius, qui voci *vacat* ut ſuſpectae obelum adpoſuerat. male Tollius tranſponit, *Ingenio mors nulla vacat, jacet undique tutum.* *nocet* recte edidit Pithoeus. Cel. Oudendorpius conjiciebat, *vagat undique tutum.* de verbo *vagare* per librarios ſaepe corrupto vid. Lambin. ad Lucret. III. 628. Heinſ. ad Ovid. VIII. Met. 13. & Patrui mei notas in Serv. ad Virg. III. Aen. 76. vel, quia *undique* ipſi corruptum videbatur, *viget impete tutum.* pro ab impetu. ut *tutus igne proximo* apud Auſon. Epiſt. XXI. 21. vide ejus notas ad Hirtii Bell. Alex. cap. I. ubi *incendio fere tuta.* vel denique *ſtat ab impete tutum.* ut apud Florum Lib. IV. cap. 12. §. 57. *ſtare* dicitur urbs non diruta, ſed ab excidio ſervata. & apud Virg. II. Aen. 56. *Trojaque nunc ſtares* &c.

Ep. CCLXIII. *de Muſarum perennitate*] ita inſcripſi hoc carmen, quod produxit e membranis vetuſtis, in quibus nonnulla Fortunati, Auſonii, & Praeconii (forte *Petronii*) legebantur, Barthius ad Statium Lib. III. Theb. v. 436. verſ. quarto mendoſum videtur *occumbere ſcripta coronis*, & forte *ruinis* vel *lituris* caſtigandum. paullo poſt *ornat laude Camenas*, pro *armat*, recte conjiciebat Cel. Oudendorpius. quae voces etiam confunduntur in MSS. apud Martial. Lib. XIV. Ep. 19. ubi pro *calamis armare* in duobus Voſſianis & uno Leidenſi *ornare.* vide & Patrui notas ad Ovid. XII. Met. 462.

Ep.

Digitized by Google

Et Veneris conſtant juncta cum Pallade Muſae.
Imperio, ſic cuncta regit divina voluptas.

EP. CCLXIV. INCERTI *de inventione Literarum.*

Moyſes primus Hebraeas exaravit literas.
Abraham Syras, & idem reperit Chaldaicas.
Iſis arte non minore protulit Aegyptias.
Mente Phoenices ſagaci condiderunt Atticas.
Quas Latini ſcriptitamus, edidit Nicoſtrata.
Gulfila promſit Getarum, quas videmus, ultimas.

EP. CCLXV. INCERTI.

Litera rem geſtam loquitur: res ipſa medullam
Verbi, quam vivax mens videt, intus habet.

EP. CCLXVI. C. CAECILII PLINII SECUNDI, *de ingenio humano per artes eruditas poliendo.*

Ut laus eſt cerae, mollis cedensque ſequatur
Si doctos digitos, juſſaque fiat opus:

Et

EP. CCLXIV. INCERTI *de inventione Literarum.*] ſic edidit Pithoeus in notis ad Epigr. vet. pag. 467. ed. Pariſ. ubi in exemplari ſuo, quod eſt in Bibliotheca Vindobonenſi, adſcripſerat Scaliger, verſus hos Juliano tribui in veteri codice Monaſterii Zwetalenſis. ſed alio ordine dederunt Gyraldus Dial. 1. de Hiſt. Poët. pag. 13. & Crinitus Lib. XVII. de Honeſt. Diſc. cap. 1. qui ex vetuſto codice Bibliothecae Septimanae produxit; & ex iis Lindenbrog. ad Jornandem pag. 156. & G. J. Voſſius Lib. I. Art. Gramm. cap. 9. qui verſu primo, ut trochaico lex metri conſtet, emendat,

Primus Hebraeas Moyſes exaravit literas.

ut *Moyſes* triſyllabum ſit, prima correpta, & media producta, quod poëtis Chriſtianis frequens eſſe docet. ultimo verſu *Gulphilas* corrigit, vel *Gulfila*, ultima longa, ob duas ſequentis vocis conſonas: ubi quae de *Gulfila*, Gothorum Epiſcopo tempore Valentiniani ac Valentis, congeſſit, legi merentur. in fine, pro *quas videmus, ultimas.* ut apud Pithoeum & Lindenb. apud alios eſt, *literas.* Leguntur etiam hi verſus in Eugenii Opuſculis a Sirmondo editis pag. 16. & in editione Rivini Epigr. XXI. qui in notis monet eos in veterum Epigrammatum farragine a ſe emaculatos & enarratos eſſe.

EP. CCLXV. *Litera rem geſtam*] apud Pithoeum Lib. I. p. 40. ſequioris aevi eſſe videtur.

EP. CCLXVI. C. CAECILII PLINII SECUNDI.] Legitur in Plinii Secundi Lib. VII. Epiſt. 9. & ex eo habet Pithoeus Lib. I. Epigr. vet. p. 237. & Scaliger p. 237. Graecis verſibus expreſſit Caſaubonus, quos vide in ejus Epiſtolis pag. 250.

1. *Ut laus eſt cerae mollis, cedensque ſequatur
Si doctos digitos* &c.]

ita diſtinguitur in utraque Pithoei Lib. I. p. 40. & Scaligeri p. 237. editione. ſed recte Heinſius, Tollius, & alii diſtinguebant hoc modo: *Ut laus eſt cerae, mollis cedensque* &c. *mollis cera*, ut apud Hieronymum Epiſt. 103. ad Paulinum: *Mollis cera & ad formandum facilis, etiamſi artificis & plaſtae manus ceſſent, tamen virtute totum eſt quidquid eſſe poteſt.* ſic *molle aurum* in Inſcript. apud Fabrett. & Spon. quam profert Patruus meus ad Petron. p. 365.

*Noverat hic docta fabricare monilia dextra,
Et molle in varias aurum diſponere gemmas.*

quos verſus illuſtrat Gorius ad Inſcript. Donianas p. 319. *mollis* autem & *cedens* tamquam ſynonyma hic junguntur de cera, quae facilis ad formandum eſt, ut in d. l. Hieronymi: & ſic omnino legendum. perperam enim Pithoeus *ceſſiſſe*, ut notavit Heinſius tam in exemplari ſuo, quam in notis ad Valer. Fl. I. 122. quem & vide ad Ovid. X. Met. 284. adde Muretum Lib. III. Var. Lect. cap. 18. & Victor. X. Var. Lect. cap. 14. *cedens* enim *cera* facile ſequitur *doctos digitos*, id eſt peritas artificis manus, ut apud Claudian. Conſ. Prob. & Olybr. v. 178.

*——— & pollice docto
Jam parat auratas trabeas, curruſque micantes
Stamine, quod molli tondent de ſtipite Seres.*

ſic *docta fabricare monilia dextra* in Inſcript. modo pro-

Digitized by Google

Et nunc informet Martem, caſtamque Minervam:
  Nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum:
Utque ſacri fontes non ſolum incendia ſiſtunt,
  Saepe etiam flores, vernaque prata juvant:

Sic

producta. Prudentius Pſychomach. v. 365. *tunicam, quam pollice docto Texuit alma Fides.* vide Rittersh. ad Gunther. pag. 196. & Patrui notas ad Valer. Fl. Lib. I. v. 122. *ſequi* autem digitos dicitur cera, verbo hac in re uſitato & eleganti. apposite Statius Lib. I. Achill. 334.

Qualiter artificis victurae pollice cerae
Accipiunt formas, ignemque manumque ſequuntur.

Valer. Fl. I. 125. —— *lentoque ſequaces*
Molliri videt igne trabes.

Virg. VIII. Aen. 432. de miniſtris Vulcani clipeum cudentibus:

Fulgores nunc terrificos, ſonitumque, metumque
Miſcebant operi, flammisque ſequacibus iras.

vide Rutgerſ. Var. Lect. pag. 8. Barthii notas ad Cirin pag. 107. & Lib. XVII. Adverſ. c. 9. p. 873.

2. *juſſaque fiat opus*] *fingat* v. c. ut in margine ed. Pithoei & Gallicanae Scaligeri notatur. & ſic conjecerat Francius. verbo hac in re proprio, ut docet Serv. ad Virg. VIII. Aen. 634. Cic. v. ad Fam. Epiſt. 12. *Alexander a Lyſippo fingi volebat.* Statius Lib. I. Sylv. I. v. 6.

An te Palladiae talem, Germanice, nobis
Effinxere manus.

Juvenalis Sat. IX. 146. ex MSS. *Qui multas facies fingat cito.* Juſtinus Lib. XXXVI. cap. 4. *ab hoc ſtudio aerariae artis fabricae ſe tradidit, ceriſque fingendis & aere fundendo procudendoque oblectabatur.* ſic *fingere cera ſeu limo ſimulacra* apud Aurel. Victorem Epit. cap. 45. in vita Valentiniani, ut ex MSS. legendum recte viri docti monuerunt. quomodo *ceram* & *limum* etiam jungit Virg. in Eclogis, *Limus ut hic dureſcit, & haec ut cera liqueſcit.* Papias in Vocabulario: *Fingere, componere, plaſmare, formare, ſimulare, inde dicitur fictor, figulus, figmentum, figuro, ras, figurare.* plura de hoc verbo in arte plaſtica vel ſtatuaria uſitato vide apud Tan. Fabrum ad Lucretium pag. 359. & Pricaeum ad Apuleji Apolog. pag. 34. & 35. Quia tamen paullo poſt ſequitur, *Nunc Venerem effingat*, (ubi *formet* legebat Francius, ſed male, quia *informet* praeceſſit) rectius forſan ſcriptura ſervetur vulgata, praeſertim propter τὸ *juſſa*, quaſi dicat, ſolo juſſu & citra fingentis artem facile cedens fiat opus. ut in Epigrammate de Xerxe:

Hoc terrae fiant: hoc mare: dixit: erant.

& apud Virg. Ecl. VIII. 58. *Omnia vel medium fiant mare.* idque etiam hoc in loco probabat Barthius ad Claudian. praef. Lib. I. de Rapt. Proſ. v. 11. p. 853. & Lib. XVII. Adv. 9.

3. *Et nunc informet Martem, caſtamque Minervam*] *informet* Heinſio de mendo ſuſpectum eſſe videbatur. Sed eſt proprium fabricae artis verbum, pro formam operis adumbrare, in aere effingere. ut apud Virg. VIII. Aen. 426.

His informatum manibus, jam parte polita
Fulmen erat &c. *pars imperfecta manebat.*

& v. 447.

—— *fluit aes rivis, aurique metallum,*
Vulnificusque chalybs vaſta fornace liqueſcit,
Ingentem clypeum informant.

Prudentius Lib. I. contra Symmach. 55.

Inde Deos, quorum patria ſpectata ſepulcra
Scimus, in aere hebetes informavere minores.

vide interpretes ad Cic. pro Quintio cap. 10. Manut. ad Orat. pro Arch. cap. 3. pag. 44. & Heinſ. ad Claudian. III. de Rapt. Proſ. 331. *deſignare* vocant alii. quod verbum forte reſtituendum Tertulliano contra Martyres cap. 3. *Etiam in pace laborare & in commodis bellum pati jam ediſcunt. In armis deambulando, campum decurrendo, foſſam moliendo, teſtudinem deſiccando.* ubi Stewechius ad Veget. Lib. II. cap. 23. legit, *foſſam deſiccando, teſtudinem moliendo.* in aliis *denſando*, vel *deſudando.* quod defendit Gruterus ad Senec. Epiſt. XVIII. ſed vulgatae ſcripturae propius inſiſtit *teſtudinem deſignando.* id eſt formando. ut *deſicnando* fuerit exaratum in codd. MSS. pro *caſtamque Minervam* Barthianum acumen divinabat *Veſtam, atque Minervam.* Sed vide de epitheto *caſtae* Minervae notas Cortii ad Plinium, ubi hoc Epigramma legitur. Ovid. I. Amor. 7. 18.

Sic, niſi vittatis quod erat, Caſſandra, capillis,
Procubuit templo, caſta Minerva, tuo.

5. *non ſolum incendia ſiſtunt*] ſcribe cum Heinſio, *non ſola.* ut apud Plinium edidit Aldus.

6. *Saepe etiam flores, vernaque prata juvant*] *Sed flores etiam* Francius. pro *juvant* vero *lavant* eſt in MSS. Bodlejanis Hearnii, quod & in Leidenſi codice Pliniano, qui olim Rudolphi Agricolae fuit, exaratum offendi, & editione Aldina. unde Barthius *levant*, itidem ex codice antiquo. in aliis *rigant.* Sed *juvant* hic ex veterrimo Mediceo Plinii codice praefert Heinſius ad illa Ovidii Lib. I. Artis v. 647.

Dicitur Aegyptos caruiſſe juvantibus arva
Imbribus &c.

quod recte adverſus Ramireſium *rigantibus* emendantem vindicat.

Digitized by Google

Sic hominum ingenium flecti, ducique per artes
Non rigidas docta mobilitate decet.

EP. CCLXVII. FL. ALPHII AVITI *Fragmentum de Ludimagiſtro Principum Faliſcorum liberos Camillo prodente.*

* * *

Tum literator creditos
Ludo Faliſcûm liberos
Cauſſatus in campi patens
Extraque muri ducere,
Spatiando paullatim trahit
Hoſtilis ad valli latus.

* * *

Seu tute mavis obſides,
Seu tute captivos habes.

* * *

Ep.

7. *Sic hominum ingenium flecti, ducique per artes*
Non rigidas docta mobilitate decet]
omnino legendum,
——— *ducique per artes*
Non rigida doctas mobilitate decet.
id eſt, per artes ingenuas, quae mores & ingenium hominis emolliunt, non nimis ſevera mobilitate flectendum eſt. *ducere* eſt elegans & proprium cerae molli, & humano ingenio, verbum. ſic in Epigrammate de ponte viae Salariae apud Pithoeum Lib. II. pag. 75. forte legendum,
Qui potuit rigidas Gothorum ducere mentes.
vulgo *ſubdere.* de cera apud Juvenal. Sat. VII. 237.
Exigite ut mores pueri, ceu pollice, ducat,
Ut ſi quis cera vultum facit.
& Perſius Sat. V. 39.
Artificemque tuo ducas ſub pollice vultum.
Prudentius Apoth. v. 1031.
Impreſſoque patres ſub pollice duceret artus.
vide Majoragium in Quaeſtion. Epiſtol. VI. in fine: frequenter autem cerae in omnes formas tractabili conparari ingenium humanum docent Schottus ad Proverb. Suidae Cent. VIII. 60. p. 458. & notata Caſaubono ad Perſium pag. 381.

EP. CCLXVII. FL. ALPHII AVITI &c.] Fragmentum hoc Flavii Alphii Aviti, quod male ad Varum retulit Stewech. in notis ad Apulej. pag. 150. ex Priſciano Lib. VIII. & XII. habet H. Stephanus in Fragm. vet. Poët. p. 391. ſed verſu primo male edidit *literator creditus*, nam *creditos* jungendum cum *liberos*, id eſt diſciplinae ejus conmiſſos. ut Stewechius, qui in fine etiam recte corrigit *Seu tute captivos aves*, pro *habes.* quas voces paſſim confundi dudum probarunt Sciopp. de Art. Crit. p. 42. Lipſ. ad Tacit. XI. Ann. 10. Scip. Gentilis ad Apulej. Apolog. pag. 155. notae Doctor. ad Valer. Fl. Lib. I. 672. & Drakenb. ad Silium Lib. XV. 373. & XVI. 209. penultimo verſu perperam Stephanus dedit *Seu tute malis hoſpites.* licet ita etiam in Aldina Priſciani editione Lib. XII. p. 147. b. legatur, qui *Alphium Avitum* tam illic quam alibi vocat. Sed recepi *obſides*, ex certiſſima Henr. Valeſii emendatione ad Excerpt. Peireſc. pag. 82. quam probavit etiam Voſſius de Poët. Lat. pag. 39. ubi plura de hoc Fl. Alphio Avito, quem duos virorum Excellentium libros, e quibus petitum hoc fragmentum, ſcripſiſſe notat. Qui utinam exſtarent! nam reliquorum ſane. deſiderium haud exiguum nobis movent hi verſus ex tanto naufragio ſuperſtites, qui ſunt ex Libro II. Excellentium: nam ita eos tribus diverſis locis adfert Priſcianus. Sed plures tamen numero, quam duos, Excellentium Libros reliquiſſe Avitum colligo ex Terentiano Mauro p. 101. b. ed. Briſſaci:
Ut pridem Avitus Alphius
Libros poëta pluſculos
(Uſus dimetro perpeti)
Conſcripſit Excellentium.
recte autem Stewechius & Valeſius duos ultimos verſus, licet ſeparato a reliquis loco a Priſciano producantur, retulerunt ad hanc hiſtoriam; ſunt enim proditoris Ludimagiſtri ad Camillum verba: ideoque eos ceteris ſubjunxi. vide etiam de hoc fragmento Barth. ad Claudian. Bel. Gildon. v. 276. & Salmaſii ac Dukeri notas ad Florum Lib. I. cap. XII. §. 5. qui recte refutat errorem Salmaſii, verſus hos Varo, ut Stewechius fecit, adtribuentis, ſub cujus nomine perperam eos etiam profert Delrius ad Livii Epit. Lib. V. init. ubi vide notas Drakenb. & ad cap. 27.

Ep.

EP. CCLXVIII. *De Ludi Magiſtro.*

Indoctus teneram ſuſcepit Calculo pubem,
Quam cogat primas diſcere literulas.
Sed quum diſcipulos nullo terrore coërcet,
Et ferulis culpas tollere ceſſat iners:

Pro-

EP. CCLXVIII. *Calculo plebem*] v. c. *caucuło*, ut & apud B. Auguſtin. Lib. II. de Ordine, & in Collatione cum Donatiſtis, & Sexti Ruſi Breviario. vetus Gloſſ. *Magiſter ludi*, *caucuło*. PITHOEUS. Probem ego *Calculo*, *onis*. Julius Capitolinus in Pertinace (cap. I.) *Puer literis elementariis & calculo inbutus eſt*. SCRIVER. Exſtat hoc apud Pith. Lib. IV. p. 156. & in Catalect. Scalig. Lib. I. pag. 216. ubi inſcribitur DE MAGISTRI LUDI NEGLIGENTIA. & ſic in ſchedis Scaligeri ex v. c. deſcriptis. pro quo mendoſe in cod. Voſſiano, DE MAGISTRO NUDI NEGLIGENTI. pro LUDI. verſu primo idem Voſſii codex & ſchedae Scaligeri habent *Cavalo*, quomodo ipſe edidit Scaliger. unde Heinſius conjiciebat *Gabalo*, a gabalo cruce apud Nonium pag. 117. vel etiam *rabula*. Ex eodem Voſſii libro & Salmaſii ac Scaligeri ſchedis *pubem* pro *plebem*, quomodo conjiciebat etiam Scriverius, edidi. *Calculo* autem hoc in Epigrammate recte ſe habet, & idem eſt, qui *calculator* aliter vocatur. ita autem dixerunt magiſtros, qui numerandi & ad digitos conputandi artem docebant; veteres enim ad digitos olim conputaſſe notum eſt. qua de re Sirmondus ad Sidon. Apollin. pag. 94. & Colv. ad Apulej. pag. 266. Iſidorus Lib. X. Origin. in Alphabeto Etymologiarum: *Calculator a calculis, ideſt lapillis minutis, quos antiqui in manu tenentes numeros componebant*. eo ſenſu *calculatores* apud Ictos ſaepe occurrunt; & ſic in Lexic. Graec. Lat. inter Vulcanii Gloſſar. p. 663. Ψηφιστὴς redditur *calculator*. *Calculones* vero pro *calculatores* habes in Ruſi Feſti, ſive Sexti Ruſi Breviario Rer. Geſt. Pop. Rom. in praefat. ad Valentianum in initio: *morem ſecutus calculonum, qui ingentes ſummas aere breviori exprimunt, res geſtas ſignabo non eloquar*. ita enim illic inveni in Excerptis duorum codd. MSS. Baſilëenſium, & editione Raphelengii Plantinians pag. 360. qua continetur Epitome Hiſtoriae Romanae. at in editione Hiſtoriae Auguſtae Gruteri p. 1123. legitur *calculatorum*. ſic *calculones* pro *calculatoribus* poſuit Auguſtinus Lib. II. contra Academicos: *Quibus duobus repertis nata eſt illa Librariorum & Calculorum profeſſio, velut quaedam Grammaticae infantia*. quae verba adſert Briſſonius in Lexico Juridico in *calculatores*, ſed qui tamen locum mendoſum eſſe opinatur; & recte. nam *Calculonum* vel *Calculatorum* illic pro *Calculorum* ſcribendum eſſe patet ex Iſidoro Lib. I. Origin. cap. 3. qui Auguſtini locum ad verbum fere tranſſcripſit: *Primordia*, inquit, *Grammaticae artis literae communes exiſtunt, quas librarii & calculatores ſequuntur, quorum diſciplina velut quaedam Grammaticae artis inſania eſt*. ubi corrige *infantia* ex Auguſtino. & vide Lud. de la Cerdam in Adverſar. Sacris cap. 62. *Calculonem* autem hic non de quovis ludi magiſtro, qui legendi & ſcribendi artem pueris tradebat, ſed de eo, qui numeros, elementa matheſeos, ſive στοιχεῖα docebat, & in ſecundo verſu ideo *literulas* pro numeris ſeu ciſris, ut vocamus, accipiebat If. Voſſius ad Pompon. Mel. Lib. I. cap. XII. verum in genere intelligendum eſſe puto: nam *calculonem* vocabant eumdem, quem Graeci Γραμματιστὴν, qui pueros legere, ſcribere, calculare ſeu numerare, & notarum compendia docebat, unde & lemma hujus Epigrammatis *de Ludi magiſtro* in genere inſcribitur, ut in Gloſſis MSS Scaligeri, *Magiſter ludi, calculo*. quomodo & verſu ultimo, *Jam nomen ludi rite magiſter habet*. ut recte Pithoeus, & ſchedae Salmaſii, quod ſuadent praecedentia; male enim *habet* Voſſii codex & Scaligeri ſchedae, qui ita etiam edidit. Sic in Gloſſis Iſidori, *Magiſter ludi*, *calculo*. ubi Vulcanius perperam locum ex Lucani Panegyrico de ludo calculi adducit, errore non levi, quem ferula dignum exemplari ſuo adſcripſerat Scriverius. ſimiliter *calculator* apud Martial. Lib. X. Epig. 62. ad magiſtrum ludi, loco adpoſito:

Ludi magiſter parce ſimplici turbae:
Sic te frequentes audiant capillati,
Et delicatae diligat chorus menſae.
Nec calculator, nec notarius velox
Majore quiſquam circulo coronetur.

& talem ludi magiſtrum Caſſianum deſcribit Prudentius Periſteph. Hymn. IX. 23.

Praefuerat ſtudiis puerilibus, & grege multo
Septus, magiſter literarum ſederat.
Verba notis brevibus comprendere cuncta peritus,
Raptimque punctis dicta praepetibus ſequi.

plura de *calculone* ſeu *calculatore* vide apud Salmaſium, Marcilium, & la Cerdam ad Tertullian. de Pallio cap. VI. ubi occurrit, *primus informator literarum, & primus edomator vocis, & primus numerorum arenarius & Grammaticus* &c. Ceterum ſchedae Salmaſii ſcribunt *Caucuło*, quomodo etiam ex antiquis codicibus, quos Heinſius vidit, reſcribendum eſſe monuit Patruus meus ad Petron. cap. XLVI. pag. 228. ubi Epigramma hoc emendatius produxit, & nonnulla huc facientia notavit. *Caucuło* vero, quod & in veteri codice invenit Pithoeus, idem eſſet qui *calculator* ſive *Calculo*. re-

cen-

Projectis pueri tabulis Floralia ludunt.
Jam nomen ludi rite magiſter habet.

centiores enim ita pronuntiaſſe & ſcripſiſſe docet Salmaſ. ad Vopiſc. Aurelian. cap. 49. & ad Capitolin. Pertin. cap. I. ubi tamen memoriae vitio perperam hoc in verſu citat,

——— *docendam ſuſcepit Caucule pubem.*

Ita in Gloſſario Philoxeni ex editione Labbaei pag. 206. ψηφιστὴς, *Calculator*, *Caucul*ator. & in Gloſſar. Lat. Graec. pag. 27. *Cauculator*, ψηφιστής. *Cauculus*, ψῆφος. Gloſſae antiquiſſimae MSS. Voſſianae Lat. Gr. *Cauculos*, ψῆφος. *Cauculat*, ψηφίζει. *Cauculator*, ψηφιστής. & hoc convenit magiſtro, qui pueros calculandi artem docebat. notabilis eſt Commentatoris veteris locus ad illa Horatii Lib. I. Sat. VI. 71.

Cauſſa fuit Pater his, qui macro pauper agello
Noluit in Flavi ludum me mittere, magni
Quo pueri magnis e centurionibus orti
Laevo ſuſpenſi loculos, tabulamque lacerto
Ibant.

ubi Acro notat, *Flavium quemdam illis temporibus docuiſſe artem numerandi, & calculos ponendi.* quibus paria habet Scholiaſtes ineditus in egregio & antiquiſſimo Bibliothecae Franequeranae codice: *Flavus quidam, ſive Flavius, fuit temporibus illis calculator vel cauculator . . . . ſuos corrumpere paedagogos.* Porphyrio autem dicit, hunc Flavium *cratherarum doctorem fuiſſe.* quod quid ſibi velit, ignorare me fateor: pro eo Cel. Dorvillius conjiciebat *cathedrarum.* quem vide ad Chariton. p. 683. & lege du Cangii Gloſſar. Latin. in *cathedrae doctorum.* hinc *cathedrarii* oratores. Philoſophi, aliique doctores vocantur. de quibus Creſoll. in Theatr. vet. Rhet. p. 227. *cathedrarii philoſophi* apud Senec. de Brev. vit. cap. 10. v. Sirmond. ad Sidon. pag. 43. Certe ſimile quid reponendum videtur, niſi forte ſtatuamus hunc Flavium docuiſſe pueros *cratheras* (ita enim flectebant etiam hanc vocem. vid. Comment. ad Horat. Lib. III. od. 18.) evacuare, & ita juventutem corrupiſſe: id quod indicat Scholiaſtes modo productus, apud quem excidit ſine dubio vox *ſolitus.* ut innuat Flavium hunc cauculatorem ſolitum fuiſſe pueros diſciplinae ſuae traditos corrumpere, quos tamen inuſitata ſignificatione *paedagogos* hic vocat pro *paedagogantibus.* nam fortaſſe Porphyrio ex more ſui ſeculi, cum legiſſet Flavium illum fuiſſe *calculatorem* vel *cauculatorem*, ut tunc loquebantur, deduxit hanc vocem non a *calculo*, ſed a *cauculo*, quod a *cauco* venit, id eſt cyatho, ſcypho, vel patera, unde bibebant. ita *caucos & ſcyphos* conjungit Trebell. Pollio in vita Claud. cap. XIV. ut reſtituerunt Salmaſius & Caſaubonus, qui de hac voce iſtic videndi. & Sirmondus ad Ennodium pag. 98. hinc & *caucularii* & *cauculatores* dicti pro incantatoribus, de quibus idem Salmaſ. ad Spartian. Peſcenn. cap. 10. qui putat eosdem eſſe ac illos, quos Galli *joueurs de gobelets* vocant: ſic in poſterioris aevi ſcriptoribus ſaepe *cauculatores* pro praeſtigiatoribus occurrunt. vid. Voſſ. Lib. II. de vitiis Serm. cap. 4. pag. 190. & Spelman. in Gloſſar. pag. 130. ſed du Cangius in Gloſſario mediae Latin. Tom. II. pag. 444. Salmaſium refutans obſervat, ita dictos fuiſſe illos, qui poculis amatoriis, philtris, aliisque praeſtigiis pudicos ad libidinem deducere tentabant. Et ita forte potuit auctor hujus Epigrammatis ludere in vocis ambigua ſignificatione, & *cauculonem* dixiſſe, non *calculonem*, quia forte *caucis*, ſive poculis, evacuandis ſtrenue operam dabat. *caucus* enim poculi genus eſt, ſed ſaepe in veterum locis corruptum hoc vocabulum fuit. vid. Sirmond. ad Ennod. d. l. Sed haec invito alicui non pertinaciter perſuadere conabor. Fuerit ergo *calculo*, vel *calculator*, qualis & in lapide antiquo apud Gruterum p. CCCLXXVI. inſc. 7. occurrit, P. CAECILIUS. EMPIRONICUS: VI. VIR. CALCULATOR. ſic MELIORIS CALCULATORIS Epitaphium inſigne habetur in Inſcript. Fabretti cap. II. pag. 88. & ex eo apud Boradam in Carm. ex Marmor. deſcript. Vol. I. Cl. V. p. 434. ubi Meliorem illum artis ſuae Commentarios reliquiſſe traditur. adde Scalig. ad Manil. pag. 288. ed. Boecler. verſu ultimo corrupte in cod. Voſſ. & ſchedis Scaligeri *luri date.* ſed in margine vir magnus ita corrigebat, ut edidit. *ludere te* Salmaſii ſchedae, in quibus etiam *Floraria.*

Ceterum ſubjungi hic poſſent adhuc alia loco forte non inopportuno; ut Tetraſticha *de Septem Artibus Liberalibus*, incertum auctorem habentia, ſed acumina ſequioris aevi nimis redolentia, quae primus ex codice Vaticano eruit Sirmondus in notis ad Theodulf. Lib. IV. Carm 2. pag. 296. ſeu Tom. II. Operum pag. 1079. tum Elegia ſatis prolixa *de variis diverſorum hominum ſtudiis*, ex membranis Colonienſibus producta a Barthio Lib. XLV. Adverſ. cap. 16. quam licet eloquentem, comtam, nec malorum temporum judicet, nobis potius inter Chriſtiani ſeculi monumenta, elegantiam priſcam minime referentia, videtur eſſe rejicienda; praeſertim quum in Latinitatem puriorem, & metricae artis canonas non raro inpingat. Itaque his & ſimilibus poſthabitis, ſecundo huic Libro, quem jam ſatis excreviſſe arbitror, finem inponimus, & ad alia pergimus.

AN-

ANTHOLOGIAE
VETERUM LATINORUM
EPIGRAMMATUM
ET
POËMATUM
LIBER TERTIUS.

Ep. I. *In Graeciae ruinam.*

Graecia bellorum longa ſuccuſſa ruina
  Concidit, inmodice viribus uſa ſuis.
Fama manet: fortuna perit. cinis ipſe jacentis
  Viſitur, & tumulo eſt nunc quoque ſacra ſuo.
Exigua ingentis retinet veſtigia famae;
  Et magnum infelix nil, niſi nomen, habet.

Ep. II. *In Athenas & alias urbes.*

Quisquis Cecropias hoſpes cognoſcis Athenas,
  Quae veteris famae vix tibi ſigna dabunt:

Haſ-

Ep. I. *In Graeciae ruinam*] optimum hoc Epigramma edidit Pithoeus Lib. III. in initio. & Scaliger Lib. I. Catal. pag. 196. DE TROJAE RUINA inſcribitur in vet. cod. Voſſiano, & ſchedis Scaligeri, in quibus etiam *ſucciſa* vel *ſucciſſa*. Sed in margine vir illuſtris correxerat *ſuccuſſa*.

4. *& tumulo*] *in tumulo* Francius.

6. *Et magnum infelix, nil, niſi nomen, habet*] expreſſum ex Virgilio Lib. VII. Aen. 411. de Ardea:

—— *& nunc magnum jacet Ardea nomen.*

ut recte notavit Cel. Drakenb. ad Silium Ital. Lib. I. v. 293.

Ep. II. *Quisquis Cecropias* &c.] apud Pithoeum & Scalig. ibid. DE ATHENIS inſcribit vetus Voſſii codex, qui hic inſerit illa quae apud Pithoeum Lib. I. pag. 44. ſub nomine Senecae occurrunt, unde fortaſſis Senecae haec eſſe conjiciebat Heinſius. & ſic in ſchedis Scaligeri ex vetuſto codice deſcriptis. Cum toto hoc probae notae & aetatis Epigrammate ſi conferantur, quae de magnarum urbium, ab ultima vetuſtate maxime celebrium, interitu ac ruinis habent Pauſanias in Arcadicis cap. 33. & Lucianus in Dialogo, quem Contemplantes inſcripſit, §. 23. p. 521. & 522. tam ſimilia adparebunt, ut fere carmini huic argumentum ſuppeditaſſe videri poſſint. egregie Servius Sulpicius in eximia Conſolatoria ad Ciceronem de obitu filiae ejus Tulliae Epiſtola Lib. IV. ad Fam. Ep. 5. *Ex Aſia rediens cum ab Aegina Megaram verſus navigarem, coepi regiones circum circa proſpicere. poſt me erat Aegina, ante Megara, dextra Piraeeus, ſiniſtra Corinthus, quae oppida quodam tempore florentiſſima fuerunt, nunc proſtrata & diruta ante oculos jacent. Coepi egomet mecum ſic cogitare: Hem, nos homunculi indignamur, ſi quis noſtrum interiit, aut occiſus eſt, quorum vita brevior eſſe debet, cum uno loco tot oppidûm cada-*

vera

Haſne Dei, dices, coelo petiere relicto?
  Regnaque partitis haec fuit una Deis?
Idem, Agamemnonias, dices, quum videris arces:
  Heu victrix victa vaſtior urbe jaces!
Hae ſunt, quas merito quondam eſt mirata vetuſtas.
  Magnarum rerum magna ſepulcra vides.

vera projecta jaceant. ad quae reſpexit Rutilius Lib. 1. Itin. 413.

Non indignemur mortalia corpora ſolvi,
  Cernimus exemplis oppida poſſe mori.

Auſonius Epigr. XXXIV.

Miramur periiſſe homines, monumenta fatiſcunt,
  Mors etiam ſaxis nominibusque venit.

ubi forte legendum *numinibusque*. ſimilis argumenti Epigramma eſt in Antholog. Graec. Lib. 1. cap. 90. pag. 175. & haec pluribus illuſtrantur ab A. Schotto Lib. 11. Nodor. Cicer. cap. 7.

Ibid. *cognoſcis Athenas*] ſic ediderunt Pithoeus & Scaliger. & ita A. Schottus Lib. 11. Nodor. Cicer. d. l. ſed *miraris* profert Scaliger in notis ad Manil. Lib. 1. pag. 64. ed. Boecler. ſive ex conjectura, ſive ex antiquo codice, licet in ejus ſchedis MSS. *cognoſcis* legatur, & in variis Lectionibus editioni illius ſubjunctis nihil diverſitatis notetur. forte tamen haec lectio praeferenda eſt. ut paullo poſt,

Hae ſunt, quas merito quondam eſt mirata vetuſtas.

& in carmine de Roma,

Hic Superum formas Superi mirantur.

Severus in Aetna v. 578. & 586.

Miramur Trojae cineres & flebile victis
Pergamon, extinctosque ſuos Phrygas, Hectora primum
Conſpicimus magni tumulum Ducis.

Martialis Lib. Spectac. Epigr. II.

Hic, ubi miramur velocia munera thermas,
  Abſtulerat miſeris tecta ſuperbus ager.

ſic infra de Amphitheatro mari vicino:

Amphitheatrales mirantur rura triumphos.

& Lib. II. pag. 57.

Illius immenſos miratur Graecia campos.

& pag. 62. ex v. c. Moroni,

Miramur rapidas ſubjecti gurgitis undas.

mirari enim eleganter dicitur cum quodam ſtupore intueri & proſequi. vid. Markland. ad Statii Silvas pag. 187. & Cuperum Lib. II. Obſerv. c. 1. & hinc *mirari* cum quadam adulatione plaudere & imitari, ut Graecis θαυμάζειν. de quo vid. Caſaub. ad Theophraſt. pag. 153. notas ad Ovid. Epiſt. 11. 77. & Cl. Joh. Arntzen. ad Aurel. Vict. Epit. pag. 596. *cognoſcis* tamen vindicari poteſt ex loco Manilii Lib. 1. 516.

Omnia mortali mutantur lege creata,
Nec ſe cognoſcunt urbes vertentibus annis.

licet diverſa nonnihil locutione ac ſenſu.

4. *Regnaque partitis*] ſic Voſſ. cod. Scaliger in margine ſchedarum MSS. & ora editionis primae Lugdunenſis conjiciebat *Regia*. quod Pithoeanae editionis marginem quoque occupavit, & Heinſio probabatur. Francius tentabat *Regnaque partitis haec dedit una Deis.* urbs nempe. ſed praefero Cel. Hemſterhuſii conjecturam, qua in notis ad Luciani locum ſuperius indicatum emendabat,

Rixane, (vel Rixaque) partitis haec fuit una Deis? ut innuat poëta mutuam Neptuni ac Minervae litem, qua inter ſe contenderunt, utrius in poteſtate Athenarum urbs futura eſſet, vix operae pretium videri, ſi ruinas gloriae veteris ſuperſtites adſpicias. cui emendationi calculum adjiciet deſcriptio hujus contentionis apud Ovid. VI. Met. 70. & ſeqq. *litem Superum ingentem* vocat Stat. XII. Th. 633 ad quem locum Scholiaſtae verba bene correxit Bentlejus ad Horat. 1. od. 7. pag. 25. ubi plura ad hanc Deorum rixam de poſſeſſione & nomine Athenarum facientia, & apud Patruum meum in Jove Fulgur. cap. VIII. Sed & forſan eodem ſenſu ac leviore mutatione legas ex Cel. Oudendorpii conjectura *Dignane*, vel *Dignaque*, ſc. urbs.

6. *Heu victrix victa vaſtior urbe jaces!*] *Haec victrix* cod. Voſſ. & *jacet*. *Devictrix* Heinſius.

7. *Hae ſunt*] ita recte cod. Voſſ. urbes videlicet. quomodo & emendaverat Francius, nam *Haec* male in ſchedis & ed. Scalig. & Pith.

8. *Magnarum rerum magna ſepulcra vides*] *parva ſepulcra* legebat Chriſtius in Excurſu ad Villaticum pag. 272. eleganti oppoſitione. ſic ſupra Lib. II. Ep. 52. de ſepulcro Catonis:

Ne mirere ſacri deformia buſta Catonis,
  Viſuntur magni parva ſepulcra Jovis.

& in Epitaphio Pompeji Ep. 30.

Quantus quam parvo vix tegeris tumulo.

& ita Tollius, qui firmabat illo Senecae loco Epiſt. 91. *Omnium iſtorum civitatum, quas nunc magnificas & nobiles audis, veſtigia quoque tempus eradet. Non vides quemadmodum in Achaia clariſſimarum urbium jam fundamenta conſumpta ſint, nec quidquam exſtet, ex quo appareat illas ſaltem fuiſſe.* vid. Freinshem.

EP. III. *Urbis Romae ruina.*

Vix ſcio quae fueram, vix Romae Roma recordor,
Quae populo, regnis, moenibus alta fui.
Ceſſerunt arces, cecidere palatia divûm,
Jam ſervit populus, degeneravit eques.
Quae fueram totum quondam celebrata per orbem,
Vix ſinor occaſus vel meminiſſe mei.

EP. IV. *Aliud.*

Roma vetus veteres, dum te rexere Quirites,
Nec bonus inmunis, nec malus ullus erat.
Defunctis patribus ſucceſſit prava juventus,
Quorum conſiliis praecipitata ruis.

EP. V. *Aliud ejusdem argumenti.*

Par tibi, Roma, nihil, quum ſis prope tota ruina;
Quam magni fueris integra, fracta doces.

Lon-

hem. ad Flor. I. 15. fine. & Chevraeum ad Malherbae Poëm. T. II. p. 305. ubi hoc in loco adſert *magna ſepulchra jacent.* ſed quod apud alios non legitur. & *jaces* modo praeceſſit. ejusdem coloris oppoſitio eſt in illis Ovidii Lib. XII. Met. 615. de Achille:

Jam cinis eſt, & de tam magno reſtat Achille,
Neſcio quid, parvam quod non bene compleat urnam.

& Propert. II. El. 7. 51.

Foedavitque comas, & tanti corpus Achilli,
Maximaque in parva ſuſtulit oſſa manu.

& in Epitaphio Henrici III. apud Pith. Lib. III. p. III.

Caeſar tantus eras, quantus & orbis.
At nunc exigua clauderis urna.

EP. III. *Vix ſcio quae fueram*] Exſtat cum ſequenti Epigrammate apud G. Fabricium in Antiq. Monum. p. 166. Pithoeum Lib. III. p. 84. & ex veteri codice chartaceo Biblioth. Mediceae deſcripſit Heinſius, in quo v. ult. *conſilio* pro *conſiliis*. *fuerim* idem Heinſius. forte & praeſtet, *Vix ſcio quid fuerim.* Ovidius Lib. IV. Triſt. El. I. 99.

Cum vice mutata quid ſim fuerimque recordor.

ita apud Prudentium in Apoth. v. 419. in vetuſtiſſimo codice Egmondano legitur,

Quid ſis, quid venias, qua nos virtute repellas,
Novimus. pro *Qui ſis.*

idem Naſo Lib. III. Triſt. El. XI. 25.

Non ſum ego, quod fueram, quid inanem proteris umbram,
Quid cinerem ſaxis buſtaque noſtra petis?

ex quo caſtigandum forte apud Propert. Lib. I. El. 12. II.

Non ſum ego, quod fueram, mutat via longa puellas.

ubi *qui* in vulgatis. ſic Lib. II. El. 7. 33. *Iſte quod eſt, ego ſaepe fui.* licet Broukhuſius vulgatam lectionem in iſto Propertii loco videatur praetuliſſe, quem imitatur in Juvenilib. p. 418.

Non ſum qui fueram, mutant mala longa vigorem.

ſed vide Heinſii & Patrui mei notas ad Ovid. Epiſt. XII. v. 31. & ad Epiſt. IX. 106.

2. *Quae populo, regnis,* &c.] *tectis* vel *templis* legebat Heinſius. ſic apud Tacit. I. Hiſt. 84. *Quid? vos pulcherrimam hanc urbem domibus & tectis & congeſtu lapidum ſtare creditis?*

6. *Vix ſinor*] *ſinit* apud Fabric.

EP. IV. 2. *Nec bonus immunis*] *Nec bonus * alumnus*, & verſu ultimo *Quorum conſilia praecipitata jaces* legitur apud Mabillon. in Muſ. Ital. Tom. I. pag. 59. ex quo patebit, legi ſupra portam S. Mariae trans Tiberim. tertio verſu videtur auctor in animo habuiſſe illud Horatii Lib. III. od. 6. 46.

Aetas parentum, pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

EP. V. *Par tibi, Roma, nihil* &c.] Hujus Epigrammatis ſeptem tantum diſticha a v. 19. *Urbs cecidit, de qua* &c. incipientia, & in v. 32. *Se cupiunt fictis* &c. deſinentia ediderunt Pithoeus Lib. III. p. 84. & G. Fabricius Lib. III. Monum. Antiq. pag. 165. ad quem ſe plura de hoc carmine adnotaſſe Scriverius margini editionis Pithoeanae adſcripſerat. Illud totum quoque ſibi adoptavit Hildebertus Cenomanenſis in Encomio Urbis collapſae, cujus ſex verſus ex Gulielmo Malmesburienſi profert Barthius ad Claudian. Lib. II. de Laud. Stilic. v. 131. p. 290. eosque de magis priſco vate deſumtos merito quidem ſuſpicabatur, ſed hoc Epigramma non cogitabat. Martinus autem Opitius exemplari ſuo Ca-

Longa tuos faſtus aetas deſtruxit, & arces:
 Caeſaris & Superûm templa palude jacent.
Ille labor, labor ille ruit, quem dirus Araxes
 Et ſtantem tremuit, & cecidiſſe dolet.
Quem magis optavit cum crimine ſolus habere
 Caeſar, quam ſocius & pius eſſe ſocer:
Qui creſcens ſtudiis tribus, hoſtes, crimen, amicos,
 Vi domuit, ſecuit legibus, emit ope.
In quem, dum fieret, vigilavit cura priorum:
 Juvit opus pietas hoſpitis, unda locum.
Materiem, fabros, expenſas axis uterque
 Miſit, ſe muris obtulit ipſe locus.
Expendere duces theſauros: fata favorem,
 Artifices ſtudium, totus & orbis opem.

Proh

Catalectorum Pithoei, quod apud me eſt, adſcripſerat; integrius hoc carmen & aliquot verſibus auctius, quam edidit Pithoeus, apud ſe in MS. exſtare, & videri ſibi, illud legiſſe Caelium Calcagninum, cujus aliud ſimilis argumenti Epigramma exſtat inter poëtas Italos a Grutero editos Tom. I. pag. 251. cum quo confer elegans Lazari Bonamici Epigramma de Romae ruinis, in Carm. Poët. Ital. ed. Toſcani Tom. I. pag. 241. Illud ipſum ex membrana vetuſtiſſima pluſquam dimidia parte locupletius produxit idem Opitius in Libro Variar. Lection. cap. XIII. unde Epigramma hoc tam inſigni quidem ſupplemento augere, notaſque Opitii addere, operae pretium exiſtimavi, praeſertim quum eas omiſerit Almelovenius, qui Epigrammatibus vetuſtis, levi opera a ſe collectis, in initio idem hoc Epigramma ex Opitio exhibuit. Mihi tamen, ut verum fatear, videtur epigramma hoc totum, ita ut ab Opitio editum eſt, ex interpolatoris cujuſdam officina proveniſſe; illud enim ſi cum eo, quod Pithoeus dedit, conferatur accuratius, patebit, ni fallor, perito rerum harum arbitro, nonnulla auctorem habere poëtam non penitus contemnendum, ſed plurima monachi verſificatoris genium nimis referre, qui pannis ſuis tam liberali manu adſutis alterum Epigramma locupletarit; licet palato Opitii ita ſe probaverit, ut inter optimi aevi delicias, & meliora vetuſtatis monumenta ponendum exiſtimaverit. Sed nec refragantem me habebit, qui in duo Epigrammata dividendum opinetur, quorum alterum a verſu decimo nono *Urbs cecidit, de qua* &c. initium ducat. Aliter enim odioſa earumdem rerum repetitio hic illic offendet.

Ibid. *Par tibi, Roma, nihil* &c.] vide Salvianum de Gubern. Dei Lib. IV. pag. 112. *Denique ſciunt hoc Hiſpaniae* &c. & ibid. pag. 116. *Nam illud latrocinium* &c. Pallad. Hiſt. Lauſiac. cap. 118. & hoc Anonymi Epigramma in ruinam Romae adducit etiam Franc. Schottus in Urbis Admirandis. Reſpicit autem illud Martialis Lib. XII. Ep. 8.

Terrarum Dea gentiumque Roma,
Cui par eſt nihil & nihil ſecundum. OPITIUS.

Ibid. *Cum ſis prope tota ruina*] Palladius Hiſt. Lauſ. cap. CXVIII. *nec aeneas quidem ſtatuas in foro relictas & urbem deſertam, relictam, vereque juxta Sibyllae vaticinium ῥύμην, hoc eſt vicum eſſe factum* conqueritur. vide Lucan. fin. Lib. VIII. p. m. 200. *magnis porrecta ruinis.* OPIT.

2. *Quam magni fueris* &c.] Epigramma in Graeciae ruinam:

——— *cinis ipſe jacentis*
Viſitur, & tumulo eſt nunc quoque ſacra ſuo. OPIT.

3. *& arces*] domus ſuperbas, e quarum majoribus omnia intra ſe unaquaeque habuit, quaecumque mediocris etiam urbs habere potuit, hippodromum, fora, delubra, fontes, varia balnea, ut eſt in Olympiodori Excerptis apud Photium, ubi & verſus adducitur:

Εἷς δόμος ἄστυ πέλει: πόλις ἄστεα μυρία κεύθει.
Eſt urbs una domus: mille oppida continet una urbs. OPIT.

6. *Et ſtantem premuit*] Legendum *tremuit.* OPIT.

11. *cura priorum*] forte *Deorum.* OPIT. adſentior huic conjecturae, quae firmatur ex v. 25. *Confer opes, marmorque novum, Superumque favorem.* ſed amplius cenſeo ſcribendum, *In quam, dum fieret* &c. Romam nempe. vide v. 23. & ſeqq.

12. *pietas hoſpitis*] Malim *hoſpitii.* Florus Lib. I. cap. I. *Imaginem urbis magis quam urbem fecerat; incolae deerant. Erat in proximo lucus hunc Aſylum facit: & ſtatim mira vis hominum.* OPIT.

18.

Proh dolor! urbs cecidit, cujus dum ſpecto ruinas,
Penſo ſtatum, ſolitus dicere, Roma fuit.
Urbs cecidit: de qua ſi dignum dicere quidquam
Moliar, hoc potero dicere, Roma fuit.
Non tamen annorum ſeries, non flamma, nec enſis,
Aeternum potuere hoc abolere decus.
Cura hominum potuit tantam conponere Romam,
Quantam non potuit ſolvere cura Deûm.
Confer opes, marmorque novum, Superûmque favorem,
Artificum vigilent in nova facta manus:
Non tamen aut fieri par ſtanti machina muro,
Aut inſtaurari ſola ruina poteſt.
Tantum reſtat adhuc, tantum ruit, ut neque ſtans pars
Aequari poſſit, diruta nec refici.
Hic Superûm formas Superi mirantur, & ipſi

Se

18. *Solitus dicere*) corrigo, *ſoleo dicere.* OPIT.

Ibid. *Roma fuit*] Auſonius Epigram. de Roma, Conſtantinopoli, & Cathagine,

——— *vetus hanc opulentia praefert,*
Hanc fortuna recens. Fuit haec. ſubit iſta &c.

graviſſimus ſcriptor Salvianus Lib. IV. de Gubern. Dei: *Denique ſciunt hoc Hiſpaniae, quibus ſolum nomen relictum eſt; ſciunt Africae, quae fuerunt.* ſic de Lugdunenſi colonia Senec. Epiſt. XCII. *Lugdunum, quod oſtendebatur in Gallia, quaeritur.* ſic *fuit Ilium, fuimus Troës*, Virgilio. Florus Lib. I. cap. XII. ſub finem: *Hoc tunc Veji fuere: nunc fuiſſe quis meminit, quae reliquiae? quod veſtigium? Laborat annalium fides, ut Vejos fuiſſe credamus.* & cap. XVI. ita *ruinas ipſas urbium diruit, ut hodie Samnium in ipſa Samnio requiratur.* OPIT.

21. *non flamma, nec hoſtis*] melius editio Pithoei, *nec enſis.* OPIT. recte. eſt enim imitatio Ovidii, *quod nec Jovis ira, nec ignes, Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.* Focas Grammaticus in vita Virgilii ſupra Lib. II. 186. v. 77.

Non flatus, non tela Jovis, non ſpumeus amnis,
Non imbres rapidi, quantum manus impia, vaſtant.

& ſic in Epitaphio antiquo, alibi producendo,

Haec dona unguentis, & ſunt potiora metallis,
Quae non tempus edax, nec rapit ira Jovis.

22. *Aeternum potuere*] ſic ed. Pith. in membrana Opitii *Ad plenum potuit. poterant* Schottus in Admirand. Rom. quod probabat Opitius & Scriverius.

25. *Confer opes, marmorque novum*] Iſtud *novum* ſuſpectum eſt. OPIT. diſtichon hoc ita emendabat Cl. Canneg. ad Avianum p. 145.

Confer opus; marmorque novum, Superumque favorem,
Artificum ut vigilent &c.

merito autem *novum marmor* ſuſpectum fuit Opitio, praeſertim cum *nova facta* ſeq. verſ. occurrant. ſed quid ſupponam, haereo. forte,

Confer opes, marmorque, Jovis Superumque favorem.

& in pentametro lege cum Cannegietero, *Artificum ut vigilent* &c. ſic paullo ante ex cod. MS. Opitii:

Expendere duces theſauros, fata favorem,
Artifices ſtudium, totus & orbis opem.

27. *par ſtanti machina mundo*] Schottus *praeſtanti. par tanto* apud Opitium. & ſeq. v. male *reſtaurant.* quo verbo licet poſterioris aetatis ſcriptores uſi ſint, ſaepius tamen a librariorum barbarie iis invitis intruſum opinor, idque illis in locis, ubi probo vocabulo *inſtaurare* ipſi fuerant uſi. ut non ſemel apud Juſtinum. vide Graevii notas ad Lib. II. cap. 10. & ſic apud alios ſaepe. e plurimis ſufficiat unus Prudentii locus Hamartigen. v. 666.

——— *redivivam ferre medelam*
Vellet, & amiſſos ope reſtaurare ſecunda.

quod miror ex Puteanco codice praetuliſſe Heinſium, pro *opere inſtaurare ſecundo*, quomodo ediderat Weitzius, & ego exaratum inveni in antiquiſſimo omniumque optimo codice Egmondano, ex quo non contemnendum poſt aliorum meſſem ſpicilegium nuper collegi.

29. *Tantum reſtat adhuc* &c.] Hoc diſtichon in MS. meo omiſſum fuit. OPIT.

Ibid. *ut neque ſtans pars*] *pars ſtans* apud Fr. Schottum.

31. *Superi mirantur, & ipſi Se cupiunt*] *cupiant* Heinſius. Ex membrana ſua Opitius exhibet, *mirantur*,

Se cupiunt fictis vultibus eſſe pares.
Non potuit Natura Deos hoc ore creare,
Quo miranda Deûm ſigna creavit homo.
Vultus adeſt his numinibus, potiusque coluntur
Artificum ſtudio, quam deitate ſua.
Urbs felix, ſi vel dominis urbs illa careret,
Vel dominis eſſet turpe, carere fide.

EP. VI. *de ruinis villae Luculli.*

Hic tibi ſurgebant celebres, Luculle, penates,
Pro quibus, heu, vaſta mole ruina jacet.
Ipſe tamen paries priſcae veſtigia formae
Servat, & everſum grande ſuperbit opus.
Omnia quae diro confirmant dente, parabant
Exitium ſaxis tempora, fama negat.

EP. VII. *de Delo.*

Delos, jam ſtabili revincta terra,
Olim purpureo mari natabat,

Et

tur, & ipſi, Et cupiunt &c. *Se cupiant verbis, vultibus eſſe pares* apud Schottum.

33. *Non potuit natura Deos* &c.] plane ita Auſonius in buculam Myronis Epigr. LXIII.

Fingere nam ſimilem vivae, quam vivere, plus eſt,
Nec ſunt facta Dei mira, ſed artificis.

Ceterum ne ſic quidem ſatis integrum eſſe carmen hoc videtur. Nam cum de ſtatuarum jactura tantum verborum fecerit auctor, mirum eſſet, majora tranſiliſſe. Ultimum etiam diſtichon, licet non infelix, tamen praecedentibus vix ſatis convenit. OPITIUS.

EP. VI. *De ruinis villae Luculli.*] Edidit hoc Epigramma ſatis elegans Barnab. Mattei Memorie Iſtoriche dell' antico Tuſcolo pag. 70. ubi profert ex libro MS. Inſcriptionum antiquarum, anno 1400 exarato. ultimum diſtichon ita legendum ac diſtinguendum arbitror,

Omnia quae diro conſumunt dente, parabant
Exitium ſaxis tempora; fama negat.

vel potius cum Cel. Oudendorpio *confringunt dente.* de hac Luculli villa Tuſculana vide Vulpii Vetus Lat. Prof. Lib. XIV. cap. 4. ubi p. 131. recte notat epigramma hoc poſt dirutam villam Lucullianam factum, ſed tamen eo tempore ſcriptum, quo parietes villae Luculli adhuc ſervabant priſcae veſtigia formae, quam cum jam multis abhinc ſeculis amiſerint, ſatis antiquum eſſe, inde patere addit.

EP. VII. *Delos jam ſtabili revincta terra*] Habetur apud Pithoeum Lib. II. p. 74. & inter Catal. Petron. & Epigr. vet. edidit Binetus pag. 6. ac Petronium auctorem eſſe contendit Barthius Lib. XLIX. Adverſ. 5. vide Fragmenta Petronii pag. 687. ed. Patrui mei. Optime hoc Epigramma explicat Virgilii locus, cum his verſibus conferendus, Lib. III. Aen. 73. & ſeqq.

Sacra mari medio colitur gratiſſima Delus
Nereïdum matri & Neptuno Aegeo:
Quam prius Arcitenens, oras & litora circum
Errantem, Gyaro celſa Myconoque revinxit,
Inmotamque coli dedit, & contemnere ventos.

ubi priore verſu *Delus* ſcripſi, pro *tellus*, ex conjectura Patrui ad Ovid. VI. Faſt. 178. quod firmat nonnihil codex Biblioth. Amſtelaedamenſis, in quo a manu ſecunda *Delos* ſuperſcriptum, ſive pro gloſſa, ſive pro varia lectione. deinde *prius* pro vulgato *pius*, ex codicum veterum auctoritate, quod & Servius agnoſcit, cujus verba bene emendat Pithoeus ad Collat. Leg. Moſ. & Rom. Tit. XV. §. 2. p. 787. idque ſequitur Pierius, qui recte conjungit *Quam prius errantem*, ut in hoc Epigrammate, *Olim purpureo mari natabat.* quia terrae motu collapſa & maxima ſui parte deſolata fuerat, ut Samos, Rhodos, aliaeque ex Cycladibus. Lege duo Epigrammata Graeca Antipatri & Alphei apud Salmaſ. ad Tertull. de Pall. pag. 150. & 151. & hinc recte illo Virgilii loco, & hoc ipſo Epigrammatis hujus verſu ſtabilivit Broukhuſius ſuam emendationem apud Propertium Lib. IV. El. 6. 28.

Quum Phoebus linquens ſtantem ſe vindice Delon,
Nam tulit iratos mobilis ante Notos,

ubi

Digitized by Google

Et moto levis hinc & inde vento
Ibat fluctibus inquieta ſummis.
Mox illam geminis Deus catenis
Hac alta Gyaro ligavit, illac
Conſtanti Mycono dedit tenendam.

EP. VIII. *De Tigride. ex* NERONIS *Troicis.*

Quique per erratam ſubductus Perſida Tigris
Deſerit, & longo terrarum tractus hiatu
Reddit quaeſitas jam non quaerentibus undas.

EP. IX. FRAGMENTUM, *de Gentibus Caucaſeis.*

Humanae quamdam ſtirpis gentem concoquit
Frigus, calore, atque humore aritudinem

Miſ-

ubi in aliis male legebatur *mobilis una.* In cod. MSS. *unda.* quod & in duobus Leidenſ. ac tribus Voſſianis, utroque Dorvilliano, & meo codice habetur. ſed *mobilis ante* vera lectio eſt. hinc *inſtabilis*, & *erratica Delos* Ovidio VI. Met. 191. & 333. & Statio II. Achill. v. 191. unde contra in hujus Epigrammatis initio Delos *jam ſtabili revincta terra* dicitur. *purpureum mare* illuſtrat Cerda ad Virg. IV. Georg. 373. dein quarto verſu fragmentum Virgilii Wallianum & codex Biblioth. Amſtelaed. invertit ordinem, legitque, *Errantem Mycone celſa, Gyaroque revexit.* & pro varia lectione ab eadem manu ſuperſcriptum habebat *revinxit*, quod eodem verborum ordinè a meo codice probatur, & ſic omnino legendum, ut hoc carmine, *Delos jam ſtabili revincta terra.* & terra Lucretio Lib. V. 554. dicitur, *Partibus aeriis mundi, coeloque revincta.* Sed pro vulgato ordine in iſto Virgilii verſu pugnant vetuſtiores libri apud Pierium, Heinſiumque. *celſa* enim *Gyaros* dicitur, quae hic *alta Gyaros.* unde rejicitur Barthii emendatio Lib. XLIX. Adv. 5. qui hic corrigit, *Hac arcta Gyaro ligavit.* recte etiam in MSS. *Mycono*, pro *Mycone*, quomodo & in ultimo hujus Epigrammatis verſu *Mycono* cum Heinſio caſtigavi, pro *Myconae*, ut edidit Pithoeus & Binetus. inſula enim haec *Myconos* non *Mycone* dicitur. vid. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XXI. 81. & ſic ex MSS. ſcribendum apud Statium Lib. III. Theb. 438.

——— *ipſa tua Mycono, Gyaroque revelli*
Dele times.

ubi vide Barthium. ut autem hic *Gyaro ligaſſe* Delum dicitur Apollo, ita in Antonini Itinerario pag. 529. poſt deſcriptionem Cycladum, *Supraſcriptae inſulae in mari vagari ſolitae erant: has Apollo colligavit & ſtabiles fecit.* quae hoc ipſo Epigrammate oportune illuſtrat Cel. Weſſelingius.

EP. VIII. *de Tigride* &c.] Fragmentum hoc ſervavit Scholiaſtes antiquus Lucani ad Lib. III. 261. ex quo illud adfert etiam Gruterus ad Senecae Lib. II. Quaeſt. Nat. cap. 26. & a P. Pithoeo ſecum communicatos hos verſus vulgavit Obſopaeus ad ejusdem Lib. III. cap. 25. quos ex Neronis Troicis deſumtos recte ſuſpicabatur Voſſius de Poët. Lat. cap. 3. pag. 43. probante illic Cel. Oudendorpio. primo verſu *pererratam* juncta voce ſcribendum. iſta Neronis Troica indicat Juvenalis Sat. VIII. 221. *in ſcena numquam cantavit Oreſtes, Troica non ſcripſit.* ubi Scholiaſtes a Pithoeo editus: *hoc ideo, quia Nero Troados libros ſcripſit. Unde & maxime inſanivit, quia poëta fuit.* ibidem Scholiaſtes Voſſianus ineditus haec habet: *Nero Troica, id eſt excidium Trojae ſcripſit, & volens probare quantum fuerat ſubverſae Trojae incendium, juſſit Romam incendi, & per hoc nactus occaſionem Senatores interfecit.* & paulo poſt, *Quid Nero,*] *Ne quis diceret ſed caſus Iliadum* (*Troica* in alio codice) *bene deſcripſit. ad hoc poëta in tanta tyrannide, inquit, ſua nihil* [*fuit, quod*] *fecit, quippe qui intrepidus ſuam ardere paſſus eſt civitatem, ut deſcriberet Troicam, quam ipſe condiderat.* meminit eorumdem Servius ad Virg. III. Georg. 36. *vel Cynthium dicit Regem Trojae, quem in Troicis ſuis Nero commemorat.* non enim Nero tantum adſectavit carminum ſtudium, ut dicit Tacit. XIV. Ann. c. 16. ubi vid. Lipſ. ſed & *ad Poëticam pronus carmina libenter ac ſine labore compoſuit, nec, ut quidam putant, aliena pro ſuis edidit*, teſte Sueton. cap. 52. plura vide apud Gonſal. ad Petron. cap. 89. ubi & promittit librum ſingularem de Neronis Operibus. Sub titulo *Neronis Troicon* laudat Scholiaſtes Perſii ad Sat. I. 137. idque forſan rectius, ut *Satyricon, Georgicon, Bucolicon, Argonauticon*, & ſim. de quibus vid. N. Heinſ. ad init. Bucolic. Virg.

EP. IX. FRAGMENTUM *de Gentibus Caucaſeis*] Hoc titulo edidit Scaliger Lib. II. Catalect. p. 253. ſed qui

non

Miſcens * *
Dum iis ſubernus cortex, aut cacumina
Morientum in quercu, & aritudine
Et exſangui calore evireſcat colos.

Mor-

non indicavit, ubi hoc fragmentum exſtet. Itaque illud adcuratius indagandum & paullo operoſius illuſtrandum cenſui. Sunt autem verſus ex Varronis Prometheo, in unum conglutinati, qui diverſis locis apud Nonium Marcellum adferuntur: unde merito dubitari poſſit, an recte Scaliger inſcripſerit, FRAGMENTUM DE GENTIBUS CAUCASEIS. & an non potius verba ſint Promethei, quem Caucaſo adligatum haec loquentem induxerit Varro. eorum initium profert Nonius in voce *aritudinem* pag. 71. ed. Merc. ſed loco corrupto: *Varro Meteo. Lib. I. Humanarum: Quandam gentem ſtirpis conquit frigus Calore atque humore aritudinem miſcet.* quae Iſ. Voſſius in ſuo exemplari, quod eſt in Biblioth. Leidenſi, ſic caſtigabat: *Varro Prometheo:*

——— *humanam*
Et quondam gentem ut ſtirpes concoquit frigus,
Calore atque humore aritudinem miſcens.

Scaliger vero ad Varron. de L. L. pag. 27. ita ordinabat:

Humanae quandam ſtirpis gentem concoquit
Frigus, calori atque humori aritudinem
Miſcens.

aliter Popma in notis ad Fragm. Varron. p. 699. qui ſecundum verſum ex Ennio deſumtum notat. certe *Meteo Lib. I. Humanarum* aperte vitioſa ſunt, docentque ex Varronis *Prometheo*, ſeu potius *Prometheo libero*, ut mox videbimus, eſſe fragmentum, cujus prima vox *Humanam* originem dedit mendoſae lectioni, tamquam ex Varronis *Lib. I. Rerum Humanarum* eſſet deſumtum. quartus & quintus verſus exſtant apud Nonium in *Cortex* pag. 199. hoc modo: *Varro Prometheo lib.*

Tum ut ſi ſupernus cortex, aut cacumina
Morientum in querqueto & arborum aritudine.

quae in MSS. codd. valde corrupta illic leguntur. ſed ab Iſ. Voſſio in ejuſdem exemplaris ſui margine ita conſtituuntur:

Tamque aſper ſubernus cortex aut cacumina
Morientium in querqueto arborum aritudine.

vel,

Viſus tum ſuis aſper ſubernus cortex aut cacumina.

licet in notis ad Catullum pag. 236. ex veteris libri ſui veſtigiis emendet,

——— *viſo tum ſuis*
Aſper ſubernus cortex, aut cacumina
Morientum in querqueto arborum aritudine.

Popma in Fragm. Varr. p. 299. edidit ex Libro Varronis incerto,

Tum viſus ſupernus cortex, aut cacumina
Morientum in quercu, & arborum altitudine.

tum ſextum verſum ſubjungit ita ut legitur apud Nonium in *evireſcat* pag. 101.

Atque exſanguibus dolore evireſcat colos.

ubi ex Varronis Prometheo Lib. xv. adfertur. ſeptimus & octavus ab eodem Nonio ex Varronis Prometheo Lib. I. adducuntur in *vaſtitas* pag. 417. hunc in modum,

Mortales nemo exaudit ſed late incolens
Saitharum inhoſpitalis campis vaſtitas.

ubi Hadr. Junius, Mercerus, & Iſ. Voſſius etiam *Scytharum* legebant. quod probat Popma in notis p. 699. Duo ultimi verſus ex Varronis Prometheo Lib. I. occurrunt ibidem in *Somnurnas* pag. 172.

Levis mens umquam (*vigillans* Is. Voſſius) *ſomnurnas imagines*
Affatur, non umbratur ſomno pupulae.

ſed *ſonorinas imagines* illic clare exhibet codex Bibliothecae Leidenſis a Patruo meo collatus, quas Scaliger in notis ad Catull. pag. 37. noto verſu ex Ep. XLII. *ſolet haec imaginoſum*, exponit de morbo imaginoſo, quem κορυβαντιασμὸν Graeci vocant, quando levi ſomno aut potius inſomniis agitati patentibus oculis homines ſomniant, & quaſi concentum carminum audire videntur: quam Scaligeri interpretationem quum vellicaſſet Hier. Mercurialis Lib. VI. Var. Lect. cap. 5. vindicavit ſe animoſe in Animadv. ad Euſeb. pag. 28. ea certe praeferenda emendationi Turnebi Lib. XIV. Adverſ. cap. 8. *ſolet haec imago naſum.* aut lectioni, licet ingenioſa obſcoenitate, ab Iſ. Voſſio fabricatae, *ſolet* ἐκμαγεῖον ὄζειν. quem miror non adduxiſſe illud Senecae ex Epiſt. 70. *lignum id, quod ad emundanda obſcoena adhaerente ſpongia poſitum eſt.* & probavit Scaligeri in verſu Catulliano explicationem N. Heinſius in notis ad Catull. p. 642. poſt ejus Adverſaria a me editis, additque exemplum ejus rei haberi in ſuo Libro MS. de Somniis. qui auctor ex cod. Scriveriano deſcriptus, quem inter alia Heinſii κειμήλια literata adſervo, exemplum κορυβαντιασμῶ, vel *ſonorinae imaginis*, exhibet ex Platonis Critone ac Phaedro, ubi narrat mulierem eximiae venuſtatis & candida veſte indutam, verſum Homericum ſibi in ſomnio occentaſſe, & juſſiſſe eum operam Muſicae navare, unde ſe admoneri putavit, ut Hymnum in Apollinem, quem inſtituerat, ante mortem abſolveret. quae conferenda cum iis, quae Scaliger ad d. l. Catulli ex Platonis Critone adfert, ubi deſcribuntur ἔχοι ἴπαυλοι, quos κορυβαντιῶντες audire videntur. in hoc tamen Varronis fragmento *ſonorinas imagines* per-

pe-

Mortalis nemo exaudit, ſed late incolens
Scytharum inhoſpitalis campi vaſtitas.
Leviſomna mens ſonorinas imagines
Affatur. non umbrantur ſomno pupulae.

EP. X. *Ad Feltriam.*

Feltria, perpetuo nivium damnata rigore,
  Forte mihi poſthac non adeunda, vale.

EP. XI. L. ANNAEI SENECAE *ad Cordubam patriam.*

Corduba, ſolve comas, & triſtes indue vultus:
  Inlacrimans cineri munera mitte meo.
Nunc longinqua tuum deplora, Corduba, vatem.
  Corduba, non alio tempore maeſta magis.

5. Tem-

peram a Scaligero referri ad κορυβαντιασμὸν, notat Salmaſius ad Solin T. II. pag. 1086. ed. Par. qui ex veterum librorum auctoritate ſic legendum jubet:

Levis mens numquam ſomnurnas imagines
Affatur, non umbrantur ſomno pupulae.

ut de Prometheo haec dicantur, quem Caucaſo adfixum, vulture ejus jecur tondente, dormire umquam poſſe negat. *ſomnurnas* autem *imagines*, a ſomno, ut *nocturna viſa* a nocte, dici putat. quod ſi admittimus, *ſomnurnae imagines* referendae ſunt ad phantaſmata, quae verbis Macrobii Lib. I. in Somn. Scip. cap. 3. idem auctor MS. de Somniis paullo poſt deſcribit. Popma vero in Fragm. Varr. pag. 298. edidit,

Lenis mens cum ſomnorinas imagines
Affatur, non umbrantur ſomno pupula.

ſed metro reluctante, ut notavit Broukhuſ. ad Tibull. III. 4. 56. qui *ſomnorinas* vocem legitime procuſam negat. & cum Mercero ac Salmaſio *ſomnurnas* praetuliſſe videtur & ſic Barth. ad Stat. II. Theb. 95. Ceterum in omnibus iſtis Nonii Marcelli locis, in quibus hi verſus ſparſim vagantur, licet & aliti fragmenta ex Varronia *Prometheo Lib. I. Lib. II. Lib. XV.* vel ſine ullo Libri I. aut II. indicio ſimpliciter *Varro Prometheo* in voce *putus* pag. 27. & in *plaga* p. 378. adferat eruditiſſimus Grammaticus, tamen Mercero in notis pag. 113. & 137. adſentior, latere in iis locis, ubi *libri* numerus additur, manifeſta literarum veſtigia, quae doceant titulum operis Varroniani fuiſſe, *Prometheo liberato.* vel quod magis vellem, *Prometheo libero.* ut in voce *cortex* p. 199. ubi adfertur verſus hujus fragmenti quartus, *Varro Prometheo lib.* & in voce *quaeſti* p. 492. aliud eſt fragmentum hoc titulo *Varro Prometheo libro.* id eſt *libere.* & forte Varro iſtud drama tranſtulit ex Aeſchyli Prometheo λυομένῳ, quem & Attius Latine reddidit, cum cujus fragmento inſigni apud Cic. II. Tuſcul. cap. 9. merentur haec Varroniana conferri. Quae omnia utinam integra, aeque ac nunc Aeſchyli Prometheus δεσμώτης ſupereſt, etiam ad poſteritatem perveniſſent!

EP. X. *Feltria, perpetuo* &c.] JULIO CAESARI inſcribit vetus membrana, & tamen eſſe praeſtare non auſim. SCRIVER. ſub Jul. Caeſaris nomine edidit Pithoeus Lib. I. pag. 42. & vide Urſinum apud Ferret. in Muſ. Lapid. lib. IV. pag. 263. apud quem male legitur *nimium damnata rigore.* pro *nivium.* ut bene edidit Pithoeus. *damnata rigori* malebat Cel. Oudendorpius. altero verſu *Terra mihi poſthac* corrigunt Pithoeus & Scriverius. quod probo.

EP. XI. *Corduba, ſolve comas* &c.] ſub SENECAE titulo tria haec ad Cordubam & Corſicam Epigrammata habentur apud Pithoeum Lib. I. p. 42. & vulgatis Senecae Philoſophi editionibus vel praefiguntur, vel inter alia Epigrammata de exſilio ſuo ſcripta exſtant ante Conſolationem ad matrem ejus Helviam, ut & in fine Senecae Tragici ex editione Gronoviana conſpiciuntur. DE SE AD PATRIAM inſcribit vetus Voſſii codex, & Schedae MSS. Scaligeri, qui margini *Senecae* nomen adſcripſerat, quamquam nullo auctoris nomine adpoſito ediderit Lib. I. Catalect. p. 197. ſed in notis Senecae haec tribuenda monuit.

Ibid. *triſtes indue vultus*] *cultus* placebat Heinſio.

2. *Inlacrimans cineri munera mitte meo*] idem Heinſius legebat *I lacrimans* &c. ut frequenter amabat voculam illam reponere. de quo alibi. ſed hic nihil muto. *inlacrimari*, *adlacrimari*, *delacrimari*, & ſimilia verba ipſe adſerit in notis ad Virg. X. Aen. 628.

Tempore non alio, quo verſis viribus orbis
   Incubuit belli tota ruina tibi.
Cum geminis oppreſſa malis utrimque peribas:
   Et tibi Pompejus, Caeſar & hoſtis erat.
Tempore non alio, quo ter tibi funera centum
   Heu nox una dedit, quae tibi ſumma fuit.
Non Luſitanus quateret cum moenia latro,
   Figeret & portas lancea torta tuas.
Ille tuus quondam Magnus, tua gloria, civis
   Infigar ſcopulo. Corduba, ſolve comas:
Et gratare tibi, quod te Natura ſupremo
   Adluit Oceano. tardius iſta doles.

EP. XII. EJUSDEM *ad Corſicam.*

Corſica, Phocaeo tellus habitata colono,
   Corſica, quae Grajo nomine Cyrnus eras:
Corſica Sardinia brevior, porrectior Ilva:
   Corſica piſcoſis pervia fluminibus:

Cor-

5. *Tempore non alio*] ſic cod. Voſſ. & Schedae Scaligeri, ejusdemque & Pithoei editio. melius tamen *non illo* tam hic, quam paullo poſt, Pithoeus, Scriverius, & Heinſius, qui etiam legebat, *quo verſi viribus orbis.*

10. *Heu nox una dedit, quae tibi ſumma fuit*] vox vitioſe in cod. Voſſ. forte imitatio hic eſt Ovidii Epiſt. XI. 114.

Nate, parum fauſti miſerabile pignus amoris,
   Haec tibi prima dies, haec tibi ſumma fuit.

nec diſſimile illud Hypermneſtrae Lynceum excitantis Epiſt. XIV. 74.

Nox tibi, ni properas, iſta perennis erit.

& Phyllidis Epiſt. II. 59.

Quae fuit ante illam, mallem ſuprema fuiſſet
   Nox mihi.

43. *Ille tuus quondam Magnus, tua gloria, civis*] merito haec ſuſpecta videbantur Heinſio, qui tentabat *Marcus*, vel *magna & tibi gloria.*

14. *Infigar ſcopulo*] vide eumdem Heinſ. ad Virg. I. Aen. 45.

EP. XII. *Corſica, Phocaeo tellus habitata colono,*
Corſica, quae Grajo nomine Cyrnus eras.] *Corſica Phocaio* v. c. & ita legendum. Sic in veteri Inſcriptione, *Litore Phocaio.* SCALIG. quem etiam vide ad Euſeb. pag. 86. ubi tamen *Litore Phocaico* profert in illius Inſcriptionis Epitaphio, quod legitur apud Gruter. p. 690. 5. & Pith. Lib. III. p. 129. *Phocaico* codex Salmaſii, quomodo ex hoc libro ſuo antiquiſſimo legendum monuit, non *Phocaio*, ut eſt in codice Voſſiano, ad Solin pag. 94. ed. Pariſ. ſic paſſim *Phocaicus*, *Phocaius*, *Phocaeus*, *Phoceus*, & *Phocenſis* confunduntur. vide notas doctorum ad Lucan. III. 340. Cel. Dukeri ad Thucyd. Lib.. I. cap. 13. & Patrui ad Ovid. I. Triſt. 5. 21. ſequenti verſu idem codex Salmaſii *patrio nomine*, ut ex vetuſtiſſimo MS., eodem, ni fallor, Salmaſiano, reponendum monet Heinſius ad Ovid. III. Faſt. 63. & huic adſtipulantur veſtigia codicis Voſſiani, in quo *pario nomine.* indicat autem, Corſicam olim *Cyrneam* dictam, a Cyrno, Herculis filio. Papias in Vocabulario, *Grynea inſula brinea antea dicta. nunc vero Corſica dicitur, in qua taxi naſcuntur, unde Gryneae taxi.* ubi *Cyrnea antea dicta*, &, *Cyrneae taxi* corrigendum notavi ad Lib. I. 147. v. 27. nam reſpicit illud Virgilii Ecl. V. 30. *Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.* ubi Servius, *ideſt Corſicanas. haec autem inſula Graece Cyrne dicitur a Cyrno Herculis filio.* vide & Pompon. Melam. Lib. II. cap. 7. §. 129. & notas Delrii ad Claudian. Conſ. Mallii v. 203. *Corſicam* vero a muliere Ligure *Corſa* dictam tradit Iſidor. XIV. Orig. cap. 6.

3. *porrectior Ilva*] ita recte emendatum, cum codex haberet *porrector illa.* ſequentia ac praecedentia ſunt Senecae. SCALIG. optime *Ilva* caſtigatum a viris doctis, pro *illa*, quod in aliis legebatur codicibus, ut & in Voſſiano. innuit inſulam Ilvam, quae Virgilio X. Aen. 175. dicitur *inexhauſtis chalybum generoſa metallis.* quem imitatur Rutil. I. Itin. 351.

—— *chalybum memorabilis Ilva metallis.*

vide de Ilva Victor. Lib. XIX. Var. Lect. cap. 10,

&

Corſica terribilis, cum primum incanduit aeſtas:
Saevior, oſtendit cum ferus ora Canis:
Parce relegatis, hoc eſt, jam parce ſolutis.
Vivorum cineri ſit tua terra levis.

EP. XIII. EJUSDEM *de Eadem.*

Barbara praeruptis incluſa eſt Corſica ſaxis,
Horrida, deſertis undique vaſta locis.
Non poma Autumnus, ſegetes non educat Aeſtas:
Canaque Palladio munere Bruma caret:
Umbrarum nullo Ver eſt laetabile foetu,
Nullaque in infauſto naſcitur herba ſolo:

Non

& N. Heinſ. Lib. I. Adverſ. cap. I. qui Ilvam & Aethaliam vel Aethalen easdem facit. & ſic Caſaub. ad Strabon. Lib. V. p. 105. & Salmaſ. ad Solin. pag. 95. licet ineptum eſſe etymon, ac nihil certius, *quam Ilvam* Etruſcum eſſe nomen, adſcripſerit Iſ. Voſſius margini exemplaris ſui, quod eſt in Biblioth. Leidenſi. recte etiam *porrectior*, pro extenſior, longior, non *projectior*. vide notata ad Lib. I. Ep. 107.

Corſica piſcoſis pervia fluminibus] vide Lipſ. ad Senec. Conſ. ad Helv. cap. 8.

7. *hoc eſt, jam parce ſolutis*] ſic edidit Pithoeus ex veteri codice. in Voſſiano tamen *ſepultis*. quod in aliis etiam editionibus, & praefertur a Lipſio ad Senecae Conſol. ad Helv. cap. I. & Joh. Schultingio ad Suaſor. III. pag. 34. ac probari poſſet ex Virg. III. Aen. 41.

Quid miſerum, Aenea, laceras? jam parce ſepulto,
Parce pius ſcelerare manus.

& ſic *ſepultus* ac *ſolutus* confunduntur in MSS. apud Virg. IX. Aen. 189. Ovid. Epiſt. X. 76. & II. Faſt. 333. hoc tamen in loco Voſſiani codicis ſcripturam alterius gloſſema eſſe puto. *ſolutus* enim ſaepe pro mortuo ac ſepulto. Ipſe Seneca Epiſt. 71. *Nobis ſolvi perire eſt.* ſic *morte quaſi ſomno ſoluta* de Cleopatra Florus Lib. IV. c. XI. fin. *errant animae poſt membra ſolutae* Statio XII. Theb. 265. & *ſoluta corpore anima* apud Quinctil. Lib. V. c. 14. Epitaphium vetus apud Barth. ad Stat. VI. Theb. 187. HIC EGO INCERTA ET TREPIDA VITA SOLUTUS QUIESCO. Ovid. in Ibid. 148.

Sive manu facta morte ſolutus ero.

& Lib. II. Am. 10. 36. *Cum moriar, medium ſolvar & inter opus.* Propert. II. El. 7. 77. *atque hanc mihi ſolvite vitam.* ubi vide Paſſerat. Prudentius Apoth. v. 1052.

Solvor morte mea, Chriſti virtute reſurgo.

& hanc lectionem hoc ipſo in verſu probavit Patruus meus ad Petron. cap. CXI. ubi occurrit, *Si ſoluta fueris inedia, ſi te vivam ſepelieris.* & pluribus N. Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 5. pag. 49. qui tamen alterum antea praetuliſſe videtur in notis ad Ovidii Ibin v. 16. ubi *ſepultos* de exſulibus civiliter mortuis ac quaſi ſepultis, bene illuſtrat. hinc *vivorum cinerem* de exſulibus dicit, ut apud Cic. pro Quint. cap. 13. *ne in civitate ſit, ne numeretur inter vivos.* ſic *vivum funus* de juvene ſolitario & commercio hominum exemto apud Rutil. I. Itin. 518. hinc de filio nequam, qui a ſe exſulaverat, dicit pater apud Lucam cap. XV. 24. & 32. ὅτι ὁ υἱός μου νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε. vide & Lipſ. ad Senec. Conſ. ad Helv. cap. I.

EP. XIII. *Barbara praeruptis* &c.] praecedenti continuat Salmaſianus & Voſſii codex. confer cum hoc Epigrammate Senec. Conſol. ad Helv. cap. 6. ubi de Corſica: *Quid tam nudum inveniri poteſt, quid tam abruptum undique quam hoc ſaxum? quid ad copias reſpicienti jejunius? quid ad homines immanſuetius? quid ad ipſum loci ſitum horribilius? quid ad coeli naturam intemperatius? plures tamen hic peregrini quam cives conſiſtunt.* quae ultima illuſtrant finem hujus Epigrammatis,

Hic ſola haec duo ſunt, exſul, & exſilium.

quo verſu reſpici ad copiam exſulum in Corſicam relegatorum, orae editionis Pithoeanae adſcripſerat Caſaubonus.

5. *Umbrarum nullo*] *Umbrorum* vitioſe in cod. Voſſ. *Imbriferum* Salmaſianus. optime ac veriſſime: niſi *umbras* de arborum frondoſarum amoenitate capiamus. ſic *umbra* pro arbore umbroſa apud Virg. I. Georg. 191. ubi vide Patrui notas. & Broukh. ad Propert. Lib. III. XI. 37. quin & *umbras* pro foliis ac comis arborum dici videbis apud Markland. in notis ad Statii Silvas p. 102. & pro arboribus ipſis apud Dreſem. ad Joſeph. Iſcan. VI. 408. & Cel. Drakenb. ad Silium Ital. IV. 681. ſed tamen *ver imbriferum* auctoritate vetuſtiſſimi illius codicis huc forte revocandum, idque eleganter dici puto, quia imbribus vernis foecundatur tellus; ut umbras aeſtivas arboribus proferat. votum enim agricolarum, ut efflorescant arbores ac ſata, deinde *imbribus* recreentur. vide notas Patrui ad Claudian. II. Conſ. Stilic. 56. ſic *ver imbriferum*

Virg.

Digitized by Google

Non panis, non hauſtus aquae, non ultimus ignis.
Hic ſola haec duo ſunt, exſul, & exſilium.

Ep. xiv. *de Amphitheatro vicino mari.*

Amphitheatrales mirantur rura triumphos,
Et nemus inſignes cernit adeſſe feras.
Spectat arando novos agreſtis turba labores,
Nautaque de pelago gaudia mixta videt.
Foecundus nil perdit ager, plus germina creſcunt,
Dum metuunt omnes hic ſua fata ferae.

Ep.

Virg. I. Georg. 313. ubi ſimili varietate *Umbriferum* in codice Rottendorphiano. aliter Cl. Cannegieterus, qui in notis ad Avian. Fab. xxxiii. p. 184. tentabat,

Hic florum nullo ver eſt laetabile foetu.

quia *umbrarum foetus* forte ſine exemplo eſt. ſed ſi codicis Salmaſiani lectionem ſequamur, *foetus* in genere de quacumque verni temporis foecunditate dicitur.

7. *Non panis, non hauſtus aquae, non ultimus ignis*] *non utilis ignis* legebat Barthius ad Claudian. pag. 322. ut exprimat ultimam egeſtatem, & miſerrimam exſulis, cui *aqua* & *igni* interdictum fuerat, calamitatem. vide Vulcanii notas ad Agathiam pag. 6. ſed perperam, ut puto. per *ultimum ignem* rectius hic ignem rogi intelligit Lipſ. ad Senec. Conſ. ad Helv. cap. 6. ille enim paſſim *ignis ultimus*, vel *ſupremus* vocatur. Quinctilian. Decl. vi. cap. 2. *Mater ignem ultimum filio negat.* &c. *ſupremos ignes* vocat Statius Lib. iii. Theb. 16.

Ite diu fratres, indiſcretique ſupremis
Ignibus, & canos una confundite manes.

Lucanus Lib. vi. 358.

Colla caputque ferens ſupremo tradidit igni.

Ovid. I. Am. 15. 41.

——— *cum me ſupremus adederit ignis.*

Seneca Oedipo v. 60. *portat hunc aeger parens Supremum ad ignem. flammas ſupremas* ſimiliter dixit idem Statius vi. Theb. 100.

Chaoniumque nemus, brumaque illaeſa cupreſſus
Procumbunt piceae, flammis alimenta ſupremis.

fax ultima Propertio Lib. iii. El. 10. 17.

Namque ubi mortifero jacta eſt fax ultima lecto.

ubi *fax humida* perperam in primo codice Leidenſi, olim Menteliano. alia vide apud Heinſ. Lib. ii. Adverſ. cap. 6. pag. 249. bene igitur Broukhuſius apud Propert. Lib. I. El. 6. 24. ex ſuo codice ſecundo reſtituit,

Et tibi non unquam noſtros puer iſte labores
Adferat, & lacrimis ultima vota meis.

& de morte, ultima miſeris votorum linea, exponit, quod illic confirmatur ab eodem codice Leidenſi. ſic *mors ultima* Petron. cap. 89. ubi vide notas. & in illo verſu Lucilii apud Pith. ſub finem Lib. iii. *Mors non una venit, ſed quae rapit, ultima mors eſt.* ubi plura.

Ep. xiv. *De Amphitheatro* &c.] legitur apud Pithoeum Lib. ii. p. 74. & inter Catalecta Petroniana, & in Schedis Salmaſianis ac cod. Leid. inter Luxurii Epigrammata N°. lx. in quibus inſcribitur, *De amfiteatro in villa vicina mari fabricato.* Andreas etiam Rivinus edidit inter vetera Epigrammata poſt Palladium pag. 14. cum titulo: De Amphitheatro rupestri maritimo. ubi nulla a Pithoei editione eſt differentia, nec apud Binetum in Petron. & alior. Epigr. vet. pag. 7. Scriptum eſſe hoc Epigramma in Amphitheatrum urbis Polae, quod refert Leand. Albert. Deſcr. Ital. p. 779. adfirmat Laur. Pignorius in Antiqq. Patav. pag. 183.

v. 2. *Et nemus inſignes* &c.] ita apud Pith. Pignor. Binetum, ceteroſque. Salmaſii ſchedae & codex Leidenſis *igneas*. unde Heinſius *ingenitas*. vel *indigenas*. ut in Epigrammate Luxurii, quod protulit ad Claudian. Eidyll. vi.

Ardua montanos inter ſplendentia lucos
Culmina, & indigenis nunc metuenda feris.

Ego ex veſtigiis codicis Salmaſiani & Leidenſis *ignotas* praeferrem, nempe, quae ex alio orbe adferuntur & in ſilvis Italiae non nutriuntur. ut in illo Petronii de Bello Civili, Sat. cap. 119.

Quaeritur in ſilvis Mauris fera, & ultimus Ammon
Afrorum excutitur: ne deſit bellua dente
Ad mortes pretioſa ſuas, premit advena claſſes
Tigris, & aurata gradiens vectatur in aula,
Ut bibat humanum populo plaudente cruorem.

ubi vide notas Interpretum.

3. *Spectat arando novos*] locum hunc inter exempla gerundiorum in *do* a deterioris aevi poëtis correptorum adtuli in notis ad Eleg. in Meſſal. v. 48. ubi vide. *laborem* ſchedae Salmaſ. & cod. Leid.

4. *gaudia mixta*] vitioſe *juxta* apud Binet. Pignor. & in ed. Pithoei, ſed qui in notis monuit corrigendum eſſe *juſta*. & ita Heinſius. quia alterum metro adverſatur. *juncta* legebat Barthius Lib. xlix. Adv. cap. 5. Salmaſii ſchedae & cod. Leid. *gaudia mixta*, quod veriſſimum judicavi, ideoque ſic edidi.

Ep.

EP. XV. *de Circo.*

Circus imago poli, formam cui docta vetuſtas
  Condidit, & numeros limitis aetherei.
Nam duodeannigenas oſtendunt oſtia menſes,
  Quaeque meat curſim aureus aſtra jubar.
Tempora cornipedes, referant elementa colores,
  Auriga ut Phoebus quatuor aptet equos.
Cardinibus propriis includunt ſepta quadrigis,

Ja-

EP. XV. *Circus imago poli*] edidit Pithoeus Lib. II. pag. 74. DE CIRCENSIBUS inſcribit codex Salmaſii, qui multa ad illuſtrationem hujus Epigrammatis contulit in Exerc. Plin. ad Solin. T. II. p. 907. 908. & 909. ed. Paris. & nonnulla in eo emendat Barth. Lib. XVII. Adverſ. cap. 3. & Lib. XLIX. cap. 9. locus Corippi, a Pithoeo ad v. 17. indicatus, ſimilia plane de Circo habet pag. 16. ed. Dempſt. cujus notas vide p. 110. & 111. ſed praecipue conferri meretur Sidonii Apollinaris deſcriptio Circi, ejusque aurigationis, Carm. XXIII. v. 314. & ſeqq.

v. 2. *Condidit & numeros*] non infeliciter Barth. Lib. XVII. Adv. 3. hic legit *Condidit ad numeros*. quia forma Circi, qui hic deſcribitur, facta erat ad numeros ſignorum coeleſtium Zodiaci; in hoc enim Circo XII. oſtia, ſeu portae, Solis curſum annuum per duodecim ſigna coeleſtia referebant.

3. *Nam duodiannigenas*] repone, *Nam duodeannigenas oſtendunt oſtia menſes.* PITHOEUS. aliter Heinſius, qui legebat, *Nam duodena vagas.* vel *Nam duodenigenas.* In codice autem Salmaſiano & Voſſiano, *Nam duodecim annis genas.* & verſu ſequenti, *Quaeque mea curſim.* cum aſteriſco. ſuſpectus hic verſus Barthio, qui Lib. III. Ablegm. Crit. cap. 13. reponebat,

Quaeque meat, ceu ſint, aureus aſtra jubar.

id eſt, ut in ipſo coelo, ita & ficta illa duodecim ſigna, quae oſtendunt totidem portae in Circo, Sol quotannis perambulat. idem ad Stat. I. Theb. 343. profert,

Quaeque meat vorſim aureus aſtra jubar.

aliter adhuc Lib. XVII. Adverſ. 3. ubi exſculpit,

Quaeque meat cauſint aureus aſtra jubar.

quod nemo intelligit. tum alia exempla adſert, ubi *aureus jubar*, maſculino genere, Sol dicitur. ſed ejusmodi conjecturis vulgatam lectionem vexandam non opinor.

5. *referant*] lege, *Tempora cornipedes, referunt elementa colores.* PITHOEUS. firmat codex Salmaſianus, in quo clare legitur, ita ut recte Pithoeus emendat. ſed verſu ſeq. *habet* pro *aptet*. ut in ed. Pith. *aptat* Heinſ. qui ex eodem codice diſtinguebat,

Auriga, ut Phoebus, quatuor aptat equos.

conjiciebam aliquando, *quatuor addit equos*. id eſt currui jungit. ſed *aptare equos* pro parare, inſtruere, eleganter dicitur. ſic Lucan. VII. 143.

Auget eques ſtimulos, frenorumque aptat habenas.

quod contra alios *artat* legentes recte tuetur Oudendorpius & Patruus meus. Seneca Medea v. 85. *Cedent Aeſonido duci, Proles fulminis improbi, Aptat qui juga tigribus. biremes remigio aptare* Virg. VIII. Aen. 80. *humeris arma aptare* Lib. IX. 364. ejusque imitatione Valer. Fl. Lib. II. 544. *aptare ſe pugnae* idem Virg. X. Aen. 588.

——— *pronus pendens in verbera tela*
Admonuit bijugos; projecto dum pede laevo
Aptat ſe pugnae?

vide Bentlej. ad Horat. Lib. I. Epiſt. I. 69. p. 543. & plura de vario uſu verbi hujus *aptare* dabunt notae Patrui ad Ovid. XI. Met. 455. & ad Nemeſian. Cyneg. 90. qui non penitus damnabat conjecturam meam, qua olim hoc verbum reſtituendum putabam ex veſtigiis fragmenti Walliani, apud Virg. III. Aen. 132. in quo legebatur,

Ergo avidus muros aptare molior urbis.

unde geminata *e* litera eliciebam *aptare emolior urbi.* licet vulgatam in notis ſuis vindicaverit.

7. *Cardinibus propriis includunt ſepta quadrigis*] legendum cum Heinſio *quadrigas*. & cum Cel. Schradero *Carceribus*. voces enim hae in MSS. non raro permutantur. & ſimili varietate apud Valer. Fl. III. 499.

——— *viden' Arctoo de carcere quanta*
Tollat ſe nubes.

ubi Heinſius malebat *cardine*. & hinc toties *carcere miſſus equus*. & ſim. vid. Ciofan. ad Ovid. Epiſt. XVIII. 166. & Scholiaſt. ad illud Lucani Lib. I. 295.

Eleus ſonipes quamvis jam carcere clauſa
Immineat foribus, pronusque repagula laxet.

carceres autem ſunt portae ſeu *oſtia* duodecim, ut verſu tertio vocantur, ſena utrimque. de quibus multa Sirmondus ad Sidon. pag. 159. ubi & in ſequentibus alia habet, unde lucem optimam foenerari poſſit hoc Epigramma.

Digitized by Google

Janus vexillum qua juvat ire levans.
Aſt ubi panduntur funduntque repagula curſus,
Unus & ante omnes cogitur ire prior:
Metarum tendunt circumdare curſibus orbes.
Namque axes gemini ortum obitumque docent.
Namque his Euripus quaſi magnum intervenit aequor,
Et medius centri ſumma obeliſcus adit.

Sep-

8. *qua juvat ire levans*] *qua jubet* Heinſius. quod firmatur a codice Salmaſiano. in quo tamen *jubet* forſan pro *juvet* ſcriptum fuit.

9. *funduntque repagula curſus*] *reculi* cod. Salm. ex vitio compendioſae ſcripturae *repacula. currus* recte Heinſ. ut apud Virg. v. Aen. *ruuntque effuſi carcere currus.* & ſic Salmaſ. ad Solin. p. 924. ubi de carcerum repagulis in Circo.

10. *Unus & ante omnes cogitur ire prior*] *prius* cod. Salm. *cogitat* pro *cogitur* Cl. Schraderus. Si quid mutandum, poſſet hic legi,

Unus & ante omnes occupat ire prior.

nam *occupare* in re Circenſi dicebatur auriga, qui fortis ac loci beneficio ceteros antevertere ſtudebat. vide egregie Salmaſ. ad Solin. T. II. pag. 904. b. & ſeq. ubi tamen vulgatam in hoc loco probaſſe videtur. ſic de nave alias antea egreſſas praetereunte Ovid. Lib. I. Triſt. 10. 6.

Nec comites volucri contenta eſt vincere curſu:
Occupat egreſſas quamlibet ante rates.

& ſaepe alibi *occupare* pro praevertere. vid. Nonium Marcell. in h. v. pag. 355. ed. Merc. & Heinſ. ad Lib. VIII. Met. 344. *occupat ire prior* locutio elegans, ut in Oratione Catonis apud Gell. Lib. VII. cap. 3. *id nos priores facere occupabimus.* & paullo poſt, *gladiatori haec propoſita pugnae ſors eſt, aut occidere ſi occupaverit, aut occumbere ſi ceſſaverit.* ita cum verbo infinito *occupavit Scipio Padum trajicere*, pro prior trajecit, antequam adeſſet Hannibal, apud Liv. XXI. 46. ubi vid. Drakenb. ſic *prior* additur voci *occupat* apud Horat. Lib. I. Epiſt. 7. 66.

Occupat & ſalvere jubet prior.

ubi vide Torrent. & bene hoc verbum Senecae Thyeſt. 270. reſtituit Gronovius.

11. *Metarum condunt circumdare curſibus omnes*] ita editum hactenus. ſed quis ferat hic *condunt circumdare*, praeſertim quum paullo poſt ſequatur, *condunt certamina.* amiciſſimus Schraderus conjecerat *quaerunt* vel *certant.* ſed recepi conjecturam N. Heinſii *tendunt.* quia auctoritate codicis Salmaſiani firmatur.

12. *ortum obitumque docent*] *ducunt* male in eodem cod. Salm.

13. *Namque bis*] lege, *Jamque bis*: & in ſeq. verſu *obeliſcus.* PITHOEUS. recte ſane Pithoeus legit *Jamque bis Euripus.* ut ſit tranſitio ad alia, quae ceteris prius enumeratis adnectuntur. ingrata enim & inutilis repetitio eſt *Namque axes gemini*, & *Namque bis Euripus.* ſimili modo frequenter in auctoribus vetuſtis peccaſſe librarios, & plerumque in *Nam* mutaſſe, nonnullis exemplis oſtendimus ſupra ad Lib. II. 122. v. 41. quibus adde illud Juſtini Lib. XLI. cap. 5. *Jam fontium ea copia eſt, ut & aquarum abundantia irrigetur.* ubi vide Graev. nam male illic in ed. Aldina, *Nam fontium.* Lib. XLIV. cap. I. *Jam lini ſpartique vis ingens, minii certe nulla feracior terra.* ita apud Prudentium Hamartig. v. 600. corrigendum eſt ex membranis antiquiſſimis Egmondanis,

Jam, quia naſcendi nullus patet exitus, alvus
Foetibus in lucem &c.

ubi etiam in vulgatis *Nam* circumfertur. & ſic apud Cic. I. Verr. 49. praeferendum videtur: *Jam quid ego de quotidiano ſermone, querimoniaque P. R. loquar?* & eodem modo aberravit ſcribarum manus apud Auctorem Rhetoric. ad Herenn. Lib. III. cap. 19. ubi vide Graev. & Cel. Duker. ad Flor. praeſ. §. 2. deinde pro *intervenit aequor* vitioſe in cod. Voſſ. *interjuvet.* ſed legendum e codice Salmaſiano *interjacet aequor.* quae ſequentem verſum ſic exhibent,

Et medius centri ſummus obliſcus adit.

quomodo etiam profert ad Solin. p. 907. & 909. ſed vide du Cangium ad Annae Comnenae Alexiadem pag. 422.

15. *Saepe etiam gyris condunt certamina planae*] ſic edidit Pithoeus, perperam & ſine ſenſu. *claudunt certamina plane* in cod. Voſſ. ſed praeclare hic ſuccurrit codex Salmaſianus, in quo optime legitur.

Septem etiam guiris (id eſt *gyris*) *claudunt certamina palmae.*

id eſt ſeptem ſpatiis legitime confectis victorum palmae finiunt certamina. ut apud Senecam Epiſt. XXX. *manifeſtior notari ſolet agitatorum laetitia, quum ſeptimo ſpatio palmae appropinquant.* & ſic ex membranis ſuis vetuſtiſſimis adfert Salmaſius ipſe ad Solin. p. 1123. quomodo ex eodem codice ſcribendum monuit Heinſius ad Ovid. Halieut. v. 68. quare ſic edidi. faceſſat igitur Barthius, qui Lib. XLIX. Adverſ. c. 9. emaculandum jubet, *condunt certamina plancae.* & *plancas* exponit craſſiores aſſeres, ſeu carcerum repagula,

quae

Digitized by Google

Septem etiam gyris condunt certamina palmae,
Quot coelum ſtringunt cingula forte pari.
Lunae biga datur ſemper, Solique quadriga,
Caſtoribus ſimpli rite dicantur equi.
Divinis conſtant noſtra haec ſpectacula rebus.
Gratia magna quibus crevit honore Deûm.

Ep.

quae certaminibus obſtant, ne per univerſa Circi ſpatia ab uno poſſit iter fieri. per *ſeptem gyros* intellige *ſeptem* Circi *ſpatia*, ut illic vocat Ovidius,

Septem etiam ſpatiis Circi meruere coronam.

qui locus *palmas* hoc in verſu etiam firmat. *guiri* autem pro *gyris* ſaepe in vetuſtis codicibus, ut *guila* pro *gula*, & ſim. ſic in Epigr. vet. apud Pith. Lib. IV. p. 160. *Linque precor guiros.* &c. pro *gyros.* vid. Salmaſ. d. l. & Heinſ. initio notar. ad Catullum. & hanc lectionem firmat Sidonius Apollin. Carm XXIII. v. 371.

Stringis quadrijugos & arte ſumma
In gyrum bene ſeptimum reſervas.

& Arnobius Lib. VII. p. 245. *qui ſpectatum proficiſceretur e coelo, cantherios de velocitate certantes, replicantes gyros ſeptem.* ſic *gyros* pro ſpatiis, locutione a circo deſumta, dicit Propertius Lib. III. 2. 21.

Cur tua praeſcriptos evecta eſt pagina gyros.

ut recte reſtituit Lipſius Lib. III. Var. Lect. 12. nam in antiquis codicibus, etiam in Voſſianis, Leidenſibus, ac Dorvillianis, illic ſcribitur, *praeſcripto ſevecta eſt pagina gyro.* pro quo male etiam in meo codice *ſevecta eſt pagina libro.* ſic El. 12. 11. de Spartanorum palaeſtra,

Gyrum pulſat equis, niveum latus enſe revincit.

vide Paſſeratii notas pag. 417. de ſeptenis Circi ſpatiis legi merentur notae Torrentii ad Sueton. Dom. c. 4. Stewech. ad Arnob. p. 154. ejuadem Paſſeratii ad Propert. pag. 348. & Bulengerus de Circo Rom. cap. 28.

17. *Lunae biga datur ſemper, ſolique quadriga*] ſcribe, *Solique quadriga. Caſtoribus ſimpli rite dicantur equi.* & confer hoc epigramma cum Caſſiodori Epiſt. 51. Lib. III. Variar. & loco Africani Corippi de Circo Lib. I. in laude Juſtini. PITHOEUS. recte emendavit Pithoeus *Solique quadriga, Caſtoribus ſimpli* &c. Manilius Lib. V. initio:

——— *ſignisque relictis,*
Quis adverſa meant ſtellarum lumina quinque,
Quadrijugis & Phoebus equis, & Delia bigis.

quod hoc ipſo Epigrammatis hujus verſu illuſtrat Huetius. appoſite Caſſiodorus Lib. III. Variar. Ep. 51. *biga quaſi Lunae, quadriga Solis imitatione reperta eſt. equi deſultorii, per quos Circenſium miniſtri miſſus denuntiant exituros.* Tertullianus de Spectac. cap. 9. ubi de artificio Circenſi: *Caſtori & Polluci deputatur haec ſpecies, quibus equos a Mercurio diſtributos Steſichorus docet. Quadrigas Soli, bigas Lunae ſanxerunt.* vide Grangaeum ad Prudent. contra Symmach. pag. 109. & Barth. Lib. X. Adv. cap. 12. Scholiaſtes Statii ad VI. Theb. 239. *Poëtae autem quadrigas dant Soli, bigas Lunae, equos ſingulos ſideribus.* ubi *equos ſingulos* vocat, qui hic *ſimpli* dicuntur, quomodo recte in notis ſuis Pithoeus, cui conſentit codex Salmaſianus; nam male in utraque Pithoei editione *ſimplici.* pro quo *gemini* conjecerat Patruus meus. Heinſius legebat, *Caſtoribus ſimplex rite dicatur equus.* nec male Joh. Fr. Gronovius *ſingli* contracte pro *ſinguli.* tentaveram aliquando *celſi equi.* equus enim deſultor *celſus* dicitur a Gr. κέλης vel κελήτης, id eſt *ſingulator.* vide Petav. ad Themiſt. Orat. VI. pag. 571. inde κελητίζειν apud Ariſtoph. Theſmoph. v. 160. ubi plura ex Suida habent Scholia. & de *celete* ſeu ſingulari ac deſultorio equo multa Tollius ad Palaephat. pag. 243. & ſeqq. *alternum equum* vocant alii. vid. Heinſ. ad Ovid. II. ex Pont. 6. 38. Hinc in Gloſſis antiquis editis & ineditis, *Aurax*, (vel *Aureax*) *equus ſolitarius.* quod per equum ſingulatorem, ſeu κέλητα, exponunt Scaliger ad Feſtum pag. 25. & Vulcan. ad Gloſſar. L. Gr. pag. 17. Sed dubito an non in iſto Gloſſarum loco lateat nomen equi Solis, cujus quia rarior apud veteres mentio eſt, forte illic pro *Aurax, equus ſolitarius*, pro quo mendoſe in Gloſſis MSS. Leidenſibus, Feſto adnexis, *Aureax, nequam ſolitarius*, ſubſtituendum ſuſpicari quis poſſit, *Abrax, equus Solis. rarius.* ut innuat Gloſſator rarius id nomen occurrere. Certe apud Hyginum fab. CLXXXIII. inter equos Solis ab Homero (ſive potius Herodoro, ut Munckerus) memoratos primo loco *Abrax* recenſetur, ſi integra modo lectio ſit. vide Dempſter. ad Coripp. pag. 110. Hoc autem Epigrammatis verſu *ſimpli equi* praeſerendum exiſtimavi cum Salmaſio ad Vopiſc. Carin. cap. 19. pag. 845. Barthio Lib. XLIX. Adverſ. cap. 9. & Valeſio in notas Mauſſac. ad Harpocrat. pag. 94. qui recte *ſimplos equos* exponunt ſingulares, deſultorios, non bijugos aut quadrijugos. de quibus plura la Cerda in Adverſ. Sacris cap. 40. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Del. v. 113. & Graevius ad Iſidor. Gloſſar. pag. 22. verſu penultimo in Schedis Salmaſianis, *noſtra ſpectacula*, omiſſa voce *haec*, & producta ultima in *noſtra* ante *ſp.* ut paſſim apud Prudentium, ſimilisque aetatis poëtas.

Ep. xvi. *de Priſco & Vero Gladiatoribus.* M. Valerii Martialis.

Cum traheret Priſcus, traheret certamina Verus,
 Eſſet & aequalis Mars utriusque diu:
Miſſio ſaepe viris magno clamore petita eſt.
 Sed Caeſar legi paruit ipſe ſuae.
Lex erat, ad digitum poſita concurrere palma.
 Quod licuit, lances, donaque ſaepe dedit.

In-

Ep. xvi. *Cum traheret Priſcus* &c.] Sub Martialis nomine hoc Epigramma cum duobus ſequentibus fragmentis primus publicavit Scaliger Lib. I. Catalect. pag. 215. ed. primae Lugdunenſis Rovillianae, in qua tamen nota ejus non conſpicitur, quae in ſecunda Raphelengiana legitur, ubi haec exſtant pag 211. Poſt Scaligerum etiam edidit Pithoeus, Lib. II. pag. 62. & 63. quae cauſſa eſt, cur hic quoque ea exhibere viſum fuerit, licet Scriverius ediderit inter illa Epigrammata, quae Martiali vulgo adſcribuntur, & librum Spectaculorum efficiunt, ſed quorum pleraque incertos habent auctores. Inter Excerpta Martialis habet etiam vetus Voſſii codex, cum quo contulit Heinſius. in ſchedis MSS. Scaligeri inſcribitur, Martialis, de Prisco et Vero. Sed incertum hujus Epigrammatis auctorem facit Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 497.

5. *Lex erat ad digitum poſita concurrere palma*] Ita ſine dubio legendum. cum miſſionem vellet dare Caeſar utrique gladiatori, quorum alteruter ab altero vinci nunquam potuit, hac lege dedit, ſi alter a carceribus, alter a metis eodem momento temporis profectus, ita curreret, ut in concurſu alter in alterius palmam digitum imponeret. Quod evenit, & uterque palmarium habuit, tamquam invictus. Oportebat igitur, ut uterque digito indice manus dextrae infeſto, ſiniſtrae autem palma explicata curreret. Ita alter in alterius palmam in concurſu immittebat. Elegans vero Epigramma & Martiale dignum. SCALIGER. Huc pertinet fortaſſe exemplum illud, quod Quintilianus Oratoriar. Inſtitut. Lib. VIII. cap. 5. recitat: *Contra eundem ſermonem gladiatoris, cujus modo feci mentionem. Ad digitum mihi pugna eſt.* Sed propter nimiam brevitatem diſpicere certi nil queo. LINDENBROG. recte faciunt illi, qui legunt *ad digitum poſita concurrere palma.* non *poſitam palmam*, ut in ſchedis & ed. Scalig. ac Pithoei, licet alterum in margine ſit. Sed in explicatione hujus verſus non eadem ſentiunt. Scaligerum poſtea haec longe aliter intellexiſſe, & in Graeca ſua Epigrammatum veterum verſione de micatione digitorum expoſuiſſe notavit Scriver. ad Martial. pag. 22. & ſic Salmaſ. ad Vopiſc. Carin. cap. 19. p. 830. ſed Ramireſii interpretationem, qua *pugnare ad digitum* pro tam diu pugnare, donec alter ſublato digito ſe victum fateretur, probavit Octav. Ferrarius Lib. II. Elect. cap. 19. ex quo etiam patebit, Lindenbrogium perperam huc advocaſſe locum Quinctiliani, ubi vide doctorum notas: cujus erroris comitem habet Ramireſium, Scaligero ſub Muſambertii nomine ſatis refutatum. vide & Fabrum Lib. I. Agoniſt. cap. 8. & Boſium ad Nepotis Hamilc. cap. I. §. 4. duplici vero explicatione locum hunc illuſtravit Barthius in notis ad Gratii Cyneg. v. 12. ubi vel de palma in manu ſeu digitis victoris poſita ad virtutis indicium, vel de depugnatione ad ſublationem digiti ab illo factam, qui ſe victum fateretur, exponit. aliter adhuc idem Barthius Lib. I. Adverſ. cap. 16. ubi *ad digitum palmam ponere* de arctiſſima certaminis lege capit, ne digito quis uno ſolo alterum ſuperet. ſed priora certe ſaniora ſunt. forte huc referri poſſet Virg. V. Aen. 426. ubi de pugna inter Entellum & Aceſten:

Tum ſatus Anchiſa caeſtus pater extulit aequos,
Et paribus palmas amborum innexuit armis.
Conſtitit in digitos extemplo arrectus uterque.

licet aliter explicet Cerda. *poſita* autem *palma* propria hac in re locutio eſt. ut *palma in medio poſita* Terentio in Phorm. Prolog. v. 17. & apud Virg. V. Aen. 292.

Hic qui forte velint rapido contendere curſu,
Invitat pretiis animos, & praemia ponit.

vide notas Patrui ad Phaedr. Lib. I. fab. 14. 9.

6. *Quod licuit, lances, donaque ſaepe dedit*] Ita legendum, licet codici ſuo Heinſius adſcripſerit *laudes.* vulgatam tamen lectionem, quae firmatur a ſchedis MSS. Scaligeri, ipſe tuetur in Epiſt. ad Muncker. Tom. V. Syllog. pag. 402. & recte. *lances* enim ſunt, in quibus ſpectatores munera & eſculenta gladiatori aut athletae, cui ſavebant, vel potius, in quibus munera ac praemia victori mittebant editores & judices ſpectaculorum. de his lancibus emendarunt atque expoſuerunt Heinſius & alii locum Phaedri Lib. V. fab. 5. 20. ubi *multis onerant lancibus* legunt ex Pithoei codice, pro *laudibus.* vide praeſertim Gudii notas p. 117. ubi hunc ipſum verſum etiam illuſtrat. ſed vulgatam illic defendit Patruus meus, eumque ſecutus Drakenb. ad Silium Lib. III. 15. *lances* etiam adhibebant opulentiores in ſacris, iisque tura vel exta aris infere-

Inventus tamen eſt finis diſcriminis aequi.
Pugnavere pares: ſuccubuere pares.
Miſit utrique rudes, & palmas Caeſar utrique.
Hoc pretium virtus ingenioſa tulit.
Contigit hoc nullo, niſi te, ſub principe, Caeſar:
Cum duo pugnarent, victor uterque fuit.

EP. XVII. EJUSDEM. *de Dama & Canibus. Fragmentum.*

Concita veloces fugeret cum dama Moloſſos,
Et varia lentas necteret arte moras;
Caeſaris ante pedes ſupplex, ſimiliſque roganti
Conſtitit: & praedam non tetigere canes.

* * *

Haec intellecto principe dona tulit.
Numen habet Caeſar. ſacra eſt vis, ſacra poteſtas.
Credite: mentiri non didicere ferae.

EP. XVIII. EJUSDEM *Aliud.*

* * *

Da veniam ſubitis. non diſplicuiſſe meretur,
Feſtinat Caeſar qui placuiſſe tibi.

Ce-

rebant. Virg. II. Georg. 194.

Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

& v. 394.

Ergo rite ſuum Baccho dicemus honorem
Carminibus patriis, lancesque & liba feremus.

Ovid. IV. ex P. El. 8. 40.

Nec quae de parva Dis pauper libat acerra,
Tura minus, grandi quam data lance, valent.

& Epiſt. IX. 33.

Turaque mente magis plena, quam lance, dediſſem.

vide Marell. ad Perſ. pag. 48. & Heinſ. ad illud Ovidii Lib. I. Faſt. 454.

Det jecur in lances, Inachi lauta, tuas.

9. *Miſit utrique rudes*] ita correxerat Franeius, Tollius, & Pithoeus. nam in illius & Scaligeri editione *utrisque.* cod. Voſſ. & ſchedae MSS. Scalig. *utriusque.* ſed in marg. emendaverat *utrisque.* quod admitti poteſt. ſaepe enim *utrique* in plurali, ubi de duobus ſermo eſt. Virg. VI. Aen. 685. *palmas utrasque tetendit.* licet locutionem illam inprobet Carminius Grammaticus apud Serv. ad Lib. V. Aen. 233. & diſtinguat Corrad. ad Cic. XIII. ad Att. 32. ſed ita Sueton. Veſp. in fine, *pari temporis ſpatio utrique imperaverunt.* Juſtin. I. 9. 17. *aures utrasque praeciderat.* & XLI. 2. *Sermo ex utrisque mixtus.* ubi vide Vorſt. & Cel. Oudend. ad Caeſ. I. B. G. 53. 4.

11. *Contigit hoc nullo, niſi te, ſub principe, Caeſar*] ſic recte diſtinguit Scaligeri editio. vitioſe in cod. Voſſ. *niſi tibi principe.* diverſum, & a priori diſtinguendum Epigramma in margine ſchedarum notaverat Scaliger.

EP. XVII. *de Dama & Canibus, Fragmentum*] ita inſcripſit Scriverius. DE DAMMA QUAM CAESAR DIMISIT cod. Voſſ. & ſchedae Scalig. an Martialis ſit hoc Epigramma, dubitat Vlitius ad Gratii Cyneg. v. 181. *ageret cum dama moloſſos* Scriverius conjiciebat.

2. *Et varia lentas necteret arte moras*] ſic edidi ex veriſſima Heinſii emendatione, quae veſtigiis codicis Voſſiani inſiſtit, in quo *lintas.* quomodo in ſchedis Scalig. ſed in margine *Lyncas.* & *mora. lyncas* etiam in illius & Pithoei editione. Tollius legebat *longas moras.* Idem Heinſius etiam *obliquas* conjecerat, ut Pithoeus in notis, quod in Martialis editione ſecutus eſt Scriverius. qui tertium Epigramma in duo diviſit, & alterum alteri praepoſuit, ut ediderat Hadr. Junius. tum *victoris fama ſecunda eſt* legit pro *virtutis.* ſed parum referre arbitror. *ſecundae* Heinſius.

6. *Haec intellecto principe dona tulit*] excidiſſe hexametrum indicant aſteriſci, quem ita in marg. ed. Scalig. ſuppleverat Scriverius,

Damaque, quae rabidis ceſſiſſet praeda moloſſis,
Haec intellecto principe dona tulit.

EP.

Cedere majori, virtutis fama ſecunda eſt.
Illa gravis palma eſt, quam minor hoſtis habet.

Ep. XIX. *Super muros Aſulae, Caſtelli ad Fluv. Cleſium.*

Aſula ſum muris circumdata pulchra duobus,
Aſula praeſtanti ſplendida facta manu.
Deſine dux belli de me ſperare triumphum,
Frange opus hoc: hominum pectora murus erunt.

Ep. XX. Incerti *de Treveris.*

Nini Semiramis, quae tanto conjuge felix
Plurima poſſedit, ſed plura prioribus addit,
Non contenta ſuis, nec tòtis finibus orbis,
Expulit a patrio privignum Trebeta regno,
Inſignem profugus noſtram qui condidit urbem.

Ep. XXI. *Interamnae, Umbriae ad Narem fl. oppido.*

Tirenus fecit, Trajanus me reparavit,
Ergo mihi Tranum nomen uterque facit.

Ep. XXII. *De Urbe Albingauno a Conſtantio Comite inſtaurata.*

Conſtantî virtus, ſtudium, victoria, nomen,
Dum recipit Gallos, reſtituit Ligures.

Moe-

Ep. xix. *Super muros Aſulae* &c.] optimum hoc Epigramma produxit Reineſ. Claſſ. II. inſcr. 34. & ex eo Almelov. pag. 20.

Ep. xx. Incerti *de Treveris*] Exſtat apud Pithoeum in Praetermiſſis pag. 484. & vid. Alberti Stadenſis Chronicon pag. 139. in Schiiteri Script. Rer. Germ. ubi ultimo verſu male & contra metrum legitur,

Profugus inſignem qui noſtram condidit urbem.

cui adduntur tres verſus inepti,

Treberis huic nomen dans ob factoris amorem,
Quae caput Europae cognoſcitur anteritate.
Filius huic Hero patris haec epigrammata pono.

recte vero ſcribitur *Treveri* pro *Treviri*. ut paſſim apud Tacitum. & in Inſcriptionibus vetuſtis apud Gruter. pag. cxi. 9. & p. cccclxxxii. 5. ita in Inſcriptione apud Vulpium in Latio veter. Prof. Lib. xiv. c. 5. pag. 150.

JULIUS LUPEACUS ET CLA
VICTORINA EX BELGICA
TREVERI AMICO OPTIMO ET PRAESIDIO SUO.

& ſic ſemper Freherus ad Auſonii Moſellam. licet *Treviri* ſincerum & incorruptum populi hujus nomen eſſe contendat Hadr. Valeſius in Notit. Galliar. p. 561. de *Treveris* vide Epigramma Auſonii in Claris Urbibus Carm. iv.

Ep. xxi. *Tirenus fecit*,] è ſchedis Langerm. a recentioris & barbari ſeculi literatore Italo iſta ſunt, & fabuloſae Antiquitatis omnia ſua ad Herculem libenter referentis ſectario. Innuit autem Tyrrhenum Lydi fratrem, Atyis filium, & Lydorum in Tuſciam Ducem, Herculis ex Omphale nepotem. Strabo Lib. v. Vellej. Lib. i. Tacit. iv. Ann. 55. In verſu 2. lege *Teranum*, quem dum nominat, ſuo ſe indicio prodit: ſic enim Interamna vix tribus quatuorve ab hoc ſeculis adpellari coepit, vulgari Italiciſmo nimirum *Terani* vel *Terni*. Ipſum oppidum in Inſula Amnica, quam Nar efficit, ſitum, unde ei nomen ſatis antiquum, cujus conditus in A. V. LXXX. quartum Olymp. XXVI. & ante natum Jeſum DCLXXIII. conjicitur. REINES. *Inſcript.* Cl. II. N. 38. pag. 277. Quid ſi legas *Ergo mihi Teranam*. vel quod malo, *Ergo mihi Interanam*. ALMELOV.

Ep. xxii. *de Urbe Albingauno* &c.] ex Muratorio Tom. II. Cl. x. pag. 692. inſ. 3. edidit Bonada in Carm. ex Lapid. antiq. Vol. I. Cl. III. pag. 262. recte vero *Albingaunum*, non *Albigaunum* ſcribi docent notae Pintiani & Ciacconii ad Pompon. Melam Lib. II. cap. 4. §. 105.

Ep.

Digitized by Google

Moenibus ipſe locum dixit, duxitque recenti
   Fundamenta ſolo, juraque parta dedit.
Cives, tecta, forum, portus, commercia, portas,
   Conditor exſtructis aedibus inſtituit.
Dumque refert orbem, me primam protulit urbem,
   Nec renuit titulos limina noſtra loqui.
Et rabidos contra fluctus gentesque nefandas
   Conſtantî murum nominis oppoſuit.

EP. XXIII. *Inſcriptum ſtatuae Viri Illuſtris. Fragmentum. Sueſſae.*

Hic nunc Campanas moderator ſublevat urbes,
Unde ergo & populi ſtatuam tribuere Sueſſo.

EP. XXIV. *de Ponte viae Salariae.*

Quam bene curvati directa eſt ſemita pontis,
   Atque interruptum continuatur iter!
Calcamus rapidas ſubjecti gurgitis undas,
   Et libet iratae cernere murmur aquae.

Ite

EP. XXIII. *Hic nunc Campanas* &c.] Eſt fragmentum Epigrammatis, quod Viro cuidam Illuſtri dicatae ſtatuae inſcribendum curavit populus Sueſſanus ob merita in urbes Campanas. & habetur apud Pith. Lib. II. pag. 65. & Ferret. in Muſ. Lapid. Lib. IV. p. 227.

EP. XXIV. *De Ponte viae Salariae.*] Epigramma hoc a pluribus editum eſt quam a Pithoeo Lib. II. pag. 75. Legitur enim apud Mazochium pag. 3. Lipſ. Inſcript. p. 3. G. Fabric. in Monum. Antiq. pag. 163. Gruter. pag. CLXI. Apianum pag. 200. Marlianum in Topogr. Rom Lib. V. cap. 24. Occon. Inſcript. pag. XIX. Aringh. Rom. Subterr. Lib. IV. c. 28. Ferret. in Muſ. Lapid. Lib. I. pag. 66. & ex L. Alberti etiam habet P. Anton. Corſignanus de Aniene pag. 22. & 23. ſed qui verſu primo *Quum bene curati* dedit, praefixa inſcriptione, tum v. 3. *rapidis ſubjecti gurgitis undas.* etiam Ficoroni in Veſtigiis Romae antiquae Lib. I. c. 27. pag. 179. profert. ubi in initio *curbati* pro *curvati.* v. 3. *ſubjecti fluminis.* v. 4. *Et libet iratum.* v. 6. *Narſen.* & v. 7. *Gotorum ſubdere mentes.* ut apud Pith. vide & Vulpii vetus Lat. Profan. Lib. XVIII. c. 14. p. 508. & 509. *viae Salariae* nomen pro *Falariae* recte contra Glareanum vindicarunt Sigon. & Drakenb. apud Liv. Lib. VII. cap. 9. Legitur etiam in veteri apud me Perotti codice, & in libello ſuo Inſcriptionum MSS. ex antiquo Moroni codice deſcripſit Heinſius. tum Inſcriptionem hanc Philippus Camerarius in Relatione de ſua ex Inquiſitionis Carcere Liberatione, teſtis oculatus exhibet pag. 44. poſt ejus vitam a Schelhornio editam: ubi v. 1. habet *Calcanus rigidas* v. 4. *Et libet iratum ſpernere murmur aquae.* v. 6. *Et Narſen.* v. 7. *rigidas Gothorum frangere vires* In iſto autem Perotti codice inedito praefigitur huic Epigrammati Inſcriptio, quae carminis ſenſum, & rei ipſius hiſtoriam dilucide exponit: Ea eſt hujusmodi: *Imperante D. N. Piiſſimo ac triumphali ſemper Juſtiniano Piiſſimo Aug. An.* XXXVIII. *Narſes glorioſiſſimus ex propoſito ſacri palatii ex Cons. atque patricius poſt victoriam Parthicam ipſis eorum Regibus celeritate mirabili conflictu publico ſuperatis atque proſtratis, libertate urbis Romae ac totius Italiae reſtituta pontem via Salaria usque ad aquam a nefandiſſimo Totila Tyranno deſtructum, purgato fluminis alveo in meliorem ſtatum, quam quondam fuerat, renovavit, poſuitque carmina, Quam bene curvati* &c. & ita habet Demſterus in notis ad Corippum p. 162. ac vide Bonifac. de compon. Epitaph. pag. 128. Graece hoc Epigramma vertit Joſ. Scaliger in Antholog. ſua Graecor. Epigr. pag. 41. Poëm. ed. Scriver.

3. *Calcamus rapidas ſubjecti gurgitis undas*] *Miramur* vetus Moroni codex, ut habetur apud Mazochium. & ſic edidiſſe Laur. Abſtemium notaverat Scriverius. vide ſupra ad Epigr. II. v. 1. Claudianus Lib. I. de Laud. Stilic. 187.

Miramur rapidis hoſtem ſuccumbere bellis.

ſed pro vulgata hoc in loco ſtant equidem ceteri,

G,

Ite igitur faciles per gaudia veſtra Quirites,
Et Narſin reſonans plauſus ubique canat.
Qui potuit rigidas Gothorum ſubdere mentes,
Hic docuit durum flumina ferre jugum.

EP. XXV. *de Puteo excavato in montis jugo.*

Hunc quis non credat ipſis dare Syrtibus amnes,
Qui dedit ignotas viſcere montis aquas?

EP.

G. Fabricius, Apianus, Occo, Smetius, Gruterus, Marlianus, Aringhus, & Ferretius. & adſentitur Perotti codex. apud Mazochium autem in illo exemplari, quo utor, manus viri docti, neſcio cujus, qui plurima illic, quae ipſe viderat, monumenta caſtigavit, adſcripſerat *Calcamus*. neque aliter olim lectum fuiſſe confirmat alia, licet adulterina, &, ut recte judicabat Scaliger, ex hoc ipſo in Narſim Epigrammate efficta Inſcriptio apud Gruter. p. CLXII. 5.

FACILES ERGO JAM VIATORES IBUNT
TANTISQUE ELIMATIS PERICULIS
RAPIDAS SUBJECTI GURGITIS UNDAS CALCANTES
SECURITATI
PERPETUAE GRATIAM HABEBUNT.

ita in Epigrammate in Xerxem apud Pithoeum Lib. II. pag. 59.

Calcatur Pontus, ſluctuat altus Athos.

Claudianus Lib. I. in Rufin. 375.

——— *calcabitur aſper*
Phaſis equo, pontemque pati cogetur Araxes.

Ovidius III. Triſt. 10. 39. de Iſtro glacie concreto:

Nec vidiſſe ſat eſt. durum calcavimus aequor,
Undaque non ude ſub pede ſumma fuit.

Sedulius Lib. III. v. 226.

——— *tunc noctis opacae*
Tempore calcatas Dominus ſuperambulat undas,
Et vaſti premit arva freti: glaucisque fluentis
Circumfuſa ſacras lambebant marmora plantas.

vulgatam etiam habet Bonifacius de compon. Epitaph. pag. 128.

5. *Ite igitur*] *Iſte* vitioſe apud Aringhum.

6. *Et Narſin*] *Narſim* Maz. Lipſ. Ferr. Apian. Perotti & Moroni codex. *Narſen* apud Aringh.

Ibid. *ubique canat*] *ſonet* in v. c. Moroni. ſed *canat* apud Marlian. Mazoch. Apianum, aliosque.

7. *Qui potuit rigidas Gothorum ſubdere mentes*] ſic apud Aringh. Pithoeum, aliosque. *ſubtere gentes* apud Apian. *frangere vires* apud Camerar. *flectere mentes* Demſterus profert. *gentes* etiam in v. c. Moroni. ſorte, *ducere mentes*. vel *gentes*. id eſt *flectere*. ut apud Horatium de Amphione; *& prece blanda* *Ducere quo vellet*. & in Epigrammate Plinii de cera Lib. VII. Epiſt. 9.

Sic hominum ingenium flecti ducique per artes
Non rigida doctas mobilitate decet.

vide Heinſ. ad Claudian. I. in Rufin. 13. Broukhuſ. ad, Propert. III. I. 41. & Drakenb. ad Silium Lib. XV. 461.

EP. XXV. *de Puteo excavate* &c.] edidit Binetus in vetuſtis Epigr. pag. 6. & legitur bis apud Pith. Lib. IV. p. 156. & in Praetermiſſis p. 485. PETRONII adſcripſerat Scriverius. certe inter Catalecta Petroniana etiam relatum eſt.

1. *ipſis dare Syrtibus amnes*] *ſiccis dare Syrtibus* corrigit Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 12. altero verſu *viſere*, ut edidit Binetus & Pithoeus, ineptum & languidum eſt. Salmaſii ſchedae *viſceri*, unde facilis emendatio, *viſcere montis*, quomodo & Pithoeus in Praetermiſſis, idque etiam expreſſi. ex imo montis fundo & viſceribus extrahi ignotas aquas indicat. *viſcera montis*, ut in Epigrammate de Xerxe Lib. I.

Claſſes foſſus Athos intra ſua viſcera vidit.

Silius Ital. Lib. V. 396. *exeſi in viſcera montis.* Virgil. Lib. III. Aen. 575. *Interdum ſcopulos avulſaque viſcera montis Erigit eructans.* ubi Servius, *id eſt partes, ut terrae oſſa dicuntur.* ita in Epigrammate auctoris incerti, quod ex Scip. Mazzella de ſitu & Antiq. Puteol. adfert Heſſelius in Append. praef. ante Gudii Inſcriptiones:

Viſcera quis ferro eſt auſus prorumpere montis.

ubi *perrumpere* recte legit Heſſel. ſic *viſcera terrae* ſaepe. notum illud Ovidii Lib. I. Met. *itum eſt in viſcera terrae.* Silius Ital. Lib. I. 232.

Viſceribus lacerae telluris mergitur imis.

Statius Lib. VIII. Theb. 210.

——— *dum per cava viſcera terrae Vado diu pendens.*

Minucius Felix in Octav. pag. 157. ed. Gronov. *Quicquid arborum eſt vide quam e terrae viſceribus animatur.* Arnobius Lib. II. pag. 71. fine: *effoderent altos montes, & viſcera ignota terrarum in materias verterent alieni nominis atque uſus.*

EP.

EP. XXVI. *de Fonte.*

Quod blando facilem producit murmure ſomnum,
  Quae cadit, & tremulos efficit unda lacus:
Quod ſumis puros hauſtus, nitideque lavaris,
  Inſtauratori gratia habenda Lupo.
Aes animumque ſuum ſpectans dic, Romule, verum,
  An minus hic pater eſt, quam Lupa mater erat?

EP.

EP. XXVI. *Quod blando facilem* &c.] Edidit ſine ullo titulo Pithoeus Lib. II. pag. 65. ſed apud Schradaeum in Monum. Ital. p. 198. qui inter Romana monumenta exhibet, inſcribitur IN FONTE ANTE S. MARIAM TRANSTIBER. IN FONTEM adſcripſerat Scriverius. forte etiam titulus praefigi poſſet IN BALNEUM LUPI. idemque intelligi Lupus, cujus & Gryllii balnea non ſemel memorat Martialis. ut Lib. I. Ep. 59.

Redde Lupi nobis, tenebroſaque balnea Grylli.

ubi male *Luci* in MSS. Lib. II. Ep. 14.

Nec Fortunati ſpernis, nec balnea Fauſti,
  Nec Grylli tenebras, Aeoliamque Lupi.

& Lib. X. Ep. 48.

Temperat haec thermas, nimios prior hora vapores
  Halat, & immodico ſexta Nerone calet.
Stella, Nepos, Cani, Cerealis, Flacce, venitis,
  Septem ſigma capit, ſex ſumus, adde Lupum.

Ibid. *Quod blando facilem producit murmure ſomnum*] ita legendum cum Heinſio & Cl. Schradero. male *marmore* in ed. Pithoei, & apud Schradaeum. murmure enim cadentis aquae ſomnum gratiorem conciliari, poëtis frequens eſt. & firmat hanc lectionem vetus Epigramma de Nympha ad fontem dormiente, quod ſupra edidi Lib. I. Ep. 81.

Hujus Nympha loci, ſacri cuſtodia fontis,
  Dormio, dum blandae ſentio murmur aquae.
Parce meum, quiſquis tangis cava marmora, ſomnum
  Rumpere, ſive bibas, ſive lavere, tace.

huc refer adpoſitum Statii locum Lib. I. Sylv. 3. 42.

——— *pigros invitant murmura ſomnos.*
Qua tibi tota quies, offenſaque turbine nullo
Nox ſilet,

ut recte Gronovius, & N. Heinſ. in Tom. IV. Sylloge. Epiſt. pag. 404. & de aquae vicinae placido ac ſomnifero murmure explicat. vulgo *nigros imitantia murmura ſomnos.* neque enim opus illic eſt cum eruditiſſimo Marklando legere, *teneros invitant carmina ſomnos.* Ovid. III. Faſt. 18.

——— *umbroſae ſalices, volucresque canorae*
  Fecerunt ſomnos, & leve murmur aquae.

Claudian. I. in Rufin. 215.

——— *hic mollis panditur herba,*
Sollicitum curis non abruptura ſoporem.
Hic avium cantus, labentis murmura rivi.

vide & auctorem Culicis a v. 146—159. recte igitur Broukhuſius adſeruit apud Tibullum Lib. I. El. I. 42.

Aut, gelidas hibernus aquas quum fuderit Auſter,
  Securum ſomnos imbre juvante ſequi.

ubi miror Gronovio in Diatrib. Stat. cap. XLIII. p. 281. praelatum fuiſſe *igne juvante.* quod licet in quatuor codicibus Anglicanis, ab Heinſio collatis, etiam inveniatur, vocesque illas non raro inter ſe commutatas doceant ejusdem Broukhuſii notae ad Propert. III. 3. 58. tamen rejiciendum eſſe jubet ipſe Tibullus eadem Elegia v. 66.

Non neque tum plumae, nec ſtragula picta ſoporem,
  Nec ſonitus placidae ducere poſſit aquae.

plura vide ſupra in notis ad Eleg. in obit. Maecen. v. 36. Lib. II. & quae ex poëtis vetuſtis ac recentioribus dedi ad Lotich. Lib. V. El. 12. 22. ſequenti verſu *ſufficit unda lacus* legebat Heinſius.

5. *Aes animumque ſuum ſpectans dic, Romule, verum*] ſic edidit Pithoeus. *Res animumque ſuum* apud Schradaeum. *Aes animumque Lupi* Cl. Oudendorpius. Scriverius margini adſcripſerat,

Illius aes animumque videns dic, Romule, verum.

ſed quia id nimis ab edita lectione devertit, malim cum N. Heinſio, *Aes animumque viri* &c. frequenter enim voculam illam, quae a poëtis eleganter inſeritur, & ſaepe majorem nomine proprio emphaſin habet, expulerunt deſcriptores. ſic ſupra Lib. II. apud Focam in vita Virgilii Carm. 186. v. 67. emendabat Heinſius,

Muſa refer, quae cauſſa viro conponere libros.

ubi nunc circumfertur, *quae cauſſa fuit.* vide illic notas. & ad ejusdem Libri Ep. XXI. 3. in Epitaphio Jul. Caeſaris ibid. Epigr. LXIII.

Vis invicta viri reparata claſſe Britannos Vicit.

Virgil. Ecl. VI. 66. de Gallo:

Utque viro Phoebi chorus adſurrexerit omnis.

infra Epigr. XXXI.

Proſpera fata viri naturae munera mutant.

6. *An minus hic pater eſt, quam tibi Lupa mater?*] forte ita legendus diſtinguendusque fuit hic verſus,

An minus hic, mater quam tibi Luppa, pater?

PITHOEUS. recte quidem offendit Pithoeum duplex metri neglectus in lectione olim vulgata, tam in voce *Lupa*, quae primam corripit, quam in *mater*,

 cu-

EP. XXVII. *de Balneo Hildrici Regis.*

Hildrici regis fulget mirabile factum
  Arte, opere, ingenio, divitiis, pretio.
Hinc radios ſol ipſe capit, quos huic dare poſſit,
  Altera marmoribus creditur eſſe dies.
Hic ſine nube ſolum, nix juncta & ſparſa putatur,
  Dum ſteteris, credas mergere poſſe pedes.

EP. XXVIII. REGIANI. *de Bajis.*

Ante bonam Venerem gelidae per litora Bajae.
Illa natare lacus cum lampade juſſit Amorem.
Dum natat, algentes cecidit ſcintilla per undas.
Hinc vapor uſſit aquas: quicumque natavit, amavit.

EP. XXIX. *Urſi Togati Pilicrepi.*

Urſus Togatus, vitrea qui primus pila
Luſi decenter cum meis luſoribus,

Lau-

cujus prima longa eſt. ſed infeliciter ulcus curat. Caſaubonus quoque in ora exemplaris ſui obelum adfixerat huic verſui. Heinſius putabat excidiſſe vocem *mater*, & prius ſcriptum fuiſſe, *quam Lupa*..... *tibi*, ſed in altero codice legendum notaverat,

An minus hic pater eſt, quam Lupa mater erat.

ut conjecerat etiam Scriverius. veriſſime. & hoc Cl. Schradero in mentem venerat, qui fontem erroris ſtatuebat, quod prius ſcriptum fuerit *mūt ēr.* hinc junctis literis *mater* promanavit, ſed cum verſui pes deeſſet, *tibi* interpoſuerunt. forte reſpicit illud Propertii Lib. IV. El. I. 38.

Sanguinis ultricem non pudet eſſe Lupam.

& v. 55.

Optima nutricum noſtris Lupa Martia rebus.

itaque ex his virorum doctorum conſpirantibus conjecturis malui ſic edere, quam naevo adeo foedo adfectum verſum ex Schradaeo aut editione Pithoeana exhibere.

EP. XXVII. *de Balneo Hildrici Regis* &c.] Exſtat apud Pithoeum pag. 66. ſed ſine ullo titulo. in veteri codice Voſſiano inſcriptio eſt, LUXURI IN ANCLAS. IN SALUTATORIUM DOMUS REGIS. unde colligi poſſet, auctorem ejus eſſe Luxurium, vel Luxorium, cujus Epigrammatum liber hactenus ineditus ex codice Salmaſiano in hac Catalectorum Sylloge ſuo loco a nobis producetur, in quo & alia de Balneis & Aquis calidis Epigrammata habentur. verſ. primo *mirabile ſaxum* legebat Cl. Schraderus. quod oſtendit quartus verſus,

Altera marmoribus creditur eſſe dies.

tertio *quod huic dare poſſit*, cod. Voſſ. & verſu ultimo *Dum ſteterint.* penultimo autem *nix vincta* malebat Heinſius pro *juncta.* ut voces hae paſſim commutantur. & ſic Scriverius, qui ultimum diſtichon a ceteris divellendum, ac ſeparatum Epigramma eſſe cenſebat.

EP. XXVIII. REGIANI, *de Bajis.*] apud Pith. Lib. II. p. 73. & Scalig. p. 179. & in ſchedis Salmaſianis. *Regilianum* vocat Pithoeus in notis. in veteri Voſſii codice ſimpliciter habetur REGIANI. omiſſis ceteris. vid. de hoc Epigrammate Barthium Lib. XLIX. Adverſ. cap. 5. & illuſtrabunt hos verſus notata Drakenborghio ad Silium Lib. XII. 113. praecipue Heinſio ad Lib. XIV. 410. & vide Capac. Hiſt. Puteol. cap. XXII. initio hujus carminis Pithoeus aſteriſcos praefixit, ut mutilum fragmentum indicaret, ſed quos deleri in notis juſſit. Francius primos verſus ſic conſtituebat,

Ante benigna Venus gelidae per litora Bajae
Illos nare lacus cum lampade juſſit Amorem.

vel *Hos tranare lacus.* non infeliciter, modo a vulgatae lectionis veſtigiis non nimium recedat. recte vero Cel. Oudendorpius diſtinctionem majorem verſu primo ponendam exiſtimat poſt *Bajae.* ut ſenſus integer ſit, Bajae ante Venerem erant gelidae, ſed per Cupidinem tranſnatantem cum lampade, cujus ſcintillam in undas cecidiſſe ſatis eleganter fingit, calidae factae ſunt. in fine notabis verſum echoicum, ſtudio captatum, *quicumque natavit, amavit.* de quo luſus genere vide ad Lotich. Lib. I. El. 8. 95.

EP. XXIX. *Urſi Togati Pilicrepi*] Inſigne hoc monumentum Romae an. 1592. effoſſum primus produxit M. Velſerus in Monumentis Auguſtae Vindelicor. inter ejus Opera pag. 404. ubi vide. & habent Gruterus in Inſcript. pag. DCXXXVII. I. Raderus ad Martial. Lib. IV. Ep. 19. Ferretius Lib. II. Muſ. Lapid. pag. 140. & pro parte Lipſius ad Senecae Epiſt. 56. ac Gevartius in Lection. Papinian. cap. XXXVIII. pag. 109. totum vero ſoluto ſermone, tamquam verſus non eſſent, dedit Fleetwood.

Digitized by Google

Laudante populo maximis clamoribus,
Thermis Trajani, thermis Agrippae, & Titi,
Multum & Neronis, ſi tamen mihi creditis,
Ego ſum, ovantes convenite pilicrepi,
Statuamque amici floribus, violis, roſis,
Folioque multo, atque unguento marcido
Onerate amantes, & merum profundite,
Nigrum Falernum, aut Setinum, aut Caecubum,

wood. in Inſcripr. Ant. p. 212. adſcripſerat etiam Pithoeus editionis ſuae codici, qui eſt in Bibilorh. Regia Pariſienſi, inter illa, quae vetuſtis Epigrammatibus adjungenda noraverat. & inter Epigrammata alia de Balneis edere conſtituerat Almelovenins in Diſſertatione de Balneis veterum, quam inter plurima ejus ſcrinia ſervo. recte igitur me huic carmini locum hic dediſſe arbitror, quia ad Balnea pertinet, de quibus ſequentia agunt Epigrammata. integram hanc inſcriptionem expoſuiſſe Joſeph. Caſtalionem dicit Graev. ad Iſidor. Gloſſar. in *pilicrepus.* vellem operis indicium addidiſſet, nam in ejus Obſervationum Decadibus, ant Variis Lectionibus fruſtra id quaeras.

v. 1. *vitrea qui primus pila Luſi decenter* &c.] Scriverius in notis MSS. ad Martialem conjungit *primus decenter luſi*, non *luſi primus*, quia mox v. 14. *anteceſſores ſuos* memorat. ſed cum Lipſio ad Senecae d. l. poteſt exponi, primnm luſiſſe in thermis Trajani, Agrippae, & Titi, quippe quae ceteris nobiliores erant, in quibus anteceſſores ejus *pilicrepi* antea non luſerant *vitreis pilis*, quas primus invenit hic Urſus Togatus. Salmaſ. ad Lamprid. Elagab. cap. 19. intelligit pilam trigonalem vitrei coloris. ſed recte Octav. Ferrarius Lib. I. Elect. cap. 6. in fine, vere vitream pilam fuiſſe, ludumque hunc novum ab Urſo excogiratum credit, quia primns vitrea pila luſiſſe dicitur, quae ſi in terram caderet, crepabat & diſſiliebat, quod cavere erat illius, qui vincere volebat. & ſic Gonſalins ad Petron. cap. XXVII. hinc dubitare licet, an *pilae laeves* apud Ovid. III. Art. Am. 361. per *vitreas* exponendae ſint, quippe eo tempore nondum notae, & an non *lenes* illic praeſter ex codice Palatino ſecundo. pilae autem crepantis luſu, unde *pilicrepus*, ſe exercebant Romani ante balnei uſum ab hora octava in nonam, dum thermae temperarentur. vide Turneb. Lib. VII. Adverſ. cap. 4. qua de re corruptiſſimnm & a viris doctis varie vexatum Martialis locum ex Lib. X. Ep. 48. primus feliciter ſic emendavit N. Heinſius Lib. III. Adverſ. cap. XI.

Nuntiat octavam Phariae ſua turba juvencae,
Et pila jam, tereti jam ſubit orbe trochus.

ubi multa egregia de hac exercitatione congeſſit. & *pila* ac *trochus* illic junguntur, ut non ſemel apud Ovidium. vide Patrui notas ad Lib. II. Triſt. 486. ſed quod ibidem Heinſius *Urſi pilati* nomen in veteri lapide occurrere notet, viro illuſtri memoriam impoſuiſſe opinor, ſi hujus monumenti lapidem cogitaverit. hic enim *Urſus Togatus* nomine proprio dicitur, ſive quod togatus luſerit, ut Ferrario videtur, cum ceteri tunicati aut nudi in Sphaeriſterio luderent. *Pilicrepi* autem, vel Sphaeriſtae, dicebantur, qui pilas ſonitu quodam crepantes cum binis ſociis datatim exeutiebant & recipiebant, in trigono ſeu triangulo ſtantes, unde ludus trigon, & trigonalis pila vocatur. nt optime expoſuit Huetius in notis ad Manil. Lib. V. 168. in Gloſſis Iſidori, *Pilicrepus, qui pila ludit. Pililudius, qui pilotello ludit.* quae docent veram eſſe diſtinctionem, quam Scaliger in notis ad Manil. p. 364. ed. Boecl. inter *pilicrepum* ſtatuit & *pililudium*, qui ſolus correptas utraque manu pilas alternis a tergo & pectore jactabat & excipiebat. unde ſuſpicor corrupta eſſe illa Iſidori, *Pililudius, qui pilotello ludit.* niſi *pilatello* fuerit ſcriptum, quia a *pila*, non a *pilo* venit. idque pro parva pila capiebat Graevius, ſed quod librarii idiotiſmum Italicum nimis ſapit. ſorte igitur illic caſtigandum, *Pililudius, qui pila alterna ludit*, vel potius, *qui pila a tergo ludit.* ut talem intelligat, qui duabus vel pluribus pilis utraque manu alternatim jactatis ita ludebat, ut a tergo caperet pilas, quas ab antica parte projecerat, & quas manu reflexa a tergo projecerat, altera manu reciperet ab antica. quod egregie convenit Manilianae deſcriptioni *pilas per membra fundere, & per totum corpus vagas diſponere palmas.* ut illic explicuit Scaliger. quod autem Savaro ad Sidoninm Lib. II. Epiſt. 2. p. 109. ex Iſidori Gloſſis, ſed alio codice uſus, proferat *Pilicrepus, pilarius, alipilus*, referendum puto ad miniſtrum balneorum, qui balnearios depilabat, & mundabat ut glabros redderet. quomodo & in Gloſſario MS. Leidenſi poſt Iſidori Etymologias, *Pilicrepus, pilarius.* idque officium fuiſſe arbitror illius, qui pilas fornacarias pice illitas ad ignem alendum in hypocauſta conjiciebat. ſed quae nihil cum pilis luſoriis aut pilicrepis, qui pila lude-

Digitized by Google

Vivo ac volenti, de apotheca dominica:
Urſumque canite voce concordi ſenem,
Hilarem, jocoſum, pilicrepum, ſcholaſticum,
Qui vicit omnes anteceſſores ſuos
Senſu, decore, atque arte ſubtiliſſima.
Nunc vera verſu verba dicamus ſenes,
Sum victus ipſe, fateor, a ter Conſule
Vero patrono, nec ſemel, ſed ſaepius,
Cujus libenter dicor exodiarius.

EP. XXX. *de Balneis.*

Exſultent Apono Veneti, Campania Bajis,
Graecia Thermopylis, his ego Balneolis.

EP. XXXI. *de Balneis.*

Hic ubi Bajarum ſurrexit grata voluptas,
Et rudibus ſplendens molibus exſtat opus.

Pura

bant, commune habent. tales *alipiles* vocat Seneca Epiſt. 65. ubi vide Lipſ. & ſic ALIPILUS A TRITONE apud Gruter. p. 812. 6. vide notas Heinſii ac Patrui ad Petron. cap. 43. qui *pilatam cohortem* pro depilata in loco Martialis, ita ut vulgo legitur, exponit.

11. *de apotheca dominica*] innuit vinum optimum & Opimianum, quale locupletiores & ſuperbi conviviorum domini ſibi miniſtrari curabant, quum minoris notae vinum tenuioribus convivis adponeretur. hinc apud Petron. cap. 31. *vinum dominicum miniſtratoris gratia eſt.* ubi Heinſius ac Patruus meus id prolixe illuſtrant, & hoc ipſo Epigrammatis hujus verſu Erhardus. ideo *apothecam* dicit, quia in apothecis vetuſtiora & melioris pretii vina ſervabant quam in cellis aut doliis vinariis. vid. Abramium ad Cic. II. Philip. c. 27. & Torrent. ad Horat. III. od. 28. 7.

15. *ſenſu*] ita recte apud Velſer. Rader. aliosque. *ſenſi* male apud Gruter. Ferret. & Fleetwood.

18. *a ter Conſule Vero patrono*] mendam hic eſſe dicit Reineſ. in Epiſt. XXXI. ad Rupert. pag. 168. & emendat *a ter Conſule Urſo.* ut intelligat C. Julium Servilium Urſum Servianum, qui Coſ. III. cum Vibio Varo fuit A. V. 886. cujus delicium fuiſſe hunc Urſum pilicrepum notat, ejusque Epicedion a Statio Lib. II. Sylv. 6. ſcriptum eſſe. ſed *Verum* Conſulem III. fuiſſe circa annum Chriſti CXX. vel CXXX. ex Cuſpiniano de Coſſ. pag. 349. & ſeq. notaverat Scriverius. pro vulgata autem lectione *ter Conſule Vero* faciunt ea, quae Noriſius in Epiſt. Conſul. pag. 940. Tom. II. Oper. diſſerit. qui Conſulatum *C. Julii Servilii Urſi Serviani* III. (ſic nempe dicendus, non ut male in Almelovenii Faſtis pag. 86. *Severiani* II.) cum Collega *C. Vibio Juventio Varo* confert in an. V. C. 887. Chr. 134. ita enim rectius vocatur, quam *Verus.* vide Salmaſ. ad Spartian. Hadrian. cap. 8. & Donianas Inſcriptiones Cl. II. p. 101.

19. *Cujus libenter dicor exodiarius*] ita legendum, non *exordiarius. exodiarius* eſt, qui agebat ἐξόδια, ſeu dicteria in fine Atellanarum, ut contra quae ante fabulam proludii loco fiebant, εἰσόδια vel [illegible] vocabantur. vide Scalig. ad Manil. pag. 360. ed. Boecl. ſic *Atellanicum exodium* apud Sueton. Tib. 45. ubi *exordium* etiam male in ed. Ant. Campani 1470. plura Caſaub. de Satyr. Poëſ. Lib. II. cap. I. in fine. Salmaſ. ad Vopiſc. Aurelian. cap. 42. Wouwer. ad Petron. c. 80. circa fin. & egregie Valeſ. ad Ammian. Marc. Lib. XXVIII. cap. 4.

EP. XXX. *Exſultent Apono* &c.] Legitur in Schedis Salmaſii, & apud Almeloven. p. 8. & adſerunt hoc Epigramma Pignor. in Orig. Patav. cap. 15. & Heinſ. ad Claudian. Eidyl. VI. ubi de Apono.

EP. XXXI. *Hic ubi Bajarum* &c.] Produxi ex Schedis Salmaſianis & Divionenſibus, quibus etiam inter ſequentia de Balneis ac Thermis Epigrammata novendecim inedita debentur. niſi quod illud DE THERMIS * ALIANARUM ediderint Pithoeus aliique, tum Luxorii Epigramma itidem ineditum de Aquis calidis Cernenſibus ex veteri codice Scriverii produxerit N. Heinſius ad Claudiani Eidyli. VI. de Apono. cui quintum & ultimum diſtichon totidem verbis deſcriptum ſublegiſſe Luxorium illic notavit. illud idem ex Heinſio etiam edidit Almelovenius p. 9. quod hic quidem locum habere volui, licet inter reliqua Luxorii illius Epigrammata inedita ex Salmaſ. & Divion. codice ſuo loco exhibenda etiam legatur. Diverſa autem ab his,

quae

Digitized by Google

Pura prius nullum domino praeſtantia quaeſtum,
  Nullaque tecta tulit glebula frugis inops.
Haec nunc Bellator, multo ſublimis honore,
  Veſtivit cameris balnea pulchra locans.
Proſpera fata viri naturae munera mutant,
  Cum ſalſum ſalubri litus abundat aqua.
Alpheum fama eſt dulcem per Thetidos arva
  Currere, nec laedi gurgitibus pelagi.
Dant ſimile exemplum noſtri miracula fontis,
  Vicinum patitur nec ſapit unda ſalum.

EP. XXXII. LUXORII. *de Aquis calidis Cernenſibus.*

Ardua montanos inter ſplendentia lucos
  Culmina, & indigenis nunc metuenda feris,
Qua deſerta prius ſolum nemus antra tenebant,
  Tetraque inacceſſam fecerat umbra viam.
Qua vos laude canam, quantoque in carmine tollam?
  In quibus exſtructa eſt, atque locata ſalus.
Hic etiam ignotas ſtupet ad praetoria fervor
  Plenior, & calidas terra miniſtrat aquas.
Quis ſterilem non credat humum? fumantia vernant
  Paſcua. luxuriat gramine cocta ſilex.
Innocuos foetus membris parit intima tellus,
  Naturamque pio temperat igne calor.
Et quum ſic rigidae cautes fervore liqueſcant,
  Contemptis audax ignibus herba viret.

EP. XXXIII. *de Thermis Alianarum.*

Tranquillo Nymphae decurrite fluminis ortu
Hic Proba flagranti ſuccedit vimine * flebo

Ru-

quae nunc edimus, neque tam vetuſta ſunt illa de Balneis Epigrammata, quae Chriſtianorum balnea maxime ſpectantia recenſuit Paullus Maria Paciaudus, libro ea de re edito Venet. an. 1750. & de quibus agunt Acta Lipſienſia ad an. 1755. pag. 544. & 545. neque in hanc claſſem referenda Epigrammata de Balneis Puteolanis, quae edidit Scip. Mazzella poſt Opuſculum de Balneis Puteolorum, Bajarum, & Pithecuſarum, Neap. 1593. aut Capacius ſub finem Operis de Balneis, ibidem excuſſ an. 1605. poſt Hiſtor. Puteolan. verſ. ſec. male in Divion. & Leid cod. *mollibus.*

3. *Pura prius*] *Rura* Heinſius conjecerat. veriſſime. *Dura* in ſchedis Almelov.

4. *Nullaque tecta tulis*] *Nullaque * tectum tulit* exhibent ſchedae MSS. unde conjeceram, *Nullaque lucra tulit.* ſed praetuli cum Cel. Oudendorpio, *Nullaque tecta tulit.* ut indicet fuiſſe merum rus vacuum, & terram inertem ſine domo ac fruge. idque firmat ſequens oppoſitio. in cod. Salm. *glibula.* in Leid. *gibula.* ſed legend. *glebula*, ut in Divion.

v. 7. *naturae munera mutant*] Ita ſcripſi ex ſchedis Divion. *mutans* in Salm. & Leid. cod.

8. *Cum ſalſum ſalubri*] *Nunc ſalſum* Cl. Oudendorpius. de ſecunda in *ſalubri* correpta vid. ad Lib. I. Ep. 99. 8.

9. *per Thetidos arva*] ſic Salmaſ. ſchedae. *Thetidis* Divion. legend. *Tethyos.* alterum enim metro adverſatur. de quo vid. ad Lotich. Lib. II. El. 7. 36.

EP. XXXII. 2. *indigenis feris*] vide ſupra ad Ep. XIV. 2. ſed legendum hic cum Cel. Oudendorpio, *non metuenda feris.* & verſ. ſept. *Haec etiam.*

EP. XXXIII. *de Thermis Alianarum*] Thermae Gargilianae Carthagini. Sed & Thermae *Alianae* Romae

Ga-

Rupibus excelſis, ubi nunc faſtigia ſurgunt,
Aequanturque polo totis praecelſa lavacra

Se-

Galeno de Sanitate tuenda cap. 9. ſunt vero & alia plura Africana ex illo vetere exemplari in hac farragine, ut illud de Aegyptio p. 81. PITHOEUS. Habetur apud Pithoeum Lib. II. p. 75. & profert Freherus ad Auſonii Moſell. v. 201. ſub titulo DE THERMIS GARGILIANIS CARTHAGINIS. in ſchedis Heinſii ex antiquiſſimo Salmaſii codice deſcriptis, & in MS. Leidenſi ita legitur hoc carmen, ut acroſtichidem conſtituat ex primis ſingulorum verſuum literis efficientem THRASAMUNDUS, & teleſtichidem ex ultimis literis VOTA SERENANS. & ita produxit Sirmondus ad Ennod. Lib. IV. Epiſt. 10. pag. 21. talia ſunt omnia Commodiani Carmina, per primas verſuum literas titulum carminis exhibentia: & ſimilis artificii, inter laborioſas nugas referendi, naeniae multis fuerunt in uſu, ſeculo praeſertim inferiore. vide Sarazanii notas ad S. Damaſi Carmina pag. 148. & 149. quamquam & apud veteres non raro in uſu fuiſſe colligi poſſit ex Cic. II. de Divin. cap. 54. *tum vero ea, quae ἀκροστιχὶς dicitur, quum deinceps ex primis verſus literis aliquid connectitur, ut in quibuſdam Ennianis, quae Ennius fecit.* ubi vide Davieſium, & quae ad illum Ciceronis locum notarunt Muretus ad Philipp. IV. cap. 1. Merula ad Ennium pag. 506. & Columna pag. 192. & ſeq. Scriverius etiam huic carmini titulum praefixerat THERMAE GARGILIANAE CARTHAGINI. & Africanum eſſe notaverat a Pithoeo ex veteri exemplari editum, ut illud de Aegyptio pag. 81. ed. Pith. quod incipit,

Fenc aramentarum noſtrum proceſſit ad axem &c.

& de Arzugitano poëta in fine Lib. II. uſus autem fuit Scriverius eodem codice Salmaſii, ex quo ſchedae ab Heinſio deſcriptae ſunt, nam in ſuo exemplari editionis Pithoeanae adſcripſerat nomen THRASAMUNDUS ex initialibus carminis literis, & praeterea adleverat ex eodem codice Salmaſii aliud Epigramma de thermis Alianarum FELICIS v. c. *Hic ubi conſpicuis* &c. & plura de iiſdem thermis, quae opus Thraſamundi Vandalorum Regis erant, epigrammata ibidem legi notaverat, quae ſunt novendecim numero Epigrammata de Thermis ac Balneis, quae nos ope ſchedarum Salmaſianarum & Divionenſium primi hic in lucem proferimus, quaeque in MS. Leidenſi, ſeu Salmaſiani codicis apographo, etiam habentur. Ceterum totum hoc Epigramma emendat Barthius Lib. XLIX. Adverſ. cap. 12. cujus notata huc transferri merebantur.

1. *Tranquillo Nymphae* &c.] Exſtat in Collectione Epigrammatum a Petro Pithoeo, viro numquam ſine laude nominando, in quatuor libellos compactorum, unum turpiter maculoſum, & ſcelerate prorſus dilaceratum in Thermas neſcio quas a Vandaliei generis quodam optimate ſive inventas ſive conſtructas; id ne cui porro tam prorſus ſit inimicum, haec pagina nobis non nihil emaculatius reddere perget. DE TERMI * ALIANARUM *. De loco nolim inquirere, cum Gargilianae Carthagenienſis utique ſint, quod Pithoeo in mentem venit, & Vandali eam urbem diu pro ſede Regia habuerint, ut notum ex Victore Uticenſi, atque aliis. Secundo verſu emacula:

Hic Proba flagranti ſuccedit vimine Phoebo.

vimine vero, quia tubi calidi ſub terra ambulantes non egere videntur ſolari calore. Quartus verſus quinto connectendus eſt:

Aequanturque polo totis praecelſa lavacra
Sedibus.

tota ſpatia ſedilibus apta in alto habere calidum illud flumen, adſcendere per marmorea ſigna, excavata videlicet, coactum autumat. Deinceps ſcribe,

Munera quae eximius tanti dat muneris auctor.

quo verſu diſcimus in publicas thermas, non privatas aliquas, ſcriptum hoc Epigramma, nec barbarum ſane nec Latinum nimis. Mox legam,

Unica continuae praepoſcens praemia famae.

nihil ait tantum opus auctori ſuo relaturum praeter perpetuam nominis famam, quam ille praepoſcat ſibi. Nam Fama ſane operis magnifici anticipat conſtructionem ejuſdem. Statuam autem hominis inſcriptioni horum verſuum appoſitam ultimus eorum clariſſime demonſtrat. Nonum verſum ita concipiam,

Non hic flamma nocet: undarum diſcit amorem.

hoc eſt, fidelitatem quamquam cum aqua init flamma, ut non conſumat illam, neque exſtinguatur viciſſim ab illa; ſed conſenſu mutuo, & artificio tanti praebitoris, nobiliſſima & inimiciſſima elementa in ſalubritatem thermarum conveniunt. Si non ita hic auctor ſcripſit, non potuit facile, ut exiſtimo, melius tamen. Decimum verſum ita porro puto legendum:

Diſcite quam calido vivant ſub gurgite lymfae.

retracta vocula in aliam ſedem & reſoluta; non abſona neque incivili emendatione, quam qui admittere negaverit, per me ſane excogitet ſibi aliam. Ut enim haec de publico petuntur, non habent qui impediat quo minus cuilibet pateant. Caetera ad inſcriptionem aut ſubſcriptionem ſtatuae pertinere modo dixi. Comparabis vero cum his verſibus, ut a nobis reſtituti ſunt, Claudiani noſtri Aponum cum Ennodii Epigrammate & aliis ſecunda ejus ſcriptoris editione compoſitis. Decimus verſus poterat & ſic legi:

Diſce leves quanto vivant ſub gurgite lymfae.

ut *gurges* ſit flammarum illa vaſta & profunda velut moles; non aliter atque apud Aeſchylum ποτα-

μὸς

Digitized by Google

Sedibus, hic magnis exardent marmora ſignis;
Ardua ſublimes praevincunt culmina thermae,
Muneraque eximius tanti dat luminis auctor
Unica continuae praenoſcens praemia famae.
Non hic flamma nocebo * tamdem diſcite carmen,
Diſcite vel quanto vivat ſub gurgite lympha.
Vandalicum hic renovat clarum de ſemine nomen,
Sub cujus titulo meritis ſtat gratia factis.

EP. XXXIV. *De Thermis Alianarum.* FELICIS V. C.

Hic ubi conſpicuis radiant nunc ſigna metallis,
 Et nitidum claro marmore fulget opus;
Arida pulvereo ſquallebat ceſpite tellus,

Li-

μὲς πυρὸς legitur, alibi a nobis illuſtratus. *leves lymfae* ob aſcenſum per ſigna & tubos in illis, gurges flammarum, quia incomperta earum origo. Et haec lectio magis nobis alterâ arridet. BARTHIUS. *Tranquillum* ſchedae Salmaſ. & cod. Leid.

2. *ſuccedit vimine flebo*] ſic ed. Pith. *ſuccedite numine foebo* Salm. ſchedae. & cod. Leid. *Hic tota flagrantis ſuccedit lumine Phoebi* Heinſius. *lumine Phoebi* etiam conjiciebat Cl. Schraderus. Cel. Oudendorpio placebat,

Huc proba flagranti ſuccedite numina Phoebo.

ut *proba numina* ſint Nymphae.

4. *Aequanturque polo totis praecelſa lavacra.*] *Aequantur quae polo* vitioſe in cod. Leid. deinde diſtingue cum Barthio & Heinſio *Sedibus, hic magnis* &c. & explica de balneis in ſumma aedificii crepidine collocatis. vide Freher. ad Auſonii Moſell. v. 337.

6. *Ardua ſublimes*] *ſedibus* vitioſe in Salmaſianis ſchedis. *ſublimes* vel *ſidereae* a manu recent. & ſic Iſ. Voſſius in marg. cod. Leid. pro *praevincunt* Cl. Schraderus legebat *praecingunt.*

7. *Muneraque eximius tanti dat luminis auctor*] *Munera quae* in ſchedis MSS. & cod. Leid. *liminis* Heinſ.

8. *Unica continuae*] ita recte in ſchedis iiſdem: ut Scriver. & Heinſ. etiam correxerant. nam in ed. Pithoei, *Uni continuae.*

9. *non hic flamma nocebo * tamdem diſcite carmen*] ita haec valde corrupta leguntur in Genevenſi Pithoei editione, & in Pariſina *tumdem tiſcite.* in Salmaſianis ſchedis, & cod. Leid. *Non hic flamma nocet botum dinucite.* unde Heinſius *votum. Non hic flamma nocet, votum dinaſcite carmen* Scriverius. *nocet, tantum modo diſcite carmen* Schraderus. ſed Cel. Oudendorpius praeferebat,

Non hic flamma nocet, votum modo diſcite carmen.

Barthianam emendationem juvant, quae infra notavi ad Epigr. XXXVI. 5.

10. *Diſcite vel quanto vivat* &c.] in ſchedis MSS. *vel quant vibat. quanta* ed. Pith.

11. *Clarum de ſemine*] ita in ſchedis. *claro* in cod. Leid. *Vandalico clarum* legit Heinſius.

EP. XXXIV. *de Thermis Alianarum.* FELICIS V. C.] ſic ſchedae Divionenſ. vitioſe in Salm. & Leid. cod. DE TERMINIS ALIANARUM FELICIS V. C. ſed in marg. DE THERMIS. forte hic idem FELIX V. C. eſt, ſub cujus nomine aliud carmen cum inſcriptione FL. FELICIS V. C. *Poſtulatio Honoris apud Victorianum, Virum Inl. & Primiſcriniarium*, ex ſchedis Salmaſianis & Divionenſibus alibi producemus. qui Victorianus idem, ni fallor, eſt vir illuſtris, qui cum Nicomacho Livii exemplaria emendavit. de quo vid. Sirmond. ad Sidon. Apoll. Lib. VIII. Epiſt. 3. p. 81. hinc quia hic FELIX V. C. vocatur, idem eſſe poſſit, ad quem Sidonii illius Apollinaris Carmen IX. EXCUSATORIUM AD V. C. FELICEM in codicibus vetuſtis inſcribitur. ubi vide ejuſdem Sirmondi notas. neque enim definire audeo, an hic ſit FELIX MAGISTER, RHETOR vel ORATOR URBIS ROMAE, emendator veterum Horatii & Marciani Capellae codicum, in quorum ſubſcriptione FELIX VIR SP. COMES CONSISTORII vocatur. de quo vide Sirmond. ad Ennod. p. 6. & quae notavi ad Valeſ. Lib. I. de Crit. cap. 34. p. 181. id certum eſt, male inter poëtas Epigrammatarios, quorum carmina ex codice Salmaſiano ab Antonio Clemente deſcripta Jacobus Gallaeus communicavit cum Cupero, qui ſpecimen eorum exhibet in Diſſert. de Elephantis Tom. III. Theſaur. Antiq. Salengr. pag. 165. FELICEM hunc vocari ALIANARIUM FELICEM V. C. errore deſcriptoris ex titulo *de Thermis Alianarum.*

4.

Lituraeque ſoli vilis arena fuit.
Pulchra ſed inmenſo qui duxit culmina coelo,
Oſtendens pronis currere ſaxa jugis.
Publica vox populis Thraſamundus gaudia vovit,
Proſpera continuans nomina ſecla ſuis.
Paruit imperiis mutato lympha ſapore,
Et dulcis fontes proluit unda novos.
Expavit ſubitas Vulcanus ſurgere Thermas,
Et trepida flammas ſubdidit ipſe manu.

EP. XXXV. *Aliter.* EJUSDEM.

Nobilis inſultat Bajarum fabrica Thermis,
Et duplicat radios fontibus aucta dies.
Hic unus rex fecit opus Thraſamundus in anno,
Inclita dans populis munera temporibus.
Hic ſenibus florens virtus renovatur anhelis,
Hic feſſos artus viva lavacra fovent.
Miſcentur pariter ſociis incendia lymphis,
Et gelidos imbres proximus ignis habet.
Utilis hic flamma eſt, & nullos paſcitur artus,
Optaturque magis per nova vota calor.
Longior hic aegros morborum cura relinquit,
Nec cubat in vitreis hic moriturus aquis.

EP. XXXVI. *Aliter.* EJUSDEM.

Regia praeclaras erexit juſſio moles,
Sentit & imperium calx, lapis, unda, focus.
Incluſus Vulcanus aquis algentibus hic eſt,
Et pacem liquidis fontibus ignis habet.

Cum

4. *Lituraeque ſoli*] ſic ſchedae MSS. ſed aſteriſco tamen ſuperpoſito in Divionenſ. ad indicium vitioſae lectionis. *Lituroque* in cod. Leid. forte *Stricturaeque*. de qua voce vide egregie Caſaub. ad Strabon. Lib. V. p. 105. & 106. Salmaſ. ad. Solin. p. 762. a. & Dalecamp. ad Plin. XXXIV. cap. 14. ſed rectius Cel. Oudendorpius conjiciebat *Litoreique ſoli*. ut *litoream arenam* dicit Ovid. XV. Met. 725.

7. *Publica vox populis Thraſamundus gaudia vovit*] ſic ſchedae Divionenſ. in Leidenſi cod. *Pubica rex populis Thraſamundo gaudia novit.* & in marg. *Thraſamundus.*

10. *Et dulcis fontes*] *dulces* cod. Leid.

EP. XXXV. *Nobilis inſultat*] ita in cod. Leid. *inſultas* in aliis ſchedis.

3. *Hic unus*] ſic Salm. Divion. & Leidenſ. cod. *Hoc uno* Voſſius in marg. recte.

4. *Inclita dans*] ita ſcripſi ex cod. Leid. *dant* in aliis ſchedis. *Inclita dans parvis* vel *paucis* legebat Cel. Oudendorpius.

9. *Utilis hic flamma eſt, & nullos paſcitur artus*] ita legebat Cel. Oudendorpius ex veſtigiis cod. Leidenſ. in quo *ſlet nullos paſcitur.* vel, *Utilis haec flamma eſt, haec nullos.* aut bis *hic*, nempe loci. in ſchedis Divion. *ſlet̄ nullos fra*itur.*

12. *Nec cubat in vitreis*] ita in ſchedis MSS. *labat* in cod. Leid. forte pro *lavat*, id eſt lavatur.

EP. XXXVI. *Sentit & imperium*] *Senſit* cod. Leid.

5.

Cum lymphis gelidis geſtant concordia flammae,
Hac ſtupet ardentes frigida Nympha lacus.
Uritur hic ſemper gaudens neque laeditur hoſpes,
Et vegetat tepidus pectora tota vapor.
Maxima ſed quiſquis patitur faſtidia Solis,
Aut gravibus madido corpore torpet aquis.
Hic Thraſamundiacis properet ſe tinguere Thermis,
Protinus effugiet triſtis uterque labor.

EP. XXXVII. *Aliter. Ejusdem* FELICIS V. C.

Publica qui celſis educit moenia tectis,
Hic pia rex populis Thraſamundus vota dicavit:
Per quem cuncta ſuis conſurgunt pulchra ruinis,
Et nova tranſcendunt priſcas faſtigia ſedes.
Hic quoque poſt ſacram meritis altaribus aedem,
Egregiasque aulas, quas grato erexit amore,
Condidit ingentes proprio ſub nomine Thermas;
Hic bonus irriguis decertat fontibus ignis.
Hic etiam ardentis...... timet ora camini,
Plurimus hic imber gelidas adcommodat undas,
Hic aeſtus levis eſt, hic nullum frigora terrent,
Hic geminata dies per candida marmora fulget.

EP. XXXVIII. REGIANI. *de Thermis.*

Quis Deus has incendit aquas? quis fontibus ignes
Miſcuit, & madidas fecit diſcurrere flammas?
In regnis, Neptune, tuis Vulcanus anhelat.

EP.

5. *geſtat concordia*] *geſtat cum cordia* in cod. Leid. unde Iſ. Voſſius in marg. *geſtit concordia.* & verſ. ſeq. *Ac ſtupet.* in ſched. Divion. *geſtans concordia.* ſed in marg. *hic ſtat concordia flammae.* ut legendum. & mox quoque *Hic ſtupet.* vel ſcribe *en ſtat.* ut ſerventur veſtigia vocis *geſtat.* ſic ſupra Ep. XXXIII. *Sub cujus titulo meritis ſtat gratia factis.* & ita hic verſus favere poſſet emendationi & explicationi Barthii paullo ante in Ep. XXXIII. 9.

Non hic flamma nocet, undarum diſcit amorem.

ut *flammae* & *undarum amor* illic dicatur, quomodo hic *flammae concordia cum lymphis gelidis.* verſ. ſeq. *Hac ſtupet* in omnibus ſchedis MSS. & cod. Leid. ſed in marg. Voſſius *Ac ſtupet.*

8. *Et vegetat tepidus*] optime in cod. Leidenſi:

Et vegetat medicus pectora fota vapor. & ſic legendum non dubito. *fota* etiam in ſchedis Divion.

11. *properet ſe tinguere*] ita recte in ſchedis Salm. & Divion. *propere ſe* cod. Leid. ſed *properet* in marg.

EP. XXXVII. *Publica qui celſis educit*] ita legendum ex Divionenſ. vitioſe in ſched. Salm. & cod. Leid. *celſi ſeducit.*

8. *irriguis decertat fontibus*] *dertat* in cod. Salm. & Leid. ſed *decertat* in marg. ut clare legitur in Divionenſ. In quo ſeq. verſu idem hiatus eſt qui in cod. Leid. qui forſan ſuppleri poſſet,

Hic etiam ardentis nullus timet ora camini.

vel *nemo timet* cum Cel. Oudendorpio. idem eſt ac infra Ep. XLI. 8. ut legendum conjeci,

Stat tutus lautor medio circumdatus igne
Innocuas inter flammas.

ora camini, ut de crateribus Aetnae Lucret. Lib VI. 702. *nos quas fauces perbibemus & ora.* & ſic *os flammae* explicat Scheffer. apud Jul. Obſeq. cap. 112. & in genere *ora* de omni hiatu patente. vide Patrui notas ad Virg. II. Aen. 482. verſ. ult. *gemina dies p. c. marmore* eſt in ſchedis Salm. & cod. Leid ſed in marg. *geminata.* & *marmora* ſuperſcriptum. quomodo in cod. Divion.

EP. XXXVIII. *fecit diſcurrere flammas*] ita in Divionenſ. *decurrere* in cod. Salmaſ. & Leid.

3. *In regnis, Neptune, tuis Vulcanus anhelat*] vide ad Lib. I. Epigr. 28.

EP.

Ep. XXXIX. *de Thermis.*

Delectat variis infundere corpora lymphis,
Ut mutare magis ſaepe fluenta libet.
Nam ne conſuetae pariant faſtidia Thermae,
Hinc juvat alterno tinguere membra lacu.

Ep. XL. *Aliter.*

Tecta novem Phoebi nuper dicata Camenis
Nunc retinet Bacchus, & ſua tecta vocat.
Namque ubi tot veterum manſerunt ſcripta virorum,
Hic potat laeta dulcia vina Cypris.
Cognato ſemper luſtrantur numine ſedes,
Quas coluit Phoebus, has colit & Bromius.

Ep. XLI. *Verſus Balneorum.*

In parvo magnas fecit manus ardua Bajas,
Culmina diſtendit niveis ſuſpenſa columnis,
Curvavit cameris vario pro ſchemate conchas,

Mar-

Ep. XL. *Tecta novem Phoebi* &c.] ita in ſchedis Salmaſ. Divion. & Almelov. Lege cum Heinſio,

Phoebo tecta novem nuperque dicata Camenis.

tertio verſu Cel. Oudendorpius conjiciebat *maduerunt ſcripta virorum*, rore ſcilicet Caſtalio. ſed ſervari etiam poteſt ſchedarum lectio, ut innuat thermas has eo in loco fuiſſe, in quo antea Bibliotheca fuerat, cujus pars forte adhuc remanſerat. nam in balneis & thermis veteres etiam habuiſſe bibliothecas, in quas ſecedebant, ut Muſis operarentur, patet ex Seneca de Tranq. an. cap. IX. *Jam inter balnearia & thermas bibliotheca quoque ut neceſſarium domus ornamentum expolitur.* ſed & conpotationes comiſſationesque in iisdem ſtrenue exercebant, & Baccho ſaepe etiam Venerem jungebant. ut hoc Epigrammate indicatur. de iis vide Heinſ. Lib. I. Adverſ. cap. 10. & haec forte conjungit Sidonius Apollin. Carm. XXIII. 498.

Hinc ad balnea, non Neroniana, &c.
Ad thermas tamen ire ſed libebat
Privato bene praebitas pudori,
Poſt quas nos tua pocula & tuarum
Muſarum medius torus tenebat.

ut legitur in ed. Sirmondi. ubi *torus Muſarum* poſſet explicari, quod inter pocula otioſi jacuerint in bibliotheca lectitantes. ſed *chorus* edidit Savaro. unde Heinſio placebat *melicus chorus* Lib. III. Adv. XI. p. 476. quod intelligendum eſſet de ſymphoniacis Muſicisque choris, quibus inter tales conpotationes in balneis ſe oblectabant, ut patet ex Petron. cap. 28. ubi vide Interpretum notas.

4. *dulcia vina Cypris*] ita in ſchedis Salmaſ. Divion. & Almelov. *vina ſiti* legebat Salmaſius, quod notatum etiam erat in marg. cod. Leid. ut *laeta* ultimam producat, & ſexti caſus ſit. & hoc probabat Cel Oudendorpius. ut de Baccho dicatur. ſi tamen MSS. ſchedarum ſcriptura admittenda ſit, mallem ſcripſiſſet poëta, *Laetior hic potat dulcia vina Cypris.* ut Baccho Venus non incommode jungatur. *Cypris* enim pro Venere, & prima quidem vel correpta, vel producta, non novum eſt hujus aevi poëtis. ſupra Lib. I. Ep. CXXI.

Cum paſtor pulchram judicat eſſe Cyprin.

in alio Epigrammate hactenus inedito,

Fors fuerat melius, Cypridos ut nomen haberes.

Lib. I. Carm. LXXII. v. 35.

Totus adulterio, dignus quem Cypris amaret.

& v. 79.

Ne metuat Cypris, comitum decet eſſe refectis.

& v. 141.

——— *quis non cum Cypris amaret.*

& alibi. quod tamen male dici, & ſine exemplo bonorum poëtarum, notat auctor Menagianorum Tom. III. pag. 32. & vide Obſerv. Miſcell. Vol. II. pag. 212. & 213.

Ep. XLI. *Verſus Balneorum*] inter reliqua de Balneis Epigrammata exhibent ſchedae Divionenſes. ſed in cod. Salmaſiano legitur inter Luxorii Epigrammata ſub finem.

3. *Curvavit cameris vario pro ſchemate conchas*] ita recte emendabant Scriverius & Iſ. Voſſius ex mendoſa codicis Salmaſiani lectione,

Curbavit cameris variopero cemate concas.

idque confirmatur a ſchedis Divionenſibus.

Digitized by Google

Marmora reſplendent ſolida compage decora
Unitum mentita, decus ſarſura magiſtri
Murmure rauciſono fornacibus aeſtuat ardor
In flammis dominantur aquae, furit ignis amoenus.
Statutus lautor multo circumdatus igne
Innocuas inter flammas, mirabile dictu,
Ignibus ut poſſit fervores vincere ſolis,
Inde petit latices glaciali fonte fluentes:
Hinc calor, inde nives reparant per membra ſalutem;

4. *ſolida compage decora*] ſic Divion. & Leid. *ſolita* Salmaſ. cod.

5. *Unitum mentita decus ſarſura magiſtri*] ita in Divion. *mentet* Salm. Leid. & *Unitum mentita decus* correxerant Scriver. & Iſ. Voſſius. dein corrupte *fartūr magiſtri* in Salm. & Leid. quomodo forte librarius ſcripſit pro *fartura*. ſed recte *ſarſura* in ſchedis Divion. & ſic Scriver. & Iſ. Voſſius, qui ad Ennodium remittebant. Puto eos reſpexiſſe Ennodii Epigr. XCI. cujus inſcriptio eſt, *de Marmoribus opere ſarſorio*: ubi Sirmondus optime docuit illo aevo *ſarſorium opus* dici, cujus parietes & pavimenta variis diſcolorum marmorum cruſtis conpacta & ſtrata erant, ita ut unam quaſi picturam exhiberent; & inde *ſarſorem* vocari ejuſmodi opificii artificem marmorarium. vide du Cangium in Gloſſar. med. Lat. in *ſarſura* Tom. VI. p. 147. *ſarſurium opus* vocat Gregorius Turonenſis Lib. II. Hiſt. Franc. cap. XV. *Parietes, ab altarium opere ſarſurio, ex multo marmorum genere exornatos habet.* quod pro ſarto tecto exponit Lud. de la Cerda. ſed melius Voſſius Lib. III. de Vitiis Serm. p. 586. de opere ex variis lapidum generibus artificioſe ſarto, ac conpoſito. niſi illic *ſarſorium* malis, aut apud Ennodium *opere ſarſurio*, a *ſarſura*. tale balneum deſcribi puto a Seneca Epiſt. 86. poſtquam tenue & paupertinum in villa Scipionis balneum laudaverat: *At nunc quis eſt, qui ſic lavari ſuſtineat? pauper ſibi videtur ac ſordidus, niſi parietes magnis & pretioſis orbibus refulſerunt; niſi Alexandrina marmora Numidicis cruſtis diſtincta ſunt, niſi illis undique operoſa, & in picturae modum variata circumlitio praetexitur, niſi vitro abſconditur camera, niſi Thaſius lapis piſcinas noſtras circumdedit, in quas multa ſudatione corpora exinanita demittimus; niſi aquam argentea epiſtomia fuderunt.* qui locus optimam lucem huic epigrammati ſuppeditat. aliis *teſſellatum* aut *muſivum opus* dicitur. de quo multa Salmaſ. ad Solin. Tom. II. pag. 1214. ad Hiſt. Aug. p. 149. & egregie Caſaub. ad Suet. Caeſ 46. ejusmodi operis inſigne monumentum in Britannia effoſſum, & ad Hadr. Relandum delatum, conſpici poteſt in praefat. Pitiſci ante Lexicon Antiq. Roman.

6. *fornacibus aeſtuat ardor*] *extuat* cod. Salm. corrupte pro *aeſtuat*. ut bene in Divion. & Leid.

7. *furit ignis amoenus*] ſic ſchedae Salmaſ. & Divionenſes. *furit igne cominus* legebant Iſ. Voſſius & Scriverius, ut apud Statium Lib. I. Sylv. 5. 32. de Balneo Etruſci, *neu vilis flamma caminos Ureret.* ſupra Ep. XXXVII. 9. *ardentis timet ora camini.* ſed praeſtat forte, *furit ignis abenis.* Vitruvius Lib. V. cap. 10. ubi de balneorum ſtructura agit, *Abena ſupra hypocauſtum tria ſunt componenda, unum caldarium, alterum tepidarium, alterum frigidarium.* erant enim *abena* in balneis vaſa magna & vaſti oris, in quibus aqua & oleum calefiebat. Gr. χαλκεῖα. v. Caſaub. ad Theophr. Char. pag. 218. & 219. ubi & notat Latinis *ſcutra* vocari. *ſcutras* dicit Serv. ad Virg. I. Georg. 110. *unde vulgo vaſa, ubi calida fieri ſolent, ſcutrae appellantur.* & forte haec conjectura firmari poſſet ex Virg. VII. Aen. 464. *undantis aēni*

Exſultantque aeſtu latices; furit intus aquai
Fumidus, atque alte ſpumis exuberat amnis.

ubi vide Heinſ. & hinc *aēna* pro balneis calidis reſtitui ſupra Lib. I. ad Medeam v. 252. de Pelia in balneo Medeae, *& aēna undantia flammis.* ubi vide notas.

8. *Statutus lautor multo circumdatus igne*] licet in ſchedis MSS. conſtanter ſic legatur, non dubito tamen emendandum eſſe,

Stat tutus lautor multo circumdatus igne.

vel ſi quis *tutus* non addi opus eſſe cenſeat, quia addit *Innocuas inter flammas*, poſſit etiam legi, *Stat rectus lautor.* ut balnei ampli ac diffuſi ſplendorem augeat, quemadmodum contra Trimalchionis anguſtum balneum deſcribit Petronius cap. 73. *balneum intravimus, anguſtum ſcilicet, & ciſternae frigidariae ſimile, in qua Trimalchio nec rectus ſtabat.* ut optime corrigit & explicat N. Heinſius, cujus notae illic legi merentur. ſed priorem tamen conjecturam hic praefero.

9. *mirabile dictu*] ſic Divion. *ducto* Salmaſ. & Leid. ſed *dicto* in marg.

12. *Hinc calor, inde nives*] ita Salmaſ. & Leid. cod. *labor* in Divion.

Ibid. *reparant per membra ſalutem*] ita edidi ex cod. Divion. *quietem* in Salm. & Leid. & *replent* v. 13.

Diſcurrunt Nymphae, piſcinas flumina conplent,
Vitrea criſpatur labris refluentibus umbra.
Haec tibi * monumenta tibi natiſque manebunt,
Et decoratam * ac claros per ſecla nepotes.
Tu tamen excelſus per tempora longa fruaris.

Ep. XLII. *De Balneis.*

Adſpice fulgentes tectis & gurgite Bajas,
Dant quibus haud parvum pictor & unda decus.
Namque gerunt pulchras ſplendentia culmina formas,
Blandaque perſpicuo fonte fluenta cadunt:
Gaudia qui gemino geſtit decerpere fructu,
Et vita novit praetereunte frui.
Hic lavet, hic corpus reparans, mentemque relaxans,
Lumina picturis, membra fovebit aquis.

Ep. XLIII. *Aliter.*

Fauſta novum domini condens Fortuna lavacrum
Invitat feſſos huc properare viros.
Laude operis fundi capiet ſua gaudia praeſul,
Hoſpes dulciflua dum recreatur aqua:
Condentis monſtrant verſus primordia nomen,

Au-

15. *Haec tibi * monumenta, tibi natiſque manebunt, Et decoratam * ac claros*] hiantes & mutilos verſus hic exhibent ſchedae Divionenſes. in Salmaſiano & Leidenſi; *Haec tibis monumenti tibi*, tum ſequenti verſu in Salm. *Et decorata ma claros.* in Leid. *decoratam a claros.* ex quibus corruptae ſcripturae veſtigiis forte emendandum,

Haec tibi ſunt monumenta, tibi natiſque manebunt,
Et decorata manent claros per ſecla nepotes.

Cel. Oudendorpius nomen proprium latere putabat, ac tentabat,

Fauſte, tibi haec monumenta, tibi natiſque manebunt,
Et decoramenta ad claros per ſecla nepotes.

Ep. XLII. *Dant quibus haud parvum*] ita legendum, ut recte in ſchedis Salm. Divion. & Almelov. pro *aut parvum*. ut in cod. Leid.

8. *membra fovebit aquis*] ſic correxi, ut in ſchedis Divion. & Almelov. *fobit* in ſchedis Salm. & cod. Leid. ſed *fovebit* in marg.

Ep. XLIII. *huc properare viros*] ſic in marg. ſchedarum Salmaſ. & cod. Leid. in ipſo codice *vitae*. unde Heinſius *viae*. in Divionenſi apographo *viras*. & ita correctum in ſchedis Almelov.

4. *Hoſpes dulciflua dum recreatur aqua*] ita legendum jubent ſchedae Divionenſes, non *renovatur*. licet in Epigr. XXXV.

Hic ſenibus florens virtus renovatur anhelis,
Hic feſſos artus viva lavacra fovent.

& apud Ovid. Epiſt. IV. 90.

Haec reparat vires, feſſaque membra novat.

unde etiam *reparatur* quis corrigendi cupidus legere poſſet. ut Ep. praec.

Hic lavet, hic corpus reparans, mentemque relaxans. ſed *recreari balneis*, pro refocillari, ut *recreare corpora cibis*, & ſim. Prudent. Cathem. Hymn. III. 173. *Membra cibo recreata levent.* ubi gloſſa in marg. cod. Egmond. *refocillata ſuſtentent*. vid. Rittersh. ad Gunther. pag. 83. & 112. ſic *recreatus ex vulnere* apud Florum Lib. IV. 12. 44. ubi vide Graevium. hinc *morbo recreatus* in Inſcriptione vetuſta inter Urbis Antiquariae Inſcriptiones apud Salengr. Tom. III. Theſ. Antiq. pag. 844. M. CORNELIUS OPTATUS ANCIPITI MORBO RECREATUS VOTUM A. L. S. quae ultima dubito, an recte auctor illæ exponat, VOTUM ALTARE LARIBUS SACRAVIT. vide an praeſtet, VOTUM APOLLINI LIBENS SOLVIT. vel APOLLINI LIBERATORI SOLVIT. niſi malis in literis A. L. AESCULAPII nomen latere, cui a morbo ancipiti liberatus votum ſolvit; utramque conjecturam adjuvant Inſcriptiones veteres apud Tomaſin. de Donar. cap. 34. p. 218. & 225.

5. *Condentis monſtrant verſus primordia nomen*] ex hoc loco patet, nomen illius, qui Balnea exſtruxerat,

Auctoremque facit litera prima legi.
Luſtrent pontivagi Cumani litoris antra,
Indigenae placeant plus mihi deliciae.

EP. XLIV. *Aliter.*

Quiſquis Cumani luſtravit litoris antra,
Atque hoſpes calidis ſaepe natavit aquis.
Hic lavet, inſani vitans diſcrimina ponti,
Bajarum ſuperant balnea noſtra decus.

EP. XLV. *Aliter.*

Flammea perſpicuis coëunt hic lumina lymphis,
Dantque novum mixti Phoebus & unda diem.
Denique ſuccedit noſtris lux tanta lavacris,
Ut cernas nudos erubuiſſe ſibi.

EP. XLVI. *Aliter.*

Infundit noſtris Titan ſua lumina Bajis,
Incluſumque tenet ſplendida cella jubar.
Subjectis caleant aliorum Balnea flammis,
Haec reddi poterunt, Phoebe, vapore tuo.

EP. XLVII. *De Balneis cujusdam Pauperis.*

Vita opibus tenuis, ſed parvo in ceſpite ſollers
Fundavit gemino munere delicias.
Nam nova in anguſto erexit balnea campo,
Edulibusque virens foetibus hortus olet.

Quae

rit, inſcriptum aedificio fuiſſe: quo referendum quod de Tito tradit Dio Lib. LXVI. §. 25. eum *balnea ſuo nomine dedicaſſe*. Lamprid. in Alex. Sev. cap. 25. *thermas nominis ſui juxta eas, quae Neronianae fuerunt; conſtituit, aqua inducta, quae Alexandrina nunc dicitur.* hinc denominata fuerunt ab Auguſtis, Conſulibus, vel aliis Viris Illuſtribus. ſic Spartian. Hadrian. c. 19. dicit eum *forum Auguſti, & lavacrum Agrippae inſtauraſſe, eaque propriis & veteribus nominibus conſecraſſe.* & in Elagab. 17. memorat *lavacrum quod Antoninus Caracallus dedicaverat*, inſcripto nimirum nomine. exempla praebent Inſcriptiones veteres apud Gruterum p. XLIII. 5. CLXXVII. 7. CLXXVIII. 1. 3. & 5. CLXXXI. 2. 3. & 7. Smetium pag. X. Reineſ. Claſſ. II. 7. p. 251. & in Append. p. 1016. Sponium in Miſcell. pag. 36. & aliae paſſim. & quia hic *verſus primordia* nomen conditoris monſtrare dicit, & in initio legitur, *Fauſte novum domini* &c. forte FAUSTUS vocatus fuit ille, cujus Balnea hoc Epigrammate laudantur. ſic *Fauſti balnea* etiam memorantur Martiali Lib. II. Ep. 14.

EP. XLVI. *vapore tuo*] *ſuo* in ſchedis Salmaſ. ſed correxi *tuo* cum Heinſio, & ſchedis Almelov. *calore tuo* in Divionenſ. *Haec reddi potuerunt Foebi vapore ſuo* in cod. Leid. & emendatum *poterunt Phoebe vap. tuo.* a man. ſec. in Divionenſibus ſchedis initio hujus verſus adpoſitus erat aſteriſcus, *Haec reddi * poterunt.* forte igitur *reddi* in mendo cubat. vide an corrigendum ſit, *Incendi haec poterunt, Phoebe, calore tuo.* vel cum Cel. Oudendorpio, *Haec radiis poterunt, Phoebe, calere tuis.* vel *tepere.*

EP. XLVII. *in anguſto*] ita legendum ex veſtigiis ſchedarum Salmaſ. Divion. Almelov. & cod. Leid. in quibus *congnſto* ſcribebatur. ſed *in anguſto* margini Divion. ſchedarum adſcriptum erat.

4. *foetibus hortus*] ita ex ſched. Divionenſibus edidi. *fedibus ortus* in Salmaſ. & Almelov. *fedibus. s. ortus ſolet* in cod. Leid. ſed *fetibus* correctum m. s-

Quae natura negat, confert induſtria paucis,
Vix ſunt divitibus, quae bona pauper habet.

Ep. XLVIII. *Aliter*.

Parvula ſubcinctis ornavit jugera Bajis
Urbanus callens ſundere vita locos.
Hic quoque pomiferum conjunxit ſedulus hortum,
Qui vario auctorem gramine dives alat.
Rus gratum domino duplici jam munere conſtat,
Hinc capitur victus, ſumitur inde ſalus.

Ep. XLIX. *Aliter*.

Una ſalus homini eſt, calidum captare lavacrum;
Ne tepidus reddat morbida membra vapor.

Ep. L. *De Lavacro*.

Qui ſplendere cupis claro tenuique lavacro,
Pontica ſuccedas in balnea nobilis undae,
Quam nec Alexandri mater ſub ſole cadenti
Emeruit; non ſi varia ſe adſpergine Caji
Effundat per aperta latex e ſedibus imis,
Cum Syrio unguento, cui ſemper roſcidus humor
Hic femora & ſuras & brachia molliter ambit,
Et rigat in pluviam, ſenſimque ad colla reſultans
Tangit odore levi, & grato ſpiramine nares
Lenis, & externas admittere neſcius artes.
Huc ades, ô Florens, & feſta luce relaxa
Mentis onus, nebulaſque fuga, quae frontis honorem *
* * * * *

Ep.

5. *Quae natura negat, confert induſtria*] An legendum *Quae Fortuna negat?* quia de paupere agitur. ſupra Ep. XLIII.

Fauſta novum domini condens Fortuna lavacrum.
ſententia eadem eſt ac in alio Epigr. apud Pith. in Praeterm. p. 486. ed. Par.

Saepe dat ingenium, quod vis conferre negabat.
fortuna autem & *natura* paſſim in MSS. confunduntur. ut apud Lucret. V. 108. Sueton. in Tito cap. I. & alibi. vide Patrui notas ad Quinctil. Decl. IX. 16. & ad Claudian. IV. Conſ. Hon. 214.

Ep. XLVIII. *Urbanus callens ſundere vita locos*] ita in ſchedis MSS. Salmaſ. Divion. & cod. Leid. ſed cum Heinſio legendum arbitror,

Urbanos callens ſundere vita lacus.
vel cum Cl. Oudendorpio *Urbani*. ſequitur enim *ſedulus*.

Ep. XLIX. *Ne tepidus*] ſic recte emendatum in ſchedis Almelov. vitioſe in ſchedis Salm. & cod. Leid. *tepidibus*. ſed in marg. *tepidus*. ut in Divionenſ.

Ep. L. *Qui ſplendere cupis* &c.] in ſolis ſchedis Divionenſibus fragmentum hoc in fine mutilum reperi, ubi legebatur inter VERSUS BALNEORUM, quos ſupra edidi, & Epigr. de Thermis, quod incipit *Delectat variis* &c.

4. *non ſi varia ſe adſpergine Caji*] ita legendum. intelligit enim luxum Caligulae, qui, teſte Suetonio cap. 37. *novum balnearum uſum commentus, ut calidis frigidisque unguentis lavaretur*. unde & Plinius Lib. XIII. cap. 3. *ſpargi parietes balnearum unguento, atque Cajum principem ſolia*, ſive vaſa balnearia, in quibus ſedentes lavabantur, *temperari unguento juſſiſſe* tradit. quae lucem adfundunt ſequentibus, *Cum Syrio unguento, cui ſemper roſcidus humor* &c.

Ep.

Digitized by Google

EP. LI. *De Laudibus Hortuli.* VOMANI.

Adeſte Muſae, maximi proles Jovis,
Laudes feracis praedicemus hortuli.
Hortus ſalubres corpori praebet cibos:
Varioſque fructus ſaepe cultori refert:
Olus ſuäve, multiplex herbae genus:
Uvas nitentes, atque foetus arborum.
Non deſit hortis & voluptas maxima:
Multiſque miſta commodis jucunditas.
Aquae ſtrepentis vitreus lambit liquor:
Sulcoque ductus irrigat rivus ſata:

Flo-

EP. LI. *De Laudibus Hortuli.* VOMANI.] Egregium hoc carmen exhibet Pithoeus Lib. II. p. 72. & Scaliger in Catal. pag. 176. ſed in ejus editione Gallicana Lugdunenſi p. 181. ſub titulo, DE LAUDIBUS HORTULI. INCERTI AUCTORIS. ſub nomine VOMANI etiam edidit Rivinus in Poëmat. vet. poſt Palladium in fine. & Pelletier in Comite Ruſtico pag. 208. v. Chriſtii Excurſ. ad Villaticum p. 272. *Vomano* tribuit quidem codex Petavianus, ſed titulum DE LAUDIBUS HORTULI omittit. DE LAUDE HORTI ASMENUS in cod. Thuaneo. HORTULUS ſine auctoris nomine in utraque Aldina Catalectorum editione p. 68. P. VIRG. MAR. HORTULUS in edit. Catalect. Virg. Vicetina, Brixienſi, & Veneta. & ab hoc carmine Epigrammata Virgilii incipiunt in edit. Pulmanni p. 373. de Vomano vide ad Lib. II. Ep. 160.

2. *Laudes*] *Laudem* in cod. Petav. ed. Vicet. Brix. & Ven.

3. *corpori praebet cibos*] *praebet corpori* Thuan. & Petav. cod. ed. Vicet. Brix. & Ven.

4. *Varioſque fructus*] admiſi in contextum conjecturam N. Heinſii, quia inconcinne in ed. Aldi, Vicet. Brixienſ. Veneta, Pithoei, Scalig. & Pulmanni legitur,

Varioſque cultus ſaepe cultori refert.

eadem variatio apud Virg. II. Georg. 36.

——— *proprios generatim diſcite cultus*
Agricolae, fructusque feros mollite colendo.

ubi *cultusque feros* ſimili abſurditate proferunt veteres Grammatici, quod cum *colendo*, & *cultus* verſu praeced. valde abſonum eſt. *Varioſque luxus* conjecerat Oudendorpius.

7. *Non deſit*] *deſit* Petav. cod. & Genev. ed. Pith. ſed in Pariſina *deſit.* quomodo & in ed. Vicet. Brix. Venet. Ald. Scalig. & Plantin. vid. ſupra ad Lib. II. Ep. 173. & ſic ſaepe apud Prudentium. ut Hymn. IV. Cath. 85. *Non deſit tamen anxiis medela.* & Hymn. IX. 166.

Quod deſit aevo, ſuppleat crudelitas.

& alibi: vid. Juret. ad Symmach. p. 32. & 89.

8. *Multiſque miſta commodis*] *commixta modos* in Petav. & Thuan. cod. *Multiſque commixta modis* in ed. Vicet. Brix. & Venet.

9. *Aquae ſtrepentis vitreus lambit liquor*] *Atque ſtrepentis vitreus ambit liquor* in cod. Thuaneo. *Aquae tepentis vitr. ambit liquor* Voſſian. *ambit* quoque in Vicet. Brix. & Veneta. ſed *lambit* recte edidit Aldus, Pithoeus, Scaliger, Pulm. & Rivinus. eo verbo paſſim hac in re utuntur poëtae. notum illud Horatii, *quae loca fabuloſus lambit Hydaſpes.* vide Heinſ. ad Ovid. XIV. Met. 633. Ammianus Marcell. Lib. XVII. c. 3. pag. 170. *Moſa fluvius praeterlambit.* & Lib. XXV. cap. 10. p. 479. *praeterlamberet Tiberis interjecans urbem aeternam.* ubi tamen Patruus meus *praeterlaberetur* praefert in notis ad Virg. VI. Aen. 874. cujus loci imitatio eſt, *vel quae, Tiberine, videbis Funera, cum tumulum praeterlabere recentem.* Priſcianus in Periegeſ. v. 99.

——— *iſtius unda*
Lambit terga ſoli, qua ſe vagus explicat orbis.

Avienus Deſcript. Orb. v. 685.

Lucis ab exortu Pamphilia qua cavat aeſtum
Prolabentis aquae.

ubi Heinſius *Praelambentis.* quod tamen paullo poſt ſequitur,

——— *& curvo praelambitur ora fluento.*

niſi illic rectius ſit *praelabitur.* v. 698.

Et vicina ſibi lambit confinia pontus.

& v. 955. *Gentis Amazonidum lambit ſata.* Statius IV. Theb. 52.

——— *quos pigra vado Langia tacenti Lambit.*

Prudentius Hymn. XII. Periſt. v. 7. *Scit Tiberina palus quae flumine lambitur propinquo.* ut in codice Egmondano inveni, & in aliis MSS. Weitzius & Heinſius, pro *labitur.* ut Hamartig. v. 356.

li-

Digitized by Google

Flores niteſcunt diſcolore gramine,
Pinguntque terras gemmeis honoribus.
Apes ſuſurro murmurant gratae levi,
Cum ſumma florum, vel novos rores legunt,
Foecunda vitis conjuges ulmos gravat,
Textasve inumbrat pampinis arundines.
Opaca praebent arbores umbracula,
Prohibentque denſis fervidum ſolem comis.

Aves

liquor incorruptus arenas Praelambit. & ita *praeterlambens* paſſim in Solini codicibus pro *praeterlabens* ſcribi monuit Cel. Oudendorpius. ſic *mordere*, *ſtringere*, *radere*, & ſim. unde forte apud Ovid. Epiſt. VII. 169. ſcribendum:

Nota mibi freta ſunt Afrum radentia litus.

pro *frangentia*. vide Broukhuſ. ad Tibull. IV. I. 142. male tamen apud Claudian. I. in Rufin. 214. in cod. Farneſiano legitur *lambentis murmura rivi.* cum *labentis* illic rectum ſit, de ſomnifero cadentis rivi murmure. de quo ſupra ad Ep. XXVI.

11. *Flores niteſcunt diſcolore gramine*] *diſcolor gramen* quid ſit, neſcio. ideo malim *diſcolore germine.* LINDENBR. *gramine* in ed. Vicetin. Brixienſ. Venet. Ald. Pith. Scalig. & Plant. ſed Lindenbrogii emendationem firmant Petavianus & Thuaneus codex, quod & Heinſius praeferebat. vulgatam defendi poſſe notaverat Tollius illo Prudentii Hamartig. 858.

Ambroſiumque bibit roſeo de gramine rorem.

ubi in Egmondano, Puteaneo, aliisque ſcriptis *ſtramine*, probante Heinſio. *gramine* tamen illic in codice Rhedingeriano, a Gebhardo collato. neque hic mutare auſim. *gramen* enim herbam quamcumque viridem veteres dicunt. vid. Victor. VI. Var. Lect. 16. & notas ad Ovid. Ibin v. 403. & ſic *gramini* florem dat Seneca in Medea v. 717.

Quodcumque gramen flore mortifero viret.

Venantius Elegia de Paſchate v. 14.

Paullatim ſubeunt ſtellantia lumina florum;
Floribus adrident gramina cuncta ſuis.

Ovid. II. Met. 407.

——— *dat terrae gramina, frondes*
Arboribus, laeſasque jubet reviveſcere ſilvas.

ubi *germina* in aliis MSS. ſic apud Petron. cap. 131.

——— *quae circum gramina fuſae*
Et molles violas.

ubi *germina* Cuperus. & ſupra Ep. XLVIII. 4. malebat Cel. Oudendorpius,

Qui vario auctorem germine dives alat.

non *gramine*. vide etiam ad Virg. II. Georg. 332. & illic Philargyr.

12. *Pinguntque terras gemmeis honoribus*] Auctor Pervigilii Veneris:

Ipſa gemmeis purpurantem pingit annum floribus.

LINDENBR. *terram* rectius in Puteaneo, Voſſiano, & Thuani codice. & ſic edidit Aldus. *pingere terram* eleganter flores dicuntur. apud Valer. Catonem in Diris v. 21.

Nec deſit noſtris devotum carmen avenis,
Haec Veneris vario florentia ſerta decore,
Purpureo campos quae pingit avena colore.

loco corrupto, cum *avena* intempeſtive inferatur, quae vox bis terve illic praeceſſit. Itaque legendum cum N. Heinſio,

Nec Veneris vario florentia ſerta decorae
Purpureo campos neu pingant verna colore.

pro quo Patruus in notis ad Valer. Fl. VI. 493. corrigebat, *diſtinguant verna colore.* plura vide ad Epigramma hujus ipſius Vomani de quatuor anni tempeſtatibus apud Pith. Lib. IV. p. 170.

Ver pingit vario gemmantia prata colore.

ubi *pingit gemmantia prata*, ut hic *gemmeis honoribus pingi* dicitur terra.

13. *murmurant gratae levi*] *leni* cod. chartac. Voſſ. ed. Vicet. Brix. & Ven. quod male probabat Tollius. *levi* recte edidit Aldus, Scalig. Pith. Pulm. ut requirit lex metri.

16. *Textasve inumbrat pampinis arundines*] ſic ed. Aldi, Scalig. Pith. & Pulm. *pampinus* cod. Thuan. papyrac. Voſſii, & ed. Vicet. Brix. & Venet. *Textasque* ed. Scalig. ſec.

18. *Prohibentque denſis fervidum ſolem comis*] Eleganter *comam* ſive *crines* adtribuunt arboribus. Statius Sylv. 5. Lib. IV.

Nunc cuncta veris frondibus annuis
Crinitur arbos.

in Pervigilio Veneris:

Et nemus comam reſolvit de maritis imbribus.

Statius quoque *comantem humum* pro herboſa dixit Thebaïdos Lib. V. Quemadmodum autem ſilvae τριχοφυεῖς dicuntur, ſic verſa vice *Crines ſilveſcere.* Arnobius Lib. III. *Capillos imminuant ſilveſcentium crinium velleribus involutos.* LINDENBR.

19.

Aves canoros garrulae fundunt ſonos:
Et ſemper aures cantibus mulcent ſuis.
Oblectat hortus, avocat, paſcit, tenet,
Animoque maeſto demit angores graves.
Membris vigorem reddit, & viſum capit.

Re-

19. *Aves canoros garrulae fundunt ſonos*] *avis canorae garrulos* in Petav. & Thuan. cod. niſi quod in ultimo *canores*, ſequente verſu codex Voſſian. ut Aldus edidit,

Et ſe per auras cantibus mulcent ſuis.

auras etiam in Petav. ſed alii codices & ed. Vicet. Brix. ac Veneta firmant vulgatam, ut ediderunt Pithoeus, Scaliger, Plant. Rivinus, alii. expreſſa haec videntur ex Horatio Epod. II. 23. & ſeq.

Libet jacere modo ſub antiqua ilice,
Modo in tenaci gramine.
Labuntur altis interim ripis aquae,
Queruntur in ſilvis aves.

Auctor Culicis v. 144.

At volucres patulis reſidentes dulcia ramis
Carmina per varios edunt reſonantia cantus.
His ſuberat gelidis manans e fontibus unda,
Quae levibus placidum rivis ſonat orta liquorem.

vide quae notavi ad Auctorem Eleg. in Obit. Maec. v. 36.

21. *Oblectat hortus, avocat, paſcit, tenet.*] *advocat* in ed. Ald. Pith. Scalig. Pulm. Rivini, aliisque. Sed optime in Petaviano ac Thuaneo codice *avocat.* quod & in antiqua editione Vicet. Brix. & Veneta Catalect. Virgilii, & ita legebat Heinſius. & Gronovius ad Livium Epit. Lib. LXIX. Gudius ad Phaedr. Lib. III. fab. 18. & Graevius in notis ad Auct. Rhetor. ad Herenn. Lib. III. cap. 2. itaque ſic edendum curavi. de cujus ſcripturae veritate ne dubites, facit adpoſitus valde Quinctiliani locus Lib. X. Inſt. cap. 3. ubi de ſeceſſu ruris & hortorum: *Mihi certe jucundus hic magis, quam ſtudiorum hortator, videtur eſſe ſeceſſus. Namque illa ipſa*, quae delectant, *neceſſe eſt* avocent *ab intentione operis deſtinati* &c. *Quare ſilvarum amoenitas & praeterlabentia flumina, & inſpirantes ramis arborum aurae, volucrumque cantus, & ipſa late circumſpiciendi libertas, ad ſe trahunt: ut mihi remittere potius voluptas iſta videatur cogitationem, quam intendere.* ubi etiam *advocent* vel *amovent* in aliis. ſaepe ita peccatum, & inter ſe confuſa fuere haec verba. Plinius Lib. I. Epiſt. 3. *an, ut ſolebas intentione rei familiaris obeundae, crebris excurſionibus avocaris.* ubi male Jac. a Cruce in Tom. I. Fac. Crit. p. 692. legebat *advocaris.* & Epiſt. 24. *modus ruris, qui avocet magis quam diſtringat.* ubi *advocet* in binis codd. Leidenſibus inveni, ut in aliis MSS. & edd. ſed perperam. & adſtipulantur veſtigia codicis Medicei, in quo legitur *quia vocet.* non *qui avocet*, ut notat Cortius, quem illic vide. Sueton. Ner. cap. 23. *ac ne quid circa haec occupatum avocaret detineretve.* ubi etiam in Excerptis Cujacii *advocaret.* Statius Lib. IV. Sylv. 6. 31. *hic Aoniis amor avocat antris.* & Lib. VI. Theb. 77. *illum rigida arma caventem*

Avocat, & manibus necopinum interſerit ictum.

ſic ſcribe ex MS. cod. Tiliobrogae, id eſt fallit. vulgo *Advocat.* Cic. I. de Fin. cap. I. *qui omnino avocent a philoſophia.* Suet. Aug. cap. 40. *plebs a negotiis avocaretur.* Plinius Lib. XVIII. 3. *comitia nundinis haberi non licebat, ne plebs ruſtica avocaretur.* Seneca de Tranq. Anim. cap. 2. *nihil avocatus tranſverſis multorum veſtigiis paſſim diſcurrentium.* de Provid. cap. 3. de Maecenate: *Mero ſe licet ſopiat, & aquarum fragoribus avocet, & mille voluptatibus animam anxiam fallat, tam vigilabit in pluma, quam ille in cruce.* & Epiſt. 56. *magis mihi vox avocare videtur quam crepitus. Illa enim animum abducit, hic tantum aures implet ac verberat. In iis quae me ſine avocatione circumſtrepunt, eſſedas tranſcurrentes pono* &c. ubi *advocatione* in cod. Biblioth. Amſtelaed. a m. prim. qui tamen vulgatam recte firmat in eadem Epiſtola prope finem: *nulla res nos avocabit, nullus hominum aviumque concentus interrumpet cogitationes bonas.* Fulgentius in Contin. Virg. pag. 751. *avocatur fabulis, quibus puerilis conſueta eſt avocari garrulitas.* ubi vide Munckerum. ſic *avocare milites* pro *avertere*, ſaepe etiam in *advocare* mutatum eſt. vid. Tennul. & Cl. Oudend. ad Frontin. Lib. I. 4. §. 14. plura Salmaſ. ad Spartian. Hadr. cap. XV. p. 149. notae ad Calpurn. Ecl. IV. 50. & Cl. Drakenb. ad Silium Ital. Lib. X. 86. hinc *avocationes* & *avocamenta*, quae fiunt animi oblectandi cauſſa. vid. Cort. ad Plin. Lib. VIII. Epiſt. 5. p. 562. & locum Juſtini de Mithridate Lib. XXXVII. cap. 4. init. ut eum ex MS. emendat Iſ. Voſſius ad Catull. pag. 110.

22. *Animoque moeſto demit angores graves*] *langores* ed. Vicet. & Venet. pro *languores.*

23. *& viſum capit*] *viſus* cod. Pet. & Thuan. ed. Vicet. Brix. & Venet. *rapit* legit Chriſtius ad Villaticum pag. 273. quod probo. hoc eſt ad ſe trahit, ut in loco Quinctiliani ſupra prolato, *Silvarum amoenitas & praeterlabentia flumina* &c. *& ipſa late circumſpiciendi libertas ad ſe trahunt,*

Et,

Refert labori pleniorem gratiam,
Tribuit colenti multiforme gaudium.

Ep. LII. *De Luco Amoeno.*

Hic, Cytherea, tuo poteras cum Marte jacere:
Vulcanus prohibetur aquis, Sol pellitur umbris.

Ep. LIII. *Aliter.* Regiani.

Bellipotens Mavors, Veneri gratiſſime, furtum
Hic ſecurus ama, locus hic amplexibus aptus.
Vulcanus prohibetur aquis, Sol pellitur umbra.

Ep. LIV. *Deſcriptio Loci Amoeni.*

Nobilis aeſtivas platanus diffuderat umbras:
Et baccis redimita daphne, tremulaeque cupreſſus:
Et circumtonſae trepidanti vertice pinus.
Has inter ludebat aquis errantibus amnis
Spumeus, & querulo verſabat rore lapillos.
Dignus amore locus: teſtis ſilveſter aëdon,

At-

Ep. LII. De luco amoeno. *Hic Cytherea tuo &c.*] ita inveni in ſchedis Divionenſibus, & Salmaſianis, in quibus vitioſe inſcribebatur, de lucameno. ſed de luco amoeno clare in Divionenſ. ut correxerat Iſ. Voſſius in margine codicis Leidenſis, qui apographus eſt Salmaſiani, ex quo edidit hoc etiam Monnoye in Menagian. Tom. IV. pag. 310. ubi merito elegantiſſimum vocat Epigramma. ejusque verſionem Graecam Bovinii, & ſuas Gallicas ſubjungit. alterum ſub Regiani nomine praefigunt priori ſchedae Divionenſes, & in cod. Leidenſi ſub finem additum erat manu Iſ. Voſſii ante Luxorii Epigrammata. illud vero ex altero adumbratum eſt, & utriusque elegantia praecipua in eo conſiſtit, quod Lucum amoeniſſimum fontibus irriguum & umbris denſum ſedem amoris Marti Venerique aptiſſimam conſtituat poëta, quia hinc Vulcanus, Veneris maritus, illinc Sol, qui eorum furta detexit, prohibeantur. *locus hic amplexibus aptus* eodem modo, ut mox in Epigr. Petronii, *Dignus amore locus.*

Ep. LIV. *Deſcriptio Loci Amoeni*] ita edidit Scalig. Lib. II. Catalect. p. 255. ex Petronio cap. 131. ſed forte praeſtat *Luci* pro *Loci*. ut in praeced. Epigr. inſcriptio eſt, *De Luco Amoeno.*

1. *Nobilis aeſtivas*] *Mobilis* conjecerat Heinſius, ſed inprobante Broukhuſio, & recte hanc lectionem, vindicavit Patruus in notis ad Petronium, & explicat de platano, reliquis arboribus nobiliori, quia ſub illius umbra veteres maxime ſolebant genio indulgere. de quo vid. Heinſ. Lib. I. Adverſ. 10. & quae notavi ad Lotich. pag. 198. *mobilis* enim, pro vento agitata, idem eſſet ac mox *tremulae cupreſſus*, & *trepidanti vertice pinus*. in vulgatis autem Petronii editionibus tertius verſus ſecundo praefigitur.

4. *aquis errantibus*] hanc lectionem vindicavit Patruus in notis ad Petron. nam male in ed. Scalig. *ludebat aquis ludentibus*. unde *lambentibus* Cl. Oudendorpius. de quo ſupra ad Ep. 51. 9. Francius conjecerat *aquis trepidantibus*. ut apud Horat. II. od. 3. 12. *Et obliquo laborat lympha fugax trepidare rivo.* & Lib. I. Epiſt. 10. 21.

Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum,
Quam quae per pronum trepidat cum murmure rivum.

vide Weitzium ad v. 5. hujus Epigr. in notis ad Petron. & ejusdem notis ad Horat. pag. 71. ſed praeceſſit modo *trepidanti vertice pinus*. ut habetur etiam in codice Petronii Scaligerano, qui *crepitanti* in marg. adſcripſerat. neque male Chriſtius in Excurſ. ad Villatic. pag. 268. legebat,

Has inter currebat aquis ludentibus,

vel *ludebat aquis errantibus*. certe *ludebat* & *ludentibus* eodem in verſu tolerari nequit. *aquis lucentibus* Tollius.

5. *querulo verſabat rore lapillos*] *vexabat* in cod. Scaligerano Petronii.

6. *teſtis ſylveſter aëdon*] ita recte a viris doctis caſtigatum pro *iasdon. ſilveſtris hirundo* codex idem

Sca-

Digitized by Google

Atque urbana Procne: quae circum gramina fuſae,
Ac molles violas, cantu ſua rura colebant.

EP. LV. *Item.*

Idaeo quales fudit de vertice flores
Terra parens, quum ſe confeſſo junxit amori
Jupiter, & toto concepit pectore flammas.
Emicuere roſae, violaeque, & molle cyperon,
Albaque de viridi riſerunt lilia prato.
Talis humus Venerem molles clinavit in herbas.
Candidiorque dies ſecreto favit amori.

EP. LVI. M. T. CICERONIS. *vel* LAUREAE TULLII. *de Fundo.*

Fundum Varro vocat, quem poſſim mittere funda,
Ni tamen exciderit, qua cava funda patet.
Extractam puteo ſitulam cum ponit in horto,
Ulterius ſtandi non habet ille locum.

EP.

Scaligeri, ſed qui in marg. notaverat in alio v. c. *aëdon* legi, idque probabat. vide & Heinſ. ad Ovid. VI. Met. 468. & quae notata ſunt ſupra ad Lib. I. Ep. 169. v. 7.

7. *Atque urbana Progne*] Ita recte etiam Barth. XXIII. Adverſ. 24. & vindicavit dicto Ovidii loco, ubi plura Heinſius adfert correptae ſyllabae exempla in *cycnus*, *daphne*, & ſim. quem & vide ad XIII. Met. 430. V. Faſt. 9. & ad Epiſt. XVI. 250. G. Fabric. ad Terent. Andr. 2. 3. 17. & Patrui notas ad Rhemn. Fann. de Ponder. v. 17. *urbanam Prognen* Cerda ad Virg. XII. Aen. 473. putat dici ad diſcrimen ripariae & agreſtis. ſed praeferendam arbitror Broukhuſii conjecturam *orbata Progne.* vide Patrui notas.

EP. LV. *Idaeo quales* &c.] ibidem habet Scaliger ex Petron. cap. 127. unde ultimum verſum addidi, qui in illius Catalectis deſiderabatur, & in codice ejus Petroniano male inſerebatur inter quartum quintumque verſum Epigrammatis, quod apud Petron. cap. 128. legitur, & incipit, *Nocte ſoporifera* &c. ubi in margine notaverat vir illuſtris, ſe in duobus aliis v. c. illic eum non inveniſſe. v. 2. *junxit* praetuli ex vulgata lectione pro *vinxit*, ut edidit Scaliger. & v. 6. *clinavit*, pro *clamavit*, ut in Catalectis ejusdem & codice MS. pro quo conjeceram *molles Venerem inclinavit in herbas*, ſed quod poſtea vidi occupaſſe Hadrianidem.

EP. LVI. *Fundum Varro vocat*] Habet Pithoeus Lib. I. p. 36. & vide Vavaſſ. de Epigr. pag. 288. Legitur ex Ciceronis libello quodam joculari apud Quinctil. Lib. VIII. Inſt. 6. ubi Colomeſius notavit produci etiam a Donato ad Terent. Eunuch. hunc in modum,

Fundum Varro vocat, qua poſſit mittere funda,
Ni lapis exciderit, qua cava funda patet.

ſed fruſtra id in Donati ad Eunuchum Scholiis quaeras. profert ita Calphurnius ad Heaut. I. Sc. I. 16. ubi etiam vitioſe editur, *Fundum vero vocat.*

Ibid. *quem poſſim mittere funda*] *poſſim immittere fundae* Heinſius. ſic in Epigr. de milite Batavo apud Pith. Lib. III. p. 88.

Immiſſumque arcu dum pendet in aëre telum.

ſed hic nihil mutandum videtur. Reſpicit enim ad Varronis Etymologiam de *fundo* Lib. IV. de L. L. pag. 11. cujus verba Tollius ad Auſon. p. 148. ſic conſtituit: *Fundus dictus aut quod funda poſſis mittere, aut quod fundat quotannis multa.*

2. *Ni tamen exciderit*] *Si* Tollius ad Auſon. d. l. & poſt *patet* diſtinctionem commatis ponebat. Totum vero ita conſtituebat Cel. Oudendorpius,

Ni lapis exciderit, qua cava funda patet.
Extractam puteo ſitulam qua fundit, (vel *effundit*) *in horto,*
Ulterius ſtandi non habet ipſe locum.

id eſt, non major eſt fundus, quam quo aqua fluere poſſit e ſitula puteo extracta.

3. *cum ponit in horto*] *qui* citat Chariſius Lib. IV. Inſtit. Gramm. pag. 246. ed. Putſch. & Diomedes Lib. II. p. 457. & v. ult. *non habet ipſe.*

4. *non habet ille locum*] *illa* Heinſius. vel *ipſe.*

EP. LVII. AULI SEPTIMII SERENI. *de Agro.*

Inquit amicus ager domino, ſere: plurima reddam.
Si bene mi facias, memini tibi ſolvere grates.

EP. LVIII. RUFUS FESTUS AVIENUS V. C. FLAVIANO MURMECIO V. C.

Qua venit Auſonias Auſtro duce Poenus ad oras,
Si jam forte tuus, Libyca rate, miſit agellus
Punica mala tibi Tyrrhenum vecta per aequor,
Quaeſo aliquid noſtris guſtatibus inde relaxes.
Sic tua cuncta ratis plenis ſecet aequora velis,
Spumanti dum longa trahit veſtigia ſulco,
Romuleaeque Phari fauces illaeſa relinquat.
Sit licet illa ratis, quam miſerit alta Corinthos,

Adria

EP. XVII. AULI SEPTIMII SERENI] Dele verſus illos, *Inquit amicus ager*, qui ſunt Terentiani Mauri ex Phalaecis Septimii Severi. PITHOEUS. vide Barthium Lib. XXXII. Adverſ. cap. 12. ubi male negligentiae Pithoeum incuſat, quod hos Terentiani verſus ſub nomine Septimii Sereni ediderit, cum ipſe id in notis monuerit. exſtant autem apud Terentianum Maurum pag. 87. b. & vide omnino Marium Victorinum de Ration. Carmin. Lib. III. pag. m. 178. Eſt autem in his obvia poëtis locutio, qui agros ut debitores ſpectant, unde fertiles agri *reſpondere*, *fideles eſſe*, *credita reddere*, & ſim. ſteriles vero *mentiri*, *fallere*, *eludere*, dicuntur. vid. Patrui notas ad Petron. cap. 117. & ad Ovid. Rem. Am. v. 174. Heinſ. in Addendis Adverſar. p. 767. & 763. ſic in Epigram. apud Pithoeum Lib. III. pag. 107.

Si fructus proprio ſubdit de germine tellus,
Si reparat ſparſis debita ſeminibus.

Inſcriptio apud Gruter. p. 928. 9.

DATE TERRAE FRUCTUM, UT TERRA POSSIT REDDERE.
AB ALIO SPERES, ALTERI QUOD FECERIS.

ut legendum. nam vitioſe eam profert Haverkamp. ad Lucret. I. 210.

EP. LVIII. RUFUS FESTUS AVIENUS V. C. FLAVIANO MURMECIO V. C.] ita inſcriptionem hanc caſtigavi, quae corrupte apud Pithoeum Lib. IV. p. 186. edita eſt, RUFUS FESTUI AVIENIUS V. C. FLAVIANO MYRMEICO V. C. SUO SALUTEM. quomodo etiam titulus huic Epigrammati inſcribitur in antiqua Victoris Piſani editione Veneta 1488. qua Avieni Phaenomena & alia continentur, quibus in initio hoc carmen praefigitur. illam ſecutus eſt Pithoeus. Quis autem hic Rufus Feſtus Avienus ſit, dubium eſt. Forte idem, cujus carmen ad Deam Nortiam edidi Lib. I. Ep. 79. quem *Rufum Feſtum* vocandum contendunt Sponius in Miſcell. pag. 99. & Fabrett. in Inſcript. cap. X. p. 742. improbante Cl. Cannegiet. Diſſert. ad Avien. cap. I. in fine. ille vero Proconſulia dignitate floruit, tempore Theodoſii Junioris & Marciani Caeſaris circa an. Chr. CCCCL. vide Corſini Faſtos Atticos Tom. I. Diſſ. VIII. p. 383. & Bonadam in Carm. ex vetuſt. Lap. collect. Vol. I. pag. 117. alterum vero *Flavianum* illum, cui hoc carmen Avienus ſcripſit, ad Clodiorum familiam refert Reineſius in Epiſt. LXIX. ad Rupert. pag. 625. & ad Inſcript. Vet. Claſſ. I. pag. 79. & 80. eique cognomen Graecum *Murmecii* inpoſitum putat, vel a loco, in quo natus, vel, in quo agros, praedia, ac colonos poſſidebat, Murmece nimirum regionis Pentapolitanae in mari Libyco inſula, ubi ſive ex Proconſule Africae ſive Vicario Flaviano natus fuerit: vel a Murmecio, Tauricae peninſulae oppido: eodem modo ut Clodii dicti ſunt *Pontici* & *Olybrii* a poſſeſſionibus in Ponto & Thraciae Dioeceſi. forte & a regionibus iſtis vel ſimilibus pariter nomina adhaeſerunt viris, qui apud veteres memorantur. ſic Μύρμηξ dialecticus Stephano in Ἐνετοί. de quo vide utriusque Caſauboni notas ad Diog. Laërt. Lib. II. Segm. 113. & Salmaſ. ad Solin. T. II. pag. 888. *Murmex* pater Ephyrae eidem Steph. in Κόρινθος. *Murmex* heros Heſychio in Μύρμηκας. & Μυρμηκίδης Mileſius Athenaeo Lib. XI. in fragmento cap. 4. quod Caſaubonus in Animadverſionibus ſuis protulit.

3. *Punica mala tibi Tyrrhenum vecta per aequor*] *invecta* legebat Heinſius. & v. ſeq. *relaxes*. nam *relaxis* vitioſe in ed. Pith. & Veneta Victoris Piſani. & v. 6. *cum longa*.

7. *Romuleaeque Phari*] ita caſtigavi ex cod. Voſſian. quomodo etiam conjecerat Heinſius. &

Cl.

Digitized by Google

Adria conſurgente notus qua proſpicit aeſtus;
Quamve ſuis opibus cumularit Hiberia dives,
Solverit aut Libyco quam laetus navita portu.
Sed forſan, quae ſint, quae poſcam mala, requiras.
Illa precor mittas, ſpiſſo quibus arta cohaeret
Granorum foetura ſitu, caſtriſque ſedentes,
Ut quaedam turmae, ſocio latus agmine quadrant;
Multiplicemque trahunt per mutua vellera pallam:
Unde ligant teneros ex agmine flammea calles.
Tunc ne preſſa gravi ſub pondere grana liqueſcant,
Diviſere domos, & pondera partibus aequant.
Haec ut, amice, petam, cogunt faſtidia longis
Nata malis, & quod penitus fellitus amarans
Ora ſapor nil dulce meo ſinit eſſe palato.
Horum igitur ſucco forſan faſtidia ſolvens
Ad ſolitas revocer menſis redeuntibus eſcas.
Nec tantum miſeri videar poſſeſſor agelli,

Ut

Cl. Schraderus. licet maſculino genere *Alexandrini Phari* apud Suet. Claud. 20. ubi tamen *Alexandrinae* ex libris emendatioribus praefert Voſſ. I. de Analog. 32. ſed quia *Romuleique fari* in iisdem vetuſtis editionibus, hinc *foci* etiam poſſet elici, ut apud Ovid. XI. Met. 303. legebat Heinſius, *erat ardua turris Arce focus ſumma*. pro Pharo. vel cum Cel. Oudendorpio *Romuleique fori*. cui *Phari fauces* merito diſplicebant, & ſi *Scyllaeique freti*, vel ſimile quid ſcripſiſſet auctor, clarius videbatur. paullo poſt *Noto* corrigebat Schottus. lege cum N. Heinſio,

Adriacus ſurgente Noto quam proſpicit aeſtus.

14. *Granorum foetura ſitu*] *ſinu* legit Heinſius in curis ſecundis ad Auctorem Carminis de Phoenic. v. 125. & per *vellera* v. 16. intelligit tegmina, quibus involuta ſunt Punicorum malorum, quae hoc carmine deſcribuntur, *grana*, de quibus vide eumdem ad Ovid. X. Met. 736. illud vellus *Ciccum* vocari tradit Feſtus, *Ciccum, membrana tenuis malorum Punicorum*. ubi vide Scalig. quod firmat Iſidori Gloſſarium, *Ciceum mali granati membrana*. ſive ut in aliis Gloſſis MSS. legitur, *Ciccum, cortex mali granati*. ab eo proverbium eſt *ciccum haud interduim*. quod e Plauto adfert Varro Lib. VI. de L. L. pag. 80. *Cicum dicebant membranam tenuem, quae eſt in malo Punico diſcrimen. a quo etiam Plautus dicit, Quod volet denſum cicum non interduo*. ad quem vid. Scalig. p. 119. deinde conjiciebat Heinſius,

Multiplicemque trahunt per mutua vellera telam.

15. *ſocio latus agmine quadrant*] ex Horatio Lib. I. Epiſt. 6. 35. *& quaepars quadret acervum*, deſumtum putabat Cel. Oudendorpius, qui tamen *claudunt* hic legendum conjiciebat.

17. *Unde ligant teneros ex agmine flammea caſſes*] ſic Veneta Vict. Piſani, & Pithoei editio. *& agmine* cod. Voſſ. lege *examina* cum Heinſio, & Vlitio ad Nemeſ. Cyneg. 91. qui recte cenſet *exagmina* prius ſcriptum eſſe pro *examina*. & ſic Reineſ. in Addendis Epiſtolarum ad Daumium. *ſexangula* etiam conjecerat Heinſius.

19. *& pondera partibus aequant*] *paſtibus* cod. Voſſ. & ed. Veneta Vict. Piſan.

21. *& quod penitus fellitus amarans Ora ſapor &c.*] ita ſcribendum. *Ore* ab aliis male adfertur. ſenſus enim eſt, *ſapor fellitus*, ſeu felle inbutus, *amarans ora*, ſive ora amara reddens, &c. utraque vox *fellitus*, & *amarans*, aevum auctoris agnoſcit. Gloſſae Philoxeni p. 74. ed. Labbaei: *Fellitus*, χολικός. ſic *fellitum & venenoſum poculum* profert duCangius ex Scriptore apud Baluz. Tom. VI. Miſcell. p. 281. & *fellicitus*, pro felle ſuffuſus, ex Plinio Valeriano Voſſius Lib. III. de Vit. Serm. p. 428. niſi illic *fellitus* ſubſtitui debeat. quia *fellitus* a felle, ut *mellitus* a melle, non tam barbare dicitur, ac *fellicitus*. *amarizare* pro *amarare* ex eodem Plinio Medico adfert Lib. IV. p. 653. ſed haec aetatem carminis hujus ſequiorem produnt; quemadmodum *ſucci* vox v. 23. 28. & 31. recurrens, elegantiam ejus parum auget.

25. *Nec tantum miſeri*] *Ne* recte cod. Voſſian. & v. 27. *& multis*, ut in marg. ed. Pith. apud quem *ex* male in textu. & ſic ed. Venet. & *onerant*.

 Er.

Digitized by Google

Ut genus hoc arbos nullo mihi floreat horto:
Naſcitur, & multis onerat ſua brachia pomis:
Sed gravis auſterum fert ſuccus ad ora ſaporem.
Illa autem Libycas quae ſe ſuſtollit ad auras,
Miteſcit meliore ſolo, coelique tepentis
Nutrimenta trahens ſucco ſe nectaris inplet.

Ep. LIX. Avieni v. c. *ad Amicos de Agro.*

Rure morans quid agam, reſpondi pauca, rogatus.
Mane Deum exoro, famulos poſt arvaque viſo,
Partitusque meis juſtos indico labores.
Inde lego, Phoebumque cio, Muſamque laceſſo.
Tunc oleo corpus fingo, mollique palaeſtra

Strin-

Ep. LIX. *Rure morans quid agam &c.*] ibidem ſub Avieni nomine edidit Pithoeus p. 187. Chriſtianiſmum ſapere hoc Epigrammation notavit Cl. Canneg. in Diſſert. ad Avien. cap. 2. in fine. & ex codice Leidenſis Bibliothecae, in quo Catoni inter alia tribuebatur, adſert in Reſcript. Boxhorn de Diſtich. Caton. cap. xxiv. male in nonnullis Martialis editionibus refertur inter ejus Epigrammata ad Lib. iv. Ep. 90. ſed recte Scriverius ut poëta ſuo indigniſſimum rejecit in Appendicem pag. 309. ſive inter ſpuria, & quae falſo Martiali adtribuuntur, cum titulo de rusticatione. vide illic ejus Praefationem, ubi nec in optimo Palatino, aut aliis melioribus libris conſpici, ſed in veteri ſcheda inſcribi Avieno v. c. teſtatur. Inter ſeptem codices Voſſianos, quibuscum Martialem Patruus meus contulit, quartus, quintus, & ſeptimua illud ibidem non agnoſcunt. Heinſius in v. c. Voſſii invenit inter Excerpta Martialis eum hac inſcriptione, explicit ex v. libro fu. incipit ex sexto poeta ad liarum suum. cum veteri codice Reginae, ſed in quo deſiderabatur inſcriptio, contulit idem Heinſius; & ego aliquando cum codice Wittiano, in quo nonnulla Martialis Epigrammata legebantur.

1. *reſpondi pauca rogatus*] *reſpondis* Voſſ. & Vaticanus Martialis codex. *reſpondeo* Wittian. & ed. Scriv.

2. *Mane Deum exoro*] *Luce Deos oro* Voſſianus ab Heinſio collatus, Wittian. & ed. Scriver. *Mane Deos oro* Excerpta Heinſiana. dein *famulos poſt: arva reviſo* quintus Voſſianus. *famulos poſt arva reviſo* in Voſſiano ab Heinſio collato, Wittiano, & ed. Scriv. *famulosque arva reviſo* cod. Leid.

3. *Partitusque meis*] ita in Vatican. Voſſ. & Excerptis Heinſianis. *Partibus atque meis* Wittian. & ed. Scriver. *Paſtitusque meis* cod. Leid. *Partibus: atque meis* diſtinguitur in primo Voſſ.

4. *Inde lego, Phoebumque cio*] *Deinde lego* Excerpt. Heinſ. qui *Phoebumque acuo* conjecerat; poſtea codici adſcripſerat, & *Phoebum cieo.* ut apud Auctorem Phoenic. v. 46.

Et mira lucem voce ciere novam.

ſic in Sirenum Allegoria ejusdem Feſti Avieni Lib. i. Ep. 169.

Et ſolitae miros ore ciere modos.

infra in Epigr. de Venere & Vino, ut in cod. Petav. Thuan. & Voſſ. legitur,

Bellum ſaepe ciet ferus exitiale Cupido.

ubi in vulgatis *parit.* idem tamen Heinſius lectionem a Pithoeo & Scriverio hic expreſſam *Phoebumque cio* probat in notis ineditis ad Culicem v. 251. loco vexato, quem ſic conſtituit,

Quarum vox cit Ityn, & Ityn quoque Biſtonius Rex.

ſic apud Valer. Flacc. vi. 527. corrigebat Baptiſta Piua, *qualem roſeis cit Lucifer alis.* & Barthius apud Statium Lib. i. Silv. i. 65. *ſeptem per culmina montes Cit fragor.* ſed viris doctis vocem inſolentiorem rejicientibus. hoc tamen in loco nihil mutandum. & firmabat Cel. Oudendorpius locis Apuleji, de Mundo p. 735. ut in MSS. legitur: *Ventorum praelia ciuntur.* & in Floridis N. 17. *voces quas infeſta rabies vel propitia voluntas ciant.* & Lib. viii. Met. pag. 157. ed. Pric. *fratrem cire.* ut in tribus MSS. eſt. idem tamen apud Martian. Capell. Lib. ix. p. 399. ubi vulgo editur,

Quae multiforme ſcitis cire barbiton.

ex quatuor MSS. Leidenſibus legebat,

Quae multiforme ſcit ciere barbiton.

ut *barbiton* nominandi caſu ponatur. non enim ſpondeo in quarta ſede utitur Capella.

5. *Tunc oleo corpus fingo*] *Hinc oleo corpusque frico* editiones Martialis vulgatae, & Scriveriana. *Tunc oleo* Vatic. *corpus frico* tres Voſſiani, & Wittian. *corpus fingo* cod. Leid. alius Voſſian. & Modia-

Stringo libens, animo gaudens, ac foenore liber,
Prandeo, poto, cano, ludo, lavo, caeno, quieſco.
Dum parvus lychnus modicum conſumat olivi,
Haec dat nocturnis nox lucubrata Camenis.

EP. LX. *De Vita tranquilla.*

Eſt mihi rus parvum, foenus ſine crimine parvum.
Sed facit haec nobis utraque magna quies.

Pa-

dianus: ut edidit Pithoeus. quod probat Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XIX. 44. ubi ex Patrui mei notis patebit, poſſe etiam hic legi *oleo corpus tinguo* vel *tango.* quem & vide ad Calpurn. Ecl. V. 54. & Seren. Sammon. cap. V. 69.

6. *Stringo libens, animo gaudens, ac foenore liber*] *Scribo libens* in Leid. *Strigo* Wittian. ſed optime ſe habere vulgatam *mollique palaeſtra Stringo libens*, patebit ex Gronovii Diatr. Stat. pag. 145. *animi gaudens, ac foenere liber* Wittian. ut edidit Scriver. *gaudensque* apud Pithoeum, quod in nullo cod. MS. legitur. *a foenere* cod. Leid. & *foenere libens* Voſſian.

7. *Prandeo, poto, cano, ludo, lavo* &c.] *Pondero* Wittian. & ed. Scriv. aliaeque vulgatae. *Prandeo* etiam in cod. Leid. & *lavo, laudo.* in fine duos addidi verſus, qui apud Pithoeum deſiderantur, ex codice Voſſiano ab Heinſio collato, Wittiano, & duobus aliis Voſſianis. qui etiam in Scriverii & aliis Martialis editionibus ſubjunguntur. *conſumit* in Wittiano. & Voſſ. *nec dat* in eodem, & primo ac tertio Voſſian. *elucubrata* in Thuan. Vatic. & Voſſ.

EP. LX. *De Vita tranquilla*] Ita inſcripſit Pithoeus Lib. I. pag. 32. & Scaliger in Catalect. Lib. I. pag. 190. DE BONO VITAE HUMILIORIS vetus Voſſii codex, & ſchedae MSS. Scaligeri. cum hoc Epigrammate confer duo Lucani & Claudiani loca de vitae ſimplicis tranquillitate apud D. Heinſ. ad Heſiod. pag. 57. & 58.

1. *Eſt mihi rus parvum foenus ſine crimine parvum*] *rus modicum* conjecerat Francius, ſed quod a vulgata ſcriptura nimis recedit. Cogitabam aliquando,

Fert mihi rus patrium foenus ſine crimine parvum.

quia inter vitae privatae & humilioris commoda poëtae paſſim celebrant ruris a patre relicti, licet tenuioris, delicias. Notum Horatii ex Epod. 2.

Beatus ille, qui procul negotiis
Paterna rura bubus exercet ſuis.

Claudianus Epigr. 2.

Felix, qui patriis aevum tranſegit in arvis,
Una domus puerum quem videt, una ſenem.

ubi vide Heinſium, qui recte ita corrigit pro vulgata *propriis arvis.* & ſic forte legendum in Elegia Pſeudo Galli pag. 420. ed. Pariſ. Pith.

Dives erat, ſi quis patrii poſſeſſor agelli,
Severat ille prius, deinde coquebat olus.

ubi nunc etiam ſimili varietate *parvi agelli* circumfertur. ſic *patrii arvi* vel *agri* in locis Ovidii & aliorum apud eumdem Heinſ. ad Virg. XI. Aen. 269. *patrium fundum* & *larem* habes apud Horat. I. Sat. 2. 56. & Lib. II. Epiſt. 2. 51. *rus paternum* eidem Lib. I. Epiſt. 18. 60. & *avitus fundus* Lib. I. od. 12. 43. *aviti agri* apud Tacit. XIV. Ann. 22. & Phaedrum Lib. IV. fab. 5. 45. ubi vide Heinſii & aliorum notas. utrumque conjungit Seneca Epiſt. 88. *Paterno agro, inquit, & avito expellor. avita bona* in Epigr. apud Pith. Lib. III. pag. 86.

Nec natos fraudaſſe bonis credatur avitis.

avitum regnum & *aviti lares* Juſtino Lib. XXXI. 8. *praedium patrium* apud Sidon. Apoll. Lib. II. Epiſt. 2. *praedium, quia uxorium, patrio mihi dulcius.* Auſonius initio Villulae pag. 303. ed. Tollii,

Salve haerediolum, majorum regna meorum,
Quod proavus, quod avus, quod pater excoluit.

ubi forte *praediolum* legendum, ne bis idem dicat. nam haereditate paterna ſibi relictum ſequenti verſu ſubjungit,

Quod mihi jam ſenior properata morte reliquit.

ſic *patrios bove agros vertere*, ut *paterna rura bubus ſuis exercere* Horatio, apud Propertium Lib. III. El. 6. 43. ut recte legit Heinſius, quem vide in notis ad Propert. pag. 720. addi poſſunt quae notavi ad Lotich. Lib. II. 5. 51. Ceterum *patrium* & *parvum* etiam commutantur in Senecae Hippolyto v. 899. quem emendat Heinſ. I. Adverſ. 6. & apud Ovid. XV. Met. 34.

——— *patriumque ſimul transferre parabant*
In ſedes penetrale novas.

ubi in codice Regio *parvumque* legi teſtatur Patruus ad Rhemn. Fann. de Ponder. v. 32. quo loco pro *parvo quam nomine Graji Mnam vocitant*, etiam *patrio* in aliis habetur, quod illic praeferendum arbitror, ut in Epigrammate Senecae ſupra Ep. XI.

Corſica quae patrio nomine Cyrnus eras.

ut in cod. Salmaſ. pro *Grajo nomine.* Hoc tamen in loco vulgata lectio, praeſertim propter *utraque magna*, quae ſequenti verſu opponuntur, commode etiam ſervari poteſt. Statius Lib. IV. Sylv. 5. init.

Parvi beatus ruris honoribus,
Qua priſca Teucros Alba colit lares.

&

Digitized by Google

Pacem animus nulla trepidus formidine ſervans
  Non timet ignavae crimina deſidiae.
Caſtra alios operoſa vocent, ſellaeque curules,
  Et quidquid vana gaudia mente movet.
Pars ego ſim plebis, nullo conſpectus honore,
  Dum vivam dominus temporis ipſe mei.

EP. LXI. *Item.*

Parvula ſecuro tegitur mihi culmine ſedes.
Uvaque plena mero foecunda pendet ab ulmo.

Dant

& ſimile prorſus eſt illud Martialis Lib. IX. Epigr. 19.

Eſt mihi, ſitque precor longum, te praeſide, Caeſar,
Rus minimum, parvi ſunt & in urbe lares. &c.

Epigr. ſequenti,

Parvula ſecuro tegitur mihi culmine ſedes.

ſic *curtum larem* dixit Horatius Lib. I. Epiſt. 7. 58.

Gaudentem parvisque ſodalibus, & lare curto.

ubi vide Bentlej. vulgo illic *certo* legitur. Ceterum *foenus* hoc in loco non poni pro uſura, ſed pecunia credita, quae uſuram domino parit, notat Salmaſ. de Uſuris pag. 409.

3. *Pacem animus nulla trepidus formidine ſervans*
Non timet ignavae &c.]

in codice Voſſiano, & ſchedis MSS. Scaligeri,

Pacem animus nulla trepidas formidine ſervans
Nec timeat &c.

unde legendum,

Pacem animus nulla trepidans formidine ſervat,
Nec timet ignavae &c.

quod vulgata longe elegantius.

5. *Caſtra alios operoſa vocent, ſellaeque curules*] ita ſubſtitui ex margine primae ed. Scaligeranae, & Pithoeanae, quod placebat etiam Heinſio, & recte probatur a Chriſtio in Excurſu ad Villaticum pag. 265. ubi haec edidit. licet vulgata lectio corrupta, quae in textu ed. Scalig. & Pithoei excuſa eſt, *f..'aeque rurales*, etiam in Voſſiano codice & ſchedis Scaligeri habeatur.

6. *Et quidquid vana gaudia mente movet*] perperam *grandia* ex v. c. apud eosdem in margine, quomodo in Voſſiano & ſchedis Scaligeri, in quibus etiam male habetur *movent* pro *movet*, ut corrigebat Scaliger. ſed optime Heinſius *vana gaudia mente fovet.* Albinovan. Eleg. ad Liv. v. 29.

Fingebas reducem, praeceptaque mente fovebas Gaudia.

& v. 37.

Gaudia vana foves, ſpem pone, miſerrima, falſam.

ubi in notis Heinſius hunc ipſum locum emendat. ſic in Elegia Galli pag. 419. ed. Pariſ. Pithoei,

Illa meos reditus ſpe non praeſumit inani,
Et fovet in tacito gaudia certa ſinu.

quod ex illis Albinovani expreſſum eſt.

8. *Dum vivam dominus temporis ipſe mei*] Huc refer Auſonii locum Epiſt. x. v. 29.

Haec & quae poſſunt placidos offendere mores,
Cogunt relinqui moenia.
Dulcia ſecreti repetantur ut otia ruris,
Nugis amica & ſeriis.
Tempora diſponas ubi tu tua, jusque tuum ſit,
Ut nil agas, vel quod voles.

ſic enim verſu quarto emendabat in codice ſuo N. Heinſius, vulgo *Nugis amoena ſeriis*, ſine ſenſu. ſimilia plane apud Senec. in Thyeſt. v. 391. & ſeqq. vide ad Lotich. Lib. I. Carm. 16. 19.

EP. LXI. *Item*] Habet Pithoeus Lib. I. pag. 35. Scaliger Lib. I. Catal. p. 193. qui in ſchedis ſuis ex antiquo codice deſcripſerat, & PETRONII eſſe notaverat. edidit etiam H. Stephan. in Virt. Encom. p. 172.

1. *Parvula ſecuro tegitur mihi culmine ſedes*] Heinſius malebat, *ſecreto legitur mihi culmine ſedes.* ut *ſecreti ruris otia* apud Auſon. Epiſt. x.

Dulcia ſecreti repetantur ut otia ruris.

Paulinus Natali XII. v. 337. in Anecdotis Muratorii Tom. I.

Propterea procul hinc ſecreto in rure remotam
Contenti ſubiere caſam.

ſic *ſecreti ſaltus*, *ſecretae ſilvae*, *nemorum ſecreta* Ovidio, aliisque. Sed alterum etiam apud poëtas obvium. ut *otia ſecura* de vita privata & tranquilla apud Ovid. III. Triſt. 2. 9. & Lib. I. Met. 100.

Mollia ſecurae peragebant otia gentes.

ubi non opus cum D. Heinſio *naturae* reponere. Tibullus Lib. I. El. I. 42.

Aut, gelidas hibernus aquas cum fuderit Auſter,
Securum ſomnos imbre juvante ſequi.

Claudianus II. Conſ. Stilich. 283.

Securisque canat Stilichonem fiſtula ſilvis.

2.

Dant rami ceraſos: dant mala rubentia ſilvae:
Palladiumque nemus pingui ſe vertice frangit.
Jam qua deductos potat levis area fontes,
Corycium mihi ſurgit olus, malvaeque ſupinae,
Et non ſollicitos miſſura papavera ſomnos.
Si vero alitibus fraudem contexere * praeterea,

Seu

2. *Uvaque plena mero foecunda pendet ab ulmo*] ſic ſchedae Scaligeri. *facunda* in cod. Voſſ. legendum forte, *foeta dependet ab ulmo.* ut apud Nemeſian. Ecl. IV. v. 48.

——— *hic & ab ulmis*
Purpureae foetis dependent vitibus uvae.

ſic *foetos ramos* habes in carmine Q. Ciceronis de XII. ſignis apud Pith. p. 89. ed. Pariſ.

Et foetos ramos denudat flamma Nepoï.

tamen *foecunda vitis* ibid. p. 62. & Lib. IV. p. 143.

Foecundos, Autumne, lacus de vitibus imples.

5. *Jam qua deductos potat levis area fontes*] *diductos* Voſſ. cod. id eſt, diſperſos per varios rivulos & canales. *deducere* tamen *rivos* apud Virg. I. G. 269.

——— *rivos deducere nulla*
Religio vetuit.

ubi Urſinus etiam praefert *diducere.* ſed *deducere* eſt aquam ex fluvio vel lacu in hortos aut agros derivare. vide illic Patrui notas. *ducere rivos* Ovidio Rem. Am. 194.

Ipſe potes riguis plantam deponere in hortis,
Ipſe potes rivos ducere lenis aquae.

riguae ductile flumen aquae Martiali XII. Ep. 31. *inductam aquam* vocat Lamprid. Alex. Sev. c. 25. hinc *ductus aquarum* apud Cic. II. de Offic. 4. *At ductus aquarum, derivationes fluminum, agrorum irrigationes* &c. ut optime ex Palatino codice, & Gulielmii conjectura reſtituit Gruterus, pluribusque probavit Graevius. quem vide.

6. *Corycium mihi ſurgit olus*] id eſt tenue, & quale eorum eſt, qui more ſenis Corycii hortos excolunt, ut deſcribit Virg. IV. Georg. 127. quem locum in animo habebat auctor hujus Epigrammatis: ita enim Maro:

Namque ſub Oebaliae memini me turribus altis
Corycium vidiſſe ſenem: cui pauca relicti
Jugera ruris erant: nec fertilis illa juvencis,
Nec pecori opportuna ſeges, nec commoda Baccho.
Hic rarum tamen in dumis olus, *albaque circum*
Lilia, verbenasque premens, veſcumque papaver,
Regum aequabat opes animis: ſeraque revertens
Nocte domum dapibus menſas onerabat inemtis.

quos verſus adſcripſi, quia huic carmini lucem praeclaram adferunt, eique praecipuum argumentum praebuiſſe videntur.

8. *Si vera alitibus fraudem contexere * praeterea*] ſic Scaliger edidit, & Pithoeus, adpoſito aſteriſco, ad indicium mendoſae lectionis. in margine primae editionis Scaligeranae *opertum*, unde id utriusque Pithoeanae editionis marginem etiam occupavit: quod probat Chriſtius ad Villaticum pag. 271. & ita Pelletier in Comite Ruſtico p. 208. qui edidit ſub nomine *Pentadii.* in Voſſiano codice & ſchedis Scaligeri MSS.

Sive alitibus fraudem contexere praeterea.

unde tentabat Scaliger *Sive etiam*, vel *Si vero alitibus fraudem contexere tentem.* vel *fraudem contexere opertam.* quia vero in MSS. illud *praeterea* exſtet, forte non male Pithoeus in notis conjecit *fraudem contexere praeſtet.* & ſic Scriverius. *alitibus fraudem contexere reti* tentabat Heinſius, vel potius,

Sive levi alitibus fraudem contexere crate,
Seu macula inbelles libuit circumdare cervos.

ita in exemplari ſuo editionis Pithoeanae: cum vide Lib. IV. Adverſ. cap. I. quod totum caput in diverſa *cratis* ſignificatione illuſtranda, plurimisque veterum locis reſtituenda, occupatur. de cratis autem uſu in aucupio agit pag. 389. & 390. ubi hos verſus ita emendat. cui maxime favet Senecae locus in Octav. 40. ab eodem illic reſtitutus:

——— *vel calamo, aut levi*
Decipere volucres crate, cervos & leves
Tenere laqueo.

de hoc aucupio viſcato plura ad Epitaphium vetus Q. Marii Optati, quod legitur apud Pith. Lib. II. pag. 131.

Aucupium calamo praeter ſtudioſus agebat.

ubi Heinſius etiam tentabat, *crate & ſtudioſus.* vel *praedae ſtudioſus.* unde & hoc verſu ex corrupta voce *praeterea*, quam librarius forte prope finem verſus margini adſcripſerat, pro *Si vero* in initio, elicere aliquando tentabam *fraudem contexere praedae.* Sed illam Heinſii conjecturam hic non probabat Cel. Oudendorpius, & per literas aliquando me monuit ſibi tranſponenda videri verba, ſede ſua mota,

Praeterea ſive alitibus contexere fraudem.

quod optimum videtur, praeſertim cum in Voſſiano codice ac Scaligeri ſchedis, *Sive alitibus.* & in fine verſus *praeterea* exſtet. ſeq. verſ. *Heu magis* in Voſſ. *libeat* etiam malim pro *libuit.* Sed ſuſpicor majus forte latere ulcus, & vocem unam alteramque verſu non ſuo poſitam turbas hic dediſſe, ut praeteream *inbelles circumdare cervos* ſic ſimpliciter poſ-

Digitized by Google

Seu magis inbelles libuit circumdare cervos,
Aut tereti lino pavidum ſubducere piſcem:
Hos tantum novere dolos mea ſordida rura.
I nunc, & vitae fugientis tempora vende
Divitibus coenis. me, ſi manet exitus idem,
Hic precor inveniar, conſumtaque tempora poſcar.

EP.

poſitum me offendere, pro *lineis* aut *retibus circumdare*, vel *canibus*. ut *canibus circumdare ſaltus* Virgilio Ecl. x. 57. & I. G. 140. quod eſt, ut Phaedra apud Ovid. Epiſt. IV. 41.

——— *preſſis in retia cervis*
Hortari celeres per juga ſumma canes.

Cogitabam igitur, *libuit* ex priore verſu exſulaſſe propter conſonam vocem *altitibus*, tum ſecundo verſu *lino* pro *libuit* ex tertio revocandum, & vocis *tereti* ultimas ſyllabas ſugaſſe *reti*. Quapropter haec ita conſtitui poſſe hariolabar:

Si vero altibus libuit contexere fraudem,
Seu magis inbelles lino circumdare cervos,
Aut tereti pavidum reti ſubducere piſcem.

ubi *lino circumdare cervos* confirmatur unice ex ſimili Nemeſiani loco, Cyneg. 109. *qui retia contexere*, ut hic *contexere fraudes*, & *ſaltus* ac *volucres praedas*, ſeu cervos, *lino circumdare & concludere* dicit:

——— *longoque meantia retia tractu*
Addiſcant raris ſemper contexere nodis.
Et ſervare modum maculis, linoque tenaci.
Linea quin etiam, magnos circumdare ſaltus
Quae poſſit, volucresque metu concludere praedas.

& paullo eſt,

——— *cervosque fugaces,*
Et vulpes, acresque lupos, ceu fulgura coeli
Terrificant, linique vetant tranſcendere ſeptum.

ubi legi merentur Vlitii notae. forte etiam ſcripſit *praetexere fraudem*. nimirum antequam advolent. ut apud Claudian. I. in Ruf. 99. licet diverſa notione & alia in re, *blando fraudem praetexere vultu*. Prudent. Hamartig. 807.

——— *laqueos ubi callidus auceps*
Praetendit, lentoque inlevit vimina viſco.

quod autem hic *fraudes contexere* vocat poëta, id *dolos tendere* Horatius Epod. 2.

Aut amite levi rara tendit retia
Turdis edacibus dolos.
Pavidumque leporem & advenam laqueo gruem,
Jucunda captat praemia.

ſimilia huic loco ſunt iſta Maximiani Eleg. I. v. 21.

Si libuit celeres arcu tentare ſagittas,
Occubuit telis praeda petita meis.
Si placuit canibus denſos circumdare ſaltus,
Proſtravi multas non ſine laude feras.

& tales ruſticationis deſcriptiones ex antiquis & recentioribus poëtis notavi ad Lotich. Ecl. I. v. 7.

11. *Hos tantum novere dolos mea ſordida rura*] ad imitationem Virgilii Ecl. II. v. 28.

O tantum libeat mecum tibi ſordida rura,
Atque humiles habitare caſas.

& ſic *ſordida otia*, *ſordida rura* Martiali, quod recte de agreſti & ruſtica ſimplicitate reſpectu lautitiarum urbanarum dici notat Barth. XXV. Adv. 17.

12. *I nunc, & vitae fugientis tempora vende Divitibus coenis*] ſic bene edidit Pithoeus, quod firmat Voſſianus codex, niſi quod in eo *fugiendis*. vide Tollium ad Auſon. Moſell. v. 48. vitioſe enim edidit Scaliger,

In ē & vitae fugiendis tempora vende &c.

quod ex ſchedis ejus derivatum, in quibus ex v. c. deſcripſerat, *I n͞c & vitae fugiendis* &c. pro quo in margine primae ejus editionis Gallicanae *Sincerae vitae* notatum eſt. quod male probabat Chriſtius in Villatico pag. 272. formula elegans eſt in calamitoſos, ſed antea ſuperbos. apud Valer. Fl. III. 169. reſtituit Carrio,

——— *occumbens, i nunc, ait, Herculis armis,*
Donum ingens, ſemperque tuis mirabile fatis.

vulgo, *occumbens & nunc*. Ovid. Epiſt. IX. 105.

I nunc, tolle animos, & fortia facta recenſe.

vide Heinſ. ad Epiſt. III. 26. IV. 127. & praecipue ad Lib. III. Am. 3. I. ubi hunc locum ita etiam adfert, ut Pithoeus edidit. Tollius quoque in notatis MSS. ad Catalecta Scaligeri hanc lectionem probabat, remittens ad Petronii locum, ubi agitur de morte Lycae Tarentini, qui eſt in cap. 115. *Ite nunc mortales, & magnis cogitationibus pectora implete. Ite cauti, & opes fraudibus captas in mille annos diſponite.* ubi plura in notis Eruditorum. cui ſimile illud, quod ſupra occurrit Lib. II. Ep. 25.

Ite, novas alio terras conquirite mundo,
Nempe manet Magnos parvula terra Duces.

13. *me, ſi manet exitus idem, Hic precor inveniar, conſumtaque tempora poſcar*] ita diſtinxit Pithoeus. & ſic fere Scaliger, niſi quod *inveniat*, exitus nempe, in utraque ejus editione, & ſchedis MSS. in Voſſ. cod. *inveniat* & *poſcat*. Opitius diſtinguebat, *me, ſi manet exitus, idem Hic precor inveniar.* & ſic Cel. Oudendorpius. ſed ultima illa *conſumtaque tempora poſcar*, vel *poſcat*, jure ſuſpecta erant Patruo meo, qui proinde felici conjectura emendabat, *conſumtaque membra reponam.*

EP.

EP. LXII. *Item. de Navigatione.*

O litus vita mihi dulcius! o mare! felix,
 Cui licet ad terras ire ſubinde meas.
O formoſa dies! hoc quondam rure ſolebam
 * Ilia-

EP. LXII. DE NAVIGATIONE] non habetur hic titulus in cod. Voſſ. aut ſchedis Scaligeri. ita tamen inſcribunt Pithoeus Lib. I. p. 34. & Scaliger Lib. I. Catalect. p. 192. Pentadio tribuebat Barth. Lib. XXIII. Adv. 12.

1. *O litus vita mihi dulcius! o mare! felix,*
 Cui licet ad terras &c.] ita edendum cenſui cum Scaligero. perperam haec diſtinguuntur in editione Pithoei hoc modo:

O litus vita mihi dulcius: o mare felix,
 Cui licet &c.

& ſic in Scaligeri ſchedis MSS. ſed forte non nihil erigetur elegantia hujus loci, ſi diſtinctione hac adhibita etiam legamus;

O litus vita mihi dulcius! o mare! felix,
 Cui licet ad terras ire redire meas!

ſimile illud Claudiani Epigr. 2.

Felix, qui patriis aevum transegit in agris!

Maximianus Eleg. I. prope finem:

Felix, qui meruit tranquillam ducere vitam,
 Et laetos ſtabili claudere fine dies!

notum illud Horatii Epod. 2. *Beatus ille, qui procul negotiis* &c. & ſic ſaepe apud poëtas. Ovid. I. Faſt. 540.

Puppibus egreſſus Latia ſtetit exſul in herba.
 Felix, exſilium cui locus ille fuit!

Propertius Lib. I. El. 12. 15.

Felix, qui potuit praeſenti flere puellae!

& Lib. II. 25. 71.

Felix, qui viles pomis mercaris amores!
 Huic licet ingratae Tityrus ipſe canat.
Felix, intactum Corydon qui tentat Alexin!

& Lib. III. XI. 25.

Felix agreſtum quondam pagana juventus,
 Divitiae quorum meſſis & arbor erant!

deinde cum Heinſio ſcribendum, ut mox videbimus, *O formoſa quies!* & paullo eſt, *Hic fons, hic lacus eſt.* Videtur autem haec Pentadius, vel quicumque auctor ſit, expreſſiſſe e Martiali Lib. X. Epigr. 51.

Quos, Fauſtine, dies, qualem tibi Roma Ravennam
 Abſtulit? o ſoles! ô tunicata quies!
O nemus! o fontes! ſolidumque madentis arenae
 Litus, & aequoreis ſplendidus Anxur aquis!
Et non unius ſpectator lectulus undae,
 Qui videt hinc puppes fluminis, inde maris!

quibus ſimilia habes Lib. XII. Epigr. 31.

Hoc nemus, hi fontes, haec textilis umbra ſupini
 Palmitis, hoc riguae ductile flumen aquae:
Prataque, nec bifero ceſſura roſaria Paeſto,
 Quodque viret Jani menſe, nec alget olus, &c.

paria Plinius Lib. I. Epiſt. 9. de ſua vitae rusticae tranquillitate: *Mecum tantum & cum libellis loquor. O rectam ſinceramque vitam! o dulce otium, honeſtumque, ac paene omni negotio pulchrius! o mare! o litus! verum ſecretumque μουσεῖον, quam multa invenitis, quam multa dictatis!* qui locus unice hanc diſtinctionem confirmat. *ire redire*, ut apud Statium Lib. I. Sylv. II. 34.

——— *licet expoſitum per limen aperto*
Ire redire gradu.

Martialis Lib. XII. 61.

Atque inter menſas ire redire ſuas.

vide ad Elegiam in obit. Maecen. v. 6.

Ibid. *dulcius*] *dulcior* in ſchedis Scaligeri, & codice Voſſiano, in quo bis legitur.

3. *O formoſa dies! hoc quondam rure ſolebam*
 * *Iliadas armatas ſollicitare manus*] locus corruptus, ut aſteriſci indicant a Pithoeo adpoſiti, qui edidit, *hac quondam * rure ſolebam.* ita tamen bis in Voſſiano codice ac ſchedis Scaligeri. qui in margine emendabat, *rure ſolebat Ilias*, vel *ſolebam Phyllidis armatas* &c. *hac quondam luce* legebat Scriverius. *Iliadum* etiam Francius. *hoc rure* Opitius, cui nec *Iliadum* nec *Iliadas* placebat. aliter Chriſtius in Excurſu ad Viliaticum p. 270. qui tentat: *hac quondam, rure, ſolebam Iliade* &c. vel *hac quondam luce ſolebam Iliada armata ſollicitare manu.* Opinor Henſium feliciſſime emendaſſe:

O formoſa quies! hoc quondam rure ſolebam
 Phyllidos hamatas ſollicitare manus.

ut primo verſu imitatio ſit Propertii Lib. I. El. 10. v. 1. *O jucunda quies.* ubi etiam *dies* legebat Graevius. vel *O foecunda quies.* ut apud Stat. Lib. I. Sylv. 3. 91. *Hic premitur foecunda quies.* quae *nova quies* eidem alibi. vid. Markland. p. 243. *hamatas manus Phyllidis* exemplari ſuo adſcripſerat Heinſius, licet in notis ad Ovid. VI. Faſt. 594. ubi hoc Epigramma emendat, *armatas* non ſollicitaverit, mihi haec ingenioſa videtur conjectura; & refer ad ungues, naturalia & ſemper promta mulierum arma. ut apud Horat. Lib. I. od. 6.

——— *nos praelia virginum*
Sectos in juvenes unguibus acrium Cantamus.

* Iliadas armatas ſollicitare manus.
Hic fontis lacus eſt: illic ſinus egerit algas.
Hic ſtatio eſt tacitis victa Cupidinibus.

Per-

ut emendat Gronov. Epiſt. ad Salmaſ. Tom. II. Syllog. p. 573. nam vitioſe locum profert Scholiaſtes Juvenalis ad Sat. VI. 364. bene autem de unguibus puellarum hamatis illuſtrat Barthius Lib. 58. Adv. cap. 4. in fine. *hamatos ungues* ſimiliter dixit Ovid. XII. Met. v. 563.

Hamatisque viri laniaverat unguibus ora.

& de Harpyïs Lib. VI. Faſt. 134. *Unguibus hamus ineſt.* unde forte caſtigandum apud Dracontium in Hexaemero v. 338. *Unguibus hamatas neſcis perferre volucres.* vulgo *armatas. hamata munera* Martiali Lib. VI. Ep. 63. *Munera magna quidem miſit, ſed miſit in hamo.* ſic *facies unguibus ſecta* apud Petron. cap. CXI. tales *hamatos ungues* indicat. Propertius Lib. I. El. 6. 16.

Ut mihi deducta faciat convicia puppi
Cynthia, & inſanis ora notet manibus.

& Lib. III. El. 6. 6.

Tu vero noſtros audax invade capillos,
Et mea formoſis unguibus ora nota.

Pythias apud Terent. Eun. Act. IV. Sc. 3. 5. *qui nunc, ſi detur mihi, ut ego unguibus facile illi in oculos involem veneſico.* Valer. Flacc. Lib. VIII. 8.

——— *crinemque genaſque*
Ungue per antiqui carpſit veſtigia ſomni.

ut recte emendavit Patruus meus. quem vide. ſic in Aviti Allocutione Sponſali, alibi edenda, veriſſime Opitius & alii correxerunt,

——— *nec candida laedat*
Unguibus ora vide. pro vitioſa codicis Salmaſ. ſcriptura *In quibus.* hinc Maximianus Eleg. III.

Parcere dilectae juvenis deſiſte puellae,
Inpius heic fueris, ſi pius eſſe velis,
Unguibus & morſu teneri paſcuntur amores.
Vulnera non refugit, res magis apta plagae.

Claudianus in Feſcenn. v. 104.

Ne ceſſa juvenis cominus adgredi,
Inpacata licet ſaeviat unguibus.

eadem varietas apud Tibull. Lib. IV. El. 3. 10.

Candidaque hamatis crura notare rubis.

ubi *armatis* in duobus codicibus Anglicanis Heinſio collatis. *hamatas* etiam inſidioſas, fallaces intelligere poſſumus. ut apud Ovid. III. Triſt. 10. 63.

Pars cadit hamatis miſere confixa ſagittis.

viſcata hamataque munera Plinio Lib. IX. Epiſt. 30. ubi Buchnerum vide. ſic in Priapejis Carm. VIII.

Nam pudet hamatas Phoebum portare ſagittas.

ut in tribus codicibus inveni. vulgo *auratas.* ſic *hamatum ferrum, hamata tela,* & ſim. vide Heinſ. ad Ovid. V. Met. 80. Cl. Oudend. ad Lucan. IX. 678. & plura de verbo *hamare* apud Rutgerſ. in Var. Lect. p. 200. & Heinſ. in Adverſ. Lib. III. cap. 16. p. 532. & 533. Poſſet tamen hic etiam legi *Phyllidos iratas ſollicitare manus.* eodem ſenſu, pro unguibus ora notantes. quod firmare licet illo Propertii Lib. IV. El. 8. 57.

Phyllidos iratos in vultum conjicit ungues.

ut recte ex ſcriptis codicibus Paſſeratius, & merito amplexus eſt Broukhuſius. vulgo enim male *ignes.* Cel. Oudendorpius conjecerat *Penelopae iratas.* ut uxorem vel amicam vocet Penelopen, ut in fine hujus Epigrammatis. *ſollicitare* autem hic eſt provocare, laceſſere, vel ad proterviam praelii laſcivi irritare. quo ſenſu *ſollicitare* exponunt notae Interpretum ad Petron. cap. XX.

4. * *Iliadas armatas ſollicitare manus*] aliae editiones habent *Iliadum.* videtur legi poſſe, *Naïdas armata ſollicitare manu.* Sed nihil certi adfirmo. LINDENBR.

5. *Hic fontis lacus eſt*] *Hic fontis liquor eſt*, vel *Hic fonti locus eſt* Heinſius. Sed praefero tertiam ejus conjecturam, *Hic fons, hic lacus eſt.* ut adſcripſerat etiam Tollius. In codice Voſſiano *lacus* legitur in uno loco, in altero *locus.*

6. *Hic ſtatio eſt tacitis victa Cupidinibus*] fortaſſis melius *fida Cupidinibus. Pernici nec enim* &c. PITHOEUS. *Haec ſtatio* in Voſſ. cod. Pithoei emendationem probant Scriverius, & Opitius. Barthius Lib. XXIII. Adverſ. 12. reponit,

Hic ſtatio eſt tacitis vita cupidinibus.

ut deſiderio nimio terrae vitam ſibi in ea eſſe dicat. ut initio hujus Epigr. *O litus vita mihi dulcius.* Tollius tentabat, *placitis laeta* vel *lecta Cupidinibus.* quod ultimum etiam placebat Francio. *picta* vir doctus in marg. ed. Scalig. Mihi optime emendare videtur Heinſius,

Hic ſtatio eſt tacitis dicta Cupidinibus.

pro addicta, dicata. vid. Barth. ad Cirin pag. 53. *Vulcano condicta domus* apud Gratium Cyneg. v. 433. ubi vide Patrui notas. *condictae ulmi* Nemeſiano Ecl. IV. 8.

Dum modo condictas vitant in vallibus umbras.

Martian. Capell. Lib. I. pag. 24. *Tunc Juno condicit ut omnis Deorum Senatus convenirent.* ubi vide Grot. *condicere iter* pro edicere apud Lucanum ex MS. Lib. VI. 330. ut conjecit etiam Heinſ. Adverſ. pag. 147. ſic *dicta dies, dicta hora,* & ſim. ut apud Catull. carm. VIII. *quo puella ducebat,* non *ducebat.* ubi vide.

Pervixi. neque enim fortuna malignior umquam
  Eripiet nobis, quod prior hora dedit.
Illic alternis depugnat pontus, & aër:
  Hic rivo tenui pervia ridet humus.
Illic diviſas conplorat navita puppes:
  Hic paſtor miti perluit amne pecus.

Illic

vide Heinſium. Juſtinus Lib. XV. cap. 2. in fin. *tempus & locum coëundi condicunt.* quam locutionem perperam damnabat Scioppius. ſed defendit eam Gronov. Lib. I. Obſerv. cap. 5. *dicere ſe coenae*, pro addicere, in loco Plauti, quem corrigit idem Heinſ. ad Virg. V. Aen. 486. ubi plura. qui in notatis MSS. ad Cirin v. 84. in Petronii Epigrammate legebat,

Ipſe pater Veneri dictis Epicurus in hortis Luſit.

ut *horti Veneri dicti* ſint, ut hoc in loco *ſtatio dicta Cupidinibus.* vide ejusdem notas ad Ovid. VI. Faſt. 594. ubi hoc Epigramma emendat, & *dicta* vel *tuta* legit, neque tamen Pithoei conjecturam *ficta* inprobat. Alterutra certe vulgatae ſcripturae *victa*, quae in ſchedis Scaligeri etiam habetur, longe praeferenda eſt.

7. *Pervixi. neque enim Fortuna malignior umquam*
Eripiet nobis, quod prior hora dedit.]

Pithoeus legebat,

Pernici nec enim fortuna malignior &c.

ut innuat fortunam ſibi utriusque ſortis ſecuro & perſeveranti auferre non poſſe quod prius dederat; ſed tunc diſtinguendum eſſet,

Eripiet, nobis quod prior hora dedit.

licet enim ſingularis *pernici* praeceſſerit, *mihi* nempe, non offendit *nobis*, quod poëtis frequens eſſe patebit ex notatis ad Lotich. Lib. IV. El. 3. 159. niſi *Pernici* operarum vitio in ejus nota editum ſit, pro *Pervici.* His ſimilem Horatii locum adſcripſerat Tollius, ex Lib. III. od. 29. indicans ſine dubio v. 49. & ſeqq.

Fortuna ſaevo laeta negotio, &
  Ludum inſolentem ludere pertinax,
  Transmutat incertos honores,
  Nunc mihi nunc alii benigna.
Laudo manentem: ſi celeres quatit
  Pennas, reſigno quae dedit, & mea
  Virtute me involvo, probamque
  Pauperiem ſine dote quaero.

ſed nihil ego mutandum cenſeo, neque opus eſt cum Heinſio *Ter vixi. Pervixi* enim eſt, vitae curſum abſolvi, peregi. vel vivendo didici me contra Fortunae tempeſtates armare. ut exponit Barthius XXIII. Adv. 12. reſpexit poëta Virgil. IV. Aen. v. 953.

Vixi, & quem dederat curſum fortuna, peregi.

probaturque vulgata ex eadem Horatii oda v. 45.

——— *ille potens ſui*
Laetusque deget, cui licet in diem
Dixiſſe, Vixi: &c. *non tamen irritum,*
Quodcumque retro eſt, efficiet, neque
Diffinget, infectumque reddet,
Quod fugiens ſemel hora vexit.

ubi ultima conveniunt cum hoc loco,

Eripies nobis, quod prior hora dedit.

pro quo *priora* corrupte in Voſſiano, & ſchedis Scaligeri, qui recte in marg. *prior ora* ſeu *hora.* Ceterum totum hoc diſtichon forte melius in fine Epigrammatis collocaretur, ſi ſequentia ſint ejusdem carminis. certe hic minus oportune inſeritur. & ſic mecum conjecit Cel. Oudendorpius, qui etiam legebat *Pervici.*

9. *Illic alternis* &c.] in cod. Voſſiano & ſchedis Scaligeri, qui PETRONII eſſe adſcripſerat, novum hic incipit carmen a priori avulſum per duo alia Epigrammata interjecta, quae incipiunt, *Haec ait & tremulo deduxit* &c. tum illud *Nam citius flammas* &c. quae leguntur in Scaligeri Catalect. p. 257. & 236. Sed recte Pithoeus & Scaliger utrumque in unum conjunxerunt, cum res ipſa id exigat, & omnia optime cohaereant.

11. *Illic diviſas conplorat navita puppes*] *diviſas puppes* inprobabat Heinſius, qui *diſperſas*, vel *depreſſas*, aut *eliſas* legebat. quae omnia de navibus vi tempeſtatum oppreſſis dicuntur. ultimum tamen vulgatae ſcripturae propius inſiſtit. ut *naves naufragio eliſas* dixit Caeſar III. de B. Civ. 27. poſſent tamen *diviſae* naves etiam dici pro tempeſtatibus diſſipatae, aberrantes, a reliquis ſeparatae. ut *diviſos orbe Britannos* Virgil. ſic apud Claudian. II. in Rufin. 363. *Diviſo ſtat quisque loco* reſtituit Heinſius. ubi plura. *disjectas* Francius.

12. *Hic paſtor miti perluit amne pecus*] ita recte edidit Pithoeus, & in Scalig. ed. correxerat Francius. in Voſſ. cod. *paſtor mitis perluit omne pecus.* quomodo & in ſchedis Scaligeri, qui tamen in margine correxit *amne*, unde mirum eſt in illius editione legi, *mitis perluit omne pecus. nigrum* etiam conjecerat pro *mitis.* ſed poſtea induxerat. quam tamen conjecturam adjuvare poſſunt Heinſiana ad Virg. IV. Georg. 126. forte etiam legi poſſet, *niveum perluit amne pecus.* ut apud Propert. II. 15. 26.

Qua formoſa ſuo Clitumnus flumina luco
  Integit, & niveos abluit unda boves.

S s s 3 ſic

Illic inmanes mors obſita ſolvit hiatus:
Hic gaudet curva falce reciſa Ceres.
Illic inter aquas urit ſitis arida fauces:
Hic dat perjuro baſia multa viro.

Na-

ſic *pecus niveum* lanigerae oves Virg. Ecl. II. 20. ubi vide notas.

13. *Illic inmanes mors obſita ſolvit hiatus*] *oblita* in cod. Voſſ. & ſchedis Scalig. *obvia* Heinſius, ut conjecerat etiam Opitius. *obſita* in margine ſchedarum emendabat Scaliger, & in editione ſua expreſſit. Sed quomodo *obſita* ſimpliciter dicatur ſine addita re, qua obſita, ſive obducta ſit, nimis obſcurum eſt. Cel. Oudendorpius conjiciebat,

Illic inmani Mors horrida ſaevit hiatu.

ut *orrida* fuerit ſcriptum. ſive Mortis imaginem ipſam exprimat, ſive rictum aut undarum hiatum, quo nautas devorat mare. *ſaevit* omnino amplector, ut *hydra atris inmanis hiatibus ſaevior* Virgilio VI. Aen. 576. tales *hiatu ſaevientes undas* deſcribit eleganter Lucanus Lib. V. 641.

——— *tantum nautae videre trementes*
Fluctibus e ſummis praeceps mare: quumque tumentes
Rurſus hiant undae, *vix eminet aequore malus.*

poſſet tamen *ſolvit hiatus* exponi pro aperit, pandit. ut *ora ſolvere* pro aperire, & ſim. mihi etiam *obvia* cum Opitio & Heinſio praeplacet. *obvia* enim *mors*, quae ultro velut in via navigantibus promta & parata occurrit. vide Paſſerat. ad Tibull. pag. 104. & hoc eſt, quod in loco Ovidii infra producendo de navita dicitur,

Et prope tam letum, quam prope cernit aquam.

non diſſimili ſenſu *obvius pavor* Valerio Flacco Lib. VII. 400.

Obvius ut fera cum ſe ſub nocte magiſtris
Inpingit pecorique pavor: qualesve profundum
Per Chaos occurrunt coecae ſine vocibus umbrae.

Lucanus Lib. VIII. 58.

Obvia nox miſerae coelum lucemque tenebris
Abſtulit, atque animam clauſit dolor.

vel *obvia mors* hic eſt, quae adverſa votis navigantium obſtat. ut *obvia* adverſa & contraria exponit Serv. ad Virg. III. Aen. 499. & *virtutibus obvia ſemper Invidiae rabies* Claudiano Laud. Seren. 229. Ceterum ad Propertium remittebat Scriverius in codice ſuo, ſed loco non indicato. forte reſpexit illud de Poeto mari ſubmerſo, cujus Elegiae unam & alteram imitationem in his deprehendi, Lib. III. 5. 66.

Huic fluctus vivos radicitus abſtulit ungues,
Et niger inviſam traxit hiatus aquam.

tortam vertiginem vocat in eadem Elegia v. 19.

Subtrahit haec fantem torta vertigine fluctus,
Ultima quae Poeto noxque diesque fuit.

cum quibus confer illa Petronii cap. 114. *& illum quidem vociferantem in mare ventus excuſſit repetitumque infeſto gurgite procella circumegit, atque hauſit.* ubi vide notas..

14. *Curva falce reciſa Ceres*] *reciſſa* in Voſſiano & ſchedis Scaligeranis. forte *reſecta*. ut ſit imitatio Ovidii Lib. I. Amor. El. 15. 12.

Dum cadet incurva falce reſecta Ceres.

ubi hunc ipſum verſum ita adfert Heinſius, ac ſi *reſecta* apud Pithoeum legeretur. cum tamen in utroque exemplari ſuo nihil correxerit. ſic *reſecanda falce humus* Naſoni Epiſt. I. 53.

——— *reſecandaque falce*
Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus.

reſciſſa vel *reſecta* Francius. *reciſa* ſervabat Oudendorpius.

15. *Illic inter aquas urit ſitis arida fauces*] forte eſt imitatio Ovidii Lib. XI. Met. 129.

Copia nulla famem relevat, ſitis arida guttur Urit.

Horatius Lib. I. Sat. 2. 114.

Num, tibi cum fauces urit ſitis, aurea quaeris
Pocula.

paſſim enim *urere*, & *torrere* dicitur ſitis, deducta ab ignis fervore locutione. ut egregie oſtendit Broukh. ad Propert. Lib. IV. 9. 21. *arida* etiam *ſitis* proprie, alibi in *horrida* mutata. ſed vide Heinſium & Patruum meum ad Ovid. Epiſt. IV. 174. & quae notavi ad Lotich. Lib. I. carm. XI. 6. eleganter autem *inter aquas* ſitis dicitur urere, ut apud Petron. cap. 82. de Tantalo:

Nec bibit inter aquas, nec poma patentia carpit.

Ovid. II. A. A. v. 606.

Garrulus in media Tantalus aret aqua.

quod imitatus eſt Martialis Lib. X. Ep. 5.

Nunc inter undas garruli ſenis ſiccus
Delaſſet omnes fabulas poëtarum.

16. *Hic dat perjuro baſia multa viro*] ita in Scaligeri ſchedis, & editione. nec aliter Pithoeus. in Voſſiano codice legebatur *da piuro baſſa*. Tollius mendum ſubeſſe ſuſpicabatur, † cui facile adſentior. nam τὸ *dat* quo referendum ſit, non adparet. & inelegans prae ceteris praecedentibus hic oppoſitio eſt inter ruris delicias & maris pericula, ut puella, vel virgo, quae non exprimitur, ſed ſubintelligitur, ut notaverat Francius, dura ſane ellipſi, viro perjuro multa det oſcula. itaque Tollius legebat *nulla*. hoc, ni fallor, ſenſu; *nulla*, puella nimirum aut conjux, hic baſia dat viro perjuro, ſed fido neque

Naviget, & fluctus laſſet mendicus Ulixes;
In terris vivet candida Penelope.

EP. LXIII. *eodem Argumento.*

Qui mavult pro parte mori, nec cogere Fata
Mollia praecipiti rumpere fila manu:

Ha-

que amoris transfugae. ſi ex *multa* elicere liceret *amica*, forte legi poſſet,

Hic dat ſecura baſia amica viro.

ſecurus enim elegans verbum de tranquillitate agreſti. vid. ſupra ad Ep. LXI. apud Tibull. I. El. I. 42.

Securum ſomnos imbre juvante ſequi.

ubi ſimilis ſecuritatis ruſticae oppoſitio cum iis qui periculis & furore maris agitantur. ſequitur enim:

Hoc mihi contingat. ſit dives jure, furorem
Qui maris, & triſtes ferre poteſt Hyadas.

ſed amplius cogitandum opinor. Cel. Oudendorpius conjiciebat *Hic dat Penelope* &c. ut conjugem ſuam ita vocet. vid. ſupra ad v. 4.

17. *fluctus laſſet mendicus Ulixes*] ad Apuleji Mileſia remittebat Scriverius. innuens locum ex Lib. X. p. 235. ed. Pric. *virtute Martia praepollenti praefertur Ulyſſes mendicus Ajaci maximo.*

18. *In terris vivet candida Penelope*] *vivit* Heinſius. *callida Penelope*, tam hoc in loco malebat Patruus meus, quam apud Ovid. II. Am. 18. 29. ubi in vulgatis etiam editur:

Candida Penelope ſignum cognovit Ulixis.

ſed etiamſi procos vafra eluſerit Penelope, falſa per dolum nocturnum Minervâ, ut ait Propertius, non video quare reſpectu Ulixis, cui fidem caſtitatemque ſervavit, non poſſit dici *candida*, id eſt pia, caſta. ſic infidis nuptis *pia Penelope* opponitur, & cum Evadne conjungitur apud Propert. III. XI. 24.

Nec fida Evadne, nec pia Penelope.

& Eleg. praec. in fine:

——— *quia caſta domi perſederat uxor,*
Vincet Penelopes Aelia Galla fidem.

Sabinus Epiſt. Reſp. II. 80.

Penelopen audis: toto laudatur in orbe,
Exemplum fidi non leve facta tori.

ubi *toto laudatur in orbe*, ut hoc loco, *In terris vivit.* niſi potius *in terris* hic dicatur ad oppoſitionem navigationis & fluctuum. ut de Poeto Propertius Lib. III. 5. 70.

Viveret ante ſuos dulcis conviva penates,
Pauper, at in terra, nil ubi flere poteſt,

& paullo ante v. 46.

Anchora te teneat, quem non tenuere penates.
Quid meritum dicas, cui ſua terra parum eſt?

Ovid. II. Am. XI. 30.

Navita ſollicitus qua ventos horret iniquos,
Et prope tam letum, quam prope cernit aquam &c.
Tum generoſa voces foecundae ſidera Ledae:
Et, felix, dicas, quam ſua terra tenet!

ubi *ſua terra* reſpectu hominum, ut propria eorum ſedes, ad oppoſitionem maris ac navigationis eleganter dicitur. vide iſtic Patrui notas. ſic apud Paulinum carm. XIII.

Repetitque portus, & terreae tuto viae
Praevertit intutum maris.

ut bene reſtituit Gronov. in Obſerv. Eccleſ. cap. X. pag. 101.

EP. LXIII. *Qui mavult pro parte mori*] v. c. *propare.* Fortaſſe *properare mori.* quod elegantiſſime dictum eſt, ut apud Flavium Vopiſcum in Probo, *Fatalem properavit neceſſitatem.* Ovidius Halieutico,

——— *atque ſuo properat ſibi robore fatum.*

Inſcriptio vetus:

Heic viridis aetas cum floreret artibus,
Creſcenti & aevo gloriam conſcenderet,
Properavit hora triſtis fatalis mea.

& alibi ſaepe. LINDENBR. *properare mori* legit Lindenbrogius. ſed hoc ſenſui repugnat. vult enim poëta, eum non debere ſeſe mari committere, qui non vult *properare mortem*, vel *mori*, *neque cogere fata* &c. pro *mavult* igitur legendum *nevult.* Titinnius Setina,

Ipſius quidem hercle ducere ſane nevult.

& Plautus Moſtell. Act. I. Sc. II. 29.

Dominus indiligens reddere alias nevolt. TOLLIUS. Non puto Titinnianam aut Plautinam vocem *nevult* huic carmini invehendam eſſe: eo enim ſenſu, quo hic capit Tollius, *non vult* praeſtitiſſet. & ita Chriſtius in Excurſu ad Villaticum pag. 271. Cel. Oudendorpius,

Qui nolit properare mori, nec cogere fata.

ſubintellecto *cogere velit fata.* quae ellipſis verbi contrarii cauſſa fuit erroris. vid. ejus notas ad Caeſar. VII. B. G. 77. & Heuſing. ad Nep. Dat. cap. 6. In cod. Voſſ. & Scaligeri ſchedis, *Qui maluit pro pare mori.* unde Scaliger ipſe in marg. *mavult pro parte.* & PETRONII eſſe adſcripſerat. *facta* in iiſdem & cod. Voſſ. ſed *fata* in marg. *properare* etiam legebat Heinſius. *properare mori* dicitur eleganter, pro mortem feſtinare ante diem. ſic apud Virg. Lib.

IX.

Digitized by Google

Hactenus iratum mare noverit. ecce refuſo
Gurgite ſecuros abluit unda pedes.
Ecce inter virides jactatur Mitylus algas:
Et rauco trahitur lubrica concha ſinu.

Ecce

xI. Aen. 401. *pulchram properat per vulnera mortem.* quod imitatur auctor de Laudib. Bereng. pag. 28. ed. Hadr. Valeſii:

——— *utrumne inglorius armis*
Abſcedat recidivo (ſic legend.) *animam ſervare duello,*
Redditus an pulchram properet per vulnera mortem
Hoſtibus.

Silius Ital. Lib. I. 225. de Hiſpanis:

Prodiga gens animae, & properare facillima mortem.

mors properata Lucano VI. 807. apud Pith. Lib. III. pag. 115. ed. Par. *Properavit aetas, hoc dedit fatum mihi.* pag. 128. *& fatis exproperata nimis.* & ita forte legendum in alio Epitaphio ejusdem libri p. 136.

Quam trino annorum filo properantia
Novem poſt menſium fata conficiunt moras.

ubi nunc *proterentia* legitur. Tibullus Lib. IV. carm. I. v. 205.

Seu matura dies celerem properat mihi mortem,

ut in v. c. Scaligeri etiam legitur, non, *fato properat.* Propertius II. 21. 27.

Quod ſi forte tibi properarint fata quietem.

apud quem Lib. II. El. 10. 20. ubi vulgo editur, *fervent hunc mihi fata diem*, Heinſius emendabat *properent* in notis ad Propert. p. 688. Lucanus VII. 50.

Morti vicinas properantes admovet horas.

Statius Lib. III. Sylv. 3. 20.

——— *nigrasque putas properaſſe Sorores.*

Ovid. X. Met. 31.

Eurydices, oro, properata retexite fila.

Auſonius Epitaphio Aemiliae Melaniae ſororis in Parentalib. XXIX.

Invida ſed nimium Lacheſis properata peregit
Tempora.

& Idyll. III. de Villula:

Quod mihi jam ſenior properata morte reliquit.

Boëthius de Conſ. Phil. init.

Aemula cur ceſſas finem properare ſenectus.

Seneca Herc. Oet. 1306.

——— *commoda gnato manum*
Properando mortem.

ut legit Heinſ. Lib. II. Adverſ. 10. p. 278. vide iſtic Gronovii notas. quibus exemplis firmari poteſt vera lectio in §. 6. Inſtit. de public. Judic. *Si quis parentis aut filii fata properaverit.* ut optime reſtituit Cujacius, probante Ritterhuſ. ad Gunther. Ligurin. pag. 107. nam male alii *praeparaverit.* vide & Gonſal. ad Petron. cap. 114.

3. *Hactenus iratum mare noverit* &c.] adhaeret Ovidio Lib. II. Am. XI. 16.

Litora marmoreis pedibus ſignanda, puellae.
Hactenus eſt tutum. Cetera caeca via eſt.

ſenſus eſt, qui non vult properare ſibi mortem, non ulterius noverit mare, quam quo usque pedes ſuos aqua tangere poſſit, ſive *adluere*, ut mox legendum. *hactenus* enim non de tempore, ſed loco vel re dicitur. de quo vide Manut. ad Cic. II. ad Fam. I. & Gronov. Obſerv. ad Script. Eccleſ. cap. 22. licet contra ſentiat Pincier. III. Parerg. 13.

4. *abluit unda pedes*] *alluit* conjiciebat Heinſius & Tollius. in aliis *obruit.* quomodo in margine ed. pr. Scal. & Pith. ut imitetur denuo Propertium Lib. III. 5. 6.

Tu Poetum ad Pharios tendentem lintea portus
Obruis inſano terque quaterque mari.

& ſic Scaliger, vel *abluit*, in marg. ſchedarum, in quibus *abluis*, ut in cod. Voſſ. ſaepe autem *abluere* & *adluere* confuſa ſunt, non obſervata diſtinctione. ſic in Epigr. veteri apud Gruter. pag. 1126. 8. & Fabrett. p. 64.

Oſſaque funeſtis fluctibus abluerunt.

ut legendum, non *adluerunt*, notavi ad Lib. I. Ep. 22. ubi plura. hoc autem in loco cum Heinſio *adluit* praeferebat etiam Cel. Oudendorpius. id eſt, unda maris refuſa & adcurrens pedibus adludit, ut fit in litoris margine quod eleganter deſcribit Minuc. Felix pag. 24. ed. Gronov. *delectati perquam ſumus, cum in ipſo aequoris limine plantas tingueremus, quod viciſſim nunc adpulſum noſtris pedibus adlueret fluctus, nunc relabens, ac veſtigia retrahens in ſeſe reſorberet.* ubi vide eruditorum notas. & de verborum horum confuſione Cel. Oudendorp. ad Frontin. I. 4. 7. Lucan. VI. 810. & ad P. Melam in notis Cl. Abr. Gronovii Lib. I. cap. 4. qui ſimiliter corrigendum cenſebat apud Senec. Herc. Fur. 753. *adluit mentum latex.* quod libro ſuo etiam adleverat Heinſius. *abluit* male in MS. Delrii. ſic & in Hippol. 1232.

Me ludat amnis ora vicina adluens.

ubi ineptit ultimus Tragico, ſi quisquam, impar editor Schroderus, *abluens* ex vitioſa codicis Traject. ſcriptura praeferens.

5. *Ecce inter virides jactatur Myrtilus algas: Et rauco trahitur* &c.] Fortaſſis melius ita legatur,

——— *Mitylus algas:*
Et glauco &c.

Plinius Lib. IX. 51. PITHOEUS. in ſchedis Scali-

geri

Ecce recurrentes qua verſat fluctus arenas,
  Diſcolor adtrita calculus exit humo.
Haec quisquis calcare poteſt, in litore tuto
  Ludat: & hoc ſolum judicet eſſe mare.

EP. LXIV. *de Vita humiliori.*

Quisquis amore volens ſolido tranquillus & alta
Pace frui, majora fuge, & nimis alta caveto,
Quin etiam vitare parem, licet obſtrepat error
Publicus, admoneo: fidum tibi junge minoris
Pectus, ubi obſequium pernox, humilesque viciſſim
Blanditiae, dulcisque timor, res cognita paucis,
Alta petunt omnes, utinam mihi tale dediſſem

Con-

geri corrupte *myrti lusagas.* unde Scaliger ipſe emendavit *myrtilus algas.* ut edidit H. Steph. in Virt. Encom. p. 175. ſed recte Pithoeus & Heinſius legunt,

Ecce inter virides jactatur Mitylus algas.

& ſic Scriverius. dein verſu ſeq. *glauco* cum Pithoeo legunt Heinſius, & Scriverius. ut e ſinu maris glauco ſeu viridi concham educi dicat. ſed inprobat Cl. Oudendorpius, quia in litore magis *raucum* mare quam *glaucum.* de commutatione harum vocum vide ejus notas ad Avien. Perieg. in Miſcell. Obſerv. Vol. V. Tom. I. p. 79. *Mityli* piſcis ſaepe mentio apud Plinium. & Horat. Lib. II. Sat. 4. 27.

——— *ſi dura morabitur alvus,*
Mitylus, & viriles pellent obſtantia conchae.

& ex eo Sereuus Sammon. cap. XXIX.

Quodque ſatis melius verbis dicemus Horati,
Mitylus, & viles pellent obſtantia conchae.

ubi *Mugulis* male edidit Pithoeus. nam in veteri codice Reginae *Mitulus*, & in uno Leidenſi *Mytilus* invenit Heinſius. *virides conchae* praeterea in Sammonico legendum ex Horatio pro *viles.* Martialis Lib. III. Ep. 60.

Oſtrea tu ſumis, ſtagno ſaturata Lucrino,
Sugitur inciſo mytilus ore mihi.

inter piſces etiam recenſetur in Ennii Phageſiorum fragmento v. 3.

Mures ſunt Aeni, aſt aſpra oſtrea plurima Abydi,
Mitylus & pecten, Charadrusque apud Ambraciotas.

ſic lege cum Heinſio, non *Ambraciae amnes.* licet longe aliter locum illum ex Graecis ipſius Archeſtrati verbis, unde deſumta haec ſunt, conſtituat Salmaſ. ad Solin. Tom. II. p. 1128. ed. Pariſ. de *Mitylis* autem vide Rondelet. de Piſcib. P. II. Lib. I. cap. 44.

9. *in litore tuto*] perperam vetus Voſſii codex *litore toto.* ut monuit Heinſ. ad Valer. Fl. V. 39. ubi producit antiquam Inſcriptionem Praeneſtinam, quam edidi ſupra Lib. I. 80. ubi v. 11.

Litora qui praeſtant feſſis tutiſſima nautis.

ſic *tutum, coelum* Valerio Flacco VI. 159. *tuto veniens Latonia coelo*, pro *toto*, reſtituit Gronovius Obſerv. ad Script. Eccleſ. p. 100. qui ſimiliter *tutum aequor, tutum mare*, binis in locis eidem Valerio reddidit. in quibus etiam *totum mare* in vulgatis legebatur. vid. Heinſ. ad Lib. I. 305. ubi tamen vulgatam Patruus tuetur. Nemeſian. Cyneg. v. 60. *vicinis juxta moveri Litoribus, tutosque ſinus percurrere remis.* Ovid. Epiſt. IX. 15. *tibi ſe tuta aequora debent.* non *tota.* ubi vid. Heinſ. & ſic alibi voces has confundi docent notae Broukhuſii ad Propert. III. 9. 72. & Drakenb. ad Silium Lib. X. 312. poſſet tamen *litore toto Ludat* admitti, pro, quantum patet ac decurrit litus. vide Patrui notas ad Claudian. II. Conſ. Stilic. 187. & 254. ubi *litore toto Proſpicerem* vindicat pro *tuto*, quod in aliis codicibus eſt. ita paſſim *toto mari, tota aequora.* vid. Oudend. ad Lucan. II. 726. & Drakenb. ad Liv. XXVIII. 4. *totis agris* apud Virg. Ecl. I. *totis Uſque adeo turbatur agris.*

EP. LXIV. *Quisquis amore volens ſolido* &c.] ex Gudiano Inſcriptionum Corpore pag. CCXC. inſ. 4. hoc Epigramma inſerui, ubi producitur ex cod. MS. Franc. Redii, & in caſtro Peruſino repertos eſſe hos bonos ac vetuſtos, ut ait, verſus notavit Gudius, & licet genuinos & antiquos eſſe nondum ſibi perſuaderet, tamen ſe neſcire & mirari addit, a quo annis plusquam abhinc ducentis native adeo atque eleganter ſupponi & confingi potuiſſent. inter vetera etiam edidit Bonada in Carm. ex Lapid. collect. Vol. II. Cl. VI. p. 183 ex Gudio, ſed quem deceptum fuiſſe, & verſus hos eſſe Fr. Petrarchae ex Ecl. III. v. 37. & ſeqq. notavit Blinardus in Diſſ. I. ante Muratorii Inſcr. Theſ. p. 33. apud quem in fine legitur, *tibi conſule Daphne.* ut apud Petrarch. vide de hoc carmine Cel. Dorville in Miſcell Obſerv. Novis an. 1741. Tom. III. p. 151. poſſent igitur haec omitti, licet & alibi in his Catalectis occurrant carmina, quae apud poëtas Italos hodie quoque leguntur. initio forte legend. *Quisquis amore volet.* & ſic apud Petrarch. ubi poſt v. 2. duo alii ſequuntur,

Illic contemtus, & jurgia mixta querelis,
Aſtraque perpetuis bacchantur nubila ventis.

v. 3. *pares.* ſed v. 8. male *perque ardua victum.*

EP.

Digitized by Google

Conſilium, ſed cogit Amor, perque ardua vinctum
Luctantemque rapit, victor fuit ille Deorum,
Molliaque Herculeis aptavit penſa lacertis.
Tu cui Libertas ſalva eſt, tibi conſule eorum.

EP. LXV. *de Vitae privatae commodis.*

Ante rate e Siculo diſcurrent aequore piſces,
Et deerit Libycis putris arena vadis:
Ante nives calidis demittent fontibus amnes,
Et Rhodanus nullas in mare ducet aquas:
Ante mari gemino ſemper pulſata Corinthos
Confundet fluctus pervia facta duos:
Ante feri cervis ſubmittent corda leones,
Saevaque dediſcet praelia torvus aper:
Medus pila geret, pharetras Romana juventus:
Fulgebit nitidis India nigra crocis:
Quam mihi diſpliceat vitae fortuna quietae,
Aut credat dubiis ſe mea puppis aquis.

EP. LXVI. *Item.*

Vive, & amicitias Regum fuge. pauca monebas:
Maximus hic ſcopulus, non tamen unus erat.
Vive, & amicitias nimio ſplendore nitentes,
Et quidquid colitur perſpicuum, fugito.

EP.

EP. LXV. *Ante rate e Siculo* &c.] DE BONO QUIETAE VITAE titulus eſt in cod. Voſſ. & ſchedis Scaligeri. id melius certe quam quod in ejus editione p. 190. inſcribitur, DE NAVIGATIONE. apud Pithoeum DE VITA TRANQUILLA. forte ex verſu ultimo. ſub INCERTI AUCTORIS titulo edidit H. Steph. in Virt. Encom. p. 173. *rates* cod. Voſſ. & ſchedae Scalig. ſed qui in marg. emendabat *rate ex*.

2. *Libycis putris arena vadis*] *turpis arena* in eod. cod. & ſchedis. ſed recte vulgatam repoſuerat Scaliger. ita in Epitaphio Alexandri ſupra Lib. II. Ep. 16. *Abſcondis tantum putris arena virum*. vid. Cel. Oudend. ad Lucan. IX. 434. eadem in his vocibus variatio apud Tibull. I. XI. 36. *& Stygiae navita turpis aquae*. ut praetulit Broukhuſius. ſed quia in notatis ſuis MSS. ad Baſ. Fabri Theſ. L. L. in *putris* adſcripſit, ſe de hac voce plurima collegiſſe in Adverſariis Tibullianis (ita vocat) ad illum locum, quae tamen in notis editis non comparent, inde colligere licet ab iis Adverſaria iſta diverſa eſſe, cumque poſtea ibidem *navita putris* maluiſſe, id eſt terribili ſqualore ſordidus, *cui plurima mento Canities inculta jacet*, ut dicitur Charon Virgilio VI. Aen. 299.

5. *mari gemino ſemper pulſata Corinthos*] vid. Patrui notas ad Rutil. I. 319.

7. *Ante feri cervis ſubmittent corda leones*] Legendum ex ſchedis Scaligeri, *ſubmittent colla leones*. quomodo Opitius & Scriverius. & ſic Barth. ad Stat. II. Th. v. 409. Drakenb. ad Silium Lib. VI. 414. & Canneg. ad Avieni Fab. XXVIII. Seneca in Hippol. v. 347. *Poeni quatiunt colla leones*. *colla victori dare* in Epigr. in Claudium ſupra Lib. II. Ep. 58. 4.

Libera victori quam cito colla dedit.

ubi vide notas. apud Prudent. Periſteph. Hymno Hippolyti v. 90.

Ignara inſueto ſubdere colla jugo.

inepte autem Barthius XXI. Adv. cap. 6. legit *Anteferi* uno verbo, ut *antemalorum*, & ſim. citatque ſub nomine SULPICII LUPERCI, & ad Stat. d. l.

10. *Fulgebit nitidis India nigra crocis*] *rutilis crocis* Voſſii codex & Scalig. ſchedae. ſed emendabat *comis*. ut in marg. primae ejus ed. & Pithoeanae. *rutilis comis* etiam legebat Heinſ. ad Ovid. V. Met. 440. Jacobus Tollius putabat ipſam, quae praeceſſit, ab ἀδυνάτῳ argumentationem hic poſtulare *niveis comis*. quod ἀντίθετον validiorem efficit, cujus alterum membrum eſt *India nigra*. quae certe conjectura, ut mihi quidem videtur, non aliena nec rejicienda eſt. ſed & Cel. Oudendorpio juncta *Medo* & *Romanae juventuti* elegantius videbatur *Inda nigella*. vel ſimpliciter *Indica* pro *Inda*.

EP. LXVI. *Vive, & amicitias Regum fuge* &c. DE VITA HUMILIORI inſcribitur in veteri Voſſii codice, & ſchedis Scaligeri. Hoc Epigramma continua-

Digitized by Google

EP. LXVII. *Item.*

Ingentes dominos, & famae nomina clarae,
  Illuſtrique graves nobilitate domos,
Devita, & longe vivus cole. contrahe vela:
  Et te litoribus cymba propinqua vehat.

EP. LXVIII. *Item.*

In plano tua ſit ſemper fortuna, pareſque
  Noveris. ex alto magna ruina venit.

Non

nuata ſex diſtichorum ſerie edidit Pithoeus. ſed Scalige in quatuor ſeparata diſtinxit. ſecundum inchoans ab illis, *Ingentes dominos* &c. tertium ab *In plano tua ſit.* quartum ultimo abſolvens diſticho. Certe ſeparanda videntur, ideoque duo priora ex mente Scaligeri ordinavi, tertiumque e duobus ultimis diſtichis conſtitui, ratus ſic omnia bene cohaerere. Sed & ipſe Pithoeus, licet uno tenore haec omnia ediderit, tamen in notis monuit videri ſibi haec eſſe diverſa Epigrammata, & conparanda cum loco Ovidii ex Lib. III. Triſt. El. 4. v. 3.

Uſibus edocto ſi quidquam credis amico,
  Vive tibi, & longe nomina magna fuge.
Vive tibi, quantumque potes praeluſtria vita,
  Saevum praeluſtri fulmen ab arce venit.

& paullo poſt:

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit: & intra
  Fortunam debet quisque manere ſuam &c.
Tu quoque formida nimium ſublimia ſemper,
  Propoſitique memor contrahe vela tui &c.
Vive ſine invidia, molleſque inglorius annos
  Exige, amicitias & tibi junge pares.

quod thema Ovidianum ſatis eleganter his Epigrammatibus imitatus eſt, quicumque eorum ſit auctor, quem ſi quis Pentadium mecum exiſtimet, forte a ſcopo non aberrabit. verſus ipſos Ovidii adſcripſi, quia ex iis nonnullae lectiones horum Epigrammatum vindicandae ſunt. vide & notata ad Lotich. Lib. V. El. 4. 2. & bene cum illis hoc Epigramma contulit Fileſac. Lib. II. Select. cap. 10. quia vero in veteri codice Voſſii hoc carmen inſerebatur verſibus Senecae, qui incipiunt, *Criſpe, meae vires* &c. & *Corduba, ſolve comas*, qui leguntur apud Pith. p. 42. & 43. ideo hoc Senecae fortaſſis tribuendum adſcripſerat Heinſius, & vs. ult. *conſpicuum* emendaverat pro *perſpicuum.* eo etiam ordine inveni in ſchedis Scaligeranis, in quibus cum ſequenti Epigrammate connectebatur. ſed manu ſua diviſerat Scaliger ita ut edidit.

EP. LXVII. *Devita, & longe vivus cole:*] inepta & ſenſui contraria lectio. licet ita etiam dederit Steph. in Virt. Encom. p. 171. omnino emendandum, *longe vivus fuge.* ut in praecedenti Epigrammate,

Vive, & amicitias Regum fuge.

& paullo poſt ex codice Voſſiano, & ſchedis Scaligeri,

Vive & amicitias omnes fuge.

ubi etiam *cole* in vulgatis. & ſic in loco Ovidii *vitare* & *fugere* junguntur:

Vive tibi, & longe nomina magna fuge.
Vive tibi, quantumque potes, praeluſtria vita.

ubi *nomina magna* vocat, quae hic auctor

Ingentes dominos, & famae nomina clarae.

plura exempla, ubi *vitare* & *fugere* ut diſtincta occurrunt, vide in notis Patrui ad Phaedr. Lib. I. fab. 31. 3. forte & hic prius ſcriptum fuit *Evita.* ut litera initialis *D* poſtea fuerit adpoſita, & *Devita* ſubſtitutum. ſic apud Martialem Lib V. Ep. 57.

Omnes Grammaticoſque Rhetoraſque
Evites moneo. ut legitur in cod. Voſſ. non *Devites.* & apud Senecam Epiſt. 5. *& quidquid aliud ambitionem perverſa via ſequitur, evita.* ubi prius edebatur *devita.* ſed vide illic Gronovii notas. qui tamen recte praetulit in Ovidio Lib. I. ex P. 5. 37. *Saucius ejurat pugnam gladiator.* pro eo quod olim legebatur *evitat.* porro illud *vivus* Scriverius mutabat in *vivens.* quod mihi quoque in mentem venerat; ſervata lectione *cole*, & ut *longe vivens* connectantur, id eſt magnas & potentes amicitias cole quidem, ſed quaſi e longinquo. quia, ut ait Horatius,

Dulcis inexpertis cultura potentis amici.

& hunc ſenſum unice verum probabat Cel. Oudendorpius. ſed Cl. Cannegiet. ad Avian. Fab. XIII. pag. 93. legebat *& longe cautus fuge.* licet vulgatam defendat Barth. XXIII. Adverſ. cap. 12. qui *vivus* accipit de eo, qui ſibi privatus vivit. Heinſius tentabat, *& longe rivos cole.* cui conjecturae ſequentia favent, *contrahe vela. Et te litoribus cymba propinqua vehat.* quod eleganter exprimit Propertius Lib. II. El. 3. v. 11. & 12.

Tranquillo tuta deſcendis flumine cymba;
  Quid tibi tam parvi litoris unda nocet?

& Lib. III. El. 2. 22.

Non eſt ingenii cymba gravanda tui:
Alter remus aquas, alter tibi radat arenas;
  Tutus eris: medio maxima turba mari eſt.

neque dubito epigrammatarium in his verbis *Contrahe vela* &c. in animo habuiſſe illud Horatii Lib. II. od. 10. 23. *Contrahes vento nimium ſecundo Turgida vela.* vel ex Ovidii dicto loco deſumſiſſe, *Propoſitique memor contrahe vela tui.*

EP. LXVIII. *In plano tua ſit ſemper fortuna*] *In plano ſemper tua ſit fortuna* cod. Voſſ. & ſchedae Scalig.

Non bene cum parvis junguntur grandia rebus.
  Stantia namque premunt: praecipitata ruunt.

Ep. LXIX. *Item.*

Vive, & amicitias omnes cole: verius hoc eſt,
  Quam, Regum ſolas effuge amicitias.
Eſt mea mors teſtis. major me adflixit amicus;
  Deſeruitque minor: turba cavenda ſimul.
Nam quicumque pares fuerant, fugere fragorem:
  Nec dum collapſam deſeruere domum.
Nunc & non Reges tantum fuge. vivere doctus
  Uni vive tibi. nam moriere tibi.

Ep.

lig. dein *pareſque Foveris* Heinſius. ſed *Noveris* cum Ovidiano, *amicitias & tibi junge pares* confert H. Stephan. in Virt. Encom. p. 171. qui oppoſita *in plano & ex alto* bene ex eodem Ovidio illuſtrat.

Ep. LXIX. *Vive, & amicitias omnes cole*] *fuge* cod. Voſſ. & ſchedae Scaligeri: ut in margine Pithoei. quod verum puto, & ſuadent ſequentia, quia tam potentes quam pares ac minores fugiendos monet. adumbratum forte ex Auſonio Idyll. XV. 31.

Vive & amicitias ſemper cole. crimen ob iſtud
Pythagoreorum periit ſchola docta Sophorum.
Hoc metuens igitur, nullas cole.

Lucanus Lib. VIII. 487.

Et cole felices, miſeros fuge.

Opitius legebat, *Vive & amicitias longe fuge.* ut in praeced. Epigr. *Devita, & longe vivus cole.* Heinſius vero,

Vive, & amicitias omnes fuge, verius hoc eſt,
  Quam, Regum ſolas, i, fuge amicitias.

& fuge in ſched. Scalig. ſed *effuge* correxit in marg. ſic paullo poſt hoc eodem Epigrammate idem emendat Heinſius, *I nunc & Reges tantum fuge:* cum in veteri codice Voſſiano & ſchedis Scaligeri, *Nunc & Reges tantum fuge.* pro quo *etiam* Scalig. ſed omiſſa fuit litera ſeu vocula initialis *I.* putatque reſpici ad Martial. Lib. X. Ep. 96. *I cole nunc reges*, id eſt amicos potentes. monoſyllabicum hoc ſaepe corruptum eſt, praeſertim ſi bis geminandum eſſet. vide ſupra Ep. LXI. v. 12.

I nunc, & vitae fugientis tempora vende.

& in Epigr. XI. Senecae ex emendatione Heinſii:

I, lacrimans cineri munera mitte meo.

pro *Illacrimans.* Virg. VII. Aen. 425.

I nunc, ingratis offer te irriſe periclis.
Tyrrhenas, i, ſterne acies.

Silius Ital. Lib. X. 62. *I demens, i, carpe fugam.* Juvenalis Sat. X. 166. *i demens & ſaevas curre per Alpes.* ubi forte etiam melius repetatur, *i demens, i ſaevas* &c. apud Statium Lib. VIII. Th. v. 65. ſimiliter corrigebat Heinſius,

Sed quid ego haec? i, Tartareas ulciſcere ſedes.

ut edidit Gronovius. in aliis languide admodum,

Sed quid ego haec ita? Tartareas &c.

apud Senecam in Troadib. v. 91. *I vade liber.* & apud Propertium Lib. IV. El. 7. 83. legebat Heinſius in Adverſ. p. 24.

I carmen media dignum me ſcribe columna.

voculamque hanc multis veterum locis reſtituere amabat. vide ejus notas ad Claudian. I. de Rapt. Proſ. 92. ad Ovid. Epiſt. IV. 127. Epiſt. XV. 126. Lib. VI. Faſt. 594. & ad Lib. III. Am. 3. 1. ubi hunc verſum emendat. Epigrammata haec edidit etiam H. Stephanus in Encomiis Virtutum p. 171. & ſeqq. eaque illuſtrat Lib. I. Schediaſm. cap. XI. pag. 55.

3. *Eſt mea mors teſtis*] *Et* cod. Voſſ. *Et mea mors tetris* ſched. Scaligeri, qui in marg. correxit ita ut editur. ſed lege cum Heinſio, *Eſt* vel *En mea ſors teſtis*, quem vide ad Silium Ital. XIV. 630. ſic in Epigrammate de Elephante:

Haec eſt humanae ſemper mutatio ſortis.

ut recte corrigit idem Heinſius, vulgo *mortis.* ſequenti verſu idem legebat ſine diſtinctione:

Deſeruitque minor turba cavenda ſimul.

ſed alterum praefero.

5. *Nam quicumque pares fuerant, fugere fragorem*] *urgente fragore*, vel, *fugere fragori* Heinſius. idem innuit, quod Ovidius Lib. III. Triſt. 5. 5.

Ut cecidi, cunctique metu fugere ruinae,
  Verſaque amicitiae terga dedere meae.

& tales querelae apud Naſonem in Triſtibus ac Ponticis frequentes. ultimo verſu Voſſ. cod. & ſchedae Scalig. *nam moriare.* unde conjecerat Heinſius,

Uni vive tibi, ne moriare tibi:

ſed in marg. Scalig. *moriere.* & recte Tollius nihil mutandum cenſebat: illud enim, *nam moriere tibi*, ratio eſt praecedentis admonitionis, & ſignificat, nemo tibi in morte aderit, ſed omnes diffugient *cadis cum faece ſiccatis amici, Ferre jugum pariter doloſi*, ut Horatius ait. *vive tibi* eſt illud veterum *Tecum habita:* vide locum Martialis Lib. X. Ep. 18. a Barthio correctum in notis ad Statium Lib. VI. Th. 70.

Ep.

Digitized by Google

EP. LXX. *Item.*

Quod tua mille domus ſolidas habet alta columnas,
 Quod tua marmoreo janua poſte nitet,
Aurea quod ſummo ſplendent laquearia tecto,
 Imum cruſta tegit quod pretioſa ſolum,
Atria quod circa dives tegit omnia cultus:
 Hoc animos tollit nempe, beate, tuos.
Aedibus in totis gemmae licet omnia claudant.
 Turpe eſt, nil domino turpius eſſe ſuo.

EP.

EP. LXX. *Quod tua mille domus*] Voſſii codex & Scaligeri ſchedae inſcribunt DE VITIIS ET INHONESTO ANIMO. forte pro DE DIVITIIS &c. *Quod tu mille domos* in cod. Voſſ. *tibi* Heinſius. Sulpitio Servaſto Luperco, cujus & alia in his Catalectis exſtant, tribuebat Demſterus in Etrur. Regal. Lib. III. cap. 69. ubi cultiſſimum & inſignis elegantiae Epigramma vocat.

4. *Imum cruſta tegit quod pretioſa locum*] ſic male in vulgatis editt. & Scaligeri ſchedis. *lacum* in marg. Pithoei. quomodo adſcripſerat ſchedis ſuis Scaliger. ſed recte J. Fr. Gronovius & Francius legebant *ſolum*. nec aliter Heinſius, cujus emendationem recepit Patruus meus in notis ad Ovid. I. Amor. 8. 65. licet in exemplari ſuo Heinſius etiam conjeceſſet *tholum*. ſed *ſolum* edere malui. quod firmatur unice e Tibullo Lib. III. El. 3. 16.

Quidve domus prodeſt Phrygiis innixa columnis,
 Taenare, ſive tuis, ſive, Caryſte, tuis.
Et nemora in domibus ſacros imitantia lucos,
 Aurataeque trabes, marmoreumque ſolum? & ſeqq.

quem locum recte cum hoc ipſo Epigrammate contulit Chr. G. Heynius in Obſerv. p. 306. intelligit enim hic pavimenta teſſellata aut muſiva. de quibus ſupra ad Epigr. XLI. 5.

5. *Atria quod circa dives tegit omnia cultus*] Heinſius conjecerat *citro dives tenet*. ſed *circa atria* pro in atriis vel maxime conſpicua atrii parte. vide Patrui notas ad Ovid. d. l. verſu vexato, ubi omnium optima videtur Heinſii emendatio,

Nec te decipiant veteres circum atria cerae.

vel ut Scriverius *circa atria. undique cultus* conjecerat Francius.

6. *Hoc animos tollit nempe * batate tuos*] lego *Batave.* nam primum ſcriptum videtur *vatave.* niſi ſit *veate*, pro *beate.* & ſane verum eſt. SCALIGER. notulam hanc Scaligero tribui, quia haec in margine primae ejus editionis Lugdunenſis legitur, ne quis eam Pithoeo adſcribat, quia illius marginem quoque occupavit. nam in notis ſuis monuit melius eſſe *beate.* & ſic emendaverat Francius. in cod. Voſſ. *evatate.* recte Scaliger putat ſcriptum fuiſſe prius *veate*, pro *beate.* nam ita in phaleucio Pentadii de vita beata in eodem Voſſiano codice legebatur:

Non eſt falleris haec veata, non eſt.

pro *beata.* & ſic paſſim in MSS. *v* & *b* promiſcue ſcribuntur. in ſchedis Viri Illuſtris manu exaratis *vatate*, unde in margine tentabat *vacate*, *vatave*, vel *Batave.* quod ultimum etiam exhibet Menag. ad Diog. Laërt. Lib. VI. Segm. 32. p. 237. Iſacus Voſſius in notis ad Catull. pag. 321. legit *baratro.* ſic apud Lucret. Lib. III. 693.

Aufer, abi, hinc lacrimas, balatro, & compeſce querelas.

ubi *baratre* legi in MSS. & duobus Voſſianis codicibus teſtatur Heinſius ad Ovid. III. Am. 3. init. vide iſtic Lambini & aliorum notas. *balatrones* enim, vel *baratrones*, veteribus dicti nugatorii homines, quos averſabantur. ut baratro dignos. vid. Scalig. ad Varron. de R. R. p. 224. Caſaubonus in margine editionis Pithoeanae hic conjiciebat *Batale.* quod non intelligo. Patruus meus in notis ad Ovid. I. Am. 8. 65. probat *beate.* vel quia *batate* vulgo editur, forte proprium nomen latere exiſtimat *Fabate* vel ſimile. recte vero rejicit *Batave*, quia ab elegantia iſta longe aberant veteres Batavi, quibus potius ſimplicitatem & ruſticitatem objecerunt Romani, quam ſplendorem illum & luxum, qui hoc Epigrammate deſcribitur. itaque praetuli *beate.* & hanc lectionem Scriverius, Heinſius, & Tollius probabant. *beatum* vero pro divite & opulento poni, notiſſimum eſt. unde inopes *opulentis*, & calamitoſos *beatis* opponit Cic. de Amic. cap. 13. vid. Cuper. Lib. III. Obſerv. cap. I. *animos tollere*, ut apud Ovid. Epiſt. IX. 105.

I nunc, tolle animos, & fortia facta recenſe.

vide notas ad Virg. Aen. IX. 127.

7. *Aedibus in totis gemmae licet omnia claudant*] forte *condant.* id eſt tegant. omnia gemmis obducta ſint. ut paullo ante,

Imum cruſta tegit quod pretioſa ſolum.

& hoc eſt quod Seneca dicit Epiſt. 86. *Eo deliciarum pervenimus, ut niſi gemmas calcare nolimus.* ubi vide Lipſium.

8. *Turpe eſt nil domino turpius eſſe ſuo*] Apulejus de Deo Socratis: *Villas opipare exſtruunt, & domos*

Ep. LXXI. *In Avaritiam & Cupiditatem.* M. Terentii Varronis.

Hoſpes, quid miras numo curare Serapin?
Quid? quaſi non curet tantidem Ariſtoteles.

Ep. LXXII. Ejusdem.

Non fit theſauris, non auro pectu' ſolutum.
Non animis demunt curas ac relligiones
Perſarum montes, non atria diviti' Craſſi.

Ep.

ditiſſime exornant, & familias numeroſiſſime comparant; ſed in iſtis omnibus, in tanta affluentia rerum, nihil eſt, praeterquam ipſe dominus, pudendum. LINDENBR.

Ep. LXXI. *Hoſpes quid miras numo curare Serapin?*] Varronis titulo ediderunt Pithoeus Lib. I. pag. 26. & Scaliger pag. 229. *miras* mendoſum eſſe ſuſpicabatur Victorius Lib. XXV. Var. Lect. c. XI. licet a Nonio in *Miras* adferatur hic verſus ad exemplum activi. aliter cum Heinſio legi poſſet, *quid miri 'ſt. numo curare* ediderunt Pithoeus & Scaliger in Catalectis. & ſic in Fragm. Varron. p. 104. ed. Dordr. quod exponit Turneb. IV. Adverſ. 8. pecunia medicinam feciſſe Serapin, & ſtipe ejus auxilium emtum fuiſſe. ſed alios addit *animo* legere, ut dicatur Serapis non pretio ſed animo curare, id eſt ſi animo ſeu pura mente colatur. & ſic legitur apud Nonium Marc. p. 480. ed. Merc. Robert. Titius Lib. IX. Locor. Controv. cap. 12. putat Varronem hoc Epigrammate convellere voluiſſe opinionem illorum, qui divinos honores Serapidi tribuebant, quod numen Aegyptium divino cultu adficiendum negat, quia animo & oratione morbos curaret, cum idem quoque Ariſtoteles praeſtare putabatur. mira certe expoſitione, meritoque exploſa a Joſ. Scaligero ſub Yvonis Villiomari nomine in Animadv. ad Titium pag. 167. & 168. qui medicinam Serapidis intelligit de praecepto in templo Serapidis εὔχεσθαι θεῷ. & quotidie precandum eſſe, idemque docuiſſe Ariſtotelem in libro περὶ εὐχῆς. ac proinde Serapidem promittere *animo curare*, non corpore, quia Deorum neglectus ſit morbus animi. eum fere ſequitur Caſp. Hofmannus Lib. IV. Var. Lect. cap. 42. ſed qui *numo curare* praefert, quod Serapidem cuderunt in numiſmatis, vel quia opibus & potentiae praeerat. Quod vero ibidem Scaliger tertium addat verſum,

Aut ambos mira, aut noli mirare de eodem.

illum quidem ſubjungit Nonius, ut ſecundum exemplum activi *mirare* pro *mirari*, ſed e diverſo loco ex iisdem Varronis Eumenidibus. quod miror non animadvertiſſe Titium in Aſſertione ſua p. 189. & 190. ubi adverſus Scaligerum ſe vindicans injuſte plagii crimen ei objicit, tamquam ſua Turnebo deberet, & *animos curare Serapin* legit. vulgatam tamen lectionem *nummo curare*, vel *nummos*, ut libro ſuo adſcripſerat Opitius, non rejiciendam arbitror, ut tangat avaritiam Serapidis Sacerdotum, qui ingentem quaeſtum ex adoratione ejus faciebant, & fraude lucroſa emungebant illos, qui medicinae ergo Serapidem frequentabant, & in ejus templo pellibus ſtratis incubabant, ac ſomnia captabant. vide egregie Iſ. Voſſium ad Catull. p. 27. & ſic intellexiſſe videtur Pithoeus, &, quum Catalecta ederet, Scaliger; aliter enim inter Epigrammata *in Avaritiam & Cupiditatem* non retuliſſent. de quantitate vocis *tantidem*, penultima brevi, vide Voſſ. Lib. II. Art. Gram. cap. 20. p. 247. ubi refutat Giſanium *tantidem* ſecunda producta, & verſum non pentametrum, ſed hexametrum diphilium una ſyllaba deficiente, ſtatuentem. quod exiſtimabat etiam Victorius, cum notat duos verſus eſſe, quorum poſterior uno pede minor ſit: a quo recte diſſentit Titius.

Ep. LXXII. *Non fit theſauris*] apud Nonium in *Religio* p. 379. ediderunt Pith. Lib. I. p. 26. Scalig. Lib. I. p. 230. & H. Stephanus in Virt. Encom. p. 143. vide & Fragmenta Varronis p. 87. emendant hos verſus apud Nonium corrupte editos Turneb. XXIX. Adverſ. 2. & G. Fabric. ad Terent. Heaut. IV. I. 33.

2. *Non animis demunt curas* &c.] *demunt animis* edidit Mercerus. Locum hunc forte imitatus eſt Horatius Lib. I. Epiſt. 2. 47.

Quod ſatis eſt, cui contingit, nihil amplius optet.
Non domus, & fundus, non aeris acervus & auri
Aegroto domini deduxit corpore febres,
Non animo curas.

Tibullus Lib. III. 3. 21.

Non opibus mentes hominum curaeque levantur,
Nam Fortuna ſua tempora lege gerit.

ubi inepte *ſentes hominum* legebat H. Stephan. de Latin. Lipſ. pag. 126.

3. *Perſarum montes*] vide Bergler. ad Ariſtoph. Acharn. v. 82. Pricaeum ad Apulej. Apolog. p. 56. & quae ſupra notavi ad Lib. II. Ep. 262. 3.

Ibid. *non atria diviti' Craſſi*] *divitis atria Craſſi* in Fragm. Varronis. *Craeſi* G. Fabric. & Heinſ. quomodo Camerarium legiſſe patet ex Lipſ. Lib. I. Epiſt. Quaeſt. 4.

EP. LXXIII. INCERTI.

Nil artes, nil pura fides, nil gloria linguae,
  Nil ſons ingenii, nil probitas ſine re.
Nullus inops ſapiens; ubi res, ibi copia ſenſus.
  Res ſapiunt, pauper nil ubi pauper erit.
Nec jam divitibus tollunt ſua crimina nomen,
  Sed quos lex damnat, gratia ſolvit opum.
Hinc eſt quod populus, aurum quaſi numen adorans,
  Audet in ignotum ſponte venire nefas:
Speque lucri toties excedere jus & honeſtum
  Suſtinet, ut gratis nunc juvet eſſe reum.
Jus ruit, ordo perit, ſceleri placet ora manusque
  Vendere; quamque inopem, tam pudet eſſe probum.
Non ergo mirum, ſi quisquam pravus & excors
  Divinos vates nullius eſſe putat.

EP. LXXIV. SULPICII LUPERCI SERVASTI JUNIORIS. *de Cupiditate.*

Heu miſera in nimios hominum petulantia cenſus,
  Caecus inutilium quo ruit ardor opum?

Au-

Quaeſt. 4. vide ipſius Camerarii Epiſt. ad Lipſ. in Tom. I. Syllog. p. 3. & ſic citat Creeghius ad Lucret. II. 39. ſed ibidem Lambinus ad v. 29. ita adfert ut hic vulgo legitur. praefero tamen *non divitis horrea Craeſi*, ut corrigere nonnullos dicit Tanaq. Faber ad Lucret. pag. 399. ita enim paſſim de divitiis. Juſtinus Lib. XXXIII. cap. 1. *Perſeo, praeter Macedonicum invictae opinionis exercitum, decennis belli ſumtus a patre paratus, in theſauris & horreis erat.* Seneca Epiſt. 2. *Quid enim refert, quantum illi in arca, quantum in horreis lateat, quantum paſcat aut foeneretur.* ita forte legendum, non *in horreis jaceat.* ut apud Horatium Lib. III. Od. XVI. 27.

Quam ſi, quidquid arat inpiger Appulus,
Occultare meis dicerer horreis.

Virgil. Lib. I. Georg. 49.

Illius immenſae ruperunt horrea meſſes.

Severus in Aetna v. 12.

Annua ſed ſaturae conplerent horrea meſſes.

ubi perperam Scaliger *ſacrae meſſes.* quod in textum temere recepit Gorallo Clericus. Idem Severus v. 266.

Horrea uti ſaturent, tumeant & dolia muſto.

Lucanus Lib. III. 67.

Nec Romana magis conplerunt horrea terrae.

in Priapejis Carm. 53.

Magnaque foecundis cum meſſibus horrea deſint.

ut recte legit Heinſius, vulgo *area deſit*. qui vocem hanc Tibullo aliisque veterum locis etiam reſtituit Lib. IV. Adverſ. cap. 2. quem vide. *horrea* autem non tantum frumenti, ſed cujusvis rei pretioſae conditoria dici notat Salmaſ. ad Spartian. Hadrian. cap. XI.

EP. LXXIII. INCERTI. *Nil artes* &c.] apud Pith. Lib. I. p. 26. conferri debet hoc Epigramma cum Petronii carmine, cap. XIV. Sat. quod incipit,

Quid faciant leges, ubi ſola pecunia regnat.

4. *pauper nil ubi pauper erit*] ſcribe cum Heinſio *nil niſi pauper erit.* Cel. Oudendorpius legebat,

Res ſapiunt, ſenſus nil, ubi pauper, erit.

id eſt, ubi pauper eſt, ibi nullus ſenſus erit. ſed ubi res, ibi copia ſenſus dicetur. inops nullus ſapit.

EP. LXXIV. SULPICII LUPERCI SERVASTI JUNIORIS. *de Cupiditate*] ita inſcripſit Pithoeus Lib. I. pag. 36. SULPICII SERVASTI LUPERCI apud Scalig. Lib. I. pag. 228. SEVASTI id eſt SEBASTI conjiciebat Scriverius. SERV. in v. c. cum codici Scaligeri & veterrimo Voſſii Auſoniano contulit Heinſius. Edidit etiam H. Stephanus in Virtut. Encom. pag. 159. ſub titulo *Sulpicii Luperci Elegia de Cupiditate divitiarum.* apud quem eodem modo legitur, ut edidit Pithoeus, eidem

huic

Auri dira fames & non expleta libido
  Ferali pretio vendat ut omne nefas.
Sic latebras Eriphyla viri patefecit, ubi aurum
  Accepit turpis materiam ſceleris.
Sic quondam Acriſiae in gremium per clauſtra puellae
  Corruptore auro fluxit adulterium.
O quam mendoſe votum inſaturabile habendi
  Inbuit infami pectora noſtra malo:
Quamlibet inmenſo dives vigil incubet auro:
  Aeſtuat augendae dira cupido rei.
Heu mala paupertas numquam locupletis avari!
  Dum ſtruere inmodice, quod tenet, optat; eget.
Quis metus hic legum, quaeve eſt reverentia veri,
  Creſcenti nummo ſi mage cura ſubeſt?
Cognatorum animas promtum eſt, patrumque cruorem
  Fundier. affectus vincit avara fames.

Di-

huic Sulpicio Luperco tribuebat Barthius Epigramma LXV. hujus Libri, ut illic notavi.

2. *quo ruis ordor opum?*] Scribe *quo ruis*. & ſic Heinſ. ut primus pro quinto caſu ponatur. ut *Degener o populus* apud Lucan. Lib. II. 116. ubi vide Cl. Oudend. & Patrui mei notas; & in primis ad Lib. IV. 22.

——— *camposque coërces*,
Cinga rapax, *vetitus fluctus.*

vel *quo caecus ruis* jungantur.

4. *Ferali pretio vendat ut omne nefas*] *venditat omne nefas* Heinſius.

5. *Sic latebras Eriphyla viri patefecit* &c.] *viro* Heinſ. ſed male. nil muto. imitatur vero Statium Lib. IV. Theb. 211.

Sic Eriphylaeos aurum fatale penates
Irrupit, *ſcelerumque ingentia ſemina movit.*

vide quae ad illuſtrationem hujus loci confert Vinet. ad Auſon. Cupid. 26.

Ibid. *ubi aurum*] lege *ut aurum*. praeterquam enim quod eliſio valde dura eſt hoc loco, ita quoque *ut* pro *ubi* ſane quam frequens eſt apud optimos auctores. TOLLIUS.

7. *Sic quondam Acriſiae*] *conda criſiae* in cod. Voſſ. huic loco ſimilia habentur apud Columbanum Carm. III. ad Fedolium:

Non Jovis auri,
Fluxit in imbre,
Sed quod adulter
Obtulit aurum,
Aureus ille
Fingitur imber.
Amphiaraum
Prodidit auro
Perfida conjux.

ubi vide Goldaſtum pag. 92.

9. *mendoſe*] *mendoſae* cod. Voſſ. Auſon. & Scalig. ſed qui *mendoſe* in marg.

10. *Inbuit infami*] licet *imbui turpiſſimis cupiditatibus* apud Nep. in Dione cap. 4. *inbuere vitiis* Quintil. Lib. I. c. I. & *erroribus ac ſceleribus inbuere* apud Apulej. de Deo Socratis, aliosque occurrat, poſſet tamen etiam legi *Induit*. ut *induere* virtutes & vitia pro *inbuere*, & ſim. paſſim enim haec locutio a librariis vitiata fuit, ſed a viris doctis reſtituta. Tacit. XV. Ann. 45. *animum bonis artibus non induerat.* quod recte vindicat Lipſius, licet antea *inbuerat* correxiſſet. apud Arnob. Lib. III. pag. 116. in vet. cod. Regio ſimiliter legitur: *Quisquamne eſt hominum rationis alicujus primordiis indutus, qui divinitatis conſtantiam tam foedis polluat aut contaminet moribus.* ubi vulgo etiam *imbutus* editur. Livius Lib. III. cap. 33. *adeo novum ſibi ingenium induerat*, & ſic ἐπιειμένος Homero. ut Iliad. A. 149. H. 164. Θ. 262. & apud Lucam cap. ult. Euang. v. 49. ἐνδύσησθε δύναμιν. vide notas Heinſii ad Claudian. II. Conſ. Stil. 121. & Patrui ad Petron. cap. 4. Drakenb. ad Silium Lib. I. 38. Miſcell. Obſerv. Vol. VI. Tom. III. p. 556. & Arntzen. ad. Plin. Paneg. cap. 81.

15. *Quis metus hic legum*] vide notas ad Petron. cap. XIV.

Quid faciant leges, *ubi ſola Pecunia regnat.*
Aut ubi paupertas vincere nulla poteſt.

16. *Creſcenti nummo*] vid. Goldaſt. ad Columban. p. 82.

17. *patrumque cruorem Fundier*] *fratrumque* cod. Voſſ. pro *Fundier*, ut & cod. Scalig. habet, melius Pithoeus in notis corrigebat, *Fundere*, & *affectus.*

21.

Digitized by Google

Divitis eſt ſemper fragiles male quaerere gazas.
  Nulla huic in lucro cura pudoris erit.
Iſtud templorum damno exitioque requirit.
  Hoc coelo jubeas ut petat, inde petet.
Mirum ni pulchras artes Romana juventus
  Diſcat, & egregio ſudet in eloquio:
Ut poſt juriſonae famoſa ſtipendia linguae,
  Barbaricae ingeniis anteferantur opes.
Atqui ſunt, quos propter honeſtum rumpere foedus
  Audeat inlicite pallida avaritia.
Romani ſermonis egens, ridendaque verba
  Frangit ad horrificos turbida lingua ſonos.
Sed tamen ex vultu adpetitur ſpes grata nepotum.
  Saltem iſtud noſtri forſan honoris habent.

Am-

21. *exitioque requirit*] *excidioque* Voſſii codex. recte.

22. *Hoc coelo jubeas ut petat, inde petet.*] Petronius Arbiter: *Ne quis dubitet pecuniam concupiſcere. Jovem quoque peculio exorat.* LINDENBR. eſt imitatio Juvenalis Sat. III. 78.

Graeculus eſuriens in coelum, juſſeris, ibit.

23. *Mirum ni pulchras artes* &c.] Significaverit fortaſſe locus hic, Sulpicium hunc Lupercum hominem fuiſſe Romanum, & artis oratoriae, jurisve prudentiae profeſſorem. Eſt autem εἰρώνεια. hoc enim vult dicere, non eſſe mirum, ſi juventus Romana bonas artes & diſciplinas negligat, quando cum iis eſuriat. VINETUS ad Auſon. pag. 595.

Ib. *Mirum ni*] vide Bentlej. ad Horat. Lib. II. Serm. I. 55.

Ib. *pulchras artes Romana juventus Diſcat*] deſumtum ex Ovidio Lib. I. A. A. 459.

Diſce bonas artes, moneo, Romana juventus,
  Non tantum, trepidos ut tueare reos.

25. *Ut poſt juriſonae famoſa ſtipendia linguae*] inferioris aevi, & metri negligentem poëtam indicat hic verſus, prima ſyllaba in voce *ſtipendia* perperam correpta. idque exemplo Sidonii Apollinaris feciſſe Sulpicium hunc Servaſtum, ſive illius Sidonium, obſervat Barthius Lib. XLIX. Adverſ. 18. ſic ſaepe etiam in hac voce peccavit Guilielmus Brito, ut ex Barthiano ad illum Indice patet. & in idem vitium recentioris ſeculi poëtae inpegerunt. ut Codrus Urceus in carmine de Bononia Lib. II. Sylvar. fol. 123. b.

An majora tuam fortaſſe ſtipendia mentem
  Impellunt meritis contribuenda tuis.

aliorum exempla vide apud Broukhuſ. in Querela ad Public. pag. 34. & 35. non tamen ſollicitandam eſſe vulgatam lectionem jubet Euſt. Swarthius Lib. III. Analect. cap. XI. ubi totum hoc Epigramma recenſet. Ceteroquin tollere hanc maculam liceret, ſi cum Heinſio emendetur:

Ut poſt jurgiſonae clamoſa impendia linguae &c.

ex quo adparet, *famoſa* etiam offendiſſe Heinſium. pro quo poſſis etiam *lucroſa*, vel, *lucroſae clamoſa inpendia linguae*, & de rabulis forenſibus, ſed lucripetis, intellige, ut ſuadet ſequens verſus. certe *juriſonae*, pro jura & leges ſonantis, novum verbum eſſe notavit Vinetus. *jurgia fori*, & *latrare verba canina* in foro, apud poëtas de his ſunt frequentia. vide Grotium ad Martian. Capel. pag ult. notas ad Ovidii Ibin v. 14. & illuſtrabunt haec, quae de lucroſa horum Harpyiarum & clamoſa ſimul lingua ſcribit Douza in Praecidan. ad Tibull. cap. XIX. & Patruus meus ad Petron. cap. 46.

27. *Atqui ſunt*] lege cum Heinſio, *Atque hi ſunt*. quod certe praeferendum emendationi Euſt. Swarthii, qui in Analectis legebat, *Ad quaeſtum quas propter* (*opes* nempe) *honeſtum rumpere foedus* &c. verſu ſibilante & elumbi.

29. *Romani ſermonis egens*] *egent* ex v. c. edidit Vinetus, & exponit, Latinum ſuum ſermonem in barbaricum commutarunt. ſed *egens* cum *lingua* jungi poteſt.

30. *Frangit ad horrificos*] *Frangit & horrificos* idem Heinſius, quem de *fracta lingua* vide in notis ad Claudian. I. in Eutrop. 262.

31. *ex vultu*] *exultu* cod. Voſſ. & Scalig. ſed qui in marg. *ex vultu*. & *ſaltim* ſeq. verſ. in utroque cod. Lege cum Cel. Oudendorpio, *ex cultu*. Vinetus conjiciebat *ex alta*, ex vitioſa codicis, unde edidit, ſcriptura *exulta*. *petitur* Francius.

Ambuſti torris ſpecies, exeſaque ſeclo
  Abduntur priſcis corpora de tumulis.
Perplexi crines, frons inproba; tempora preſſa,
  Extantes mala deficiente genae.
Simataeque jacent pando ſinuamine nares.
  Territat os nudum, caeſaque labra tument.
Defoſſum in ventrem propulſo pondere tergum
  Frangitur, & vacuo crure tument genua.

Diſ-

33. *Ambuſti torris ſpecies, exeſaque ſeclo*
Abduntur priſcis corpora de tumulis] Locus obſcurus & corruptus. *corpora exeſa ſeclo* illuſtrat Heinſius Adverſariis ad Tibullum pag. 461. ed. Broukh. ubi ita profert, ut Pithoeus edidit. pro *Abduntur* ex v. c. in margine Scaligeranae Lugdunenſis & Pithoei Pariſinae editionis legitur *Abtuntur.* quomodo & in cod. Scalig. *aptantur* in v. c. Voſſiano, ut edidit Vinetus. hinc Heinſius *Raptantur*, quia in iſto v. c. Longobardicis literis exarato *u* & *a* nihil differebant. vel *Raduntur.* id veroſimilius certe, quam quod Barthius Lib. III. Ablegm. Crit. cap. 3. & Lib. XVII. Adv. 3. hariolabatur:
Abdunt ut priſcis corpora ſe tumulis.
aliter in Lib. XXIII. Adv. cap. 17. ubi legit:
Larvantur priſcis corpora de tumulis.
quomodo etiam Swarthius in Analectis. *Larvant ut priſcis* Barthius profert in notis ad Gallum Confeſſ. cap. IX. pag. 79. cujus locus lucem huic adfert: *Facti eſtis quaſi torris de incendio raptus* &c. Idem denique Barthius, faſſus ſe alibi hos verſus conjectationibus vexaſſe, in Lib. XLIX. Adverſ. cap. 18. tentat hoc modo:
Ambuſti torris ſpecies, exeſaque ſecla,
Abduntur: priſcis corpora deni tumulis.
ſed omnia, ut puto, infeliciter.

36. *Extantes mala deficiente genae*] In codice Scaligeri & Voſſiano, *Extantes malae deficiente genae.* ut edidit Vinetus, & legendum monuit Cel. Oudend. ad Suet. Aug. 99. Sed Scaliger ita corrigebat, ut apud Pithoeum legitur. vid. Heinſ. Tom. V. Syllog. Epiſt. pag. 370. forte *Tabentes genae.* ut apud Virg. XII. Aen. 221.
Tabenteſque genae, & juvenali in corpore pallor.
v. Heinſ. Lib. II. Adverſ. cap. 2. p. 221. poſſis &,
Pendentes mala deficiente genae.
ut apud Juvenalem Sat. X. 193.
Pendenteſque genas, & tales adſpice rugas.
ubi Heinſius optime legebat, *& aniles adſpice rugas.* eleganter *pendere* dicuntur, quae flaccida languent ac deficiunt. Ovid. VIII. Met. 805. de Fame:
Ventris erat pro ventre locus, pendere putares Pectus.
& Lib. XV. 231. *fluidos pendere lacertos.* Plinius Lib. III. Epiſt. 6. *pendent lacerti, papillae jacent.* aliis *fracta* & *jacentia* dicuntur, ut contra *ſtare*, *turgere*, & *ſurgere.* vid. Gronov. Lib. IV. Obſerv. 22. pag. 347. & Gevart. Lect. Papin. pag. 134. & 135. *lapſas genas* dixit Apulejus in loco, quem emendat Cl. Lennep. ad Coluthum p. 147.

37. *Simataeque jacent pando ſinuamine nares*] *Simanoſque* Voſſian. *Simanturque* cod. Scalig. *Simanteſque* Scriverius. unde Heinſius conjiciebat, *Simae intuſque.* adſcripto Statii loco, *latet intus abactis Ferrea lux oculis.* cui adde illud ex Lib. XI. Th. 585.
——— *procul ora, genaeque*
Intus, & effoſſae ſqualens veſtigia lucis.
& ſic edidit Vinetus. Sed recte in vulgatis eſſe *Simatae nares*, patebit ex ejuſdem Heinſii notis ad Ovid. III. Faſt. 754. Patrui mei ad Lib. III. Met. 674. & Steph. Stephanii ad Saxon. Gramm. pag. 67. ita *ſimas nares* viri docti reſtituerunt Nemeſiano Ecl. III. 34. & *reſimas nares* Ovidio XIV. Met. 95. ubi egregie de hoc verbo agens Heinſius inter alia adfert illum Lucilii verſum,
Simavit taxim at nares Delphinus ut olim.
& ſic *ſimam narem* cum *labris turgidis*, ut mox, *caeſaque labra tument*, jungit Martialis Lib. VI. Ep. 39. verbo *ſimare* etiam bis uſus eſt Vitruvius Lib. IV. cap. 1. & 2. ut ex MS. Franequerano pro *ſintare* bene emendat Cel. Weſſelingius Lib. II. Obſerv. cap. 13. quod a duobus vetuſtiſſimis Voſſianis codd. illic confirmari indicavit Cel. Oudendorpius.

38. *caeſaque labra tument*] *caeſa labra* inciſa explicat Barthius XVII. Adv. 3. Heinſius *fiſſa* vel *ſciſſa.* ut apud Auctorem Moreti v. 36.
Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebant.
caſſaque conjecerat aliquando Tollius, ſed vulgatam dein probabat ex Tibullo Lib. I. El. XI. 37.
Illic pereiſiſque genis, uſtoque capillo,
Errat ad obſcuros pallida turba lacus.
ubi *exeſiſque* nunc ex Heinſii emendatione ſubſtituit Broukhuſius.

40. *vacuo crure tument genua*] vid. Heinſ. ad Ovid. VIII. Met. 807. qui in uno exemplari legebat *vario crure.* an forte *varo.* pro incurvo. ut *varus diſtortis cruribus* apud Horat. I. Sat. 3. 46 & *vara cornua.* de quibus Heinſ. ad Ovid. I. Am. 3. 24. *varicum* vero & *varum* male nonnulli idem faciunt. ſed vide eumdem ad Lib. III. Artis v. 304. *ingentes varica ferique gradus.*

41.

Digitized by Google

Diſcolor in manibus ſpecies, ac turpius illud,
Quod cutis obſcure pallet in invidiam.

EP. LXXV. *De Ratione Tabulae. Verſus ſenis verbis & literis.*

XII. SCHOLASTICORUM POËTARUM.

PALLADIUS. I.

Sperne lucrum: verſat mentes veſana libido.

ASCLEPIADIUS. II.

Fraude carete graves: ignari cedite doctis.

EUSTHENIUS. III.

Luſuri nummos, animos quoque ponere debent.

POMPEJANUS. IV.

Iraſci victos minime placet, optime frater.

MAXIMIANUS. V.

Ludite ſecuri, quibus aes eſt ſemper in arca.

VITALIS. VI.

Si quis habens nummos venies, exibis inanis.

BA-

41. *Diſcolor in manibus ſpecies*] *Decolor* praeferebat Heinſius, ut hae voces paſſim commutantur. vid. ad Ovid. Epiſt. x. v. 4. IV. Met. 21. & ad Virg. VIII. Aen. 326. vel *Calloſa in manibus ſpecies.* aut *Decolor in manibus macies. ſpecies* deeſt in cod. Scalig. ſeq. verſ. *obſcurae* in cod. Voſſ. forte etiam legendum, *at turpius illud.*

EP. LXXV. *De Ratione Tabulae. Verſus ſenis verbis & literis*] ſic edidit Pithoeus in fine Lib. I. Epigr. Vet. & Scaliger in Catalect. pag. 171. ſupplendum ex codice S. Galli, cum quo contulit Heinſius, DE RATIONE TABULAE SINGULI VERSUS SENIS VERBIS ET LITERIS. idem in veteri codice Thuaneo hanc Epigraphen invenit, *Monoſtica ſcripta ſunt a duodecim ſapientibus. ideſt Palladii, Aſclepiadii, Euſtenii, Pompeiani, Maximini, Vitalis, Baſilii, Aſmenii, Vomani, Euforbii, Juliani, Hilaſii de diverſis rebus, inprimis ſinguli verſus ſenis verbis & literis de ratione tabulae.* DE LUDO inſcribit editio Catalector. Vicentina 1479. Veneta 1480. Brixienſis 1485. aliaeque vetuſtiores, in quibus perpetua ſerie juncti ſequuntur hi verſus, tamquam unum Epigramma eſſent. ſed in binis ultimis male v. 1. *Sperne ludum.* DE LUCRO titulus eſt in prima Scaligeri editione Rovilliana Lugdunenſi pag. 176. Aldus eumque ſecutus Pulmannus ſine ullis auctorum nominibus edidit, & DE LUDO etiam inſcripſit.

1. *verſat mentes veſana libido*] Ita edidit Pithoeus. *vexat* in ed. Vicentina, Brixienſi, Aldinis, & Scaligerana ſecunda. *verſat* in Veneta, quod a Petaviano & Voſſiano codice firmatur. & ſic in v. c. legi notavit Scalig. in margine edit. primae. *inſana cupido* etiam in Aldinis editionibus. *inſana* in cod. S. Galli, Petavii & Voſſii. *cupido* in Voſſiano.

2. *ignari cedite doctis*] ſic in Petav. & Voſſ. cod. & ed. Ald. & Pith. ut ex v. c. in marg. ed. primae Scalig. *credite* in Vicentina, Veneta, Brixienſi, Scalig. ed. Rapheleng. & ſic ex MS. cod. Barthius Lib. XXXII. Adverſ. cap. 19. ſed male. non enim ſeptem literarum verbum hic locum habere debet.

POMPEJANUS] POMPELIANUS Petav. & Thuan. quomodo & alibi hoc nomen variatur in codd. MSS. ubi XII. horum Scholaſticorum Epigrammata in his Catalectis occurrunt.

4. *Iraſci victos minime placet*] vitioſe in cod. chartaceo Voſſii, ed. Veneta, & Brixienſi, *Iraſci nemini victos placet.* pro *minime.* Scaliger in ora editionis Lugdunenſis notavit vulgo legi,

Pone malas, quoties ludendo vinceris, iras.

ſic enim edidit Aldus. ſed alterum reſpondet artificio horum verſuum ex verbis & literis ſenis conſtantium.

MAXIMIANUS] MAXIMINUS Thuan. & Petav.

5. *Ludite ſecuri*] *ſecure* Vicent. Venet. Brix. & Aldinae edd. male. infra in Epigr. 79. de Tabula,

——— *ſecurus ludat amator,*
Nummos quisquis habet.

6. *Si quis habens nummos venies, exibis inanis*] ita ed. Pithoei. *veniens* Petav, *venies* etiam in Thuan.

BASILIUS. VII.

Luſori cupido ſemper gravis exitus inſtat.

ASMENUS. VIII.

Sancta probis pax eſt: iraſci deſine victus.

VOMANUS. IX.

Nullus ubique poteſt felici ludere dextra.

EUPHORBUS. X.

Irrito Furias, ego ſum tribus addita quarta.

JULIANUS. XI.

Flecte truces animos, ut vere ludere poſſis.

HILASIUS. XII.

Ponite mature bellum, precor, iraque ceſſet.

Ep.

Thuan. Voſſ. & S. Galli codice. in Vicentina, Veneta, Brixienſi, & Aldinis edd. legitur,

Si quis habet mumos veniens, exibit inanis.

& ſic edidit Scaliger. ſed praetuli lectionem Pithoei, quia illa ſingulis verbis ſenas habet literas, quae hic requiruntur. *Si quis* jungendum, ac ſi una vox eſſet. ita enim monoſyllaba in his verſibus voci proximae connectuntur. ut *aes eſt*, & *in arca* v. 5. *pax eſt* v. 8. *ego ſum* v. 10. & *ut vere* v. 11.

ASMENUS] ASMENIUS in Petav. & Thuan. & EUFORBIUS in ſeq. monoſticho.

10. *Irrito Furias*] *Inicio* cod. Thuan. & alii. & ed. Pith. Paris. *Inito furicis* cod. Voſſ. *Initio* Petav. & ed. Pith. Genev. *Inito Furias* edidit Scaliger, qui in ora ed. primae Lugdun. legit *Irrito Furias*. ut conjecerat Francius, vel *Invito*. in cod. Voſſii papyraceo, Vicentina, Veneta, Brixienſi, & Aldinis editionibus legitur,

Initio Furiis ego ſum tribus addita quarta.

mihi vel *Irrito* placet, quod cum *Invito* & alibi mutatur. ut in Sententiis vel Mimis Laberii ac P. Syri,

Veterem ferendo injuriam irritas novam.

ubi *invitas* edidit Pithoeus. ſed *irritas* legendum cum Heinſio, quem & vide ad Claudian. II. in Eutr. 329. Albinovanus Epicedio Druſi, v. 375.

Regna Deae inmitis parce irritare querendo.

Quod autem Scaliger edidit *Inito Furias*, ſenſui & metro obſtat, neque ſex literarum verbum eſt: non enim *inire Furias* ſignificare poteſt, numerum Furiarum inire. Exiſtimo locum hunc vitiatum eſſe per commune illud corruptelae genus, quod plurimos veterum auctorum locos paſſim foedavit, nempe litera initiali vel perperam poſita, vel penitus neglecta, quia in codicibus MSS. remota nonnihil a voce ipſa ſcribebatur. qualia exempla innumeri ſaepe notarunt, & Withof. in Specim. Gunther. cap. 2. Itaque literam initialem hic quoque excidiſſe opinor, & ex corrupta lectione *Inito Furias*, ut edidit Scaliger, & adhibita ſimul diſtinctione forte caſtigandum,

Finito: Furiis ego ſum tribus addita quarta.

ut Tabula moneat luſores, fortunam ludendo non tentandam aut irritandam eſſe, etiamſi victi fuerint, ſed finire poſſe meminerint, ne jacturae dolor in furias ſe vertat. quod optime cohaerebit cum praecedentibus,

——— *iraſci deſine victus:*
Nullus ubique poteſt felici ludere dextra.

& cum ultimo monoſticho,

Ponite mature bellum, precor, iraque ceſſet.

id certe melius puto, quam *Incieo Furias*, vel *Incilo*, quod Barthio placebat Lib. III. Ablegm. Crit. cap. 9. & Lib. XVII. Adverſ. cap. 3. aut denique *Injicio Furias*, ut conjecerat manus docta in margine edit. Pith.

11. *Flecte truces animos*] *Plecte* editio Pithoei, & inter antiquiores Vicentina, Veneta, Brixienſis, & Aldinae, cum codice Voſſii chartaceo. *plecto* cod. Thuan. ſed recte Heinſius in ora ed. Pith. correxerat, *Flecte truces animos*. ut Scaliger in utraque editione, licet in marg. ed. Rovill. notaverit in v. c. legi *Plecte*. Ovid. Epiſt. IV. 165. *Flecte feros animos*. & ſic legendum monuit Heinſ. ad Lib. II. Met. 482. itaque ſic edidi. *Vince animos* eidem Naſoni Epiſt. III. 85.

Vince animos iraſque tuas, qui cetera vincis.

Ep.

EP. LXXVI. *De Tabula.*

Diſcolor ancipiti ſub jactu calculus adſtat,
  Decertantque ſimul candidus atque rubens.
Qui quamvis parili ſcriptorum tramite currant,
  Is capiat palmam, quem bona fata juvant.

EP. LXXVII. *Item. de Tabula.*

In parte alveoli pyrgus velut urna reſedit,

Qui

EP. LXXVI. *Diſcolor ancipiti ſub jactu calculus adſtat*] Exſtat apud Pithoeum Lib. IV. pag. 160. produxitque Salmaſius ad Hiſt. Aug. pag. 463. ed. Pariſ. in codice autem ejus vetuſtiſſimo legitur,

Diſcolor ancipitis ſub jactu caucułus aſtat.

ſic in Epigr. ſeq. idem Salmaſianus & Leidenſis codex,

Sub quarum jactu diſcordans caucułus exit.

veteres enim *cauculum* ſcripſerunt pro *calculus*. de quo vide ſupra ad Lib. II. Ep. 268. *Diſcolor calculus*, quia diverſis diſtinguebatur coloribus. ut apud Ovid. II. Triſt. 477.

Diſcolor ut recto graſſetur limite miles,
  Cum medius gemino calculus hoſte perit.

ejusque imitatione Martialis Lib. XIV. Ep. 17.

Hac mihi biſſeno numeratur teſſera puncto,
  Calculus hac gemino diſcolor hoſte perit.

ut recte legit Gronov. de Pec. Vet. p. 235. & in Epigrammate veteri de Ebore,

Diſcolor & tabulae calculus inde datur.

vide Meurſ. de Ludis Graecor. in Πεττεία p. 52. & Gonſal. ad Petron. cap. XXXIII. qui tamen perperam de calculis his luſoriis interpretabatur illud Petronii ejusdem cap. 80.

Calculus in tabula mobile ducit opus.

recte refutatus Gronovio Lib. III. de Pec. Vet. pag. 237.

2. *Decertantque ſimul candidus atque rubens*] ſic legendum juſſit Salmaſ. ad Hiſt. Aug. pag. 468. & 471. quod admiſi, quia in codice ejus ſcribebatur *robens*. deerat hoc Epigramma cod. Leidenſi. vitioſe autem Pithoeus edidit *candidus atque* *prevus*. ibidem Salmaſius teſtatur, ſe aliquando legiſſe *candidus atque reus*. & *reum* pro nigro accipiebat. *candidus ac rubeus*, vel *robens*, id eſt *rubens*, Scriverius. Heinſius vero margini ed. Pith. adſcripſerat, *candidus atque niger*. quod firmari poſſet ex auctore Panegyrici ad Piſon. v. 180.

Callidiore modo tabula variatur aperta
Calculus, & vitreo peraguntur milite bella,
Ut niveus nigros, nunc & niger alliget albos.

3. *Qui quamvis parili ſcriptorum tramite currant*] male in ſchedis Salmaſianis *parilis ſcriptorum tramite currat*. mendo operarum *tramine* in ed. Pithoei. *tramitem ſcriptorum* recte Salmaſ. ad Hiſt. Aug. pag. 463. exponit ſcripta illa, ſive lineas, per quas currebant calculi. quem autem *tramitem* appellat epigrammatarius, *iter* Petronius dixit, *vias* Iſidorus. ut docuit Gronovius Lib. III. de Pec. Vet. cap. 15. pag. 234. ubi ultimum epigrammatis hujus verſum ſic legendum exiſtimat,

Is capiet palmam, quem bene jacta juvant.

optime, ni fallor. *His capiet* in ſched. Salmaſ.

EP. LXXVII. *In parte alveoli pyrgus velut urna reſedit*] Ineditum hoc primus ex veteri libro Joh. Lacurnaei protulit Salmaſius ad Hiſt. Aug. pag. 464. & ex eo Colomeſ. ad Quinctilian. Lib. XI. inſt. cap. 2. p. 992. Inveni id etiam in ſchedis Salmaſianis ac Divionenſibus, & cod. Leidenſi. In duo Epigrammata dividendum, & ſecundum ab illo verſu *Compoſita eſt tabulae* &c. incipiendum eſſe putabat Scriverius, probante Sauterio in Palamede ſive de Alea cap. XV. pag. 40. qui protulit ex apographo Scriveriano. valde antiquum eſſe hoc Epigramma dubitat Ficoroni in Diſſert. Ital. de Talia Luſor. Vet. Rom. pag. 117. qui quintum & ſextum diſtichon non adfert. *alveolus* hic vocatur tabula *aleatoria*, qui *alveus* Suetonio Claud. 33. & *forus aleatorius*, in Aug. cap. LXXI. ubi vide notas. nam perperam *forum aleatorium*, neutro genere, de loco, ubi alea & teſſeris ludebatur, exponit illic Caſaubonus, & ad Theophraſt. Charact. pag. 262. *alveus luſorius* dicitur Plinio Lib. XXXVII. cap. 2. Scholiaſtes Juvenal. ad Sat. VII. 73. *Alveolus eſt tabula calculatoria, luſoria.* ubi forte legendum, *Alveolus eſt tabula aleatoria.* nam ſic Feſtus & Gloſſae MSS. Petri Danielis, *Alveolum, tabula aleatoria.* niſi tabula *calculatoria* dicta ſit a calculis luſoriis. vide ad Epigr. praec. init. & de alveolo Juret. ad Symmach. Lib. V. Epiſt. 68. p. 168. & Graev. ad Cic. pro Arch. cap. 6. pag. 305. *pyrgus* autem erat turricula in media parte vel latere alveoli, variis gradibus intus excelſus, in quem fritillo emittebantur teſſerae ſeu tali. vide Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 469. Lambin. ad

Qui vomit internis teſſerulas gradibus.
Sub quarum jactu diſcordans calculus exit,
Certantesque fovet ſors variata duos.
Hic proprium faciunt ars & fortuna periclum,
Haec cavet adverſis caſibus, illa favet.
Conpoſita eſt tabulae nunc talis formula belli,
Cujus miſſa facit teſſera principium.
Ludentes vario tum exercent praelia fato,
Ruſſeus an nitidus praemia ſorte ferat.
Paſcitur a multis avide damnoſa voluptas,
Ne foedet gliſcens otia ſegnities.

Hoc

Horat. Lib. II. Sat. 7. 17. Valeſ. ad Harpocr. Lex. pag. 79. & P. Lambec. In Append. Biblioth. Caeſ. ad Lib. IV. pag. 301. Ludum hunc deſcribit Ovid. II. Triſt. 475. ſed loco obſcuro & corrupto, cum his tamen Epigrammatibus conferendo:

Teſſera quot numeros habeat: diſtante vocato
Mittere quo debeat, quo dare miſſa modo.
Diſcolor ut recto graſſetur limite miles,
Cum medius gemino calculus hoſte perit.
Ut mage velle ſequi ſciat, & revocare priorem;
Ne tuto fugiens incomitatus eat.
Parva ſedet ternis inſtructa tabella lapillis:
In qua viciſſe eſt, continuaſſe ſuos.

ubi amplector Patrui conjecturam *pyrgoque rotato Mittere quo deceat* &c. vel cum Cel. Oudendorpio *rotatam.* teſſeram nempe. Sed de pyrgo & ratione ludi hujus plura lucem huic Epigrammati ſuppeditantia dedit Cel. Dorville in Vanno Critica pag. 257. 258 & ſeq.

2. *Qui vomit internis teſſerulas gradibus*] ſic Divionenſ. ſchedae, & cod. Leid. nec aliter produxit Salmaſ. ad Hiſt. Aug. *literulas* tamen in ejus ſchedis, niſi manus Heinſii aberraverit. male etiam *alternis* apud Ficoronium. & v. ſeq. *ſub quorum. internos gradus* vocat, qui *interior pars*, ſeu κλίμαξ κινδομένη dicitur Agathiae noto Epigrammate de hoc luſu. quia pyrgus velut urna in parte alveoli reſidebat, crebris intus gradibus interciſus, per quos ſubſultantes teſſerae in tabulam ſeu alvei fundum effundebantur. ut Salmaſius aliique docuerunt. vid. Dorvill. Vann. Crit. p. 258. & 262. certe neque in Salmaſ. ac Divionenſibus ſchedis aut Leidenſi codice *alternis* legitur. ſequenti verſu ex apographo Scriveriano adfert Sauterius,

Sub quarum jactu concurrit ruſſeus albo.

quod a verſu decimo firmatur. ſed in ſeq. Epigr. v. 3. denuo occurrit.

5. *Hic proprium faciunt ars & fortuna periclum*] ita Divion. *Hinc proprium* apud Ficoron. ſed in ſchedis Salmaſ.

Hic proprium faciunt & furtiva periclum.

verum *ars* in marg. a m. rec. & in cod. Leid. *furtiva* autem ſcriptum eſt pro *furtuna*, ut in Leid. cod. id eſt *fortuna.* ut vera lectio eſt. ſed praefero ſcripturam, quam ex apographo Scriveriano adfert Sauterius,

Ambiguum faciunt ars & fortuna periclum.

fortuna autem ſpectat ad teſſerarum jactum, *ars* vero ad calculorum diſpoſitionem. quod prolato Terentii loco ex Adelph. Act. IV. Sc. ult. egregie illuſtrat Salmaſ. p. 464. & Gronov. de Pec. Vet. p. 234.

6. *Haec cavet adverſis caſibus, illa favet*] vitioſe in ſchedis Salmaſ. & cod. Leid. *Haec abet adverſus.* ſed in Divionenſ. ita ut edidit Salmaſ.

7. *Conpoſita eſt tabulae nunc talis formula belli*] *nunc malis formola bellis* Salm. ſched. & corruptius in cod. Leid. *nunc malis formo labellis.* editam lectionem firmat codex Divionenſis.

9. *Ludentes vario tum exercent praelia fato*] ſic edidit Salmaſ. p. 464. ſed aliter profert pag. 371.

Ludentum vario exercentur praelia fato.

quod firmari poſſet non diſſimili loco Gellii Lib. XIV. cap. I. *cur tandem non de alea quoque, ac de calculis & alveolo audent dicere, quinam ibi ludentium vincat.* ſic *fata ludentum* Epigr. ſeq. v. 6. Sed in Schedis Salmaſ. Divionenſ. ac Leid. codice habetur,

Ludentes vario exercent praelia talo.

hiatu relicto, quales Horatio, Statio, & Juvenali ex codicibus vetuſtis adſeruit Heinſ. ad Claud. 2. Conſ. Stilic. 167. & Virgilio paſſim. *varium talum* intellige, ut *diſcolor calculus* Epigr. praec. init. certe *tum* in nullo cod. MS. hic legitur, quod Inſeruit Salmaſ. vel ex *Ludentum* promanavit. Ceteroquin poſſis etiam cum Cel. Oudendorpio verbis tranſpoſitis legere, *Exercent vario ludentes praelia fato.* ſeq. verſu Sauterius corrigit, *praemia ſorte ferat.* ſed alterum ex v. 4. firmatur.

11. *Paſcitur a multis avide damnoſa voluptas*] ita edidit Salmaſ. quod a cod. Divion. firmatur. Sed in ſchedis Salmaſ. & cod. Leid. *avida*, unde forte le-

Hoc opus inventor nimium Palamedes amavit,
Et parili excellens Mucius ingenio.

EP. LXXVIII. *Aliud. de Tabula.*

Indica materies blandum certamen amicis
Offert ſe, belli fert ſimulacra tamen.
Namque acie aequali concurrit ruſſeus albo;
Ut gravibus damnis ſe domet alteruter.
Contorquet varios alternans teſſera miſſus,
Fataque ludentum collis & ima probant.
Pax & pugna ſimul ludo junguntur in unum,
Cum victi ſpoliis victor amicus ovat.

EP.

legendum *avida at damnoſa voluptas.* eleganter *damnoſa voluptas*, ut Martiali Lib. XIV. Ep. 18.

Alea parva nuces, & non damnoſa videtur.

ſic *Veneris damnoſa voluptas* Ovidio I. ex P. 10. 33. & *damnoſi canes*, infelix talorum in hoc ludo jactus, eidem Lib. II. Triſt. 474.

Quid valeant tali; quo poſſis plurima jactu
Fingere; damnoſos effugiaſve canes.

ubi vid. Cloſan. hinc de Clitophonte nequam filio Chremes apud Terent. Heaut. V. 4. 11. *ſi ſcire vis, ego dicam; gerro, iners, fraus, helluo, Ganeo, damnoſus.*

13. *Hoc opus inventor nimium Palamedes amavit*] *nimie* in ſchedis Salm. & Divion. *nimiae* Leid. & v. ult. *Mugius.* male alii ſcribunt *Mutius.* ſed *Mucius* Scaevola ſemper ſcribendum. vid. ad Lib. II. Ep. 21. hoc verſu Salmaſius illuſtravit locum Quinctiliani, qui eſt ex Lib. XI. Inſt. cap. 2. ubi tradit Scaevolam *luſum duodecim ſcriptorum* amaſſe. ut optime reſtituerunt viri docti pro *ſcruporum. ſcriptorum duodecim luſum* vocat luſum tabulae, in qua XII. lineae ſeu puncta, in quibus calculi ponebantur. γράμματα Graecis. ſic *ſcripta* vocat auctor praeced. Epigr.

Qui quamvis parili ſcriptorum tramite currat.

& hoc docent Tabularum Schemata, quae Salmaſius exhibet ad Hiſt. Aug. p. 466. & 467. ubi egregie explicuit & emendavit Inſcriptionem tabulae luſoriae apud Gruter. pag. MXLIX. licet eum infeliciſſime rem egiſſe criminetur Pauwius de Alea veter. p. 187. & 188. & aliter emendet Ficoroni pag. 101. & 102. ſed de quo hic non agimus. ex illa vero perſpici poteſt forma & ratio ludi hujus apud antiquos. ſed qua longe elegantiorem Tabulae veteris *duodecim ſcriptorum*, & hodiernae, in ſchedulam exemplari ſuo inſertam conjecerat Janus Vlitius, ſequens mentem Salmaſii, ita ut ille deſcripſit ibidem p. 468.

EP. LXXVIII. *Indica materies* &c.] Iiſdem Salmaſianis ac Divionenſibus ſchedis debetur. primum diſtichon profert Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 463. ſecundum ibidem pag. 471. & tertium p. 470. ex Scriveriano etiam apographo edidit Sauterius in Palamede cap. XV. p. 41. lectionibus a Salmaſiano codice diverſis. ut initio forte melius, *blandum certamen amicis Offert, ſed belli* &c.

6. *Fataque ludentum collis & ima probant*] Ita in apographo Scriveriano apud Sauterium, & in ſchedis Salmaſii, qui ſic in veteri ſuo exemplari eſſe monuit ad Hiſt. Aug. p. 470. ſed emendat, *colus & urna probant.* ut clare legitur in codice Divionenſi. alterum tamen non temere mutandum cenſet Salmaſius, ac per *collem* pyrgum intelligit. & per *ima*, quae aliter *imum fundum* vocant epigrammatarii de tabula agentes. ut infra in Centone de Alea:

Oſſa minutatim fundo volvuntur in imo.

& mox Epigr. ſequenti,

ſimiles mittuntur ſemper in imo.

& hanc veram eſſe explicationem, rejecta priori Salmaſii emendatione, cenſet Pauw de Alea Veter. p. 88. *colus* autem erat ἠθμὸς, *infundibulum*, vel κημὸς, per quem in pyrgum mittebantur teſſerae. vid. Salmaſ. ibid. & Dorvill. Crit. Vann. p. 259. ex quo patebit etiam φιμὸν dici. ut in loco Horatii ex Lib. II. Sat. 7. 17. pro *Mitteret in pyrgum talos*, in MSS. reperit Lambinus *Mitteret in fimum*, vel *phimum*, ubi erudite de eo agit. & ſic illic vetus Scholiaſtes, Crucquius ex MSS. & Canterus Lib. VII. Nov. Lect. 8. quem vide. idque in vetuſtiſſimo Leidenſi codice invenit N. Heinſius, & in textum admiſit Bentlejus. *pyrgum* enim vocem recentiorem, & a Polluce inter inſtrumenta aleatoria non numeratam, ac proinde *phimum* in Horatio praeferendum, notat Pauw de Alea Veter. p. 183.

8. *Cum victi ſpoliis*] ita correxi, jubentibus ſchedis Divionenſibus, quomodo Heinſius etiam in margine ſchedar. Salmaſianarum, in quibus *Convicti ſpoliis.* in Leid. cod. *Convictis poliis.* praecedenti verſu *ludo junguntur in uno* ex apograpo Scriveriano profert Sauterius.

EP.

Digitized by Google

EP. LXXIX. *Aliud. de Tabula.*

Has acies bello ſimiles cano, quas Palamedes
Conſtituit caſu vario, paribusque periclis,
Inſcius hac ſollers ſiſtentes namque ſuperbis
Vana ſupervacue creſcunt mendacia buxis
Et ſe ſollertes punctis ſabentibus inſtant.
En proceres Fridas ſectae laurusque magiſter
Hac * ſiduit ſimiles mittuntur ſemper in imo.
Adque deus dedit ſe praefert inſcius artis
Quid labor ingeniumque juvat; cur pallidus exſtat?
Atque iners dubitat? ſecurus ludat amator,
Nummos quisquis habet: diſcedat lividus hoſpes,
Sed doctum jactans, quod ſi reppertor adeſſet,
Princeps hac ſollers victum ſe ſaepe vocaſſet:
Adverſis punctis doctum ſe nemo fatetur,
Vulnera plus creſcunt punctis, quam bella ſagittis.

EP. LXXX. *De Tabula Picta.*

Hunc quem nigra gerens tabella vultu
Clarum linea quae more * vis notavit,
Mox pictor varios domans colores,
Callenti nimium peritus arte,
Formavit ſimilem, probante vero,
Ludentem propriis fidem figuris.
Ut quoscumque manu repingat artus,
Credas corporeos habere ſenſus.

LXXXI.

EP. LXXIX. *Has acies bello ſimiles cano* &c.] in ſchedis Salmaſianis *belli * miles*. & vitioſius in cod. Leid. *bellitioſi miles*. ſed correxi *bello ſimiles* ex ſchedis Divionenſibus. & ſic profert Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 465. licet *bellis ſimiles* ibidem exhibeat p. 468. reliqua etiam corruptiſſima in ſchedis legebantur.

3. *Inſcius hac ſollers*] *has* ſchedae Divion.

4. *Vana ſupervacue creſcunt mendacia buxis*] ſic cod. Salmaſ. *ſupervacuae cr. mend. buctis* in Divionenſ. & Leid. cod.

5. *punctis fabentibus* Salm. & Leid. cod. *faventibus* Divion.

6. *Fridas*] *Phrygas* Divion.

7. *Hac * ſiduit ſimilis mittuntur*] haec corrupta Salm. & Divion. ſchedarum lecto. *Hac ſi duet* cod. Leid. & *duit* m. s. *ſimiles mitentur* in Diviion. verſ. ſeq. *Adque deus* Salm. & Leid. *Atque* Div.

9. *cur pallidus exſtat*] ſic Divion. *pallib;* in Salm. deinde *Adque iners* Salm. & Leid. *Atque iners* Div. forte, *At quid iners*.

11. *diſcedat lividus hoſpes*] *hoſp* * Salm. & Leid. cod. in cujus margine *hoſpes* correxerat Iſ. Voſſius. *hos* Divion. duos ultimos verſus adfert Salmaſius ad Hiſt. Aug. p. 472. ubi *puncta* in tabula calculatoria vocari docet, quae Graecis τρήματα. quod fraudi fuit Almelovenio, qui in Epigr. & Poëm. Vet. pag. 13. edidit ut diſtichon integrum DE TABULA, neſcius eſſe fragmentum carminis hujus poſtremum. & male etiam *dictum ſe* exhibet pro *doctum*. ut in ſchedis.

EP. LXXX. *De Tabula Picta*] ita inſcribunt ſchedae Salmaſ. & cod. Leid. DE TABELLA PICTA in Divionenſ. in quibus verſu ſecundo,

*Clarum linea quem more * vos notavit.*

4. *Callenti*] *Callente* in omnibus ſchedis. v. 5. *probante viro* in Salm. & Leid. ſed *vero* in marg. ut clare in cod. Divion. forte nomen proprium eſt *probante Vero*.

LXXXI.

LXXXI. *de Alea.*

Artis opisque tuae tua ſi mihi certa voluntas,
Expediam dictis, donum exitiale Minervae:
Tu vatem, tu, diva, mone. nunc ipſa vocat res,
Et furiis agitatus amor, protentus in octo
Ipſe dies agitat feſtos pro nomine tanto,
Effera vis animi numeros & nomina fecit.
Oſſa minutatim fundo volvuntur in imo,
Mille nocendi artes. varium & mutabile ſemper
Artificis ſcelus, atque inprovida pectora turbat.
Per varios caſus levium ſpectacula rerum
Intenti ludo exercent, rapiuntque, ruuntque
Incerti quo fata ferant, atque aere ſonoro
Inſanire libet. duris dolor oſſibus ardet.
Omnibus extemplo magnum dat ferre talentum,
Qui vocat, adrectae mentes, ſtupefactaque corda
Vota metu duplicant: tanta eſt victoria curae.

Ergo

LXXXI. *de Alea*] Carmen hoc ineditum, ut ſuperiora, & ex centonibus Virgilianis conſutum, integrum producimus e ſchedis Salmaſianis, in quarum initio legebatur, & in apographo Leidenſi. ſed vitioſa in plerisque ſcriptura: quam caſtigavi, indicatis Virgilii hemiſtichiis, ubi id emendationis ratio requirebat. In Divionenſibus non reperi. primos quatuor verſus profert Salmaſ. ad Hiſtor. Aug. p. 462. ubi vetuſtum Centonem vocat, qui totam in tabula calculis teſſerisque ludendi rationem luculentiſſime & elegantiſſime exponit: iisdemque Salmaſii verbis hunc Centonem laudat Sauterius in Palamede cap. XXIII. p. 75. quem an ipſe habuerit aut viderit, dubito. licet praecedentia Epigrammata, quae de Tabula & Alea agunt, ex Scriveriano apographo produxerit cap. XV. p. 40. & 41. Salmaſius autem v. 7. 50. 51. 55. & 57. adſert ibid. pag. 470. ex quo lacera tantum iſta quinque fragmenta edidit Almeloven. pag. 16.

1. *Artis opisque tuae*] ſic edere malui, licet Salmaſ. ad Hiſt. Aug. ex ingenio refingens, produxerit *Artis opus rarae.* quomodo a manu recentiori margini ſchedarum ejus adſcriptum, & in cod. Leid. margine Iſ. Voſſius, quod hemiſtichium apud Virgilium reperiri vix puto. Alterum igitur praetuli, cum quia id propius inſiſtat ſcripturae ſchedarum, in quibus legitur,

Artis opisque tua ſi mihi, &c.

omiſſa tantum voce *tuae*, quae bis poni neglecta fuit propter ſequens *tua.* tum quia Virgilius ipſe ſic legendum jubet. primum enim hemiſtichium *Artis opisque tuae* eſt ex Lib. VIII. Aen. 377. ſecundum *tua ſi mihi certa voluntas* ex Lib. IV. Aen. 125.

3. *Tu vatem, tu, diva, mone*] ita recte Heinſius in marg. ſchedarum, & Salmaſ. ad Hiſt. Aug. pag. 462. ex Lib. VII. Aen. 41. vitioſe enim in ſchedis ejus, ET *uuadem tu diva mone.* ſeq. verſu, *Et furtis agitatus amor* in iisdem, & cod. Leid. ſed in quo *furiis* recte ſuperſcriptum, ut adſert ibidem Salmaſ. eſt enim ex Lib. XII. Aen. 872.

4. *protentus in octo*] firmant ſchedae lectionem apud Virg. Lib. I. Georg. 171. *pedes temo protentus in octo.* ubi in aliis codd. *protenſus*, vel, *praetentus.*

12. *atque aere ſonoro*] ſic cod. Leid. m. s. *adque bere* ſchedae Salmaſ. eſt ex Lib. XII. Aen. 712.

13. *Inſanire libet. duris dolor oſſibus ardet*] ita diſtinxi. nam *Inſanire libet* eſt ex Ecl. III. 36. *duris dolor oſſibus ardet* junguntur Lib. IX. Aen. 66. male diſtinguebant ſchedae Salmaſianae,

Inſanire libet duris. dolor oſſibus ardet.

14. *Omnibus exemplo*] *extemplo* male ſchedae Salm. ſed in marg. *extemplo.* ut ſuperſcriptum in cod. Leid. prima verſus pars eſt ex Lib. VII. 276. altera ex Lib. V. 248.

15. *adrectae mentes* &c.] *ad rectae* in ſchedis. male *arreptae* vel *abrectae* in nonnullis MSS. Lib. V. Aen. 643.

16. *tanta eſt victoria curae*] *tantae* legend. ex cod. Leid. ut eſt Lib. III. Georg. 112. ubi ſimilis in

ſcrip-

Ergo ubi delapſae miſſu, premit agmine turba,
Conſilium quaerens. ſubitus tremor occupat artus.
Tunc certare odiis. multos alterna reviſens
Ludit, & in ſolido rurſus Fortuna locavit.
Aut doluit miſerans inopem, aut invidit habenti.
Multa viri nequidquam inter ſe vulnera jactant,
Et tenues rumpunt tunicas, coecique furore
Hic metuunt, cupiuntque: dolent, gaudentque: nec ultra.
Vidi oculos ante ipſe meos me voce vocantem,
Contulimusque manus: experto credite, quantus
Corde dolor. quid non mortalia pectora cogis!
Monſtrum horrendum, ingens, tot ſeſe vertit in ora.
Tu potes unanimes armare in proelia fratres.

30. Ae-

ſcriptis varietas. & antiquiſſimus Mediceus ſubſcribit ſchedis Salmaſianis. *tantae victoria curae*, omiſſo *eſt*, ex nonnullis codicibus praefert Heinſius.

17. *Ergo ubi delapſae miſſu*] *delapſae miſſ–* in ſched. Salm. *delapſe miſſo* cod. Leid. Heinſius conjecerat *delapſi miſſus*. ſed legendum puto, *Ergo ubi dilapſae*, vel *dilapſi*, *miſto*, id eſt *mixto*, *premit agmine turba*. *Ergo ubi delapſae* exſtat Lib. III. Aen. 238. *mixto premit agmine turba* Lib. XI. 880.

18. *Conſilium quaerens. ſubitus tremor occupat artus*] ita emendandum cenſui. mendoſe in ſchedis Salmaſ.

Conſilium querendum ſubtus tremor occupat arte.

ſed in marg. a manu recent. *quaerens ſubitus*. quomodo & ſuperſcriptum in cod. Leid. *Conſilium* in initio verſus habetur Lib. IV. Aen. 477. & VII. 592. *quaerens* in medio verſu IV. Aen 631. & X. 515. *ſubitus tremor occupat artus*, non *arte*, ut hic male in ſchedis, eſt ex Lib. VII. 446. ubi *ſubitus artus* praetulit Heinſius. ſed in Mediceo, Wittiano, & Dorvilliano *ſubitus*. quomodo & in MS. Biblioth. Amſtelaed. meoque codice inveni. quod hic firmat ſchedarum Salmaſianarum ſcriptura, licet corrupta, *ſubtus*. ſimilis varietas apud Lucan. I. 246. *gelidus pavor occupat artus*. ut pro *gelidos* repoſuit Cel. Oudendorpius. quod & in codice Bibliothecae Cantabrigienſis, ab Heinſio collato, cujus Excerpta non adhibuiſſe Patruum miror, cum Lucanum ederet. & ſic in primo meo vetuſtiſſimo codice, olim Sixiano, & altero membranaceo oblongo legitur. ſed in tertio recentioris notae *gelidos*. ſic apud Ovid. X. Met. 423. *gelidos nutricis in artus Oſſaque (ſenſit enim) penetrat tremor.* ubi *gelidus* ex uno Palatino adſcripſit Gebhardus, & ex Arundelliano & duobus Leidenſibus Patruus.

20. *multos alterna reviſens Luſit, & in ſolido* &c.] *Ludit* in ſchedis Salm. ſed *Luſit* in marg. quod melius propter ſequens *locavit*. neque variant codices Lib. XI. Aen. 427.

21. *aut doluit miſerans inopem. aut invidit habenti*] ſic recte cod. Leid. pro corrupta ſched. Salm. ſcriptura *invidi habentr*. verſus totus eſt ex Lib. II. Georg 499.

24. *Hic metuunt, cupiuntque: dolent, gaudentque nec ultra*] ita cod. Leid. a man. ſec. mendoſe in Salmaſ. *gauderentque ultra*. ſed & *Hinc metuunt* legitur hoc in verſu apud Virg. VI. Aen. 733.

Hinc metuunt, cupiuntque: dolent, gaudentque: neque auras
Diſpiciunt &c.

nec ultra in fine verſus additum videri poſſit ex Lib. VI. 870.

Oſtendent terris hunc tantum fata, nec ultra
Eſſe ſinent.

ſed quia in cod. Salmaſ. *que* eſt in voce *gauderentque*, librarius forte ſpondaicum fecit verſum *gauderentque ultra*, quia *quid* neglexerat poſt *que*. hinc melius arbitror fore, ſi legatur, *dolent, gaudentque: quid ultra?* quod ſuadent etiam ſequentia,

Vidi oculos ante ipſe meos.

ut deſumtum ſit ex Lib. III. Aen. 480.

Vade, ait, o felix nati pietate. quid ultra
Provehor, & fando ſurgentes demoror auſtros.

26. *Contulimusque manus: experto credite*] in ſchedis Salm. *Contulimusque manus. me credite*. ſed in codice Leidenſi ſuperſcriptum *experto Virg*. eſt enim ex Lib. XI. 283.

28. *tot ſeſe vertit in ora*] *tot* deſiderabatur in ſchedis Salm. ſed a man. rec. margini adſcriptum ex Lib. VII. 328.

29. *Tu potes unanimes armare in proelia fratres*] ita ſchedae Salm. & cod. Leid. *unanimos* ex Mediceo aliiſque vetuſtioribus libris praetulit Heinſ.

Lib.

Digitized by Google

Aere renitenti de vita & ſanguine certant.
Tunc duo Trinacrii juvenes noctesque dieſque
Intenti ludo exercent, fulgentiaque aera
Accipiunt, redduntque *, permittuntque omnia fatis.
Conveniunt, quibus ipſa procul diſcordibus armis
Fundit humi facilem victum juſtiſſima tellus:
Aut qui divitiis ſoli incubuere repertis:
Conſidunt tranſtris, nati melioribus annis:
Multi praeterea, quos fama obſcura recondit,
Stant circum.
Tum vero ad vocem celeres miſerum inter amorem
Ludunt *, & in medium quaeſita reponunt;
Pro ſe quisque viri ſumma nituntur opum vi.
Nec mora, miſſus adeſt fati ſortisque futurae.
Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.
Hinc atque hinc ardent animi; vox omnibus una eſt.
Et quamvis ſocium certent ſuperare priorem,

Ima

Lib. VII. Aen. 335. ſic *unanimos ſodales* Claudian. I. in Rufin. 105. & ita *ſemianimis*, & *ſemianimus*, *exanimis* & *exanimus*, & ſim. vid. Heinſ. ad Virg. IV. Aen. 8. & Drakenb. ad Livium VII. 21. 5.

30. *Aere renitenti*] recepi certiſſimam Heinſii emendationem, quae codici Leidenſi etiam adſcripta erat, pro monſtroſa lectione Schedarum Salmaſ. *Here nitendi.* quamquam etiam *renidenti* ſcribi poſſit; ut editur apud Virg. II. Georg. 282. ubi tamen *renitenti* in multis codicibus.

32. *Intenti ludo exercent, fulgentiaque aera Accipiunt, redduntque* &c.] ita emendavi & diſtinxi hunc verſum, qui male in ſchedis Salmaſianis hunc in modum legebatur,

Intendunt ludo. exercent ſurgentiaque aera.

primum hemiſtichium eſt ex Lib. VII. Aen. 380. ſic *Intenti exſpectant ſignum* Lib. V. Aen. 137. *intenti* etiam eſt in marg. ſchedar. a man. rec. & in cod. Leid. in quo etiam *fulgentia.* ut correxerat Heinſius. *fulgentia arma* habes VI. Aen. 490. & XI. 6. *fulgentia ſcuta* VIII. 92. ſed non *fulgentiaque aera* in fine verſus. itaque ex ultimo loco *fulgentia* in hac ſede verſus poſuit, & *aera* in fine ex II. G. 464. Lib. III. Aen. III. VI. 648. & X. 336. ſic *aeraque fulgent* VII. 526. niſi *crepitantiaque aera* hic forte ſubſtituere liceat ex IV. Georg. 151. ut teſſeras e fritillo emiſſas & in alveolo ſubſilientes innuat. *Tum duo Trinacrii juvenes* eſt ex Lib. V. Aen. 300. male autem in ſchedis *Accipiuntque redduntque.* Lib. IV. G. 172. & VIII. Aen. 450. occurrit *Accipiunt redduntque.* quam antitheſin etiam Manilio Lib. III. 436. reſtituit Bentlejus, pro *Accipiunt perduntque.* ſed nec *redduntque* hic locum habere poteſt, ſi ſequamur ſchedarum lectionem, *permittuntque omnia fatis.* quod hemiſtichium fruſtra in Virgilio quaeſivi. ſed quid ſubſtituam, haereo. quia tamen in ſchedis vitioſe exarata erat vox *ſaэſ*, cogitabam, an forte hic locum habere poſſit,

——— *fulgentiaque aera*
Accipiunt, reddunt: committitur omine pugna.

quod petitum ex Lib. XI. Aen. 589.

Triſtis ubi infauſto committitur omine pugna.

34. *Conveniunt, quibus ipſa procul diſcordibus armis*] ſic legendum ex Lib. II. G. 459. *iſta* in ſchedis, & vitioſe *diſcordibus artis.* ſed *ipſa*, & *armis* in marg. a man. recent. & in cod. Leid.

40. *Tum vero ad vocem celeres*] ita emendavi ex Lib. VII. Aen. 519. male *Tunc vero ad voces celerem* in ſchedis. ſed *vocem* in marg. in quibus corrupte *miſerum inter morem.* ſed *amorem* correxerat Iſ. Voſſ. ut legitur Lib. V. Aen. 655.

41. *Ludunt * & in medium quaeſita reponunt*] vitioſum & mutilum verſum exhibent ſchedae. Suſpicor reſtituendum ex Lib. IV. G. 157.

Experiuntur, & in medium quaeſita reponunt.

verbum enim *Ludunt*, quod in initio verſus nusquam e Virgilio indagare potui, forte adſcriptum margini a librario pro gloſſa vocis *Experiuntur.* niſi *ludum* ſcripſerit, ut ſubintelligi *Experiuntur ludum* indicaverit.

Ima petunt, quamvis facilis datur exitus inde.
Praecipites pariterque ruunt, non deficit alter.
Vos, o Calliope, precor, adſpirate canenti,
Quae loca, quive habeant homines, ubi ſiſtere detur.
In ſummo collem, qui plurimus, alter ab illo
Eſt locus, hunc juxta ſequitur, quis deinde ſub ipſo
Hic locus eſt partis ſemper ſublimis ab illo.
Quinque tenent ebuli baccis minioque rubentem.
Terna tibi haec primum fundo volvuntur in imo.
Nunc age, * quos ipſa viam ſibi reperit uſus

Tri-

47. *Ima petunt, quamvis facilis datur exitus inde*] mendoſe in ſchedis Salmaſ. *Rappetunt quam veris.* ſed in marg. a m. rec. *Ima petunt, quamvis* &c. & in cod. Leid. ex Lib. IX. Aen. 120. ubi occurrit *Ima petunt.* ſed quia praeceſſit modo *quamvis*, in altero membro emendandum arbitror ex Lib. VI. 894.

——— *veris facilis datur exitus umbris.*

ut *umbras* hic non ineleganter vocet eos, qui ludo victi, & aere emuncti atque inanes exeunt, & qui reliquos eorum jacturis ditatos ſequuntur, ut umbrae inhaerent corporibus. non diſſimili loquendi modo, quo *umbrae* dicuntur convivae non invitati. Gr. σκιαὶ. ut apud Horat. Lib. I. Ep. 5. 28.

——— *locus eſt & pluribus umbris.*

ubi vide Lambin. Caſaub. ad Theophraſt. p. 215. & Lindenbr. ad Cirin v. 478. Menander apud Stobaeum Serm. 115. Τί δ' ἄλλο φωνὴ καὶ σκιὰ γέρων ἀνήρ. *Quid aliud eſt ſenex, quam vox & umbra.* quem locum adſert Bergler. ad Ariſtoph. Ran. 229. & ita Οἰδίπου σκιὰ apud Aeſchylum VII. contra Theb. 984. quia caecus erat. nam ſic Scholiaſtes exponit, τυφλωθεὶς γὰρ εἴδωλον εἶναι δοκεῖ καὶ ὁ τέλειος ἄνθρωπος. licet de defuncti Oedipi umbra capiat Stanlejus. ſequenti verſu *Praecipites pariterque ruunt* correxi, ex Lib. XI. 673. deinde caſtigandum exiſtimavi *non deficit alter* ex Lib. VI. 143. pro quo corrupte in ſchedis Salmaſ. *non deficit tales.* & a m. rec. in marg. *ales.* ut in cod. Leid. ſed nullo ſenſu.

50. *Quae loca, quive habeant homines, ubi ſiſtere detur*] in cod. Salmaſ. & Leidenſi legebatur,

Quae loca quive habeant homine ſubſiſtere detur.

ſed recte Iſ. Voſſius & N. Heinſius, *homines, ubi ſiſtere detur.* primum hemiſtichium eſt ex Lib. VII. 131. alterum ex Lib. III. Aen. 7. perperam Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 470. adfert, *Quae loca, quaeve habeant gentes.* inſigni audacia, ut margini ſchedarum adſcripſerat Heinſius. certe in omnibus Virgilii codicibus conſtanter *homines* legitur. neque *gentes* locum illic habere poſſent, quia eodem in verſu ſequitur, *ubi moenia gentis.*

51. *In ſummo collem, qui plurimus*] ſenſum deſidero. *In ſummo* initio verſus exſtat Lib. VIII. 652. *Collem qui plurimus* alia ſede legitur Lib. I. Aen. 419. *Jamque adſcendebant collem, qui plurimus urbi Imminet. alter ab illo* eſt ex Ecl. V. 49.

52. *hunc juxta ſequitur*] vitioſe in textu ſchedarum *quem juxta ſequitur.* ſed *hunc* in marg. a m. rec. & in cod. Leid. ex Lib. VI. 816. *quis deinde ſub ipſo* eſt ex Lib. V. 323. ubi *quo deinde* legitur. ſed *qui* in Rottendorphiano a m. s. an forte, *cui deinde ſubibit?* ex Lib. VI. 813.

53. *Hic locus eſt, partis ſemper ſublimis ab illo*] initium verſus eſt ex Lib. VI. Aen. 540. *Hic locus eſt, partes ubi ſe via findit in ambas.* ergo hic *partes ſemper ſublimis* legendum, per Graeciſmum, vel centonarius *Hic locus eſt partis* ſecundo caſu poſuit, quia *partis* pro *partes* in antiquis Virgilii codicibus ſcribitur. deinde emendandum, ni fallor,

——— *ſemper ſublimis: at illum*
Quinque tenent, ebuli baccis minioque rubentem.

ex Lib. I. Georg. 242.

Hic vertex nobis ſemper ſublimis: at illum
Sub pedibus &c.

aliter *rubentem* quo referas, non video. reliqua in Salmaſiano codice mendoſe legebantur, *epuli vacis nimioque rubentem.* ſed in margine ſchedarum a m. rec. correctum *ebuli baccis minioque.* ut ſuperſcriptum etiam erat in cod. Leid. ex Ecl. X. 27.

55. *fundo volvuntur in imo*] vide Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 470. ubi *imum tabulae fundum* explicat, ut ſupra v. 7. & in Epigr. LXXVIII. 6.

Fataque ludentum collis & ima probant.

ut in ejus codice legitur. ubi vide. eſt autem ex Lib. VI. 581.

56. *Nunc age *, quos ipſa viam ſibi reperit uſus*] verſum claudicantem hoc modo exhibent ſchedae Salmaſ. & cod. Leid. *Nunc age* initio verſus eſt ex Lib. IV. G. 149. VI. Aen. 756. & VII. 37. ſed ſupplendum forte,

Nunc age, nunc, quos ipſe via &c.

aut,

Nunc age, dic, quos ipſe via &c.

ut

Triginta magnos adverſoſque orbibus orbes
Eloquar, * vel prima levium ſpectacula rerum;
Mores, & ſtudia, & populum, & praelia victus
Expediam, ſed ſumma ſequar faſtigia rerum.
Primus habet, capit ante locum, fremituque ſecundo
Prima tenens animi * riſuque ſoluto
Voce vocant.
Tunc vero in curas animos diducitur omnis,
Quem petis, obtutuque haeret defixus in uno,
Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
Spemque metumque inter, ſecumque ita corde volutat.
Ut primum diſcuſſae umbrae, & lux reddita menti,

Sor-

ut Lib. I. Aen. 753.

Immo age, & a prima dic hoſpes origine nobis.

vel, ſi hoc minus placeat,

Sunt alii, quos ipſe via ſibi repperit uſus.

ut totus verſus ſit ex Lib. II. Georg. 22. *viam* in ſua Virgilii codice habuit hic auctor, ut in Veneto reperit Heinſius, & in Longobardico Pierius. ſed *via* illic praeſert Patruus, pro arte & induſtria, ſive ingenio, ut gloſſa codicis Medicei, teſte Pierio, exponit.

57. *adverſoſque orbibus orbes*] ita in ſchedis Salmaſ. & cod. Leid. in quibus *orribus*. legendum arbitror, *alternoſque orbibus orbes* ex Lib. V. Aen. 584. ut Heinſius praetulit. licet in aliis *alterniſque*. certe *adverſoſque* illic in nullis codicibus. quae vox praeterea in hac verſus ſede nusquam in Marone exſtat, niſi in Ecl. X. 45. *atque adverſos detinet hoſtes.* ſed quem locum in animo non habuiſſe centonarium, certus ſum.

58. *Eloquar *, vel prima levium* &c.] unde haec ſcriptura in codicem Salmaſ. & Leid. pervenerit, neſcio. caſtigandum, *Eloquar an ſileam*, ex Lib. III. Aen. 39. *levium ſpectacula rerum* eſt ex IV. G. 3.

59. *Mores, & ſtudia, & populum* &c.] mendoſe in ſchedis Salmaſ.

Mores eſtudia & populum & praelia victus.

Lege,

Mores, & ſtudia, & populos.

nam ſic Lib. IV. Georg. 5.

Mores, & ſtudia, & populos, & praelia dicam.

ubi pro *dicam*, quia ſequitur *Expediam*, noſter in fine verſus poſuit *victus.* in qua ſede haec vox occurrit IV. G. 443. XII. Aen. 29. & 571. ſed mallem *praelia victis.*

61. *capit ante locum*] ita correxi ex Lib. V. Aen. 185. *capitate* corrupte in ſchedis Salm. & cod. Leid.

62. *Prima tenens animi riſuque ſoluto*] mutilum verſum ita in ſchedis offendi,

Prima tenens animi rurſusque ſoluto.

ſed *riſuque ſoluto* correxerat Iſ. Voſſius. quod eſt Lib. II. G. 386. ſed major difficultas in primo hemiſtichio *Prima tenens*, quod in Virgilio fruſtra quaeſivi. & *animi*, deficiente una voce, vitioſiſſimum verſum reddit. an forte ſupplendum,

——— *fremituque ſecundo*
Sceptra tenens, mollitque animos, riſuque ſoluto
Voce vocant.

e quibus *Sceptra tenens, mollitque animos* ſunt ex Lib. I. Aen. 57. vel poſt *Sceptra tenens*, addi poteſt *ardens animi* ex Lib. II. Aen. 316. quod placet. *Exarſere ignes animo* dixit Lib. II. Aen. 575. eaedem ſchedae paullo poſt v. 67. pariter truncatum verſum habebant *Spemque metumque, ſecumque ita* &c. omiſſa voce *inter.*

64. *Tunc vero in curas animos diducitur omnis*] bene firmant ſchedae optimorum codicum ſcripturam, non *deducitur*, V. Aen. 720. ſed *animum* in plerisque libris melioribus. *animos* illic conjecerat Heinſius, quia in cod. Hamburgico, *animo. animum deducitur* etiam in Amſtelaed. & meo codice. *animus deducitur* in Papenbrouckiano. ſeq. verſu recte etiam ſchedae *obtutu defixus*, non *obtuitu diffixus*, ut in nonnullis Virgilii codicibus legitur Lib. I. Aen. 495. & Lib. VII. 250. ubi vide Patrui notas.

68. *Ut primum diſcuſſae umbrae, & lux reddita menti*] totus verſus eſt ex Lib. XII. Aen. 669. ubi a ſchedis his Salmaſ. firmatur meliorum codicum ſcriptura, qui verbum *eſt* non agnoſcunt. & refutant lectionem aliorum codicum *& vox reddita menti.* ſequenti verſu etiam in ſchedis *ſic incipit ore.* ut Lib. XII. 692. licet eodem in libro v. 47. *ſic inſtitit ore.* quod praetulit Heinſius, cui favet codex Amſtelaed. in quo, *ſic inſtituit ore.* & *inſtitit* a man. ſec. licet in Mediceo aliisque vetuſtioribus *incipit*, quibus hic con-

ſen-

Sortitus Fortunam oculis, ſic incipit ore.
Quae nunc deinde mora eſt, veniam quocumque vocaris;
Quin age, ſi qua animo virtus, & confere dextram,
Efficiam poſthac, ne quemquam voce laceſſas.
Dixit, * atque cum magna ter voce vocavit,
Terque quaterque ſimul vox ingeminata remugit,
Tunc variae comitum facies, & pallor in ore,
Nunc victi triſtes, nil magnae laudis egentes,
Deponunt animos, & inania murmura miſcent.
Quondam etiam victis redit in praecordia virtus,
Victoresque cadunt, quoniam fors omnia verſat.
Hic victor ſuperans reddi ſibi poſcit honorem,
Talia vociferans; da, non indebita poſco.
Quin age, ſi quid habes, quo me decet usque teneri.
Clamat.
Tunc vero victus ſocios ſimul increpat omnes,
Nomine quemque vocans, illi obſtipuere ſilentes,
Non ipſi inter ſe ſortem miſerantur iniquam;

Sed

ſentiunt ſchedae. quod in meo etiam codice inveni. hunc enim locum potius ſecutus eſt hoc in verſu centonarius, quia in altero *ſimul* praecedit, *magno ſimul incipit ore*. *Sortitus fortunam oculis* eſt ex Lib. XII. 920.

70. *Quae nunc deinde mora eſt, veniam quocumque vocaris*] vitioſe in ſchedis MSS.

Qua nunc deinde mora eſt, veniam quodcūque vocaris.

primum eſt ex Lib. XII. 889. alterum ex Ecl. III. 49. & ſeq. verſu *Quin age ſi qua nimo virtus*, pro *animo*. ex Lib. IX. 741. ut Lib. IV. Aen. 3. *Multa viri virtus animo*. deinde male etiam in ſchedis, *nequicquam voce laceſſas*. pro *ne quemquam* ex Ecl. III. 51. eodem modo corruptae ſchedae Salmaſianae in Medea v. 267. ſupra in fine Lib. I.

73. *Dixit*, * *atque cum magnā ter voce vocavit*] lacunam hanc divinando ſupplere difficile eſt. niſi forte *Dixit. & extemplo* ex Lib. II. Aen. 376. vel *Dixit. at ille furens*, mutato *illa* in *ille* ex XI. 709. Cl. Oudendorpius, *Dixerat ac quemquem, magna ter voce vocavit* legitur Lib. X. 873. *ingemitata* etiam vitioſe in ſchedis, pro *ingeminata*, ex Lib. III. G. 45.

76. *Nunc victi triſtes, nil magnae laudis egentes*] tranſpoſuit noſter hemiſtichia Virgiliana, diſtinctionemque mutavit. ita enim apud illum Lib. V. Aen. 750.

——— *populumque volentem*
Deponunt, animos nil magnae laudis egentes.

ubi Heumannum ineptam Parrhaſiani codicis ſcripturam, *nil magnae laudis agentes*, probantem merito refutavit Patruus. nam & ita Valer. Flacc. IV. 151. *atque aequae virtutis egentes*. & v. 303. *ſentit enim Pollux rationis egentem*. & Ovid. XV. Met. 150.

Palantesque animos paſſim ac rationis egentes.

ubi male in nonnullis codicibus *ratione carentes*, quod ex aliis Naſonis locis illic ſubſtitutum. vide ad Lotich. Lib. IV. El. 5. 103. deinde *Nunc victi triſtes*, conjunctis epithetis, vel *Nunc victi, triſtes*, legendum. vide ſupra Lib. I. ad Medeam v. 84.

Nunc victi triſtes, quoniam fors omnia verſat.

ex Ecl. IX. 5. ubi alii edunt,

Nunc victi, triſtes, quoniam fors omnia verſat,

ita enim recte, non *fors*, optimi codices, & ſchedae noſtrae Salmaſianae, tam illo loco, quam mox v. 79. reliqua *& inania murmura miſcent* ſunt ex Lib. IV. Aen. 210.

80. *Hic victor ſuperans reddi ſibi poſcit honorem*] ita recte Iſ. Voſſius in marg. cod Leid. in quo *redit ſi poſcit*. in Salmas. *redis ſibi poſcit honorem*. unde Heinſius tentaverat, *redis & ſibi poſcis*. ſed *reddi ſibi poſcit honorem* legitur Lib. V. Aen. 342.

85. *illi obſtipuere ſilentes*] id praetuli ex cod. Leid. quia ſic legitur Lib. XI. Aen. 120. *obſtipuere loquentes* male in ſchedis Salmaſ. quod hemiſtichium Virgilianum non eſt.

87.

Sed graviter vario noctem ſermone requirunt.
Viſceribus miſerorum atque inter pocula laeti
Cantantes, laetique animos convivia curant.
Ecce autem elapſus genitor, quem miſerat urgens
Unus natorum, longo poſt tempore venit.
Hos aditus, jamque hos aditus, omnemque pererrat
Undique circuitum, aditumque per avia quaerit.
Verum ubi nulla datur dextra exſuperare poteſtas,
Conſtitit in digitos, ſed toto vertice ſupra
Obnixus latis humeris & pectore duro,
Et ſuper incumbens, furiis accenſus & ira,
Talia voce refert.

Quo,

87. *Sed graviter vario noctem ſermone requirunt*] aut legendum, *noctem ſermone trahebant*, ut Lib. I. Aen. 748.

Nec non & vario noctem ſermone trahebat.

vel ex tribus hemiſtichiis verſus hic unus eſt confatus. *Sed graviter* Lib. II. Aen. 288. *vario noctem* e medio verſu loci modo adducti. & *ſermone requirunt* ex Lib. I. Aen. 217. ubi tamen *ſocios longo ſermone requirunt* longe alio ſenſu, quam *noctem ſermone requirunt*. quod hic abſonum opinor. deinde, *Viſceribus miſerorum* ex Lib. III. Aen. 622. translatione audaci de ſpoliis e ludo relatis dixit. *inter pocula laeti* eſt ex Lib. II. G. 383. *Cantantes* ex Ecl. IX. 29. ſed non eleganti repetitione ſequitur *laetique animos*, quae duo verba in medio verſu juncta fruſtra in Virgilio quaeras. licet *laeti* in ſecunda ſede, & *animos* in tertia diverſis locis occurrant. itaque haec forte corrupta. ultimum hemiſtichium exſtat Lib. I. Georg. 301.

Mutuaque inter ſe laeti convivia curant.

aliter poſſis, *laetique animos & corpora curant* ex VIII. Aen. 607. vel *tum corpora curant* ex IV. G. 187. ut *laeti animas* per Graecismum dixerit.

90. *Ecce autem elapſus genitor, quem miſerat urgens Unus natorum*] ita caſtigavi ſchedas Salmaſ. in quibus mendoſiſſime ſcribebatur,

Ecce autem Melopſus genitor quē miſeratur gens
Unus natorum.

Ecce autem melapſus in cod. Leid. *Ecce autem elapſus* eſt ex Lib. II. Aen. 526. vel oculos habuit ad Lib. II. Aen. 526. & 527.

Ecce autem elapſus Pyrrhi de caede Polites
Unus natorum Priami.

genitor quem miſerat Arcens habetur Lib. IX. 583. ubi nomen proprium eſt. quod hic locum habere nequit. *urgens* tamen in fine verſus non inveni apud Maronem. ſed ex veſtigiis corruptae ſcripturae *miſeratur gens* ultro ſe obtulit. aliter *urguet* corrigi poteſt, quod in ultima verſus ſede occurrit Lib. V. Aen. 226. 442. X. 373. 433. & alibi. Sed tunc legendum & diſtinguendum,

Ecce autem elapſus, genitor quem miſerat, urguet
Unus natorum, & longo poſt tempore venit.

nam in ultimo eo hemiſtichio & additur Ecl. I. 30.

Reſpexit tamen, & longo poſt tempore venit.

92. *Hos aditus, jamque hos aditus*] male *jamque huc* in Salm. & Leid. cod. deſumtus verſus cum ſequenti hemiſtichio ex Lib. XI. 766. cui ſimile illud Lib. V. 441.

Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat
Arte locum.

ubi male *nunc alios aditus* in Hamburgico legi, altero loco probatur. reliqua *aditumque per avia quaerit* ſunt ex IX. 58. licet adjecto hoc hemiſtichio *aditum* inconcinne admodum repetat. Sed talia centonariis poëtis curare non vacat. firmant porro hic ſchedae probatam a viris doctis lectionem apud Virgilium, rejecta aliorum codicum ſcriptura, *aditumque & pervia quaerit*. de quo vide ſupra ad Medeam v. 430. pag. 183.

94. *Verum ubi nulla datur dextra exſuperare poteſtas*] apud Virg. VII. Aen. 591. legitur,

Verum ubi nulla datur caecum exſuperare poteſtas
Conſilium.

ſed quum *caecum* huic loco incommodum eſſet, *dextra* in tertia verſus ſede inſeruit noſter vel ex Lib. I. Aen. 611. *Ilionea petit dextra*. aut Lib. IX. 320. *Euryale, audendum dextra*. vel ſimilibus locis.

95. *Conſtitit in digitos*] ita correxi ex Lib. V. Aen. 426. *in digito* male in cod. Salm. & Leid.

96. *Obnixus latis humeris & pectore duro*] neſcio an non praeſtet *robore duro* ex Lib. XI. Aen. 893. *pectore duro* apud Virgilium deſidero. non enim reſpicit ad IX. Aen. 543. *pectora duro Transfoſſi ligno*. vel forte *pectore firmo* ex Lib. VI. 261. vel *pectore toto* ex I. Aen. 717. & IX. 276.

Digitized by Google

Quo, moriture, ruis, quae te dementia ducit,
Cede locis.
Talia fatus erat, preſſoque obmutuit ore.
Ille autem, cui fata parent, & Jupiter hoſtis
Deſerit * converſa numine ſedent.
Poſtquam illum vita victor ſpoliavit & auro,
Tunc vero ardentes oculi, atque adtractus ab alto
Spiritus interdum gemitu, furor iraque mentem
Praecipitat, maeſtis late loca queſtibus inplet.
Multa gemens animo retinens. plagasque ſuperbi
Victoris caput * glauco velatus amictu,
Et pariter * ſua rurſusque ad limina tendit,
Ardua tecta petit, irasque ad limina nota
Victus agit, guttisque humectat grandibus ora.

LXXXII.

99. *Quo, moriture, ruis, quae te dementia ducit*] ita cod. Salmaſ. *ruisque te* Leid. *quo te* Iſ. Voſſius in marg. ſed legendum *quae te dementia cepit* ex Ecl. II. 69. & VI. 47. & Aen. V. 465. vel *dementia adegit* ex IX. Aen. 601. *moriture* etiam rectius, quam *periture*, ex Lib. X. 811. vide ad Medeam v. 447. pag. 185.

103. *Deſerit * converſa numine ſedent*] inquinatiſſima haec leguntur in ſchedis Salmaſ. & cod. Leid. e quibus nonnulla exciderunt, hunc forte in modum ſuppienda, *Ille autem, cui fata* (*facta* male cod. Salm.) *parent, & Jupiter hoſtis,*

Deſerit inceptum, converſaque numina ſentit.

quae ſingula Virgiliana ſunt hemiſtichia, & ſatis commode cohaerent. *cui fata parent* II. Aen. 121. quae lectio illic ab his ſchedis firmatur. nam ab aliis locus ille ſollicitatur, non ferentibus *parare* abſolute dici, pro *cui Fata parent exitum, mortem*, vel ſim. ſed vide illic Patrui notas. & ſupra ad Lib. I. Carm. 172. v. 70. *& Jupiter hoſtis* legitur Lib. XII. 895. *Deſerit inceptum* Lib. IX. 694. *converſaque numina ſentis* v. Aen. 466. pro quo *ſentit* mutavi, ſententia exigente. recte etiam ſchedae adſtipulantur codicibus Virgilianis, in quibus *converſaque numina*, non *commiſſaque numina*, quod in aliis inepte legi judicabat G. Voſſius, ut ex Patrui mei notis patet. neque aliter in Amſtelaed. meoque codice habetur. *converſa* enim *numina* ſunt mutata. ut *converſis vicibus, converſa lege*, & ſim. vid. Bentlej. ad Manil. III. 435.

104. *Poſtquam illum vita victor ſpoliavit, & auro*] in ſchedis *illo*, ex more ſcribendi *illom* pro *illum*. ſic enim Lib. VI. Aen. 168.

Poſtquam illum vita victor ſpoliavit Achilles.

105. *Tunc vero ardentes oculi, atque adtractus ab alto Spiritus interdum gemitu*] ita correxi ex Lib. III. G. 504. & ſeq. dein ſcribendum, *furor iraque mentem Praecipitant* ex Lib. II. Aen. 317. ut in plerisque MSS. in ſolo tantum Gudiano *Praecipitat*.

108. *Multa gemens animo retinens. plagasque ſuperbi Victoris caput * glauco*] ita legitur & diſtinguitur in ſchedis. *Multa gemens* plus ſemel initio verſus apud Virgil. ſed *animo retinens* fruſtra inveſtigabitur. Scribendum itaque,

Multa gemens, ignominiam, plagasque ſuperbi
Victoris.

quae leguntur Lib. III. Georg. 226. *Victorisque* emendaverat Iſ. Voſſius. ſed malim, *caput & glauco velavit*, vel *velabat amictu*. ita enim VIII. Aen. 33. & *caput glauco contexit amictu* Lib. XII. 885.

110. *Et pariter ſua * rurſusque ad limina tendit, Ardua tecta petit, irasque ad limina nota Victus agit*] Haec ultima mirum in modum corrupta ac confuſa, verſumque uno pede fractum exhibent ſchedae Salmaſ. & cod. Leid. *Et pariter*, initio verſus, dubito an e Virgilio adferri poſſit. deinde repetitio *ad limina*, tum *irasque ad limina* nullo ſenſu poſita, oſcitantiam librarii manifeſtant. Non dubito deleto uno verſu inſulſo legendum eſſe,

——— caput & glauco velatus amictu
Ardua tecta petit, rurſusque ad limina nota
Victus abit.

ita enim ſenſus conſtabit, & ſingula hemiſtichia Virgiliana erunt. *Ardua tecta petit* ex Lib. VII. 512. *rurſusque ad limina nota* VII. 492. & *Victus abit*, non *agit*, ut male in ſchedis, Lib. III. Georg. 225. reliqua ſunt ex Lib. XI. Aen. 90.

LXXXIII.

LXXXII. INCERTI. *Elegia de Spe.*

Spes fallax, Spes dulce malum, Spes ſumma malorum,
Solamen miſeris, qua ſua fata trahunt.
Credula res: quam nulla poteſt fortuna fugare.
Spes ſtat in extremis officioſa malis.
Spes vetat aeternis Mortis requieſcere portis,
Et curas ferro rumpere ſollicitas.

LXXXII. INCERTI. *Elegia de Spe*] ita inſcribit Pithoeus Lib. I. pag. 37. DE SPE, PER EXEMPLA Scaliger Lib. I. Catal. pag. 232. In ſchedis Scaligeri, DE SPE QUERITUR PER EXEMPLA. quomodo & vetus Voſſii codex, quem eumdem puto ac codicem illum, ex quo Scaliger in ſchedis ſuis vetera deſcripſit Epigrammata. Emendatur egregia haec optimi poëtae Elegia a Scioppio Lib. V. Suſp. Lect. cap. 25. Pentadio eam adſcribebat Barthius Lib. XVII. Adverſ. 3. & Lib. XXIII. cap. 17. ſed videtur melioris aevi eſſe, quam ut Pentadium auctorem habeat. veteri poëtae tribuit Scaliger in notis ad Tibull. Lib. II. El. 7. init. cujus verſus elegantiſſimi materiem huic carmini ſuppeditarunt. ita enim Tibullus:

Finirent multi leto mala: credula vitam
Spes fovet, & melius cras fore, ſemper ait.
Spes alit agricolas: Spes ſulcis reddit aratis
Semina, quae magno foenere reddat ager.
Haec laqueo volucres, haec captat arundine piſces,
Quum tenues hamos abdidit ante cibus.
Spes etiam valida ſolatur compede vinctum,
Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.
Spes facilem Nemeſin ſpondet mihi; ſed negat illa.
Hei mihi! ne vincas, dura puella, Deam.

cum quibus confer illa Ovidii Lib. I. ex Pont. Ep. 6. 29. & ſeq. ubi de Spe:

Haec Dea, cum fugerent ſceleratas Numina terras,
In Dis inviſa ſola remanſit humo.
Haec facit, ut vivat vinctus quoque compede foſſor,
Liberaque a ferro crura futura putat.
Haec facit, ut, videat cum terras undique nullas,
Naufragus in mediis brachia jactet aquis.
Saepe aliquem ſollers medicorum cura reliquit;
Nec Spes huic vena deficiente cadit.
Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem,
Atque aliquis pendens in cruce vota facit.
Haec Dea quam multos laqueo ſua colla ligantes
Non eſt propoſita paſſa perire nece.
Me quoque conantem gladio finire dolorem
Arcuit, injecta continuitque manu.

ubi vide Micyllum. quae duo loca ideo adſcripſi, quia certus ſum, auctorem hujus Elegiae ex utroque ſibi argumentum imitatione optima deſumſiſſe, ut ex comparatione manifeſtum erit. edidit etiam hanc Elegiam Chriſtius in Excurſ. ad Villaticum p. 335. & confer cum his Epigrammata εἰς ἐλπίδας in Antholog. Gr. Lib. I. p. 50. ed. Obſop. & quae habet Barth. ad Stat. I. Theb. 321.

v. 1. *Spes dulce malum*] Menander in Fragm. p. 128. ed. Cler.

'Ω Ζεῦ πολυτίμητ', οἷόν ἐς' ἐλπὶς κακόν.

Seneca Tragicus, loco mox producendo:

Heu quam dulce malum mortalibus additum
Vitae dulcis amor.

Ib. *Spes ſumma malorum*] *laborum* Heinſius. ſed vulgatam agnoſcunt omnes codices & editiones, ut & ſchedae Scaligeri.

2. *qua ſua fata trahunt*] ſic eaedem ſchedae, & editiones vetuſtae. forte tamen melius Heinſius, *quos ſua fata trahunt.* & ſic Tollius. ut apud Virgil. V. Aen. 709. *quo fata trahunt retrahuntque, ſequamur.* & Ovid. Epiſt. VI. 28. *me quoque fata trahunt.* & vs. 51. *ſed me mala fata trahebant.* & ſic Lib. VII. Met. 816. II. Triſt. 341. & in MSS. III. Met. 176. *ſic illum fata trahebant.* non *ferebant.* ſed praeſtare opinor, *qui ſua fata trahunt.* id eſt qui diu luctantes cum miſeriis aegre vitam trahunt, mortemque differunt. ſic apud Ovid. Epiſt. XII. 58.

Tracta eſt per lacrimas nox mihi, quanta fuit.

ut legit Francius. non *Acta.* & ita recte hoc in verſu profert Menagius ad Amintam Taſſi pag. 330.

3. *Credula res*] *Spes* Scriverius & Heinſius. ſed non opus eſt. Ovidius Epiſt. VI. 21. *Credula res amor eſt.* & Epiſt. I.

Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

4. *Spes ſtat in extremis*] *Perſtat* Heinſ.

5. *Spes vetat aeternis Mortis requieſcere portis*] *aeterna porta* Francius. & ſeq. verſu, *Et ferro curas* &c. *portae* Mortis, leti, & ſim. quamquam poëtis haud raro dicantur, verbum tamen *requieſcere* jubet, ut ingenioſam Cl. Schraderi conjecturam amplectamur:

Spes vetat aeterno Mortis requieſcere portu.

quod egregie firmabat illis Senecae in Agamemn. 589.

Heu quam dulce malum mortalibus additum
Vitae dulcis amor, cum pateat malis
Effugium, & miſeros libera Mors vocet
Portus aeterna placidus quiete,

Digitized by Google

Spes neſcit vinci. Spes pendet tota futuri.
Mentitur: credi vult tamen illa ſibi.
Inproba, mentis inops, rebus gratiſſima laeſis,
Quas fovet, & verti fata ſubinde docet.
Sola tenet miſeros. invitos ſola moratur.
Sola perit numquam: nec perit, atque redit.
Saepe bono, rurſusque malo blandiſſima ſemper,
Et quos decepit, decipit illa tamen.
Inſtabilis, dubio devexa ad tempora motu,
Audax, & clauſum quae putet eſſe nihil.

Om-

& Bōethii Conſol. Philoſ. Lib. III. Metr. X.
Hic erit vobis requies laborum
Hic portus placida manens quiete.
Ennius apud Cic. I. Tuſc. cap. 44.
Neque ſepulchrum, quo ſe recipiat, habeat, portum corporis,
Ubi remiſſa humana vita, corpus requieſcat a malis.
ubi vide Columnam p. 275. ſequens verſus *Et curas ferro rumpere ſollicitas*, adhaeret illis Tibulli,
Finirent multi leto mala, credula vitam
Spes fovet &c.
niſi forte in ſuis libris illic noſter poëta invenerit *ferro* pro *leto*. ut in loco Ovidii,
Me quoque conantem gladio finire dolorem
Arcuit &c.
manu, facta morte ſolvi eidem Naſoni in Ibide v. 148. & Boëthio Lib. IV. Metr. 4.
Quid tantos juvat excitare motus,
Et propria fatum ſollicitare manu?

7. *Spes pendet tota futuri*] ſic codex Voſſ. *futuris* Scaligeri ſchedae. ut in marg. primae ejus editionis, & Pithoei. *pendens* Heinſius. Francius legebat,
Spes neſcit vinci; ſpe pendet tota futuri.
tuta futuri Scioppius. non male. ut *tutus fugae* apud Lucan. IX. 346. Valer. Fl. VIII. 14. *longae ſceptra ſenectae Tuta.* ubi vide Patrui notas. & Heinſ. ad Ovid. Epiſt. IX. 15. *tibi ſe tuta aequora debent.* non *tota.* vide ſupra ad Epigr. LXIII. 9. ſic *ſecurus laborum*, *tutus pacis*, *opum*, & ſim. de quibus Heinſ. ad Ovid. VII. Met. 435. hoc tamen in loco rectius *Spes tota futuris pendere* dici videbatur Cl. Oudendorpio, ut *futura* in plurali ponat, id eſt in eventu futuri temporis vota ſua habet repoſita. ut *futurum* ſaepe pro futuro tempore, vel rebus, quae poſtea evenient. ut in illo Horatii Lib. I. od. 9. 13.
Quid ſit futurum cras, fuge quaerere.
vide Patrui notas ad Lucan. Lib. V. 137.

9. *rebus gratiſſima laeſis*] ita in ſchedis Scaligeri. *leſſis* Voſſii codex a manu prima. unde Heinſius conjiciebat *laſſis*, ut in Epigrammate Senecae ad amicum pag. 43. ed. Pith. Pariſ.
Criſpe, meae vires, laſſarumque anchora rerum.
ſed ex Voſſiani codicis ſcriptura melius forte *feſſis*. quod de extrema fortuna paſſim dicitur. ut apud Virgil. XI. Aen. 335. *rebus ſuccurrite feſſis.* & Ovid. V. Triſt. El. II. 41.
Quo ferar, unde petam feſſis ſolatia rebus.
& in Panegyrico Porphyrii pag. 231. ed. Pariſ. *Res feſſas cito pace leves.* vid. Barth. ad Stat. Lib. IV. Th. 756. *lapſis* etiam Heinſio in mentem venerat. ut Lib. II. Ep. 131. 6.
Quae tunc paene ſuo pondere lapſa ruit.
haec autem ubique fere commutantur. vide ad Ovid. I. Triſt. El. 5. 35. ubi eadem lectionis diverſitas. ſic *lapſae* & *laſſae* res. vide notas ad Virg. Lib. IV. Georg. 449. & ad Lotich. Lib. II. El. 4. 35.

11. *invitos ſola moratur*] *invita* in cod. Voſſ. & ſchedis Scaligeri. ſed *invitus* in ejus margine.

12. *nec perit atque redit*] *nec venit* in Voſſiano. *nec peritura redit* conjiciebat Heinſius. Francius tentabat, *nec perit, uſque redit.* vulgata videtur eſſe formata ex fine hujus Epigrammatis,
Et ſemper contra quae fugit, atque redit.
praeterea *Sola ruit numquam* Cl. Oudendorpius.

13. *Saepe bono* &c.] Nihil mutandum in hoc verſu monet Barth. XXIII. Adverſ. 12. & ſatis commode explicat.

14. *Et quos decepit, decipit illa tamen*] Scriverius in margine exemplaris ſui Catalectorum Scaligeri conjiciebat,
Ecquos decepit? decipit illa tamen.
ſed malim cum Cel. Oudendorpio, *Nec, quos decepit* &c.

15. *dubio devexa ad tempora motu*] *divexo* Voſſ. cod. & ſchedae Scalig. ſed *devexo* in marg. *devexa* in utraque ejus editione, & Pithoei. *dubio devexa ac impare motu* Heinſius. quod praeſtat certe priori ejus conjecturae *ac improba.* ſequenti verſu Scioppius, *clauſum quae jubet eſſe nihil.*

17.

Omnia promittit nota levitate Deorum.
  Nil fixum, & caſus admonet eſſe leves.
Naufragus hac cogente natat per foeta procellis
  Aequora, cum merſas viderit ante rates.
Captivus duras illa ſolante catenas
  Perfert: & victus vincere poſſe putat.
Noxius infami diſtrictus ſtipite membra
  Sperat, & a fixa poſſe redire cruce.

25. Spem

17. *mota levitate Deorum*] leg. *nota*. videatur Tibulli Eleg. ult. Lib. II. PITHOEUS. *mota* Voſſ. cod. & Scaligeri ſchedae, qui lectionem hanc ut elegantem probabat. *nota* tamen placebat Scioppio, Scriverio, Heinſio, & Tollio. ut edidi.

18. *caſus admonet eſſe leves*] *admovet* cod. Voſſ.

19. *Naufragus hac cogente natat per foeta procellis aequora*] ſic in ed. Pith. & Scaligeri. in Voſſiano codice *perſaeda procellas*, quomodo & in ſchedis Scaligeri, ſed qui in earum margine *per foeta procellis*, ut in ejus & Pithoei editione. ſed melius Heinſius *per foeda procellis Aequora*. quomodo & Scaliger deinceps conjecerat. ſic *foeda procellis maria*, *aequora*, & ſim. apud Ovidium, aliosque paſſim. locum hunc deſumtum eſſe ex illis Senecae Lib. I. de Benef. cap. I. *Adeoque adverſus experimenta pertinaces ſimus, ut bella victi, & naufragi maria repetamus*; notavit Valeſius ad Ammian. Marcell. Lib. XXV. cap. 4. in fine, ubi ſcriptor ille eamdem rem his verbis exprimit: *Et cum ſciamus experimento, adeo quosdam ruere inprovidos, ut bella interdum victi, & naufragi repetant maria, & ad difficultates redeant, quibus ſuccubuere ſaepiſſime.* cui non diſſimile illud ejusdem Senecae Epiſt. XXX. *mare quos hauſerat, eadem vi, qua ſorbebat, ejecit incolumes, gladium miles ab ipſa perituri cervice revocavit, nihil habet quod ſperet, quem ſenectus ducit ad mortem.*

20. *cum merſas viderit ante rates*] *qua merſas viderat ante rates* Francius.

21. *Captivus duras illa ſolante catenas Perfert*] Aemulatur illud Tibulli d. l.

Spes etiam valida ſolatur compede vinctum,
  Crura ſonant ferro, ſed canit inter opus.

quem verſum ita adfert Salmaſius ad Tertullian. de Pall. pag. 407.

Crura licet longo cuſpide vincta ſonent.

ſed memoriae vitio confundit alium locum ex Lib. I. El. 8. 42. ubi vide Broukh. ſequente verſu *Perfert: haec victos* &c. Scioppius, & Scaliger, qui in notis ad Tibull. Lib. III. p. 137. citat, *Perferet*, & *victos*. ut in ejus editione legitur, ſed *Perfert* etiam Francius. & in cod. Voſſ. ut edidit Pithoeus.

22. *& victos vincere poſſe putat*] Melius eſt *victus*. juxta verſum Graecum:

Ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται.

Tertullianus de Fuga in Perſecutione cap. X. *illum magis Graecum verſiculum ſaecularis ſententiae ſibi adhibent, Qui fugiebat, rurſus praeliabitur.: ut & rurſus forſitan fugiat. Et quando vincet, qui cum fugerit, victus eſt.* quod & Ennodius in Panegyrico imitatus eſt: *Pallantes viſi ſunt mutata ſorte victores.* Dixerunt hoc antiquitus Latini *Oſculanam pugnam*, quod poſtea in proverbium abiit, de quo vide Feſtum. Graecis eſt παλίωξις. Agathias Lib. I. Καὶ ἐς παλίωξιν τὰ τῆς φυγῆς μετεχώρει. Contrarium προΐωξις. quae duo conjunxit Heſiodus Scuto Herculis: (v. 154.)

Ἐν δὲ προΐωξίς τε παλίωξίς τε τέτυκτο.

huc pertinet locus Virgilii in XI. Aeneid. (694.)

Orſilochum fugiens, magnumque agitata per orbem
Eludit gyro interior, ſequiturque ſequentem.

LINDENBR.

victus praetuli, exigente conſtructionis ratione. licet *victos* in cod. Voſſ. & ſchedis Scalig. quod forte defendi poſſet e Feſto, *Oſculana pugna in proverbio, quo ſignificabatur, victos vincere.* ſed *victos* hic non regi poteſt a *putat*, niſi *ſpes* vel *captivus* ſubintelligatur. quod tamen durius puto. itaque *victus* jungendum cum *putat*. ut in margine primae edit. legebat Scaliger. & ſic in marg. ed. Pith. elegantiam locutionis illuſtrabunt notata ad Lib. I. LXXII. v. 78. de pugna Oſculana vel Aſculana vid. Turneb. Lib. III. Adverſ. c. XI. Stewech. ad Veget. Lib. III. p. 225. de tali pugna intelligendus Valer. Fl. V. 513.

Victores contra patrium Paeana Geloni
Congeminant: eadem redeunt mox gaudia victis.

ubi vide Baptiſt. Pium, & ad illud Plauti in Caſin. II. 8. 74. *jam victi vicimus.*

23. *Diſtrictus*] ſic ſchedae Scal. *deſtrictus* in iisdem & cod. Voſſ. & *rediſſe* ſeq. verſ. pro *redire*. adhaerent haec Ovidianis illis:

Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem,
  Atque aliquis pendens in cruce vota facit.

& ſic in verſibus Maecenatis, alibi edendis:

Vita dum ſupereſt, bene eſt.
Hanc mihi vel acuta
Subdas, ſuſtineo, cruce.

vide Lipſium de Cruce Lib. I. cap. 2.

Spem juſſus praebere caput, paloque ligatus,
Cum micat ante oculos ſtricta ſecuris, habet.
Sperat & in ſaeva victus gladiator arena,
Sit licet infeſto pollice turba minax.
Et qui * decenti jugulo tinctoria * moto,
Spem, quamvis lecto jam referatur, habet.

Spem

25. *paloque ligatus*] *ligatos* cod. Voſſ. reſpicit forte ad hiſtoriam Taureae Jubellii Campani, inter Capuanos principes a Q. Fulvio ſecuri percuſſos interemti, apud Livium Lib. XXVI. 16. *ſed dum inter ceteros ad palum deligatur, quia parum inter ſtrepitus exaudiri poſſent, quae vociferabatur, ſilentium fieri Flaccum juſſiſſe* &c. *lectumque Senatusconſultum, priusquam ſecuri feriret (lictor) quidam auctores ſunt.*

28. *Sit licet infeſto pollice turba minax*] ſic in ed. Pith. & Scalig. & in cod. Voſſ. ac Scaligeri ſchedis. *Stet licet* Francius. forte *inverſo pollice* legi poſſet ex Juvenal. Sat. III. v. 36.

Munera nunc edunt, & verſo pollice vulgus,
Quem libet, occidunt populariter.

ubi vide Grangaeum. ejusdemque notas ad illa Prudentii Lib. II. contr. Symmach. 1096.

Et quoties victor ferrum jugulo inſerit, illa
Virgo modeſta jubet converſo pollice rumpi.

& ſic Scaligerum legiſſe notaverat Francius. vulgata tamen defendi poteſt ex Suetonio Caeſ. 26. *Gladiatores notos, ſicubi infeſtis ſpectatoribus dimicarent, vi rapiendos ſervandosque mandabat.* ubi Caſaubonus hunc ipſum hujus Elegiae locum adducens lectionem hanc probaſſe videtur. Quinctilianus Lib. XI. cap. 3. *manum infeſto pollice extendit, qui quidem maxime placet iis, qui ſe dicere ſublata manu jactant.* ubi *inflexo pollice* legit Gevartius Lect. Papin. cap. VIII. p. 35.

29. *Et qui * decenti jugulo tinctoria * moto,*
Spem, quamvis lecto jam referatur, habet] locus corruptiſſimus, & variis virorum eruditorum conjecturis agitatus. neque expedit ſe Scioppius in Suſpect. Lect. licet tentet, *jugulat victoria: nota* &c. Salmaſius in Plinianis ad Solin. Exercit. pag. 188. ed. Paris. corrigit:

Et cui detenta in jugulo tinctoria moto.

Barthius ad Claudian. pag. 365. primae editionis, ex MS. codice legit:

——— *& qui jugulo tincta arma recepit.*

ſed in ſecundis curis majoris editionis pag. 352. ita adfert hunc verſum:

Et cui cedenti jugulo tincta arma notavit.

idem in notis ad Statium II. Theb. 609. corrigit:

Et cui deſcendit jugulo victoria toto.

non magis haec, ut puto, ſuffragia Criticae artis judicum ferent, quam alia ejusdem ingenii conjectura, quam profert Lib. XXIII. Adverſ. 17.

Et cui ter centum jugulando araria mota.

vel,

Et cui caede ſui juguli victoria nota.

diverſis etiam divinationibus Heinſius adfecto huic loco ſuccurrere tentavit, emendando: *Et cui detenta in jugulo.* vel, *Et cui fixa ſedent jugulo.* aut, *Cuique recepta ſedent.* denique,

Et cui deſcendit jugulato in pectora mucro.

quae ultima emendatio mihi prae ceteris adridet. certe *deſcendit* locum occupare debet pro inſulſa & metro adverſa lectione *decenti.* Itaque videndum, an vulgatae ſcripturae, quae in Scaligeri ſchedis etiam habetur, inſiſtat proxime:

Et cui deſcendunt jugulo tinctoria toto.

quomodo hic emendandum arbitror. *tinctoria* pro gladiis dicuntur, quia ſanguine tinguntur. Iſidori Gloſſarium: *Tinctorium, gladius. Tinctorium* etiam occurrit in notis Tyronis ac Senecae p. 82. ed. pr. Gruter. cap. 3. in fine. & hinc *tinctoria mens* pro crudeli, ſeu animo gladiatorio, ut recte legunt Turnebus & Salmaſius, apud Plinium Lib. VII. cap. 7. ubi vide notas Harduini §. 35. quomodo illic conſtanter etiam haberi in MSS. Leidenſibus & Voſſianis indicavit Cel. Oudendorpius, qui hoc in verſu tentabat,

Et cui deſcendit jugulo tinctoria.

vel

Et cui decreta eſt jugulo tinctoria.

ut *tinctoria* feminino ſingulari dicatur. dein *nota* etiam malebat, cum ſequenti *lecto* jungendum. vel potius *ſcuto.* de gladiatore enim in arena agitur; vel de eo, qui domi jugulatur Imperatoris juſſu. *cinctoria* alii praeferunt. vide Graevii notas ad Iſidor. Gloſſar. pag. 53. & Iſ. Voſſii ad Melam Lib. II. cap. I. pag. 114. ſed puto *cinctoria* potius dici zonas, quibus gladii accinguntur: unde in Gloſſis Philoxeni & S. Germani: *Cinctorium, καραζώνιον.* & in loco Pomponii Melae diſtinguuntur a gladiis: *pro ſimulacris enſes & cinctoria dedicant. deſcendere* proprium hac in re verbum. Florus Lib. III. 10. 13. *in jugulos gladiis deſcendebant.* Claudianus de Bell. Get. 601.

Altius haud umquam toto deſcendimus enſe
In jugulum Scythiae.

Ovid.

Digitized by Google

Spem recipit carcer foribus praecluſus ahenis.
Spes & in horrendo robore parva manet.
Spes Marium movit turpi ſe credere limo,
Et tantum furto vivere velle virnm.
Haec illum Libyae penetrare in litora victae
Juſſit: & ô Superi, quis fuit ille dies,
Quo Marium vidit ſupra Carthago jacentem!
Tertia par illis nulla ruina fuit.

Ovid. III. Met. 67. de jaculo: *toto deſcendit in ilia ferro.* ubi vide Heinſii & Patrui notas. male illic in Thuaneo & Leidenſi codice *defixit.* quae duo loca *toto* hoc in verſu etiam firmant. Prudentius Hymn. XII. Cathem. 115.

Quo plaga deſcendat patens,
Juguloque major pugio eſt.

ubi tamen in codice Egmondano *diſcedat.* quod illic forte rectius, quia plaga *diſcedere*, ferrum *deſcendere* dicitur. ſic apud Lucanum Lib. I. 31. Cl. Oudendorpius & Patruus meus praetulerunt:

——— *nulli penitus deſcendere ferro*
Contigit, alta ſedent civilis vulnera dextrae.

ubi *diſcindere* male in plerisque edd. & codicibus, meisque MSS. legitur. *deſcendunt jugulo tinctoria toto*, quae in jugulum penitus adiguntur. quod eleganter exprimit Statius Lib. X. Theb. 808.

Haec erat, haec metuenda manus, ferrumque, quod amens
Ipſa dedi: viden' ut jugulo conſumſerit enſem?
Altius haud quisquam Danaum mucrone ſubiſſet.

facit huc illud Virgilii XII. Aen. 357.

——— *dextrae mucronem extorquet, & alto*
Fulgentem tinguit jugulo.

ubi Servius, *tinguit hic non ſignificat, inficit, ſed, demerſit in jugulum.* ſic *jugulo ſtat divite ferrum* in Epigrammate inter Fragmenta Petronii pag. 679. & Scalig. Catalect. p. 235.

32. *horrendo robore*] ad Lucanum remittebat Heinſius, ſed loco non indicato. Opinor ipſi in animo fuiſſe verſus ex Lib. II. 125.

——— *truncos laceravit Fimbria Craſſos,*
Saeva tribunitio maduerunt robora tabo.

robora enim quaevis tetra carcerum ſupplicia. ut fuſe docet Andr. Querneus rariſſimo Egregiorum Libello cap. 3. & ſic *robur* dictum Tullianum Servii. vide Ryck. de Capitol. Rom. c. 45.

33. *Spes Marium movit turpi ſe credere limo*] reſpicit illa, quae narrat Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 19. de Mario per Sullam in exſilium ejecto: *Marius poſt ſextum conſulatum, annosque* LXX. *nudus ac limo obrutus, oculis tantummodo ac naribus eminentibus extractus arundineto, circa paludem Maricae, in quam ſe fugiens abdiderat, injecto in collum loro in carcerem Minturnenſium perductus eſt.*

34. *furto*] *lucro* Scioppins.

36. 37. ——— *& o Superi, quis fuit ille dies,*
Quo Marium vidit ſupra Carthago jacentem!] illud *ſupra*, procul dubio corruptum eſt. in ſchedis Scaligeri *ſub.* Heinſius tentabat *ſub ſe.* ſed *juxta* legit Freinshem. 'in Indice Flori in *dies*, verſumque hunc expreſſum eſſe notat ex Vellejo Paterc. Lib. II. cap. 19. Francius ex *ſupra* eliciebat *ſuperba.* & legebat *Carthago ſuperba jacentem?* ſed vide an forte pro *ſupra* literis tranſpoſitis ſubſtitui poſſit, *ſuppar Carthago.* id eſt eadem calamitate Mario ſimilis. quae conjectura firmatur ex Manilio Lib. IV. 47. ubi de eodem hoc Mario:

Et jacuis Libycis compar jactura ruinis.

& hoc probant illa Vellejī Paterc. de Mario, d. l. circa finem capitis: *At ille curſum in Africam direxit, inopemque vitam in tugurio ruinarum Carthaginenſium toleravit: cum Marius adſpiciens Carthaginem, illa intuens Marium, alter alteri poſſent eſſe ſolatio.* ex quibus patet, Francii emendationem *Carthago ſuperba* hic valde alienam eſſe. vocem hanc *ſuppar* ſaepe aliis veterum locis corruptam reſtituit Heinſius, quem vide Lib. I. Adverſ. cap. 6. ſic apud Apulejum Lib. VI. p. 126. legebat Cl. Oudendorpius, *Venus ſuavi Muſicae ſuppari greſſu formoſa cantavit.* Cic. de clar. Orat. 7. *Huic aetati ſuppares Alcibiades, Critias, Theramenes.* apud Auſon. Epiſt. I. 13.

Atque aetas quia noſtra eadem, nam ſupparis aevi
Sum tibi ego.

ubi pro *Atque aetas* in membranis vetuſtiſſimis Voſſianis *bona aetas.* unde *Paene aetas* idem corrigebat Oudendorpius. quod Heinſio etiam placebat, vel pro *Atque*, legebat *Adde, aetas.* in eodem cod. Voſſ. pro *ſupparis aevi* vitioſe *ſub patris.* quod inde ortum, quia *ſubparis* ſcribebant. haec antem loca firmant apud Vellej. Paterc. Lib. I. cap. 17. *Dulces Latini ſermonis facetiae per Caecilium, Terentiumque & Afranium ſuppari aetate nituerunt.* ut recte Acidalius & Lipſius, pro *ſub pari.* vide illic N. Heinſii notas. *jacentem* vero interpretor fortuna priſtina elapſum, deſpectum ac contemtum. vide Erhard. ad Fragm. Petron. p. 679. & quae ſu-

Spes Magnum profugum toto diſcurrere in orbe
Juſſerat, & pueri Regis adire pedes.
Spes uni numquam potuit dare verba Catoni,
Mendaciſque Deae non tulit ille dolos.
Quid non Spes audet? Priamo poſt Hectora manſit.
Spes fuit uxori, Proteſiläe, tuae.
Orpheus infernas ſperavit tollere leges,
Tartareum & cantu flectere poſſe canem.
Spe duce per medias enavit Daedalus auras,
Et nova mirantes terruit ales aves.
Paſiphaë (quid non homini ſperare libebit?)
Speravit torvo poſſe placere bovi.

Spe-

pra notavi ad Lib. II. Ep. 246. Ceterum totum hunc locum forte Auctor hujus Elegiae expreſſit ex Lucano Lib. II. v. 93. 98. & 99.

——— *ſolatia fati*
Carthago, Mariusque tulit, pariterque jacentes
Ignovere Deis.

ubi *pariter jacentes*, adjuvant conjecturam meam in hoc verſu, *Marium vidit ſuppar Carthago jacentem.* & quae paullo poſt ſequuntur, facem huic loco non obſcuram praeluxerunt:

——— *pro fata! quis ille,*
Quis fuit ille dies! Marius quo moenia victor
Corripuit.

ubi Patruus meus hunc locum ita emendat,

Quo Marium vidiſſe ſtupet Carthago jacentem.

recte autem, *quis fuit ille dies, Quo Marium* &c. ut ibidem Lucanus, & Tacit. II. Hiſt. 74. *Quis ille dies foret, quo* &c. & Ovid. III. Am. 12. 1.

Quis fuit ille dies, quo triſtia ſemper amanti
Omina non albae concinuiſtis aves.

qui fuit ille dies in cod. Voſſ. a manu prima, male. neque enim opus eſt *quum* in hac locutione ſubſtituere ex ſimili loco Statii Lib. XII. Th. 708.

Quis fuit ille dies, toto quum ſanguine.

ubi id concinnius propter *toto ſanguine.* vide Patrui mei notas ad d. l. Lucani. ſic Lib. I. Th. 166.

——— *quis tum tibi, ſaeve,*
Quis fuit ille dies? vacua quum ſolus in aula &c.

ſic *tempus erit, quo* &c. vel *quum.* de quo vid. ad Lotich. Lib. V. El. 18. 57. *dies* vero eleganter pro clade inſigni illius diei. vide Caſaub. ad Suet. Aug. 23. in fine. ita *nox* pro calamitate memorabili illius noctis. ſupra Epigr. XI. hujus Libri:

Tempore non alio, quo ter tibi funera centum
Heu nox una dedit, quae tibi ſumma fuit.

ſic *nox Dorica* a Gronovio Lib. I. Obſerv. cap. 2. egregie adſerta eſt Valerio Flacco Lib. II. 573. ubi vide Heinſii & Patrui notas.

39. *Spes Magnum profugum toto* &c.] Mallem,
Spes Magnum toto profugum &c.

& ſic Tollius & Cl. Oudendorpius. ſequenti verſu innuit Ptolemaeum, Aegypti Regem, ad quem memor beneficiorum quae in patrem ejus contulerat, Pompejus victus aufugerat; *qui tum puero quam juveni propior regnabat Alexandriae*, ut ait Vellejus Paterc. Lib. II. cap. 53.

42. *Mendaciſque Deae*] *Mendacis Divae* Francius.

44. *Spes fuit*] *ſubit* Heinſius.

47. *per medias enavit Daedalus auras*,] inepte *undas* in Pithoei editione & Scaligeri ſchedis. ſed ſubſtitui cum Heinſio & Francio, *per medias enavit Daedalus auras.* alteri lectioni anſam forte dedit verbum *enavit*, cui *undas* melius convenire putabat librarius. ſed eſt imitatio Virgilii Lib. VI. Aen. 16.

Daedalus, ut fama eſt, fugiens Minoia regna,
Praepetibus pennis auſus ſe credere coelo,
Inſuetum per iter gelidas enavit ad Arctos.

ubi conſule Servium. ſic de apibus idem IV. Georg. 59. *ad ſidera coeli Nare per aeſtatem liquidam.* ubi vid. Philargyr. & Ang. Decembr. Lib. IV. de Polit. Liter. pag. m. 48. b. Lucretius Lib. III. 590. de anima:

Quam prolapſa foras enaret in aëris auras.

enare etiam apud Silium Lib. III. 662. ubi vid. Drakenb. & ad Livium XXXIII. 41. §. 7. ſic & *tranare* pro volare, apud Silium eodem libro, v. 682.

——— *per auras*
In Libyen niveis tranavit concolor alis.

Lib. XIII. 185. *Dictaea per auras Tranat.* & v. 238.

Tranavit liquidas volucris ceu ſcinderet auras.

51.

Sperat, qui curvo ſulcos perrumpit aratro.
  Sperat, qui ventis vela ferenda dedit.
Spes hamis piſces, laqueo captare volucres,
  Erudit. haec orbem bella cruenta docet.
Spes ſequitur gravibus raſtris mala rura domantem,
  In nova ſe nulla cum ratione parat.
Semper adulatur, ſemper maleſida vagatur,
  Et populos, urbes, totaque regna capit.
Deſertos medicis ſpes numquam deſerit aegros.
  Deſeſſi numquam ſpem poſuere rei.
Spes eſt, quae claſſes diverſo ex hoſte coactas
  Ducit. Spes cupidos ducit in arma viros;
Et dicit, Durä. nec te praeſentia jungant.

Fors

51. *Sperat, qui curvo ſulcos perrumpit aratro*] adhaeret illis Tibulli d. l.

Spes alit agricolas, Spes ſulcis reddit aratis
  Semina &c.

ubi *Spes* litera majuſcula ſcribendum, tamquam Dea. de quo vide Broukh. ad Tibull. Lib. I. El. I. 5. & notas ad Ovid. Lib. I. ex P. Ep. 6. 29. & ita in tota hac Elegia.

Ibid. *perrumpit*] *perrupit* Francius. quia ſequitur *dedit*. ſed qui arat, *perrumpit* ſulcos, non *perrupit*. qui navigat, non dat ſolum, ſed *dedit vela ferenda ventis*.

53. *Spes hamis piſces, laqueo captare volucres Erudit*] Ex eodem Tibullo:

Haec laqueo volucres, haec captat arundine piſces,
  Quum tenues hamos abdidit ante cibus.

ubi *abdidit arte* legendum arbitror. ut *arte* fieri dicuntur omnia fraudulenta ac doloſa. quae vox cum *ante* ſaepe confuſa in veterum locis. ut alibi notabimus.

55. *mala rura domantem*] *male* legebat Heinſius, id eſt aegre domantem. ſic *male tentans* pro infeliciter, fruſtra. vid. notas ad Gratii Cyneg. v. 35. ſequenti verſu, *In bona*, pro *In nova*, Scioppius.

60. *Deſeſſi numquam ſpem poſuere rei*] recte *Confeſſi* Scioppius. & ſic Heinſius. vel *defecti*. quod ultimum adſtrui poſſet ex iis, quae notavi ad Lib. I. Ep. 105. pag. 89.

61. *Claſſes diverſo ex hoſte coactas*] malim cum Heinſio *diverſo ex orbe*. in Voſſiano, *claſſis diverſo ex hoſte coactus*.

62. *Ducit. Spes cupidos ducit in arma viros*] incongrua vocis *ducit* repetitio eſt. *tollit in arma* cod. Voſſ. forte *pellit*. vel *trudit*. quod propius accedit ad *ducit*. idque Cl. Oudendorpio etiam in mentem venerat.

63. *Et dicit, Duro. nec te praeſentia jungant*] Janus Douza pater legendum cenſet, *Nec te praeſentia tangant*. LINDENBR. melius

Et dicit, dura. nec te praeſentia tangant.

id eſt, habe bonum animum, *dura cor*, ut ait Plautus: neque quae nunc accidunt, te turbent; nam cras melius erit: eſt enim incerta fortuna & inconſtans. TOLLIUS. *tangant* etiam Scriverius, & Heinſius, vel *vincant*. in editione & ſchedis Scaligeri habetur ita ut edidit Pithoeus. ſed praeſtat forte *frangant*. quomodo etiam Francius, & Cel. Oudendorpius. Ovid. Epiſt. IX. 6.

Quem numquam Juno, ſeriesque inmenſa laborum
  Fregerit, &c.

ſic in Monoſtichis de Moribus apud Pith. p. 23.

Non laeta extollant animum, non triſtia frangant.

Cicero poſt red. in Senat. cap. 15. *nam quid eſt quod animum meum frangere aut debilitare poſſit.* & pro domo cap. 36. *qui me animo nimis fracto eſſe atque afflicto loquebantur.* ſic ſpes *frangi* dicuntur. vid. Victor. Lib. XXXVII. Var. Lect. 9. & Barth. ad illud Claudiani II. de Laud. Stilich. 69.

——— *nec contra nixus ovantem*
Confringas animum.

praeterea recte idem Heinſius legebat, *Et dicit, Dura*: quomodo edendum cenſui. non *Duro*, ut edidit Scaliger & Pithoeus. notum illud Virgilii, I. Aen. 207.

Durate, & vosmet rebus ſervate ſecundis.

Claudianus Bel. Get. 269.

——— *durate parumper,*
Inquit, & excuſſis muliebribus ore querelis,
Fatorum toleremus onus.

Albinovan. ad Liv. v. 198.

Duravitque animum, deſtituitque preces.

ubi vide Lindenbr. Petronius Epigr. IV.

Ergo age, duremus, quamvis adoleverit aetas.

ubi plura in notis Interpretum. Graecis eſt *ὑπομένειν, καρτερεῖν*. vid. Salmaſ. ad Solin. p. 346. & 776.

Er-

Fors varias mutat mobilitate vices.
Incerto ludit caſu Fortuna per orbem.
Et ſemper contra quae fugit, atque redit.

Ep. LXXXIII. *de Vino.* M. TERENTII VARRONIS.

Vino nihil quidquam jucundius cluit.
Hoc aegritudinem ad medendum invenerunt.
Hoc hilaritatis dulce ſeminarium.
Hoc continet coagulum convivia.

Ep.

Erhard. ad Petron. cap. 105. in fine. Ramirez. in Pentecontarch. cap. IX. pag. 91. Rigalt. ad Phaedr. Lib. II. fab. 9. p. 222. Patruum ad Valer. Fl. I. 237. & ad Quinctilian. Decl. VI. cap. 3. & ita hoc in verſu legiſſe Broukhuſium, colligo ex ejus imitatione in Juvenilib. pag. 467.

Spes facit, ut durem; Spes me ſuſtentat, alitque,
Nec male ſi nunc eſt, & male ſemper erit.

Francius legebat, *Dicit & obduro.*

64. *Fors varias mutat mobilitate vices*] In cod. Voſſ. & ſchedia Scaligeri *non utilitate.* forte pro *con* id eſt *cum levitate.* ut adhaereat Ovidio V. Triſt. 8. 15.

Paſſibus ambiguis Fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxque loco.
Sed modo laeta manet, vultus modo ſumit acerbos,
Et tantum conſtans in levitate ſua eſt.

ſic ſupra v. 17.

Omnia promittit nota levitate Deorum.

etiam *Sors varias mutat* legi poſſe, docent Pichenae & Gronovii notae ad Tacit. II. Hiſt. c. 1. apud quem cap. 70. praeferebat Patruus meus *erant quos varia ſors rerum, lacrimaeque & misericordia ſubiret.* pro *varia fors.* ſed hic tamen nihil muto. vid. Heinſ. ad Ovid. I. Met. 453. & ad Claudian. Bel. Get. 370. ſic apud Virg. Ecl. IX. 5. *quoniam Fors omnia verſat.* ut praefert idem Heinſius, prolato Symmachi loco adpoſito. ſed a Cerda aliisque *Sors* defenditur. vide illic Patrui notas.

66. *Et ſemper contra quae fugit atque redit*] margo ed. prim. Scalig. & Pithoei:

Eſt ſemper, contra qua fugit, atque redit.

Barthius Lib. III. Ablegm. Crit. cap. 10. & Lib. XVII. Adverſ. 3. legit *Se ſemper contra quae fugit. quam fugit* Scalig. in marg. ſchedarum. non male Tollius,

Et ſemper contra, qua fugit arte, redit.

EP. LXXXIII. *de Vino.* TERENTII VARRONIS. &c.] Legitur apud Nonium in *Coagulum* p. 24. ed. Merc. ex Varronis Satyra *Eſt modus matulae.* & inter Varronis Fragmenta pag. 98. ediditque Pithoeus Lib. I. pag. 24. & Scaliger pag. 221. illuſtrat hos verſus Frid. Morellus in notis ad Libanium pag. 88.

1. *Vino nihil quidquam jucundius cluit*] *nihil jucundius quidquam* tranſponit Voſſius Lib. II. Art. Gramm. 21. quomodo Muretus Lib. IV. Var. Lect. cap. 8. & ſic apud Nonium, niſi quod illic *quisquam bibit* legatur, & v. 3. *medendam.* & ſic Giſanius Ind. Lucr. p. 401. qui legit *oino* pro *vino.* ſed contra libros veteres. ut notat Carrio ad Valer. Fl. Lib. VI. 655. ex quo patebit in antiquis editionibus olim fuiſſe, *Cui nihil jucundius quisquam vivit.* in aliis *bibit.* ſolita literae *v* & *b* permutatione. ſed *cluit* recte ſe habet. vid. Heinſ. ad Prudent. p. 121. & quae notavi ad Lib. II. Ep. 144. 12. ſeq. verſu Francius conjecerat,

Hoc aegritudinem ad medendam pharmacum.

nimis licenter. recte Voſſius monuit *invenerunt* hic penultima brevi dici, ut apud Laberium, *pauci potuerunt.* & Phaedrum Lib. IV. fab. 19. *quo priores abierunt.* ubi vide Tan. Fabrum. ſic *verterunt* ſecunda brevi Horatio Epod. IX. 17. & apud Ovidium, aliosque, *dederunt, ſteterunt, adfuerunt, condiderunt,* & ſim. quorum infinita exempla poſſent addi illis, quae notarunt Pier. ad Virg. II. G. 129. Ritterah. ad Gunther. Lib. III. 389. Livinej. ad Propert. p. 129. G. Voſſ. ad Valer. Fl. I. 644. Heinſ. ad Claudian. I. de Laud. Stil. 373. & ad Ovid. Epiſt. VII. 166.

2. *Hoc aegritudinem ad medendum invenerunt*] Aſclepiades ſcilicet. Apulejus Floridorum IV. *Aſclepiades ille inter praecipuos medicorum, ſi unum Hippocratem excipias, caeteris princeps, primus etiam vino opitulari aegris repperit.* quem etiam de eo dando volumen conſcripſiſſe, ab eo cognominatum, Plinius docet Lib. XXIII. cap. 1. LINDENBR. recte notaverat Tollius, minime de aegritudine corporis intelligendum eſſe Varronis locum, ſed de aegritudine animi, quomodo ſimpliciter & proprie *aegritudo* ſumitur, ut notum eſt.

4. *Hoc continet coagulum convivia*] *Coagulum* hic Varro concinna tranſlatione poſuit pro glutino quodam, quod conjungit. vide Turneb. XXIX. Adverſ. c. 17. Barth. Gloſſar. in T. III. Reliq. MSS. a Ludewigio edit. pag. 178. & Scriver. in Anecd. Philolog. pag. 25.

Ep.

Digitized by Google

EP. LXXXIV. *de Vino & Laetitia.*

Vince mero curas, & quidquid forte remordet,
  Conprime, deque animo nubila pelle tuo.
Nox, curam ſi prendit, alit. male creditur illi
  Cura, niſi a multo marcida facta mero.

EP. LXXXV. *de Venere & Vino.* BASILII.

Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore.
  Uno namque modo vina Venusque nocent.
Ut Venus enervat vires, ſic copia vini,
  Et tentat greſſus, debilitatque pedes.

Mul-

EP. LXXXIV. *De Vino & Laetitia.*] habet Scaliger in Catalectis Lib. I. pag. 222. ſed conjungit cum alio Epigrammate, quod incipit,

Sic tua ſit, quamcumque tuam vis eſſe puellam &c.

& inſcribit DE VINO ET LAETITIA. neque aliter in ſchedis Scaligeranis inveni, & codice Voſſii. ſed recte hoc Epigramma ſeparatim edidit Pithoeus Lib. I. pag. 24. alterum inter Amatoria referendum eſt.

1. *& quidquid forte remordet*] *& ſi quid forte remordet* Francius. *corda remordet*, vel, *pectora mordet* corrigebat N. Heinſius. ſed *remordet* praefero ex Virg. Lib. I. Aen. 261. *quando haec te cura remordet.* quo loco Patruus vindicat apud Claudian. Bel. Get. 302. *non impar naturae cura remordet.* multua in hoc argumento eſt Horatius, qui vino pellendas curas ſaepe canit. vid. ad Lotich. Lib. III. Carm. XI. p. 516.

4. *Cura, niſi a multo marcida facta mero*] contrarium eſt Martialis votum Lib. X. Ep. 47.

Nox non ebria, ſed ſoluta curis.

EP. LXXXV. *de Venere & Vino.* BASILII] eo titulo elegans hoc epigramma edidit Pithoeus Lib. I. p. 25. & Scaliger pag. 174. in codice Voſſiano inſcribitur DE EBRIETATE ET LIBIDINE. in altero Voſſiano tribuitur Virgilio. in Thuaneo & alio Voſſii chartaceo non Baſilio ſed Vitali adſcribitur, hoc titulo, VITALIS. DE LIBIDINE ET VINO. *de Vino & Venere* in edit. Vicetina, Brixienſi, Veneta, & Aldina, ſine ullo auctoris nomine. quomodo etiam Pulmannus p. 373. in prima Scaligeri editione Lugdunenſi pag. 179. inter alia Feſti Avieni Epigrammata legitur.

1. *vini capiaris amore*] *tenearis* in Petaviano, Thuaneo, Voſſ. cod. & ed. Ald. in antiquis illis edd. legitur, ut Pithoeus, Scaliger, & Pulmannus ediderunt. *capieris* in Juntina.

3. *copia vini*] *Bacchi* Voſſ. cod. ed. Ald. & Pulm. elegantius. quia praecedit, *Ut Venus enervat* &c.

4. *Et tentat greſſus, debilitatque pedes*] *temptat* Thuan. cod. Heinſius conjecerat, *ſic copia vini Attentat.* vel *Attemtat.* niſi forte *captat* legendum, ut Plauti iocum reſpexerit Pſeud. V. I. 65.

——— *magnum hoc vitium vino eſt,*
Pedes captat primum. luctator doloſus eſt.

ubi vide Taubman. qui hunc verſum ex Virgilii Catalectis adferens *Et tentat greſſus* etiam habet. ut in ed. Ald. Junt. aliisque legitur. illud vero Plautinum ex Euripide deſumtum eſt in Cyclop. 674.

Δεινὸς γὰρ οἶνος, καὶ παλαίεσθαι βαρύς.

ut illic indicant Barneſii notae. Almelovenius in Amoen. Theolog. p. 214. corrigebat, *Et lentat greſſus.* ſed *tentat* unice vera lectio eſt, & quam recte probavit Cuperus in Epiſt. ad Almelov. in Miſc. Lipſ. Nov. P. II. p. 545. Virg. II. Georg. 94.

Tentatura pedes olim, vincturaque linguam.

ubi Erythraeus in Indice, & Emmeneſſius in notis hunc ipſum verſum adferunt, ac Virgilio hoc Epigramma tribuunt. Lucretius Lib. VI. 1114. de podagra, *Atthide tentantur greſſus.* Seneca in Epiſt. 83. ubi de ebrietate: *Sed ſi tentantur pedes, lingua non conſtat.* hinc *temetum* interpretatur Nonius in *temulenta*, *quod attentet.* vide Merceri notas p. 88. ubi quod rejiciat lectionem codicum nonnullorum Nonii, qui habent, *quod attentet mentem*, & praeferat tantum, *quod attentet*, defendi tamen alterum poſſet ex Donato ad Terent. Eun. IV. 3. 13. *temulenta, ebria, a temeto, quo nomine antiqui grave vinum appellabant, quod tentaret mentem, id eſt labefactaret.* talem *greſſum* ebrietate *nutantem* vocat Eugenius in Opuſc. pag. 5.

Et greſſus poplite nutans, & viſu fallax.

ut legitur in editione Sirmondi. ſed in Thuaneo codice, quem contulit Heinſius,

Egreſſus fallax poplite nutans & viſu.

unde forte verbis tranſpoſitis emendandum,

Et viſus fallax, & greſſus poplite nutans.

nam quod edidit Rivinus, *Poplite ſi greſſus nutans* &c.

Digitized by Google

Multos caecus amor cogit ſecreta fateri:
 Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum ſaepe parit ferus exitiale Cupido:
 Saepe manus itidem Bacchus ad arma movet.
Perdidit horrendo Trojam Venus inproba bello:
 At Lapithas bello perdis, Jäcche, gravi.
Denique cum mentes hominum furiavit uterque:
 Et pudor, & probitas, & metus omnis abeſt.
Compedibus Venerem, vinclis conſtringe Lyaeum:
 Ne te muneribus laedat uterque ſuis.
Vina ſitim ſedent; natis Venus alma creandis
 Serviat. hos fines tranſiluiſſe nocet.

Ep.

&c. non reſpondet verſui pracedenti, *Inde tremor membris* (non *mentis*) *inde eſt oblivio mentis. titubantem gradum* dixit Columella Lib. x. v. 309.

Et titubante gradu multo madefactus Jäcche.

& hinc eleganter infra Ep. LXXXVII. de Vino,

Vindicat ipſa ſuos, quos pertulit, uva labores,
 Quae pede quod premitur, ſubtrahit ipſa pedem.

tentant & debilitant in Vicetina, & Veneta. *tentat & debilitant* in Brixienſi.

5. *Multos*] *Multas* Voſſ.

7. *Bellum ſaepe parit*] ſic edidit Aldus, Scaliger, Pulmannus, & Pithoeus, in cujus margine *ciet*, quod legitur in Petaviano, Thuaneo, & vetuſtiſſimo Voſſii codice Auſoniano. *petit* in MS. chartaceo Voſſii, & Vicetin. Brixienſi, Veneta, ac Junt. ed. *parit* in Aldina. ſed praeſtat *ciet.* Virg. I. Aen. 545.

Bella ciens, primaque vetant conſiſtere terra.

ſic *ciere pugnam* pro movere, Livio aliisque ſaepe. vide ſupra ad Epigr. LIX. 4.

8. *Saepe manus itidem Bacchus ad arma movet*] *eadem* pro *itidem* in Thuaneo. an forte *idem Bacchus? vocat* pro *movet* in Voſſiano & Petaviano codice. & ſic Brixienſis, Aldina, Veneta, Scaligeri, & Pulmanni editio. *ad arma vocant* ed. Vicetin.

9. *Perdidit horrendo* &c.] Totum hoc diſtichon deerat Voſſiano codici.

10. *At Lapithas bello perdis, Jäcche, gravi*] *Ac* Petav. *Et* cod. papyr. Voſſii, ed. Vicet. Brix. Ven. & Junt. recte. ut *itidem* paullo ante. *Laphidas* in Thuaneo. *perdis*, ut apud Virg. VII. Aen. 305.

——— *Mars perdere gentem*
Immanem Lapithûm valuit.

ſimile illud Horatii Lib. I. Carm. 18. 6.

At ne quis modici tranſiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum Lapithis rixa ſuper mero
Debellata.

quem locum forte reſpexit hic auctor: nam ut illic Horatius,

At ne quis modici tranſiliat munera Liberi.

ita in hujus Elegiae fine, *hos fines tranſiluiſſe nocet.*

11. *cum mentes hominum furiavit uterque*] *furavit* in Thuaneo. *furiarit* ed. Vicet. Brix. Ven. & Junt. forte & hic adhaeret Horatio Lib. I. od. 25. 14.

Cum tibi flagrans amor & libido,
Quae ſolet matres furiare equorum,
Saeviet circa jecur ulceroſum.

ubi tamen *furiare* novum verbum eſſe notat Acro. *furiata mentem* ſimiliter dixit Virg. II. Aen. 407. ubi Servius notat *furiatum* dici, qui furit ex cauſſa, *furioſum*, a quo furor numquam recedit. *furiata Charybdis* in MSS. apud Ovid. II. Am. 16. 25.

14. *Ne te*] ſic Venet. Junt. & Pith. editio. *Nec* cod. Petav. & ed. Vicet. & Brix.

15. *Vina ſitim ſedent* &c.] *ſedant* eaedem editiones. totum hoc diſtichon deeſt in Voſſ. cod.

16. *Serviat. hos fines tranſiluiſſe nocet*] in vetuſtis editionibus Vicetin. Brix. & Junt. diſtinctio major ponitur in fine praecedentis verſus, & ultimus legitur hunc in modum:

Sed fines horum tranſiluiſſe nocet.

vitioſe in Veneta,

Serva fines horum. tranſiluiſſe nocet.

tranſiliiſſe edidit Aldus. ſed alterum eſt in cod. Petaviano ac Thuaneo. contra Lib. I. Ep. 169. v. 15. *Tranſiluit ſcopulos* recte Aldus. quod illic a Voſſiano & Ambroſiano codice firmatur. & in Epigr. 108. 8.

Diſſiluit mediis noxia turbinibus.

ubi *Diſſilit* male apud Barth. id licet leve videatur, tamen paſſim in veterum auctorum locis male ſcriptum editumve fuit, cum a *ſalio* efferatur *ſalui*, non *ſalii*, aut *ſalivi.* apud Virg. II. G. 384.

Mollibus in pratis unctos ſalière per utres.

ut in MSS. eſſe teſtatur Pierius, & Priſciani auctoritate tuetur. quomodo etiam Aruſianus Meſſius libello Elocutionum inedito, *Salio per illam rem. Virg. Georg. Lib. II. unctos ſaliere per utres.* ſed *ſaluere* agnoſcit Diomedes Lib I. p. 371. & aliis locis adſtruit. & ſic Servius tam illic, quam ad Lib. III. Aen. 416.

pro-

Digitized by Google

EP. LXXXVI. *de Venere, Vino, & Balneis.*

Balnea, vina, Venus, corrumpunt corpora noſtra.
Sed vitam faciunt balnea, vina, Venus.

EP. LXXXVII. *de Vino.*

Vindicat ipſa ſuos, quos pertulit, uva labores,
Quae pede quod premitur, ſubtrahit ipſa pedem.

EP. LXXXVIII. *de Amore Feminarum.*

Crede ratem ventis, animum ne crede puellis.
Namque eſt feminea tutior unda fide.
Femina nulla bona eſt: vel, ſi bona contigit ulla,
Neſcio quo fato res mala facta bona eſt.

Ep.

prolato Ciceronis loco pro Milon. cap. x. *cum e rheda diſſiluiſſet.* & recte contra Pierium *ſaluere* adſeruit N. Heinſius. vide & Priſcian. Lib. x. pag. 906. ed. Putſch Voſſium Lib. III. de Analog. 33. & G. Fabric. ad Terent. Heaut. IV. I. 44. Ovid. IV. Faſt. 805.

Per flammas ſaliiſſe pecus, ſaliiſſe colonos.

ubi *ſaluiſſe* ex Priſciano & MSS. repoſuit Heinſius. Lucan. Lib. v. 512. *vigilum ſomno cedentia membra Tranſiluit.* ubi in MSS. fruſtra *Tranſiliit.* apud Juſtinum Lib. XXII. cap. XI. §. 8. in cod. Franequerano legitur, *in concionem armatam in armis ipſe deſiluit.* in vulgatis *inermis ipſe deſiliit.* ſed cap. 9. male in eodem codice *ſine ullo ſatellite deſiliit.* & ſic apud Sueton. Veſpaſ. 23. recte in vetuſtiſſimo Memmiano, *ſuſpicatus ad calceandas mulas deſiluiſſe.* plura Gronov. ad Senec. Thyeſt. 768. Patruus ad Suet. Caeſ. 64. & Canneg. ad Avien. Fab. XXV. 6.

EP. LXXXVI. *Balnea, vina, Venus* &c.] Reperitur hoc diſtichon in duobus lapidibus apud Gruter. pag. DCXV. II. & DCCCCXII. 10. & apud Ferret. Muſ. Lapid. pag. 106. ediditque Pithoeus Lib. III. p. 102. ut Epitaphium GAAIO MAGULAE, vel GADIO MAGULLAE, ut apud Gruterum ſecundo loco, ſcriptum, cui forte poſuerunt hoc Epitaphium verſibus notis & adſcititiis, quia ſacris his non mediocriter initiatus erat. Scaliger autem foetum recentioris poëtae, elegantem quidem, ſed adfectatae venuſtatis eſſe cenſet, & ex Graeco expreſſum, quod legitur in Antholog. Gr. Epigr. Lib. I. cap 37. Epigr. ult. p. 79.

Οἶνος, καὶ τὰ λοετρὰ, καὶ ἡ περὶ Κύπριν ἐρωὴ
Ὀξυτέρην πέμπει τὴν ὁδὸν εἰς Ἀΐδην.

EP. LXXXVII. *Vindicat ipſa* &c.] profert ut vetuſtum Epigramma Emmeneſſ. ad Virg. II. Georg. 94. & ego inveni in ſchedis Divionenſibus, Salmaſianis, ac Leidenſi codice, cum titulo *de Uvis.* primo verſu *dolores* mallem, quam *labores.* acumen enim epigrammatis eſt, uvam ſe ipſam vindicare, quod pedibus hominum preſſa fuerit, vino inebriatorum greſſus tentando, ac pedes debilitando. vide ſupra ad Ep. LXXXV. 4.

EP. LXXXVIII. *Crede ratem ventis* &c.] Non fuit teraſtichon hoc in vetuſto illo Lugdunenſi codice, ſed in antiquo Simeonis Boſii libro, inter alia quaedam Auſonii & aliorum veterum carmina: nec habuit alium titulum, quam ſolum hunc CICERONIS, quisquis hic fuit Ciceronum. VINETUS. In multis veteribus codicibus adtribuitur Ciceroni. SCALIGER. Salmaſii Schedae & Voſſii codex PENTADIO tribuunt, deſumtum ex Apollonio, ut notaverat Scriverius. vide & Barth. XVII. Adverſ. 9. & ad Rutil. Lib. I. v. 42. ſine auctoris nomine edidit Pith. Lib. I. p. 25. & Scalig. p. 205. apud quos *nec crede.* ſed *ne* in cod. Voſſ. Francius legebat,

Neve ratem ventis, animum neu crede puellis.

me non adſentiente. Idem paullo poſt, *aut ſi bona contigit ulli.* nam Scaliger edidit, *& ſi bona.* Pithoeus, *vel, ſi bona contigit ulla.* una ed. Scalig. ut in cod. Voſſ. qui τὸ *eſt* in utroque verſu non agnoſcit. inter carmina Auſonio adſcripta in editionis ſuae calce dedit Vinetus. & habetur quoque in Catalectis Petronianis p. 171. ed. Frellon. ſub titulo, Q. CICERONIS *de mulierum levitate.* quod argumentum ſaepe uberem jocandi materiem poëtis non tetricis praebuit. Exempla aliquot ad Epigrammatis hujus illuſtrationem videbis apud Paſſerat. in Orat. & Praef. pag. 203. qui Petronio etiam adſcribit. unicum in re obvia addam Catulli Epigr. LXXI. ut levis in eo menda emaculetur,

Nulli ſe dicit mulier mea nubere malle,
Quam mihi: non ſi ſe Jupiter ipſe petat.
Dicit: ſed mulier cupido quod dicit amanti,
In vento & rapida ſcribere oportet aqua.

ſic editur vulgo: & hanc lectionem probavit Victorius Lib. IX. Var. Lect. 13. ſed *in vento ſcribere* jusjurandum mulieris non aeque recte dici puto, atque *in aqua.* diverſa enim locutio eſt illa vulgaris, qua verba vel promiſſa inania ventis irrita ferri, vel tepidis diripienda Notis tradi, paſſim poëtis dicuntur. Itaque emendandum arbitror,

In vino & rapida ſcribere oportet aqua.

ut deſumſerit Catullus ex Xenarchi Πεντάθλῳ apud Athenaeum Lib. X. pag. 441.

Ὅρκον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω.

in

LXXXIX. RUFINI *Verſus Anacyclici*, *de Amore*.

Blanditias fera mors Veneris perſenſit amando
Permiſit ſolitae nec Stiga triſtitiae.
Triſtitiae Stiga nec ſolitae permiſit amando
Perſenſit Veneris mors fera blanditias.
Omnipotens pater huic ſemper conceſſit amori,
Fecit nec requiem tot ſibi fulminibus.
Fulminibus ſibi tot requiem nec fecit amori,
Conceſſit ſemper huic pater omnipotens.
Purpureos ſibi flos vultus non pingit Jäcchum;
Monſtrat nec mitem frons nova laetitiam.
Laetitiam nova frons mitem nec monſtrat Jäcchum,
Pingit non vultus flos ſibi purpureos.
Occubuit minor hic fractis & viribus, aſtu
Torpuit oppreſſus Amphitryoniades.

15. Am-

in quo verſu Eraſmus in Chiliad. p. 149. male adfert εἰς ὕδωρ γράφω. ubi explicat proverbium *in aqua ſcribere*. vide etiam Helladii Chreſtomath. p. 4. & 5. poteſt enim poſtremum verſum ex iſto Xenarchi imitatus fuiſſe Catullus, licet totum Epigrammatis colorem e Callimachi Epigr. XXVI. derivaverit, ut bene notavit Muretus. Haec dudum ſcripſeram, cum poſtea reperi eamdem in hoc Catulli loco emendationem propoſuiſſe Giſanium Ind. Lucret. pag. 450.

Ibid. *animum ne crede puellis*] adhaeret Calpurnio Ecl. III. in fine:

Credere paſtores levibus nolite puellis.

LXXXIX. RUFINI *Verſus Anacyclici* &c.] Non diffiteor potuiſſe aequo animo Muſarum cultores nugatorio hoc carmine carere. ſed id ſupprimere nobis non integrum fuit, quia in ſchedis Salmaſianis & Divionenſibus legebatur, e quibus ineditam producimus hanc Elegiam, ſingulari ſed putido ſequioris aevi artificio conſcriptam, diſtichis retrogradis, quae praecedentem pentametrum eodem verborum ordine in ſequentem hexametrum convertunt, & priorem hexametrum mutant pentametro. quales paleas rejectis veterum frugibus corrupti ſaporis palatum tunc adpetebat. in ſchedis Salmaſianis titulus erat JORFIRI ANACLICI. ſed adſcriptum a manu recentiori PORPHIRII. codicis vero illius mendoſiſſimam ſcripturam ex Divionenſibus ſchedis emendatioribus paſſim correxi, niſi quod nonum diſtichon in iisdem etiam praeponatur decimo, quod tamen ei poſtponendum arbitror. in Divionenſibus igitur inſcriptio eſt, RUFINI VERSUS ANACYCLICI. quod praetuli, quia Rufinus iſte ſeculi a priſcis elegantiis magis effoeti eſſe videtur, quam PORPHYRIUS. licet dubium ſit, quis Porphyrius naeniae hujus fabricator eſſet, ſi codicem Salmaſianum ſequamur. certe non ille Porphyrius poëta, cujus Epigramma legitur apud Pithoeum Lib. I. pag. 29. Sapiunt enim haec carmina Exercitationes Scholaſticas illius aetatis, qua vixiſſe Rufinum hunc ſuſpicor; hoc eſt aevo Sidonii Apollinaris, vel adhuc inferioris. *Anacyclici* autem in ſchedis MSS. dicuntur hi verſus, quia quaſi ἀνακυκλοῦνται, ſeu in cyclum vel orbem circumaguntur, & circulo facto repetuntur, ſi retroacto curſu a fine relegantur, ſive quando in currentibus & recurrentibus verſibus priores hexametri ſunt, poſteriores pentametri elegiaci, ut per duos verſus duo alii redeant. ut dicit Diomedes Lib. III. Art. Gramm. p. 515. ed. Putſch. ubi ejusmodi carminis retrogradi vel anacyclici exemplum producit verſibus his conſonum:

Nereïdes freta ſic verrentes caerula tranant,
Flamine confidens ut Notus Icarium.
Icarium Notus ut confidens flamine, tranant
Caerula verrentes ſic freta Nereïdes.

quos eodem modo ex libris MSS. adfert Sciopp. in Suſp. Lect. Lib. V. p. 396. nam in aliis editionibus paullo aliter leguntur. confer Marium Victorin. Lib. III. Art. Gramm. pag. 2562. ubi reciproci genus eſſe dicit, quod per totum Elegum redit, non per ſingulas voces uno in verſu, unde *reciprocum novum & a neotericis productum* vocat Diomedes. tale illud Sidonii Apollinaris Lib. IX. Epiſt. 14.

Praecipiti modo quod decurris tramite flumen
Tempore conſumtum jam cito deficiet.

quod ſi recurrat, ita legitur,

Deficiet cito jam conſumtum tempore flumen,
Tramite decurris quod modo praecipiti.

ad quem plura de his Sirmondus in notis p. 101. & ad Lib. VIII. Epiſt. XI. p. 91. ubi aliud Optatiani

Amphitryoniades oppreſſus torpuit aſtu,
Viribus & fractis hic minor occubuit.
Incaluit jubar hoc externis ignibus ardens,
Fortius ardorem ſol ſibi congeminat.
Congeminat ſibi ſol ardorem fortius, ardens
Ignibus externis hoc jubar incaluit.
Depoſita face nox quaeſivit lumina Phoebes,
Vulnere ſed blandus haec tenet Endymion.
Endymion tenet haec blandus ſed vulnere Phoebes,
Lumina quaeſivit nox face depoſita.
Armipotens deus hoc ſuſpirat pondere vulnus
Ferrea nec rabiés aut furor exſuperat.
Exſuperat furor aut rabies nec ferrea vulnus,
Pondere ſuſpirat hoc deus armipotens.
Inpatiens Venus eſt, ſilvas dum luſtrat Adonis,
Carpit ſi matrem jam cui conveniat.
Conveniat cui jam, matrem ſi carpit Adonis,
Luſtrat dum ſilvas, eſt Venus inpatiens.

EP.

ni Porphyrii habet, quod ſimili venuſtatis genio conpoſitum eſt:

Perpetuis bene ſic partiri munera ſeclis
Sidera dant patriae & patris imperium.
Imperium patris & patriae dant ſidera ſeclis
Munera partiri ſic bene perpetuis.

unde forte conjicere liceret, Elegiam hanc auctorem habere poſſe Optatianum Porphyrium, quia in ſchedis Salmaſianis JORFIRI, vel a manu ſecunda PORPHYRI inſcribitur. Ejusdem certe Porphyrii Panegyricus Imp. Conſtantino ſcriptus, a Velſero primum editus, & a Pithoeo Poëmatiis vetuſtis inſertus, licet *inſigne volumen* vocetur a Beda de Metris pag. 2380. ed. Putſch. verſificatorem tamen prodit induſtriae potius laborioſae, & ad difficiles nugas a natura conpoſitum, quam ut ingenii vel elegantiae poëticae nomine laudetur, quem bene judicat Barthius ad Claudian. p. 179. *optimum poëtam fore, niſi nugis ſpiritum adſtrinxiſſet.* & veriſſime Voſſius de Poët. Lat. cap. IV. pag. 54. cenſet: *Non tam ingenium vel ſpiritum poëticum in eo laudes, quam ingentem laborem atque induſtriam.* qui optime etiam refutavit ſententiam illorum, qui Chriſtianum hunc poëtam eumdem ac Porphyrium Philoſophum faciunt, Lib. II. de Hiſt. Graec. cap. 16. Idem Sirmondus priore loco, ubi utriusque generis recurrentium verſuum exempla adfert, unum addit Nicodemi Heracleotae, ex Anthologiae Graecae Lib. VI. his verſibus ſimile. cujus geneſis extat etiam Nicomedis Baſſi Epigramma in Hippocratem Lib. I. ejusdem Anth. Gr. pag. 85. ed. Obſop. ubi tamen Brodaeus haec carmina, ζυγοφηδὸν ſcripta, confundere videtur cum aliis reciprocis verſibus, qui ab his nonnihil diverſi ſunt, & Sotadici dicuntur, ab auctore Sotade, quando unus tantum hexameter ſive pentameter a fine retrolegitur, eumdemque verſum efficit. quem ἀντιστρέφοντα Graeci vocant. de quibus Diomedes & Marius Victorinus ibidem agunt, & plura de iis vide in Columnae notis ad Ennium pag. 184. & Camerarii ac Patrui mei ad Quinctilian. Lib. I. cap. 8. p. 91. ubi Regius ſimiles his Phileiphi verſus exhibet, & in iſto genere inter Italos plurimum inſudaſſe obſcurum nebulonem Vincentium quemdam Friſciſcutium Fanenſem teſtatur Columna: cui paria ſine dubio fecit, vel ſtultitiae palmam praeripuit aeternum illud Pindi dedecus, & Maeviadum princeps, Janus neſcio quis Biſchoppius, congeſto & Utopiae incolis expoſito pleno ejusmodi quisquiliarum & lolii monachalis horreo, cujus fatua ac dura glande famem ſuam potius ſedare poterit ſuillum de Boeotia pecus, vel aurita Arcadiae propago, quam *Muſarum Chorus*, ut ridiculo titulo inſcripſit. Nemini certe magis quam huic Palaemoni convenit illud Martialis de ſimilium ineptiarum architectis Baviis:

Turpe eſt difficiles habere nugas,
Et ſtultus labor eſt ineptiarum.
Scribat carmina circulis Palaemon,
Me raris juvat auribus placere.

EP. XC. ALANI. *de Temperantia.*

Ne te guloſae Scylla voraginis
Mergat profunda nocte libidinum;
Praebe palato frena modeſtiae.
Libes modeſte Bacchica pocula.
Frangat Lyaei limpha ſuperbiam.
Vini furorem flumina temperent.
Plebeia, ſimplex, rara comeſtio,
Carnis ſuperbae murmura conterat.
Lentus Cupido ſic aget otia.
Frenentur in te frena Cupidinis.
Largire viſus peſſula januis.
Frenans ocellos ne nimis inprobos
Venenet extra luminis impetus.
Si quos habendi fervor inebriat,
Exire cogant mente pecuniam.

Cuſtos

EP. XC. ALANI. *de Temperantia.*] Produxit hoc carmen ineditum, ſub ALANI nomine, ex vetuſtis membranis Colonienſibus Barthius Lib. XV. Adverſ. cap. 9. quod quum notulis nonnullis & conjecturis illuſtraverit Janus Vlitius in libello Critico Ἐπαινῶν apud me inedito, eas lectori hic invidere nolui.

v. 1. *Ne te guloſae* &c.] Hi verſus ita prorſus in MSS. reperiuntur, & metro & verbis & ſententiis non inelegantes. Tam abſonis vero pluribus interpolati ſunt, ut ego Alanum, certe, ut Anti Claudiano docet, ſyllabarum non ignarum, omnino hos tantum ſcriptos reliquiſſe arbitrer. BARTHIUS.

Ibid. *Ne te guloſae Scylla voraginis*
Mergat profunda & ſeqq.] Eleganter metaphoram ſumſit ab iſtis navibus, quae ſi curſum non gubernent circa ſcopulos, facile in eos incidunt & merguntur. Senſus igitur eſt: ne te voracitas periculoſus vitiorum ſcopulus, in omnes libidines abducat, vitae delicias & cupedias fuge. *frena* eadem metaphora, ut Virg. *claſſique immiſit habenas.* J. VLITIUS.

6. *Vini furorem flumina temperent*] Spurium verſum cenſebat amicus noſter. Ego ita priorem & hunc intelligo, ut τὸ *ſuperbiam* dixerit de generoſitate vini, quod ad ejus laudem pertinet, *furorem* ab effecto, ob quod ſpernendum eſt & modice bibendum. VLITIUS.

8. *Carnis ſuperbae murmura conterat*] id eſt, retineat, cohibeat, domet repugnantes affectus humanae naturae & malitiei. *murmur* etiam pro multitudine Martyrio Agnetis:
Curarum murmur in pectore ſerpit amoris.
quia murmur non niſi a multitudine edi ſolet. vel ſimpliciter ibi etiam pro repugnantia poſitum, quod verum eſt. VLITIUS.

9. *ſic aget otia*] id eſt, vacabit, aberit a corde & animo tuo. nimirum ſi nec ebrietati nec luxuriae deditus fueris. Monet itaque, ut frenemur & domemus temperantia amorem. VLITIUS.

12. *Frenans ocellos ne nimis inprobos*] Hanc mentem me docuit partim Cromominius meus: Frenare, inquit, te, ut oculos tuos facile amorem in animum ducentes (quippe animi fores ſunt) inficiat, ſi quid exterius videris, in quod inclines & deditus ſis. dixerat jam ante v. 11. *Largire viſus peſſula januis.* id eſt, ubicumque viſus tranſmitti poſſit, ibi obicem & impedimentum, id eſt obſtaculum viſui tuo fac, ne poſſis perſpicere, nam quemadmodum peſſulum obductum januae, niſi removeas, prohibet introitum vel exitum, ita janua ſolidata etiam prohibet viſum. *viſus peſſula* hic eſt obex, quod idem ſignificat. Juvencus Lib. IV. 83.
Ales tai molli ſolita eſt ſub corpore pullos
Obice pennarum circum complexa fovere.
alius *nominis obicem* dixit pro reverentia. vide Barthium pag. 958. Adverſ. Sequentia ſic diſtinguenda,
Largire viſus peſſula januis,
Frenans ocellos, ne nimis improbos
Venenet extra luminis impetus.
Senſus itaque hic: Fac janua tua ſine rimis ſit, ut ita freneris ocellos, tenerum illud laedi membrum, ne dum vitiis improbi in rimando ſunt &c. VLITIUS.

13. *luminis impetus*] eſt impetus ejus rei quod vides extra. ſic Phaedrus Lib. III. fab. 10. 25.
Irae furentis impetum non ſuſtines.
poſſet & hic admitti differentia, quae eſt inter *lu-*

cem

Cuſtos honoris, divitis uſibus
Si tempus adſit, ſi locus exigat,
Surgat ſepultae maſſa pecuniae.
Nummos crumenae funditus evomant.
Quaevis honori munera militent.
Calcare ſi vis colla ſuperbiae,
Penſa caducae pondus originis.

EP. XCI. *de Ira.*

Iratus recolas, quod nobilis ira Leonis
In ſibi proſtratos ſe neget eſſe feram.

EP.

cem & lumen. nam *lux* eſt candela, Sol, & ita etiam oculus, *lumen* quidquid ille videt. VLITIUS.

20. *militent*] eleganter ſic Tertullianus de Pallio cap. I. *Arietem* eſſe dicit *machinam, quae muros frangere militat.* id eſt, cujus militia eſt frangere muros. hic *militent* eſt, eorum id ſolum officium ſit, ut honorem quaerant. VLITIUS.

22. *Penſa*] id eſt expende animo, quod dicunt Galli *penſer* etiamnum. ſed videtur ſimpliciter pro examinare poſuiſſe, dum addidit *pondus.* ita ut metaphora inſit. VLITIUS.

EP. XCI. *de Ira*] edidit Pithoeus Lib. I. p. 28. & diu ante Ambroſius Moralis in Antiqq. Hiſp. fol. 59. b. qui inventum eſſe Caſtuli teſtatur. Mazochius pag. 130. G. Fabricius in Monum. Antiq. p. 164. Gruterus pag. CMXXVIII. 10. Ferret. in Muſ. Lapid. p. 185. legiturque in Heinſii Inſcriptt. MSS. & inveni id in Cod. MS. Inſcriptionum antiquarum, quem ex Bibliotheca Comitis Waſſenarii Obdamii mihi comparavi, alteroque libro meo MSS. Inſcriptionum, qui olim Cyriaci Anconitani fuit, in quibus titulus teſtatur, haberi in introitu ſecundae portae palatii Capitolii cum figura ferocis Leonis alte reſpicientis catulum humi jacentem, eique proſtratum, additis his verſibus, ut eos legerent Senatores, quum ad officium adſcenderent. imitatus eſt Auctor verſuum, qui leguntur in Palatio Patavino apud Schradaeum in Monum. Ital. Lib. I. p. 31. b.

Parcere ſubjectis ſcit nobilis ira Leonis:
Tu quoque fac ſimile, quisquis regnabis in orbe.

1. *Iratus recolas*] *Iratus rege te* apud Fabric. & ſic Barthius ad Cirin pag. 64. & ad Stat. IV. Th. 23. ubi profert *Iratus rege te, ſic nobilis* &c. quod an e ſcriptis vel conjectura ejus ſit, neſcio. ſed firmari poſſet ex Horatio Lib. I. Epiſt. 2. 62.

Ira furor brevis eſt; animum rege.

& ex carmine Didus ad Aeneam (ſupra edito Lib. I. 173.) v. 139.

——— *regat ira dolenti*
Conſilium, ſed praeſta amor.

infra in Monoſtichis de Moribus v. 7.

Tu ſi animo regeris, rex es; ſi corpore, ſervus.

regule eſt apud Mazochium. id eſt *recole*, ut apud Ambroſ. Moral. Gruter. Ferret. & ſic in meis Inſcriptt. codd. MSS. *recolat* in Heinſii Inſcriptt. MSS.

Ibid. *quod nobilis ira Leonis In ſibi proſtratos* &c.] *ſubjectos* apud Ambroſ. Moral. & ſic auctor ille apud Schradaeum in Monum. Ital.

Parcere ſubjectis ſcit nobilis ira Leonis

quod deſumtum ex Virgiliano,

Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.

dejectum apud Phaedr. Lib. II. fab. I. initio:

Super juvencum ſtabat dejectum Leo.

quem verſum Patruus meus hoc ipſo Epigrammate illuſtrat. *proſtratos* tamen apud Pith. Fabric. Ferret. alioſque, ut in Epigrammate, quod edidit Pithoeus in notis p. 467.

Stans caſum metuas, ſperes proſtratus &c.

& ſic in codd. MSS. Inſcr. Waſſenariano, & Cyriaci Anconitan. recte. imitatio enim eſt Claudiani II. de Laud. Stil. 20.

——— *precibus numquam inplacabilis obſtes,*
Obvia proſternas, proſtrataque more leonum
Deſpicias: alacres ardent qui frangere tauros,
Tranſiliunt praedas humiles. hac ipſe magiſtra
Da veniam victis &c.

& hanc lectionem firmat Ovidius III. Triſt. 5. 33. ubi *nobilem* hanc *Leonis iram* eleganter deſcribit:

Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni,
Pugna ſuum finem, quum jacet hoſtis, habet.
At lupus & triſtes inſtant morientibus urſi,
Et quaecumque minor nobilitate fera eſt.

Statius Lib. VII. Th. 530.

——— *quales ubi tela viroſque*
Pectoris inpulſu rabidi ſtravere leones;
Protinus ira minor, gaudentque in corpore capto
Securam differre famem.

Lib. VIII. 124.

Ut leo, Maſſyli cum lux ſtetit obvia ferri,
Tunc iras, tunc arma citat; ſi decidat hoſtis,
Ire ſuper ſatis eſt, vitamque relinquere victo.

&

Ep. XCII. Caelii Firmiani Symposii. *de Livore.*

Livor, tabificum malis venenum,
Intactis vorat oſſibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem.
Quod quisquis furit, invidetque forti,
Ut debet, ſibi poena ſemper ipſe eſt.

Te-

& Lib. XII. 750.

Sic juvat exanimis projectaque praeda caneſque,
Degeneresque lupos; magnos alit ira leones.

eleganter autem *nobilis ira leonis*, ut apud Lucan. VI. 487.

Has avidae tigres, & nobilis ira leonum
Ore fovent blando.

hinc *fera nobilis* vocatur eidem Lucano Lib. X. 445.

Sic fremit in parvis fera nobilis abdita clauſtris,
Et frangit rapidos praemorſo carcere dentes.

adpoſite Martialis Lib. I. Ep. 49.

Rictibus his tauros non eripuere magiſtri,
Per quos praeda fugax itque reditque lepus.
Quodque magis mirum, velocius exit ab hoſte,
Nec nihil a tanta nobilitate refert &c.
Si vitare canum morſus, lepus inprobe, quaeris:
Ad quae confugias, ora leonis habes.

ubi male alii *mobilitate.* nam ſic apud Ovidium d. l. aedem in re,

Et quaecumque minor nobilitate fera eſt.

inter recentiores hoc quoque imitatus eſt Sannazarius Lib. II. Epigr. 57.

Quid tibi cum magno commune eſt, Talpa, Leone,
Non cadit in turpes nobilis ira feras.

neque dubito hinc deſumſiſſe auctorem, qui nummum ab Hiſtoriae Patriae ſcriptoribus prolatum, in quo Leo Batavus ab hoſtibus conpreſſus jacet, inſignivit hoc verſu:

Quid premitis, redeat ſi nobilis ira Leoni.

& huc forte reſpicit Joſeph. Iſcan. Lib. I. 438. *nobilis ira eſt, Citra iram punire reos.* & talem Stilichonem deſcribit Claudian. Bel. Get. 376.

—— frons laeta parum, non triſtior aequo,
Non dejecta malis, mixta ſed nobilis irâ.

vide etiam Barth. ad Stat. IV. Theb. 23. & Cl. Canneg. ad Avieni Fab. XXIV. pag. 144.

Ep. XCII. Caelii Firmiani Symposii *de Livore*] vitioſe Caelii Firminiani Symphosii inſcripſit Pithoeus Lib. I. pag. 28. & in prima Gallicana editione Scaliger pag. 180. ſed in altera Plantiniana pag. 175. edidit ſub nomine Euphorbii. quod & in margine Pithoei legitur, & in cod. Petaviano. Vomanum appellari in MS. teſtatur Tollius ad Auſonium pag. 53. certe in codice Voſſiano de interno labore vomanus. lege interno livore. nam libore ſcriptum fuerat pro livore. ſine ullo auctoris nomine Aldus & Pulmannus p. 374. edidit cum ſimplici inſcriptione, de livore. & ſic in ed. Vicetin. Brix. & Veneta. legitur & apud Joh. Soterem in Collect. Epigr. ex Anthol. Gr. verſ. pag. 147. in Juntina Virgilii editione titulus eſt P. V. M. de livore seu invidia carmen endecasyllabum. Sympoſio tribuit & hic illic corrigit Barthius Lib. XXIII. Adverſ. 7. Lactantio quoque hoc carmen, ut & alterum de Fortuna, quod infra edemus, adſcribebat Cl. Heumannus ad Lactant. Sympoſ. pag. 6.

vs. 1. *Livor, tabificum malis venenum,*] illud *malis* ſine dubio corruptum eſt. *malus* conjecerat Heinſ. ut *Livor malus* jungantur. ſed *bonum livorem* nemo umquam dixit. puto *tabificum venenum* prius fuiſſe ſcriptum, & fortaſſe legendum:

Livor tabifico magis veneno
Intactis vorat oſſibus medullas.

praeterea optime Cel. Oudendorpius *Infectis oſſibus.* non enim *intactus* hic ponitur pro *tactus*, ut *infractus* pro *fracto* & ſim. & quomodo livor poteſt dici vorare medullas, non tactis oſſibus? verſu ſequenti, *Et potum bibit artubus cruorem* tentabat Heinſius. *libet* in Petav. *bibet* Thuan.

4. *Quod quisquis furit, invidetque forti,*] *Quod quisque fuerit* cod. Thuan. & ed. Vicet. *Quod quisque furit* Brix. & Veneta. ſcribe cum Heinſio, *Quo ſi quis furit.* Barthius Lib. XII. Adv. c. 7.

Quo quisquis furit, invidetque forti,
Ut debet, ſibi &c.

pro *forti*, ut in Aldina, Pithoeus in notis rectius eſſe conjicit *ſorti.* & ſic in Vicet. Brix. & Veneta. *Quod quisque furit, invidetque ſorti* profert Delrius ad Senec. Oedip. v. 747.

5. *Ut debet, ſibi poena ſemper ipſe eſt.*] Sic Aldus, Pithoeus, & Scaliger. in Vicet. & Brixienſi,

Ut debet ſibi poenas ſemperque ipſe eſt.

& ſic in Venet. niſi quod *dedet* pro *debet.* ipſi Francius. deſumtum hoc eſt ex Ovidio Lib. II. Met. v. 782. ubi Invidiam egregie deſcribens addit, *carpitque & carpitur una, Suppliciumque ſibi eſt.* non *ſuum eſt*, ut in aliis. vide Patrui notas. quod hoc loco firmatur. ſic in Monoſtichis de Moribus apud Pithoeum Lib. I. pag. 24.

Ipſum ſe cruciat, deſaevitque invidus in ſe.

&

Teſtatur gemitu graves dolores:
Suſpirat, fremit, incutitque dentes.
Sudat frigidus, intuens quod odit.
Effundit mala lingua virus atrum.
Pallor terribilis genas colorat.
Infelix macies renudat oſſa.
Non lux, non cibus eſt ſuävis illi:
Nec potus juvat, aut ſapor Lyaei.
Nec ſi pocula Jupiter propinet:
Aut haec porrigat, & miniſtret Hebe,
Aut tradat Catamitus ipſe nectar.
Non ſomnum capit, aut quieſcit umquam.
Torquet viſcera carnifex cruentus.

& de Ira Prudentius Pſychom. 160.

Ipſa ſibi eſt hoſtis veſania, ſeque furendo
Interimit, moriturque ſuis Ira ignea telis.

recte autem Livor *ſibi ipſe poena eſſe* dicitur, quia, ut eleganter Ovidius, *videt ingratos intabeſcitque videndo Succeſſus hominum.* cujus deſcriptionem aemulatur Statius Lib. II. Theb. v. 18.

——— *nec livida tabes*
Invidiae, quamquam functis, & lumine caſſis
Defuit. unus ibi ante alios, cui laeva voluntas
Semper, & ad Superos (hinc & gravis exitus aevi)
Inſultare malis, rebusque egreſcere laetis.

ubi optime haec illuſtrat Barthius.

6. *Teſtatur gemitu graves dolores: Suſpirat, fremit,* &c.] *in gemitu* editio Vicet. Brix. & Ven. lege & diſtingue cum Heinſio:

Teſtatus gemitu graves dolores
Suſpirat, &c.

gemit male in Thuaneo, ed. Ven. Junt. & apud Soterem, pro *fremit*, nam praeceſſit *gemitu.*

8. *Sudat frigidus*] *Sudatque* ed. Ven. & Junt.

9. *virus atrum*] *aratrum* Thuan.

10. *Pallor terribilis genas colorat*] *terribiles* Heinſius.

13. *Nec potus juvat, aut ſapor Lyaei*] *Non* Petav. & ed. Junt. & ſic ſeq. etiam verſu Francius. *ſopor* in Thuaneo ac Petav. *odor* Heinſius.

14. *Nec ſi pocula Jupiter propinet*] *porrigat Jupiter* in Thuan. ſeq. v. *Atque haec* idem codex cum Petav. quomodo Tollius ad Auſon. p. 53. *Atque huic* Heinſ. *& miniſtrat* in Thuan.

16 *Aut tradat Catamitus ipſe nectar*] ſic edidit Pithoeus. *Ganymedes* Scaliger in utraque editione, ſed in Gallicana notatur ad marginem, *falſa ſyllaba.* quod adſcripſerat etiam Scriverius. ultima nempe in hac voce male correpta. licet ſimilia in *Thales, lyriſtes*, &c. adferantur. vid. Scalig. ad Auſon. p. 271. ed. Toll. & Voſſ. de Poët. Lat. cap. IV. pag. 61. & ſic edidit Aldus, Soter, Pulmannus, & in ed. Vicet. Brix. Ven. & Junt. & in ſcriptis eſſe teſtatur Voſſ. Lib. II. Art. Gram. cap. 34 pag. 308. idque defendit Scioppius Lib. II. Verſ. 8. & in Opuſc. Gramm. Tom. III. pag. 76. qui tamen Virgilio perperam hoc Epigramma adſcribit. vide etiam Muncker. ad Hygin. fab. 223. pag. 289. Martialis Lib. XIII. Ep. 108. *Miſceri decet hoc a Ganymede merum.* Heinſius, ut ſyllabae conſulatur, tentabat, *Aut tradas Ganymede & ipſe nectar.* Sed puto *Ganymedes* a gloſſatore margini adſcriptum & dein textui inſertum fuiſſe pro voce librariis minus nota *Catamitus*, quam lectionem cum agnoſcant Thuaneus ac Petavianus codex, illam praeferendam cenſui, quomodo in iisdem membranis Petavianis ſe reperiſſe ſcribit Gronovius Lib. IV. Obſerv. cap. 18. pag. 284. ita in Gloſſario Lat. Gr. pag. 35. ed. Vulc. *Catamitus,* Γανυμήδης. Feſtus, *Catamitum pro Ganymede dixerunt, qui fuit Jovis concubinus.* Servius ad Virg. I. Aen. 28. *Sane hic Ganymedes Latine Catamitus dicitur.* Auſonius Epitaph. XXXII. de puero inmatura morte rapto: *Aut Jovis Elyſii tu Catamitus eris.* ubi intelligit pocillatorem. Apulejus Lib. I. Met. p. 9. ed. Pric. *Hic eſt, ſoror Panthia, carus Endymion, hic catamitus meus, qui diebus ac noctibus aetatulam meam illuſit.* & Lib. XI. p. 244. *Vidi ſimiam pileo textili crocotisque Phrygiis, catamiti paſtoris ſpecie, aureum geſtantem poculum.* Arnobius Lib. IV. p. 145. *Catamitus rapitur delicium futurus & poculorum cuſtos.* & Lib. V. pag. 172. *cumque illis Catamitus puer pudoris ſpoliatus eſt honeſtate.* *Catamitus* etiam apud Cicer. II. Philip. cap. 31. licet illic aliter emendet Abramius. & apud Prudent. Lib. I. contra Symmach. v. 70. ubi vide Ivonis Gloſſas. plura Magius Lib. II. Miſcellan. cap. 3. Scalig. ad Auctorem Eleg. in Obit. Maecen. v. 91. & ad Plautum p. 528. ed. Gronov. & Barth. Lib. XXIII. Adverſ. 7. *tradas* etiam in Aldina.

Veſanos tacite movet furores,
Intentans animo faces Erinnys
Letalis, Tityique vultur intus,
Qui ſemper lacerat, comeſtque mentem.
Vivit pectore ſub dolente vulnus:
Quod Chironia nec manus levarit,
Nec Phoebus, ſobolesve clara Phoebi.

EP. XCIII. PENTADII. *de Vita Beata.*

Non eſt, falleris, haec beata, non eſt:

Quod

19. *Veſanos tacite movet furores,*] ſic Ald. Pith. *Veſanos tacitos* Vicet. & Venet. *Veſanos tacitus* Brix. ut Soter, & ed. Junt. *futuros* in Petav. & Thuan. pro *furores.*

20. *Intentans animo faces Erinnys*] vitioſe in Thuaneo, *Intentas animo face ferinus. erymnis* Junt.

21. * *Letalis, Tityique vultur intus*] ſic edidit & diſtinxit Aldus, Pithoeus, & Scaliger in utraque editione, & Pulmannus: *Eſt talis Titii quod vultur intus* ed. Junt. ſed in margine primae ed. Scalig. & Pithoeanae, ex veteri codice notatur, *Eſt ales*, pro *Letalis.* quomodo in Thuaneo & Petaviano. cujus lectionis veſtigium eſt in antiq. ed. Ven. *Etalis Tytii quo vultur.* vel ut in Vicet. & Brixienſi, *Et talis Tytii quo* &c. & ſic Heinſius & Tollius ad Auſon. Epigr. LXXVI. pro *edit*, intus conſumit. vide Heinſ. ad Ovid. III. Art. Am. 757. & Lib. I. Adverſ. cap. 13. id ultro arriperem, niſi ſequeretur *comeſtque mentem.* quod ſibilo ingratiſſimo verſum deformat, *Eſt ales, comeſtque mentem*, etiamſi cum Cel. Oudendorpio *Eſt ales* caperetur non pro *edit*, ſed *inſidet intus.* Criticum acumen Barthii Lib. XXIII. Adverſ. cap. 7. hic ſomniavit Gigantis alterius nomen latere, ac proinde corrigit, *Aloïdas Titiique vultur intus.* nihil potuit comminiſci abſurdius, & metro adverſum magis. prima enim brevis, & ſecunda ac tertia producuntur. vide ad Auct. Eleg. in obit. Maecen. Lib. II. etx. v. 87. comparanda haec cum Phaleucio Petronii de Livore, pag. 671. ed. Patrui mei:

Qui vultur jecur ultimum pererrat,
Et pectus trahit intimasque fibras,
Non eſt quem Tityi vocant Poëtae,
Sed cordis mala, livor atque luctus.

ita enim emendatum egregie eſt a Jano Douza F. cum in Catalect. Scalig. p. 238. legeretur, *non eſt quem timidi*, &c. In aliis *lepidi*, vel *tepidi vocant Poëtae.* vide Pontan. ad Macrob. Somn. Scip. cap. X. pag. 617. neque male *Tityon* illic corrigit Salmaſ. quomodo ſemper Graeca terminatione in optimis veterum poëtarum membranis ſcribi hanc vocem monet Heinſ. ad Valer. Fl. III. 226. & ſic apud Horat. II. od. 14. 8. & Lib. III. od. XI. v. 21. vid. Heinſ. ad Ovid. IV. Met. 456. ad Claudian. II. in Rufin. 515. & ad Virg. VI. Aen. 595. ubi his ſimilia:

Nec non & Tityon, terrae omniparentis alumnum,
Cernere erat: per tota novem cui jugera corpus
Porrigitur, roſtroque immanis vultur obunco
Immortale jecur tondens foecundaque poenis Viſcera &c.

Horatius Lib. III. od. 4. 78.

Incontinentis nec Tityi jecur
Relinquit ales.

Lactantius Lib. VII. cap. 21. *ſibi ipſe aeternum pabulum ſubminiſtrabit, quod poëtae in vulturem Tityi tranſtulerunt* qui locus etiam favet verae lectioni initio hujus Epigr. v. 5. *ſibi poena ſemper ipſe eſt.* Propertius Lib. II. 16. 31.

Tum me vel tragicae vexetis Erinnyes, & me
Inferno damnes, Aeace, judicio.
Atque inter Tityi volucres mea poena vagetur,
Tumque ego Siſyphio ſaxa labore geram.

Seneca in Medea v. 746.

Gravior Tityi poena ſedeat conjugis ſocero mei,
Lubricus per ſaxa retro Siſyphum volvat lapis.

ut ingenioſe emendat Gronovius, licet Florentini codicis lectionem ſequatur Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 2. pag. 16.

22. *Qui ſemper lacerat, comeſtque mentem*] *Quin* Heinſius. *cum eſtque mente* in Thuan. *comeſti* ed. Vicet. Brix. & Ven. ſed *comeſtque* etiam in Ald. & Junt.

24. *Quod Chironia nec manus levarit*] *laverit* mendoſe in Thuaneo. *levaret* in Vicet. Brix. Ven. & Junt. ſed recte *levarit* Aldus, Pith. Scalig. Pulm. aliique. illuſtrant haec notata Andr. Schotto ad Zenob. Cent. VI. Prov. 46.

EP. XCIII. PENTADII. *Non eſt falleris* &c.] apud Pithoeum Lib. I. pag. 34. Scalig. pag. 192. & in Catalectis Petronianis, ſub titulo, PENTADII DE VITA BEATA. ab aliis Petronio adſcribitur. vide infra ad Ep. 104. in codice Voſſiano, & ſchedis Scaligeri, adnectitur Epigrammatibus de vita Tranquilla, cum titulo DE EODEM. argumento nimirum. confer cum hoc Epigrammate Martial. Lib. X. Ep. 47.

vs. 1. *haec beata*] *veata* cod. Voſſ. vid. ſupra ad Epigr. LXX. 6.

2. *Quod*

Digitized by Google

Quod vos creditis eſſe, vita non eſt:
Fulgentes manibus videre gemmas,
Aut teſtudineo jacere lecto,
Aut pluma latus abdidiſſe molli,
Aut auro bibere, & cubare cocco,
Regales dapibus gravare menſas,
Et quidquid Libyco ſecatur arvo,
Non una poſitum tenere cella:
Sed nullos trepidum timere caſus,
Nec vano populi favore tangi,
Et ſtricto nihil aeſtuare ferro.
Hoc quisquis poterit, licebit illi,
Fortunam moveat loco ſuperbus.

EP.

2. *Quod vos creditis eſſe*] *Quos* idem Voſſii codex. & ſchedae Scaligeri. ſed in marg. *Quod.* Heinſius *Quam.* & ſic Francius. ſed *quod* hic abſolute ponitur, ut in illo Terentii Andr. I. I. 18. *Quod fortunatum putant, uxorem nunquam habui.* & ſaepe neutrum *hoc* & *quod* praemittitur, licet proximum feminini vel alterius generis ſit. Ovid. Epiſt. II. 56.

Debuit hoc meriti ſumma fuiſſe mei.

Rem. Am. 10.

Et, quod nunc ratio eſt, impetus ante fuit.

ubi vide notas. Terent. Andr. I. 5. 2. *quid eſt, ſi hoc non contumelia eſt.* locutionem hanc licet timide admiſerit, & Scioppio Scaligerum notanti adſenſerit Vorſtius de Latin. merit. ſuſp. cap. 27. in fine; ſatisfacere tamen ei poterit Gronovius ad Senecae Conſ. ad Marc. cap. 19. ſic apud Salluſt. Catil. 51. 14. in MSS. *quod apud alios iracundia dicitur, in imperio ſuperbia atque crudelitas appellatur.* ubi vid. Cortium. Lucanus Lib. IX. 249.

Pompejo, ſcelus eſt bellum civile, peremto,
Quod fuerat, vivente, fides.

ut ex MSS. in notis ſuis probavit Patruus, pro *Quo.* quem vide etiam ad Claudian. Eidyll. V. 17. ita *quod*, maſculino praecedente, apud Tibullum Lib. I. El. XI. 6.

—— *nos ad mala noſtra*
Vertimus, in ſaevas quod dedit ille feras.

non *quos dedit*, licet referatur ad *enſes.* ut recte monuit G. Fabric. ad Terent. Eun. III. I. Init. ubi plura. neque diſſimilia obſervat Rubenius Lib. II. Elect. 16.

3. *Fulgentes manibus * videre gemmas,*] ſic edidit Pithoeus, tamquam aliquid vitii lateret. & in ejus margine notatur legendum, *virere.* quomodo in prima ed. Scaligeri, ejusque ſchedis. *nitere* conjiciebat Heinſius, vel *ſubire.* ſed ſana, nec temtanda eſt lectio vulgata, ut placebat etiam Cl. Oudendorpio. nec enim tantum volupe erat gemmas in digitis ſuis *videre*, ſed & aliis, ut admirarentur, ſpectandas dare. vid. Broukh. ad Tibull. Lib. I. El. 7. 25.

4. *jacere lecto*] *toro* pro varia lectione Voſſii codex. male.

7. *Regales dapibus gravare menſas*] forte in animo habuit verſum Virgilii I. Aen. 686.

Regales inter menſas, laticemque Lyaeum.

8. *Et quidquid Libyco ſecatur arvo*] *auro* vitioſe in Voſſ. cod. & ſchedis Scaligeri. eſt imitatio Horatii Lib. I. od. I.

—— *ſi proprio condidit horreo,*
Quidquid de Libycis verritur areis.

arvo autem jam in marg. ed. Scalig. Lugdunenſ. correctum erat. quomodo & Rob. Titius Lib. IV. Locor. Controv. 16. quaſi primus ſic conjectaſſet, exceptus ob id a Scaligero, ſub Ivonis Villiomari nomine, Caſtigation. pag. 88. licet Titius in Aſſert. pag. 105. & 106. ſe defenderit: ſed mire cavillatur. recte enim Scaliger notavit deſumtum hoc eſſe Epigramma ex Catalectis, non vero Appendice Virgiliana, a qua Catalecta diſtinxit, quae inedita erant, vel diverſa ab illis carminibus, quae Virgilio vulgo in antiquis ejus editionibus ſubjungebantur. *cellam* vero Titius recte expoſuit de horreis, in quae frumenta & ſimilia condebantur.

10. *Sed nullos trepidum timere caſus,*
Nec vano populi &c.] Voſſii codex tranſponebat hos verſus, & legebat:

Nec vanos populi favore magni,
Sed nullos trepidum timere caſus.

& ſic ſchedae Scalig. ſed in marg. *vano p. f. tangi.* confer cum his Horat. Lib. III. od. 3.

13. *licebit illi, Fortunam moveat loco ſuperbus*] *licebit ille Fortunâ* legit Barthius Lib. XXI. Adverſ. cap. 13. in fine. & dicit inepte circumferri *Fortunam.* ſed ſenſum commodum deſidero. rectius

Cel.

Digitized by Google

EP. XCIV. LINDINI. *de Aetate.*

Vitam vivere ſi cupis beatam,
Et votis Lacheſis dabit ſenectam;
Annos ludere te decem decebit,
Viginti ſtudiis dabis ſeveris,
Triginta pete litium tribunal,
Quadraginta ſtylo polita dicas,
Quinquaginta velim diſerta ſcribas,
Sexaginta tuo ſatis fruaris,
Septuaginta velis venire mortem,
Octoginta ſenes caveto morbos,
Nonaginta time labente ſenſu,
Centum nec puer unus adloquatur.

EP. XCV. SENECAE. *de qualitate temporis.*

Omnia tempus edax depaſcitur, omnia carpit:
Omnia ſede movet, nil ſinit eſſe diu.
Flumina deficiunt, profugum mare litora ſiccat,

Sub-

Cel. Oudendorpius legebat ac diſtinguebat,

— *licebis, ille*
Fortunam moveat &c.

ut conveniat voci *ſuperbus*. Ita enim ſolebant veteres. Ovid. III. Met. 404. *ames iſte, licet.* & III. Am. El. 3. *liceret, Femina mendaci falleret ore.* vid. Patrui notas ad Virg. VI. Aen. 402. aliter Latini dicunt, *licebit illum movere.* ut patet ex ejusdem notis ad Lucan. IX. 461. & Miſcell. Obſerv. Nov. Vol. I. T. II. pag. 67. idem Barthius verſu ſequenti emendabat, *moveat joco,* in notis ad Claudian. IV. Conſ. Honor. 260. ſed male. Boëthius Lib. I. Conſ. Phil. Metr. 4. in fine:

At quisquis trepidus pavet, vel optat,
Quod non ſit ſtabilis, ſuique juris,
Abjecit clypeum, locoque motus
Nectit, qua valeat trahi, catenam.

ſic *mota loco* apud Ovid. V. Met. 498. & *ſede movere.* de quo vide notas ad XI. Met. 554. apud eumdem Epiſt. VI. 88.

Illa loco ſilvas vivaque ſaxa movet.

ubi tamen Heinſius *trahit* ex codicibus praefert. *de ſtatu movere* & *loco labefacere*, in verſibus Laberii infra Ep. 101. 6.

——— *quem nulla auctoritas*
Movere potuit in juventa de ſtatu,
Ecce in ſenecta ut facile labefecit loco. &c.

EP. XCIV. LINDINI. *de Aetate.*] Ineditum hoc e ſchedis Salmaſianis & Divionenſibus profertur. verſu primo ſcripſi *Vitam vivere ſi cupis beatam.* ut metro conſulatur, licet in utroque Schedarum exemplari legeretur, *Vitam ſi vivere cupis* &c. v. 2. *dabis* in Salmaſ. & v. 3. *decem debit.* verſu decimo in ſchedis ita legitur ut edidi, licet malim *ſenex caveto morbos.* niſi *ſenes morbi* dicantur pro ſeniles. quod verum puto. & ſic forte legendum in Epigrammate Senecae apud Pith. Lib. I. pag. 44.

Haud puer, haud aetas undique tuta ſenex.

vulgo *ſenis.* exempla larga manu dabit Broukhuſ. ad Tibull. I. 7. 88. & Patruus meus ad Ovid. III. Art. Am. 81. undecimo verſu *labente ſenſu* in Divionenſibus & Salmaſ. pro quo *labante* recte Heinſius. Deſcripſi etiam aliquando hos verſus ex libro quodam Iſ. Voſſii in Bibl. Leid. ubi v. I. legebatur *vitam ſi vivere vis beatam*, pro *vivere ſi velis.* verſ. ſeq. corrupte *Et votis laceſſis dabis ſenectam.* v. 3. *Annos decem ludere te decebit.* contra metri numeros. v. 6. etiam habet *polita dicas.* forte *ducas.* v. 8. *ſenex caveto morbos.* v. ult. *alloquetur.*

EP. XCV. SENECAE. *de qualitate temporis*] ita inſcribitur apud Binetum in Epigr. vet. p. 8. & Pithoeum Lib. I. p. 31. non eſſe Senecae, ut & plura alia, quae ſub ejus nomine in his Collectionibus circumferuntur, ſed ſententiis e Seneca petitis & metro alligatis a poſterioris aevi homine non penitus inſulſo, putat Barthius Lib. XLIX. Adverſ. 18.

1. *Omnia tempus edax depaſcitur*] idem fere apud Nemeſian. Ecl. IV. v. 32.

Omnia tempus alit, tempus rapit. uſus in arcto eſt.

3. *profugum mare litora ſiccat*] *ſiccent* Heinſius.

4.

Digitized by Google

Subſidunt montes, & juga celſa ruunt.
Quid tam parva loquor? moles pulcherrima coeli
Ardebit flammis tota repente ſuis.
Omnia mors poſcit. Lex eſt, non poena, perire.
Hic aliquo mundus tempore nullus erit.

EP. XCVI. EPICTETI.

Poma ut in arboribus pendentia, corpora noſtra
Aut matura cadunt, aut cito acerba ruunt.

EP. XCVII. SULPICII LUPERCI SERVASTI JUNIORIS. *de Vetuſtate.*

Omne quod Natura parens creavit,
Quamlibet firmum videas, labaſcit

Tem-

4. *mare litora ſiccat, Subſidunt montes*] ita Stilichon apud Claudian. Bel. Get. 526.

——— quum ceſſeris omnis
Obſequiis natura meis; ſubſidere noſtris
Sub pedibus montes, areſcere vidimus amnes.

5. *——— moles pulcherrima mundi*
Ardebit flammis tota repente ſuis.

Omnia mors poſcit] cogitabat auctor illud Ovidii Lib. 1. Met. 258.

Eſſe quoque in fatis reminiſcitur, adfore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regia coeli
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

ubi vide N. Heinſii notas. Albinovan. Eleg. ad Liv. v. 361.

Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.
Ecce necem intentam coelo terraeque fretoque,
Caſurumque triplex vaticinatur opus.

EP. XCVI. EPICTETI. *Poma ut in arboribus pendentia* &c.] ſic edidit Pithoeus in fine Lib. 1. Epigr. vet. praefixo EPICTETI nomine. quod inde venit, quia legitur in Altercatione Hadriani & Epicteti, poſt Notitiam Imperii a Labbeo editam pag. 193. quale exemplum habuimus Lib. 1. Epigr. 66. quod *Epicteti* nomen etiam prae ſe fert, quia in eadem Altercatione occurrit. vide illic notas. male autem hic puto edidiſſe Pithoeum,

Poma ut in arboribus pendentia, corpora noſtra &c.

nam in Altercatione iſta habetur: *Quid eſt homo? Pomo ſimilis. Poma ut in arboribus pendent, ſic ſunt & corpora noſtra, Aut matura cadunt: aut ſi cito, acerba ruunt.* unde patet legendum eſſe,

Poma ut in arboribus pendent; ita corpora noſtra
Aut matura cadunt, aut cito acerba ruunt.

ut *pendentia* natum ſit ex *pendent, ita.* vel *pendent* delendum hoc modo:

Poma ut in arboribus; ſic ſunt & corpora noſtra,
Aut matura cadunt, &c.

quod ultimum videtur praeferendum. *natura cadunt* vitioſe in utraque Pithoei editione, ſed in notis monuit *matura* corrigendum. quod res ipſa exigit. forte imitatio eſt Ovidii Lib. II. Am. 14. 25.

Quid plenam fraudas vitem creſcentibus uvis;
Pomaque crudeli vellis acerba manu?
Sponte fluunt matura ſua. ſine creſcere nata.
Eſt pretium parvae non leve vita morae.

EP. XCVII. SULPITII LUPERCI SEBASTI JUNIORIS] Nihil prorſus habeo, quod doceam de Sulpicio Luperco Sebaſto Juniore, cui odam ſapphicam, & elegiam inſcribebat vetus ille Lugdunenſium codex, quas cum Auſonianis emittere viſum eſt, quibuscum ſervatae ad nos perveniſſent. v. 2. *labaſcit*, ruit, corrumpitur, deficit tempore. ita Κρόνον illum Saturnum, χρόνον, hoc eſt tempus, proprios filios, & quicquid gigneret, devorare ſolitum, mentiti non ſunt antiqui poëtae. v. 5. *Amnis inſueta* &c. Fluvii quoque ſuos curſus mutant; ut ille apud Horatium in v. 67. de Arte Poët.

Seu curſum mutavit iniquum frugibus amnis.

v. 9. *Decidens ſcabrum* &c. ex Ovidio El. X. Lib. IV. de Ponto:

Gutta cavat lapidem, conſumitur annulus uſu,
Et teritur preſſa vomer aduncus humo. VINETUS.

SULPICII LUPERCI SERVASTI Inſcriptio eſt in cod. Scalig. in Bibl. Leid. & ita edidit Pithoeus Lib. 1. p 30. & Scaliger Lib. 1. p. 232. addito titulo DE VETUSTATE. In veterrimo Auſonii codice Voſſiano SERVASTI legebatur. in aliis SEBASTI. Scriverius SEVASTI. ejusdem hujus *Sulpicii Luperci Servaſti* Elegiam de Avaritia ſeu Cupiditate ſupra edidimus Ep. LXXIV. quam ſimul cum hoc carmine in calce Auſonii etiam dedit Vinetus, cujus notas inde excerpſimus.

3. *Tempore, ac longo fragile ac caducum*] ſic ed. Pith. & *caducum* Voſſ. & Scal. cod. *Tempore, & longo* Heinſius, vel *Temporis longo* &c.

5.

Digitized by Google

Tempore, ac longo fragile ac caducum
Solvitur uſu.
Amnis inſueta ſolet ire valle,
Mutat & rectos via certa curſus,
Rupta cum cedit male pertinaci
Ripa fluento.
Decidens ſcabrum cavat unda tofum,
Ferreus vomis tenuatus agris
Splendet, ac trito digitos honorans
Annulus auro.

Ep. xcviii. *de Deſidia & Labore.*

Deſidiam nolis, ſed nec labor inprobus omni
Adridet, dulce eſt inter utrumque nihil.
Ignavum ſcabies, luctantem injuria perdit,
Ille ſui, alterius perdidit iſte decus.

Ep. xcix. Apuleji.

Principium vitae, obitus meditatio eſt,
Non vult emendari, peccare neſciens,

In-

5. *Amnis inſueta*] *Amnis* vitioſe in ed. Pith.

7. *Rupta cum cedit*] *caedit* Voſſ. cod. *concedit* Pithoeus in notis. *malepertinaci* cod. Scal.

9. *Decidens ſcabrum cavat unda tofum*] Epigramma vetus Anthologiarum Lib. iii. Tit. *id.* ΕΙΣ ΗΡΩΑΣ.

Ψύχει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος, οὐδὲ σιδήρου
Φείδεται, ἀλλὰ μιῇ πάντ᾽ ὀλέκει δρεπάνῃ.

Tofus eſt, quem *Porum* Plinius vocat. ut & Gloſſarium: Πῶρος, ὁ λίθος. *Tofus, tofum.* LINDENBR. recte Vinetus notavit deſumtum eſſe ex illo Ovidii,

Gutta cavat lapidem, conſumitur annulus uſu &c.

vide Mercer. ad Ariſtaenet. Lib. i. Epiſt. 17. *ſcabrum tofum* vocat propter lapidis aſperitatem. ut Virg. ii. Georg. 214.

Et tophus ſcaber, & nigris exeſa chelydris Creta.

ubi Servius: *Lapis aſperrimus; unde & ſcabies dicitur ab aſperitate.* ubi aliquando conjeceram, *unde & ſcaber dicitur ab aſperitate.* ſed ibidem v. 220. *Nec ſcabie, & ſalſa laedit robigine ferrum. proprie*, inquit Servius, *nam rubigo quaſi ſcabies ferri eſt.* & ad Lib. i. G. 495. *ſcabra rubigine, aſpera, unde & ſcabies dicitur a corporis aſperitate. ſcaber tofus* etiam Ovidio Epiſt. xv. 141.

Antra vident oculi ſcabro pendentia tofo,
Quae mihi Mygdonii marmoris inſtar erant.

ubi *tofus* & *marmor* opponitur, ut apud Suet. in Claud. 21. *tofum* cum *pumice vivo* conjungit Ovid. ii. Faſt. 315. quod autem Lindenbrogius notaverit *tofum* Graecis *πῶρον* dici, vel *πώρινον λίθον*, id uberioribus doctrinae copiis illuſtravit Cel. Valkenarius Animadv. ad Ammon. Lib. iii. cap. 2.

10. *Ferreus vomis tenuatus agris*
Splendet, ac trito &c.] ſic editur apud Pithoeum & Scaligerum. *tenuatur* in Voſſiano. dein *adtrito* cod. Scalig. ſed *ac trito* corrigebat in marg. in aliis *ſplendet ac tuto*. Pithoeus in notis *atrito*. in Voſſ. *adtrito* eſſe notaverat Heinſ. & ſic *adtritum aurum* in veteri codice haberi apud Paulinum Epiſt. iv. ad Auſonium,

Fulget in adtrito longum venerabilis auro.

ubi *inattrito* habetur in ed. Roſweydi p. 478. & ſic ex v. c. legendum monuit Juretus ad Symmach. pag. 314. in aliis editionibus male,

Fulget nativo longe venerabilis auro.

ut in ed. Auſonii Tornaeſiana p. 151. Puto igitur diſtinguendum:

Ferreus vomis tenuatur agris,
Splendet adtrito digitos honorans
Annulus auro.

Ep. xcviii. *Deſidiam nolis*, &c.] Profert ex membranis veteribus Barthius Lib. xxiii. Adverſ. cap. 22. & ex Graeco Anacharſidis dicto expreſſum obſervat.

Ep. xcix. Apuleji] Idem adſert Barthius ſub Apuleji nomine ex membranis antiquis Lib. xv.

Ad-

Inmoderata ira fructus eſt inſaniae,
Pecuniam amico credens eſt damnum duplex,
Argentum & ſodalem perdidit ſimul.

EP. C. M. TERENTII VARRONIS *de Fortuna.*

Nemini Fortuna currum a carcere ultimo leve
Miſſum, inoffenſum per aequor candidum ad calcem ſubit.

EP. CI. C. LABERII MIMI.

Neceſſitas, quoius curſus transverſi impetum
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt,
Quo me detruſit paene extremis ſenſibus?

Quem

Adverſ. 17. qui verſu tertio legit, *Strictus eſt inſaniae.* & verſu quarto *credere* pro *credens.* Mihi videtur caſtigandum:

Non vult emendari, peccati neſcius,
Immoderatae irae fructus eſt inſania,
Pecuniam amico credens fert damnum duplex,
Amicum & ſodalem &c.

peccati neſcius, eſt, qui peccatum ſine pudore negat vel diſſimulat. altera lectio ineptum habet ſenſum. ſimile fere, ut in Laberii Sententiis metricis,

Factum tacendo crimen facias acrius.
Geminat peccatum, quem delicti non pudet.

ubi *jactum crimen* ex v. c. legit Salmaſ. ad Lamprid. Comm. cap. 7. & pro *tacendo* non male Almelov. ad Quinctilian. Lib. VI. cap. 4. pag. 573. conjicit *tuendo.* tertium verſum ita emendavi, ut res ipſa poſtulabat. quarto *damnum ferre* proba & obvia locutio. pro quo male nonnulli *damnum pati*, inuſitata veteribus phraſi. vide Patrui mei notas ad Ovid. I. Faſt. 60.

EP. C. *Nemini Fortuna*] ſic leguntur hi verſus apud Pithoeum Lib. I. pag. 29. & Scalig. Lib. I. Catalect. p. 196. qui ſunt apud Nonium in *Calx*, ex Varronis Marcopoli, pag. 199. ubi edidit Mercerus:

Nemini fortuna currum a carcere emiſſum intimo
Labi inoffenſum per aequor candidum ad calcem ſinit.

& ſic fere Salmaſ. ad Solin. T. II. pag. 904. ed. Paris. & Graevius in Praef. ad Tom. IX. Theſaur. Antiq. Rom. pag. 4. ubi bene hos verſus explicat, & comparationem eſſe vitae humanae cum curſu Circenſi notat. verſu primo *currum miſſum a carcere intimo* corrigit Janus Gulielmius Lib. I. Veriſ. cap. 3. *a carcere intimo miſſum levi* eſt in cod. Voſſiano. ſed Iſacus Voſſius in libro ſuo, qui eſt in Bibliotheca Leidenſi, emendaverat;

Nemini fortuna currum a carcere intimo miſſum
Labi inoffenſum per aequor candidum ad calcem ſivit.

in Fragmentis Varronis pag. 120. ed. Scalig.

——— nemini
Fortuna currum a carcere intimo miſſum levi
Inoffenſum per aequor candidum ad calcem ſivit.

Lipſius vero Lib. V. Antiq. Lect. cap. 10. legebat,

——— nemini
Fortuna currum a carcere anima miſſum levi
Inoffenſum per aequor candidum ad calcem ſubit.

Fruterius Lib. II. Veriſ. cap. 2.

Neminis Fortuna currum a carcere emiſſum intimo
Laeve, inoffenſum per aequor candidum ad calcem tulit.

aliter adhuc Delrius ad Senecae Hippolyt. v. 1139:

Fortuna nulli currum miſſum a carcere intimo.
Labi inoffenſum per aequor ad candidum calcem ſinit.

ex his eligant viri eruditi, quod oportunius videbitur. Ego praeferendum cenſeo, ut apud Nonium edidit Mercerus. in fine verſus primi *levis* etiam correxerat Heinſius, ut cum *Fortuna* jungatur. quomodo mox in Epigrammate Sympoſii de Fortuna,

O fortuna potens, ac nimium levis.

& verſu altero, *ad calcem tulit*, vel *ſtitit.*

EP. CI. C. LABERII MIMI. *Neceſſitas, quoius curſus* &c.] optimum hoc Laberii carmen hic inſerendum exiſtimavi, quod ediderunt H. Stephan. in Fragm. vet. Poët. p. 283. Pithoeus poſt Lib. IV. Epigr. vet. Scaliger Lib. I. Catalect. pag. 225. qui jambis Graecis illud reddidit in Poëm. e Graeco verſis p. 91. ed. Scriver. ita ut exſtat apud Macrob. Lib. II. Saturn. cap. 7. a L. Fruterio variis in locis emendatur in Epiſtola egregia ad Muretum, Grutero inter ejus Philologicas praetermiſſa in Tom. V. Facis Crit. quae edita eſt inter Mureti Epiſtolas Lib. I. Epiſt. 25. pag. 462. & 463. ed. Thomaſ.

1. *quoius curſus transverſi impetum*] *curſu* vel *curſum transverſae impetum* legebat Heinſius.

3. *Quo me detruſit, paene extremis ſenſibus*] *deſtruſti* Scalig. pro detruſiſti, ut Fortunam ipſam alloquatur. ut infra v. 16—21. *extremis cenſibus* Fruterius, ut intel-

Quem nulla ambitio, nulla unquam largitio,
Nullus timor, vis nulla, nulla auctoritas
Movere potuit in juventa de ſtatu:
Ecce in ſenecta ut facile labefecit loco
Viri excellentis mente clemente edita
Submiſſa placide blandiloquens oratio.
Etenim ipſi Dii negare cui nil potuerunt,
Hominem me denegare quis poſſet pati?
Ego bis tricenis annis actis ſine nota,
Eques Romanus ex lare egreſſus meo,
Domum revortar Mimus. Nimirum hoc die
Uno plus vixi, mihi quam vivendum fuit.
Fortuna, inmoderata in bono aeque atque in malo,
Si tibi erat libitum literarum laudibus
Floris cacumen noſtrae famae frangere;
Quur, quum vigebam membris praeviridantibus,
Statisfacere populo & tali cum poteram viro,
Non flexibilem me concurvaſti, ut carperes?

Nunc

telligat praemium quingentorum millium, quo Laberium, Romanum equitem, invitaverat J. Caeſar, (quem v. 8. per *virum excellentem* indicat) ut ipſe in ſcena mimos ageret, quos ſcripſerat, ut ex Macrobio liquet. ita *quotidianum cenſum laboris adſidui* pro reditu dixit Quinctilian. Decl. XIII. 7. & ſic *cenſus* abierat in *ſenſus* apud Martial. Lib. IV. Ep. 74. quamvis *extremis ſenſibus* etiam de aetate ſenecta intelligi poſſe addat Fruterius, ſed alterum praefert. pro vulgata tamen faciunt, quae habet Jac. Nic. Loënſis Lib. VII. Miſcell. Epiphyll. 20. & ſic ſenecta *fraudata ſenſibus aetas* dicitur Claudiano Bel. Get. 521. hinc Cel. Oudendorpius hoc in loco legebat *exemptis* ſive *ereptis ſenſibus*. vel potius *externum* aut *extorrem ſenſibus*: ut *exſul mentis* Ovidio Lib. IX. Met. 409. vel denique,

Quo me detruſit paene ex mentis ſenſibus.

ut apud Apulej. Lib. III. Met. pag. 57. *exterminatus animi*, ut in editionibus vetuſtis, & octo pluribusve MSS. legi monuit pro *externatus*. Gr. ἔξω φρενῶν. ſive ut Lib. V. p. 100. *extra terminum mentis poſitus*. vide & Heinſii notas ad Ovid. I. Met. 641. Detruſit igitur Fortuna Laberium e *mentis ſenſibus*, ſive *exterminavit animo*. Id viris doctis facile probatum iri confido. Barthii enim conjecturam *extremis menſibus*, quam proponit Lib. III. Adverſ. cap. 16. paucis adriſuram opinor. quod autem Pontanus in notis ad Macrob. ſcribat Gellium ſuper his Laberii verſibus aliquid commentatum fuiſſe in Lib. VIII. c. 15. quae perierunt, titulis tantum ſuperſtitibus, facile vel ex ipſo capitis argumento refellitur, in quo *ignominiatum & a Laberio male tractatum* Caeſarem indicatur *verſibus inibi appoſitis*. quae ad hos verſus referri nequeunt, ſed ad alios, quibus nimium dicacibus poſtea Caeſaris iram forte provocavit Laberius, ejusque favore & gratia excidit, quo ſpectat forte ſequens Epigramma.

8. *mente clemente edita*] *clementi* ſcribend. cum Heinſio.

12. *Ego bis tricenis*] ſic recte Fruterius. ut edidit Stephan. & Scaliger. *Ergo* male Pith.

13. *ex lare egreſſus meo*] in pleriſque Macrobii editionibus, *lare egreſſus meo*. ſed *ex lare* Scalig. & Pith. vel *e lare*, ut Fruter. *vix lare* Heinſius.

17. *Si tibi erat libitum literarum laudibus*
Floris cacumen noſtrae famae frangere] *literati laudibus Floris* &c. Heinſ. ſed longe aliam lectionem refingit Fruterius hoc modo.

Si tibi erat libitum Ludionum luſibus
Florens cacumen noſtrae famae frangere.

vel *Florum cacumen*, id eſt floridum. *florens* etiam conjecerat Heinſius. praecedenti verſu non opus eſt cum Pontano delere *aeque*, & legere, *Fortuna inmoderata in bono atque in malo*. & multo minus v. 21. *me concurvaſti, ut paceres*. Fruterius ex ſua, qua uſus eſt, editione adfert, *ut caperes*. quod cum trimetri legibus adverſaretur, conjiciebat *ut caeteras*. vel, *ut coeperas*. ſed *carperes* recte ſe habet.

22.

Nunc me quo dejicis? quid ad ſcenam adſero?
Decorem formae, an dignitatem corporis?
Animi virtutem, an vocis jucundae ſonum?
Ut hedera ſerpens vires arboreas necat,
Ita me vetuſtas amplexu annorum enecat.
Sepulcri ſimilis, nil, niſi nomen, retineo.

EP. CII. EJUSDEM C. LABERII.

Non poſſunt primi eſſe omnes omni in tempore.
Summum ad gradum quum claritatis veneris,
Conſiſtes aegre, & citius quam adſcendas, decides.
Cecidi ego: cadet, qui ſequitur. laus eſt publica.

EP. CIII. PORPHYRII POËTAE.

Pauxillo Fortuna tibi, res perfida, Quinte,
Extulit in frontem grande ſupercilium.

Nam;

22. *Nunc me quo dejicis*] ita bene Steph. & Scalig. male Pith. *Nunc me dejicis quo.*

25. *Ut hedera ſerpens vires arboreas necat*] Inconcinnum hoc verſu *necat*, cum mox ſequatur *enecat*. Itaque cum Francio legendum *vires arboreas gravat.* vel cum Pontano *ſecat.* quod Broukhuſius probabat; quia hedera in arboribus ſulcos inprimit, & corticem quaſi aratro quodam conſcindit. Cl. Oudendorpio placebat, *terit*, vel *comeſt*, pro exedit. ut ſupra Ep. XCII. 22.

Qui ſemper lacerat, comeſtque mentem.

hedera ſerpens, ut apud Auctorem Eleg. in obit. Maecen. v. 64.

Serpentes hederae vix habuere locum.

ubi vide.

27. *Sepulcri ſimilis*] ita recte Pithoeus. ut correxerat Francius, vel *ſepulcro*, pro *ſepulcris*, ut edidit Steph. & Scalig.

EP. CII. EJUSDEM C. LABERII. *Non poſſunt primi eſſe* &c.] ita hos verſus edidit Scalig. in Catalect. p. 195. Pithoeus in fine Lib. IV. Epigr. vet. ante Culicem. & H. Stephan. in Fragm. vet. Poët. p. 284. qui exſtant ibidem apud Macrob. Lib. II. Saturn. cap. 7. ubi in penultimo verſu editur,

Conſiſtes aegre, & quam deſcendas, decides.

quod fruſtra tuetur Pontanus, a quo prolatus Senecae locus vindicat lectionem a Stephano, & Pithoeo exhibitam, *citius quam adſcendas, decides.* ita enim ille: *Ad ſummum perducta rurſus ad infimum, velocius quidem quam adſcenderant, relabuntur.* neque etiam *revelluntur* emendare illic opus eſt. *conſiſtas* Heinſ. *adſcendis* ed. Scalig. in fine *laus publica* eſt, quae ad omnes pertinet; ut adſcripſerat Francius. ſed dubito an *laus* hic praecedentibus conveniat, & forte legi poſſet, *ſors eſt publica.* Id eſt *conſiſtere & cadere*, in rota Fortunae volubilis, *ſors publica*, ſive communis hominum conditio eſt.

EP. CIII. PORPHYRII POËTAE. *Pauxillo Fortuna tibi* &c.] apud Pithoeum pag. 29. & Scalig. pag. 197. editum eſt hoc Epigramma, quod ſervavit nobis Fulgentius in Libro de Contin. Virgil. pag. 159. ed. Munck. idem hic videtur Porphyrius, atque ille, cujus aliud fragmentum adfert etiam Fulgentius Lib. II. Mytholog. cap. 4.

Nudus, egens, Veneris naufragus in pelago.

& ex utroque illius loco colligo Porphyrium hunc inter veteres Epigrammatarios poëtas referendum: nam utrobique laudat, *Porphyrius in Epigrammate.* errare autem arbitror Gyraldum Dial. IV. de Poëtar. Hiſt. p. 253. Jonſium Lib. III. Hiſt. Philoſ. cap. 15. p. 290. & Fabric. in Bibl. Lat. Tom. III. p. 268. qui Porphyrium hunc, cujus Epigrammata a Fulgentio memorantur, confundunt cum Optatiano Porphyrio, carminis Panegyrici ad Conſtantinum auctore, de quo vide ſupra ad h. l. Epigr. LXXXIX. hunc enim Epigrammatarium diverſi genii poëtam, & antiquioris aetatis ac Porphyrium Optatianum puto. Ceterum apud Fulgentium initio hujus Epigrammatis legitur *Pauxillum.* Munckerus corrigit *Pauxillam*, ut inter *pauxillam*, ſeu parvam, *frontem*, & *grande ſupercilium* major oppoſitio ſit. veteribus enim *paululus*, *pauxillus*, & *pauxillulus*, diminutiva uſitata ſunt. vide Scriver. ad Martial. Lib. V. Ep. 34. p. 136. ſed poteſt etiam *pauxillum* adverbialiter ſumi pro pauliſper, ſive *pauxilliſper*, ut dixit Plautus Truc. Act. V. vs. 21. quem locum adfert Nonius p. 155. ed. Merc. & *pauxilliſper* exponit per particulas. ſic *pauxillum contentus* eidem in Capt. I. 2. 73.

——— H. *ſed ſi pauxillum potes*
Contentus eſſe. E. *nae perpauxillum modo.*

2. *in frontem*] *in fronte* vitioſe in ed. Scalig.

Digitized by Google

Nam, ne aliud credam, puteum puto te quoque, Quinte.
  Quanto altus magis es, tam mage deſpiceris.

EP. CIV. CAELII FIRMIANI SYMPOSII. *de Fortuna.*

O Fortuna potens, ac nimium levis,
Tantum juris atrox quae tibi vindicas,
Evertiſque bonos, erigis inprobos.

Nec

3. *Nam, ne aliud credam*] in MSS. *Nam ut aliud*, vel *Ut non aliud*, legi teſtatur Munckerus, unde conjiciebat, *Ut ne aliud credam.* ſed vulgatam non ſollicitandam puto, ſi diſtinguatur, ita ut e Scaligero & Pithoeo edidi.

4. *Quanto altus magis es, tam mage deſpiceris*] *Quam tu altus magis es* Heinſius. vere. *deſpicier* Tollius, ut *credo*, vel *puto*, ſubintelligatur. neque id a genio hujus Epigrammatis fere Catulliano alienum videtur. recte ambiguitatis luſum in *altus* & *deſpicere* notat Munckerus; *deſpicere* enim eſt pro nihilo habere, vel deſuper adſpicere, quia conparatio a puteo inſtituitur cum fortunae excelſae ruina profundiore. hinc ſupra in Epigr. LXVIII.

In plano tua ſit ſemper Fortuna, poroſque
  Noveris, ex alto magna ruina venit.

EP. CIV. CAELII FIRMIANI SYMPOSII. *de Fortuna*] vitioſe CAELII FIRMINIANI SIMPHOSII hic quoque inſcripſit Pithoeus Lib. I. p. 29. & ſub ejus nomine aliud phaloecium de Livore exhibet praecedenti pagina. ubi EUPHORBII in margine. de quo ſupra ad Ep. 92. & ſic Pulmannus p. 389. DE FORTUNA ſine ullo auctoris nomine edidit Aldus, & Junta. Virgilio adſcribit Gulielmus Inſulanus Obſerv. L. L. p. 47. & ſub ejus nomine edidit Johannes Soter in Collect. Epigr. ex Antholog. Graec. verſor. pag. 143. ſed male. Mariang. Accurſius in Diatribis ad Auſonium pag. 534. ed. Toll. teſtatur ſe in vetuſto Bibliothecae Vaticanae codice hos verſus reperiſſe non Virgilio, ſed Caelio Firmiano Simphoſio adtributos. quod favet valde Cl. Heumanno, qui Lactantio eos adſcribendos cenſet in notis ad Lactant. Sympoſ. pag. 6. Sunt autem verſus Choriambici aſclepiadei, quod procul dubio codicis alicujus veteris margini in initio carminis hujus adſcriptum fuit, ut in antiquis Horatii MSS. & vetuſtiſſimo Egmondano aliiſque Prudentii codicibus ad ſingula Cathemerinon & Periſtephanon carmina metri genus adponitur. ſed inde ridiculus error hoc loco promanavit; nam in Petaviano & Voſſiano codice ASCLEPIADIO inepte hi verſus inſcribuntur, quod nomen forte eo ſpecioſius ſuppoſuerunt librarii, quia inter Scholaſticorum poëtarum carmina *Aſclepiadii* cujusdam nonnulla occurrant. ut apud Pith. pag. 45. 91. 94. 95. & 162. ex vitioſa etiam codicis ſui, quem eumdem puto, qui poſtea Voſſii fuit, ſcriptura perperam ſub ASCLEPII tamquam auctoris nomine edidit Scaliger in Catalect. p. 175. licet in prima editione Gallicana Lugdunenſi p. 180. ita dediſſet, ut Pithoeus. Conferri cum hoc carmine meretur elegans Fortunae deſcriptio facta a diſertiſſimo inter Italos poëta Johanne Caſa in Monum. Lat. pag. 15.

Expers conſilii, quae pede lubrico
Incedis, Zyphyris mobilior Dea. & ſeqq.

1. *O fortuna potens ac nimium levis*
  Tantum juris atrox quae tibi vindicas] *nimium laetus* in cod. Petav. & Voſſ. cum hiatu edidit Aldus,

O fortuna potens * . . . . .

in ed. Vicet. Brix. & Venet. Catal. Virg.

Fortuna potens, tantum *
Juris atrox quae vendicas.

Johannes Soter exhibet,

Fortuna omnipotens inſipientibus.

ut & in nonnullis codicibus exſtat, & editione Catalect. Virgilii Juntina. *O fortuna potens, quam variabilis* profert Delrius ad Senecae Hippol. v. 1139. pag. 113. & ita edidit Pulmannus. quae omnia manum interpolatricem ſapiunt. Legendum vero,

O fortuna potens, at nimium levis,

ut & Francius exemplari ſuo adſcripſerat. de elegantia hujus particulae *at* periodo ad oppoſitum inſertae alibi videbimus. Huc refer geminum Senecae locum in Octavia v. 377.

Quid me potens Fortuna fallaci mihi
Blandita vultu.

ubi illud *me* & *mihi* jure offendunt N. Heinſium Lib. III. Adverſ. cap. 4. praeſertim cum *forte mea* vs. ſeq. & paullo poſt *mihi* ac *mea* denuo repetantur in vulgatis. Itaque corrigit *fallaci diu blandita vultu.* ſed forſan praeſtiterit, *fallaci nimis Blandita vultu.* quomodo & Gruterum jam emendaſſe video. neque opus illic eſſe cum Heinſio legere, *Quid me inpotens Fortuna*, ſatis probatur ex hoc loco.

3. *Evertiſque bonos, erigis improbos*] *Evertensque* ed. Junt. *Evertis quae bonos* Vicet. & Venet. *eligis* Petav. & Voſſ. cod. quomodo Aldus, ed. Junt. & Scaliger in utraque edit. Pulmannus, & in ed. Vicet. Brix. & Venet. & ſic profert Joh. Soter, alii-

Digitized by Google

Nec ſervare potes muneribus fidem.
Fortuna inmeritos auget honoribus.
Fortuna innocuos cladibus adficit.
Juſtos illa viros pauperie gravat.
Indignos eadem divitiis beat.
Haec aufert juvenes, & retinet ſenes,
Injuſto arbitrio tempora dividens.
Quod dignis adimit, tranſit ad impios.

Nec

aliique, unde & *legis* conjiciebat Francius. ſed recte *erigis* edidit Pithoeus: & ita Delrius ad Senec. Hipp. v. 1139. & Cl. Cannegieterus ad Avieni Fabulas pag. 801. Joſephus Iſcanus Lib. III. v. 457.

——— *quos caecus ab alto*
Merſit in ima furor, in ſummos erigis axes.

quo loco defendi poſſet vulgata lectio apud Auſon. in Ludo VII. Sapient. de Periandro:

Si fortuna juvat, caveto tolli,
Si fortuna tonat, caveto mergi.

ubi *vergi* legebat Heinſ. ad Ovid. I. ex P. Epiſt. 9. 52. ſed non opus eſt. Nepos in Dione cap. 6. *Fortuna ſua mobilitate, quem paullo ante extulerat, demergere eſt adorta.* hincapud eumdem Auſonium Epigr. 143. loco adpoſito de Fortuna, forte legendum:

Fortuna numquam ſiſtit in eodem ſtatu.
Semper movetur: variat & mutat vices,
Et ſumma in imum mergit, ac merſa erigit.

ubi Heinſius etiam *vergit.* vulgo *vertit.* & has voces confundi patebit ex ejusdem notis ad Lib. I. Faſt. 141. & Gronov. Lib. II. Obſerv. cap. 7. p. 262. ſimiliter *tollere* & *premere* hac eadem in re opponit Ovid. Lib. III. Triſt. 12. 68.

Humanaeque memor ſortis, quae tollit eosdem,
Et premit, incertas ipſe verere vices.

adpoſitus eſt inſignis Ammiani Marcellini locus, ſed corruptus, ni fallor, Lib. XIV. cap. XI. de Fortuna: *Eadem neceſſitatis inſolubili retinaculo mortalitatis vinciens faſtus tumentes incaſſum, & incrementorum detrimentorumque momenta verſans, ut novit, nunc* erectas *mentium cervices opprimit & enervat: nunc bonos ab imo ſuſcitans ad bene vivendum extollit.* ubi *erectas mentium cervices* mendoſe dici opinor, praeſertim cum praeceſſit *humanarum mentium opinione.* itaque ex duabus ultimis primae vocis *erectas*, & litera initiali ſequentis *mentium*, forte caſtigandum *erectas inſanientium cervices.* nam *erectae cervices* eleganter de ſuperbis ac contumacibus dicuntur. Cic. pro Fontejo cap. 11. *Hi contra vagantur laeti atque erecti toto foro, cum quibusdam minis & barbaro atque immani terrore verborum.* notum illud Ovidii de prima hominis creatione, licet bono ſenſu, Lib. I. Met. *erectos ad ſidera tollere vultus.* quod autem *erigere* in hoc Epigrammate, *evehere* dixit Seneca in Troadib. 260. *Quoque Fortuna altius Evexit ac levavit humanas opes* &c. *in ſolido locare* Virg. XI. Aen. 426.

——— *multos alterna reviſens*
Luſit, & in ſolido rurſus Fortuna locavit.

hinc eleganter Joſeph. Iſcanus Lib. V. 510.

Heu heu quam tenui nutant mortalia filo,
Nil homini fixum. Fortunae munerae blandae
Inſidias, non dona reor &c.

ſimili fere oppoſitione *manere* & *cedere* dicitur Fortuna in Petronii Epigrammate cap. LXXX. Satyrici:

Cum Fortuna manet, vultum ſervatis amici,
Cum cedit, turpi vertitis ora fuga.

ut recte, pro *cecidit*, praeferunt viri docti, & Dempſterus in Etrur. Reg. Lib. I. cap. 17. quomodo haec etiam variantur apud Tibull. III. El. 6. 5.

Saepe tuo cecidit munere victus amor.

ubi Broukhuſius *ceſſit*, licet inprobante Patruo meo ad Phaedr. IV. fab. 5. 2.

8. *Indignos eadem*] *injuſtos* Francius. ſed ſequitur paulo poſt *Injuſto arbitrio.*

9. *Haec aufert juvenes, & retinet ſenes*] *ac retinet* Petav. & Voſſ. cod. forte pro *at. haec retinet* Heinſius. ad verbum fere haec expreſſa ſunt ex Albinovano ad Liviam v. 371.

Fortuna arbitriis tempus diſpenſat iniquis,
Illa rapit juvenes: ſuſtinet illa ſenes.

ut iſtic adnotavit Heinſius. quo loco recte ita caſtigatum eſt a viris doctis pro *diſpenſat ubique*, & *ſuſtulit*, pro *ſuſtinet*, id eſt fata eorum moratur. vide ad Auctorem Eleg. in Obit. Maecen. v. 6. Lib. II. p. 253. & ſic apud Ovid. Epiſt. I. 114.

Extremum fati ſuſtinet ille diem.

Id eſt mori differt. ubi vide Patrui notas. deinde *arbitriis iniquis* apud Albinovanum jam tempore hujus poëtae lectum fuiſſe, ex his verſibus patet.

11. *Quod dignis adimit, tranſit ad impios*] ſic Aldus, ed. Bix. Pithoeus, Scalig. & Pulman. *admittit* & *transfert* ed. Ven. in Vicetina,

Quod dignis admittit, tranſit ad impios.

pro *tranſit* Cl. Canneg. ad Avien. Fab. XII. p. 88. legit *transdit. transfert* etiam male in ed. Junt.

12.

Nec diſcrimen habet, rectave judicat.
Inconſtans, fragilis, perfida, lubrica.
Nec quos clarificat, perpetuo fovet:
Nec quos deſeruit, perpetuo premit.

Ep. CV. Pentadii. *de Fortuna.*

Res eadem adſidue momento volvitur uno,
Atque redit diſpar res eadem adſidue.

Vin-

12. *Nec diſcrimen habet, rectave judicat*] *rectaque* Petavii codex, & editio Aldina Vicet. Brix. Junt. ac Veneta. *recteque* in Voſſiano. ſcribe cum Heinſio, *rectane judicet.*

14. *Nec quos clarificat*] verbum hoc indicat, poëtae, licet non inepti, tamen non optimi aevi foetum eſſe hoc carmen. apud Sedulium Lib. V. 8.

Clarifica nomenque tuum, tunc magnaque coelo
Vox reſonans venit per nubila.

ut legendum cum Barthio Lib. LIII. Adverſ. cap. 3. *nomen ſuum grandi facinore clarificare* de Catone Lactant. Lib III. cap. 18. ubi vide Bunemanni notas. *magnificat* ſi ſcripſiſſet auctor, adhibuiſſet verbum antiquis uſitatum. de quo vide infra Ep. CVIII. ad fragmentum Lucilii,

Magnificare hos, his bene velle, his vivere amicum.

15. *Nec quos deſeruit*] *deſerit* male in Vicet. Brix. & Venet.

Ep. CV. Pentadii *de Fortuna*] Pintati cod. Salmaſ. Pintadi in Voſſiano. quae ſcriptura confirmat, carminis hujus auctorem eſſe Pentadium, ſub cujus nomine recte edidit Pithoeus Lib. I. pag. 30. cujus plura Epigrammata in his Catalectis leguntur, quae nonnumquam Petronio aut aliis adtributa fuerunt; ut Phaloecium de vita beata, quod ſupra Ep. XCIII. occurrit, & incipit,

Non eſt, falleris, haec beata vita &c.

ſic Ep. LXXXVIII. *de Amore Feminarum*, quod inter Catalecta Petroniana etiam legitur, in cod. Voſſiano & ſchedis Scaligeri Pentadio tribuitur. tum Ep. LXI. LXII. LXII. hujus Libri, quae in codd. MSS. Petronio etiam inſcribuntur, a nonnullis Pentadio dantur, ut & Ep. LXVI. LXVII. & ſeqq. de fugiendis & colendis amicitiis, ad Pentadium hunc forte referenda notavi, niſi illa melioris aevi videantur. neque adſentior Barthio, Elegiam de Spe, paullo ante exhibitam, eidem adjudicanti, qui Pentadium *poëtam Scholaſticum inter veteres non poſtremum* vocat Lib. XXIII. Adverſ. 17. ſic Epigramma in Fratres Caſcas apud Pith. Lib. III. p. 99. eumdem Pentadium auctorem habere putabat Demſter. ad Roſin. Lib. I. c. 18. etiam tumulus Achillis ſub Euſebii titulo editus ſupra Lib. I. Ep. 98. a nonnullis Pentadio tribuitur, & Hectoris Ep. 102. licet ab aliis Maximiano vel Pompejano. & de Chryſocome codex Leidenſis Pentadio adſcribit Ep. 165. tum ſub illius nomine Epitaphia Acidis & Narciſſi edidit Pith. Lib. III. pag. 98. & forte etiam plura cum auctorem habent, quae nunc anonyma circumferuntur. Aetatem poëtae inde colligas, quod Lactantius Epitomen Inſtitutionum Divinarum Pentadio inſcripſerit. Illum enim eumdem eſſe, veroſimili conjectura exiſtimat Eduardus a S. Franciſco Xaverio in Adparatu ad Nov. Lactant. edit. §. 41. pag. 86. Hujus autem carminis verum auctorem eſſe Pentadium, mihi vel ideo perſuaſiſſimum eſt, quia totum eſt reciprocum, quando primum hexametri hemiſtichium recurrit in fine pentametri, quod *ophites* vel *ſerpentinum* vocant. Illo enim carminum genere praecipue delectatus fuiſſe videtur Pentadius. ut ſimile ejus Epigramma de Narciſſo exſtat Lib. II. pag. 64. ed. Pith. Pariſ. quod incipit,

Cui pater amnis erat, fontes puer ille colebat,
Laudabatque undas, cui pater amnis erat.

& de adventu Veris Lib. IV. p. 172.

Sentio fugit hiems, Zephyrisque moventibus orbem,
Jam tepet Eurus aquis, ſentio fugit hiems.

ejusdem generis eſt, ſed incerti auctoris, quod habetur inter Epitaphia apud Pith. Lib. IV. p. 182.

Conditus hic Amor eſt, dictus de nomine patris,
Heu miſeri patris conditus hic Amor eſt.

& ſeqq. de hoc carminis genere ita Papias in Vocabulario in *Lyricus. Lyricus vocatur heroicus reciprocus, cujus verba in principio verſus heroici poſita in ultima elegiaci parte iterantur. ut eſt,*

Vidimus ire deum, reducem ſperare jubemur,
In coelum qualem vidimus ire Deum.

quod exemplum etiam adfert in *Heroici verſus.* multa ſimilia ex ſchedis Salmaſianis diſticha de Narciſſo, Paride, Diomede, Polyxena, Oreſte, aliisque, ſupra Lib. I. edidimus, quae uno quaſi faſciculo conprenſa habentur in Miſcell. Obſerv. Nov. Tom. V. p. 475—484. tale reciprocum carmen eſt apud Martialem Lib. IX. Ep. 98. quod incipit, *Rumpitur invidia*, &c. quodque continuatis ſex diſtichis illic in initio ac fine repetitur. vide Raderi Analect. ad Martial. pag. 1071. neque ipſe Ovidius

Digitized by Google

Vindice facta manu Progne pia dicta ſorori,
Inpia ſed nato vindice facta manu.
Carmine viſa ſuo Colchis fuit ulta maritum,
Sed ſcelerata fuit carmine viſa ſuo.
Conjugis Eurydice precibus remeabat ad auras,
Rurſus abeſt vitio conjugis Eurydice.
Sanguine poma rubent triſti nece tincta repente,
Candida quae fuerant, ſanguine poma rubent.
Daedalus arte ſua fugit Minoïa regna,

Ami-

dius tales verſus aliquando adſpernatus eſt, apud quem ſimiles nonnumquam exſtant. Epiſt. V. v. 117.

Graja juvenca venit, quae te patriamque domumque
Perdet, Io prohibe, Graja juvenca venit.

Epiſt. x. v. 10.

Nullus erat, referoque manus, iterumque retento,
Perque torum moveo brachia, nullus erat.

Lib. 1. Am. 9. init,

Militat omnis amans, & habet ſua caſtra Cupido,
Attice, crede mihi, militat omnis amans.

Lib. III. Amor. 2. 27.

Invida veſtis eras, quae tam bona crura tegebas,
Quoque magis ſpectes, invida veſtis eras.

Lib. 1. Artis v. 191.

Auſpiciis animiſque patris, puer, arma movebis,
Et vinces animis auſpiciiſque patris.

Rem. Amor. 705.

Phoebus adeſt: ſonuere lyrae, ſonuere pharetrae,
Signa Deum noſco per ſua, Phoebus adeſt.

& IV. Triſt. 3. 77.

Ars tua, Tiphy, jacet, ſi non ſit in aequore fluctus,
Si valeant homines, ars tua, Phoebe, jacet.

haec autem exempla Ovidiana forte anſam dederunt poſterioris aevi poëtis, praeſertim Scholaſticis, tota ex reciprocis perpetua compage conflata fabricandi carmina, & nimium in his luxuriandi. qualia exſtant apud P. Warnefrid. Lib. 1. de Geſt. Longob. cap. 26. p. 33. ed. Vulc. Rhabanum Maurum Carm. IX. XXII. Theodulphum Carm. VI. & innumera alia aevo minus eleganti. vide de his Cioſanum ad Ovid. 1. ex P. Epiſt. 2. 38. G. Sabinum in libro de Carm. Compon. pag 509. Brouwer. ad Venant. Lib. III. pag. 108. & Angeli Nucei notas ad Chronica Monaſter. Caſinenſ. p 138. qui recte hos diſtinguit a verſibus Echoicis, in quibus ejuſdem ſoni vocabula ſibi ſuccedunt, repetitis ultimis praecedentis vocis ſyllabis, unde fit Echo. ut ſupra h. L. Ep. 28. *quicumque notavit, amavit.* vel tota periodo reſonante & inſtar Echus reſpondente. de quibus vide ad Lotich. Lib. 1. El. 8. 95. & tale echoicorum verſuum exemplum inſigne eſt apud Ariſtoph. in Theſmoph. v. 1078. & ſeqq.

1. *Res eadem adſidue*] ſic recte Pithoeus in notis & Heinſius. non *adſiduo*, ut editur. ut & in fine pentametri. quod firmatur a cod. Salmaſiano.

3. *Progne pia dicta ſorori*] *Prognae, pia dicta* &c. Cel. Oudendorpius.

v. 5. *Carmine viſa ſuo* &c.] *Crimine* legebat Cl. Schraderus, & in pentametro.

8. *Rurſus abeſt*] *habet* in Voſſ. cod. recte Heinſius *abit*. ut in cod. Salmaſ.

9. *Sanguine poma rubent triſti nece tincta*] vide Patrui notas ad Ovid. IV. Met. 127.

—— madefactaque ſanguine radix
Poenicio tinguit pendentia mora rubore.

ut in MSS. nonnullis pro *colore*. quod hoc loco firmatur. neque male illic *candentia* legebat eruditus Anglus in Miſcell. Obſerv. Vol. II. Tom. I. p. 34. ad oppoſitionem *ruboris*, ut in hoc Epigrammate,

Candida quae fuerant, ſanguine poma rubent.

optime etiam Heinſius conjecerat,

Sanguine poma rubent Thysbaeo tincta repente.

Pyramum enim & Thysben intelligit. forte & hic legendum *Sanguine mora rubent*. ut in d. l. Ovidii, & in Epigrammate Alcinoi de malis Punicis a Lesbia miſſis, in Catalectis Petronianis:

Horreo ſanguineo male mora rubentia ſucco,
Heu grave funeſti crimen amoris habent.

& ſic apud Solinum pag 12. ed. Salm. *cui moricolor facies propria.* ut e MSS. duobus legebat Cel. Oudendorpius, qui hic diſtinguendum cenſebat,

Sanguine poma rubent. triſti nece tincta repente,
Candida quae fuerant ſanguine, poma rubent.

ut ſecundo loco *ſanguis* ſignificet liquorem priorem mororum. vel amplectebatur Heinſii emendationem, quia in pleriſque diſtichis nomen proprium eſt, praeterquam v. 21. & 31.

11. *Daedalus arte ſua fugit Minoïa regna*] adhaeret Virgilio VI. Aen.

Daedalus, ut fama eſt, fugiens Minoïa regna,
Inſuetum per iter gelidas enavit ad Arctos.

13.

Amiſit natum Daedalus arte ſua.
Munere Palladio laeti qua nocte fuere,
Hac periere Phryges munere Palladio.
Nate, quod alter ades coelo, das gaudia Ledae:
Sed moeret mater, nate, quod alter abes.
Hoſtia ſaepe fuit diri Buſiridis hoſpes,
Buſirisque aris hoſtia & ipſe fuit.
Theſeus Hippolyto vitam per vota rogavit,
Optavit mortem Theſeus Hippolyto.
Stipite fatifero juſte quae fratribus auſa,
Mater ſaeva fuit ſtipite fatifero.
Sola relicta toris fleviſti in litore Gnoſis,
Laetaris coelo ſola relicta toris.
Aurea lana fuit, Phryxum quae per mare vexit,
Helle qua lapſa eſt, aurea lana fuit.
Tantalis eſt numero natorum facta ſuperba,
Natorum adflicta Tantalis eſt numero.

Pe-

13. *quae nocte*] *quia* cod. Voſſ. & verſ. ſeq. *ac periere.*

15. *Nate, quod alter ades coelo, das gaudia Ledae*] *adeſt coelo, ſunt gaudia* cod. Voſſ. & Salmaſ. *quod alter adis coelos* Heinſius.

17. *Hoſtia ſaepe fuit*] lege hoc in verſu cum Heinſio, *Hoſtia & ipſe fuit.* vel ex codice Voſſiano & Salmaſiano in pentametro *hoſtia ſaepe fuit.*

18. *Buſirisque aris*] *Buſiridis aris* Voſſ. cod.

21. *Stipite fatifero juſte quae fratribus auſa* &c.] *auſa eſt* cod. Voſſ. & Salm. *in fratribus uſa* legebat Heinſius, vel *pro fratribus uſa.* quod ultimum verum puto. *uſa* etiam conjecerat Cl. Schraderus. & jungebat *Stipite fatifero fratribus.* intelligitur enim Althea, quae filium Meleagrum ulta eſt injecto in ignem ſtipite ſculigno, a quo vita illius dependebat, propter occiſos ab eo avunculos, Altheae fratres. quo reſpicit Ovid. I. Triſt. 7. 17.

Utque cremaſſe ſuum fertur ſub ſtipite natum
Theſtias, & melior fratre fuiſſe ſoror.

fatiferum vocat ſtipitem, ut Deianira de hoc fratre ſuo Meleagro apud eumdem Naſonem Epiſt. IX. 156.

Alter fatali vivus in igne fuit.

ubi *vivus in igne cinis* legit Grunerus in Actis Societ. Liter. Jenens. Vol. IV. p. 218. Withof. in Orat. de Allegandi Abuſu pag. 29. conjiciebat,

Alternis fatum ſtipes in igne fuit.

ſed verius Cl. Oudendorpius,

Alter fatali ſtipitis igne fluit.

id eſt, evaneſcit. *lignum fatale* vocat Lib. VIII. Met. 479. in egregia fabulae hujus deſcriptione:

Utque manu dira lignum fatale tenebat,
Ante ſepulcrales infelix adſtitit aras.

de Meleagro hoc ita Manilius Lib. V. 176.

Te, Meleagre, colunt flammis abſentibus uſtum,
Reddentemque tuae per mortem munera matri,
Cujus & ante necem cum nato vita ſepulta eſt.

ut praeclare reſtituit Gronov. II. Obſerv. cap. XI. vide & Hygin. fab. 174. Apollod. I. Bibl. 8. §. 2. & 3. Diodor. Sic. Lib. IV. 34. circa finem. & plura apud Salvagn. ad Ovid. Ibin v. 603.

23. *Sola relicta toris fleviſti in litore Gnoſis*] *fleviſti litore* cod. Voſſ. & Salm. lege, *fleviſti in litore, Gnoſi.* imitatur illa Ovidii de Ariadne Lib. I. Artis Am. 527.

Gnoſis in ignotis amens errabat arenis,
Qua brevis aequoreis Dia feritur aquis.
Theſea crudelem ſurdas clamabat ad undas,
Indigno teneras imbre rigante genas.
Clamabat flebatque ſimul &c.

24. *Laetaris coelo*] *Laetatur* cod. Voſſ. *Laetatur coelos* Salmaſ. cod. unde Heinſius *Laeta tulit coelos.* ut apud Ovid. d. l. Bacchus ad Ariadnen v. 557.

Munus habe coelum; coelo ſpectabile ſidus
Saepe reges dubiam Creſſa corona ratem.

26. *Helle*] *Helles* male in ed. Pith.

28. *Natorum adflicta Tantalis eſt numero*] metri cauſſa ſupplendum cum Heinſio, *adflicta at Tantalis*

Digitized by Google

Pelias haſta fuit; vulnus grave quae dedit hoſti,
Et quae ſanavit, Pelias haſta fuit.
Per mare jacta ratis pleno ſubit oſtia velo,
In portu verſa eſt per mare jacta ratis.
Lux cito ſumma datur, natusque extinguitur infans,
Atque animae aeternum lux cito ſumma datur.
Sunt mala laetitiae diverſa lege creata,
Et juncta adſidue ſunt mala laetitiae.

CVI. *Elegia de Fortunae Viciſſitudine.*

Tempore qui laeto fortem ridemus amaram,
Certa velut ſtabiles non Dea verſet equos.

Cur

lis &c. vel *adflicta &*, quomodo & Opitius. ſed praefero cum Cel. Oudendorpio,

Tantalis e numero natorum facta ſuperba,
Natorum adflicta eſt Tantalis e numero.

30. *Et quae ſanavit*] *Hoc quoque ſanavit* in cod. Salmaſ.

31. *Per mare jacta ratis pleno ſubit oſtia velo*] Ita ſupplevi ex codice Salmaſiano. nam cum lacuna edidit Pithoeus,

Per mare jacta ratis * . . . . .

reliquis deficientibus. ſed in notis ſuis ſubſtituit, *viſa eſt ſuperare procellas.* non male, ſi ex codice quodam depromſerit: ſed ſi ex ingenio, alterum merito praeferendum, propter vetuſti codicis auctoritatem. utrumque ſuo exemplari adſcripſerat Scriverius. verſus autem hic cum praecedenti pentametro deſideratur in cod. Voſſ. pro *jacta ratis* Heinſius legebat *vecta.*

32. *In portu verſa eſt per mare jacta ratis*] *poſt mare* cod. Salm. pro *verſa* lege cum Heinſio *In portu merſa eſt.* ut apud Ovid. Epiſt. V. v. 119.

Dum licet, obſcaenam ponto Di mergite puppim.

Auctor Elegiae de Spe v. 20.

Naufragus bac cogente natat per foeda procellis
Aequora, cum merſas videris ante rates.

Juvenalis Sat. XIV. 301.

——— *merſa rate naufragus aſſem*
Dum rogat, & picta ſe tempeſtate tuetur.

in Epigrammate antiquo in Catalectis Scaligeri, Lib. I. pag. 235.

Sic rate demerſa vulſam deponderat aurem,
Remorum levitas naufraga membra vehit.

ſic paſſim variant hae voces. apud Germanicum in Arateis pag. 52.

——— *totus in undas Mergitur.*

ubi in MSS. *Vergitur.* Catullus in Carm. ad Manlium:

Accipe quis merſer fortunae fluctibus ipſe.

ubi in aliis codicibus eſt *verſer.* vid. Iſ. Voſſium. Auſonius Ludo VII. Sapient. de Periandro:

Si fortuna tonat, caveto mergi.

ubi *vergi* legit Heinſius. ſed vide ad praec. Epigr. v. 3.

34. *Atque animae aeternum*] *animae prima* in Salm. & Voſſ. cod. unde Heinſius conjiciebat *Atque animae pretium.* Cel. Oudendorpius *Atque animae primae* vel *Quaeque animae prima eſt.*

35. *diverſa lege creata*] *creati* in iisdem codd. & verſ. ult. *Juncta tam*, pro *Et juncta.*

CVI. *Tempore qui laeto*] Prolixam ineditam hanc Elegiam, quam inſcripſi, DE FORTUNAE VICISSITUDINE, poëtae minime quidem optimi, ſed non penitus tamen abſurdi, primus ex vetuſto codice Ponticorum Ovidii, Coloniae Agrippinae a ſe conparato, cui in fine adſcripta erat, in lucem produxit Barthius Lib. XL. Adverſ. cap. 18. qui judicat eſſe ingenioſi & diſerti hominis foetum, & continere ſententias egregias, ac nulli bono ſcriptori pudendas. Sed nimio ſaepe ſtudio viri docti laudant & inmodice efferunt ea, quae primi edunt: praeſertim, ſi in ſequioris aevi Scriptoribus adſidui fuerint, facilius omnia ſine diſcrimine admirantur, in quibus unus & alter eos adlicit pannus purpureus, qui hic illic forte ſplendeat: quod prae ceteris Barthio perquam familiare eſt. Mihi adparent multa in hoc carmine non unius ſed variae venae, plurima languida & jejuna eſſe: alia vero, quae poëtam ſpirant ſupra mediocres poſitum: tam diverſo enim colore efficta eſt, ut paene videatur non unum & eumdem habere auctorem. Cel. etiam Oudendorpius exiſtimabat, multorum hominum verſus eſſe de variis rebus hinc inde excerptos quaſi in Adverſaria, & deinde congeſtos in

Cur îdem adverſo laetam venamur in aeſtu?
  Ah meatam bene quod cognita cauſſa mihi eſt!
O qui, carorum caput ô cariſſime quondam,
  An potes & miſeri nunc meminiſſe tui?
Eſt equidem in laetis nemo non promtus amicus,
  Ipſa homini adverſus umbra inimica ſua eſt.
Tantalus infelix, dicunt, conviva Deorum,
  Nunc quoque apud manes victima ſacra Jovi eſt.
Usque adeo poenas non delent ultima fata,
  Qui cecidit divis ſurgere nemo valet.
Scilicet & nobis, qui functo corpore nuper
  Dura per antiqui buſta fugamur avi,
Perfida felices oſtendit regula Divos.
  Et voluit ſanctis partem aliquam eſſe locis.
Non alio exemplo, niſi ut eruta turbine diro
  Deſereret media nos rota fracta viâ.
Ah mihi praeteritos referant ſi numina vultus,
  Non etenim veterem, te, nova plaga, queror.

Ut

in unum carmen, quod quam plurimis vitiis & ineptiis ſcatet, & ſenſu idoneo paſſim deſtitutum eſt. Quia tamen multis malis verſibus nonnulli boni inmixti ſunt, & elegantes atque egregiae inſeruntur ſententiae, locum ei inter haec conceſſi, quamquam multum curae huic Elegiae inpendere, vix operae pretium fuerit.

2. *equos*] *aquas* conjiciebat Cl. Oudendorpius, propter *adverſum aeſtum* ſeq. verſu. & quia Deae Fortunae nemo umquam tribuit equos. licet v. 18. ex eadem locutione ſit. ſed & *venari in aeſtu adverſo fortunam laetam*, pro in rebus adverſis proſperam quaerere, mira locutio eſt, quae defendi non poteſt *curarum aeſtu*, *cogitationum aeſtu*, & quae ſimilia apud veteres obvia.

5. *O qui, carorum caput o cariſſime quondam*] vitioſe dictum *caput cariſſime* & bis *o* repetitum. Itaque recte diſtinguebat Cel. Oudendorpius,

O qui, carorum caput, o cariſſime quondam.

6. *nunc meminiſſe tui*] forte *mei*.

8. *Ipſa homini adverſus* &c.] prava ſive dubio haec lectio, & quae ſenſum nullum habet. praecedentia *in laetis* oppoſitionem manifeſtam hic requirunt. Itaque legendum:

Eſt equidem in laetis nemo non promtus amicus,
Ipſe homo in adverſis umbra inimica ſui eſt.

in adhaeſit voci *homo*, unde *homini* deſcripſerunt.

12. *Qui cecidit divis*] an

Qui cecidit, vivus ſurgere nemo valet.

niſi *Qui cecidit divis*, capiamus, pro per divos, ut *cadere hoſte* pro ab hoſte.

13. *Scilicet & nobis, qui functo corpore nuper*
Dura per antiqui buſta fugamur avi] neque hic cohaerere ſenſum notaverat Cl. Oudendorpius, nec intelligebat *fugari per buſta antiqui avi*, ut & alia plura ſunt, in hac praeſertim prima carminis parte, plane *ἀνόρατα*, mera fere monachalia, & ſequentibus longe deteriora, quod ad ſenſum, Latinitatem, & ſententiarum elegantiam ſpectat. *functo corpore*, ne cum *nobis* conjungatur, referendum ad *avi*. licet inepto loquendi modo dicat, ſe fugari per terras, ubi avorum defunctorum ſepulcra erant.

16. *Et voluit ſanctis partem aliquam eſſe locis*] Cel. Oudendorpius ſuſpicabatur, intelligi hic forte aliquem e ſacro ordine. cui *parens*, ſeu Abbas, vel *Prior*, & *fratres ſodales* in ſeqq. ubi & *de Oſſium reliquiis*. ſed hinc colligi poſſe cenſebat, eſſe unius ejuſdemque hominis, e patris domo, ſeu Monaſterio Abbatiave, vel profugi vel fugati, qui non uno tenore hoc carmen compoſuerit, ſed variis temporibus varios pannos, ſive de ſuo ſive aliunde, adtexuerit, & hinc malis plurimis nonnullos bonos inſeruerit verſus.

21.

Ut facili amiſſos abblandiar ore favores,
  Thura ferens dignis, carmina laeta, Deis.
Ut gravis hiberno torrens de monte volutus
  Obvia non magna arbuta verrit ope;
Saepe domos etiam, ſaepe addita moenia raptat,
  Currens praecipiti per juga longa viâ:
Sic ſemel atque uno nos abſtulit inprobus ictu,
  Mentem etiam & Muſis pectora nota, furor.
Altus eram certe: fortis furor omnia vicit,
  Obvius ut quisque eſt, tu mihi, clamo, veni.
Inprobus eſt, quisquis non, haec ſpectacula cernens,
  Fortuna inſtabili ſe quoque ſtare putat.
En ego nec caros habeo miſerandus amicos,
  A quibus auxilio verbave remve petam.
Unicus eſt, qui me non plane ſpernit egentem.

Ce-

21. *abblandior*] *eblandior* corrigendum cum Cel. Oudendorpio, qui adſcripſerat locum Vitruvii Lib. VII. c. 5. *cum adſpectus ejus ſcenae eblandiretur omnium viſus.* Lib. X. c. 12. *ceteraque, quae delectationibus oculorum & aurium uſu ſenſus eblandiantur.* ut legendum ex MSS. Leidenſibus. & apud Solinum cap. I. p. 5. *Palantes incolarum animos ad concordiam eblanditus.* pro mitigare, lenire, dixit Columella Lib. VII. c. 5. 16. *tantum valet, ut eblandiatur igneam ſaevitiam.* Lib. VIII. XI. 1. *quibus ſolitudinem ruris eblandiatur.* quomodo utroque loco e MS. Sangermanenſi legendum notaverat.

22. *carmina laeta*] *lauta* legebat Cel. Oudendorpius.

24. *Obvia non magna arbuta verrit ope*] emendandum *robora* cum Cel. Oudendorpio. qui *vertit* legebat pro evertit. poſſis etiam *ſternit* pro *verrit*. conparationem enim deſumſit ex Virgilio Lib. II. Aen. 305.

—— veluti rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, ſternit ſata laeta, boumque labores,
Praecipitesque trahit ſilvas.

quam prolixe ex Graecis & Latinis poëtis illic illuſtravit Cerda. & vide Cel. Drakenb. ad Silium IV. 522. & XII. 189. ſic *ſternere campos arboribus magnis* de venti turbine Lucret. I. 275.

Interdum rapido percurrens turbine campos
Arboribus magnis ſternit, monteisque ſupremas
Silvifragis vexat flabris.

alterum ſi placeat, *verrit* hic capiendum, ut apud Virg. I. Aen. 59.

—— maria ac terras coelumque profundum
Quippe ferant rapidi ſecum, verrantque per auras.

Ovid. XI. Met. 499. de mari tempeſtatibus agitato:

——— coelumque aequare videtur
Pontus, & inductas adſpergine tinguere nubes,
Et modo cum fulvas ex imo verrit arenas.

ubi vide N. Heinſium. Lib. III. Faſt. 592.

Adſiliunt fluctus, imoque a gurgite pontus
  Verritur.

ut in MSS. non *Vertitur*, legi teſtatur idem Heinſ. ad Lib. I. Am. 9. 14. ubi plura. & apud Broukh. ad Propert. II. 12. 44. qui vero hic *torrens*, ſive χείμαῤῥος dicitur, *ſubitum amnem* vocavit Valer. Fl. III. 101.

——— ſeſeque a lumine ferri
Suſtinuit praeceps: ſubitum ceu paſtor ad amnem
Spumantem nimbis, fluctuque arbuſta ruentem.

ubi vide Patrui notas.

26. *Currens*] *Torquens* Barth. male.

27. *atque uno nos abſtulit inprobus ictu*] *res abſtulit* Cel. Oudendorpius. id eſt bona fortunae. quod firmatur ex v. 34.

A quibus auxilio verbave remve petam.

ubi forte legendum, *A quibus auxilium*, id eſt *auxilium, verbave* &c. vel *A quorum auxilio.*

28. *Muſis pectora nota*] forte *vota*. pro Muſis ſacrata, addicta. confundi enim haec videbis ex notis Heinſii ad Ovid. VIII. Met. 152. & Lib. X. 693.

32. *putat*] *putet* Oudendorpius.

35. *Unicus eſt, qui me non plane ſpernit egentem*] Idem recte emendabat,

Unicus es, qui me non plane ſpernis egentem.

ſic enim jubent ſuperiora v. 3.

O qui, carorum caput, o cariſſime quondam,
  An potes & miſeri nunc meminiſſe tui?

qui

Cetera contemto ſupplice turba fugit.
Quid faciam infelix? quae non niſi in omnibus uni eſt,
Sollicitem longo carmine ſaepe Fidem?
Fracta Fides crebro eſt precibus lugentis amici;
Hac tamen amiſſâ non mage triſtis ero?
Vos Superi, & quorum es merito mihi numinis inſtar,
Quem numquam poſthac ſpero videre, parens.
Unius in gremio ſpes noſtra abjecta ſodalis
Tabet, & abſentis perdita verba ſonat.
Ille juvet forſan, ſed verba inmenſa locutis
Facta brevi conſtant non repetenda modo.
Scilicet in ſomnis quae poſcunt plurima divos,
In fratrum auxiliis experietur inops.
Nos ubi praeteritis conponimus orſa ſecuti
Temporis, his etiam credere Fata vetant.
Interea rapit hora, nec eſt reparabilis, horam,
Nos lenta placuit tabe perire Deo.
Ut pereunt miſeri, quos vitae fructus ademtus
Deſeruit, nulla poſt reparandus ope.

55. Tem-

qui me non ſpernit amicus videri poſſit, tamquam expreſſum ex illo Virgilii,

Quid prodeſt, ſi te ipſe animo non ſpernit Amyntas.

37. *Quid faciam infelix*] formula optimis poëtis uſitata, de turbatis & conſilii egenis. Ovid. Ep. x. 59.

Quid faciam? quo ſola ferar? vacat inſula cultu.

& Lib. 1. Met. 617.

Quid faciat? crudele ſuos addicere amores.

Statius 1. Ach. 674.

Quid faciat? cajuſue ſuos ferat ipſa parenti.

Terent. Eun. 1. 1. init. *Quid igitur faciam.* ubi Donatus ex Menandro adfert, εἶτα τί ποιήσω. quo etiam utitur Lucas cap. xii. 17. & xvi. 3. ubi vide Priceum. *Quid facerem* Virg. Ecl. 1 41. ubi vid. Emmeneſſ. & *Heu quid agam* Lib. x. Aen. 675. ut apud Terent. Hecyr. iv. 1. 4. *Perii! quid agam.* vid. notas Patrui ad Petron. cap. xiv. & Ovid. Ep. xxi. 56.

Ibid. *quae non niſi in omnibus uni eſt*] Cl. Oudendorpius notaverat dicendum fuiſſe *ex omnibus*, ſive omnium, ſive in nullis praeter te unum. An forte,

—— *quae non in millibus uni eſt.*

fides nempe.

50. *his etiam credere Fata vetant*] forte *Fama vetat.* ſic ſupra Epigr. vi.

———— *parabant*
Exitium ſaxis tempora, Fama negat.

51. *Interea rapit hora, nec eſt reparabilis, horam*] Cogitabat, ni fallor, locum Ovidii ex Lib. iii. Artis v. 63.

Nec quae praeteriit, iterum revocabitur unda,
Nec quae praeteriit, hora redire poteſt.

54. *nulla poſt reparandus ope*] forte in animo habuit illud Ovidii Epiſt. V. 103. licet alia in re:

———— *nulla reparabilis arte*
Laeſa pudicitia eſt, ſi perit illa ſemel.

hoc tamen in loco, quia modo praeceſſit *reparabilis*, mallem ſcripſiſſet, *nulla poſt renovandus ope.* vel *revocandus.* niſi mavis ſupra *revocabilis.* ſic enim alibi ſaepe *renovare*, *revocare*, & *reparare* confunduntur. Ovid. 1. Met. 363.

O utinam poſſim populos reparare paternis
Artibus, atque animas formatae infundere terrae.

ubi in aliis codicibus *renovare.* & vii. Met. 177.

Arte mea soceri longum tentabimus aevum
Non annis revocare tuis.

ubi *renovare* etiam in MSS. vide illic Heinſ. & ad Epiſt. iv. 90. plura notavi ad Lotich. pag. 97. & 655. & ſupra ad Lib. 1. clxxii. 105.

55.

Digitized by Google

Tempore non illo Priamum periiſſe putabis,
Quo jacuit Teucro litore truncus iners.
Verum ut Theſſalicis circum ſua moenia funus
Hectoreum rapuit, fortior hoſtis, equis.
Non ea poſt ductos victo ex Oriente triumphos
Extinxit Magnum, quae tulit, hora, caput.

Illo

55. *Tempore non illo Priamum* &c.] an forte *Tempore non alio.* ut ſupra h. l. Epigr. XII. 5.

Tempore non alio, quo verſis viribus orbis
Incubuit belli tota ruina tibi. &c.
Tempore non alio, quo ter tibi funera centum
Heu nox una dedit, quae tibi ſumma fuit.

ubi tamen *Tempore non illo* etiam legunt Pithoeus & alii. Ceterum haec & ſequentia ſunt optima, & ex Virgilio, ut praecedentia ex Ovidio, hauſta, vel imitatione laudabili expreſſa. ut enim *Teucro litore truncus iners* jacuiſſe hic dicitur Priamus, ita apud Maronem Lib. II. Aen. 557.

Hic finis Priami fatorum: hic exitus illum
Sorte tulit. &c. *jacet ingens litore truncus,*
Avolſumque humeris caput, & ſine nomine corpus.

& ex imitatione Virgiliana Manilius Lib. IV. 64.

Quid numerem everſas urbes, Regumque ruinas,
Inque rogo Craeſum, Priamumque in litore truncum,
Cui nec Troja rogus?

ubi Cel. Bentlejum *rerumque ruinas* contextui invehentem ſatis refutant Craeſi, Priami, Xerxis, & aliorum exempla, quae recenſet, & quod Priamum *Regnatorem Aſiae* ibidem vocet Virgilius, cujus locum ante oculos habuit. pariter Seneca Troadib. v. 141. in choro Iliadum Hectoris & Priami mortem deflentium:

——— *poſt elatos*
Hecubae partus, Regumque gregem,
Poſtrema pater funera cludis;
Magnoque Jovi victima caeſus
Sigea premis litora truncus.

57. *Verum ut Theſſalicis* &c.] *Sed cum Theſſalicis* Barthius. perperam. *ut* hic ponitur pro *ſimulac* vel *ubi*. quae crebro etiam confuſa fuerunt. vid. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. IV. 25. Patrui notas ad Valer. Fl. I. 487. & ad Claudian. I. in Eutrop. 138. *funus Hectoreum* pro cadavere Hectoris, ex uſu optimorum ſcriptorum eſt. pro quo male ſaepe librarii ſuppoſuerunt *corpus*, ex gloſſa vulgari. ut apud Propert. Lib. I. 17. 8.

Haeccine parva meum funus arena teget.

ubi *corpus* in meo codice, & in uno Broukhuſii. Statius II. Theb. 571. *neque enim temnenda jacebant Funera*, ubi *Corpora* in cod. Voſſiano. apud Valer. Fl. VII. 643. *hauſit ſubito ſua funera tellus.* quod contra Heinſium *munera* vel *pignora* conjicientem vindicavit Patruus. Claudian. I. in Rufin. 155.

——— *& condita funera traxi*
Carminibus victura meis.

Juſtinus XXIV. cap. 3. §. 9. *ad poſtremum etiam ſpoliata funeribus filiorum.* & ſic recte apud Frontinum Lib. I. cap. 12. 5. adſeruerunt viri docti. *Sepulcra enim funeribus ornantur.* ita frequenter Dictys Cretenſis, ſeu Septimius, Lib. III. de Bel. Tr. cap. 26. *cadaver tradit. Quo recepto rex in gratiam inpetrati funeris* &c. & mox, *ita Priamus recepto Hectoris cadavere ad Trojam redit.* & Lib. IV. cap. 21. *Interim Alexandri funus per partem portae aliam ad Oenonem* &c. *ut ſepeliretur, perferunt.* vide Vinding. ad Lib. IV. cap. I. & Patrui notas ad Virg. II. Aen. 539. ſequenti verſu forte adhaereo Propertio II. 7. 26.

Fortem illum Aemoniis Hectora traxit equis.

vel Ovidio II. Amor. I. 32.

Raptus & Aemoniis flebilis Hector equis.

59. *victo ex Oriente*] *toto* Barthius. non opus eſt. optime huc facit Manilii locus Lib. IV. 50.

Quis te Niliaco periturum, litore, Magne,
Poſt victas Mithridatis opes, pelagusque receptum,
Et tres emenſo meritos ex orbe triumphos,
Cum jam etiam poſſes alium cognoſcere magnum,
Crederet?

ubi ſagax illud Delphinici Interpretis ingenium per *alium magnum* intelligit orbem terrarum. quo nihil effutiri potuit abſurdius. Cel. Bentlejus *alium componere magnum* ex MSS. legit, & interpretatur, cum tantae potentiae eſſes, ut *etiam alium*, cuicumque favere velles, poſſes *magnum* efficere. lubens equidem illud *componere* ex vetuſtis codicibus amplector. ſed longe alio ſenſu explicarem de Pompejo Magno, ad tantam potentiam evecto, ut jam alium etiam Magnum, Jul. Caeſarem nempe, ſecum conparare poſſet: non vero Alexandrum, ut cogitabat Barthius. ſive quod periturus eſſet poſt tantas res geſtas, tunc cum fateri cogeretur, & agnoſcere alium praeter ſe magnum. ut exponit Gronov. in Diatr. Stat. cap. I. illuſtrabunt haec Pompejorum Epitaphia edita Lib. II. Ep. XXVI. & ſeqq.

63.

Illa illum extinxit campis congreſſa Philippis
  Caeſarea populum quae ruit, hora, manu.
Scilicet hic vitae finis, qui finis honorum eſt.
  Cumque ſua pereunt proſperitate viri.
Sic quod heri vixi, quia jam nox altera praeſto eſt,
  Non illud tempus quod modo duco, vocem.
Quaeque dies ſibi vita ſua eſt, cum tranſiit illa,
  Heſternae non eſt lux hodierna memor.
Quare quem fructus vivendi vita relinquit.
  Nempe quid, hoc demto, mors niſi moeſta venit?
Undique quae laetis ſi ſe triſtiſſima monſtrat,
  Quid miſeris cenſes nolle parare mali?
Saepe ferunt venti, ſaepe eſt firmiſſima navis,
  Mutarunt venti flamina, navis obit.
Dum cavet hos ſcopulos, alios incurrere nauta
  Sentit, & eſt damno ſaevior arte ſuo.
Structa quid in magno ſunt propugnacula ſaxo?
  Humano majus ſaepe labore ferunt.
Callidus internis ſe ſpiritus ingerit antris,
  Cum poſita rupes ſic gravis arce jacet.
Tuta nec in ſolido rerum Fortuna favore eſt,

Cum

62. *populum quae ruit*] pro ſtravit. latiniſſime dictum. nam cum quarto caſu optimi ſcriptores conjungunt hoc verbum. ut multis exemplis probavit N. Heinſ. ad Virg. VIII. Aen. 63. Lucretius Lib. I. 273.

——— venti vis verberat incita pontum,
Ingentesque ruit naves, & nubila differt.

ubi vide Lambin. Valer. Fl. III. 102.

Spumantem nimbis, fluctuque arbuſta ruentem.

ubi vide Bulaei & Weitzii notas. apud Virgilium quoque Lib. I. Aen. 59. In codice Hugeniano legitur,

Ni faciat, maria ac terras coelumque profundum
Quippe ferant rapidi ſecum, ruerentque per auras.

ſic & *irruere*. de quo Heinſ. ad Claudian. Conſ. Mallii v. 194. & ad Valer. Fl. III. 148.

74. *Mutarunt*] malim *Mutarint*. pro, ſi mutarint.

75. *Dum cavet hos ſcopulos*] ita recte Cel. Oudendorpius. *hoc* edidit Barthius. apud quem verſ. ſeq. etiam *ſerior* pro *ſaevior*.

78. *Humano majus ſaepe labore ferunt*] *ruunt* ſcribendum opinor.

79. *Callidus internis ſe ſpiritus ingerit antris*] terrae motum intelligi credebat Cel. Oudendorpius. non diſſimile illud Juſtini Lib. IV. cap. I. de Sicilia: *intrinſecus ſtratum ſulphure & bitumine traditur; quae res facit, ut ſpiritu cum igne inter interiora luctante frequenter & compluribus locis nunc flammas, nunc vaporem, nunc fumum eructet.* ubi Aldus edidit, *intra interiora luct. freq. ex compluribus locis.* in nonnullis codd. *inter intrita.* unde Iſ. Voſſius mirifica emendatione legebat *interintra.* ſed recte ſe habet vulgata *inter interiora.* quam confirmatam etiam inveni a codice Franequerano. vel Aldina lectio recipienda eſt. *interiora* vocat, quae noſter *antra interna.* quibus ſe ingerit ſpiritus: *callidus* autem *ſpiritus* mihi corruptum videtur. vide an praeſtet *Fervidus* vel *Turbidus.* vel potius cum Cel. Oudendorpio vocibus inverſis legendum, *Internis calidus ſe ſpiritus* &c. ſeq. verſu *rupes jacet* proprie, pro collapſa, diruta eſt. vide ad Lib. II. Ep. CXVI. 16.

81. *Tuta nec in ſolido* &c.] forte aemulatur illud Virgilii XI. Aen. 426.

——— multos alterna reviſens
Luſit, & in ſolido rurſus Fortuna locavit.

non diſſimilis huic diſticho color eſt in illis Helenae de inconſtantia amoris in hoſpitibus, apud Ovid. Ep. XVII. 191.

Certus in hoſpitibus non eſt amor, errat, ut ipſi:
Cumque nihil ſperes firmius eſſe, fuit.

Cum

Cum minime credas, inpulit illa rotam.
Tum quoque quum nitido ridet placidiſſima vultu,
Turpis in averſo pectore fucus ineſt.
Elevat incautum, ſperantem maxima nutu
Projicit, adſcendit cetera turba tamen.
Haec ego qui poſſum miſeris miſer ipſe referre,
Non poteram dictis olim adhibere fidem.
Stulta quia & votis tam credula turba beata eſt,
Rideat ut miſeri magna monentis opem.
Saepe mihi dixit Peligni Muſa Poëtae,
Nunc ego mutatâ quod vice dico tibi.
Credite, quîs fidum Fortuna videtur aſylum,
Non erit haec vobis, non fuit illa mihi.
Pendet ab axe ſuo vitae variabilis ordo.
Nulla ſui certa eſt, hora nec ulla fuit.
Cumque nihil poſſit longi fuga mobilis aevi,
Se tamen hac ſemper mobilitate fugit.

Sed

Cum minime credas apud eumdem Lib. v. Triſt. 10. 19.

82. *inpulit illa rotam*] *rotam* hic Fortunae etiam dat, licet Scaliger ad Tibull. pag. 18. antiquiores Fortunam *globo* potius quam *rotae* inſiſtentem fingere contendat, maxime ex illis Pacuvii verſibus apud Auctorem Rhetor. ad Herenn. Lib. II. cap. 23.

Fortunam inſanam eſſe, & caecam, & brutam, perhibent Philoſophi,
Saxoque illam inſtare globoſo praedicant volubilem.
Ideo, quo ſaxum inpuleris Fors, cadere eo Fortunam autumant.

ubi *Fors* & *Fortuna* diſtinguitur, quia *Fors* eſt caſus temporalis, *Fortuna* Dea eſt ipſa. vide Nonium Marcell. pag. 425. ſic apud Claudian. VI. Conſ. Honor. 283. legit Heinſius, *hoc aſpera Fati Fors ulerit.* pro *Sors.* unde recte vulgata lectio firmatur in Elegia de Spe, ſupra LXXXII. 64.

Fors varias mutat mobilitate vices.
Incerto ludit caſu Fortuna per orbem.

bene etiam Gruterus *volubilem*, non *ſaxo globoſo volubili*, praefert, & cum eo Delrius ad Roſin. Lib. II. cap. 16. quia *volubilis* quaſi perpetuum eſt Fortunae epitheton. ut Ovid. v. Triſt. 8. 15.

Paſſibus ambiguis Fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa tenaxque loco.
Nam modo laeta favet, vultus modo ſumit acerbos,
Et tantum conſtans in levitate ſua eſt.

quae Ovidiana noſtrum reſpexiſſe, videtur ipſe indicare v. 91. egregie autem Broukhuſius ad illum Tibulli locum, qui eſt Lib. I. El. 6. 34.

Verſatur celeri Fors levis orbe rotae.

complurimis veterum ſcriptorum locis probavit aeque *rotam* Fortunae tribui ac *globum.* pauſlo poſt cum Cel. Oudendorpio ſcribendum *adverſo pectore.* vel *averſo tergore.*

85. *ſperantem maxima*] forte *ſpirantem maxima.* id eſt magnos & elatos animos gerentem. ut *altum ſpirare*, *magnum ſpirare*, Gr. *μεγάλα πνέειν.* Propertius Lib. II. El. 12. 53.

Sic nobis, qui nunc magnum ſpiramus amantes,
Forſitan includet craſtina fata dies.

Valerius Fl. II. 180.

Magnum aliquid ſpirabit amor.

quomodo recte emendarunt viri docti, pro *ſperabit.* ut & apud Propertium in plurimis MSS. legitur *ſperamus.* pari variatione. vide ſupra ad Medeam v. 438. ſub finem Lib. I.

88. *dictis olim adhibere fidem*] utitur locutione merito damnata *adhibere fidem*, pro *credere*, licet librarii eam non paucis veterum auctorum locis intruſerint. ut apud Auctorem Rhetoricor. ad Herenn. Lib. IV. cap. 12. in codice Pithoeano legitur, *ei rationi non eſt fidem adhibere.* pro *habere.* ſed pluribus de hac phraſi egi ad Lotich. Lib. III. Eleg. I. 12.

97. *Cumque nihil poſſit*] corruptum eſſe notat Barthius in margine. Legendum cum Cel. Oudendor-

Sed vitam incertam ſequitur miſerabile letum:
  Humanas inter ſola ea certa via eſt.
Stultus & indoctus, qui, cum non neſciat, illo
  Eximi ab innumeris tempora laſſa malis,
Hac tamen extremo timet & fugit undique niſu,
  Quod ſequitur fortem, quod timidumque premit.
Vita tamen dulcis; quid ſi magis altera reſtat?
  Mors gravis? an ſcimus non graviore premi?
Altior at miſeris cura eſt, dolor oſſibus haeret.
  Verba cadunt pulcre, pectora moeror edit.
Sic ego, qui medicas aliis dare molior herbas,
  Nullius credam vulnera noſtra manu.
Una ſed in cunctis data ſunt ſolatia curis,
  Suſtineant lapſo quae mihi membra pede.
Nulla, licet tenuis linquat ſpiramina vitae,
  Absque intervallo ſors truculenta fuit.
Nempe quia eſt miſeris aliquod quoque numen amicum.
  Qui patitur, nullis ſpernitur ille Deis.
Venit ubi ad ſummum, non progreſſura ruina eſt,
  Sed ſtetit & retro eſt viribus acta ſuis.
Ipſa quoque e buſtis extollier oſſa videmus,
  Cum patria coluit relligione Nepos.
Diruta murali tormento ſaxa feruntur.
  Erigit his alio moenia Marte labor.
Infelix quisquis nocet infelicibus unquam,
  Hic meruit nullo triſtia fine pati.
Omne quod hic cernis, tenuis modo corporis umbra eſt,

Vix

dorpio *proſit.* ſequenti verſu firmari poſſet ejusdem Barthii emendatio apud Auctorem Elegiae de Spe, in fine:

Incerto ludit caſu Fortuna per orbem,
  Se ſemper contra quae fugit, atque redit.

ubi vulgo, *Et ſemper contra.*

104. *Quod ſequitur fortem, quod timidumque premit*] imitatur Horatium Lib. II. Sat. 7. 115.

——— *jam ſomno fallere curam,*
Fruſtra. nam comes atra premit, ſequiturque fugacem.

quod alibi dixit Lib. III. od. I. 40.

Poſt equitem ſedet atra cura.

105. — *quid ſi magis altera reſtat?*
  Mors gravis?] diſtinguebat Cl. Oudendorpius,

——— *quid ſi magis altera reſtat*
Mors gravis?

paullo poſt *manu* pro *manui* poſuit.

117. *Venit ubi ad ſummum*] & hic quoque reſpicit forte illud Horatii Lib. II. Epiſt. I. 32.

Venimus ad ſummum fortunae &c.

120. *Cum patria coluit*] *colit haec* Barth. Sanctorum reliquias intelligi credebat Cl. Oudendorpius.

123. *Infelix quisquis nocet* &c.] Haec ſuo loco mota eſſe, forſan inferenda ſupra poſt v. 36.

Cetera contemto ſupplice turba fugit.

vel circa, exiſtimat Cl. Oudendorpius.

126.

Vix macie exeſis artubus oſſa traho.
Rarus aperta movet procul internodia poples,
Conſedit genubus tractus ab ore tremor.
Sordibus & multo ſimilis ſqualore ſepultis,
Vix inter vivos larva videnda vagor.
Non tamen hoc hoſtes, non hoc mala numina poſſint,
Ut valeat pronum nox pepuliſſe caput.
Languidus Alcides & caeſa languidus hydrâ,
Non hoſtes timuit, grus homicida, tuos.
Briſeis ut rapta eſt, amor atrum incluſit Achillem,
Non metus Hectoreae Memnoniaeve facis.
Ille ſed extincto rediit vigor acer amico,
Reddidit ut juſtus depoſita arma dolor.
Me quoque fors mihi reſtituet, moribundaque membra
Viribus ire ſuis ſplendida fata dabunt.

Tum

126. *Vix macie exeſis artubus oſſa traho*] forte in animo habuit illud Ovidii III. Triſt. 8. 28.

——— vexant inſomnia, vixque
Oſſa tegit macies, nec juvat ora cibus.

127. *Rarus aperta movet procul internodia poples*] Singulari locutione dicit rarum poplitem ſibi procul movere internodia aperta, ut deſcribat tremulos pedes vix ſuſtinere corpus macie confectum, ſive ut Virgilius dicit V. Aen. 432. *tarda trementi Genua labant.* forte *aperta* dicit hiantia, non bene conjuncta internodia. vide an pro *Rarus poples* ſcribendum ſit *Varus*, id eſt introrſum curvus & contractus. de qua voce egregie egit Heinſ. ad Ovid. I. Am. 3. 24. & III. Artis 304. vide & ſupra ad h. l. Ep. LXXIV. 40. contra *nervoſus poples* Ovidio Lib. VI. Met. 256.

Mollia nervoſus facit internodia poples.

ubi *internodia* etiam habes, ut apud Calpurnium Ecl. I. 26.

Nam tibi longa ſatis pater internodia largus,
Procerumque dedit mater non invida corpus.

132. *Ut valeat pronum nox pepuliſſe caput*] *Nex* conjiciebat Cl. Oudendorpius.

133. *Languidus Alcides & caeſa languidus hydra,*
Non hoſtes timuit, grus homicida, tuos.] ita edidit Barthius, quae procul dubio corruptiſſima, nec facile alicui intelligenda. quid enim *grus homicida*? an voluit librarius *gens homicida*? ſed & ingrata vocis ejusdem *languidus* eodem in verſu repetitio eſt. Cl. Oudendorpius tentabat,

Viribus Alcides e caeſa languidus hydra
Non aſtus timuit, trux homicida, tuos.

ut Antaeum intelligat. licet paullo poſt v. 141. *trucis invidiae* ſequatur. quod in hoc poëta non adeo ſevere exigendum eſt. vel legendum cenſebat,

Ignibus Alcides exciſa languidus hydra.

ego amplius pro *exciſa* malim *exuſta*. hydram enim ab Hercule domitam, ignibus exuſtam, ne capita repullularent, tradunt veteres. vide quae notavi ad Eleg. in obit. Maecen. v. 83. quibus adde illud Prudentii Hymno X. Periſteph. 881.

Libet experiri: Lerna ſicut traditur,
Utrum renatis pulluleſcat artubus,
Ac ſe imminuti corporis damnis novum
Inſtauret: ipſe praeſto erit tunc Hercules,
Hydrina ſuetus uſtulare vulnera.

hinc apud Ovid. IX. Met. 73. de hydra ipſe jactat Hercules:

Hanc ego ramoſam natis e caede colubris,
Creſcentemque malo, domui, domitamque peremi.

ita enim pro *peremi*, quod & in uno apud me codice, vel *reduxi*, quod in altero inveni, & in Palatinis Gebhardus, aut *repreſſi*, ut in aliis codicibus legitur, caſtigabat Heinſius, cujus notas illic vide. & Patrui mei ad Valer. Fl. VII. 623.

135. *amor atrum incluſit Achillem*] *acrem* emendabat Barthius. ſed quia mox ſequitur, *vigor acer*, praefero cum Cl. Oudendorpio, *artum incluſit Achillem.*

142. In-

Tum trucis invidiae furiis ultricibus horrens
Involvam poſitis arma virumque malis.
Interea, ut libitum eſt, abſentibus utere divis,
Livor, & in noſtro gaudia quaere rogo.

Ep. cvii. *Moralia. De Virtute.* M. Ter. Varronis.

Unam virtutem propriam mortalibu' fecit.
Cetera promiſcam voluit communia haberi.

Ep. cviii. Lucilii.

Virtus, Albine, eſt, pretium perſolvere verum,

Queis

142. *Involvam poſitis arma virumque malis*] neque haec me intelligere fateor. quae certe corrupta aut inepta ſunt. ut plurima alia in hac Elegia; quam ſi quis haud pauca communia cum Maximiano habere, & ſimilis fere genii atque artificii eſſe arbitretur, me ultro adſentientem habebit.

Ep. cvii. Varronis. *Unam virtutem* &c.] apud Pithoeum Lib. I. pag. 9. & Scalig. pag. 237. in vetuſtis Nonii Marcelli editionibus, in *proprium*, legitur, *Nam virtutem propriam mortalibus fecit, Caetera promiſcue voluit communia habere.* ut edidit etiam H. Steph. in Fragm. vet. Poët. pag. 340. *Unam & promisque* ed. Merceri pag. 361. ubi *Nam* in cod. Voſſ. ſed *promiſcam* emendat If. Voſſius ad libri ſui marginem, & remittebat ad Feſtum, apud quem, *Promiſcam dicebant promiſcue.* ubi vid. Dacer. & Gronov. ad illa Gellii Praef. §. 5. *quae libitum erat, cujus generis cumque erat, indiſtincte atque promiſce adnotabam, eaque mihi in ſubſidium memoriae, quaſi quoddam literarum penus, recondebam.* & ſic ſcribendum apud Macrobium Prooemio Saturnalium, ubi pleraque ex iſta Gellii Praefatione deſcripta: *ita in quoddam digeſta corpus eſt: ut, quae indiſtincte atque promiſce ad memoriae ſubſidium annotaveramus, in ordinem inſtar membrorum cohaerentia convenirent.* Dictys Cretenſis Lib. I. de B. T. cap. 19. *lues promiſce per pecora atque exercitum graſſari.* ubi vide notas Vindingii. videtur tamen Varro *promiſce* hoc in verſu non *promiſcam* ſcripſiſſe. ſic enim in fragmento ejusdem Varronis apud Nonium in *indiſcriminatim* pag. 127. ed. Merc. *utemur indiſcriminatim, promiſce.* ita in MSS. optimis Melae Lib. I. cap. 19. *promiſce concumbunt* legi monuit Cel. Oudendorpius. ut apud Minuc. Fel. cap. 9. *paſſim inter eos quaedam libidinum religio miſcetur, ac ſe promiſce fratres appellant ac ſorores.* & Livium Lib. III. cap. 47. §. 7 *pecuaum ferarumque ritu promiſce in concubitus ruere.* ut illic in MSS. plurimis haberi teſtatur Drakenborchius, quem & vide ad Lib. IV. cap. 43. §. 12:

v. 1. *Virtus, Albine, eſt* &c.] edidit ibidem Pithoeus inſigne hoc Lucilii fragmentum, quod ſervatum debemus Lactantio Lib. VI. Inſtit. cap. 5. ex quo inter veterum Poëtarum Fragmenta retulit H. Stephanus pag. 212. & 213. & initio Reliquiarum Lucilii exhibuit Franc. Douza, qui in notis ſuis pag. 99. ſcriptos eſſe hos verſus putabat ad Sp. Poſthumium Albinum, qui Conſul cum L. Calpurnio Piſone fuit, & quem orationes multas ſcripſiſſe teſtatur Cicero in Bruto. Si recte calculum poſuerit Douza, pro ejus ſententia faciet Cato apud Ciceronem de Senect. cap. 3. *Saepe interfui querelis meorum aequalium, quae C. Salinator, quae Sp. Albinus homines Conſulares, noſtri fere aequales, deplorare ſolebant: tum quod voluptatibus carerent, ſine quibus vitam nullam putarent, tum quod ſpernerentur ab iis, a quibus eſſent coli ſoliti* &c. quem locum in notis ad Lucilii Fragmenta ineditis adſcripſerat Janus Broukhuſius, ſed qui opinabatur intelligendum eſſe A. Albinum, qui Conſul fuit cum M. Antonio Oratore, Triumviri Antonii Avo, (cujus & mentio apud Sueton. Claud. c. XI.) ex Cic. orat. ad Quirit. poſt Redit. cap. 5. *Numquam de P. Popilio L. Opimius fortiſſimus Conſul, numquam de Q. Metello non modo C. Marius, qui erat inimicus, ſed ne is quidem, qui ſecutus eſt, M. Antonius, homo eloquentiſſimus, cum A. Albino collega Senatum, aut populum eſt cohortatus.* Illorum vero M. Antonii & A. Poſtumii Albini Conſulatus, qui C. Mario ſextum Conſuli ſucceſſerunt, ad an. V. C. 654 refertur in Faſtis Conſular. Almelov. pag. 54. non vero an. V. C. 558. ut ad illum Ciceronis locum notat Hotomannus. alter vero Sp. Poſtumius Albinus, quem intelligi volebat Fr. Douza, cum L. Calpurnio Piſone Caeſonio Conſulatum geſſit an. V. C. 605. vide eosdem Faſtos Conſul. pag. 49. A. Albini, qui cum L. Lucullo Conſul fuit, meminit Gellius Lib. XI. cap. 8. & ex eo Macrobius in Prooemio Saturnalium.

Ibid. *pretium perſolvere verum*] ſic editio Lactantii antiqua Roſtochienſis an. 1476. & Aldina. *rerum* Juntina.

2. *Queis*

Digitized by Google

Queis in verſamur, queis vivimu' rebu' poteſſe.
Virtus eſt homini, ſcire id, quod quaeque habeat res.
Virtus, ſcire homini rectum, utile, quid ſit honeſtum:
Quae bona, quae mala item, quid inutile, turpe, inhoneſtum:
Virtus, quaerendae finem rei ſcire modumque.
Virtus, divitiis pretium perſolvere poſſe.
Virtus, id dare, quod reipſa debetur honori,
Hoſtem eſſe atque inimicum hominum morumque malorum:
Contra, defenſorem hominum morumque bonorum,
Magnificare hos, his bene velle, his vivere amicum:
Commoda praeterea patriaï prima putare,
Deinde parentum, tertia jam poſtremaque noſtra.

EP. CIX. *Septem Sapientum Sententiae.*

Optimus eſt, Cleobulus ait, modus, incola Lindi.
Ex Ephyra, Periandre, doces, cuncta & meditanda.
Tempus noſce, inquit Mitylenis Pittacus ortus;
Plures eſſe malos, Bias autumat ille Prieneus.
Mileſiusque Thales ſponſori damna minatur.
Noſce, inquit, tete, Chilon Lacedaemone cretus.
Cecropiusque Solon, ne quid nimis, induperabit.

EP. CX. MONOSTICHA *de Moribus.*

Utilibus monitis prudens accommodet aurem.
Non laeta extollant animum, non triſtia frangant.

Diſpar

2. *Queis in verſamur*] vitioſe *inverſamur* ediderunt Aldus, Steph. Mich. Thomaſius, Pithoeus, & alii; unde novum verbum *inverſari* ridicule alii fabricarunt. vide Bunemanni notas.

Ibid. *rebus poteſſe*] *rebus adeſſe* Ald. Junt. Thomaſ.

5. *Quae bona, quae mala item, quid*] Roſtoch. Ald. & Junt. diſtinguunt,

Quae bona, quae mala; item quid inutile.

6. *finem rei*] *rei finem* in edit. Steph. & Douzae. ut in Roſtoch. Ald. & Junt.

9. *Hoſtem eſſe atque inimicum*] *hoſtem atque inimicum* Roſtoch. & v. ſeq. *defenſorum.*

11. *Magnificare hos*] in vetuſtis Lactantii editionibus, Roſtoch. Aldina, Juntina, aliisque, metro adverſante, *Hos magnificare.* in aliis recentioribus, *Hos magnifacere.* ut edidit etiam Thomaſius. ſed male. eſt enim hoc verbum Plauto & Lucretio uſitatum, & in nonnullis Terentii codicibus & editionibus pro *magni facere* legitur in Hecyr. II. 2. 18. *illam haud minus, quam ſe ipſam, magnificare.* quod illic confirmatum a meo codice, & MS. Jacobi Redigeri Vratiſlavienſis inter Collationes MSS. Pulmanni, inveni. & recte ut verbum antiquum defendit H. Stephanus de Lipſii Latin. pag. 435. & 436. ſed a veteri N. Teſt. Interprete male pro *laudare* adhiberi notat. Dictys Cretenſis Lib. II. de B. T. cap. 28. *obſecrans ut magnificarent praeſentiam Dei, qui ſecum oratum eos ob ſacerdotem proprium veniſſet.* id eſt, venerarentur, magnifacerent.

12. *patriaï*] *patriae ſibi* edidit Aldus, Steph. Thomaſius, & Douza, ut in Juntina, *patriae prima putare* Roſtoch.

EP. CIX. *Septem Sapientum Sententiae.*] Incerti auctoris verſus hi ſunt, ſed antiqui, nam adferuntur ab Hygino Fab. 221. conferendi cum Auſonio pag. 270. & 271. & ſeqq. ed. Toll. v. ſec. *cuncta ut meditanda*, ut conjiciebat Munckerus, confirmatur a Voſſiano Hygini codice. alia inedita de Sententiis his ſeptem Philoſophorum diſticha proferemus inter Epigrammata Luxorii.

EP. CX. MONOSTICHA *de Moribus.*] a Pithoeo haec primum producta Lib. I. Epigr. vet. pag. 23. & inter Catonis Diſticha & Columbani Carmina etiam edidit Mart. Opitius pag. 215. ed. Daum. in his autem Monoſtichis tres haberi verſus, quae etiam leguntur in Monoſtichis Columbani, notat Goldaſtus

Diſpar vivendi ratio eſt, mors omnibus una.
Grande aliquid caveas timido committere cordi.
Numquam ſanantur deformis vulnera famae.
Naufragium rerum eſt mulier malefida marito.
Tu ſi animo regeris, rex es; ſi corpore, ſervus.
Proximus eſto bonis, ſi non potes optimus eſſe.
Nullus tam parcus, quin prodigus ex alieno.
Audit quod non vult, qui pergit dicere quod vult.
Non placet ille mihi, quisquis placuit ſibi multum.
Juri ſervitium defer, ſi liber haberis.
Vel bona contemni docet uſus, vel mala ferri.
Ex igne ut fumus, ſic fama ex crimine ſurgit.
Inprobus officium ſcit poſcere, reddere neſcit.
Inridens miſerum, dubium ſciat omne futurum.
Mortis imago juvat ſomnus, mors ipſa timetur.
Quanto major eris, tanto moderatior eſto.
Alta cadunt odiis, parva extolluntur amore.
Criminis indultu ſecura audacia creſcit.
Quemlibet ignavum facit indignatio fortem.
Divitiae trepidant, paupertas libera res eſt.
Haud homo culpandus, quando eſt in crimine caſus.
Fac quae te par ſit, non alter quod mereatur.
Diſſimilis cunctis eſt vultus, vita, voluntas.
Ipſum ſe cruciat, deſaevitque invidus in ſe.

Sem-

daſtus ad Paraenet. vet. pag. 103. qui ſunt v. 2. 8. & 18. *Non laeta extollant* &c. *Proximus eſto bonis.* & *Quanto major eris.* qui in illis Columbani occurrunt v. 101. 102. & 103. ſed ubi in ultimo verſu legitur, *tanto tu cautior eſto.* pro eo quod edidit Pithoeus, *tanto moderatior eſto.* quod retinui, quia a veteri codice Petaviano, cum quo haec contulit Heinſius, confirmatur: in quo his adnecti quinquaginta duos alios verſus notaverat, ſed quos omnes a Goldaſto ibidem editos putabat.

2. *non triſtia frangant*] vide ſupra ad Elegiam de Spe v. 63.

4. *committere cordi*] *corde* cod Petav.

12. *Juri ſervitium defer*] *differ* Petav.

16. *Inridens miſerum* &c.] vide Goldaſt. ad Monoſticha Columbani v. 180.

Pauperis & miſeri mentem ne afflixeris umquam.

21. *Quemlibet ignavum* &c.] *Quaelibet* cod. Petav. Sed lege *Quamlibet*, pro quamtumvis, cum Heinſio, quem vide ad Ovid. Epiſt. VI. 140. ſic Quinctiliano Lib. XII. Inſt. cap. 5. recte Patruus adſeruit: *& quamlibet inbecilla frons, magna conſcientia ſuſtinetur.* non *quaelibet*, ut in aliis. vide & Longolii notas ad Plin. Lib. X. Ep. 97. Heinſium vero nonnumquam intempeſtive voculam hanc ſubſtituiſſe cenſet Cl. Joh. Arntzen. ad Plin. Paneg. cap. LXI. ubi de recto ejus uſu plura. hoc tamen in loco admittendam arbitror.

23. *quando eſt in crimine caſus*] locutionem illuſtrant notae Patrui ad Ovid. VII. Met. 576.

24. *Fac quae te par ſit*] *quod te* in cod. Petav. unde recte Heinſius, *Fac tibi quod par ſit.*

25. *Diſſimilis cunctis eſt vultus, vita,* &c.] melius in cod. Petav. ni fallor,

Diſſimilis cunctis vox, vultus, vita, voluptas.

26. *deſaevitque invidus in ſe*] *te vindicat invidus in ſe* in cod. Petav. quod neſcio an non acutius ſit: ut indicet, non opus eſſe vindictam de invido ſumere,

Semper pauperies quaeſtum praedivitis auget.
Magno conficitur diſcrimine res memoranda.
Terra omnis patria eſt, qua naſcimur & tumulamur.
Aſpera perpeſſu, fiunt jucunda relatu.
Acrius adpetimus nova, quam jam parta tenemus.
Labitur ex animo benefactum, injuria durat.
Tolle mali teſtes, levius mala noſtra feremus.

EP. CXI. * FLORIDI.

Sperne mores transmarinos, mille habent offucias,
Cive Romano per orbem nemo vivit rectius,
Quippe malim unum Catonem, quam trecentos Socratas.

EP. CXII.

Tam malum eſt habere nummos, non habere quam malum eſt.
Tam malum eſt audere ſemper, quam malum eſt ſemper pavere.

Tam

mere, quum nos ſatis ipſe in ſe vindicet, quia *ſibi poena ſemper ipſa eſt*, ut ſupra in Epigr. XCII. de Livore, v. 5. ubi vide.

29. *Terra omnis patria eſt*] *eſt* non agnoſcit cod. Petav.

EP. CXII. FLORIDI.] Floridos vir doctiſſimus cenſet eſſe locos inſignes excerptos, ut qui Apuleji hoc titulo exſtant. PITHOEUS. inſcriptionem igitur FLORIDI intellexit Pithoeus, tamquam *Floridi* hi verſus dicti eſſent, quia morales continent ſententias. certe *Floridorum* ſive Ἀνθηρῶν titulum ejusmodi miſcellis opuſculis, quae ſelecta conplectebantur, veteres inſcripſerunt. vide Gellii Praefat. & hinc Juſtinus *ſe breve veluti florum corpuſculum feciſſe* teſtatur in Praefat. inde *deflorare* pro eligere, & excerpere optima, poſterior dixit aetas. v. Weitz. ad Dracont. pag. 56. Auctor Queroli pag. 14. *poſſe te aliquid deflorare, atque excerpere unde aliquid legeris.* ut bene reſtituit Rittersh. in notis pag. 84. & ad Oppianum pag. 137. pro *deplorare.* ſed & *excipere* male illic legitur pro *excerpere.* Alii potius FLORIDI poëtae nomen faciunt, ſub cujus nomine & alia in collectione Pithoeana edita ſunt, quae juncta exhibent Binetus inter veterum Epigrammata pag. 20. & Lipſius Lib. I. Elect. cap. 5. pag. 366. ſed ubi duos ultimos verſus *Qui mali ſunt* &c. his praefigunt, ſed a reliquis ſeparatos, & a quarto verſu, *Tam malum eſt habere nummos* &c. novum incipiunt Epigramma, ac proinde tria diverſa ex uno dividunt. quos lubens ſecutus ſum. & ſic leguntur in Catalectis Petronianis editionis Patiſſonianae pag. 150. FLORI poëtae tamen haec eſſe, auctoritate vetuſtiſſimi codicis ſui adfirmat Salmaſ. ad Spartian. Hadr. cap. 16. pag. 155. ubi & alia ejus fragmenta profert. vide quae notavi ad Lib. I. Ep. 20.

vs. 1. *mille habent offugia*] Emenda *offucias.* id eſt, ut Sext. Pompejus interpretatur, fallacias. A. Gellius Lib. XIV. Noct. Att. cap. 1. de Chaldaeis: *Sed id praeſtigiarum atque offuciarum genus commentos eſſe homines aeruſcatores.* Plautus Captivis, III. 4. 123.

Ita mihi ſtolido ſurſum vorſum os ſublevere offuciis.

Idem Moſtellaria, I. 3. 107.

Neque cerusſam, neque melinum, neque ullam aliam offuciam.

PITHOEUS. *mille habent offugia* in Patiſſ. edit. MS. *officia.* & emendatum *offucias.* quod rectum. ſic in Pithoeana Collectione, & verſu ſequenti *per orbem*, non *urbem.* SCRIVER. ita etiam adfert Freherus ad Auſon. Moſell. v. 386. vide Barthium Lib. XVIII. Adverſ. 4. ubi eadem varietate in Valeriani Homiliis pro *officiis* emendat *offuciis.* & de hac voce agit. Papias in Vocabulario: *Offuciae, fallaciae, aut res ad decipiendum compertae; dictum ab offucando, quod eſt furtum* (leg. *furtim*) *collocare.* vel *fucum colorare.* Onomaſticon Gr. Lat. pag. 100. ed. Vulc. *Offucia*, *παραγωγίσεις.* apud Feſtum legitur *Offulas, fallacias.* ſed recte Scaliger *Offucias.* ut & in exemplari ſuo edit. Aldinae correxerat G. Canterus, ubi in marg. pro varia lectione *Offritias*, vel *Officias*, vel *Offucelas*, & ſic Voſſ. Etymolog. p. 226. in *fucus.*

2. *Cive Romano per orbem nemo vivit rectius*] Dorleans in notis ad Tacit. adfert hoc modo,

Cive Romano nil eluit in vita rectius.

de verbo *eluit* vide ad Lib. II. Ep. 144. 12. & ſupra hoc Libro Ep. 83. *rectius* autem pro ſincerius, ſimplicius, hic poni notat Rigalt. ad Phaedr. IV. fab. 12.

EP. CXII. vs. 2. *Tam malum eſt audere ſemper, quam malum eſt ſemper pavere*] ſic quoque in Collectione Epigrammatum, & Patiſſon. edit. cum vè

po-

Tam malum eſt tacere multum, quam malum eſt multum loqui,
Tam malum eſt foris amica, quam malum eſt uxor domi,
Nemo non haec vera dicit, nemo non contra facit.

EP. CXIII.

Qui mali ſunt, non fuere matris ab alvo mali:
Sed malos faciunt malorum falſa contubernia.

EP. CXIV.

Omnis mulier intra pectus celat virus peſtilens,
Dulce de labris loquuntur, corde vivunt noxio.

EP. CXV.

Conſules fiunt quotannis & novi Proconſules,
Solus aut Rex aut Poëta non quotannis naſcitur.

EP. CXVI. *De Ratione vitae inſtituendae.*

Formula vivendi praeſto eſt tibi. pauca loquaris,
Plurima fac. ſit utrique comes modus, utile, pulchrum.
Sobrius a menſis, a lecto ſurge pudicus.
Obſequiis inſtes, ea pro te praemia poſcant.
Ut decet ac prodeſt, & amabis & oderis idem.
Stans caſum metuas, ſperes proſtratus, & illum,
Quem colis in titulis, miſerum abjectumque tuere.

EP.

pavore non ferret verſus, emendabat Lipſius *pavor*. membranae *pudor*. recte & optimo ſenſu. SCRIVER. *pudor* ex codice ſuo vetuſtiſſimo etiam correxit Salmaſ. ad Spartian. Hadr. c. 16. *pavor* Heinſius, & Cl. Schraderus.

5. *Nemo haec non vera dicit, nemo non contra facit*] Expreſſit illud veteris poëtae Graeci *εἰς γάμον*. (Antholog. Gr. Lib. I. cap. 15.)

Οὐκ ἔςι γάμας, ὅςις ὐ χειμάζεται,
Λέγουσι πάντες, καὶ γαμοῦσιν εἰδότες.

PITHOEUS. *vera ducit* Heinſius. ſed alterum ex Graeco Epigrammate *Λέγουσι πάντες* firmatur.

EP. CXIII. *Qui mali ſunt, non fuere matris ab alvo mali*] verſus ratio poſtulat, ut legamus *abs alvo*, vel potius *ex alvo*. Expreſſit vero Theognidis illud ad verbum:

Οἱ κακοὶ οὐ πάντως κακοὶ, ἐκ γαςρὸς γεγόνασιν
Ἀλλ' ἄνδρεσσι κακοῖς συνθέμενοι φιλίην.

PITHOEUS. eadem notavit Ruttersh. Lib. III. Sacr. Lect. cap. 4. recte Cl. Schraderus cenſebat, gloſſam prodere carminis leges violatas, ac proinde non infeliciter reſtituebat, *non fuere matris ab utero mali*. in fine pro *falſa contubernia* Heinſius correxerat *prava*.

EP. CXIV. *Omnis mulier*] Hoc & ſequens Epigramma his addidi, quia in codice Salmaſiano praecedentibus inſeruntur, & cum iis junxerit etiam Binetus, & Lipſius in Electis. ſed ordine nonnihil diverſo.

EP. CXVI. *De Ratione vitae inſtituendae*] hunc titulum praefigendum duxi huic Epigrammati, quod edidit Pithoeus in fine notarum ad Epigr. vet. pag. 467. ed. Par. ubi hos verſus, licet non adeo antiquos, pro aetate tamen vita dignos cenſuit. conferre eos juvabit cum Paulini Poëmate tertio, pag. 450. ed. Roſw. in quo adparet imitatio Epigrammatis, quo vitam beatam deſcribit Martialis Lib. X. Ep. 47. & hujus Epigrammatis verſus tertius, *Sobrius a menſis, a lecto ſurge pudicus*, adhaeret illis Martialis,

Convictus facilis, ſine arte menſa,
Nox non ebria, ſed ſoluta curis,
Non triſtis torus, attamen pudicus.

EP.

Ep. cxvii. *De Univerſo.*

Quod cernunt oculi; Deus eſt; fons nempe Deorum eſt,
Majeſtas coeli vertitur orbe ſuo.
Terra gerit gremio ſeſe coelique ſuoque,
Et finem ingentis monſtrat uterque globi.
At quae ſe pelago tradit Natura videndam;
Luminibus dicit; non ego finem habeo.
Omnia me circum, ſuper omnia, fundit aquae lex,
Sic nusquam inmenſi terminus Oceani eſt.
Hic oculos igitur rerum in primordia mittis;
Exſpirant omnes hic numeri atque notae.
Naſcitur hinc quidquid moritur, retroque recedit;
Huc redit aeterno quidquid in orbe perit.
Hoc perimit flammas elementum, alit, evocat, auget,
Omnis abeſt ſapiens aque Thalete procul.

Ep. cxviii. *de Deo.*

Auro quid melius? iaſpis. quid iaſpide? ſenſus.
Quid ſenſu? Ratio. quid Ratione? Deus.

Ep. cxix. C. Petronii Arbitri. *in Superſtitionem.*

Primus in orbe Deos fecit timor: ardua coelo
Fulmina cum caderent, diſcuſſaque moenia flammis,
Atque ictus flagraret Athos: mox Phoebus ad ortus
Luſtrata dejectus humo, Lunaeque ſenectus,
Et reparatus honos. hinc ſigna effuſa per orbem,

Et

Ep. cxvii. *De Univerſo.*] Hoc Epigramma vetus, ut ait, publicavit Barthius ad Claudian. pag. 541. mihi deterioris aevi, & ſatis ineptum videtur.

Ep. cxviii. *de Deo*] Legitur apud Pithoeum Lib. 1. pag. 3. ſed ad cujus marginem recentioris poëtae eſſe adnotaverat Scriverius. Senecae adſcribitur in cod. MS. Bibliothecae Caeſareae, teſte Lambecio Lib. vi. Comment. de Bibl. Caeſ. pag. 935. ubi in fine Epigrammatis habetur, *quid ratione? Modus.* ſed male. Rationem enim divinitati proximam ſtatuebant veteres. vide notas Doctiſſimi Ott. Arntzenii ad Caton. Diſt. Lib. 1. 3. pag 54. ubi habetur: *Proximus ille Deo eſt, qui ſcit Ratione tacere.* Addit Lambecius, in eodem codice huic Epigrammati ſubjungi illud ſequens ſub Senecae itidem nomine:

Vento quid levius? Fulmen. quid fulmine? Fama.
Fama quid? Mulier. quid muliere? nihil.

Sed quis non videt, non tantum recentioris aevi, ſed & Scholaſtici verſificatoris eſſe foetum. Paſſim vero in antiquis codicibus carmina, quae ejusmodi moralia & Philoſopho digna praecepta continent, Senecae adtribuuntur.

Ep. cxix. *Primus in orbe Deos fecit timor*] ſub Petronii titulo edidit Scaliger in Catalect. pag. 234. qui in ſchedis ſuis MSS. etiam ex veteri codice deſcripſerat, ſed nullo auctoris nomine praefixo: Petronio tamen adſcribunt vulgo, & inter ejus Fragmenta relatum eſt p. 872. ed. noviſſ. Patrul. ubi ex notis Eruditorum patet, hemiſtichium hoc a Fulgentio adferri, & Petronio tribui, Lib. 1. Mytholog. cap. 1. & a Scholiaſte Statii ad Lib. iii. Theb. 661. ad quem locum Barthius quaedam in hoc carmine emendat, & Lib. xxii. Adverſ. cap. 4. ubi ad haec & ſequentia Petronii fragmenta dedit conjecturas, quarum nonnullae Petronianis Commentatoribus non memoratae.

4. *Luſtrata dejectus humo*] ita in ſchedis MSS. & ed. Scalig. *tedit actus humo* emendabat Barthius. ſed melius certe *devectus* legas cum N. Heinſio ad Ovid. 1. Met. 11.

 7. *Pre-*

Et permutatis diſjunctus menſibus annus
Projecit vitium hoc: atque error juſſit inanis
Agricolas primos Cereri dare meſſis honores:
Palmitibus plenis Bacchum vincire: Palemque
Paſtorum gaudere manu. natat obrutus, omni
Neptunus demerſus aqua. Pallasque cavernas
Vindicat. Et voti reus, &, qui vendidit orbem,
Jam ſibi quisque Deos avido certamine fingit.

EP. CXX. EJUSDEM, *de vitando Faſtidio.*

Nolo ego ſemper idem capiti ſuffundere coſtum:
Nec toto ſtomachum conciliare mero.
Taurus amat gramen mutata carpere valle:
Et fera mutatis ſuſtinet ora cibis.
Ipſa dies ideo nos grato perluit hauſtu,
Quod permutatis hora recurrit equis.

EP.

7. *Projecit vitium hoc: atque error juſſit inanis*] In ſchedis MSS. Scaligeri, *Projectum vitium atque error* &c. ſed in margine *Proceſſit vitium*, quod poſtea deleverat, & ſuperſcripſerat *Projectum vitium hinc.*

8. *meſſis honores*] *meſſis* correxi, ut margini adſcripſerant etiam Francius, & Tollius. *menſis* edidit Scaliger. ut in ejus ſchedis MSS. etiam legitur, ſed vitioſe.

10. *natat obrutus, omni Neptunus demerſus aqua. Pallasque cavernas Vindicat*] *omnis N. d. aqua, pallidasque tabernas* Schedae Scaligeri, qui ad marginem conjecerat, *liquidasque tabernas.* ſed ab altero latere adpoſuerat *Pallasque.* Delrii emendationem *Pallasque lucernas* licet non rejecerit Barthius in notis ad Statium, ubi *palaeſtras* conjicit, ipſe tamen in Adverſariorum Opere praefert, *Pallasque Camenas Vindicat.* ubi verſu penult. *vendidit urbem* corrigit, patriam nempe, ut in noto Virgilii verſu, *Vendidit hic auro patriam* &c. ad Statium tamen *orbum* praefert, quam conjecturam ut optimam probabat Broukhuſius.

EP. CXX. *Nolo ego ſemper idem* &c.] apud Scalig. pag. 235. & in Fragm. Petron. p. 874.

2. *Nec toto ſtomachum conciliare mero*] *noto* Palmerius, probante Barthio; quod Broukhuſius etiam margini adleverat, id eſt familiari, quotidiano. Sed licet *notas amnes*, *notas ſilvas*, *flumina nota*, & ſim. de locis, quae vel homines vel animalia frequenter incoluere, eleganter dici concedam, de quo vide Patrui notas ad Phaedr. Lib. I. fab. XI. 9. & Ovid. VII. Met. 576. ubi ſimilis varietas, & ad Lucan. VIII. 217. an tamen *notum merum* de quotidiano vel eodem vino, quod quis ſaepius bibit, recte dicatur, dubito. & Broukhuſii emendationem in Nemeſiani Ecl. II. 42. *noti pocula Bacchi*, inprobavit illic Patruus. Forte *ſolito mero* praeſtiterit. verbo, ni fallor, adpoſito. ſic *ſolitum cibum* dixit Ovid. I. Art. 94. de formica:

Granifero ſolitum cum vehit ore cibum.

pariter de vino Lib. III. Faſt. 303.

Plenaque odorati Dis ponit pocula Bacchi;
Cumque ſuis antro conditus ipſe latet.
Ad ſolitos veniunt ſilveſtria numina fontes,
Et relevant multo pectora ſicca mero.

ſolitas undas dixit Lib. III. Met. 200.

Ut vero ſolitis ſua cornua vidit in undis.

ut in codice Leidenſi legitur, fruſtra enim totum verſum propter vulgatam lectionem ſuſpectum habebat Heinſius. nam ſic paullo ante v. 173.

Dumque ibi perluitur ſolita Titania lympha.

Nemeſianus Ecl. IV. 10.

Nunc fagos placitas fugiunt, promiſſaque fallunt
Antra, nec eſt animus ſolitos adludere fontes.

praeterea Barthio *conciliare* corruptum videtur, ac proinde ſupponit caſcum & rancidum verbum *concipilare.* Si quid mutandum, forte *ſollicitare* oportunius eſſet. ut in illo Horatii Lib. II. Sat. 2. 43.

— *mala copia quando Aegrum ſollicitat ſtomachum.*

3. *Taurus amat gramen mutata carpere valle* &c.] adſcripſerat Broukhuſius locum elegantem Honorati Urfaei, Aſtreae Gallicae auctoris, qui ut multa e veteribus paſſim mutuatur, ita totum hunc locum optime expreſſit Tom. III. Aſtreae Lib. V. p. 179. *Puisque la plus part des bergers n'aiment que pour ſe plaire, partout ou le plaiſir les emporte* &c. *ſuivants en cela l'exemple de nos brebis, qui ne mangent pas toujours d'une même herbe, n'y ne paiſſent toujours en même paſturage; mais vont diverſifiant tantoſt dans les prez, & tantoſt ſur les collines, ou ſous les ombrages.*

5. *Ipſa dies igitur nos grato perluit hauſtu*] Locum mendoſum ſuſpicor: quomodo enim dies nos *hauſtu*

grato

EP. CXXI. EJUSDEM, *de Uxore.*

Uxor legitimus debet quaſi cenſus amari,
Nec cenſum vellem ſemper amare meum.

EP. CXXII. EJUSDEM.

Inveniat, quod quisque velit. non omnibus unum eſt,
Quod placet. hic ſpinas colligit, ille roſas.

EP. CXXIII. EJUSDEM.

Nam nihil eſt, quod non mortalibus adferat uſum,
Rebus in adverſis, quae jacuere, juvant.
Sic rate demerſa fulvum deponderat aurum,
Remorum levitas naufraga membra vehit.
Cum ſonuere tubae, jugulo ſtat divite ferrum,
Barbara contemtu praelia pannus habet.

EP.

grato perluere dicatur, neſcire me fateor. An *nos grato pellicis aſtu.* vel potius *auctu*? id eſt alterna diei & noctis permutatione allicimur quotidie quaſi auctu novorum dierum, cum faſtidium nos caperet, ſi ſemper dies eſſet. *auctus* pro incremento, vox optimis ſcriptoribus, Lucretio, Livio, aliisque uſitata. Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 129. fin. *bellum Africum quotidiano auctu majus.* Serenus Samonic. cap. LXI. *Vel quicumque tuo carpetur lividus auctu.* ſic Livio optime viri docti vindicarunt Lib. XXIX. 27. *eaque vos omnia bene juvetis, bonis auctibus auxitis.* ubi vide notas Cel. Drakenb. Sequenti verſu *pernoctatis* Barthius. ſed repetitio verbi *mutare* ab auctore hic videtur ſtudio ſaepius captata, quia faſtidium mutatione vitandum canit. ut ſecundo diſticho bis occurrit,

Taurus amat gramen mutata carpere valle,
Et fera mutatis ſuſtinet ora cibis.

ſic Ep. praec. v. 6.

Et permutatis disjunctus menſibus annus.

neque difficultatem habet, quod Barthius addat, Solem equos permutare, nullibi dictum ſcriptumve eſſe. nam poſſunt intelligi alternis permutati Solis ac Lunae equi, cui biga datur, ut Soli quadriga. vide ſupra ad Ep. XIV. 17. *ora* pro *hora* in ſchedis MSS. Scalig. *hora* pro die, vel tempore. ut apud Ovid. III. Artis 64.

Nec quae praeteriit hora, redire poteſt.

& ſupra CVI. 51.

Interea rapit hora, nec eſt reparabilis, horam.

hinc *tempus & horam* conjungit Ovid. in Ibide 136.

Leniat aut odium tempus & hora meum.

& *dies & horas* Catull. Carm. 39. & Senec. Epiſt. 101. init. vid. Drakenb. ad Silium Lib. V. 86. Cort. ad Salluſt. Cat. cap. LI. §. 25. & Patrui notas ad Quinctil. III. cap. 6. pag. 244.

EP. CXXI. *Uxor legitimus*] edidit ibidem Scaliger, in cujus ſchedis *legis unus* pro *legitimus*. vide & Fragm. Petron. pag. 875.

EP. CXXII. *Inveniat, quod quisque velit.* &c.] Haec & ſequentia ſex Epigrammata ibidem apud Scaligerum, & in Fragmentis Petronii ſequuntur. *Inveniet* in ſchedis MSS. Scaligeri, ſed *Inveniat* in marg.

EP. CXXIII. *quod non mortalibus adferat uſum*] *uſus* Barthius Lib. XXI. Adv. 4. male. & verſu ſequenti *jacuere* exponit de rebus, quae contemtae ac viles fuerunt. de qua ſignificatione vide ſupra ad Epigr. CCXLVI. init. & ad Eleg. de Spe v. 37. hic tamen cum Patruo praeferendum opinor *quae nocuere, juvant.* eleganti certe oppoſitione. & ſic emendaverat Tollius.

3. *rate demerſa*] vid. ad Epigr. CV. 32.

Ibid. *fulvum deponderat aurum*] ita ſubſtitui cum Scriverio, Barthio, & doctis Petronii Interpretibus, pro *vulſam deponderat aurem*, ut edidit Scaliger, & in ſchedis ejus MSS. legitur.

5. *jugulo ſtat divite ferrum*] vid. ad Eleg. de Spe LXXXII. 29.

6. *Barbara contemtu praelia pannus habet*] *contemptui* Barthius. non opus eſt. ſic *manu* pro *manui* ſupra CVI. 110. Propert. Lib. II. El. I. 68.

Tantaleae poterit tradere tela manu.

ubi vide Broukh. & ad Lib. I. El. XI. 12. ubi Muret. & *partu* pro *partui* El. XIII. 30. *coetu* pro *coetui* apud Catull. Nupt. Pel. & Thet. 385. & apud Tacit. de morib. Germ. cap. 31. ex emendatione Heinſii, *acies viſu obvia.* vid. Giſan. Ind. Lucr. pag. 450. Stewech ad Veget. Lib. I. 9. pag. 22. Tennul. & Oudend. ad Frontin. II. 4. 12. alioque. Scaliger autem edidit,

Bar-

Digitized by Google

Ep. cxxiv. Ejusdem *Exhortatio.*

Linque tuas ſedes, alienaque litora quaere,
O juvenis. major rerum tibi naſcitur ordo.
Ne ſuccumbe malis. te noverit ultimus Iſter,
Te Boreas gelidus, ſecuraque regna Canopi:
Quique renaſcentem Phoebum, cernuntque cadentem,
Major in externas Ithacus deſcendat arenas.

Ep. cxxv. Ejusdem, *de Aulicorum Vanitate.*

Nam citius flammas mortales ore tenebunt,
Quam ſecreta tegant: quidquid dimittis in aula,
Effluit, & ſubitis rumoribus oppida pulſat.
Nec ſatis eſt vulgaſſe fidem. ſimulatius exit
Proditionis opus: famamque onerare laborat.
Sic commiſſa verens avidus reſerare miniſter

Fodit

Barbara contemnit praelia pannus habet.

ut in ejus ſchedis MSS. absque ſenſu. ſed in marg. conjecerat *pannus hebes.*

Ep. cxxiv. 5. *renaſcentem Phoebum cernuntque jacentem*] Legendum *cadentem*, ut me monuit J. Douza Filius. confirmabat autem conjecturam ſuam hoc Manilii, — *Quaque cadit Phoebus.* LINDENBR. Douzae emendationem pluribus exemplis probavit Barthius, quam recipere in contextum non dubitavi. ſic Orion *cadere* dicitur Valerio Fl. ii. 63. & *cadentia ſidera* Virgilio Lib. ii. Aen. 9. & iv. 81. *ſuadentque cadentia ſidera ſomnos.* apud Plinium Lib, ii. Epiſt. 17. *Sol naſcitur & conditur.* quod forte e Virgilio eſt Lib. i. Georg. 437.

Sol quoque & exoriens & cum ſe condit in undas.

ad exemplum Lucretii Lib. iv. 435.

——— in undis
Sol fit ut videatur obire, & condere lumen.

quamquam *ſidera cadentia* apud Virg. de extrema noctis parte cum Heinſio exponat Patruus, cujus explicationem egregie juvant notata Broukhuſio ad Propert. Lib. i. El. 16. 23.

6. *Major in externas Ithacus deſcendat arenas*] ſic editum in Catalectis Petronii pag. 876. Scaligeri editio & ſchedae MSS.

Major in externa ſita cui deſcendat arenas.

ſine ullo ſenſu. in aliis *in externas ita cum.* Francius legebat,

Major, in externas ita qui deſcendit arenas.

Ep. cxxv. *Nam citius flammas mortales ore tenebunt*] male Erhardus in notis ad Petron. *flammas mortales* jungens, exponit letales, mortiferas, deceptus vitioſis codicibus, in quibus *ora* exſtabat, ut in ſchedis MSS. Scaligeri. ſed *ore* omnino legendum. ſenſus eſt apertiſſimus, *Mortales*, ſeu homines, citius flammas ore tenebunt, quam tegant ſecreta. ſic ſupra,

Nam nihil eſt, quod non mortalibus adferat uſum.

& millies alibi. hinc in genere hominum loquacitatem, & non fidele ſilentium, hoc Epigrammate potius perſtringi puto, quam per excellentiam *Aulicorum Vanitatem*, ut inſcripſit Scaliger, quod provenisse puto ex verſu tertio, *quidquid dimittis in aula.* ut edidit Scaliger, & in ejus ſchedis MSS. inveni, & omnes Petronii editiones occupat. quam lectionem viris doctis non diſplicuiſſe miror. Optime enim Francium conjeciſſe opinor, *quidquid dimittis in aurem.* ſeu potius *demittis.* ut apud Horat. A. P. 180.

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quae ſunt oculis ſubjecta fidelibus.

in aurem dicere eidem Lib. i. Sat. 9. 9. & *tutis auribus deponere* Lib. i. od. 27. 18. *gannire ad aurem* in fragmento Afranii apud Nonium in *gannire* p. 450. vide Heinſ. ad Ovid. Epiſt. iii. 23. & ad Virg. v. Aen. 548. Gonſal. ad Petron. cap. 25. & Cl. Oudend. ad Suet. Cal. 22.

6. *Sic commiſſa verens avidus ſervare miniſter*] ita edidit Scaliger, ut in veteri codice invenit, ex quo ſic etiam in ſchedis ſuis deſcripſit. ſed edidi *reſerare*, ut ex Fulgentio bene ſubſtituerunt viri docti, apud quem quatuor hi verſus leguntur Lib. iii. Myth. cap. 9. *ferens* & *magiſter* in cod. P. Danielis. ſed alterum firmant ſchedae Scaligeri. paullo poſt *Excepit* etiam in ejus editione & ſchedis MSS. non *Concepit*, ut in vulgatis Petronii editionibus, & apud Fulgentium.

9. In-

Digitized by Google

Fodit humum, Regiſque latentes prodidit aures.
Excepit nam terra ſonos, calamique loquentes
Invenere Midam, qualem narraverat index.

EP. CXXVI. PETRONII ARBITRI.

Heu heu nos miſeros, quam totus homuncio nil eſt.

* * *

9. *Invenere Midam*] *Invenere fidem* edidit Scaliger ex vitioſa codicis, unde in ſchedis ſuis deſcripſit, ſcriptura, *Invenerem idem.* in qua tamen, ultima nimirum litera *m* a voce *Invenere* diſcerpta, & cum ſequenti juncta, latet vera lectio *Midem*, id eſt *Midam*, ut in Petronii Fragmentis editum eſt, & apud Fulgentium legitur. deſumta enim haec eſſe ex fabula Midae apud Ovid. XI. Met. 190. recte in notis ad Petron. monuit P. Daniel. *conceperat* etiam apud Fulgent. pro *narraverat*, quod in ed. & ſchedis MSS. Scaligeri.

EP. CXXVI. P. ARBITRI] in ſchedis MSS. Scaligeri eſt, C. PETRONII ARBITRI AFRANII. quo titulo alia in Petronianis Catalectis circumferuntur Epigrammata. Legitur in Petron. Satyr. cap. 34. & Catalect. Scalig. p. 236.

1. *Heu heu nos miſeros!*] ita recte in ſchedis & ed. Scalig. non *Eheu.* quam vocem multis veterum auctorum locis intruſam metro tamen obſtare, prima correpta, notavit Muſonius & aliquot exemplis firmavit Patruus meus ad Virg. Ecl. II. 58. qui proinde etiam rejecit Cl. Heumanni emendationem Lib. II. Aen. 248. *quibus ultimus eheu Ille dies* contra leges metri, pro *eſſet*, ut in vulgatis. neque adſentior Cel. Drakenborchio, qui in optimis codicibus *eheu* ſcribi, non *heu heu*, notat ad Silium Lib. XI. 212. & hoc in verſu ex veſtigiis codicis Traguriani *He, heu*, praefert *Eheu*, quae ſcriptura aeque favere poteſt τοῦ *Heu, heu*, quam *Eheu.* vide nonnulla in notis ad Lotich. Lib. II. Carm. 5. certe in antiquiſſimis Horatii codicibus alterum adparet Lib. I. od. XV. 9.

Heu heu quantus equis, quantus adeſt viris Sudor.

ut illic in cod. Zulichemiano 600. annorum invenit Heinſius, in duobus Leidenſibus, ac totidem Dorvillianis, quorum unus vetuſtiſſimus eſt. Cl. Oudendorpius, & ego in egregio codice Franequerano. nam *Hēu* diviſis ſyllabis male G. Fabric. ad Virg. Ecl. III. 100. Lib. II. od. 14. init.

Heu heu fugaces, Poſtume, Poſtume,
Labuntur anni.

ut in membranis Graevianis legitur, & MS. Kooliano a m. s. & ab Hieronymo adfertur, cujus locum habet Torrentius. Epod. XV. in fine:

Heu heu translatos alio maerebis amores.

quomodo illic idem Zulichemianus, codex Leidenſis octingentorum ad minimum annorum, & duo alii Leidenſes ac Dorvillianus, tum vetuſtiſſimus Franequeranus, tres Blandini apud Crucquium, & Excerpta codicis Regii a Joh. Sixio a Chandelier collati, & a m. ſ. Koolianus. apud Virgil. in Culice v. 257.

Heu heu mutandus nunquam labor.

ut in codicibus Voſſianis, & editionibus antiquiſſimis. male *Eheu* editum a Scaligero. apud Boëthium quoque Lib. I. de Conſ. Phil. metr. I. recte in meo probae notae codice legitur,

Heu heu quam ſurda miſeros avertitur aure.

vulgo *Eheu* editur. quod illic etiam agnoſcit Papias in Vocabulario: *Heu heu, interjectio dolentis, diſſyllabum. utramque productam ponit Boëthius.* & ſic ſcribendum in Epitaphio veteri apud Pithoeum Lib. III. pag. 128. ed. Pariſ.

——— *accipe noſtri*
Aeternas, heu heu, carminis exſequias.

non *eheu.* & in Inſcriptione apud Reineſ. Cl. XII. 30.

CRISPE, FILI LEPIDISSIME,
HEU HEU ORCUS CUM TE VORAVIT,
DELICIUM MIHI OMNE ABSTULIT.

ubi *Orcus te voravit*, ut hoc loco *poſtquam nos auferet Orcus.* nam *Orcus* pro Plutone vel ſepulchro ponitur. vide Serv. ad Virg. VI. Aen. 273. Goeſii & Patrui notas ad h. l. Petron. & quae ſupra notavi ad Lib. II. Ep. 219. 3. in aliis tamen de voce *Eheu* ſententia eſt Broukhuſ. ad Propert. Lib. II. 19. 22. & Bentlej. ad Terent. Eun. IV. 4. 47. qui ex *eoi, et*, conflatum docet. quibus adſtipulabatur Cl. Oudendorpius.

Ibid. *quam totus homuncio nil eſt.*] ita praetuli cum Francio & aliis. ſed *quia* edidit Scaliger. ut in ſchedis ejus MSS. in quibus aſteriſci ad defectum ſequentis hexametri notati ſunt, ut & in illius Codice Petroniano. quod inprobant Erhardus, & alii, & tres verſus ſine ſecundo pentametro continuandos cenſent. Veroſimilius tamen videtur, excidiſſe pentametrum, licet verſus ille, qui in Tornaeſiani codicis margine conſpicitur,

Quam fragili tenero flumine vita cadit.

recte a Patruo meo damnatus ſit. neque placet Scriverii ſupplementum,

Quam vitae humanae gloria tota brevis!

qui ſatis languidus & elumbis verſus eſt. Si quid tentare liceret, forte addi poſſet,

Quam fragili vitae conditione ſumus!

cui patrocinari poterunt notata ad Eleg. in Obit.

Sic erimus cuncti, poſtquam nos auſeret Orcus.
Ergo vivamus, dum licet eſſe bene.

Ep. CXXVII. Ejusdem Petronii *Protrepticon.*

Artis ſeverae ſiquis hamat effectus,
Mentemque magnis applicat: prius morem
Frugalitatis lege pellat exacta.
Nec curet alto regiam trucem vultu,
Cliensve coenas inpotentium captet.
Nec perditis addictus, obruat vino

Men-

Maecen. v. 118. ſed praeſtat lacunam intentatam relinquere. ſequentia *Sic erimus cuncti*, reſpiciunt ſceletum, ſive larvam convivio Trimalchionis illatam, ut brevitatis & inconſtantiae vitae humanae admoneretur. ultimo verſu Francius interpungebat, eodem modo, ut Vulpius,

Ergo vivamus, dum licet eſſe, bene.

ſed licet Broukhuſius & alii refrageutur, adſentior omnino illis, qui legunt ac diſtinguunt,

Ergo vivamus, dum licet, eſtque bene.

non vero. *dum licet eſſe bene. dum licet* idem eſt, ac, *dum Fata ſinunt*, ut ſaepe apud poëtas, quod firmari poteſt Inſcriptione Gruteriana, a Boſchio prolata: VIVE HOSTES, DUM LICET, ATQUE VALE. & loco Ovidii Lib. III. Artis 61.

Dum licet, & veros etiam nunc editis annos,
Ludite: eunt anni more fluentis aquae.

hinc addit, quod felicitatem auget, *& bene eſt*, nobis nempe, id eſt dum valemus, dum omnia proſpera fluunt. ἔςαι πάντα καλῶς. Nam, ut apud Martialem, *Non eſt vivere, ſed valere, vita. Eſt bene* ſimiliter in Epigrammate apud Sueton. in Dom. cap. 23.

Eſt bene, non potuit dicere, dixit, erit.

& in fragmento Maecenatis apud Pith. Lib. I. p. 39.

Vita dum ſupereſt, bene eſt.

qui verſus etiam huic diſtinctioni favet. nam *vita dum ſupereſt*, idem, eſt ac hoc in verſu, *dum licet. Vivamus* autem, ex ſolita formula ſe incitantium ad fructus voluptatum percipiendos, dum vita ſuppetit, ut in Catulliano,

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus.

ſic *Vivas*, *Vivatis*, formula fauſtae acclamationis eſt. de qua ſupra ad Lib. II. Ep. 125. *Vivere* enim pro genio indulgere, ut ζῆν Graecis. de quo Brodaeus ad Antholog. Graec. Lib. I. p. 157. & Damken. ad Agapet. cap. XVII. p. 61.

Ep. CXXVII. *Artis ſeverae ſi quis hamat effectus*] Elegantiſſime, ut Cicero apud Nonium, *adhamare honores*, quod mira elegantia enunciatum. Contra quam frigidum eſſet, *adamare*? Neque ſane Latinum eſt *adamare honores*, pro captare honores. Quare qui Nonium reprehendunt, ipſi potius reprehendendi. SCALIGER. apud Petron. in Satyr. cap. 5. Scalig. in Catalect. p. 236. & H. Stephan. in Fragm. vet Poët. p. 406. ubi *ſi quis amat effectus* editum eſt, & in marg. *ardet. amat* etiam eſt in cod. Scalig. Petroniano, ſed *hamat* correxit in marg. quod probabat Heinſius, licet etiam tentaverit, *Amat ſeverae ſi quis artis effectus.* de verbo *hamare* vide ſupra ad Epigr. LXII. 4. Chriſt. Cruſius in Probabilib. Critic. pag. 208. legebat, *ſi quem domat adfectus.* ſequenti verſu *more* in cod. Scal. unde *morae* conjecerat, vel *morem Frugalitatis lege pollet.* H. Stephanus edidit, *prius more Frug. lege polleat exacta.* Heinſii vero emendatio, *prius mores Frug. lege poliat exacta*, ceteris virorum doctorum conjecturis praeferenda videtur. quam Francius etiam Fragmentis Stephani adſcripſerat.

3. *prius morem Frugalitatis lege pellat exacta*] Morem luxus pellat, nova frugalitate. Nihil clarius hac emendatione, quae ſane ut veriſſima, ita optima. SCALIGER.

4. *Nec curet alto regiam trucem vultu*] recte Gronovius in notis ad Senec. de Tranq. an. cap. I. p. 338. monuit *alto vultu* jungenda cum *curet*, non cum *regia truci*, ut praecipiat ſublimia palatia ac potentum limina alto vultu ſeu magno animo eſſe deſpicienda.

5. *Cliensque coenas inpotentium captet*] ſic edidit Scaliger, ut in ejus codice etiam habetur. *ne potentium* Turnebus. *neu* Cruſius ibid. ſed *inpotentium* vindicavit hoc in verſu idem Gronovius ad Senec. de Conſt. Sap. cap. 5. docetque *inpotentes* non adeo dici ad invidiam potentes; ſed qui in ſumma licentia & opulentia viventes in ſe nullum ipſi imperium habent, ſed affectuum ſervi ſunt. *potentum limina* vel *menſas* paſſim dicunt veteres, cum ea effugienda ſuadent illis, qui vitae privatae nec ambitioſae commoda guſtare volunt. vid. N. Heinſ. ad Virg. XII. Aen. 519. & notas ad Lotich. Lib. V. Eleg. 17. 81.

6. *Nec perditis addictus*] ſic edidit Scaliger. *Nec per dictis abditus* apud Stephan. *Nec praediis abductus* Heinſii emendatio eſt, (quam Boſchius pro ſua

Digitized by Google

Mentis calorem. neve plauſor in ſcena
Sedeat redemtus, hiſtrioniae addictus.

EP. CXXVIII. *Item.*

Sed ſive armigerae rident Tritonidis arces,
Seu Lacedaemonio tellus habitata colono,
Sirenumque domus: det primos verſibus annos,
Maeoniumque bibat felici pectore fontem.
Mox & Socratico plenus grege, mittat habenas
Liber: & ingentis quatiat Demoſthenis arma.

Hunc

ſua venditavit,) qui etiam ſequentia ſic caſtigabat,

——— *neve plauſor in ſcenam*
Sedeat redemtis hiſtrionicam addictus.

perditis addictus probat Patruus. Sed hic nimis certe, ſi umquam, Epigrammatis elegantiam deprimit ingrata repetitio *perditis addictus*, & *hiſtrionis*, vel *hiſtrioniae*, *addictus*, licet non omnia loca corrigere fas ſit, ubi voces eaedem parvo intervallo recurrant. Itaque praeferrem, *Nec in popinis abditus*, ut in margine apud Stephanum, & ex ingenio conjecerat Auratus. quod ſuadent ſequentia, *vino obruat mentis calorem*, & cum ſcena ſeu hiſtrionica recte jungitur. *abditus* autem *in popinis*, ut *latitare per popinas* in verſibus Hadriani ad Florum Lib. II. Epigr. 98. vel repetitionem vocis *abditus* corrigere licebit, ſi cum Cruſio legamus,

——— *neve plauſor in ſcenam*
Se det, redemtus hiſtrionis ad nutus.

eleganti certe emendatione. ut *in ſcenam ſe dare* dicatur, qui ſe pro operis quaſi conduci patitur. quam frequenter autem locutio *ſe dare* in *ſedare*, vel ſimile verbum, a librariis corrupta fuerit, aliquot exemplis docuit N. Heinſ. Lib. I. Adverſ. cap. 2. pag. 14. & 15. qui etiam Lib. I. c. 5. apud Senecam in Phoeniſſ. 612. conjecit,

Aut qua Thetis ſe propior Orienti dedit.

& apud Propert. Lib. IV. 8. 78.

Aut lectica tuae ſe det operta morae.

legebat idem Heinſius in notis pag. 755. pro *fidat*, vel *ſudet*, ut in MSS. vide & Markland. ad Statii Silvas pag. 57.

8. *Sedeat redemtus hiſtrioniae addictus*] *reaimitus* in cod. Scalig. ſed *redemtus* in margine. *hiſtrioni* idem MS. ſed *hiſtrioniae* in marg. quomodo & apud H. Steph. *hiſtrionea* in textu. *hiſtrionis* ed. Scalig. ſed vulgatam, quam expreſſi, vindicavit ſatis Patruus.

EP. CXXVIII. *Sed ſive armigerae rident Tritonidis arces*] ita repoſui ex caſtigatioribus Petronii editionibus. ut habetur etiam apud H. Stephan. in Fragm. vet Poër. pag. 392 nam in Catalectis ſuis Scaliger, *Sed ſeu crinigerae arrident.* in Codice ejus Petroniano, *Sed ſeu crinigerae rident. armigera Pallas* luculenter deſcribitur a Martiano Capella initio Lib. VI. cujus verſus cum cura emendat Barth. ad Stat. II. Th. 242. recte etiam *arces Tritonidis*, non *artes*. pro Athenis, ad quas doctrinae & ſapientiae cauſſa proficiſcebantur, ut de Virgilio teſtatur Donatus in ejus vita, ſuumque iter ad doctas Athenas deſcribit Propertius Lib. III. El. 20. cum Tarento enim & Neapoli in ſequentibus verſibus jungitur, quos amoenos ſeceſſus ſtudiis aptos petebant Romani. vide Patrui notas ad Petron.

5. *Mox & Socratica plenus grege, mittat habenas Liber*, &c.] Haec & ſequentia hujus Epigrammatis, nondum ſatis a Viris doctis emaculata, tot mendis obſita ſunt, ut dubitem, an ullus locus in his Catalectis fere corruptior exſtet. Patruus ſuſpectam habet vocem *grege*, in qua ulcus latere cenſet, ac deſiderari aliam, quae ad potum referatur, quia *bibat frontem* praeceſſit, ut nihil dicam de inepta locutione *plenus grege.* in margine H. Stephani,

Mox & Socraticum, plenasque inmittat habenas.

fontem nempe Socraticum bibat. Heinſius,

Mox & Socratico plenus fine mittat habenas.

vel *mutet habenas.* plenus Socratico fonte. *mittat habenas* eſt in cod. Petronii Scaligerano. *mutet* in aliis. P. Francius conjecerat,

Mox & Socratica plenus dape mittat habenas.

Chriſt. Cruſius longe alia via incedens loco adfecto ſic ſubvenire nititur.

Colla & Socraticae pronus ſubmittat habenae,
Liber & ingentis quatiat Demoſthenis arma.

ex Boëthio, quem hunc verſum fuiſſe imitatum putat, Lib. III. Metr. 5.

Nec victa libidine colla
Foedis ſubmittat habenis.

Quia autem *Tritonidis arces* initio praeceſſerunt, enata mihi fuit conjectura, ſed forte liberior, an non vulneris cubile indagandum ſit in *habenas*, ac proinde tentare liceret,

Mox & Socratico plenus grege mittat Athenas
Liber, &c.

id eſt, ubi doctrinae Philoſophorum, quibus inundatae erant Athenae, ſatis ſe dederit, iis miſſis ac relictis, liberiore campo decurrat, & Graecae ac Romanae Eloquentiae operam navet. *gregem* vero

Hunc Romana manus circumfluat. & modo Grajo
Exonerata ſono mutet ſuffuſa ſaporem:
Interdum ſubducta foro det pagina curſum.
Et fortuna ſonet celeri diſtincta meatu.
Dent epulas, & bella truci memorata canore.
Grandiaque indomiti Ciceronis verba minentur.
His animum ſuccinge bonis. ſic flumine largo
Plenus, Pierio defundes pectore verba.

Ep.

Socraticum vocat familias ſeu ſectas Philoſophoſum, qui Socratis quidem diſciplinam prae ſe ferentes, ſed ab ea degenerantes, veram Philoſophiam corruperant, quibus inmixti multi Scholaſtici declamatores, qui ex Aſia Athenas commigraverant, & ventoſa atque enormi loquacitate animos juvenum peſtilenti quodam ſidere adflaverant, iis exercitationibus, ad quas nec Plato nec Demoſthenes umquam acceſſerant, ut queritur ipſe Petronius cap. I. Satyrici. & in tales opinor conpoſuiſſe Virgilium, tunc cum Athenas ſe contuliſſet, Epigramma illud, quod ſupra edidi Lib. II. Ep. 243.

Ite hinc inanes Rhetorum manipli,
Inflata rore non Achaico turba. &c.

Suadet igitur, ut Philoſophiae doctrina quidem innutritus mox tamen ea parte mittat Athenas, qua plenae erant Socratico *grege* (qua voce in malam plerumque partem utuntur) & ad ſtudium linguae ſe convertat, ac Demoſthenis arma liberius quatiat: eodem modo, ut Propertius, Athenas literaſum cauſſa profectus, haec conjungit Lib. III. El. 20. 25.

Illic vel ſtadiis animum emendare Platonis
Incipiam, aut hortis, dux Epicure, tuis.
Perſequar aut ſtudium linguae, Demoſthenis arma,
Librorumque tuos, docte Menandre, ſales.

mittat Athenas, pro relinquat Athenas, ut in illo Horatii Lib. III. od. 29. 11.

O mitte mirari beatae
Fumum, & opes, ſtrepitumque Romae.

ut ſcribendum cum Patruo meo, non *Omitte*, ut perperam in vulgatis. Sequentia mire inquinata ſunt. quid enim, *Hinc Romana manus circumfluat?* ut in omnibus Petronii editionibus. Scaliger edidit *Hunc*. An innuit eum turba Romanorum auditorum circumſtipatum? Non puto. neque ſenſum ullum commodum elicias facile ex illis,

——— *& modo Grajo*
Exonerata ſono mutet ſuffuſa ſaporem.

quae varie a viris eruditis tentata. Francius conjiciebat, *& modo Grajos Exonerando ſonos.* quod diſplicet propter gerundium in *do* correptum. de quo alibi: Cruſius in Probabilibus Criticis pag. 210.

Hinc Romana manus circumfluat: ut modo Grajo
Exonerata ſono mutet ſuffuſa ſaporem.

Sed vide an emendari poſſit hunc in modum:

——— *& ingentis quatiat Demoſthenis arma,*
Hinc Romana manu circumferat; oraque Grajo
Exonerata (vel *Exornata*) *ſono, madeant ſuffuſa ſapore.*

id eſt, quatiat arma Demoſthenis, & manu circumferat Romana, arma nempe, ſive, utriusque linguae, Graecae & Romanae, eloquentiam excolat; quibus egregie connectetur verſus ille, qui paullo poſt ſequitur,

Grandiaque indomiti Ciceronis verba minetur.

quem illic ſede ſua motum, & huc reponendum eſſe Patruus meus jure exiſtimabat. *oraque* eſt ex N. Heinſii emendatione. *Exornata* conjecerat Patruus, quod Francius etiam ſuo exemplari adſcripſerat. *madeant ſuffuſa ſapore* conjecimus ipſi; ut *madere ora* paſſim dicuntur flumine eloquentiae. *mutet* enim derivatum videtur ex codicum nonnullorum ſcriptura, qui ſupra exhibent, *mutet habenas. ſono* tamen ſuſpectum eſt, quia *ſonet* mox ſequitur. an *favo?* ut ſaepe *favus Atticus*, *mel Cecropium*, pro eloquentia Graeca. vide ad Lib. II. Ep. 243. 2. mox, *det pagina verſum* recte Heinſius, ut ingratas forenſium tricarum exercitatione Muſarum dulcedine exhilaret. *pagina*, ut apud Claudian. Laud. Seren. 162.

Antiquos loquitur Muſarum pagina reges.

& apud Ovid. I. Faſt. 19.

Pagina judicium docti ſubitura movetur
Principis.

deinde,

Et cortina ſonet celeri diſtricta meatu.

etiam J. F. Gronovium legere notaverat Francius. ut reſtituit Palmerius, emendatione erudita, & a Patruo meo probata. *diſtincta* in cod. Scaligerano. Cl. Oudendorpius ſuſpicabatur, hiſtoriam ſcribendam hic velle auctorem, & tunc legendum cenſebat, *tonet celeri deſtricta meatu.* porro *Dent epulas* cum Bourdelotio interpretari Tragoedias, abſurdum eſt. & inconcinne hic recurrit *Dent*. cum modo praeceſſerit, *det pagina curſum.* recte igitur *Dein pugnas & bella* &c. Fragmentis H. Stephani adſcripſerat

Ia

EP. CXXIX. EJUSDEM.

Contemni, turpe eſt: legem donare, ſuperbum.
  Hoc amo, quod poſſum qualibet ire via.
Nam ſane & ſapiens contemtus jurgia flectit.
  Et, qui non jugulat, victor abire ſolet.

EP. CXXX. PETRONII ARBITRI.

Cui vultur jecur ultimum pererrat,
Et pectus trahit, intimasque fibras,
Non eſt, quem Tityi vocant poëtae,
Sed cordis mala, livor, atque luxus.

Janus Rutgerſius, & *nectare* in fine. quomodo legendum, non *pectore*, perſuadebunt notata Barthio ad Calpurn. Ecl. IV. 150. eſt enim imitatio, ut volunt, illius Varronis Attacini,

Pierio liquidam perfundis nectare mentem.

in notis autem Boſchii proponitur emendatio non vulgaris, & egregia,

Deiu det epos, det bella truci memorata canore,
Grandiaque indomiti Ciceronis verba minetur.

quae N. Heinſium auctorem habet: ut omnia in notis illis Boſchianis ex eodem fonte derivata eſſe facile deprehendere poſſunt, qui acumen Criticum & ingenium Heinſianum perſpectum habent.

EP. CXXIX. *Contemni turpe eſt: legem donare, ſuperbum*] Exſtat in Petronii Satyr. cap. 18. & in Scalig. Catalect. pag. 237. alii hic legebant *Regem donare*, vel *legi damnare*. Gronovius Lib. II. Obſerv. cap. 23. p. 659. *laeſum damnare*. ſed vulgatam in notis ſuis prolixe vindicavit Patruus, quae exſtat etiam in cod. Scalig. ex quo *jurgia flectit* & *ſolet* in fine epigrammatis edidit. & ſic H. Stephan. in Fragm. vet. Poët. p. 405. ſed *dolet*, & *jurgia nectis* melius alii ſubſtituerunt. ut apud Ovid. II. Am. 2. 35.

Sed tamen interdum tecum quoque jurgia nectat.

ita *nectere* & *flectere* alia in re confunduntur in MSS. apud Claudian. IV. Conſ. Hon. 607. vide & Patrui notas ad Ovid. II. Am. 9. 45. ſic *perjuria nectere*, *nectere dolos*, *nectere fraudem*, & ſim. de quibus Gronov. ad Liv. XXVII. 28. N. Heinſ. ad Claud. I. in Rufin. 222. & Drakenb. ad Silium VI. 326. Cl. Oudendorpio *ſolet* placebat, ac legebat, *contemtu jurgia flectit*. id eſt ſapiens jurgia contemnens flectit in eum, qui jecerat, jurgia. quod ita exprimit Seneca in Epigrammate infra edendo,

Sed ſolet inſanos populus contemnere ſanus,
  Et repetunt motum ſaxa remiſſa caput.

EP. CXXX. *Cui vultur jecur ultimum pererrat*] ita in cod. Scaligeri Petroniano, & in ejus Catalectis pag. 238. ſed apud Fulgent. Lib. II. Mythol. cap. 9. & in Fragm. Petron. pag. 867.

Qui vultur jecor intimum pererrat.

& ſic adfert Dorleans ad Tacit. p. 530. & probat Munckerus, ſed male. nam ſequitur, *intimasque fibras*. infeliciter etiam hic verſatus eſt Barthius Lib. XII. Adv. cap. 1. qui legit,

Cui vultur jecur intimum penetrat, &c.
Non eſt quem tepidi vocant poëtae,
Sed cordis lama livor atque luxus.

quae bonae menti, ac metro adverſantur. lucem vero eximiam huic Epigrammati adferunt verba Macrobii, digna quae adſcribantur, ex Lib. I. in Somn. Scip. cap. 10. ubi poſt Phlegetontem, Acherontem, Cocytum, & Styga addit: *vulturem jecur inmortale tondentem, nihil aliud intelligi volentes, quam tormenta malae conſcientiae, obnoxia flagitio viſcera interiora rimantis, & ipſa vitalia indefeſſa admiſſi ſceleris admonitione laniantis, ſemperque curas, ſi requieſcere forte tentaverint, excitantis, tamquam fibris renaſcentibus inhaerendo, nec ulla ſibi miſeratione parcentis.* ex quo loco patet recte me tertio verſu repoſuiſſe,

Non eſt, quem Tityi vocant poëtae.

vultur nempe. non *timidi*, ut edidit Scaliger, vel *trepidi*, ut in ejus codice, aut *tepidi*, *lepidi*, ut ab aliis editum eſt. debetur autem optima emendatio Jano Douzae Fil. in notis ad Tibull. cap. 2. quam timide aut dubie amplectitur Pontanus ad illum Macrobii locum p. 617. & vulgatam etiam probam putat; ſed quae mihi videtur inſulſa & illepida prae conjectura Douzae, quae firmatur unice ex Sympoſii Epigrammate de Livore, ſupra edito Ep. XCII. v. 20.

Intentans animo faces Erinnys
Letalis, Tityique vultur intus,
Qui ſemper lacerat, comeſtque mentem.

ubi confer quae notavi. verſu ult. *livor, atque luctus*. non male Pontanus, ut in ed. Gonſal. p. 90. pro *luxus*. ut Douza. ita enim & *Luctus* cum *Curis*, aliisque malis, in ipſo Inferorum aditu ponitur a Virg. VI. Aen. 274. *primisque in faucibus Orci*
  Luctus, & ultrices poſuere cubilia Curae.

EP. CXXXI. EJUSDEM.

Fallunt nos oculi, vagique ſenſus
Oppreſſa ratione mentiuntur.
Nam turris, prope quae quadrata ſurgit,
Adtritis procul angulis rotatur.
Hybleum refugit ſatur liquorem,
Et marcens caſiam frequenter odit.
Hoc illo magis, aut minus, placere
Non poſſunt, niſi lite deſtinata
Pugnarent dubio tenore ſenſus.

EP.

& apud Senecam in Hippol. 850.

—— Luctus, & Lacrimae, & Dolor,
In limine ipſo moeſta Lamentatio,
Hoſpitia digna prorſus inferno hoſpite.

ſic inter innumera Erebi monſtra, ex imitatione Virgiliana deſcripta, cum *Livore* etiam *Luctum* conjungit Claudian. I. in Rufin. 32.

Inpatiensque ſui Morbus, Livorque ſecundis
Anxius, & ſciſſo maerens velamine Luctus,
Et Timor, & caeco praeceps Audacia vultu.

apud Petron. Carm. de B. Civ. v. 257.

Emergit late Ditis chorus, horrida Erinnys,
Et Bellona minax, facibusque armata Megaera,
Letumque, Inſidiaeque, & lurida mortis imago.

ita vulgo editur. *Fletusque* emendavit Ill. Bouherius. ſed cum Cl. Schradero praefero *Luctusque*. Statius Lib. II. Theb. 287.

Non Decor, Idaliusque puer, ſed Luctus, & Irae,
Et Dolor, & tota preſſit Diſcordia dextra.

ita enim illic ſcribendum, literis majuſculis, ut & hoc verſu, *Livor, atque Luctus.* quod Tityi vulturi ſic melius conveniant, tamquam peſtes infernales.

EP. CXXXI. *Fallunt nos oculi, vagique ſenſus*] in cod. Scaligeri Petroniano, qui eſt in Bibl. Leidenſi, PETRONII ARBITRI etiam inſcribitur, ſed alio loco quam in Fragmentis p. 677. & adſcripſerat Scaliger Sexti Empirici locum, quem Pithoeus & Douza in notis ad Petron. & paullo poſt Lindenbrogius adferunt. huc refer illud Apuleji in Apolog. pag. 65. ed. Caſaub. *Tantum ſuper omnes ſtultitia evectus es. quippe qui ſolertiſſimi & acerrimi philoſophorum fuerunt, ne iis quidem confidendum eſſe ajunt quae videmus.* contra Lucretius Lib. IV. 380.

Nec tamen hic oculos falli concedimus hilum.

& ſeqq. ubi Lambini & aliorum notas vide. in hac autem re *fallunt oculi* proprie dictum, & *mentiuntur*, pro ſpecie ſua decipiunt. Apulejus de Mundo: *eorum, quae hujusmodi praeſtigias noſtris inferunt oculis, alia ſunt, quae ſpeciem tantum ſpectaculi pariunt; alia quae nihil ab eo, quod oſtenderint, mentiuntur. Fallunt imaginem Iris, & Arcus, & talia.* ubi vide Vulcanii notas pag. 125.

3. *Nam turris prope quae quadrata ſurgit*] Sextus Empiricus Pyrrhon. Lib. I. Ἀντιτίθεμεν δὲ ἢ φαινόμενα φαινομένοις, ἢ νοούμενα νοουμένοις, ἢ ἐναλλὰξ, οἷον φαινόμενα μὲν φαινομένοις, ὅταν λέγωμεν, ὁ αὐτὸς πύργος πόῤῥωθεν μὲν φαίνεται στρογγύλος, ἐγγύθεν δὲ τετράγωνος. Tertullianus de Anima, cap. XVII. *Itaque mendacium viſui objicitur, quod remos in aqua inflexos vel infractos adſeverat adverſus conſcientiam integritatis, quod turrem quadrangulatam de longinquo rotundam perſuadeat* &c. LINDENBR. totum hoc Epigramma ex doctrina Academicorum ſcriptum eſſe patebit ex loco Macrobii Lib. VII. Saturn. cap. 14. *Senſus rem viſam rationi refundit, illa quid viſum ſit recordatur: adeo autem in tuendo neceſſarium eſt rationis officium, ut ſaepe in uno videndi ſenſu etiam alium ſenſum memoria ſuggerente ratio deprehendat* &c. *adeo ut quod remus in aqua fractus videtur, vel quod turris eminus viſa, cum ſit anguloſa, rotunda exiſtimatur, faciat rationis negligentia: quae, ſi ſe intenderis, agnoſcit in turre angulos & in remo integritatem, & omnia illa diſcernit, quae Academicis damnandorum ſenſuum occaſionem dederunt, cum ſenſus unus inter certiſſimas res habendus ſit, comitante ratione.* &c. vide & Lambin. ad Lucret. IV. 354.

4. *Adtritis procul angulis*] *Detritis* in v. c. Voſſii Auſoniano.

6. *Et marcens caſiam*] *maris* cod. Voſſ. Auſon. & Scalig. ſed *marcens* in marg. al. edd. *naris*.

8. *Non poſſunt*] ſic cod. Scalig. & Voſſ. Auſon. a m. ſ. *poſſit* a m. prim. *poſſet* edd. Petron.

EP.

Digitized by Google

EP. CXXXII. PUBLII SYRI MIMI. *in Luxum.*

Luxuriae rictu Martis marcent moenia.
Tuo palato lautus pavo naſcitur,
Plumato amictus aureo Babylonico.
Gallina tibi Numidica: tibi Gallus ſpado.
Ciconia etiam peregrina, grata hoſpita,
Pietaticultrix, gracilipes, crotaliſtria
Avis, exſul hiemis, titulus tepidi temporis.
Nequitiae nidum in cacabo fecit meo.
Quo margarita cara tibi, baca Indica?

An

EP. CXXXII. PUBLII SYRI MIMI] ſub hujus nomine edidit Scaliger pag. 215. ſed alii ipſius Petronii putant, vel potius Publii Syri apud Petron. Satyr. cap. 55. inter cujus fragmenta etiam edidit H. Stephanus in Fragm. vet. Poët. pag. 406. & a vulgatis nonnihil diverſum hoc carmen adfert Crinitus Lib. IV. de Honeſt. Diſc. cap. 13.

1. *Luxuriae rictu*] *victu* Francius. & ſic N. Heinſ. in Epiſt. 284. ad Graev. Tom. IV. Syllog. p. 365. *Luxurie rictu* edidit Steph. & in marg. *Luxurie & victu.* optime tamen *Luxurie victa* adſtruxit Patruus meus, ut Romam Martiam, tot populorum victricem, a Luxurie victam innuat, ut toties apud Horatium aliosque ſcriptores dicitur.

2. *Tuo palato lautus pavo naſcitur*] ita edidit Steph. Scalig. & Crinit. apud quem etiam *clauſus.* in marg. Steph. *excluſus. paſcitur* eſt in cod. Scaligeri Petroniano, ſed ipſe in marg. *naſcitur* praeferebat. *paſcitur*, ut emendabat etiam J. Douza & Francius, recte adſeruit Patruus. *clauſus paſcitur* etiam placebat Oudendorpio.

3. *Plumato amictus aureo Babylonico*] *auro* Francius. de pavone ipſo vel de luxurioſorum amictu ex variis avium plumis poſſe capi docent Wouwerii ad Petron. notae. Ultimum ſi placet, adſtipulabitur Lucani locus Lib. X. 125.

Pars auro plumata nitet, pars ignea cocco.

quae Gonſalius addit contra illum, qui inepte *auleo* hic legebat, tangunt Barthium ſic emendantem Lib. II. Abiegm. Crit. 18. qui tamen adverſus Gonſalium ſe defendit in notis ad Stat. II. Th. 91.

5. *Ciconia etiam peregrina, grata hoſpita*] ſic recte apud Petronium editur. & margini Catalectorum Scalig. adſcripſerat etiam Francius. ubi editum exſtat,

Ciconia etiam peregrina, Graeca hoſpita.

in Fragmentis veterum Poëtarum Stephanus,

Ciconia etiam peregrina grata hoſpita.

ubi tamen *Graja* pro *grata* idem Francius conjecerat. in aliis *grata peregrino hoſpita*, ut apud Crinitum. mihi optimum videtur, ut in Petronio viri docti ediderunt, cur enim *Graja hoſpita* vocetur Ciconia, non video. licet ita emendet Salmaſ. ad Tertull. de Pall. pag. 257. qui ſub Publii Syri nomine etiam adfert. ſed *Ciconia grata*, palato nempe, eſt, unice quia *avis peregrina*, & *hoſpita* eſt. inter delicias enim ciborum peregrinorum Ciconiam quoque, inventore Sempronio Ruſo Praetorio, menſis illatam patet ex Horatio Lib. II. Sat. 2. 49.

Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido,
Donec vos auctor docuit praetorius.

quae de Sempronio Ruſo recte exponit Scholiaſtes Porphyrio, in quem Epigramma adfert, quod ſupra edidi Lib. II. Ep. 126.

Ciconiarum Rufus iſte conditor
Ipſe eſt duobus elegantior Plancis. &c.

ubi vide. & J. Douzam Lib. I. Praecidan. cap. 17. recte etiam *peregrina* avis ab antiquis dicta eſt ciconia, quia ignotum, unde veniat ſub initium veris, aut quo ſe conferat ingruente hieme. vide Axenii & aliorum notas ad Phaedr. Lib. I. fab. 26. 11.

6. *Pietaticultrix, gracilipes, crotaliſtria*] ſic optime emendarunt viri docti. vitioſiſſime edidit H. Stephanus,

Pietatis cultrix gracilis pes e tota liſtria.

& in marg. *Hiſtria.*

7. *titulus tepidi temporis*] recte Bourdelotium *pipulus* emendantem irriſerunt viri docti. & jam Barthius Lib. LIV. Adverſ. 22. monuit *titulum tepidi temporis*, ſeu veris, vocari ciconiam, quia vernum tempus hujus avis pictura notetur. vel *titulum veris*, pro veris indice, exponit in notis ad Claudian. pag. 304. *trepidi temporis* male etiam edidit Steph.

9. *Quo margarita cara tibi, bacca Indica*] ſic edidit Scaliger, ut in ejus codice MS. Petroniano. *cara tribaca Indica* apud Steph. *baccam Indicam* Heinſius. ut *quo* paſſim cum quarto caſu jungunt. *margra-*

An ut matrona ornata phaleris pelagiis,
Tollat pedes indomita in ſtrato extraneo?
Smaragdum ad quam rem viridem, precioſum vitrum?
Quo Carchedonios optas ignes lapideos,
Niſi ut ſcintillent? probitas eſt carbunculus?
Aequum eſt induere nuptam ventum textilem?
Palam proſtare nudam in nebula linea?

EP. CXXXIII. PETRONII ARBITRI.

Non ſatis eſt, quod nos mergis, furioſa juventus:
Tranſverſosque rapit fama ſepulta probris?
Anne etiam famuli cognata faece ſepulti
In teſta merſas luxuriantur opes?

Vi-

garita enim plurale neutrum eſt. de quo vide Salmaſ. ad Solin. pag. 1123. ed. Pariſ. & quae notavi ad Lib. II. Ep. 224. pag. 413. *cara Thabraca* emendare Audr. Schottum in notis ad Antonini Itinerar. notaverat Scriverius. Conferenda autem haec cum loco Lucretii Lib. IV. 1120.

Scilicet & grandes viridi cum luce zmaragdi
Auro includuntur, teriturque thalaſſina veſtis
Adſidue, & Veneris ſudorem exercita potat:
Et bene parta patrum fiunt anademata, mitrae,
Interdum in pallam, ac Melitenſia Ciaque vertunt.

ſic edidit Giſanius, veramque ſcripturam eſſe adfirmat. *atque alidenſia chiaque* in duobus codd. Voſſianis invenit Heinſius. mihi placet conjectura Vlitii ad Gratium v. 404. *Melitenſia Coaque.* ut ad veſtes illas perlucidas tenuesque referatur, quas poſt gemmas & lapides pretioſos in fine hujus epigrammatis perſtringit Petronius. ad rem faciunt etiam Arnobii verba Lib. II. pag. 72. ubi graviter in hanc luxuriam invehitur: *Idcirco animas miſit, ut divini ponderis & gravitatis oblitae, gemmas, lapillos, margaritas, caſtitatis diſpendio compararent, innecterent his colla, laminas pertunderent aurium, conficiendis quaererent corporibus fucum, inminuerent frontes limbis.* &c. ut edidit Salmaſius, pro *inficiendis corporibus.* male *conſpiciendis* ed. Heraldi. ſed legendum cum Heinſio *conliniendis.* vel *conſpuendis* cum Oudendorpio. quia *conſpiendis* in MSS.

Niſi ut ſcintillent] *Vis quae ſcintillent*, Francius.

16. *Palam proſtare nudam in nebula linea*] ſic codex Petronii Scaligeranus. ſed in marg. ex alio v. c. *nebula lunae* notatur. ut edidit Steph. forte pro *lanae.* apud eumdem Steph. in margine,

Aequum eſt induere nuptam ad ventum textilem
Pallam, proſtare nudam in thalami lectulo.

ſed recte *ventum* de tenui veſte exponunt Interpretes, & *in nebula linea* legunt, ac perlucidas illas veſtes prolixe illuſtrarunt. ad quas referendum illud Plinii Lib. XXXV. 9. *Polygnotus Thaſius primus mulieres lucida veſte pinxit, capita earum mitris verſicoloribus operuit, plurimumque picturae primus contulit.* & Juſtini Lib. XXXVIII. 8. de Ptolemaeo Phyſcone: *Quam foeditatem nimia ſubtilitas perlucidae veſtis augebat, prorſus quaſi aſtu inſpicienda praeberentur, quae omni ſtudio occultanda pudibundo viro erant.* quae loca adſcripſerat Broukhuſius.

EP. CXXXIII. *Non ſatis eſt, quod nos mergis, furioſa juventus*] apud Scalig. Lib. I. Catalect. pag. 214. & in Fragm. Petron. pag. 871.

2. *Transverſosque rapit*] Barthius Lib. XXIV. Adverſ. cap. 4. corrigit *Transverſisque*, conjungens *transverſis probris*, pro obliquis, non apertis conviciis. ſed *transverſos rapit* jungenda ſunt, pro a virtutis tramite abſtrahit, & praecipites agit. quam locutionem ſatis illuſtravit Cortius ad Salluſt. Jug. cap. VI. §. 3. & Patruus ad Fragm. Petronii. p. 871. cujus explicationem firmat adpoſitus Lucani locus Lib. IV. 218.

Perdita nunc urbi nocuerunt ſecula, poſtquam
Ambitus, & Luxus, & opum metuenda facultas,
Transverſo mentem dubiam torrente tulerunt.

ſecundo verſu *fama ſepulta probis*, pro femina probroſa, ſive probris plena, dictum cenſebat Cl. Oudendorpius.

3. *famuli cognata faece ſepulti*] adfert hoc Epigramma Claverius ad Claudian. I. in Eutrop. 211. ut illic illuſtret *mancipium jure ſepultum*, pro, civiliter mortuum, ut exponit, adſentiente Heinſio: ſed merito duram interpretationem cenſet Patruus, & *jure repulſum Mancipium* conjicit, vel *jure ſepulta* legit, ut *fama ſepulta* praecedenti verſu, pro obſcurata: quod in notis ad Petronii Fragmenta pluribus illuſtrat. Hoc tamen in loco mihi *famuli ſepulti,*

&

Digitized by Google

Vilis ſervus habet regni bona. cellaque capti
Deridet feſtam, Romuleamque caſam.
Idcirco virtus medio jacet obruta caeno.
Nequitiae claſſes candida vela ferunt.

EP. CXXXIV. EJUSDEM.

Ales Phaſiacis petita Colchis
Et pictis Atagen opaca pennis,
Atque Afrae volucres placent palato,
Quod non ſunt faciles. at albus anſer

Ple-

& paullo ante *fama ſepulta* graviter de mendo ſuſpectum eſt. ſed quid ſubſtituam, haereo. *merſae luxuriantur* etiam adfert Claverius. pro quo *merſae dilacerantur* legebat Withof. in Orat. de alleg. abuſu pag. 33. Ceterum hoc epigramma Broukhuſius referebat ad fragmentum aliud Petronii, inter Fragmenta Satyrici pag. 674. *Tot Regum manubiae apud fugitivum repertae.* ut ſequenti verſu, *Vilis ſervus habet regni bona.*

6. *deridet feſtam Romuleamque caſam*] *feſtram* legunt alii. hoc eſt oſtium minutum vid. Scalig. ad Feſtum pag. 63. & notas Gonſalii aliorumque ad Petron. Satyr cap. 79. Barthius tamen ibidem in Adverſariis corrigit,

Deridet Veſtam Romuleamque caſam.

ut antiquiſſimum Veſtae delubrum conjungatur cum caſa Romuli, de qua erudite illic agit.

EP. CXXXIV. *Ales Phaſiacis petita Colchis*] apud Scalig. in Catalect. d. l. pag. 214. & in Petron. Satyr. cap. 93.

2. *Et pictis Atagen opaca pennis*] in ſchedis MSS. Scaligeri,

Et pictis anas renovata pennis.

& ſic in ejus codice Petroniano. quod metro obſtat, prima in *anas* perperam longa, & dactylo in tertia ſede. licet ſic in aliis etiam legitur codicibus. ſed id decepit Erhardum, qui notavit *anas* prima producta poni, tamquam aliquid ſingulare. in ejuſdem Codicis Scaligerani margine legitur,

Et pictis renovata naſſa pennis.

vel,

Et pictis atagen opaca pennis.

ut edidit in Catalectis, quod quidem defendi poſſet ex Horatio, ubi *Afra avis* & *attagen* cum *rhombo*, & *ſcaro* ſimiliter junguntur, ut hoc loco, Epod. 2. 49.

Non me Lucrina juverint conchylia,
Magisve rhombus, aut ſcari. &c.
Non Afra avis deſcendat in ventrem meum,
Non attagen Jonicus.

Sed hic ordine verſuum tranſpoſito legendum,

Et pictis anas enovata pennis.

ut in Catalectis Petronii editum eſt, quod probaſſe etiam videtur Voſſius, qui ita adfert Lib. II. de Art. Gramm. 31. init. ubi de ultima brevi in hac voce agit, & Lib. I. de Anal. cap. 28. & hoc ideo praeferendum videtur, quia *anas* & *albus anſer*, ut dapes frugaliores, & *Phaſianae* atque *Afrae volucres*, ut delicatiores, inter ſe opponuntur. Afrae enim volucri inter lautitias peregrinas ab Horatio jungitur *attagen*, de qua avi merentur legi notata Menagio ad Diog. Laërt. Lib. IX. Segm. 114. ut nihil dicam *atagen* prima brevi & deleta una *t* forte ſine exemplo veterum eſſe, nam ἀτταγὴν Graecis eſt, & maſculini generis, ut *attagen Jonicus* Horatio. ſed *attagena* in feminino. ut Martiali Lib. XIII. 61.

Jonicarum guſtus attagenarum.

& ſic in verſibus Varronis, cum hoc Epigrammate Petroniano conferendis, quibus eumdem luxum deſcribit, apud Gell. Lib. VII. cap 16. quos ita diſpoſuit Scaliger in Fragm. Varr. p. 134.

Pavus e Samo, Phrygia attagena,
Grues Melitae, haedus ex Ambracia,
Pelamis Chalcedonius, murena Tarteſſia,
Aſelli Peſſinuntii, oſtrea Tarentina,
Pectunculus Chius, elops Rhodius.
Scari Cilices, nuces Thaſiae,
Palma Aegyptia, glans Iberica.

pro *Afrae* in codice Petroniano Scaligeri, & Schedis ejus MSS. *aëriae* vitioſe legitur. Itaque verſus hic, quem Scaliger ſecundum fecit, ut in codice illius Petroniano exſtat, tranſponendus eſt poſt verſum quartum, eo modo, quo inter Catalecta Petroniana exhibetur:

Ales Phaſiacis petita Colchis,
Atque Afrae volucres placent palato,
Quod non ſunt faciles: at albus anſer,
Et pictis anas enovata pennis,
Plebejum ſapit.

ita enim Phaſianae anſer, & Afrae volucri, ſeu meleagridi. anas concinnius opponuntur. & hoc ordine in Schedis Scaligeri, ex v. c. deſcriptis, leguntur hi verſus. *enotata* etiam pro *enovata* cum

Ffff Jun-

Plebejum ſapit, ultimis ab oris
Adtractus Scarus eſt. & Afra Syrtis
Quidquid naufragio dedit, probamus.
Mullus jam gravis eſt. amica vincit
Uxorem. roſa cinnamum veretur.
Quidquid quaeritur, optimum videtur.

Ep. cxxxv. Q. Ennii Phageſiorum Fragmentum.

Omnibus at Clupeaè praeſtat muſtela marina.
Mures ſunt Aeni, aſt aſpra oſtrea plurima Abydi.

Mi-

Jungermanno placet. confer cum hoc Epigrammate Horatium Lib. II. Sat. 2.

6. *Scarus eſt, & Afra Syrtis.*] Aliae editiones habent, *atque arata Syrtis. arata Syrtis*, ut Maecenas apud Senecam: *Vide ut alveum lintribus arant.* Pertinent autem huc Horatii verſus:

Non me Lucrinis juverint conchylia,
Magiſve Rombus aut Scari,
Si quos Eois intonata fluctibus
Hyems ad hoc vebat mare.

& egregie Latinus Pacatus Panegyr. Theod. Aug. dicto: *Illis demum cibis acquieſcebant, quos extremus oriens, aut poſitus extra Romanum Colchus imperium, aut famoſa naufragiis maria miſiſſent, quos invitae quodammodo reluctantique naturae hominum pericula rapuiſſent.* LINDENBR. recte Lindenbrogius, & alii viri docti, receperunt *arata Syrtis*, id eſt navigata, nam *Afra Syrtis* hoc verſu, & paullo ante *Afrae volucres* inelegantem faciunt repetitionem. in cod. Petron. & ſchedis MSS. Scalig. *atque arata Sitis.* ſed *Syrtis* in marg. & conjecerat Scaliger *tracta Syrtis.* vel, *Attractus Scarus eſt, ut Afra Syrtis.* in iisdem male etiam *probamus*, ut & edidit, pro *probatur.*

9. *roſa cinnamum veretur*] *roſa cinnamomum vetas* in ſchedis MSS. Scalig. unde prius ipſe tentaverat, *roſa cinnamum victum.* nempe *vincit.* ſed poſtea repoſuit, *cinnamum veretur.*

Ep. cxxxv. Q. Ennii Hedepathetica.] Ita corrigendum ex corrupto Hedesphagetica. SCALIGER. ſub titulo Q. Ennii Phageſiorum Fragmentum. edidit Pithoeus poſt finem Lib. IV. Epigr. vet. in Scaligeri Catalectis Lib. I. p. 215. vitioſe excuſum eſt, Q. Ennii Hedypatheticorum Fragmentum. Phageticorum inſcripſit Hier. Columna in Fragmentis Ennii pag. 155. cujus notas evolviſſe operae pretium erit. Sed titulum hujuſce Enniani poëmatis fuiſſe *Edeſta* vel *Phagica* putat If. Caſaub. ad Apulej. Apolog. pag. 150. apud quem exſtant hi Ennii verſus, quos de Graeco fonte derivatos, atque ex Archeſtrati Gaſtronomia deſumtos notat D. Heinſ. de Satyr. Horat. Lib. II. pag. 103. quos vide apud Athenaeum Lib. III. cap. 13. ex quibus nonnulla in his Ennianis illic corrigit Caſaubonus. licet ad Apulej. Apolog. dubitet, an per omnia Ennius illo in carmine Graecum poëtam Archeſtratum ſecutus ſit. Ejus notae ad hoc carmen illic merentur legi, & Scipionis Gentilis pag. 199-203. ac Pricaei pag. 103. & ſeq. qui praefert titulum Ἡδυφαγικὰ vel Ἰχθυφαγικά. Colvius vero p. 251. Ἰχθυοφαγητικά. ſed ἡδυπαθητικὰ placet Salmaſio in Praef. ad Tab. Cebet. Arab. pag. 17. *Addephagia* vel *Addephagica* Trillero Lib. I. Obſerv. Crit. cap. 14. licet in fine capitis magis inclinet in *Hedypathica* vel *Hedypathia*, quod omnium probabilius videtur, quia hic titulus fuit poëmatis Archeſtrati, de quo agit Lib. III. cap. I. pag. 160. & vide Caſaub. ad Athen. Lib. VII. cap. 8. circa finem Simile opus Varronis fuit περὶ Ἐδεσμάτων, cujus fragmentum modo adtuli ex Gellio Lib. VII. cap. 16. & de quo vid. D. Heinſ. Lib. I. de Sat. Horat. p. 81. nam uterque luxum & delicias ciborum nimis exquiſitas in iſtis operibus perſtrinxerunt, ut Petronius praecedenti Epigrammate. inſignem etiam operam ad emaculandos hos verſus contulerunt Turneb. Lib. XXI. Adverſ. cap. 21. & Salmaſ. ad Solin. Tom. II. pag. 1128. & ſeqq. ed. Pariſ.

1. *Omnibus at Clupea*] Clupea urbs in ora Africae. SCALIGER. *at Clypeae* Turneb. Hier. Columna, Pith. & Scalig. *ut Clypea* edidit Caſaub. Gentilis, & Pricaeus. *ut Clupeae* Harduin. in Emend. ad Plin. Lib. IX. 24. de clupea piſce, non vero urbe, intelligunt nonnulli, ut Rondeletius Lib. VII. de Piſcib. cap. 15. de quo inter alios piſces, ſilurum, ſturiones, ſimilesque agit Scalig. Lib. I. Auſon. Lect. cap. 3. & Mauſſac. ad Plutarch. de Flum. pag. 244. ſed rectius Scaliger & Columna Clypeam urbem intelligunt, quum in ſequentibus verſibus, aeque ac in Varronis fragmento, etiam recenſeat loca, in quibus inſigniores naſcantur piſces, ut hoc verſu dicit muſtelas, quae Clupeae naſcuntur, omnibus marinis muſtelis praeſtare. Eſt vero Clupea urbs, cujus meminit etiam Lucanus Lib. IV. 589.

Inter ſemirutas magnae Carthaginis arces
Et Clupeam tenuit ſtationis litora notae.

ubi *Clupeam* ex melioribus libris praetulit Cl. Oudendorpius, non *Clepiam*, *Clipeam*, vel *Clypeam*, ut in aliis. ibidemque Patruus meus in notis ſuis hunc ipſum Ennii verſum etiam de Clupea urbe, circa quam tractus fuit piſcatura lucroſus, accipit. eam

vero

Digitized by Google

Mitylus, & pecten, charadrusque apud Ambraciae amnes.
Brunduſii ſargus bonus eſt. hunc, magnus erit ſi,
Sume. apriclum piſcem ſcito primum eſſe Tarenti:
Surrenti lopadas: glaucum Cumas apud. at quid

Sca-

vero in deditionem acceperunt Romani, antequam in agrum Carthaginienſem facerent impetum vide de hac urbe Suritam ad Antonin. Itiner. pag. 222. & Merulam ad Enn. p. 424. quem tamen illic errare, dum Clupeam & Aſpidem diverſas urbes facit, videbis ex notis Drakenb. ad Silium Lib. III. 244.

2. *Mures ſunt Aeni, aſt aſpra oſtrea* &c.] ita Turnebus, aliique ex illis Archeſtrati, Τὰς μύας Αἶνος ἔχει. ut intelligatur Aenus Thraciae urbs, de qua Harpocration in voce Αἶνος. ejusque mentio apud Athenaeum Lib. VIII. cap. 10. ubi in Aeno per octo menſes coelum frigidum eſſe memorat. vide & de Aeno Begeri Theſaur. Brandenb. Tom. III. pag. 55. recte vero *aſt aſpra oſtrea.* non, *Mures, ſunt Aeni, aſpra oſtrea*, hiante verſu. unde non opus eſt Salmaſii fulcimento. tam hoc in loco,

Mures ſunt Aenid, aſpra oſtrea &c.

quam infra,

Surrentid Elopem fac emas. &c.

3. *Mitylus & pecten*] Melius ita meo judicio, quam *Mitylena eſt pecten.* tametſi non ignoramus, Archeſtratum dixiſſe τὰς δὲ κτένας ἡ Μιτυλήνη. SCALIGER. inprobat hanc Scaligeri emendationem Columna, non ſine quadam acrimonia, dum Scaligerum nimis interdum in veterum ſcriptis emendandis ſibi fidentem addit, & adhaerens Archeſtrati verbis τὰς δὲ κτένας ἡ Μιτυλήνη, edidit,

Eſt Mitylenae Pecten, Aperque apud Ambraciae amnem.

Caſaubonus ad Athenaeum & Apulejum emendaverat,

Mitylenae eſt pecten, caproſque apud Ambracienſes.

rejecitque Turnebi conjecturam,

Mus Mitylenae eſt pecten aperque apud Ambraciae amnes.

ſed Caſaubono obſtat metri ratio in *Mitylenae*, ut & Salmaſio corrigendum jubenti,

Mitylenae eſt pecten, charadrumque apud Ambraciai.

vel *Ambracienſis*, aut *Ambracienſem* Heinſius *Ambraciotas.* Amplector vero Columnae ſententiam *pectinem* hic Mitylenae, & *aprum* vel *caprum*, Ambraciae tribuendum cenſentis, quia haec preſſo pede inſiſtunt iſtis Archeſtrati,

——— τὰς δὲ κτένας ἡ Μιτυλήνη,
Πλείστους δ' Ἀμβρακία παρέχει. κάπρους τε μετ' αὐτῶν.

ut ad Apulejum emendabat Caſaubonus, qui inde hic legebat, *caproſque apud Ambracienſes.* de capro vel apro piſce vide Rondelet. Lib. v. de Piſc. cap. 27. de Mitylo autem, quem Scaliger hic reponi volebat, vide ad h. l. Ep. 63 5.

4. *Brunduſii Sargus bonus eſt, hunc, magnus erit ſi,*
Sume, apriclum piſcem ſcito primum eſſe Tarenti] ita Pithoeus, Scaliger, Caſaubonus, Gentilis, & Pricaeus ediderunt. male vero Colvius,

Brunduſii ſargus bonus eſt. hunc, magnus ſi erit, ſume.
Apriculum piſcem ſcito &c.

qui in notis teſtatur Lipſium legiſſe:

Brunduſii ſargus bonus eſtur. magnus erit ſi,
Sume. apriclum piſcem &c.

H. Columna *piſcem* otioſum putat, corrigitque,

Sume. aſt Apriculum ſcito &c.

inprobante Pricaeo. *Apriclum* autem, vel *apriculum*, veteribus ignotum, neque quis fuerit. conſtare notat vir eruditiſſimus Henr. Cannegieterus ad Avieni Fab. XXXVIII. pag. 209. qui *piſcem* hic etiam penitus inutile verbum recte damnat, & pro eo praeclara emendatione ſubſtituit,

Brundiſii ſargus bonus eſt, hunc, magnus eris ſi,
Sume Apulum. phycin ſcito primum eſſe Tarenti.

hoc ſenſu, bonus quidem ſargus Brundiſii eſt, ſed ſi *magnus*, vel *mactus*, id eſt dives, vel in re lauta eris, ſume, ſive eme, Apulum, quia, licet carior, melior eſt in Apulia. *phycin* vero, vel *phycum*, aut *phucam*, divitibus inter delicias in honore fuiſſe pluribus erudite illic oſtendit; ut de egregia hac conjectura non dubitandum videatur *phycis* vero piſcis nomen habet a φῦκος alga, ſeu *fuco*, de qua voce merentur legi obſervata Spanhemio ad Callim. Hymn in Del. 198. & hinc inter piſces, qui circa copioſam algam inveniuntur, φυκίδες etiam enumerantur, & cum turdis junguntur ab Oppiano Lib. I. Halieut. 126. ubi κωβιδες in primo cod. Palatino legi ad marginem ed. Rittersh. notatur. vide plura de phycide apud Rondelet. Lib. VI. de Piſc. cap. 10. *apriclum* tamen piſcem inter alios memorat Apulejus in Apolog. pag. 44. ed. Caſaub. *Si dicas marinum pectinem comendo capillo quaeſitum, vel aucupandis volucribus piſcem accipitrem, aut venandis apris piſcem apriculum, aut eliciendis mortuis marina calvaria.* quem ad hos Ennii verſus illic reſpicere, & *apriclum* vindicare poſſe opinor, nam & *pectinem* & *calvaria* hic quoque memorata conjungit. retineamus igitur *apriclum*, & *phycin* cum Cl. Cannegietero legamus hoc modo:

——— *hinc, magnus erit ſi,*
Sume apriclum. phycin ſcito &c.

neque enim opus eſſe arbitror emendatione Withofii in Encaen. Critic. pag 285.

——— *hunc, magnus erit ſi,*
Sume epulis. phycin ſcito primum &c.

ubi Cannegieteri conjecturam late ad examen revocavit. ſed *epulis* hic aeque otioſum opinor, ac *piſcem.* praeſertim cum *apriculum* veteribus non omnino ignotum ex Apuleji loco pateat.

6. *Surrenti Chemas*] Ita emendamus ex corrupto quod circumfertur. *Surrentes fac emas.* χήμη genus

oſtrei.

Scarum praeterii cerebrum Jovi' paene ſupremi?
Neſtoris ad patriam hic capitur magnusque bonusque.
Melanurum, turdum, merulamque, umbramque marinam?
Polypu' Corcyrae, calvaria pinguia Atarnae.
Purpura, muriculi, murex, dulces quoque echini.

EP. CXXXVI. LUCILII.

Aurum atque ambitio ſpecimen virtutis utrique eſt.
Quantum habeas, tanti ipſe ſies, tantique habearis.

EP.

oſtrci. SCALIGER. *Surrenti lopadas. glaucum Cumas apud. at quid Scarum* &c. edidit Scaliger & Pithoeus. quod probat Columna. Jungermannus in Epiſt. XXXI. ad Scip. Gentilem, inter Gudianas, legebat,

Surrenti fac emas glaucum. Cumis apuas. quid?

Columna autem edidit,

Surrenti fac emas Glaucum, & Cumas apud: &c.

& pugnat valde pro *fac emas*, ut Turnebus, quod inprobandum videtur, quia neque ex Ennio, aut alio e vetuſtioribus vix puto exemplum produci poſſe, ubi *fac* corripiatur. unde recte viri eruditi, ubicumque apud poëtas antiquos *fac* occurrit in vulgatis editionibus, *face* emendandum monuerunt. vide Heinſii & Patrui notas ad Ovid. Epiſt. II. 98. Remed. Am. 682. & I. Faſt. 287. & Voſſ. Lib. II. Art. Gram. cap. 29. hinc apud Auſonium Epigr. LXXX. recte corrigit Mariang. Accurſius, *vel face utrimque parem.* quod inter Italos poëtas ſuo etiam calculo adprobarunt Joh. Jov. Pontanus Tom. II. Poëm. pag. 58. *Officium face amice pium* &c. Joh. Bapt. Amaltheus pag. 99. Carminum: *Tu face, ut ex humili* &c. pluresque alii. male igitur *fac* corripi poſſe urguet Moneta in Tom. III. Menagian. pag. 340. & 341. mihi porro hic ingenioſa ſatis videtur Scip. Gentilis conjectura, *Surrenti Phagen*, quod propter literarum veſtigia cum *fac emas* praeferendum alteri emendationi *Bocam*, praeſertim cum hic piſcis aeque ac ille cum ſcaro & glauco a Cônſtantino in Geoponicis jungatur, licet *Elops* aliis hic placuerit. qui ediderunt, *Surrenti Elopen fac emas.* ſed vitioſe. vel *ellopa*, ut Colvius. elopen cum ſargo jungit Lucilius in Fragm. p. 7. *Quem praeclarus elops, quem Aegypto ſargu' movebit.* de hoc piſce *elope*, quem Rhodiis adſignat Varro in fragmento ſupra prolato, vide Rondelet. Lib. XIV. c. 9. p. 411. & Lib. XV. cap. 12.

7. *Scarum praeterii cerebrum Jovis*] hunc Ennii verſum in animo habebat Gloſſator Petronii ad cap. 93. Satyr. ubi occurrit Epigramma ſupra editum Ep. 134.

——— *ultimis ab oris*
Adtractus Scarus, atque arata Syrtis.

Ita enim illic Gloſſae veteres: *Scarus piſcis nobiliſſimi genus. mari Carpathio frequens, cerebrum Jovis dictus ab Ennio.* ubi de hoc piſce Lindenbrogii notas conſule, & Torrent. ad Horat. Epod. 2. 49. *ſcarum* hic prima producta ab Ennio poni, quae ab Ovidio, Petronio, aliisque corripitur, obſervat Rittersh. ad Oppian. Lib. I. Halieut. v. 109. cur autem *Scarus* veteribus ex proverbio *cerebrum Jovis* vocaretur, praeter notata Columnae, Gentili, & Colvio, vide Valeſ. Lib. I. Emend. cap. 21. & quae illic olim notavi.

9. *Polypus, Corcyrae, calvaria pinguia Atarnae,*
Purpura, muriculi, mures &c.]

Ita Turnebus, qui teſtatur ſe in cod. MS. Gellii inveniſſe, *cephalaeaque Atarnae.* & per *calvaria* intelligit ſalſamenta e capite thynni. nec aliter ediderunt Scaliger, Pithoeus, & Columna. Colvius vero,

——— *calvaria pinguia Carnae,*
Purpura, matriculi, mures.

ſed pro *mures*, quos ſupra jam memoravit, recte Caſaubonus *murex*, quod arripuit Columna, & in editione ſua etiam recepit Scip. Gentilis. ſic *murex marinus* in Fragm. Lucilii p. 14. Salmaſio *mues* reponendum videbatur, qui cetera ſic conſtituebat,

Polybius Corcyrae, calvaria. pinguis Acarne.

ubi forte operarum vitio *Polybius* pro *Polypus*. *Acarnen* vero piſcis genus e Plinio notat. ſed *calvaria pinguis* legit cum Columna Pricaeus, & Aternae oppidi nomen facit Stephano memorati, ubi tamen Ἀταρνεὺς, non Ἀτάρνα, legunt viri docti, quod firmatur ex Harpocratione, qui oppidum prope Lesbum facit. ſic *Atarnea* in Jonia apud Xenoph. Lib. VII. Anab. pag. 425. & III. Hellen. pag. 488. *echini* denique inter menſarum delicias a potentioribus apud Romanos enumerantur quoque a Macrobio Lib. II. Saturn. cap. 9. *ante coenam echinos, oſtreas crudas, peloridas, ſphondilos, turdum &c.* *iterum ſpondylos, glycomaridas, urticas, ficedulas, lumbos, capragines, aprugnos* & ſeqq. quae ultima in mendo cubant, &, pro *ficedulas, lumbos* Salmaſius ad Solin. pag. 455. legit *ficedulas, lumbos caprugineos, aprugnos.* ſed praefero Broukhuſii conjecturam, *ficedulae lumbos*, quam firmabat loco Martialis Lib. XIII. Ep. 5.

Cerea quae patulo lucet ficedula lumbo.

ubi *libo* male in quinto cod. Voſſiano.

EP. CXXXVI. LUCILII] habetur apud Pith. Lib. IV. p. 188. ex Scholiaſte Juvenal. ad Sat. III. 143. ubi pro *utrique* optime Heinſius conjecerat *ubique.* ſed male illic editum eſt, *Tantum habeas.* In Fragm. Lucil. pag. 5. ed. Fr. Douz. notatur in marg. *ſpecies*, pro *ſpecimen*, quod probo. & *tanti ipſe ſies* rectius editur; ut emendaverat etiam Caſaubonus

EP. CXXXVII. PETRONII ARBITRI.

Nec bibit inter aquas, neque poma natantia ſumit
Tantalus infelix, quem ſua vota premunt.
Divitis haec magni facies erit, omnia late
Qui tenet, & ſicco concoquit ore famem.

EP. CXXXVIII. EJUSDEM.

Quid faciant leges, ubi ſola pecunia regnat,
Aut ubi paupertas vincere nulla poteſt?
Ipſi, qui Cynica traducunt tempora caena,
Nonnumquam numis vendere verba ſolent.
Ergo judicium nihil eſt, niſi publica merces.
Atque eques, in cauſſa qui ſedet, emta probat.

EP. CXXXIX. EJUSDEM.

Quisquis habet numos, ſecura naviget aura:
Fortunamque ſuo temperet arbitrio.
Uxorem ducat Danäen: ipſumque licebit
Acriſium jubeat credere, quod Danäen.

Car-

ad oram ed. Pith. in qua vitioſe *ſcies.* eſt enim idem ac illud Juvenalis Sat. III. 143.

Quantum quisque ſua nummorum ſervat in arca,
Tantum habet & fidei.

EP. CXXXVII. *Nec bibit inter aquas, neque poma natantia ſumit*
Tantalus infelix] ſic edidit Scaliger in Catalect. Lib. I. pag. 229. ſed in Petronio cap. 82. editur: *nec poma patentia carpit.* ut apud Fulgent. Lib. II. Mytholog. cap. 18. ubi in cod. Voſſiano,

Non bibit inter aquas poma nec appendentia carpit.

in codice Petronii Scaligerano *poma aut pendentia* optime. ut ſupra in Ep. XCVI. *Poma ut in arboribus pendentia.* modo pro *carpit* legatur *captat.* non enim *carpit* Tantalus poma, aut *ſumit*, ut edidit Scaliger, ſed fugientia prendere tentat, ſeu captat. ut apud Ovid. II. Am. El. 2. 43. *& poma fugacia captat Tantalus.* Lib. II. Artis 605.

O bene, quod, fruſtra captatis arbore pomis,
Garrulus in media Tantalus aret aqua.

& in Ibin v. 195.

Hic erit & ramos fruſtra qui captet & undas.

ubi *carpat* eadem variatione in MSS. hic tamen *carpit* etiam commode ſervari poteſt, ut ſenſus ſit, Tantalus non carpit, ſeu edit, poma pendentia, licet continuo ea captet. *Tantalus infelix* etiam ſupra in Elegia de Fortunae Viciſſ. v. 9.

Tantalus infelix, dicunt, convivi Deorum,
Nunc quoque apud manes victima ſacra Jovi eſt.

3. *omnia late Qui tenet, & ſicco concoquit ore famem*] pro *late* in cod. Petronii Scaligerano, & Fulgentii Voſſiano *omnia cernens.* ſed *late tenere* locutionem propriam de divitibus, qui plura latifundia poſſident, vindicavit Patruus. male enim in cod. Scalig. *Qui timet. conquirit* pro *concoquit* cod. Voſſ.

EP. CXXXVIII. *Quid faciant leges*] Ibidem Scaliger edidit ex Petron. cap. XIV. & H. Stephan. in Fragm. vet. Poët. p. 404. *Quid faciunt* cod. Scalig. confer cum Epigr. LXXIII. ſupra edito, & ſequentem illic Elegiam Sulpicii Servaſti de Cupiditate v. 15.

Quis metus hic legum? quaeve eſt reverentia veri,
Creſcenti nummo ſi mage cura ſubeſt.

Ibid. *ubi ſola pecunia regnat*] *pugnat* vetuſtiſſimus Voſſii codex Auſonianus. quod requirere videtur *vincere* in ſequente verſu. ſed *regnat* in cod. Petronii Scaligerano.

2. *Aut ubi paupertas vincere nulla poteſt?*] in cod. Scalig. & MS. Tornaeſ. *nuda.* non male.

3. *qui Cynica traducunt tempora caena*] *cera* cod. Scalig. & *coena* in marg. ex alio cod. *ſera* alii vel *ſecta. vera* Scalig. in marg mihi *pera*, ut conjecit Heinſius, inpenſe placet.

4. *nummis vendere verba ſolent*] ita edidi, ut in cod. Scalig. & vulgatis Petronii editionibus. quod probabat etiam Francius, & firmatur a codice Voſſii Auſon. in quo *vendere vera ſolent* pro *verba.* perperam enim edidit H. Stephanus & Scaliger, *numis verba ſolent emere.* verſ. ult. *cera* etiam in cod. Scalig. ſed in marg. *cauſſa* ex alio v. c. ut legendum, poſthabitis aliorum conjecturis.

EP. CXXXIX. *Quisquis habet nummos*] Legitur in Petron. cap 137. & apud Scalig. p. 230. totumque adſertur a Joh. Saresberienſi Lib. VII. Policrat. cap. 16. ubi nulla lectionis differentia eſt. neque apud H. Stephan. in Fragm. vet. Poët. p. 406. p. 406. niſi quod v. 5. male *concrepet omnis.* codicem Bibliothecae Caeſareae, in quo legitur hoc Epigramma cum titulo, *de commodis divitum*, memorat Lambec. Lib. II. Comment. de Bibl. Caeſ. pag. 934.

6. *ſit-*

Carmina conponat, declamet, concrepet, omnes
Et peragat cauſſas: ſitque Catone prior.
Juriſconſultus PARET, NON PARET, habeto.
Atque eſto, quidquid Servius, & Labeo.
Multa loquor. quidvis numis praeſentibus opta:
Et veniet. clauſum poſſidet arca Jovem.

EP. CXL. PETRONII ARBITRI. *In tenuis fortunae homines.*

Indum non fulgebat ebur, quod inhaeſerat auro,
Nec tam calcato radiabat marmore terra,
Muneribus deluſa ſuis: ſed crate ſaligna
Inpoſitum Cereris vacuae nemus: & nova terrae
Pocula, quae facili vilis rota finxerat aſtu.
Hinc molli ſtilla latus: & de caudice lento
Vimineae lances, maculataque teſta Lyaeo.
Et paries circa palea ſatiatus inani,
Fortuitoque luto. clavus numerabat agreſtes.
Et viridi junco gracilis pendebat arundo:
Conſervabat opes humilis caſa: mitia ſorba.

Prae-

6. *ſitque Catone prior*] *ſit Cicerone prior* conjecerat Tollius. ſed non opus eſt.

7. PARET, NON PARET] vid. Caſaub. ad Suet. Aug. cap. 95. in ſine.

9. *Multa loquor*] ita recte editur. licet in aliis *Parva.* ut ſupra Ep. xcv. 5. *Quid tam parva loquor?* neque neceſſe eſt cum Heinſio *Stulta loquor.* idem eſt quod apud Apulej. in Apolog. *Nimis multa oratio eſt, ſi velim cuncta memorare.* ſupra in Epigr. CCLVI.

Multa loqui breviter, ſit novitatis opus.

de aliis ſimilibus locutionibus *Vana loquor*, *Vera*, *Nota loquor.* &c. vide ſupra ad Lib. I. CLXXIII. 82.

10. *Et veniet*] forte legendum ac diſtinguendum,

——— *quidvis nummis praeſentibus optas,*
Eveniet. &c.

Tibullus Lib. I. El. 5. 57.

Evenient: dat ſigna Deus.

Albinovan. Epiced. Druſi v. 415. *Eventura precor.* ut recte adſeruerunt viri docti, non *Et ventura.* vid. ad Ovid. III. ex P. 4. 113. ubi ſimilis diverſitas. licet *veniet* ſimpliciter pro *eveniet* hic poſitum contendat Muncker. ad Fulgent. p. 113.

EP. CXL. *Indum non fulgebat ebur*] ex Petron. cap. 135. apud Scalig. Lib. I. pag. 195. & H. Stephan. in Fragm. vet. Poët. pag. 404. in cod. Scalig. *Non Indum.* & ſic Rutgerſius & Francius. *Non nitidum* in alio v. c.

2. *calcato radiabat marmore terra*] fruſtra in aliis codicibus *falcato.* intelligit pavimenta marmore incruſtata, cui dein gemmas ac lapides alios pretioſos addiderunt. Seneca Epiſt. 86. *Eo deliciarum pervenimus, ut niſi gemmas calcare nolimus.* Lucanus Lib. X. 113.

——— *laqueataque tecta ferebant*
Divitias, craſſumque trabes abſconderat aurum.
Nec ſummis cruſtata domus, ſectisque nitebat
Marmoribus, ſtabatque ſibi non ſegnis Achates,
Purpureusque lapis, totaque effuſus in aula
Calcabatur onyx.

vide ſupra ad h. l. Ep. LXX. 4.

Imum cruſta tegit quod pretioſa ſolum.

5. *vilis rota finxerat aſtu*] ſic cod. Scalig. ſed in marg. legebat *actu.* ut edidit Steph.

6. *Hinc molli ſtilla latus*] ſic codex Scalig. ejusque editio. *lacus* legendum contendit Chriſtius in Excurſu poſt Villaticum pag. 267. ut Scaliger etiam margini adſcripſerat. *molli ſcillae latus* Steph. ſed *mollis ſcillae lacus* reſtituit Patruus, ac de vino ſcillino expoſuit, quod ceteris virorum doctorum conjecturis praeferendum nemo non judicabit. mox, *ut de caudice lento Ulmineae lances* cod. Scalig. ſed *Vimineae* in marg.

9. *clavus numerabat agreſtes*] ſic Scaliger edidit, & Steph. ubi *clauſos* in marg. unde Gronovius *clauſos umbrabat agreſtes*, quod multis arriſit. ſed de *clavis*, per quos numerabant agricolae, alii rectius capiunt. *clavos numerabat* Douza & Palmer. alii, *clavus numerabat & annos.* & praec. verſu *palea ſatiatus agreſti.* non male.

11. *mitia ſorba*] *ſervo* Steph. & in marg. *porro.* qui

hunc

Praeterea quae fumoſo ſuſpenſa tigillo
Inter odoratas pendebant texta corollas.
Et Thymbrae veteres, & paſſis uva racemis,
Qualis in Actaea quondam fuit hoſpita terra
Digna ſacris Hecale. quam Muſa loquentibus annis
Battiadae veteris vivendo tradidit aevo.

EP. CXLI. EJUSDEM PETRONII.

Qui pelago credit, magno ſe foenore tollit.
Qui pugnas, & caſtra petit, praecingitur auro.
Vilis adulator picto jacet ebrius oſtro.
Et qui ſollicitat nuptas ad praemia, peccat.
Sola pruinoſis horret facundia pannis,
Atque inopi lingua deſertas invocat artes.

EP. CXLII. PUB. VIRGILII MARONIS.

Arretine calix, menſis decorate paternis,
Ante * Maii medici, quam bene ſanus eras.

EP.

hunc verſum ſequenti poſtponit. ut & in cod. Scalig.

13. *Inter odoratas pendebant texta corollas*] *adoratas* cod. Scalig. Steph. & alii. *exta* cod. Scalig. ut edidit.

16. *Digna ſacris Hecale, quam Muſa loquentibus annis Battiadae*] ſic edidit Scalig. non *Hecates*, ut intelligatur Hecale, quae Theſeum hoſpitio excepit. quam Callimachus poëmate *Hecales* laudavit. vide Schottum Lib. II. Obſerv. cap. 29. in fine. ſic & alibi *Hecale* & *Hecate* confuſae. ut Plauto *Hecalen* optime reſtituit Douza, Ciſtell. Act. I. Sc. I. 50. ubi male itidem vulgo legebatur, *numquam Hecata fies.* vide illic notas. & de eadem hac Hecale Statii locum Lib. XII. Theb. 592. explicat Gevartius in Epiſt. ad Grotium edita ex Muſeo Brantiano pag. 15. & 16. *loquentibus armis* emendabat Barthius Lib. XXIII. Adverſ. 24. pro carmine Callimachi. ut *arma Demoſthenis* ſupra Ep. 128. ſed infeliciter. poſteritatis perennitatem indicat. ut in illo Catulli Ep. 79. *te omnia ſecla Noſcent. &, qui ſis, fama loquetur anus.* in cod. Scalig. *Bacbineas veteres mirando tradidit aevo.* corrupte. *mirandam* Gronov.

EP. CXLI. EJUSDEM PETRONII] in Satyr. cap. 83. apud Scalig. pag. 195. & Steph. pag. 392.

4. *Et qui ſollicitat nuptas ad praemia, peccat*] in aliis diſtinguitur, *nuptas, ad praemia peccat.* *ſpectat* cod. Scalig. nec male. ſed *peccat* retinebat Scalig. id eſt adulterio potitur.

5. *Sola pruinoſis horret facundia pannis*] *haeret* male apud Steph. *prudentia* cod. Scalig. & vetuſtiſſimus Voſſii Auſonian. in fine *diſertas* metro adverſante edidit Scaliger.

EP. CXLII. P. VIRGILII MARONIS. *Arretine calix* &c.] Nullum dubium eſt, quin ita legendum ſit:

Aretine calix, menſis decor ante paternis,
Magii mendici, quam bene ſanus eras.

Quis neſcit Virgilii patrem Magium Figulum fuiſſe? Potes & legere *Maii mendici*, quod propius accedit ad corruptam lectionem. Nam *Magius* pro *Maius* dicebant, ut *Sergius* pro *Servius*. SCALIGER. Doctiſſimus vir malit, *Maii mendici*. Fuiſſe Virgilium Magii ſive Maii viatoris generum notiſſimum eſt. Mihi non diſplicet vulgata lectio, *Ante manus medici*. PITHOEUS. Non diſſimulandus hic error Joſ. Scaligeri, qui Magium figulum patrem facit Virgilii, & id neminem neſcire ait, ad Catalecta. Sed &, ſi diis placet, ipſo hoc a filio *mendicum* appellatum vult, eo carmine:

Arretine calix menſis decorate paternis
*Ante man * medici quam bene ſanus eras.*

ubi corrigit, *decor ante paternis Magi mendici*. At quid in eo ſalis? Immo *decorate* eſt coronate: ut *vina coronant*. Dein vel caecus videat legendum, *Ante manum medici*. & accipiendum fuiſſe medicum, qui eum confregerit, aut manibus excidere paſſus ſit, ita ut frangeretur. Atque inde acumen, quum medici ſit ſanare, hunc ſanum fuiſſe, quamdiu non venerit in medici manum. J. FR. GRONOVIUS. *init. Notar. ad Vitam Virgilii.* edidit Pithoeus Lib. I. pag. 36. & in Catalectis ſuis Scaliger Lib. I. pag. 194. qui hic ſine dubio erravit, & optime ſenſum atque acumen Epigrammatis expoſuit Gronovius. Scaligero erroris anſam praebuiſſe videtur Phocas in vita Virgilii v. 6.

Huic

Digitized by Google

Ep. CXLIII. P. Virgilii Maronis.

Humor alit ſegetem: ſegeti contrarius humor.
Quod juvat, hoc dulce eſt: quod cogitur, altera mors eſt.

Ep. CXLIV. *Menſae inſcriptum.*

Quisquis amat dictis abſentum rodere vitam,
Hanc menſam vetitam noverit eſſe ſibi.

Ep. CXLV. *in Garrulitatem.*

Lingua brevis, brevitate levis, levitate movetur,
Mobilitate loquax, garrulitate nocens.

Ep. CXLVI. Epicuri.

Cum te mortalem noris, praeſentibus exple
Deliciis animum. poſt mortem nulla voluptas.

Huic genitor figulus, Moro nomine, cultor agelli,
Ut referunt alii, tenui mercede locatus,
Sed plures figulum.

& paullo poſt, v. 11.

Mater Polla fuit Magii non infima proles.

ubi vide notas. *ante manus medici* etiam Scriverius. *ante manum medici* Broukhuſius probabat, & Tollius ad Auſon. Epigr. 73. *ante abacum medici* conjecerat Heinſius. pro *Arretine calix* margo ed. Pith. *Abietine*. in cod. Voſſ. *Arietine*. forte, ut innuat calicem arietini cornus formam habentem. ut apud Plin. XXXVII. 10. *Hammonis cornu inter ſacratiſſimas Aethiopiae gemmas aureo colore, arietini cornus effigiem reddens.* Sed non ſollicitanda eſt edita lectio. nam *Arretinus calix* eſt ex Arretio Italiae municipio. Iſidorus Lib. XX. Orig. cap. 4. *Arretina vaſa ex Arretio, municipio Italiae, dicuntur, ubi fiunt.* Martialis Lib. XIV. 98.

Arretina nimis ne ſpernas vaſa monemus.

qui *Arretinas teſtas* etiam memorat Lib. I. Ep. 54.

Sic Arretinae violant cryſtallina teſtae.

Plinius Lib. XXXV. cap. 12. *Major quoque pars hominum terrenis utitur vaſis. Samia etiamnum in eſculentis laudantur. Retinet hanc nobilitatem & Arretium in Italia; & calicum tantum, Surrentum, Aſta, Pollentia.* ubi male alii *Aretum* ſcribunt. ſed bene *Arretium* vindicavit Harduinus, adducto hoc ipſo Epigrammate. eodem modo & apud Fulgent. in Expoſ. Serm. Antiq. pag. 781. *Aricinas mentes. Aricinas vero teſteas vel argillaceas.* ubi Turnebus *Ericinas*. ſed recte Munckerus *Aretinas*. qui in hoc Epigrammate male tamen profert *manibus decorate paternis*. ſed in altero verſu *Ante manus medici*. plura de vaſis Aretinis in ſupellectile eſculentorum paſſim apud veteres laudatis vide apud Barth. Lib. VI. Adverſ. cap. 6. *decor ante* margo Pithoei ex prima edit. Scalig. *decus* Heinſ.

Ep. CXLIII. *Humor alit ſegetem*] vid. Iſ. Voſſ. ad Catull. pag. 154. ſub Virgilii nomine ediderunt Pithoeus Lib. IV. pag. 191. & Scaliger Lib. I. Catalect. pag. 236.

Ep. CXLIV. *Quisquis amat dictis abſentum rodere vitam,*] edidit Pithoeus Lib. I. p. 28. tribuitur Auguſtino. & in codice Virgilii Guelferbutano praefigitur titulus, *de Detractoribus S. Auguſtini ſuper menſam.* per *dicta* intelliguntur ſcommata, ſeu dicteria maligna, joci mordaces. vide notas ad Fragm. Petron. pag. 871. ed. noviſſ. & ad Satyr. cap. 109. ubi Barthius hoc in verſu adfert, *abſentem rodere vitam.* quo modo *abſentem vitam* pro abſentibus hominibus dixiſſet. de quo vide notas ad Lib. I. Ep. 136. 10. quibus adde illud Tibulli Lib. II. El. I. 37.

——— *bis vita magiſtris*
Deſuevit querna paſcere glande famem.

& plura exempla ex Graecis & Latinis ſcriptoribus dedit Cel. Hemſterh. ad Lucian. Dialog. pag. 70–72.

2. *Hanc menſam vetitam*] vetus exemplar Poſſidii Calamenſis habet ſcriptum,

Hanc menſam indigne noverit eſſe ſuam.

PITHOEUS. in cod. Virgilii Guelferbutano,

Hanc menſam indignam noverit eſſe ſuam.

unde Cl. Oudendorpius legebat,

Hac menſa indignam noverit eſſe ſuam.

vitam nempe, ſive mores.

Ep. CXLV. *Lingua brevis* &c.] apud Pith. Lib. I. pag. 28.

Ep. CXLVI. Epicuri. *Cum te mortalem noris* &c.] hoc titulo edidit Pithoeus in Praeterm. pag. 481. ed. Pariſ. & cum Epitaphio Sardanapali Latino e Graecis verſo conjunxit Boniſac. de comp. Epitaph. pag. 161.

Ibid. ——— *praeſentibus exple*
Deliciis animum] ita omnino legendum. ut dictum ſupra ad Lib. I. LXXII. 22. ubi vide notata. & ſic apud Boniſacium. male enim *Divitiis* edidit

Digitized by Google

EP. CXLVII. M. TER. VARRONIS.

* * * * *

Natura humanis omnia ſunt paria.
Qui pote plus, urguet: piſces ut ſaepe minutos
Magnu' comeſt, ut aves enecat accipiter.

EP. CXLVIII. EJUSDEM.

* * * * *

Ergo tum Romae parce pureque putantes
Vivere, cum patria nunc ſumus in rutuba.

E P.

Pithoeus. ita variant codices apud Propert. Lib. IV. El. 4. 74.

Quum pagana madent fercula deliciis.

ubi in MSS. *divitiis*. Ovid. Rem. Am. 746.

Divitiis alitur luxurioſus amor.

ubi in Cantabrigienſi & Leidenſi codice *Deliciis*. & XIII. Met. 831.

Nec tibi deliciae faciles, vulgataque tantum
Munera contingent.

ubi *divitiae* in aliis. vide illic Patrui notas. Martial. Lib. XII. Ep. 66.

Et caſa divitiis ambitioſa latet.

ubi *delitiis* in Voſſiano, aliisque codicibus. & ſic apud Claudian. I. in Eutrop. 229.

Jamque oblita fui, nec ſobria deliciis mens.

pro *divitiis* Heinſium legere notavit Patruus. deſumta autem haec ſive verſa ſunt ex initio Epitaphii Graeci Sardanapalo ſcripti a Chaerilo apud Athenaeum Lib. VIII. cap. 3. pag. 336.

Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, τὸν θυμὸν ἄεξε
Τερπόμενος θαλίῃσι, θανόντι σοι οὔτις ὄνησις.

ubi θαλίῃσι firmat emendationem noſtram *Deliciis*. & ſimilia ibidem occurrunt in ſequentibus Amphidis, Sotionis, aliorumque fragmentis. egregie vero Graecum illud Epitaphium illuſtravit Ill. Bouhierius in Diſſert. Herodoteis pag. 225. & ſeqq. & vide ſupra ad Lib. II. Ep. 1. Ex his patet EPICURI nomen huic Epigrammati inſulſe praeſcriptum eſſe, ex vulgari opinione de Epicuro, ſummum bonum in voluptate & deliciis ſtatuente.

EP. CXLVII. M. T. VARRONIS] ibidem apud Pithoeum hoc & ſequens Varronis fragmentum legitur. apud Nonium in *Comeſt* pag. 81. ed. Merc. recte editur,

Natura humanis omnia ſunt paria.

nam corrupte in vitioſis Nonii editionibus legitur, *Nam in humanis*, ut in Fragm. Varr. pag. 120. & male Victorius Lib. VI. Var. Lect. cap. 8. adfert,

Nam humanis omnia ſunt paria.

humani hic dicuntur pro hominibus. ut apud Lucret Lib. III. 849.

In dubioque fuit, ſub utrorum regna cadendum
Omnibus humanis eſſet, terraque, marique.

vid. Vorſt. ad Juſtin. Lib. XLII. 3. 2. & Malaſp. ac Graev. ad Cic. XIII. ad Att. Ep. 21. pag. 438. ubi hic Varronis locus etiam adfertur, ſed male in verſu tertio, *piſces, & ſaepe minutos*, &c.

2. *Qui pote plus, urguet*] vitioſe Victorius adfert, *Qui te plus urget, piſcis ut ſaepe minutos Magnus comeſt*. locutionem *plus poſſe*, de validiore, ut *plus facere, plus videre*, optime adferit Gronov. Diatr. Stat. pag. 181. reliqua hujus Epigrammatis ex proverbiali loquendi modo veteribus uſitato illuſtrat Muretus Lib. II. Var. Lect. cap. 9. ubi etiam Victorium refellit, qui corrupte hos Varronis verſus protulit, eosque emendatius exhibet, ita ut edidi ex Pithoeo.

EP. CXLIII. *Ergo tum Romae parce pureque putantes*] *pudentes* edidit Scaliger in Fragm. Varr. pag. 145. adferuntur hi verſus a Nonio in *rutuba* pag. 167. ed. Merc. ubi editur *parce pureque pudentis Vivere in patriam*. mihi arridet valde Guilielmii emendatio Lib. III. Veriſ. cap. 18. *Vixere in patria*, ut innuat Varro, degeneraſſe a priſtinis Romanis, qui olim parce, pure, ac pudentes vixerant. & ſic If. Voſſius, in cujus codice, nunc Leidenſi, etiam *patria*. aliter Lipſius Lib. IV. Epiſt. Quaeſt. Ep. 23. qui legit,

Ergo tum Romae parce pureque putantes
Vivere, cum patria nunc ſumus in rutuba.

ut dicat, ſe putaſſe parce & tranquille vivere Romae, ſed nunc ſimul cum patria in media perturbatione eſſe. nam *rutubam* Nonius exponit perturbationem. quae ſenſum etiam commodum efficiunt, ideoque ita diſtinxi.

Digitized by Google

EP. CXLIX. C. CILNII MAECENATIS.

Debilem facito manu,
Debilem pede, coxa,
Tuber adſtrue gibberum,
Lubricos quate dentes:
Vita dum ſupereſt, bene eſt.
Hac mihi vel acuta
Subdas, ſuſtineo cruce.

EP.

EP. CXLIX. C. CILNII MAECENATIS. *Debilem facito manu*] edidit Pithoeus Lib. I. pag. 39. hos Maecenatia verſus, qui exſtant apud Senecam Epiſt. 101. quos Ithyphallicos eſſe & ſic conſtituendos cenſet Scaliger in Epiſt. XXXIII. ad Pithoeum:

Debilem facito manu, debilem pede, coxa
Tuber, adſtrue gibbum: lubricos quate dentes.
Vita dum ſupereſt, bene eſt: hanc mihi vel acuta
Subdas, ſuſtineo, cruce. * *.

verſu ſecundo *Debilem pede, coxa*, ſcribendum, non *coſta*. vide Goeſii notas ad Petron. cap. 43. p. 197. ſic *coxa debilis* Juvenali Sat. X. 227. *debilis* enim *coxa, pede*, vel *manu*, dicitur, qui illis corporis partibus laeſus eſt ac mutilus. κυλλὸς Graecis. vid. D. Heinſ. Exerc. Sacr. cap. XI. fin. eo ſenſu *debilitatus* apud Suet. Aug. 43. & *debili crure adire* Veſp. 7. *debilis miles* apud Plin. VII. 28. *debiles pedibus & qui ambulare non poſſunt*. apud Lamprid. in Comm. cap. 9. & *debilitates membrorum* Quinctil. Declam. V. cap. 12. vide Giphan. Ind. Lucr. in *debile*. Graev. ad Cic. pro Rabir. cap. 7. & Heinſii ac Patrui notas ad Ovid. III. Triſt. 4. 20.

3. *Tuber adſtrue gibberum*] *Tuberi adſtrue gibberem* Heinſ. ad Ovid. II. Art. Am. 119.

6. *Hanc mihi vel acuta Subdas, ſuſtineo cruce.*] vet. codex *Si ſedeam cruce, ſuſtine*. PITHOEUS. ita omnes meliores libri, & eſſe veram lectionem firmavi in libello de Cruce (Lib. I. cap. 7.) *Sedent* autem *in acuta cruce*, qui ſtipite acuto transfixi ab imo ſunt per os emergente. verſus porro cauſſa *Sedeam* diſſyllabum exaudiendum: atque ita in libris quibusdam *ſedam* ſcriptum. LIPSIUS. Haec corrupta, & varie a viris doctis caſtigata ſunt. eamdem lectionem, quam in hac ad Senecam nota probat Lipſius, etiam amplectitur ad Tacit. XIV. Ann. cap. 22. Sed rejicit eam Valens Acidalius in Centur. I. Epiſt. Critic. pag. 334. & ſeqq. qui reſcribit:

Hanc mihi ∴ (ſcil. *da vitam*) *vel acutam*
Subde. ſuſtineo crucem.

longe aliter Salmaſ. de Foen. Trapez. pag. 765. qui legit,

Hanc mihi, vel acuta
Subſidem cruce, ſuſtine.

Nic. Heinſius tentaverat,

Haec mihi vel acutae
Subdat, ſuſtineo, cruci.

vel hoc modo:

Hanc mihi vel acuta
Subdas, ſuſtineo, cruce.

aliorum conjecturas recenſet Meibom. in Maecen. c. XXIV. p. 151. & ſeq. & inter alias hanc Briſſonii,

— *hanc mihi, vel acuta*
Si ſedem cruce, ſuſtine.

Cl. Oudendorpius conjiciebat, *Sideus ſuſtineam cruce*. id eſt inſidens ita ut deprimar, ſuſtinere poſſim, neque opus eſſe diſtinctionibus putabat. mihi videtur commodiſſime refingi poſſe,

Hanc mihi vel acuta
Si das, ſuſtineo, cruce.

Si vitam modo mihi das, vel in acuta cruce, ſuſtineo. eleganter *ſuſtinere* pro *quidvis perferre patique*, ut dicit Horat. I. Ep. 15. 17. ſeu perpeti quaevis mala, vel corporis debilitates antea enumeratas. & ita hic capiebat Acidalius: ut *ſuſtinere* ſimpliciter pro ferre, pati. vid. Patrui notas ad Phaedr. IV. fab. 15. 7. ſic *ſuſtinere invidiam*, pati, invidiae par eſſe. ut apud Auctorem Querol. Vitalem Bleſenſem pag. 57.

Suſtineo invidiam nominis ipſe mei.

ut legendum. vide illic Gruteri notas. nam male Barthius Lib. XLVII. Advers. cap. 24. *Suſtineo invidiam nominis eſſe mei.* & *ſuſtineo* ex aevi barbari ſenſu exponit, opinor, arbitror. Mallem tamen hic *ſuſtinere vitam* interpretari pro vitam protrahere. ut *ſuſtinere ſpiritum* Phaedro Lib. III. fab. 2. 6. ſic apud Albinovanum in Epicedio Druſi v. 372.

Illa rapit juvenes, ſuſtinet illa ſenes.

id eſt fata ſenum protrahit ac moratur. vide ad Auctor. Eleg. in obit. Maec. v. 8. & ſupra hoc Libro Ep. 104. v. 9. Ovid. Epiſt. III. 142.

Suſtinet hoc animae ſpes tamen una tui.

& Epiſt. I. 114.

Extremum fati ſuſtinet ille diem.

ubi

Digitized by Google

EP. CL. LUCILII JUNIORIS.

Mors non una venit, ſed, quae rapit, ultima mors eſt.

EP. CLI. SENECAE EXSULIS *Querela in Invidum.*

Occiſi jugulum quisquis ſcrutaris amici
  Tu, miſerum necdum me ſatis eſſe putas:

Deſere

ubi vide Patrui notas. & ad Quinctil. Lib. IX. cap. 4. pag. 851. ſimile autem his Maecenatianis eſt illud Naſonis Lib. I. ex P. VI. 3.

Atque aliquis pendens in cruce vota facit.

& apud Auctorem Eleg. de Spe v. 24.

Noxius infami diſtrictus ſtipite membra
Sperat, & a fixa poſſe redire cruce.

EP. CL. *Mors non una venit: ſed quae rapit, ultima mors eſt*] ita recte puto edidiſſe Pithoeum Lib. III. pag. 145. Alii legunt,

Mors non ultima venit, quae rapit ultima, mors eſt.

quod contra Muretum defendit Lipſius ad Senecae Epiſt. XXIV. qui in anapaeſtos etiam redigi poſſe putabat hoc modo:

Mors non ultima venit,
Quae rapit ultima, mors eſt.

Gronovius in Epiſt. ad N. Heinſ. Tom. III. Syllog. p. 185. ſola diſtinctione verſum adjuvandum cenſet,

Mors non ultima venit; quae rapit, ultima mors eſt.

ſed in prima parte *Mors non ultima* alienum videtur. nam ut hic *Mors non una*, ita contra apud Statium Lib. I. Th. 109. *Et populis mors una venit.* id eſt eadem, communis, vel certa. ubi *mors multa* male Peyraredus. vid. Oudend. & Patrui notas ad Lucan. II. 195.

Unius populum pereuntis tempore mortis.

Fuit cum caſtigandum opinarer,

Mors non una venit; ſed quae rapit, ultima meta eſt.

cui conjecturae adſtipulari poſſet Serv. ad Virgil. XII. Aen. 545. *Mortis metas, id eſt mors, quae meta eſt & finis: nam metas viae dicimus, non mortis: mors enim infinita eſt.* & illud Petronii cap. 94. *meque a fatali jam meta revocavit ad lucem.* vide Gronov. ad Senec. Epiſt. XII. Sed nihil mutandum potius, quia *ultima* & *extrema mors* de fatali neceſſitate paſſim veteribus dicitur. Petronius in Trojae Haloſi inter Scalig. Catalect. pag. 251.

Continuat in mortem ultimam ſomnos.

ubi alii *noctem.* vel *ultimos ſomnos*, ut Douza Fil. teſte Lindenbrog. in notis pag. 335. licet patris ſui emendationem *in noctem ultimam* probaverit in Conjectan. ad Catull. cap. I. in fin. pag. 21. Virg. II. Aen. 447.

—— his ſe, quando ultima cernunt,
Extrema jam in morte parant defendere telis.

Statius Lib. III. Theb. 70.

———— prodiga vitae
Pectora, & extremam nihil horreſcentia mortem.

& hinc recte forte ſe habet ſcriptura apud Juſtin. Lib. VII. cap. 2. ubi *mortis poſtrema.* pro quo perperam Freinshemius *morientis poſtrema.* ita *mortis finem* dixit Boëth. Lib. II. Conſ. Phil. proſ. 4. in fin. Prudentius Hym. IV. Periſteph. 133.

Invidus quamvis obitum ſupremum
Perſecutoris gladius negarit.

Minucius Felix cap. XXXVI. circa finem: *Deus usque ad extremam mortem voluntatem hominum ſciſcitatur.* & hinc apud Lucanum Lib. VI. 724. ſcribendum cenſebat Cel. Oudendorpius:

Ah miſerum, extremae cui mortis munus inique
Eripitur, non poſſe mori!

non *extremum munus*, ut olim edidit. ſic *ultima poena* vocatur mors eidem Lucano Lib. VIII. 395.

Sed tua ſors levior, quoniam mors ultima poena eſt.

Luxurius Epigr. 58.

Quamvis tarda, tibi veniet mors ultima tandem.

ſed plura vide in notis Interpretum ad Petron. cap. 89. fin. Bentleji ad Horat. Lib. II. Epiſt. 2. 173. Drakenb. ad Silium Lib. V. 416. & Cortii ad Plin. Lib. II. Epiſt. XI. pag. 127.

EP. CLI. CLII. CLIII. CLIV. SENECAE EXSULIS &c.] Quatuor haec Epigrammata a Pithoeo Lib. I. pag. 43. & 44. & Scaligero Lib. I. p. 198. & 199. edita ſunt, atque in vulgatis Senecae Philoſophi ante Conſolationem ad Helviam, ac Tragici editionibus in fine exhibentur inter alia Epigrammata, quae in exſilio ſcripta vel ab ipſo Seneca, vel ab alio quopiam ſub Senecae exſulis perſona, quorum partem ſupra etiam dedimus hoc Libro Ep. XI. XII. XIII. & XCV. primi Epigrammatis inſcriptio in vetuſto codice Voſſiano eſt, PARCENDUM MISERO. qui verſum primum vitioſe exhibet hoc modo,

Occiſum jugulum quisquis ſcrutaris unus amicus.

2. *Tu, miſerum necdum*] vitioſa lectio. bene Heinſius, Scriverius, Francius, ac Tollius corrigebant,

Occiſi jugulum quisquis ſcrutaris amici,
Et miſerum necdum me ſatis eſſe putas.

4. *Mor-*

Deſere confoſſum. victori vulnus iniquo
Mortiferum inpreſſit mortua ſaepe manus.

Ep. CLII. EJUSDEM *ad amicum Criſpum.*

Criſpe, meae vires, laſſarumque anchora rerum,
Criſpe, vel antiquo conſpiciende foro:
Criſpe, potens numquam, niſi cum prodeſſe volebas:
Naufragio litus, tutaque terra meo:
Solus honor nobis, arx & tutiſſima nobis:
Et nunc adflicto ſola quies animo:
Criſpe, fides dulcis, placidique acerrima virtus:
Cujus Cecropio pectora melle madent:

Ma-

4. *Mortiferum inpreſſit*] *preſſit* cod. Voſſ. a m pr. locum Ciceronis: *Mars ſaepe victorem in ipſa victoria rapuit & perculit ab abjecto*, adſcripſerat Tollius. non diſſimile illud ſupra Lib. II. Ep. 131. v. 36.

Victorem & victum conficit una manus.

mortua autem *manus* pro *moriens* nimis dure dictum videbatur Cl. Oudendorpio, invertebatque *ſaepe manus moriens.*

Ep. CLIII. EJUSDEM *ad amicum Criſpum.*] In ſchedis Pithoei Senecae adſcribitur cum aliis, & non eſſe unius aut ſtili ejusdem eſſe putat. Criſpus iſte non videtur Criſpus Paſſienus, non enim tempore Senecae vixit. fuit ſane alius Criſpus nomine gentili Vibius, inter jucundos ſuavesque Oratores, & tempore Flaviorum principum gratioſus. Poteſt ad illum Epigramma eſſe, ſed ab exſule alio. SCRIVER. *in notis MSS. ad Martial.* quem & vide in Teſtimoniis de Seneca Tragico pag. 16. cui haec Epigrammata etiam praefixit.

vs. 1. *Criſpe, meae vires* &c.] AD AMICUM OPTIMUM titulus eſt in cod. Voſſ. & Schedis MSS. Scalig. Criſpum Paſſienum Oratorem celebrem, Agrippinae maritum, intelligit Lipſius in notis ad hoc Epigramma pag. 163. ſed filium potius illius N. Faber; nam hujus nota eſt, non Gronovii, ad Lib. II. Controv. pag. 204. & ad Excerpt. Controv. Lib. III. pag. 426. ed. Gronov. obitum hujus Criſpi deflet in Epigrammate ſupra edito Lib. II. Ep. 249.

3. *Criſpe, potens numquam, niſi cum prodeſſe volebas*] ita in cod. Voſſ. & ſchedis Scalig. *ſolebas* Heinſius. idem de Livio Druſo dici apud Vellejum notaverat Caſaubonus. vid. Lib. II. 97. Albinovanus de eodem in Epiced. ad Liviam v. 47.

Nec nocuiſſe ulli, & fortunam habuiſſe nocendi,
Nec quemquam nervos extimuiſſe tuos.

Auctor Elegiae in obitum Maecen. v. 15.

Omnia cum poſſes, tanto tam carus amico,
Te ſenſit nemo velle nocere tamen.

5. *Solus honor nobis, arx & tutiſſima nobis*] ſic Pith. & ſchedae MSS. atque editio Scalig. *a nobis ars & tutiſſima* cod. Voſſ. *arx munitiſſima nobis* conjecerat Heinſius.

7. *Criſpe, fides dulcis, placidique acerrima virtus*] verſum hunc corruptum ſuſpicor, quem viris doctis intactum ac praeteritum fuiſſe, mirari equidem ſatis non poſſum. quid enim ſibi velit *placidi acerrima virtus*, minime adſequor. Forſan ſcripſerit,

——— *Latiique acerrime vindex,*
Cujus Cecropio pectora melle madent.

ut a Romana & Graeca ſimul eloquentia Criſpum Paſſienum commendet. ſumma enim haec in Oratore apud veteres laus. ſic ſupra in Petronii Epigr. CXXVIII. ut legendum conjeci,

——— *& ingentis quatiat Demoſthenis arma,*
Hinc Romana manu circumferat, oraque Grajo
Exonerata ſono, madeant ſuffuſa ſapore,
Grandiaque indomiti Ciceronis verba minetur.

eo ſenſu *vindex Latii*, ſeu ſermonis Latini, dicetur Criſpus. niſi quis malit *Latium* ita ſimpliciter poſitum interpretari pro gravitate ac majeſtate Latina. ut in Luſibus liberis Epigr. 1.

Conveniens Latio pone ſupercilium.

ubi *Tatio* caſtigabat Scriverius, probante Heinſio ad Ovid. 1. Artis 560. & Gevartio Lib. II. Elect. cap. 6. quod licet defendi poſſit, adſentior tamen Barthio vulgatam illic lectionem vindicanti Lib. XLIV. Adverſ. cap. 6. & in notis ad illud Claudiani Bel. Get. 374.

Inque uno princeps, Latiumque, & tota refulſit
Roma viro.

ſimiliter *laceſſere Latium*, id eſt virtutem, majeſtatem Latinam, dixit Ennius apud Nonium in *mutritur* pag. 478.

Qui rem Romanam, Latiumque laceſſere vultis.

ita enim emendabat If. Voſſius in ſuo codice, pro

La-

Maxima facundo vel avo, vel gloria patri,
Quo ſolo careat ſi quis, in exſilio eſt.
En hic qui jaceo ſaxis telluris adhaerens:
Mens tecum eſt, nulla quae cohibetur humo.

EP. CLIII. EJUSDEM *Querela.*

Quisquis es, (& nomen dicam? dolor omnia cogit)
Qui noſtrum cinerem nunc, inimice, premis:

Et

Latiumque alciſcere. unde *algiſcere* vel *augeſcere* Giſan. Ind. Lucret. p. 345. quod ultimum etiam conjecit Merula ad Enn. p. 61. N. Heinſius *adgliſcere. berciſcere* Junius, & alii aliter. quem Ennii verſum imitatus eſt Horatius in Carm. Sec. v. 66.

Si Palatinas videt aequus arces,
Remque Romanam Latiumque felix.

ut illic notavit Beutlejus. Haec ſi minus adrideant, poſſet etiam legi,

Criſpe, fides dubiis, placidisque acerrime vindex.

ut *virtus* lemma marginale fuerit gloſſatoris, tamquam inter Excerpta notantis, quod deſcribatur *virtus* illius, qui maxima cum fide dubios in judicio reos, & placidos atque injuſte oppreſſos acerrime deſendit. Sed locum hunc absque controverſia mendoſum acutioribus aliorum conjecturis lubens relinquo.

8. *Cujus Cecropio pectora melle madent*] ſi Senecam auctorem habeat hoc Epigramma, imitatus eſt hunc verſum Martialis Lib. VII. Ep. 68.

Haec eſt illa tibi promiſſa Theophila, Cani,
Cujus Cecropio pectora rore madent.

vide ſupra ad Lib. II. Ep. 243. 2.

9. *Maxima facundo vel avo, vel gloria patri*] *facundi* cod. Voſſ. in ſchedis Scaligeri MSS. legitur cum lacuna *vel avi * gloria.* ſed in margine *vel avo vel gloria patri* correxerat. de patre Paſſieni Criſpi cognomine recte intelligit Lipſius, ſed de avo nihil ſe ſcire fatetur. de Salluſtio capiendum adſcripſerat N. Heinſius.

10. *Quo ſolo careat ſi quis, in exilio eſt*] ita recte diſtinxerunt Pithoeus, Scaliger, Scriverius, Gronovius poſt Senecam Tragicum, & editio Lipſii ac Moreliana Senecae Philoſophi, ſed in ejusdem utraque editione Gronoviana perperam diſtinguitur,

Quo ſolo careat, ſi quis in exilio eſt.

11. *En hic qui jaceo ſaxis telluris adhaerens*] Alia lectio, *An tua cui jaceo.* adnotatumque inſuper alias legi, *An tua Cyrneae ſaxis telluris.* recte. Non audio qui volunt *At quin Cyrneae.* SCRIVER. Scaliger maluerat *An tua Cyrneae.* quod ut amplector, ita & in ſequenti pro *tecum* lego *mecum.* Rogat enim poëta & exquirit, num Criſpus etiam ſui memor ſit, & an ejus animus, qui nullis terrarum anguſtiis cohiberi vel retineri poteſt, non ſecum ſit jam in inſula Corſica exſulante. vide quae Scaliger ad Diras. in Gronovii editione legitur,

At mea Cyrnaeae ſ. t. adhaerens
Mens tecum eſt, nulla &c.

TOLLIUS. *An tu qui jaceo* cod. Voſſ. *An tu cui jaceo* Schedae MSS. Scalig. & in marg. *An tua. En hic qui jaceo* edidit Pithoeus. *At tua Cyrneae ſaxis* correxerat Scriverius ad oram ed. Scalig. in cujus primae Lugdunenſis margine id jam conſpicitur. ſed in notis nihil monuit. Faber legebat *At quin Cyrneae.* Lipſius praeferebat, *At mea, qui jaceo* &c. Quod autem Tollius Scaligeranum *At tua Cyrnaeae ſaxis* adprobet, ſed in pentametro *Mens mecum eſt* emendet, non video quomodo conveniat ſtructurae verborum. *adhaerens* enim jungi debet cum *mens tua*, non cum *mecum.* Criſpus vero non exſulabat in inſula Corſica, ſed Seneca. Quapropter legerem potius:

At mea Cyrneae ſaxis telluris adhaerens
Mens tecum eſt &c.

ut video edidiſſe Gronovium in Seneca Philoſopho: ſed poſt Tragicum vitioſe exhibuit,

An tua, Cyrneae ſaxis telluris adhaerens,
Mens tecum eſt &c.

ut edidit etiam Scriverius. Cel. Oudendorpius reponendum cenſebat,

Cyrneae, en! jaceo ſaxis telluris adhaerens,
Mens tecum eſt &c.

id eſt, corpore quidem alligor Cyrneae telluri, ſed mens, quae nulla humo cohiberi poteſt, eſt tecum. de *Cyrnea tellure* pro Corſica vide ſupra ad Lib. I. 147. 27. & ad h. L. Ep. XII. 2. *ſaxa Cyrneae telluris*, ſeu Corſicae, hic dicuntur, ut apud Claudian. Bel. Get. 218. *inhoſpita Cyrni ſaxa.* quomodo recte pro *Cypri* reſtituerunt viri docti.

EP. CLIII. EJUSDEM *Querela*] DE CUSTODIA SEPULCHRI inſcribitur in v. c. Voſſiano, & ſchedis MSS. Scalig.

1. *Quisquis es (& nomen dicam?)* forte, *an nomen dicam?* vel potius ſine interrogandi nota, *Quisquis es, en nomen dicam:* ut minetur, ſe no-

men

Et non contentus tantis ſubitiſque ruinis,
  Stringis in extinctum tela cruenta caput:
Crede mihi, vires aliquas Natura ſepulcris
  Adtribuit. tumulos vindicat umbra ſuos.
Ipſos crede Deos hoc nunc tibi dicere, Livor,
  Hoc tibi nunc Manes dicere crede meos:
Res eſt ſacra, miſer. noli mea tangere fata.
  Sacrilegae buſtis abſtinuere manus.

EP. CLIV. EJUSDEM *Querela in eum, qui maligne jocatur.*

Carmina mortifero tua ſunt ſuffuſa veneno,
  Et ſunt carminibus pectora nigra magis.
Nemo tuos fugiat, non vir, non femina dentes,
  Haud puer, haud aetas undique tuta ſenis.
Utque furens totas inmittit ſaxa per urbes
  In populum: ſic tu verba maligna jacis.

Sed

men ejus non taciturum; quod ſuadent ſequentia, *dolor omnia cogit.* ut in Epigrammate in Lucium Lib. II. Ep. 246. pag. 436.

Nunc laede, nunc laceſſe, ſi quidquam vales:
  En nomen adſcribo tuum.

ut legendum, non *Et nomen.* vide illic notas.

7. *Ipſos crede Deos hoc nunc tibi dicere, Livor,*
  Hoc tibi nunc Manes dicere, crede, meos] ſimile rurſus illud Martialis Lib. IX. Ep. 42.

Ipſam crede tibi naturam dicere rerum.

adeo ut alterutrius imitatio videatur. ut autem hic manes non violandos obteſtatur, ita in Epitaphio veteri apud Pithoeum Lib. III. p. 108.

Nam durae mortis ſacratos laedere Manes
  Parce, monent leges & levis umbra loci.

ut verſus corruptiſſimos legendos eſſe ſuo loco notabimus.

9. *Res eſt atra miſer*] hoc quidem inſulſum & inficetum. Corrige *Res eſt ſacra miſer*, id eſt ſacroſancta, quae absque ſcelere violari non poſſit. ſubſcribit huic emendationi ſequens verſus, *Sacrilegae buſtis* &c. Sacra enim qui violat, ſacrilegus. Ipſi deinde manes ſeu potius ipſa buſta ac ſepulchra erant ſacra. verum jam illa lectio in Senecae editione a Gronovio inſtructa exhibetur. TOLLIUS. ita omnino legendum. *Res eſt atra miſer* in v. c. Voſſiano, & ſchedis Scaligeri, ut edidit. ſed in cujus ora etiam Scriverius emendaverat *Res eſt ſacra miſer.* ut ante Senecam Tragicum edidit, & recte apud Pithoeum legitur, & ſic in margine primae editionis Scaligeri Gallicanae Lugdunenſis. vide & Gronov. Lib. II. Obſerv. cap. 12. pag. 308. qui poſt Senecam Tragicum ita etiam edidit. ſequentem verſum illuſtrant notae Daviſii ad Cic. I. Tuſc. cap. 12. loquitur autem hic de ſe relegato & commerciis hominum exemto, tamquam de mortuo ac ſepulto. ut ſupra Ep. XII.

Parce relegatis, hoc eſt jam parce ſepultis,
  Vivorum cineri ſit tua terra levis.

ubi vide notas.

EP. CLIV. EJUSDEM *Querela in eum, qui maligne jocatur*] ibidem apud Pith. pag. 44. & Scalig. p. 199. in v. c. Voſſiano, & ſchedis Scaligeri, titulus tantum eſt, IN EUM QUI MALIGNE JOCATUR.

2. *Et ſunt carminibus*] ita recte edidit Pith. & Scriver. probante Lipſio. nec aliter in cod. Voſſ. & ſchedis Scalig. unde miror in utraque ejus editione legi *criminibus.* niſi operarum error ſit. *Sunt tua carminibus* legebat Heinſius. forte melius *Sed ſunt carminibus.* vel cum Francio *At ſunt.* Cl. Oudendorpius,

At ſunt carminibus pectora tetra magis.

Ibid. *pectora nigra magis*] Quid ſi *malis?* mihi ſane rectius videtur. LINDENBR.

3. *Nemo tuos fugiat*] *fugiet* cod. Voſſ. & ſched. Scalig. & verſ. ſeq. *Aut puer aut aetas. fugit* Heinſius & Francius. pro effugit. in pentametro etiam legi poſſet, *haud aetas undique tuta ſenex.* adjective, pro aetas ſenilis. cujus uſus exempla larga manu dedit Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. El. 7. 88. & Patruus ad Ovid. III. Art. 81.

5. *Utque furens totas inmittit ſaxa per urbes*
  In populum: ſic tu verba &c.] ita diſtinxit Scaliger, Pithoeus, & Scriverius. ſed melius puto

Gro-

Sed ſolet inſanos populus conpeſcere ſanus:
 Et repetunt motum ſaxa remiſſa caput.
In te nunc ſtringit nullus non carmina vates,
 Inque tuam rabiem publica Muſa furit.
Dum ſua conpoſitus nondum bene concutit arma
 Miles, & e noſtra lancea torta manu:

Bel-

Gronovium in utriusque Senecae editione dediſſe,

Utque furens totas immittis ſaxa per urbes:
In populum ſic tu verba maligna jacis.

auget enim invidiam, quod non tantum in ſe, ſed & in omnem *populum* maligne eum jocari dicat. ſic paullo ante,

Nemo tuos fugit, nec vir, nec femina dentes &c.

& ſic Francius, niſi quod *furor* pro *furens* legebat.

7. *inſanos populus*] *populos* cod. Voſſ.

8. *Et repetunt motum ſaxa remiſſa caput*] forte *votum*. Ovid. (in Ibin 470.) *Saxaque devotum grandine plura petant*. PITHOEUS. recte Heinſius emendationem hanc Pithoei rejiciebat. nam *votum caput* pro devoto, aut diris exſecrato, non hujus loci eſt. *motum caput* eſt inſanum, furibundum. ut numine divino agitati *moti* dicuntur. Gloſſarium Leidenſis Bibliothecae ineditum: *Limphatus, mente motus, furioſus*. Seneca de Tranq. an. cap. ult. *Non poteſt grande aliquid & ſupra ceteros loqui, niſi mota mens*. ſic *mota mens* pro alienata, furioſa. Ovid. v. Triſt. 6. 24.

Non adeo tot fatis urguemur iniquis,
Ut mea ſit longis mens quoque mota malis.

ubi *lentis malis* Excerpta Voſſii, longe elegantius. Seneca Conſol. ad Polyb. cap. 37. *nec impietatem imitetur, nec inſaniam: & nos in eo teneat habitu, qui & piae mentis eſt, nec motae*. ut recte vindicavit J. Fr. Gronovius, quem vide. *inſano concita motu* apud Ovid. III. Met. 711. forte & *mota ſacra* de Cybeles ſacris, pro furore divino plenis, accipienda ſunt apud Valer. Fl. Lib. III. 232.

——— *at barbara buxus*
Si vocet, & motis ululantia Dindyma ſacris.

ubi *votis ſacris* ſimili varietate, qua hoc verſu, in aliis codicibus, quod contra Carrionem probat Voſſius. ſed alterum praefero. nam ſic *commota Cybebe* apud Claudian. II. in Eutrop. 287. quod pro irata capiunt viri docti, ſed malim de agitata furore ſacro exponere, quia futuros Phrygiae caſus praedicit. ſic *mota pectora* in ſacris Bacchi Ovidio IV. Triſt. El. 1. 43.

Utque ſuum Bacchis non ſentit ſaucia vulnus,
Dum ſtupet Edonis exululata jugis.
Sic ubi mota calent viridi mea pectora thyrſo,
Altior humano ſpiritus ille malo eſt.

& Lib. IX. Met. 640.

Utque tuo motae, proles Semeleïa, thyrſo
Iſmariae celebrant repetita triennia Bacchae.

de Manto Lib. VI. Met. 158.

Per medias fuerat, divino concita motu,
Vaticinata vias.

pariter *commota vates* apud Senecam in Oedipo v. 231.

Incipit Lethaea vates ſpargere horrentes comas,
Et pati commota Phoebum.

ubi *Letheis* in cod. Leidenſi Voſſiano. & *Lethaea vates* merito ut abſurdum damnatur a Gronovio, qui tentat *per colla*, vel Heinſianam conjecturam *repleta* probat. Sed ſi vidiſſet Heinſii curas ſecundas ad Ovid. III. Triſt. El. 2. 3. vel viri praeclari Adverſaria, ultro, ni fallor, amplexus fuiſſet aliam ingenioſiſſimi Critici emendationem, ex veſtigiis codicis Florentini *Loeta* literis tranſpoſitis reſtituentis *Letoa vates*, pro *Latoa*, Phoebea. quam pluribus adſtruit Lib. 1. Adverſ. cap. 17. ſic in fragmento ex Pacuvii Teucro apud Cic. I. de Divin. cap. 36.

Flexanima, tamquam lymphata, aut Bacchi ſacris
Commota, in tumulis Teucrum commemorans meum,
Alcyonis ritu litus pervolgans feror.

ut verſus apud Varronem corruptos emendavit Scaliger in Conject. pag. 147. & hinc apud Claudian. initio Raptus Proſerp. praeferrem Vaticani codicis ſcripturam, in quo, teſte Demſtero, legitur,

——— *caligantesque profundae*
Junonis thalamos audaci prodere cantu
Mens commota jubet.

quod ſequentia confirmant. in vulgatis eſt *Mens congeſta*. *concuſſa* J. C. Scaliger. ex aliis codd. *conjecta*, *concepta*, vel *anguſta* enotavit Patruus.

11. *Dum ſua conpoſitus nondum bene concutit arma Miles, & e noſtra lancea torta manu*] aliud Epigramma & a praecedentibus ſeparandum eſſe cenſebat Lipſius. quem ſecutus eſt Scriverius, & Gronovius in editione Senecae Tragici, ſed conjunxit in edit. Philoſophi, ut reliqui omnes etiam connectunt, neque aliter in cod. Voſſ. & ſchedis Scalig.

ver-

Digitized by Google

Bellus homo, & valide capitalia crimina ludis:
  Deque tuis manant atra venena jocis.
Sed tu perque jocum dicis vinumque. quid ad rem;
  Si plorem? riſus ſi tuus iſta facit?
Quare tolle jocos. non eſt jocus, eſſe malignum.
  Numquam ſunt grati, qui nocuere, ſales.

verſu ſecundo *lancea e manu torta* dicitur, ut Lib. II. Ep. 132. 20.

——— haeret in hoſte
Miles, & e manibus mittere tela timet.

ſed recte Heinſius & *it noſtra*, licet tranſponi malim, *it e noſtra lancea torta manu.* colore non diſſimili e contrario utitur, quo Ovidius in Ibin v. 47.

Utque petit primo plenum flaventis arenae
Nondum calfacti velitis haſta ſolum;
Sic ego te ferro nondum jaculabor acuto,
Protinus invifum nec petet haſta caput.

ire autem *e manu torta* dicitur lancea, ut apud Lucanum Lib. I. 229.

—— it torto Balearis verbere plumbo
Ocior.

ut legendum nunc cenſebat Cl. Oudendorpius, non *fundae*. eadem varietate illic & *torto* vulgo edebatur. quod in tribus codicibus meis etiam inveni. ſed *it* merito praefert Patruus, rejiciens Heinſii conjecturam *intorto*. Virg. IX. Aen. 418.

——— it haſta Tago per tempus utrumque
Stridens, trajectoque haeſit tepefacta cerebro.

ubi *volat haſta* male in MSS. Claudianus Lib. I. in Rufin. 218.

Claſſica non fremerent, non ſtridula fraxinus iret.

it vero ſaepius a librariis in & mutatum videbis apud Drakenb. ad Silium Lib. II. 521.

13. *Bellus homo, & valide capitalia crimina ludis*] & delebat Heinſius. *ludis* cod. Voſſ. & ſched. Scalig. pro *crimina* ſcribendum cum Scriverio *carmina*. ut paullo ante,

Et ſunt carminibus pectora nigra magis.

ubi male etiam in ed. Scalig. *criminibus*. ſic in alio epigrammate apud Scalig. pag. 201. vitioſe etiam editur,

Eſſe tibi videor demens, quod crimina nolim
Scribere, patricio digna ſupercilio.

ubi *carmina* etiam emendandum. Hoc tamen in loco Cl. Oudendorpius *crimina* explicabat crimino'a carmina. vel quibus objiciebat aliis crimina. ſic textae criminibus veſtes *crimina* dicuntur Ovidio Lib. VI. Met. 131. & Lib. IX. 565.

Protinus inpreſſa ſignat ſua crimina gemma.

vid. Gronov. Lib. I. Obſerv. cap. 6. p. 62. ſequenti verſu *tetra venena* cum Francio praeferrem, non *atra*. vide Broukhuſ. ad Propert. II. 13. 70. ubi recte edidit,

Sumere & in noſtras tetra venena manus.

non *trita*. ut olim legebatur, & in duobus MSS. Voſſianis ac Dorvillianis, meoque codice exſtat. vid. & Bentlej. ad Horat. Lib. I. Sat. 5. 7.

15. *Sed tu perque jocum dicis vinumque. quid ad rem,*
Si plorem? riſus ſi tuus iſta facit?] Ita in ed. Pith. Scalig. ac Scriver. *Sed tu per * totum* ſched. Scalig. & cod. Voſſ. ſed *perque jocum* ipſe Scaliger in margine correxerat. & verſ. ſeq. *Cum plorem.* Heinſius *Ut plorem.* recte. ſed *iſte* etiam malim pro *iſta*. *Ut plorem, riſus ſi tuus iſte facit.* ſi tuus iſte riſus, ſed malignus, efficit ut plorem. certe *ſi* hic bis ponitur non admodum venuſte. ex ſchedis etiam Scalig. majorem diſtinctionem poſui poſt *vinumque*. quae quaſi excuſatio eſt jocantis inter vina. ut in illo Ovidii Lib. I. Art. Am. 600.

Ut quidquid facies dicesve protervius aequo,
Credatur nimium cauſſa fuiſſe merum.

& Epiſt. XVI. 245.

Quin etiam, ut poſſem verbis petulantius uti,
Non ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi.

reliqua *quid ad rem*, vel, ut legi etiam poſſet, *quid ad me?* reſpondent ad frivolam excuſationem; nam perinde ſibi nocere riſum malignum, ſive per jocum ſive vinum fiat, & ingratos eſſe jocos ait felle tinctos, qui efficiunt, *ut ploret*, ſeu laedatur inultus, aliis deſpectus, ac miſer ſit: quomodo ſi legatur, ſenſus optime conſtat. eleganter *plorare*, ut Graecis κλαίειν, & οἰμώζειν, dicuntur miſeri ſine vindice, & quibus mala inprecabantur, eos *plorare* jubebant, ut egregie docet Lambinus ad Horat. Epod. 5. 74. & Torrent. ad Lib. II. Sat. 5. 69.

17. *Quare tolle jocos, non eſt jocus, eſſe malignum*] ſic recte editum eſt. vitioſe adfert Dorleans ad Tacit. pag. 513.

Quare tollo jocos, non eſt jocus eſſe malignus.

tolle jocus cod. Voſſ. & ſchedae Scalig. & verſ. ult. *grates*. unde in marg. *grati* vel *gratis* correxerat.

EP. CLV. SENECAE *Votum.*

Sic mihi ſit frater, majorque, minorque ſuperſtes,
  Et de me doleat nil, niſi morte mea.
Sic illos vincam, ſic vincar rurſus amando:
  Mutuus inter nos ſic bene certet amor.
Sic dulci Marcus qui nunc ſermone fritinnit,
  Facundo patruos provocet ore duos.

EP. CLV. *Sic mihi ſit frater, majorque, minorque ſuperſtes,*] ſub Senecae nomine etiam apud Pith. Lib. I. p. 41. & Scalig. pag. 212. DE FRATRIS FILIO PARVULO inſcribitur in veteri codice Voſſiano, & ſchedis MSS. Scaligeri. in fine aſteriſcis adpoſitis nonnulla deeſſe adſcripſerat Heinſius, & mancum Epigrammatium, votumque inperfectum eſſe notavit Lipſius. ſimile illud Ovidii Lib. II. ex Pont. 6. 15.

Idque facis, faciasque precor, ſic mater & uxor,
  Sic tibi ſint fratres, totaque ſalva domus.

& tale votum continet ſequens Epigramma, quod propter argumenti ſimilitudinem huic connectendum cenſui, deſumtum ex Pithoeo Lib. IV. p. 151. & Scalig. Lib. I. Catalect. p. 214.

2. *Et de me doleat nil, niſi morte mea*] ſcribe cum Heinſio *doleant.* illuſtrabunt hunc verſum ea quae notavi ad Auctoris incerti Elegiam de moribundo Maecenate v. 16. ſupra Lib. II. pag. 285.

3. *ſic vincar rurſus amando*] *ab illis* malebat Scriver. ante Senec. Trag. ſequens verſus adhaeret Tibullo Lib. I. El. 7. 82.

Mutuus abſenti te mihi ſervet amor.

5. *Sic dulci Marcus* &c.] *Sic Marcus, dulci* &c. editur poſt Senecam Tragicum Gronovii: Lipſius intelligit L. Annaei Senecae Philoſophi filium Marcum, *puerum blandiſſimum*, quem ita deſcribit in Conſol. ad Helv. cap. 16. ut *argutiae, jocorum laſcivia*, & *garrulitas* in puero illic laudata conveniant quidem cum *dulci fritinnientis ſermone*, & *facundo ore*, quo duos patruos in virili aetate ſuperaturum hoc loco vovet: qui duo patrui initio Epigrammatis indicantur, ubi per fratrem *majorem* M. Annaeum Novatum, ſive Junium Gallionem, & per *minorem* Annaeum Melam, qui pater fuit Lucani, deſignari credit Lipſius. de quibus vide eumdem Lib. I. Elect. cap. I. & in Diſſ. de Vita & ſcriptis L. Ann. Senec. c. 2. Ego tamen hoc in verſu per Marcum potius intelligendum cum Heinſio opinor Lucanum, Junii Annaei Gallionis, & L. Annaei Senecae, ex fratre eorum Annaeo Mela nepotem, adeoque per *patruos*, Gallionem & Senecam. favet Statius in Genethliaco Lucani Lib. II. Silv. 7. 30.

Lucanum potes inputare terris,
Hoc plus, quam Senecam dediſſe mundo,
Aut dulcem generaſſe Gallionem.

Sidonius Apollinaris Carm. IX. 230.

Non quod Corduba praepotens alumnis
Facundum ciet, hic putes legendum.
Quorum unus colit hiſpidum Platona,
Incaſſumque ſuum monet Neronem.
Orcheſtram quatit alter Euripidis,
Pictum faecibus Aeſchylon ſecutus,
Aut plauſtris ſolitum ſonare Theſpin. &c.
Pugnam tertius ille Gallicani
Dixit Caeſaris, ut gener ſocerque
Cognata inpulerint in arma Romam.

ubi Senecam Philoſophum, Tragicum, & Lucanum laudat. ut Martialis Lib. I. Ep. 62.

Duosque Senecas, unicumque Lucanum
  Facunda loquitur Corduba.

unde lucem capit ejusdem Martialis locus a viris doctis varie expoſitus Lib. IV. Ep. 40.

Atria Piſonum ſtabant cum ſtemmate toto,
  Et docti Senecae ter numeranda domus.

ubi per *doctum Senecam* M. Annaeum patrem Rhetorem, ſeu Declamatorem, intelligunt, quod mihi etiam perſuaſiſſimum eſt. in reliquis ſeorſum diſcedo ab iis, qui locum illum tetigerunt. de Seneca patre & filio, ac Lucano exponit Scaliger in Scaligeranis pag. 368. Lipſius & alii accipiunt vulgo per *triplicem domum*, tres filios M. Annaeum Novatum (qui nomen mutavit & Junii Gallionis adſumſit, ab eo adoptatus) L. Annaeum Senecam, & L. Annaeum Melam; qui fratres eo ordine, cognominibus nempe ſolis, in Controverſiarum inſcriptionibus recenſentur. neque placet Ramireſii commentum de Polla Lucani uxore vidua, domum Senecae poſſidente, & *ter numeranda* pro valde memoranda, exponentis, licet eum nimis ſupine ſequatur interpres Delphinicus. Veroſimilius igitur videtur, Martialem intelligere Junium Annaeum Gallionem, L. Annaeum Senecam, eorumque nepotem Lucanum. Hos tres a literis & fama claros nominat, ut Gallionem ab eloquentia *dulcem* vocat Statius, eorumque trium non infrequens apud

Digitized by Google

Ep. clvi. *Poſtulatio Muneris.*

Sic tibi florentes aequaevo germine nati
Indolis aeternae ſidere, celſa petant:
Sic priſcos vincant atavos, claroſque parentes
Exſuperent meritis, ſeclaque longa gerant.
Sic ſobolis numerum tranſcendat turba nepotum.
Nobilibuſque riges gaudia tanta toris:

Ne

veteres mentio. ſed Annaeus Mela ſeu Mella, Gallionis & Senecae frater, ac Lucani pater, quamquam Eques Romanus, obſcurus propemodum fuit, vixque nominatur, niſi Senecae & Gallionis fratrum mentione adjecta, aut etiam Lucani filii, qui *grande adjumentum*, ut ait Tacitus, *claritudinis fuit.* Hieronymus in Chronico Euſebiano pag. 162. ed. Scalig. *L. Annaeus Mella Senecae frater & Gallionis, bona Lucani poëtae filii ſui a Nerone promeretur.* ubi *L. Annaeus Melas* editur. & quam de bonis filii Lucani petitis difficultatem movet Scaliger, adimit locus Taciti Lib. xvi. Ann. 17. *Annaeus Mella, quibus Gallio & Seneca parentibus natus, petitione honorum abſtinuerat, per ambitionem praepoſteram, ut eques Romanus conſularibus potentia aequaretur* &c. *idem Annaeum Lucanum genuerat, grande adjumentum claritudinis, quo interfecto, dum rem familiarem ejus acriter requirit, accuſatorem concivit Fabium Romanum, ex intimis Lucani amicis.* eumdem illum Gallionem *declamatorem egregium* vocat Hieronymus in eodem Chronico p. 161. inter tumidos tamen & adfectatae cacozeliae Rhetores a veteribus habitus fuiſſe videtur, quia *calamiſtros Maecenatis & tinnitus Gallionis* ſugillat auctor Dialog. de Orator. cap. 26. licet Sidon. Apoll. Lib. v. Ep. 10. ei *gravitatem* tribuat. ut obſervat Schurſfleiſch. ad illum Dialogi locum, inter Acta ejus Literar. pag. 164. plura de hoc Gallione vide in notis Patrui ad Quinctilian. Lib. iii. cap. 1. p. 218.

Ibid. *qui nunc ſermone fritinnit*] *fritinnire* proprium eſt hirundinum. inde ad infantes transfertur. corruptum in hoc verbo eſt Philoxeni Gloſſarium Graec. Lat. pag. 599. ed. Vulc. & p. 163. ed. Labb. πληρόσετεροι, *frontinet*. pro quo recte Scriverius corrigebat *fritinnit*. adſcripto Varronis verſu,

Et pullos peperit fritinnientes. qui legitur apud Nonium pag. 7. & pertinet ad aliud fragmentum, cujus verſus locis quatuor diſperſi ſunt in illo Grammatico, ex quo egregie eos digeſſit & emendavit Scaliger ad Varron. p. 158. & in Lib. ii. Catalect. p. 252. Gloſſae MSS. Petri Danielis, *Fritinniunt, cantant.* & Gloſſarium ineditum Leidenſe poſt Iſidori Origines, *Fritinniunt aves, cantant.* forte & apud Papiam corrupte editur, *Friguttire*, niſi illic *Fringulire* cum Cl. Oudendorpio malis; & apud eumdem paullo ante, *Frecinnant, aves cantant.* ubi emendandum, *Fritinniunt aves, cantant.* ut in Gloſſario Leidenſi. quod firmat Catholicon Joh. de Janua, cujus loci verba legenda, ita ut in duobus apud me Codicibus MSS. vetuſtis exſtant: *Fritinnio, fritinnis, fritinnire, proprium eſt hirundinum, & ut dicunt, omnium avium, praecipue parvarum. unde invenitur, Aves fritinniunt, id eſt cantant.* licet in uno codice *aves fritinnant* ſcribatur. & in Gloſſario Salomonis Epiſcopi Conſtantienſis, *Fretinniunt aves, cantant.*

Ep. clvi. *Sic tibi florentes*] *Sic ſint florentes* ſched. Scalig. ſed in marg. *tibi.* in cod. Voſſ. *ſic ſunt flor. aequaevum.*

2. *Indolis aeternae ſidere, celſa petant*] ita edidit Scaliger, ut in ejus ſchedis. apud Pithoeum vero,

Indolis aeternae ſidera celſa petant.

ubi *alternae* adſcripſerat Heinſius. male Tollius *ſidera ſero petant.*

4. *ſeclaque longa gerant*] *ſeglave* cod. Voſſ. *ferant* legebat Heinſius & Francius. ſed *gerere ſecla* hic poſſet retineri, ut *gerere vitam* in Epigr. vet. apud Pith. Lib. iii. p. 108. *& ex facili vita geratur ope.* ut forte corrigendum pro corrupto *redditur*, ut edidit Pithoeus. pro quo *regatur* apud alios. & ita *ferre ſecula, ferre annos*, & *gerere.* vide Patrui notas ad Ovid. ii. Met. 497. ad Sueton. Veſpas. 24. & ad Lucan. ii. 10.

6. *Nobilibuſque riges gaudia tanta toris*] vitioſe *Nobiliſque* in cod. Voſſ. & ſchedis Scalig. in quorum margine pro *toris* conjecerat *choris.* Sed verſus hujus ſenſum obſcuriſſimum nemo facile expediet propter monſtrum vocabuli *riges.* Quid enim eſt, quaeſo, *riges-gaudia toris nobilibus?* id vero inemendatum reliquiſſe Scaligerum, aut ſic ediſſe Pithoeum miror. Legendum ex feliciſſima Nic. Heinſii conjectura,

Nobilibuſque juges gaudia tanta toris.

id eſt nobilium matrimoniorum vinculo ac nepotum ſerie fulcito genus, ut ait Propertius. *jugare* pro conjungere, copulare, elegans & huic loco adpoſitum verbum, unde & conjuges a *jugando* derivant. Horat. Carm. Sec. v. 18.

Diva producas ſobolem, patrumque
Proſperes decreta ſuper jugandis
Feminis, prolisque novae feraci
Lege marita.

hinc

Digitized by Google

Ne ſterilem praeſtes indigno munere Muſam.
  Utque ſoles, largus carmina noſtra fove:
Imperiis ut noſtra tuis ſervire Thalia
  Poſſit, & in melius perſonet icta chelys.

EP. CLVII. SENECAE, *ex* CLEANTHE.

Duc me, parens, celſique dominator poli,
Quocumque placuit, nulla parendi mora eſt.
Adſum inpiger. fac nolle, comitabor gemens.
Maluſque patiar, facere quod licuit bono:
Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

EP. CLVIII. C. PETRONII. *de Amicitia.*

Nomen amicitiae, ſi quatenus expedit, haeret,
  Calculus in tabula mobile ducit opus.
Quum fortuna manet, vultum ſervatis amici:
  Quum cedit, turpi vertitis ora fuga.

Grex

hinc *ſtirpis geminae jugum* Senecae Hippol. v. 434.

——— *ſoſpes eſt certe parens,*
Soſpesque Phaedra, ſtirpis & geminae jugum.

Id eſt duo filii, quos ex Theſeo pepererat Phaedra, Demophoon nempe & Antigonus. ut optime exponebat Broukhuſius. nam perperam explicuit Delrius Adverſ. p. 95. ſic *adjugare* in fragmento Pacuvii apud Nonium p. 75.

Blandam hortatricem adjugat voluptatem.

& contra *dejugare* in ejusdem Pacuvii verſu itidem apud Nonium pag. 101.

——— *perque noſtram egregiam*
Unanimitatem, quam memoria dejugat.

confer Torrent. ad Horat. Lib. II. od. 5. init. Francius etiam vidit verbum *riges* mendoſum eſſe, nam conjecerat *juves.* Sed Heinſii emendationem praefero.

7. *Ne ſterilem praeſtes indigno munere Muſam*] *praeſta non digno* idem Heinſius.

9. *ſervire Thalia poſſit*] vitioſe in codice Voſſiano, *ſerviret aetalis peſſit.* unde ex *peſſis* acute *par ſit* eliciebat Heinſius.

EP. CLVII. SENECAE *ex* CLEANTHE] hoc titulo edidit Pithoeus Lib. IV. pag. 183. ſed ſunt Ciceronis apud Senecam in Epiſt. 107. ex Cleanthis verſibus, qui leguntur in fine Enchiridii Epicteti cap. 52. ubi vide notas Joh. Uptoni pag. 284. qui Senecae etiam perperam tribuit. verſu quarto apud Senecam editur,

Maluſque patiar, quod pati licuit bono.

ultimum inſititium & alibi ſibi lectum eſſe cenſebat Lipſius, quia in Graecis non habetur.

EP. CLVIII. PETRONII.] edidit Scaliger in Catalect. Lib. I. pag. 200. hoc Epigramma Petronii, quod exſtat in ejus Satyr. cap. 80.

1. *Nomen amicitiae, ſi quatenus expedit, haeret*] Heinſius *niſi quatenus expedit*, id eſt quatenus utile eſt. cujus conjectura firmatur valde Juſtini loco Lib. XLI. cap. 3. *fides dictis promiſſisque nulla, niſi quatenus expedit.* quem laudavit Patruus, qui *haerere nomen* inprobat, ac conjicit,

Nodus amicitiae ſi, quatenus expedit, haeret.

poſſet tamen *nomen amicitiae* pro amicitia ipſa dici, ut exponit Erhardus, quomodo *nomen agelli*; & ſimilia, ſatis obvia ſunt. vid. Scalig. ad Diras pag. 176. vel eo ſenſu, quo apud Ovid. I. Art. 740.

Nomen amicitia eſt, nomen inane fides.

ut fallacem & inſtabilem innuat amicitiam, quae ſola utilitate nititur, & quam diu lucri ratio exigit, animo tantum haeret. ut *haerere amor* Naſoni Lib. III. Met. 395. & *haerere* pro animo infixum manere Lib. I. ex P. Ep. 9. 7.

Ante meos oculos tamquam praeſentis imago
Haeret.

In *animis haerere* apud Livium Lib. XLV. 43. init. *Haerente adhuc, non in animis modo, ſed paene in oculis memoria Macedonici triumphi.* ſequente verſu *mobile ducit opus* omnino praeferendum pro *nobile*, ut in aliis, quod perperam Turnebus & alii probant. vid. Heinſ. ad Claudian. praef. Lib. II. Rapt. Proſ. v. 16.

4. *Quum cedit, turpi vertitis ora fuga*] Ita correxi, ut primus reſtituit Douza, & praetulit Patruus ad Gratii Cyneg. v. 9. nam male edidit Scaliger, *Cum cecidit.* ut legitur etiam in ejus codice MS.

Digitized by Google

Grex agit in ſcena mimum. pater ille vocatur:
  Filius hic. nomen divitis ille tenet.
Mox ubi ridendas incluſit pagina partes,
  Vera redit facies, diſſimulata perit.

Ep. CLIX. *In Malevolum.*

Inviſus tibi ſum, peream, ſi, Maxime, miror.
  Audi rem, & ſi vis, accipe cur faciam.
Famam tentaſti noſtram ſermone maligno
  Laedere fellitis, invidioſe, jocis.
Contra rem nuper pugnaſti, livide, parvam,
  Tu tamen in magnis te nocuiſſe putas.
Hei peream, niſi ſunt animi tam maxima cauſa.
  Odi, nec mentem res magis ulla juvet.
Inque vicem ut facias curo, pereoque timore,
  Ne minus inviſus ſim tibi, quam videor.

Ep.

MS. Petroniano. ſimilis varietas apud Tibullum Lib. III. El. 6. 4. de quo vide praefat. ad Lotich. pag. 9. & ſic ſaepe haec confuſa in aliis veterum locis. vide notas Patrui ad Lucan. Lib. x. 530.

7. *ridendas incluſit pagina partes*] Gonſalium *paginam* pro fabula interpretantem bene refutavit Gronov. Diatr. Stat. p. 190. & 191. qui exponit, cum ea pagina acta ſeu finita eſt, in qua exodium ſcriptum eſt ad inducendas partes ridendas. *pagina* enim de quovis ſcripto, ſeu carmine dicitur. vid. ſupra ad Epigr. 128. *det pagina verſum.*

8. *Vera redit facies, diſſimulata perit*] *aſſimulata* Douzae placebat. infeliciter Pontanus ad Macrob. Lib. I. Saturn. cap. 7. corrigebat *deſimilata.* verbo novo, & quo facile carere poteſt Latium. non percepit vim verbi *ſimulare* vel *diſſimulare* pantomimis perſonas fictas adſumentibus proprii. ut optime docet Gronov. Diatr. Stat. cap. VI. pag. 36. & 37. qui *ſimilare* & *adſimilare* merito damnavit. vide notas ad Lotich. Lib v. El. 18. 71. & Patrui ad Claud. II. in Rufin. 81.

Ep. CLIX. IN MALEVOLUM. *Inviſus tibi ſum* &c.] apud Pith. Lib. II. pag. 81. & 82. AD MALIVOLUM in cod. Voſſ. forte inſcriptio fuerit IN MAXIMUM. nam verſu primo male edidit Pithoeus *peream ſi maxime miror.* ſed recte Scriverius emendaverat, ut edidi. & ſic Heinſius, qui verſu ſeptimo optime etiam legebat, *niſi ſunt nimiae jam, Maxime, cauſſae.* vel potius, *Haec peream niſi ſunt animi quae, Maxime, cauſa* Odi &c.

2. *Audi rem*] in v. c. Voſſii a m pr. *Odite.* unde ſcribendum cum Heinſio, *Odi te, &, ſi vis, accipe, cur faciam.* hinc ex eodem Voſſiano codice verſu octavo reponendum cenſui,

Odi, nec mentem res magis ulla juvat.

non *Quam odi*, ut edidit Pithoeus.

4. *Laedere fellitis, invidioſe, jocis*] *invidiore* corrupte in cod. Voſſ. & *velitis* a man. ſec. eraſa lectione veteri. *fellitos jocos* vocat tales, quales deſcribuntur ſupra in Senecae Epigr. 154. ſic *ſapor fellitus*, felle inbutus, in Epigrammate Avieni h. l. Ep. 58. v. 21. ubi vide. praeterea *inſidioſe* hic magis placebat Heinſio. nam hae voces paſſim commutantur. ut in Epitaphio Ataulphi Lib. II. Ep. 154.

Gens tua tunc natos & te invidioſa peremit.

ubi *inſidioſa* etiam praeferebat Heinſius. & apud Propert. Lib. II. El. 21. 12. de Venere:

——— *illa peraeque*
Prae ſe formoſis invidioſa Dea eſt.

ubi pariter *inſidioſa* legebat. & apud Ovid. Ep. XVII. 126.

Laudatrix Venus eſt inſidioſa mihi.

ubi eadem in multis codicibus varietas. vide illic notas. & ad Lib. IV. Met. 794.

Tu tamen in magnis te nocuiſſe putas] *magna* cod. Voſſ. unde patet librarium legiſſe *in magna re.* ſed *in magnis nocuiſſe*, ut *in magnis voluiſſe* apud Propert. aliosque. verſ. ſeq. *Haec peream* in cod. Voſſ.

9. *Inque vicem ut facias curo*] *oro* recte Heinſius.

Ep.

Digitized by Google

EP. CLX. INCERTI. *in partes humani Corporis.*

Cor non laudo hominis: nam perfidum & exitiale.
  Non laudo os: namque eſt vaniloquum & fatuum.
Non oculos: etenim ſunt luſci oculi atque patrantes.
  Non barbam: rufa eſt. non cilia: haud cilia.
Non mihi laudanturque manus: hae namque rapaces.
  Et non laudatur mentula: merdacea eſt.
Non nares: patulae. genua & non laudo: maligna.
  Et non laudo pedes: pes geminusque fugax.
Non frontem: effrons eſt. non ventrem, gurgulionis:
  Lumbos, elumbos: renem, ubicumque malus.
Non nomen calvitoris: nam eſt omine nomen
  Tetrum, ut cor multis exitiale bonis.
Ecquid laudo igitur de hoc corpore? laudo capillos,
  Tam foeda a calva qui modo profugerint.

EP. CLXI. *De eo, qui numquam niſi in depoſitione filii pavit.*

Convivae, miſeri luctus depoſcite multos:
  Prandia tot venient, funera quot fuerint.

EP. CLXII. *de Aegyptio.*

* Fencaramentarum noſtrum proceſſit ad axem,

Et

EP. CLX. INCERTI. *Cor non laudo hominis*] apud Pith. Lib. II. pag. 80.

3. *ſunt luſci oculi atque patrantes*] vid. Caſaub. ad Perſ. Sat. I. v. 18. pag. 64. Barth. ad Ciriin pag. 71. & Lindenbr. ad Terent. Eun. III. 5. pag 602.

4. *non cilia, haud cilia*] recte hanc ſcripturam non mutandam monet & commode ſatis explicat Barth. Lib XLIX. Adverſ. 9. licet alibi ſe eam ſollicitaſſe addat.

6. *merdacea eſt*] ex Priapejis Carm. LXVIII.

Smerdaleon certe merda huic inmunda vocatur,
Et paedicorum mentula merdacea eſt.

ut in Broukhuſii & Wittiano codice, atque editione Aldina, Veneta, aliisque, non *ſmerdalea*. altero verſu *merda huic inmunda*, pro eo quod in vulgatis *niſi rei non munda*, eſt ex emendatione N. Heinſii ad Sabini Epiſt. III. 91. quem vide. & Gruter. Lib. II. Suſpic. cap. 4.

7. *Non nares, patulae*] ita correxi, ut Heinſius emendaverat ad oram ed. Pithoei, qui male edidit *nates*, metro adverſante. ſic *patulae nares* apud Lucan. IX. 813. & Claudian. IV. Conſ. Hon. 547. Seneca in Hippolyto v. 1043.

Naresque hiulcis hauſtibus patulae fremunt.

Germanicus in Arateis v. 176.

Et caput, & patulas nares, & cornua tauri.

Servius ad Virg. Ecl. I. v. I. *patulum dicitur, quod patet naturaliter, ut nares, arbor, crux.* quem & vide ad VI. Aen. 425. & Rhodium in Lexic. Scribon. p. 420. *hiantes nares* & *naribus hiulcum* vocat Apulejus. vid. Pricaeum ad Lib. II. Miles. pag. 73. & ad Apolog. p. 113.

10. *Lumbos, elumbos*] *elumbes* Heinſ. qui ultimum verſum ſic conſtituebat,

Tam foeda a calva qui modo profugiant.

vel, *qui modo ſint profugi.*

EP. CLXI. *Convivae* &c.] Hoc diſtichon Magni Felicis Ennodii inter ejus ſcripta referendum eſt. PITHOEUS. certe in v. c. ei tribui notaverat Scriverius, & a Sirmondo inter Epigrammata Ennodii editum eſt Ep. XXVIII. pag. 609 ac ſub ejus nomine adfert Salmaſ. ad Spartian. Hadr. c. 16.

EP. CLXII. *De Aegyptio*] Legitur cum ſequenti apud Pith. p. 81. qui ex veteri codice edidit, in quo & alia plura Africana erant, ut teſtatur in notis p. 461.

1. * *Fencaramentarum noſtrum proceſſit ad axem*] mendoſam vocem indicat aſteriſcus a Pithoeo

 prae-

Digitized by Google

Et piceo gaudet corpore verna niger.
Quem niſi vox hominem labris emiſſa ſonaret,
Terrerent viſos horrida labra viros.
Dira Adrumenta tuum rapiant ſibi Tartara monſtrum;
Cuſtodem hunc Ditis debet habere domus.

EP. CLXIII. *Aliter. de Aegyptio.*

Exoriente die noctis proceſſit alumnus,
Sub radiis Phoebi ſolus habet tenebras.
Corvus, carbo, cinis, concordant multa colori.
Quod legeris nomen convenit Aethiopis.

EP. CLXIV. *In clamoſum Pygmaeum & furioſum.*

Corpore par querulis es, par clamore cicadis.
Hinc differs, quod te tempora nulla vetant.

Dum

praefixus. *Fex Garamentarum* cod. Salmaſ. unde Heinſius *Faex Garamantarum*, probante Patruo meo ad Fragm. Petron. p. 669. ed. pr. *Faex* autem, ut inpoſitor *Faex hominum* dicitur in Epitaph. vet. apud Pith. Lib. III. pag. 110. Idem Heinſius conjecerat *Faex Aſianorum*. ut apud Avien. Deſcript. Orb. v. 1258.

Quippe Aſianarum primi degunt regionum.

vel *Phaecaſianorum*. ut apud Juvenal. Sat. III. 218.

Phaecaſianorum vetera ornamenta Deorum.

ubi ſimili diverſitate *Haec Aſianorum* in aliis legitur. quod & Scholiaſtes agnoſcit. ſed *Faecaſianorum* in Voſſiano antiquiſſimo, Leidenſi, & veterrimo codice Oxonienſi, nec non Scholiaſte inedito. vide & notas doctorum ad Petron. cap. 67. & 82. Poſſis etiam *Faex Atramitaram*. *Atramitae* enim populi, de quibus vide Salmaſ. ad Solin. p. 489. & 490. ed. Par. Sed Cel. Oudendorpio placebat, *Gens* vel *Faex Adrumettorum*. quod ſuadere videntur ſequentia,

Dira Adrumenta, tuum rapiant ſibi Tartara monſtrum.

ubi *atramentatum* corrupte in cod. Salmaſ. *adramenta* Voſſian. *Adrumetum* vel *Hadrumetum* colonia fuit Romana provinciae Byzacenae in Africa, ubi cum Scipione pugnavit Hannibal. vide notas doctorum ad Nepot. Hannib. cap. 6. & Cel. Weſſeling. ad Antonin. Itin. pag. 52. & 53. apud Gruter. pag. CCCLXII. dicitur COLONIA CONCORDIA ULPIA TRAJANA AUGUSTA FRUGIFERA HADRUMETINA. & ſic *Adrumentinam coloniam* in Africa memorari Cypriano Epiſt. 45. notaverat Heinſius. corruptum in hac voce eſt Papiae Vocabularium in *Bizantium*: ubi legitur, *Bizantium & Zeugis & Numidia regiones ſunt Africae. Bizantium, ubi Alerzinetus. civitas Zeugis, ubi Carthago* &c. corrige illic cum Patruo meo, *Bizantium, ubi Adrumetus.* vel *Adrumetum*. ſemper autem ſcribendum eſſe *Adramyttum* contendunt Camerarius, Urſinus, & Graev. ad Cic. pro Flacco cap. 28. p. 171. vs. ult. *Cuſtode* cod. Salm.

3. *Quem niſi vox hominem labris emiſſa ſonaret*] imitatio eſt Virgilii Lib. I. Aen. 328.

——— *namque haud tibi vultus*
Mortalis, nec vox hominem ſonat.

EP. CLXIII. 3. *carbo*] *carvo* cod. Salm. & Voſſ. *cordant* Salm.

Quod legeris nomen] ita cod. Salmaſ. Voſſ. & ed. Pith. ſed vitioſa & metro adverſa lectione. An,

Quodque legis nomen convenit Aethiopis.

ſive *Aethiopi*, ut in cod. Salmaſiano. vel,

Quod legis, id nomen convenit, Aethiopis.

niſi mavis *Quod legis hic*, nomen Aethiopis, quod legis, tibi convenit propter colorem nigrum, quia *noctis alumnus* es. ut *tinctus colore noctis* de tibicine Aegyptio in Fragm. Petron. p. 669.

EP. CLXIV. *in clamoſum Pygmaeum & furioſum*] Ita inſcripſit Pithoeus Lib. II. pag. 82. & inveni hoc idem inter inedita Luxurii Epigrammata ex codice Salmaſ. deſcripta, hoc titulo, *In clamoſum pigmeum corpore & furioſum.* quomodo & in MS. Leidenſi, codicis Salmaſiani apographo.

1. *Corpore par querulis*] ingenioſe Franc. Juretus, *merulis*. PITHOEUS. *par quaerelis* cod. Voſſian. Martinus Opitius ad marginem ed. Pith. hanc Jureti emendationem probabat, idque declarare verſum ſecundum, quia *merulae* non ſemper, & cicadae aeſtate ſolum canunt, & quia merula avis garrula ſit, ſi ulla. de qua Plinium adeundum notaverat: indicans, ni fallor, locum ex Lib. X. cap. 29. *Merula ex nigra rufeſcit, canit aeſtate, hieme balbutit, circa ſolſtitium muta.* & haec Opitiana forte vidiſſe Rivinum, colligi poſ-

Dum loqueris, quaerunt cuncti, vox cujus ab ore,
Atque ſonum alterius corporis eſſe putant.
Miramur, tantum accipiant quae membra furorem,
Ut ſit forma levis, clamor & ira gravis.

EP. CLXV. *In Graeculum a cane interfectum.*

Graeculus Argolicis laetus veniebat ab oris
Italiam: canis hunc forte momordit, obit.
A cane non mirum eſt ſubito periiſſe Pelaſgum:
Nam rabies Hecubae durat in Argolicos.

EP.

poſſet ex ejus notis ad Pervig. Ven. pag. 136. ubi dicit, Juretum hic, adplaudente Opitio, repoſuiſſe *merulis*. ipſe vero, licet de quantitate ſyllabae ſecundae dubitet, ſcriptum fuiſſe credit,

Corpore querquedulis es par, clamore cicadis.

neque ſine cauſſa de metri lege ſollicitus fuit, nam ſecundam longam eſſe patet ex verſibus Varronis, quos adſert Scaliger ad Varr. pag. 36. in cod. Salmaſ. Epigrammatum Luxurii legitur,

Corpore par querulis es vel clamore cicadis.

& ſic in cod. Leidenſi, ubi in marg. pro varia lectione adſcriptum a manu recentiori *vincis clamore cicadas*. quod ferri poſſet, ſi cum Jureto legeretur,

Corpore par merulis, vincis clamore cicadas.

ſed non ſollicitandam eſſe vulgatam lectionem opinor, & Jureti conjecturam recte etiam rejiciebat Heinſius; nam epigramma ſcriptum eſt in nanum ſive Pygmaeum clamoſum, corporis tenuitate & vocis ingratae ſono parem cicadis *querulis*. neque mirum cicadae comparari Pygmaeum, quum tota cohors Pygmaeorum, teſte Juvenali Sat. XIII. 173. *pede non eſt altior uno*. ſic *pectus cicadae* Martiali Lib. III. Ep. 93. & de exiguo rure Lib. XI. Ep. 19.

At gratae tegit ala quod cicadae.

certe adſtipulatur Voſſiani codicis ſcriptura, licet mendoſa, *per quaerelis es vel clamore*. recte itaque Scriverius legebat,

Corpore par querulis & par clamore cicadis.

querulae cicadae etiam dicuntur Virg. III. Georg. 328.

Et cantu querulae rumpent arbuſta cicadae.

raucae Ecl. II. 12. *raucis reſonant arbuſta cicadis*. & ex ejus imitatione Nemeſian. Ecl. I. 2. *& raucis reſonant tua rura cicadis*. ubi vide Titii notas.

2. *Hinc differs, quod te tempora nulla vetant*] *Hinc potius* in cod. Voſſ. forte *Hinc potior*. quod in cod. Salm. Luxurii, & libro MS. Leidenſi etiam inveni. ut innuat, in eo cicadis potiorem eſſe, quod ſemper canat ſive garriat, licet ingrato ſtrepitu; unde cicadis malos etiam poëtas a veteribus comparatos videbis apud Voſſ. IV. Inſt. Orat. cap. VI. §. 12. p. 107. ut contra *aëdones* eruditi & boni poëtae vocantur. vid. Schurzfleiſch. ad Gruter. Inſcript. in Actis Liter. p. 72. & ſupra ad Lib. I. Ep. 169. 7. cicadae vero non omni tempore, ſed aeſtate potiſſimum, canunt. vel reſpiciunt haec ad differentiam veterum, an cicadae matutino tempore canant, ut aperte innuit Calpurnius Ecl. V. 55.

Et matutinae lucent in gramine guttae,
At ſimul argutae nemus increpuere cicadae.

alii vero meridianum earum cantum laudant. vide Cerdam ad Virg. Ecl. II. 13. pag. 24. hinc patet loci hujus ſenſus, cur dicat *nulla tempora vetare* clamoſum Pygmaeum, ſeu voci ejus obſtare, quo minus loquatur aut canat, adeoque eum hac in parte cicadas vincere.

3. *quaerunt cuncti, vox cujus ab ore*] *aboret* cod. Voſſ. unde Heinſius tentabat, *vox cujus oberret*. quod firmatur a cod. Salmaſ. Epigr. Luxurii.

5. *tantum accipiant quae membra furorem*] ſi ſana haec lectio eſt, forte *accipere furorem* exponi debet, ut *accipere odium*, & ſim. de quibus vide Patrui notas ad Quinctil. Decl. XV. 6. non diſſimili locutione Avienus fab. XLI. 13. *accepto violentius amne fatiſcens*. ex imitatione Virgiliana VI. Aen. 414. *multam accepit rimoſa paludem*. & apud Martial. XIII. Ep. 47.

Ut levis accepta ſpongia turget aqua.

in cod. Salm. Epigr. Luxur. & MS. Leid.

Miramur tantum capiant quem membra furorem.

ſed praeſero Voſſiani codicis ſcripturam,

Miramur, tantum capiant quae membra furorem.

vel *ſonorem* cum Cel. Oudendorpio. hoc ſenſu, miramur, quae membra tanti furoris vel ſonoris ſint capacia, unde pumilioni tanta vis clamoris & irae. cujus locutionis elegantiam firmabunt exempla apud Heinſ. Lib. I. Adverſ. cap. 5. p. 54. & vide illius ac Patrui notas ad Ovid. Rem. Am. 392. ultimo verſu *forma brevis* correxerat Heinſius, pro *levis*. ſed nil muto. *cum ſit* cod. Salm. & Leid.

EP. CLXV. *Graeculus Argolicis*] cum ſequenti apud Pithoeum p. 80.

4. *Nam rabies Hecubae durat in Argolicos*] vide ſupra ad Lib. I. Ep. 161.

EP.

Digitized by Google

Ep. CLXVI. Tullii Marci.

Callidus Afer eris ſemper, Romane diſertus,
Semper Galle piger, ſemper Ibere celer.

Ep. CLXVII. *De Arzugitano Poëta.*

Praeſciſſae ſilicis cautibus edite,
Silveſtri juvenis durior arbuto,

Trun-

Ep. CLXVII. de Arzugitane * vetae.] Scribe de Arzugitano Poëta. & hoc Africanum eſt. PITHOEUS. ita omnino legendum, ut correxerat etiam Scriverius ad editionem Pithoei, in qua pag. 82. corrupte legitur, de Arzugitane vetae. in ſchedis Salmaſianis non minus mendoſe, de Arzucitanoe vete. forte pro Arzugitano vate. Arzugitanus poëta eſt Africanus. *Arzuges* enim in Tripolitana regione per limitem Africae. vide Cel. Weſſeling. ad Antonin. Itin. pag. 74. & de Arzugitana provincia Holſtenii Adnotat. Geograph. pag. 197.

1. *Praeſciſſae ſilicis* &c] Veteris, ut placitum eruditiſſimis viris, Afri poëtae in durum & ineptum Poëtam Epigramma Aſclepiadaeo metro hoc habemus, non quidem & ipſum nimis molle: *Praeſciſſae ſilicis cautibus edite*, &c. in quo ab Epico ad Epei artificium ablegat hominem, aque Muſarum ludo ad fabricas lignariorum, ut cujus ingenium aptius ſit ad opera craſſioris Minervae exercenda, quam ejus, cujus ſuave cum Muſis eſt contubernium. Secundo verſu bene P. Pithoeus, *Silveſtri.* primo τὸ *praeſciſſae* non ſatisfacit ſenſui. Niſi putes Afrum ſcriptorem, ut *praeruptum* alii dixerunt, ita ipſum *praeſciſſum* uſurpaſſe, ne *ſcindere* videlicet ſuum aliorum *rumpere* quicquam condonet. literae *pr.* poſitionem quarto verſu faciunt; cujus rei exempla apud poëtas, praecipue Auſonium, ut alibi notavimus. Septimo verſu licet contra regulas ſit, vix poſſim dubitare, cum Epigramma ſit non optimi aevi, mendum ita eſſe eluendum,

Quas natura dedit cordatioribus.

Nemo, quantum in paribus & majoribus deliravit ſequius aevum, neſcire poteſt. Quod ſi ab hac quis ſententia abhorret, nullo negotio odorari valebit a correptione notarum maculam:

Quas natura dedit cordis habentior.

vetus ſcriptura fuerit *cordis aventior.* unde nullo negotio ſemibardi ſcribae vitium intulerunt. *cor* ſignificat ſapientiam, prudentiam, ingenium. Claudian. Probin.

Ignea longaevo frenatur corde juventus.

vide quae ad ejus Feſcennina notamus. *vatem ligneum* dicere videtur proverbiali modo, inſtar ſtatuae. cum Horatius *ſtatuâ taciturniorem* dicat, cu conſilium perit, & in Ruſum Rhetorem ſtatua ſua ſtultiorem ludat Auſonius. ita *ſtipes* & *truncus* pro hominibus abſurdi ingenii, in uſu ſunt. Poteſt ut longe hoc Epigramma recentius ſit, quam putet praeſtantiſſimus Pithoeus; nam duo ultimis duobus proximi verſus videri queunt alludere initiales ritus ſtudioſorum cohorti adoptandis ſolemnes. BARTHIUS Lib. xv. Adverſ. cap. 21. Notata haec Barthii inſerenda hic duxi, licet infelicem locis corruptis medicinam adhibeat. primo verſu ex codice Salmaſiano legendum *Praeciſae ſilicis.* Virg. VIII. Aen 233. *Stabat acuta ſilex praeciſis undique ſaxis.* apud Jornandem de rebus Geticis: *omnes ejus terrae populi exciſas rupes pro caſtellis habebant.* ut in MSS. eſſe, non *exeſas*, teſtatur Grotius in Proleg ante Hiſtor. Goth. & Vandal. pag. 3. ſic *abſciſſi* & *abſciſi montes* confunduntur, licet differant. vid. Cel. Oudend. ad Frontin. Lib. 1. 4. §. 7. pag. 49. & Joh. Arntzen. ad Pacati Paneg. cap. XLV. pag. 143. verſu ſecundo *Silveſtri*, ut emendabat Pithoeus, confirmatur a codice Salmaſiano, ideoque ſic edidi; & quarto cum Heinſio *Formare e propriis.* unde cum Barthio ad licentiam poëticam *Formare propriis*, ultima ante *pr.* longa, recurrere neceſſe non eſt: elegantius enim hoc Epigramma, quam ut hanc ſcabritiem admittat. ſed tales licentias, ut vocant, ſaepe invitis auctoribus obtrudunt magiſtri. ſic Tibullum ſimili modo corruperunt Lib. 1. El. 7. 40.

——— *tua ſi bona neſcis*
Servare, fruſtra clavis ineſt foribus.

quod numerorum poëticorum longe peritior Barthio artifex Broukhuſius merito repudiavit. cui obtemperaſſe maluiſſem nuperum Tibulli editorem Chr. Gotl. Heynium. octavo pejus ſemibardi ſcribae errore vitium carmini invehit Barthius, dum inepte & contra metrum reponit *cordatioribus.* neque placet ejusdem hariolatio, *cordis habentior*, aut *cordis amicior*, ut legit Lib. XIII. Adverſ. 17. Scribendum ex codice Salmaſiano, *Quas natura dedit cordis acutior.* quod corruptae lectionis *auctior* ſervat veſtigia, literis tantum tranſpoſitis. & ſic Heinſius: qui paullo poſt etiam conjecerat,

Solus ligna dolans fortibus aſceis,
Et duri reſecans robora pectoris.

Solus & *aſcibus* in cod Salm. & vs. penult. *baccam.* in fine reſpicit ad illud Virgilii de equi Trojani fabricatore Epeo, *doli fabricator Epeus.*

2. *Silveſtris*] emenda *Silveſtri.* PITHOEUS.

Ep.

Trunco cum ſtupeas horridior, cupis
Formare e propriis carmina verſibus,
Et metri variis ludere legibus.
Sed quis te docilem judicet artium,
Quas natura dedit cordis * auctior.
Solis ligna dolans fortibus aſciis,
Et duris reſecans robora pectoris,
Vatem te poterat reddere ligneum,
Qui vaccam trabibus luſit adulteris,
Vel qui ſtruxit equum fraudis Achaicae.

EP. CLXVIII. *de Lenone uxoris ſuae.*

Graecule, conſueta lenandi callidus arte,
Coepiſti adductor conjugis eſſe tuae.

Et

v. 7. *cordis * auctior*] *cordibus auctior* conjecerat Cl. Oudendorpius, nempe quale tu, Arzugitane poëta, non habes. mox idem legebat, *Solus l. d. f. a. Et duri reſecans.* vel pro *pectoris* ponendam putabat vocem, quae fabrile inſtrumentum exprimat. nam deſcribit fabrum lignarium. ſed forte emendandum.

Et duri reſecans robora ponderis.

vel, *Et duro reſecans robora pectore.*

EP. CLXVIII. *Graecule, conſueta*, &c.] Legitur in Catalectis vet. Poët. poſt Petronii editionem Patiſſonianam pag. 166. titulum praefixi *de Lenone uxoris ſuae*, ex ſchedis Salmaſianis, & libro Iſ. Voſſii, in quibus *Graegule* primo verſu. de Graeculis, per contemtum ita dictis, vide Patrui notas ad Petron. cap. XLVI. dein notari meretur verbum *lenare*, quod & in hoc & ſeq. Epigr. occurrit, alibi non valde frequens & Lexicis ignotum de quo vide Salmaſ. ad Vopiſc. Carin. cap. XVI. & Graevium in notis ad Iſidori Gloſſar. in *Lenocinator* pag. 34. ubi haec ipſa Epigrammata adfert. ſic *lenatae puellae* apud Luxurium Epigr. X. *Lenatis melius tibi puellis.* verſu ſecundo *adductor conjugis eſſe meae* male in Salmaſianis, quod inſcriptio ipſa ſatis refutat. *adductor* eſt leno, quem & *perductorem* & *deductorem* dici, vulgo notum eſt. quarto verſu *patria domo* in libro Voſſii & Patiſſonian. ed. perperam legitur. nam *propria* recte in Salmaſ. ſchedis, in quibus tamen male *domum*. Sed verſuum horum ſenſus ſubobſcurior videtur, qui clarior & apertior erit, ſi legamus:

Et quem nocte procax penitus corroſerat uxor,
Conſueras propria praecipitare domo.

ut indicet, illum lenonem, cum uxor amatorem ſuum nocte admiſſum egregie deſpoliaverat, tunc quaſi maritum adulterio uxoris offenſum & iratum, amatorem proturbare domo, non tamen antequam uxor eum corroſerat, id eſt exhauſerat & nummis deſpoliaverat. ita *comedere* bona, pro decoquere, abligurire, ut Graecis καταφάγειν τὴν ὀυσίαν. de quo vide Victor. IV. Var. Lect cap. 6. & ſic δαπανᾷν apud Lucam cap. XV. 14. de filio prodigo, quod καταφάγειν dicit v. 30. unde πλοῦτος δαπανηρὸς apud Eurip. Phaen. 569. ut pro diverſa lectione habet Scholiaſtes. *comedere* frequens hac in re apud Ciceronem. vide IX. ad Fam 20. VI. ad Att. I. pro Flacco cap. 36. & pro Sext. 52. Juvenalis Sat. I. 138.

——— *una comedunt patrimonia menſa.*

hinc Catonis jocus de Q. Albidio, qui bona ſua abligurierat, & incendio domum perdiderat, illum *propter vim fecisse* dicentis, *quod comeſſe non potuerit, id combuſſiſſe.* unde *comedones*, *qui bona ſua conſumunt*, teſte Feſto. & *catophagos* dixit Petron. cap. 39. ubi vide Patrui notas, & ad cap. 44. *forte* vero a librario pro *nocte* poni, non eſt ſine exemplo. ita apud Ovidium in plurimis ſcriptis & editis legitur Epiſt. III. v. 19.

Si progreſſa forem, caperer ne nocte timebam.

ubi alii *forte* praeferunt. & Lib. I. Met. 493.

Ut facibus ſepes ardent, quas forte viator
Vel nimis admovit &c.

ubi Heinſius *nocte* legebat, probante Patruo. Tertium diſtichon editio Patiſſoniana exhibet hunc in modum:

Sed praetenſa aſtu deluſit retia quidam,
Teque tuis miſerum depulit e laribus.

Sed videntur nonnulla deſiderari, quia multum ab editis abeunt ſchedae Salmaſii, quae duobus verſibus auctius Epigramma exhibent, licet valde vitioſis:

Sed praetenſa catus deriſit retia quidam,
Quur vera ſtatuens bore manere domo.
Nam ſemel admiſſus deriſit retia quidam,
Teque tuis miſerum depulit e laribus.

quorum ultimum diſtichon tantum habetur in libro Voſſiano. pro *aſtu* in Salmaſianis recte *catus* legi-

IIii tur,

Digitized by Google

Et quem forte procax penitus conroſerat uxor,
Conſueras propria praecipitare domo.
Sed praetenſa catus deriſit retia quidam,
Teque tuis miſerum depulit e laribus.
Solus vera probas jucundi verba poëtae,
Cum jugulas hircum, factus es ipſe caper.

tur, id eſt, te lenone ſegni callidior & ingenioſior, (ut hanc vocem Servius explicat ad Virg. I. Aen. 423.) poſitas ſibi inſidias *deriſit* vel *deluſit*, ut edidit Patiſſon. quod eodem redit. malim etiam *quamdam* pro *quidam*. id eſt, poſtea ſuo tempore utens te eluſit idem ille, quem antea domo exegeras. *fallere* dixit Ovid. Epiſt. xx. 45.

Ut partem effugias, non omnia retia falles:
Quae tibi, quam credis, plura tetendit Amor.

ubi *tendere retia* de amore, ut hic *praetenſa retia*. quomodo in eadem re apud Tibull. I. 7. 5. loco adpoſito:

Jam mihi tenduntur caſſes, jam Delia furtim
Neſcio quem tacita callida nocte fovet.

Deinde verſum illum *Quae vera ſtatuens* &c. miſere in ſchedis Salmaſianis corruptum ita caſtigandum arbitror,

Converſa ſtatuens forte manere domo.

nempe vice mutata in tua manere domo, & te expellere ſtatuens. non diſſimili ſenſu in loco Propertii Lib. II. El. 17. 12.

Colchida ſic hoſpes quondam decepit Iāſon,
Ejecta tenuit namque Creuſa domum.

ita enim reſtituit Patruus meus ad Virg. II. Georg. 407. pro eo quod nunc circumfertur,

Electa eſt tenui namque Creuſa domo.

& recte exponit, ejecta Medea Colchide Creuſam tenuiſſe domum Iāſonis. ut queritur ipſa Medea apud Ovid. Epiſt. XII. 132.

Auſus es, o (juſto deſunt ſua verba dolori)
Auſus es, Aeſonia, dicere, cede domo.
Juſſa domo ceſſi &c.

Aliter tamen haec capiebat Cl. Oudendorpius, qui *patria domo* retinebat, cui ſenſus Epigrammatis hic videbatur: Lenonem illum per uxoris meretricias artes nonnullos ad tantam egeſtatem adegiſſe, ut ipſi domum patriam vendere debuerint, vel pro debitis tradere, quos itaque patria domo praecipitavit: & ſic intelligebat illa Tibulli Lib. I. El. 10. 72.

Non tibi, ſed juveni cuidam vult bella videri,
Devoveat pro quo remque domumque ſuam.

ſed tandem illum deceptum eſſe ab alio quodam, cujus amore irretita lenonis uxor maritum domo cedere coëgit, ſive ille cum ſua adultera; verſumque in ſchedis Salmaſianis mendoſum ſic caſtigabat:

——— *deluſit retia quidam*
Pauperior, aut *Verſutus*, *ſtatuens hac remanere domo.*

Sed quid fiet ſequentibus, ita ut in ſchedis iisdem Salmaſianis habentur? nam interpolata, & ab oſcitante librario male repetita ſunt iſta *deriſit retia quidam*, pro quibus certe alia potuit auctor Epigrammatis, quae divinare difficile eſt neque opem adferunt Divionenſes ſchedae, in quibus hoc carmen non inveni. Senſum aliquem reciperent verſus non invenuſti, ſi hoc vel ſimili hemiſtichio inſerto ſic legerentur,

Sed praetenſa catus deluſit retia quondam,
Converſa ſtatuens forte manere domo.
Nam ſemel admiſſus tenuit bona, credita ſervans:
Teque tuis miſerum depulit e laribus.

talis enim hoſpes, a marito ipſo adductus, turpius ejicitur, quam non admittitur. *bona credita tenere* amatoria locutio eſt, ut de Menelao minime vafro ſed commodo Paris apud Ovid. Epiſt. XVI. 305.

Hunccine tu ſperes hominem ſine pectore dotes
Poſſe ſatis formae, Tyndari, noſſe tuae?
Falleris: ignorat. nec, ſi bona ſumma putaret,
Quae tenet, externo crederet illa viro.

ſervare autem *bona credita* conjeci, verbo itidem hac in re eleganti. ut apud Tibull. I. 7. 40.

Quid tenera tibi conjuge opus? tua ſi bona noris
Servare, ah fruſtra clavus ineſt foribus.

praeterea *admitti* proprium eſt in amoribus. Propertius Lib. II. 13. 66.

Nunc decimo admittor vix ego quoque die.

& Lib. I. El. 16. 19. in querela ad januam:

Cur numquam reſerata meos admittis amores,
Neſcia furtivas reddere mota preces.

& in ſimili ad janitorem expoſtulatione Ovid. I. Am. 6. in fine:

Qualiſcumque vale, ſentique abeuntis amorem,
Lente, nec admiſſo turpis amante, vale.

& ſic capiendum opinor in loco Tibulli Lib. I. El. 7. 62.

Et tibi neſcio quas dixit, mea Delia, poenas,
Si tamen admittas, ſit precor illa levis.

licet aliter expoſuerit Broukhuſius. tota enim Elegia eſt invectiva in maritum vel rivalem, quem tacita nocte Delia ſinu fovebat, precaturque poëta, ut antiſtita Bellonae, quae poenas Deliae indixerat, ſi peccaret, *levis* ſeu vaniloqua eſſet, ſi ejecto rivali *admitteretur*, uſus beneficio lenae adducentis. hunc enim ſenſum loci obſcurioris puto, ut ſuadent ſequentia:

Haec me deducit tenebris, multoque timore
Conjungit miſeras clam taciturna manus.
Haec foribusque manet noctu me adfixa, proculque
Cognoſcit ſtrepitus, me veniente, pedum.

EP. ex

EP. CLXIX. *ad Lenonem Comitiacum.*

Militiae cultus & nigri tegmina panni
Cur magis exoptes, diſſere, leno, mihi.

Exi-

ex quibus patet *admittere* illic pro peccare non poſſe dici, ſed pro *admittere amantem*, ſeu recipere. *Haec mihi te adducit* ed. Douz. ſed cum Pricaeo ad Apulej. pag. 516. forte praeſtet, *Haec tibi me adducit.* Sed ſufficiant haec ad fulciendum nonnihil inſititium e conjectura hemiſtichium, aut aliorum eliciendas hariolationes pro verbis auctoris ipſius, quae exciderunt. Ultimo diſticho Salmaſii ſchedae *verbera* vitioſe pro *verba* habent. denique *Dum jugulas* ſcribendum. nam *poëtae* illius *jucundi verba*, ſunt Martialis Lib. III. Epigr. 24.

Sic modo qui Thuſcus fueras, nunc Gallus haruſpex,
Dum jugulas hircum, factus es ipſe caper.

quem locum bene contra Scriverium explicuit Gronovius Lib. II. Obſerv. cap. 15. pag. 336.

EP. CLXIX. *Militiae cultus* &c.] Hujus Epigrammatis hactenus inediti diſtichon penultimum profert Salmaſius ad Vopiſci Carin. cap. XVI. & Pareus in Lexico Critico pag. 243. nos integrum edimus ex ſchedis Salmaſianis, & ex codicis Divionenſis Excerptis, in quibus tamen emendatius legitur. verſu primo per *nigri tegmina panni* poteſt intelligi ſordida veſtis & chlamys militum, quae pannoſa & obſoleta erat: de quo in Cod. Theodoſiano, de militari veſte. niſi quis de cingulo militiae malit accipere. *pannum* enim pro zona ſumi docuit Salmaſ. ad Vopiſc. Aurelian. cap. 46. & *cingulum* pro Magiſterio militiae, ad quod in fine hujus Epigrammatis reſpicitur, dici patebit ex Delrii & Claverii notis ad Claudian. II. in Eutrop. 320. Secundo verſu caſtigavi, *diſſere, leno, mihi.* ut diſertim habebatur in Divionenſibus. *deſidere* enim corrupte in Salmaſianis ſchedis, & Leid. cod. ſed *diſſere* in marg. a manu recentiore. *diſſere mihi* idem quod Virgilio *ediſſere* Lib. II. Aen. 149. *mihique haec ediſſere vera roganti.* vid. ad Medeam v. 320. Lib. I. Claudian. Epith. Pallad. & Celer. 50. *Huc ades, & tantas nobis ediſſere cauſſas.* & ſic *ediſſerere*, pro disquirere, reſtituit Gruterus Auctori Rhetoricor. ad Herenn. Lib. II. cap. 17. verſu tertio *Exiguo nec* cod. Leid. m. pr. & ſeq. *ſaccus eras. exiguus quaeſtus* eſt as ille, quem pro cella ſolvebant meretrices, lenones, & ſimiles. vide quae notarunt viri docti ad Petron. cap. 8. & 43. ubi ſimiliter *ab aſſe crevit*, id eſt quaeſtum fecit, ut v. 3. *creſcebat cellula quaeſtu.* deinde per *paſſum populi* intelligit annonam militarem, quam erogare militibus Duces & Primipili debebant, ſed qua eos ita fraudabant ſaepe, ut egeret miles & eſuriret, quod ſeq. verſu indicatur. vide Jac. Gothofred. ad Cod. Theodoſ. Lib. VIII. Tit. IV. de Cohortalibus, in paratitlo. & l. 6. & 16. & ad l. XI. de Decurionibus. verſu ſeptimo male in Salmaſianis erat, *Effuge vitando ſi qua potes. vitandos* dedimus ex Divionenſi & Leidenſi codice. adhaeſit ultima litera ſequenti voci. *valeas* etiam recte idem Divionenſis pro *caleas*, ut perperam in Salmaſ. ſchedis, & cod. Leid. licet *valeas* correctum a m. ſec. Quid autem *tenſo pede vivere* ſit, vix intelligo; niſi pro pingui & bene curato corpore capiamus. ut *pingui tentus omaſo Furius* apud Horatium Lib. II. Sat. 5. 40. licet Cl. Oudendorpius *tenſo pede*, per celerem fugam & abitum e caſtris, interpretaretur. Ultimo verſu mendoſe in cod. Leid. *utriisque come.* ſed in marg. *utriusque comes* emendatum erat. Alludit ad dignitatem Comitum rei militaris, de quibus Titulus eſt in utroque Codice. qui & Magiſtri militiae, vel Magiſtri equitum vel peditum, & aliquando, cum utraque dignitas uni conferretur, Comites & Magiſtri utriusque militiae dicebantur. ut in Epitaphio Luciolae apud Pithoeum Lib. III. pag. 96.

Conjuge Fortunato equitum peditumque Magiſtro.

de quibus vide Jac. Gothofred. ad Tit. Cod. Theodoſ. de re militari, in paratitlo, & alibi ſaepe agentem. & multis Noriſium ad Cenotaphia Piſana pag. 441. & 442. & Salmaſ. ad Vopiſci Aurelian. cap. XVII. qui docet a Conſtantino hunc titulum *Comitum utriusque militiae* inſtitutum, unde poſt ejus tempora hoc quoque Epigramma ſcriptum ſtatuere licet. de hoc honore adſectum Claudiani locum reſtituit Heinſius in Carm. de Laud. Serenae v. 193.

——— ——— *dilectus equorum*
Primus honos. gemino mox idem culmine duxit
Agmina, commiſſosque labor ſic geſſit honores,
Ut ſemper merito Princeps, cum magna dediſſet,
Deberet majora tamen.

& *geminum culmen* de Stiliconis magiſterio utriusque militiae explicat. in vulgatis enim corruptiſſime legebatur, *gemino mox Idae germine.* nullo ſenſu. nec fluctuare debebat Barthius in Comment. pag. 446. qui cum prius hanc lectionem codicis Cujaciani fide probaſſet, & bene adſtruxiſſet antiqua Inſcriptione, quae cum alia apud Gruterum legitur pag. CCCCXII. inſ. 3. & 4. in qua Stilicon MAGISTER EQUITUM PEDITUMQUE, & MAGISTER UTRIUSQUE MILITIAE dicitur, dein praefert *gemino germine*, & de milite Romano ac barbaro inepte exponit.

Digitized by Google

Exiguone tibi creſcebat cellula quaeſtu,
  Quum gravis adducta virgine ſaccus erat?
An neſcis populi paſtum ſibi tollere paucos,
  Unde miſer fiſco paupere miles eget.
Effuge vitandos, ſi qua potes arte, labores,
  Ut valeas tenſo vivere, leno, pede.
Nam ſi formoſas redeas lenare puellas,
  Et dederit quaeſtus quotidiana Venus;
Non jam miles eris humilis, ſed divite nummo
  Fies militiae mox utriusque comes.

EP. CLXX. *in Martium Cinaedum.*

Quid prodeſt Martis te vel de nomine dictum,
  Pruriat infami cum tibi clune Venus.
Fors fuerat potius, Cypridos ut nomen haberes,
  Et natura daret Martia membra tibi.
Nunc utroque carens ignoti fabula ſexus;
  Femina cum non ſis, vir tamen eſſe nequis.

EP.

firmat Heinſii emendationem Sidonius Apollinaris Panegyrico Anthemii v. 80. ubi de Procopio:

Suſcipit hinc reducem duplicati culmen honoris
Patricius, nec non peditumque equitumque magiſter
Praeficitur caſtris.

vide Reineſ. ad Claſſ. vi. Inſcript. 48. pag. 420. ubi inter alia notat Graecis στρατηλάτην, vel στρατοπεδάρχην dici. In loco tamen Claudiani *gemino culmine agmina ducere* vix Latine dici admittit Patruus meus, ac proinde tentabat, *gemino moderamine*, de utriusque militiae magiſterio tamen intelligens. Hic autem ſenſu obſcaeno de lenone, qui pueris & puellis meritoriis praeerat, debet ſumi. Recte igitur in ſchedis Salmaſ. titulus eſt, AD LENONEM COMITIACUM. licet in ſchedis Divionenſ. COMITIATUM, & in cod. Leid. COMICIANUM. ſed a m. ſ. correctum COMITIACUM. ludibrio deſumto a *Comitiaco*, quomodo dicebatur, qui comitiva primi ordinis ornabatur. unde apud Caſſiodor. vi. Var. Ep. 13. habetur Formula *magiſtri ſcrinii & Comitivae primi ordinis, quae danda eſt Comitiaco, quando permilitat.* Comites enim rei militaris cum primi ordinis Comitiva militaribus copiis praefici a Principe ſolebant, & erat quaſi gradus ad Magiſterium militum. ut docet Sirmond. ad Sidon. Apoll. pag. 108. & 109.

EP. CLXX. *In Martium Cinaedum*] In Catalectis vet. Poët. edit. Petronii Patiſſonianae p. 166. legitur. Inſcriptionem hujus Epigrammatis formavi IN MARTIUM CINAEDUM. vel EUNUCHUM, quia *de Martis nomine* dictum ait. a Marte enim eſt *Martius*, ut a Marco *Marcius*. vid. Sigon. & Drakenb. ad Liv. Lib. i. cap. 32. cui conjecturae adſtipulantur ſchedae Salmaſianae, in quibus titulus erat, DE MARTE CINEDO. forte pro DE MARTIO. & cum iisdem facit liber Iſ. Voſſii apographus in Bibliotheca Leidenſi, in quo primus verſus habebatur mutilus,

Quid prodeſt Martis de me dictum.

ſed melius ſchedae Salmaſianae exhibent,

——— *Martis nomen de nomine dictum.*

Lege, *de nomine ductum.* ita enim loquebantur veteres. Horatius Lib. iii. od. 27.

——— *tua ſectus orbis Nomina ducet.*

& Lib. ii. Sat. ii. 56.

Cui canis ex vero ductum cognomen adhaeret.

ut ex MSS. emendatiores editiones exhibent. Ovid. iii. Faſt. 713.

Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen.

ita *mos ductus avis* Valerio Fl. vi. 125. *ductus ab aethere ſanguis* Statio Lib. ix. Th. 445. *domus ab Agenore ducta* Ovidio Lib. iii. Met. 258. ſic apud Manil. Lib. i. 354. legebat Patruus meus, *deltoton nomine fidus Ex ſimili ductum*, vel *ducto.* Claudianus in Feſcenn. v. 69.

Geminaque parte ductum
Caeſareum flumineo
Stemma recurris ortu.

plura adferre confirmandae huic correctioni, ſi opus foret, in proclivi eſſet. ſed vide Heinſ. ad Ovid. ii. Faſt. 424. & Lib. iii. 387. tertio verſu *Fors fuerat*

Digitized by Google

EP. CLXXI. *in Caballinam Meretricem.*

Caballina furens, amanda nulli,
Excuſſis modo calcibus fremebat:
Quae quamvis facie micet rubenti,
Et vibret Parium nitens colorem,
Hirſutis tamen eſt petenda mullis,
Qui poſſint pariles citare junctas.

EP. CLXXII. *de duabus Sororibus, meretriculis ex Illyrico, Gentia & Chloë, quae Romana caſtra cum matre lena ſequebantur.*

* * * *

* * matris amor deliciumque meum.
Ne vero inter vos odio certate ſorores,

Utrius

rat potius Patiſſon. ed. In Voſſii libro, *Sors fuerat Cypridos.* ſed ſchedae Salmaſii rectius utique legunt,

Sors fuerat melior, Cypridos ut nomen haberes.

niſi quod malim, *Cypridos ſi nomen haberes. haberet* male ed. Patiſſ. verſu penultimo, *nunc utrumque carens* liber Voſſianus. ceterum *Cypris* pro Venere, tam hoc loco quam alibi in his Catalectis. quod tamen male, & ſine exemplo veterum dicitur. vide ſupra ad hujus Libri Ep. XL. 4. ſeq. verſ. lege cum Cl. Oudendorpio, *Aut natura daret* &c.

EP. CLXXI. *Caballina furens* &c.] In ſchedis Salmaſianis inſcriptio erat DE CABALLINA MERETRICE. nomen quaeſtui iſti accommodatum. *Equae* enim meretrices ſaepe dicuntur, & inde multae locutiones & alluſiones in ſcriptis veterum. vide notas Doctor. ad Petron. cap. XXIV. & ſic capienda illa, quae ſequuntur, *Excuſſis modo calcibus fremebat,* quod proprie equum deſignat. *frebemat* corrupte in Salmaſ. ſic *frementem equum* vocat Virg. I. Georg. 12. & ita paſſim *equorum fremitus* occurrit. *excutit* autem *calces* equus, quum pedibus furit, recalcitrat, & pulverem ſpargit, ut *incuſſas calces* dixit Silius Ital. Lib. IV. 242.

Ictu quadrupedis fulva porrectus arena
Eliſa incuſſis amiſit calcibus ora.

ſic *calcibus frontem exterit* apud Phaedr. Lib. I. fab. 21. 9 ubi in aliis *extudit* legebatur, ſed *exterit* in ſua editione recte dedit Patruus meus, quomodo etiam caſtigandum probabat Heinſ. ad Ovid I. Amor. 9. 12. vel quia hic prurientem caballinam, &, ut copiam ſui daret, procumbentem indicare videtur Epigrammatis auctor, poteſt etiam adludi ad equum, qui, ut Virgilius deſcribit Lib. X. Aen. 892.

——— *calcibus auras*
Verberat, ejectoque incumbit cernuus armo.

verſu quarto in iſ. Voſſii libro corrupte legebatur,

Et biberet parvum nitens colore.

ſed in ſchedis Salmaſianis habetur,

Et vibret Parium nitens colorem.

id eſt, candore ſuo Parium referat ac provocet marmor. quod videtur adumbratum ex Horatio Lib. I. od. 19. 6.

——— *urit me Glycerae nitor*
Splendentis Pario marmore purius.

Ita apud Petronium cap. 126. *Jam mentum, jam cervix, jam manus, jam pedum candor, Parium marmor extinxerat.* ubi vide Interpretes. & ad Valer. Fl. Lib. V. 188. & de Pario marmore ceteris nobiliore agit Broukhus. ad Propert. Lib. III. El. 7. 16. ſeq. verſu pro *mullis* Salmaſ. ſchedae *mulis*, quod probabat Cl. Oudendorpius, & per *hirſutos mulos* intelligebat aſinos. ultimus verſus in ſchedis iiſdem ſic legebatur:

Quae poſſent pariles citbare junctas.

in Voſſiano libro, *parile ſcitare junctas.* ſed in Patiſſoniana editione ita habetur, ut edidi. *citari* enim proprie equi dicuntur, ut notiſſimum. ſed ſenſus hic obſcurior eſt: qua enim ratione *muli*, vel *mulae*, quae ſteriles ſunt, nam *Quae* legitur in ſchedis, *citare equas* poſſint dici, non adparet. Forte legendum,

Hirſutis tamen eſt petenda pullis,
Qui poſſint pariles citare junctas.

ut innuat dignam eſſe, quae ab equo forti, qui duabus ſufficiat, ſubigatur, & indicet eam eſſe comparandam Lydiae illi, de qua Martialis Lib. XI. Epig. 22. non diſſimilis nequitiae poëta in Carminibus Ithyphallicis Epig. LII. puellae poſt alios peculiatos promittit aſellum mutoniatum. & vide Apulej. Lib. X. p. 226.

EP. CLXXII. *de duabus Sororibus* &c.] Exſtat hoc elegantiſſimum, ſed mutilum, Epigramma apud Pithoeum pag. 422. ed. Par. & poſt Galli Elegias in editione Catulli, Tibulli, ac Propertii, quae

cum

Digitized by Google

Utrius alba magis vel minus atra cutis:
Hoc unum certate, ſuos magis urat amores,
Altera nonne oculis, altera nonne comis.
Anne coma ex auro flava eſt tibi, Gentia? an auri
Ex ipſa magis eſt bractea flava coma?

E

cum Livineji, Gebhardi, & aliorum notis prodiit Francof. 1621. ex officina Wecheliana pag. 341. primus verſus cum deſideretur, initio ſecundi Scriverius in ora libri ſui ſuppleverat *Gentia matris amor* &c. ut ipſe aliquando etiam tentaveram. Forte lacero Epigrammatis initio, modo conjecturae liberiori indulgere liceat, aliquem ſenſum reddere poſſemus, ſi Epigrammatis inſcriptionem ſecuti ſcripſiſſe poëtam divinemus:

Quis Deus Illyricis huc vos mihi detulit oris,
Utraque matris amor, deliciumque meum.

ut loquatur miles, ad utriusque puellae antea cognitae adſpectum in caſtris inopinatum haerens, & veteris amoris ignem ſentiens erga ſorores formoſas utrasque, ſed viciſſim invidas & quaſi rivales, cum haec oculis, illa capillis ſe commendaret, ut ex ſequentibus patet. Sed hoc quidem clamabunt nonnulli, eſſe novam & adſcititiam laciniam veteri, ſed adtritae ac laceratae, veſti adnectere. Fateor. Sed quid vetat, ſi modo non diverſi coloris pannus ſit, & a reliqua fragminis parte non penitus abhorreat, artem aliquam utcumque experiri? Poëtica certe in adventu inopinato, ſive gratus ſive ingratus ſit, exclamatio eſt, *Quis Deus huc te miſit*, vel *detulit*. unde necopinantibus ſupervenientes dicuntur *de coelo miſſi adeſſe*. vide Broukhuſ. ad illud Tibulli Lib. I. El. 3. 90.

Sed videar coelo miſſus adeſſe tibi.

ſic paſſim inexſpectatae felicitatis vel calamitatis auctorem neſcio quem Deum ſtatuebant veteres. ſupra Lib. II. Ep. 37.

Quis Deus has incendit aquas, quis fontibus ignes
Miſcuit.

Virg. IV. G. 315.

Quis Deus hanc, Muſae, quae nobis extudit artem.

& X. Aen. 74.

Quis Deus in fraudem, quae dura potentia noſtri Egit.

& in Epigrammate antiquo, quod Virgilio tribuunt, apud Pith. Lib. III. p. 89.

Quis Deus, Octavi, te nobis abſtulit.

in carmine Endeleichii Severi de mortib. boum p. 451.

Quis te ſurripuit cladibus his Deus?

ſed adpoſite apud Petron. Sat. cap. XVI. *immo potius miratur, quis Deus juvenes tam urbanos in ſuam regionem detulerit.* quo loco unice firmari poteſt noſtra conjectura. & ſic, quaſi vulgus Deorum non ſufficeret, Polyaenos exclamat apud eumdem cap. 140. *Dii majores ſunt, qui me reſtituerunt in integrum.* in his autem locutionibus *Deus* nihil aliud, quam Fortunam, caſum ſignificat. ut apud Virg. IX. Aen. 211.

Si quis in adverſum rapiat caſusve Deusve.

& in Epigr. antiquo apud Scalig. in Catalect. pag. 202.

Sive fuit Fatum, ſeu fuit iſte Deus.

vid. D. Heinſ. ad Heſiod. p. 243. & Graevii ac Patrui notas ad Suet. Claud. cap. 13. His adſtrui poteſt ejusdem Patrui mei emendatio apud Petron. Sat. cap. 127. *Neſcio quis tacitis concitationibus nos Deus agit.* ubi vide notas. Haec conjeceram, & cum eruditiſſimo amiciſſimoque Oudendorpio communicaveram, cui ſupplementum hoc egregie placebat, praeſertim *Utraque* in pentametro: ſed & ipſe artis Criticae periculum faciebat, tentando,

O mea quae binae comitatis caſtra puellae,
Utraque matris amor &c.

vel potius,

Illyrides, mea quae comitatis caſtra, puellae.

ut imitatio ſit Propertii Lib. II. El. 6. 15.

Quod mea ſi tenerae comitarent caſtra, puellae.

ubi legendum putabat, *Quod ſi ſera meae* &c. quia in Voſſianis ac Dorvill. MSS. *Quod ſi vera meae* &c. quomodo & in meo codice exſtat, & in ſuo MS. haberi teſtatur Ciofan. ad Ovid. XIV. Met. 259. ex his ultima conjectura *Illyrides* &c. maxime placet. *Illyrias* fuiſſe praeter Epigrammatis inſcriptionem & v. 10. *Et regat Illyricas* &c. ſatis docet nomen *Gentia*. nam & Illyriorum Rex *Gentius* ex Livio Lib. XL. cap. 42. & Libr. ſeqq. notiſſimus eſt, quique *Genthion* vocatur Athenaeo Lib. X. cap. XI. ubi tamen Γέντιον, non Γενθίωνα, ſcribendum recte putat Caſaubonus.

4. *Utrius alba magis vel minus atra cutis*] quia utraque ex Illyrio, quo refer illud Ovidii Lib. II. A. A. 658.

——— *fuſca vocetur,*
Nigrior Illyrica cui pice ſanguis erit.

8. *an auri Ex ipſa magis eſt bractea flava coma*] eleganter dicit bracteam auri ex coma Gentiae magis flavam. *bractea* eſt auri lamina. Gloſſae MSS. Leidenſes poſt Iſidori Etymologias: *Bractea tenuis*

auri

E Beronicaeo detonſum vertice crinem
  Retulit eſuriens Graecus in âſtra Conon:
Gentia, rapta tibi fiat coma protinus aſtrum,
  Et regat Illyricas certior Urſa rates.
Cum quatit & caudam Junonius explicat ales,
  Mille oculos, gemmas mille decenter habet:
. . . . . . huc illuc flectat ocellos,
  Hinc illinc videas currere mille faces.

* * *

Ep.

auri lamina ſive purpura ſerici bis tinctum. Gloſſarium Iſidori: *Brantia vel Branzia tenuis auri lamina.* ubi forte emendandum, *Bractea vel Brattea.* nam utroque modo ſcribebatur. vide Salmaſ. ad Hiſt. Aug. pag. 394. ſic *bratteolas* apud Prudent. Periſteph. Hymn. XII. 49. gloſſator codicis Egmondani exponit *laminas tenuiſſimas auri.* hinc *auro inbractcari* apud Ammian. Marcell. Lib. XIV. cap. 6. ubi vide Lindenbrogii notas.

9. *E Beronicaeo detonſum vertice crinem*
  Retulit eſuriens Graecus in aſtra Conon]
ex Catulli Coma Beronices v. 7.

Idem me ille Conon coeleſti numine vidit
  E Beronicaeo vertice caeſariem.

ubi de Conone hoc Samio mathematico vide Iſ. Voſſ. pag. 258. qui monet aliis Κώνων male vocari pro Κόνων, cum Catullus & Callimachus primam corripiant, quod ex hoc etiam loco patet. in Gloſſis autem Philoxeni vitioſe ſcribitur, *Canon*, Σάμιος μαθηματικός. ſed recte Vulcanius in notis pag. 26. corrigit *Conon.* adducto Virgilii loco Ecl. III. 40.

In medio duo ſigna; Conon, & quis fuit alter.

ſequens verſus adhaeret Juvenali Sat III. 78.

Graeculus eſuriens in coelum, juſſeris, ibit.

ex quo ſupra in Elegia Sulpicii Luperci de Cupiditate v. 22.

Hoc coelo jubeas ut petat, inde petet.

12. *Et regat Illyricas certior Urſa rates*] imitatio videtur Ovidiana Lib. IV. Triſt. El. 3. init.

Magna minorque ferae; quorum regis altera Grajas,
  Altera Sidonias, utraque ſicca, rates.

14. *Mille oculos, gemmas mille decenter habet*] expreſſum e Tibullo Lib. IV. El. 2. 14.

Talis in aeterno felix Vertumnus Olympo
  Mille habet ornatus, mille decenter habet.

gemmas autem in cauda pavonis pro oculis ejus dicunt frequenter poëtae, unde *gemmata pavonis cauda.* vide Broukh. ad Propert. II. 18. 59. & Menag. ad Amintam Taſſi p. 267.

15. * * * * *huc illuc flectat ocellos*] lacunam ſupplere tentabat Scriverius hoc modo,

Blanda Chloë mille huc illuc flectat ocellos.

quia nempe de cauda pavonis *mille oculos*, *gemmas mille* praeceſſerat. infeliciter. hiat enim verſus, & quis *mille oculos* Chloës ullo poëtico colore defendere poſſit. Quia in fine addit *currere mille faces*, ex oculis Chloës nempe, hariolabar,

Fuſca, vel *Flava*, *Chloë ardentes huc illuc flectat ocellos.*

ſic *flava Chloë* Ovid. III. Am. El. 7. v. 23. ut legit Heinſius. certe *Chloës* mentio hic neceſſaria, quia praecedentia ad capillos Gentiae ſpectant, ultima ad oculos Chloës, quibus haec incendebat, illa comis adliciebat amantes. Sed amplector potius Cl. Oudendorpii conjecturam,

Fuſca Chloë geminos huc illuc flectat ocellos.

ut eleganti oppoſitione Junoniae avis in cauda mille gemmas eſſe, ſed ex duobus modo ocellis Chloës mille faces emicare dicat. ut apud Propert. II. 2. 24.

Non oculi geminae ſidera noſtra faces.

Ovid. I. Amor. 8. 16.

——— *oculis quoque pupula duplex*
Fulminat, & gemino lumen ab orbe venit.

ubi vide Heinſ. adpoſite Tibullus Lib. IV. El. 2. 5.

Illius ex oculis, quum vult exurere Divos,
  Accendit geminas lampadas acer Amor.

quam egregiam inventionem poëticam eleganter illuſtravit Broukhuſius. ex quo patebit locum illum Tibulli praeclaris recentiorum poëtarum ingeniis adeo placuiſſe, ut paſſim imitentur; quibus adde Janum Secundum Lib. I. El. IX.

Unus ex oculis fax eſt accenſa meliae,
  Qua jecur Idalius torret utrique puer.

& Lib. II. El. 7.

Lumina fulgebant nitidis aequanda lapillis,
  Quos niger Eoa colligit Indus aqua.
Illorum ex acie torſit nova tela Cupido,
  Plusque ait, haec noſtris arma furoris habent.

&

Ep. CLXXII. *de Viro, quem mulier caedebat.*

Cum te barbati referas de ſanguine cretum,
  Ut tibi cognatus ſit Varitinna ferox;
Cur tua femineo caeduntur pectora ſocco,
  Infamique manu barbula vulſa cadit?
Deſine jam tibimet auctores fingere fortes,
  Vimque tuis membris ſtirpis ineſſe ferae.
Illa Salautenſis magis eſt de ſtirpe creata,
  Audet quae proprium ſternere calce virum.

Ep.

& apertius Fr. Marius Molſa Tom. II. Poët. Ital. Toſcani pag. 274

Scis Dea, cum libeat Divos exurere, ut hujus
Accendas nitidis lampadas ex oculis.

Fr. Franchinus Tom. II. ejusdem Collectionis pag. 258. b. ubi Cupido:

Unius ex oculis accendere utrasque ſolebam
Lampadas, & certa tendere tela manu.

Politianus Epicedio Albierae:

Ut nitidum laeti radiabant ſidus ocelli,
Saepe amor accenſas rettulit inde faces.

plures aliorum imitationes vide apud Chevraeum ad Malherbae Poëm. Tom. II. pag. 314. & 315. in fine hujus Epigrammatis nihil deſiderari arbitror, licet aſteriſcos adpoſuerit Pithoeus.

Ep. CLXXII. *de Viro, quem mulier caedebat.*] ita inſcripſit Pithoeus Lib. II. pag. 81. quomodo & in veteri Voſſii codice, & ſchedis Salmaſianis. ſed in Catalectis Petronianis, quibus hoc etiam inſertum eſt, titulus praefigitur, IN IMBELLEM JACTATOREM. cum nulla inſcriptione edidit Binetus p. 13.

v. 1. *Cum te barbati referas*] *barbati referans* Voſſ. cod. *barbatae referas* ed. Bineti. Heinſius legebat, *barbati referant.*

2. *Ut tibi cognatus*] *Et tibi* Douzi.

3. *Cur tua femineo caeduntur pectora ſocco*] ſchedae Salmaſii *tempora.* quae lectio non diſplicet, ut caput ipſi a muliere percuſſum ſignificet ſocco ſive ſandalio. ut in illo Terentii Eunuch. Act. v. Sc. 8. *utinam videam tibi ſandalio commitigari caput.* & ante eum Turpilius apud Nonium Marcell. in *mitis* pag. 343. *miſero mihi mitigabat ſandalio caput.* reſpicientes ad Herculem ab Omphale caeſum, quod ei exprobrat Deianira apud Ovid. Epiſt. IX. 81.

Crederis, infelix, ſcuticae tremefactus habenis,
Ante pedes dominae procubuiſſe tuae.

vide Caſaub. ad Perſium Sat. v. pag. 456. *pectora* tamen praefert Cl. Oudendorpius, ut *pectora calce*, quae ſocco erat induta, ceciderit. quia verſ. ult. *ſternere calce virum.*

4. *Infamique manu barbula vulſa cadit?*] forte, *barba revulſa.* licet *barbula* ironice poſſit capi, quia bene barbatus erat.

5. *Deſine jam tibimet auctores fingere fortes*] Interpoſuit Binetus & Pithoeus aſteriſcum, non quod aliquid deeſſe putarint, ſed forte ut vitium metri indicarent in *tibimet*, ultima correpta ante vocalem ſequentem, vel illud *tibimet* ſeculum Epigrammatis non optimum ſapere cenſuerint. ſed *t* in caeſura, ſequente vocali, optimis etiam poëtis producitur. & *tibimet* uſus eſt Seneca Hippol. v. 1222. *auctores* autem ſunt majores, generis & proſapiae principes. Ovid. XIII. Met. 142.

—— noſtri quoque ſanguinis auctor
Jupiter eſt.

& Epiſt. x. 132.

Nec pater eſt Aegeus, nec tu Pittheïdos Aethrae
Filius, auctores ſaxa fretumque tui.

apud Albinovan. Eleg. ad Liv. 205.

Auctorisque ſui praefertur imagine moeſta.

Statius Lib. I. Th. 224.

Nunc geminas punire domos, quis ſanguinis auctor
Ipſe ego, deſcendo.

& II. Theb. 436. & 463. apud Sueton. Claud. 25. *Appium Caecum generis ſui auctorem.* & in Ner. cap. 1. *auctorem originis habent L. Domitium.* ſic *auctor ac ſtator Romani nominis Mars* apud Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 131. ut recte emendatum a viris doctis, non *auctor ac ſator*, quae eadem ſunt. vide illic Heinſii notas.

6. *Stirpis ineſſe ferae*] *fores* in ſched. Salmaſ. *fore* cod. Voſſ. *tuae* in Catalect. Petron. & ed. Bineti.

7. *Illa Salautenſis*] ſic ſchedae Salmaſ. ac cod. Voſſii, & Pithaei editio Genevenſis, in Pariſina *Saulmutenſis.* Heinſius *Salautenſi de ſtirpe.* ſed in Catalectis Petronianis editionis Bineti:

Illa ſed audaci mage ſit de ſtirpe creata.

vel ut in aliis *magis eſt.* ſed haec ſuppoſita ſunt pro nomine familiae, quod hic latet, & ignotum eſt, ut & ille *ferox Varitinna* ſecundo hujus Epigrammatis verſu. in fine *Audet quem* cod. Salm.

Ep.

Digitized by Google

Ep. clxxiv. L. Apuleji.

Montis in excelſi ſcopulo deſiſte puellam,
  Ornatam mundo funerei thalami.
Nec ſperes generum mortali ſtirpe creatum:
  Sed ſaevum, atque ferum, vipereumque malum:
Qui pinnis volitans ſuper aethera, cuncta fatigat,
  Flammaque & ferro ſingula debilitat.
Quem tremit ipſe Jovis, quo numina terrificantur,
  Fluminaque horreſcunt, & Stygiae tenebrae.

Ep. clxxv. *de Eunucho.*

Quem natura marem dederat, fit femina ferro,
  Nam tener inpubes viribus exſuitur.
Hinc juvenem cernis tanto ſub robore mollem,
  Et dubii pulcher corporis errat homo.
Conjugibus cautis placita eſt monſtroſa voluptas,
  Fidus enim eſt cuſtos, qui ſine teſte datur.

Ep. clxxvi. *Aliter. de Eodem.*

Incertum ex certo ſexum fert pube reciſa,
  Quem tenerum ſecuit mercis avara manus.
Namque ita femineo Eunuchus crure movetur,
  Ut dubites quid ſit, vir magis an mulier.

Om-

Ep. clxxiv. L. Apuleji.] Legitur apud Apulej. Lib. iv. Met. pag. 86. ed. Pricaei: & ediderunt Pithoeus Lib. i. pag. 8. & Scalig. p. 230. verſu primo *ne ſiſte* correxerat Opitius. *Dis ſiſte* Heinſius. ſed nulla mutatione opus eſt. & *deſiſtere* hic pro ſimplici *ſiſtere* poſitum eſſe, monet Coler. ad Salluſt. p. 419. ſic in oratione Gracchi apud Gell. Lib. x. cap. 3. *palus deſtitutus eſt in foro.* ubi in aliis *defixus.* ſed *deſtitutus* eſt ſtatutus. qui *ſtipes deſertus* dicitur Tibullo Lib. i. El. i. 15. ubi *defixus* profert Salmaſ. de Cruce p. 514. ut Lib. i. El. 3. 43.

——— *fixus in agris,*
Qui regeret certis finibus arva, lapis.

ſed *deſertus* eſt defixus, depactus. ut in Gloſſario MSS. Leidenſi poſt Iſidori Etymolog. *Depactus, defixus.* vid. Broukh. Loënſ. Lib. ii. Miſcell. Epiph. cap. 18. & Buchner. ad Venant. Hymn. de Reſurr. pag. 18. licet *deſertum* ſtipitem pro palo vel arboris trunco vetuſtate putrefacto, ideoque deſerto, exponat Patruus ad Virg. ii. Aen. 713 Quia tamen hic in MSS. *ſuſiſte* vel *ſubſiſte* legebatur, Cl. Oudendorpius conjiciebat, *Montis in excelſi ſcopuloſis ſiſte puellam.* ut *ſcopuloſa montis* dicantur, quomodo apud Apulej. pag. 67. *montis obliqua.* & *devexa* infra *per devexa excelſae rupis* in fine illius libri. ubi male vulgo excidiſſe *rupis* cenſebat. *ardua montis* Ovidio viii. Met. 692. *montis declivia* Lucano Lib. ii. 421. & innumera ſimilia paſſim. vid. Drakenb. ad Liv. xxxvii. 58. *ſiſte* vero, ut apud eumdem Apulejum mox p. 87. *ſcopulo me ſiſtite.* & Lib. v. 92. *ſorores hic mihi ſiſtat.* *infigi ſcopulo* apud Senecam ſupra Epigr. xi. 14.

6. *Flammaque & ferro ſingula debilitat*] *ſaecula* conjecerat Heinſius.

8. *Fluminaque horreſcunt*] lege *Flumina quem horreſcunt.* PITHOEUS. recte. & ſic Scriverius. N. Heinſ. ad Sabin. Epiſt. iii. 35. & jam Barth. ad Stat. Lib. i. Sylv. 2. 66. quod a cod. MS. Guelferbitano primo confirmari monuit Cl. Ondendorpius; qui recte rejiciebat ejusdem Barthii emendationem in verſu ſecundo *vipereum, atque malum.* nam *vipereum malum* eſt peſſimus Cupido. ut *ſcelus* pro ſceleſto, Terentio, aliisque. *ſenile facinus* pro facinoroſa anu apud Apulej. pag. 72. & ſimilia. deſcribitur autem Cupidinis imperium in Deos hominesque. vide ad Lib. i. Ep. 28.

Ep. clxxv. *De Eunucho*] Utrumque hoc in Eunuchum Epigramma ineditum debetur ſchedis Salmaſianis & Divionenſibus.

4. *errat homo*] ſic Salmaſ. *extat* Divion.

Ep. clxxvi. *Ut dubites quid ſit, vir magis an mulier*] *dubitet* minus bene in Divionenſ. ubi recte le-

 gi-

Omnem Grammaticam caſtrator ſuſtulit artem,
Qui docuit neutri eſſe hominem generis.

EP. CLXXVII. PULICIS. *de Hermaphrodito.*

Quum mea me genetrix gravida geſtaret in alvo,
Quid pareret, fertur conſuluiſſe Deos.

Mas

gitur *vir magis an mulier.* ut & in cod. Salmaſ. in quo tamen a pr. manu deerat *magis*, & cum lacuna legebatur, *quid ſit vir an mulier.* de eunucho frequens apud veteres locutio *nec vir nec femina*, aeque ac de Androgyno, ut ſeq. Epigr. ſic de quodam Juliano apud Pithoeum in Praeterm. pag. 484.

——— *abſcindit membra pudenda pater.*
Femina virque prius, nec vir nec femina nunc eſt:
Fit neutrum, credi femina dum voluit.

de Scythone Ovid. Lib. IV. Met. 280.

Ambiguus fueris modo vir, modo femina, Scython.

de Attide in Ibin v. 457.

Deque viro fias nec femina nec vir, ut Attis.

& de Eutropio Claudian. Lib. I. ſupra Ep. 170. de Martio cinaedo vel eunucho:

Femina cum non ſis, vir tamen eſſe nequis.

ſic & Bagoas *nec vir nec femina* Ovidio Lib. II. Am. 3. 1. ubi vide Patrui notas.

EP. CLXXVII. PULICIS. *de Hermaphrodito*] ſub PULICIS tamquam poëtae vetuſti nomine edidit Pithoeus Lib. I. pag. 8. & Ph. Labbeus in Theſaur. Epitaph. Part. IX. p. 396. male enim POLLUCIS eſt apud Scalig. in Catalect. p. 231. HERMAPHRODITI inſcribit G. Fabric. in Monum. Antiq. p. 130. qui inter Epitaphia exhibet, notatque ex Gyraldi Dialog. X. de Poëtis p. 503. eſſe carmen antiquum Pulicis poëtae, idemque ſe inveniſſe in membranis vetuſtiſſimis, & eleganti carmine Graeco expreſſum eſſe ab Angelo Politiano; quem vide Lib. V. Epiſt. 7. ubi Codro Urceo ſcribit ſe Graece vertiſſe *vetuſtum poëtae Pulicis Epigramma in Hermaphroditum, quod vulgus Antonio Panormitano falſo adjudicat.* de illius autem verſione, ac toto hoc Epigrammate legi meretur prolixa diſſertatio Monetae in Menagian. Tom. IV. pag. 432. & ſeqq. qui verſionem Politiani & Joh. Laſcaris inter ſe conparat, iisque ſub finem adjungit ſuam, quae utriusque elegantiae non cedit, ſed quod ad *Pulicem* adtinet, oſtendit auctorem eſſe *Pulicem de Cuſtozza*, Vicentinum, vix duobus ſeculis Politiani aetate ſuperiorem. Monetae vero & Laſcaris verſiones, licet ſua laude non fraudandas, Politiano tamen palmam non praeripuiſſe, praeſertim quia huc primus animum adplicuerit, judicat Menckenius in vita Politiani pag. 175. 176. 177. qui ad Pulicem de Cuſtozza, poëtam non magnae famae, & aliunde vix notum, etiam refert: quod ſi verum ſit, nimis certe profuſi fuerunt viri docti in adſignanda huic Epigrammati tam remota antiquitate, ut poëtam ejus vetuſtiſſimum omnes fere praedicaverint, & inter antiqua Epigrammata G. Fabricius, Scaliger, ac Pithoeus retulerint: niſi ſtatuamus Pulicem illum ſive Pulcium de Cuſtozza ex vetuſto quodam codice deſcripſiſſe ac pro ſuo venditaſſe. Adfert etiam totum hoc Epigramma inter primos renaſcentium literarum Grammaticos Neſtor in Vocabulario ſuo in voce *Aleus*, cum hac Inſcriptione *Pulex in Epitaphio Hermaphroditi.* & in cod. MS. Inſcriptionum veterum Cyriaci olim Anconitani, nunc meo, habetur ſub titulo EPITAPHIUM HERMAPHRODITI. Inter Epitaphia ingenioſa & propter aenigma obſcurum arguta etiam edidit Bonifac. de Comp. Epitaph. cap. XL. pag. 150. ſed ſine ullo auctoris indicio. nec apud Freher. Lib. II. Parerg. c. 26. qui tamen ut antiquum laudat. Scriverius etiam notaverat eſſe Pulicis antiqui poëtae, ſed a quibusdam Antonii Panhormitae exiſtimatum eſſe, idemque teſtatur Politianus, & Ptolemaeus Flavius in Conjectaneis cap. 95. Tom. I. Facis Crit. Gruter. pag. 993. ubi promittit ſe pluribus oſtenſurum, Pulicis poëtae vetuſtiſſimi eſſe, in acervo Epigrammatum ex variis Auctoribus in unum corpus redactorum; quae tamen umquam prodiiſſe, mihi non conſtat. Quod autem Ant. Panhormitae adſcripſerint nonnulli, ſine dubio inde venit, quia aenigma continet de Androgyno, ſeu Hermaphrodito, unde apud Montfaucon. Tom. I. Biblioth. MSS. pag. 312. in codice Biblioth. Mediceae occurrit, *Ant. Panormitae de ortu atque obitu Hermaphroditi.* quo Epigramma hoc indicari certus ſum: & forte illis aliquid innotuerat de libello Panhormitae inpudiciſſimo, cui titulum *Hermaphroditi* dedit, ſed qui foetus luci publicae numquam expoſitus fuit; neque ſane id meretur propter foedam ſpurcitiem & obſcoenitatem, praeſertim cum verſus ipſi malum & gregarium prodant poëtam: & fuiſſe aliquando publice conbuſtum narrant Amoenitates Liter. Schelhornii Tom. VIII. p. 474. valde tamen laudatur a Poggio in Epiſtolis Fol. LXXXVII. & ab hujus, ut opinor, libri obſcoenitate ac laſcivia ſe defendere conatur ipſe Panhormita in Epiſt. ad Poggium Lib. IV. Epiſt. p. 80. & ſeqq. Illius apographum cum aliis ejusdem Auctoris Carminibus ad me pervenit ex ſupellectile Ampliſſimi Joh. de Witt, qui codicem ipſum nactus fuerat ex ſcriniis Jani Broukhuſii, niſi il-

le

Digitized by Google

Mas eſt, Phoebus ait: Mars, femina: Junoque, neutrum.
  Quumque forem natus, Hermaphroditus eram.
Quaerenti letum? Dea ſic ait; Occidet armis:
  Mars, cruce: Phoebus, aquis. Sors rata quaeque fuit.
Arbor obumbrat aquas: adſcendo, decidit enſis,
  Quem tuleram, caſu labor & ipſe ſuper;
Pes haeſit ramis, caput incidit amne: tulique
  Femina, vir, neutrum, flumina, tela, crucem.

le a Wittio habuerit. certe ineditum hoc Panhormitae opuſculum memorat ad Tibull. Lib. I. El. 2. 24. & de eo ſic judicat in notis ad Sannazar. Lib. II. El. 2. 31. ubi multa de Panhormitae vita ac ſtudiis collegit: *de Hermaphrodito quod dicit* (Gyraldus) *non eſt de nihilo. ego eum legi manu deſcriptum (neque enim umquam eſt typis excuſus) adeo ſpurcum, adeo abominabilem, ut nihil ſupra. Verſus deinde ipſi vix ſunt tolerabiles, tantum abeſt ut laudem aliquam mereantur. Inſcribitur autem Hermaphroditus, eo quod utriusque ſexus membra genitalia utriusque libelli omnem materiam faciant. Haec qui patienter legit, nae illum oportet eſſe hominem frugi.* cujus verba etiam proferuntur in Amoen. Literar. Tom. V. pag. 3. ubi plura de abortivo hoc & impuro Panhormitae foetu. vide & Nicodemi Addit. ad Toppii Biblioth. Neap. pag. 20. & 21.

1. *gravida geſtaret in alvo*] *gravido* profert Neſtor. quod non rejiciendum. nam forte mutarunt, qui *alvum* maſculino genere non dici credebant. contrarium enim probant codices optimi in plurimis veterum Auctorum locis. vide Nonium Marcell. p. 193. ubi Accii verſum profert, a Neſtore etiam laudatum, *Mala manu retinens gravido concepit in alvo.* ita enim legendum, non *Mala nemus retinens*, videbis apud Scalig ad Catalect. p. 207. qui tamen *gravida* adfert. apud Ovid. XV. Met. 217.

Spesque hominum primae materna habitamus in alvo.

ubi in meo codice legitur,

Spesque hominum primo matris habitamus in alvo.

eadem varietas apud Virg. IX. Aen. 152. ubi vide Pierii notas. & ad Lib. XII. 274. Claudian. II. R. P. 126. *cava demiſſus ab alvo.* ubi *cavo* in aliis. Germanicus in Arateis v. 207. *ſub ipſa Alvo fulget equi.* ut recte etiam in Scalig. & Petav. eod. quod illic ſoni gratia melius quam *ipſo Alvo.* male igitur Brouwerius in Venantio id tamquam *enorme*, ut vocat, damnavit in *Sylvis Encomium* in Fortunato, merito caſtigatus a Daumio Diſſ. de cauſſ. amiſſ. Rad. L. L. pag. 513. licet in loco Columellae, quem profert, varietas ſit in ſcriptis & editis codicibus, Lib. X. 146.

Florida cum ſoboles materno pullulat alvo.

ubi in cod. SanGermanenſi & edd. vetuſtis *arte* legi monet Patruus ad Ovid. Ibin v. 388. quem etiam vide ad Sueton. Veſp. 24. ubi *alvo ſoluto*, pro *ſoluta*, in multis codd. MSS. & edd. ubi tamen Cl. Oudendorpius id ubique vitioſe in MSS. legi adfirmat, & maſculino genere non niſi a Calvo, Cinna, Attio, adhibitum, teſtari Grammaticos notat. ut a Plauto etiam tradit Serv. ad Virg. II. Aen. 51.

4. *Quumque forem natus*] *Sed qui ſum natus* apud G. Fabric. & Freher.

5. *Quaerenti letum, Dea ſic ait*] *Quaerenti loetum ſic Juno ait* apud Neſtorem. *Quaerenti letum Dea ſic, aut concidet armis.* in cod. Inſcript. Cyriaci. & v. 7. *inumbrat.*

7. *adſcendo, decidit enſis*] *aſcendo, labitur enſis* cod. Cyriac. Fabric. & Freher.

8. *Quem tuleram, caſu labor*] *Quem tulerat caſu: labor*, & v. ſeq. *ramo* apud Neſtorem.

10. *Femina, vir, neutrum*] *Femina, mas, neutrum*, apud Fabric. & Freher. *neuter* in cod. MS. Inſcr. Cyriaci. male. eſt enim imitatio Ovidii IV. Met. 378.

Nec duo ſunt, & forma duplex, nec femina dici,
Nec puer ut poſſint: neutrumque, & utrumque videntur.

ubi vide Patrui notas. ſic in monumento Bononienſi de Aelia Laelia Criſpide ſimiliter habetur *nec vir, nec mulier* apud Malvaſ. in Marm. Felſin. p. 579. vide Freher. Lib. II. Parerg. cap. 26. Gloſſarium ineditum Biblioth. Leid. poſt Iſidori Etymolog. *Androgyneca, hermaphroditus, hoc eſt nec vir nec mulier.* & alio in loco: *Hermaphroditus, caſtratus, nec vir nec mulier.* Papias in Vocabulario: *Hermaphroditus, caſtratus, hoc eſt nec vir nec femina.* eleganter Auſonius Epigr. 100. de Hermaphrodito:

Nominis ut mixti, ſic corporis Hermaphroditus,
Concretus ſexu, ſed non perfectus, utroque;
Ambiguae Veneris, neutro potiundus Amori.

altera tamen illa lectio, *Femina, mas, neutrum*, defendi poſſet ex Auctore Eleg. de Phoenice v. 163.

Femina, vel mas haec, ſeu neutrum, ſeu ſit utrumque.
  Felix, quae Veneris foedera nulla colit.

ubi plura in notis ſuis N. Heinſius.

Digitized by Google

Ep. CLXXVIII. *de Pantomimo.*

Maſcula femineo derivans pectora flexu,
 Atque aptans lentum ſexum ad utrumque latus,
Ingreſſus ſcenam populum ſaltator adorat,
 Sollerti pendet prodere verba manu.
Nam cum grata chorus diffundit cantica dulcis,
 Quae reſonat cantor, motibus ipſe probat.
Pugnat, ludit, amat, bacchatur, vertitur, adſtat,
 Inluſtrat verum, cuncta decore replet.
Tot linguae, quot membra viro. mirabilis ars eſt,
 Quae facit articulos ore ſilente loqui.

Ep.

Ep. CLXXVIII. *de Pantomimo*] edidit Pithoeus Lib. IV. pag. 156. habeturque in ſchedis Salmaſianis & Divionenſibus. illuſtrant hoc Epigramma Harduinus ad Plinium VII. 15t. p. 430. Sirmondus ad Sidonium Apollin. pag. 87. Demſter. in Etrur. Reg. Lib. III. c. 78. pag. 410. Mercerus ad Ariſtaenet. pag. 213. & Lipſius ad Tacit. I. Annal. 77. ubi de pantomimis agunt. nonnulla etiam in hoc carmine emendat Barthius Lib. XLIV. Adverſ. 20.

1. *Maſcula femineo derivans pectora ſexu*] merito hic τὸ *ſexu*, ut edidit Pithoeus, viris doctis ſuſpectum, cum proxime ſequatur *ſexum ad utrumque*. ubi tamen *flexum* legebat Almcloveenius. *femineo fluxu*, vel *flexu*, ex MS. Salmaſii emendat Pricaeus ad Apulej. Apolog. pag. 32. & 123. quo ſenſu *fluxum* pro fluctuatione capere debemus. ut in Priapejis Carm. XVIII. *Criſſabit tibi fluctuante lumbo*. ubi vid. Sciopp. Apulej. Lib. X. pag. 235. *leviter fluctuante ſpinula, & ſenſim annutante capite coepit incedere*. Arnob. Lib. II. p. 73. *clunibus & coxendicibus ſublevatis lumborum criſpitudine fluctuaret*. ubi vide Heraldi notas. Juvenal. Sat. VI. 320.

Ipſa Medullinae fluxum criſſantis adorat.

ubi in aliis *frictum* vel *fructum*. ſed *fluctum* Heinſio placebat. ut apud Lucret. Lib. IV. 1266. *ciet omni corpore fluctus*. ubi vide Tanaq. Fabrum. & ſic apud Apulej. Lib. II. pag. 38. *pendulae Veneris fluctu me ſatiavit*. vel *frictu*, legebat idem Heinſius, probante Patruo ad Petron. cap. 92. licet vulgarum *fructu* non ſollicitandum exiſtimet Cl. Oudendorpius, maxime propter *ſatiavit*. ut *amoribus ſuis perfrui* eidem Apulejo Lib. VI. p. 124. & Naſoni in Rem. Am. 123. *Veneris decerpere fructum*. ſic enim in MSS. & edd. nonnullis legitur. ut apud Pindar. od. IX. Pyth. 163. Καρπὸν ἀνθήσαντ' ἀποδρέψαι. & ſic *fructum Venereum* ἀπόλαυσιν ἐρωτικὴν, & ἀπόλαυσιν τῆς Ἀφροδίτης paſſim dicunt Graeci. vid. Jenſ. Lect. Lucian. Lib. I. cap. 4. Hoc tamen in loco *flexu* praetuli, ut ex codice ſuo vetuſtiſſimo corrigit ipſe Salmaſius ad Hiſtor. Aug. pag. 504. & in ejus ſchedis inveni. illuſtrant hunc verſum notata Bouhierio ad Petron. de Bell. Civ. v. 25. pag. 107.

3. *Ingreſſus ſcenam populum ſaltator adorat*] ex more veteri. vide Grotii Explic. Decalogi pag. 35. Ouzelium ad Minuc. Fel. pag. 10. & Gudium ad Phaedrum p. 120. Sueton. in Ner. cap. 23. *Judices autem, priusquam inciperet, reverentiſſime alloquebatur*. ubi Caſaubonus hunc locum adtulit, & Patruus meus adnotavit, Heinſium in pentametro legere *Solerti intendit*, vel *& ſpondet*, aut *& tendit prodere verba manu*. in alio exemplari idem conjecerat *Solertique parat*. Barthius legebat, *Solerti prodit pandere*. *ſolerti ſpondet* Pithoeus in notis. & ſic in ſchedis Salmaſianis. ſed cum Mercero ad Ariſtaenet. & Gudio ad Phaedrum, praefero *Solerti ſpondens*. ut hic verſus cum praecedenti cohaereat. *prodere* non eſt mutandum cum Barthio, praeſertim cum Salmaſ. & Divionenſes ſchedae ita exhibeant. ſic apud Claudian. I. de R. P. v. 3.

Junonis thalamos audaci prodere cantu
Mens congeſta jubet.

ubi in aliis *promere*. ſed vide Heinſii notas. & ad Valer. Fl. VIII. 17.

4. *Solerti pendet*] v. c. *Solertis pendet*. forte, *Solerti ſpondet*. PITHOEUS.

5. *Nam cum grata chorus diffundit cantica*] *Graja* in cod. Salmaſiano, quod probat Heinſ. ad Ovid. I. Art. Am. 686. quod & inveni in ejus ſchedis. idemque e MS. adnotaverat Scaliger in exemplari Vienenſi editionis Pithoeanae.

10. *Quae facit articulos ore ſilente loqui*] vide Sirmond. ad Sidon. Apll. p. 157. Barth. ad Stat. Lib. V. Sylv. 5. 68.

Ep.

Digitized by Google

EP. CLXXIX. *de Funambulo.*

Stuppea ſuppoſitis tenduntur vincula lignis,
Quae fido adſcendit docta juventa gradu.
Quae ſuper aërius praetendit crura viator,
Vixque avibus facili tramite currit homo.
Brachia diſtendens greſſum per inane gubernat:
Ne lapſa e gracili planta rudente cadat.
Daedalus adſtruitur terras mutaſſe volatu,
Et medium pennis proſecuiſſe diem:
Praeſenti exemplo firmatur fabula mendax.
Ecce hominis curſus funis & aura ferunt.

EP.

EP. CLXXIX. *de Funambulo*] Exſtat apud Binetum in Epigr. vet. p. 10. & 11. & Pithoeum Lib. IV. 156. in Voſſii codice inſcribitur FUNAMBULUM. pro IN FUNAMBULUM. In ſchedis Salmaſianis DE FUNAMBULO. de Funambulis vero vide quae Salmaſius notavit ad Vopiſc. Carin. cap. XIX. & Barth. Lib. V. Adverſ. cap. 19. & illuſtrat hoc Epigramma Jac. Gothofredus in notis ad Graeci Scriptoris Deſcript. Nov. Orb. cap. XVII. pag. 20.

1. *Stuppea ſuppoſitis tenduntur vincula lignis*] *lini* apud Binet. ſed *lignis* in marg. quia inde applicabantur funes. *tignis* malebat Heinſius. *Stuppea* recte in ſchedia Salmaſ. non *Stupea*, ut edidit Pithoeus. ſic *ſtuppa*, non *ſtupa*, ſemper ſcribitur in veterrimis Virgilii, Ovidii, aliorumque auctorum codicibua, teſte Heinſio ad Valer. Flacc. Lib. I. 128. & Lib. II. Adverſar. cap. 3. in fin. vide & Pricaeum ad Apulej. Apolog. p. 10. & Graevium ad Sueton. Ner. 38. *ſtuppea* autem *vincula*, ut apud Statium Lib. III. Sylv. 2. v. 26.

——— vos ſtuppea tendite mali
Vincula, vos ſummis adnectite ſuppara velis.

2. *Quae fido*] Voſſii codex, & ſchedae Salmaſii *quem*. eaedem *docta jubente gradu*.

3. *Quae ſuper aërius praetendit crura viator*] *protendit*. PITHOEUS. *Quam ſuper* Voſſii cod. & Salmaſii ſchedae, in quibus praeterea *ſuperius* pro *ſuper aërius*. *protendit* in Voſſiano & iisdem Salmaſianis ſchedis, quomodo corrigebat Pithoeus. recte. id enim fit alternis movendo. ut *protendere brachia*, *digitos* &c. & hoc omnino praeferendum videbatur Cl. Oudendorpio. qui ſimiliter ex plurimis MSS. apud Plin. Lib. XI. cap. 37. legebat, *cochleis ſemper bina ad praetentandum iter, & ut protendantur ac reſiliant*. ubi vitioſe vulgo *praetendantur*. *praetentat* tamen hic malebat Heinſius. de quo verbo egit ad Claudian. II. in Rufin. 477. & Barthius ad Stat. Lib. II. Theb. 369. vide notas ad Ovid. XIV. Met. 189. hinc apud Claudian. III. R. P. 362. forte etiam legendum,

Exploratque habiles truncos, rectique tenorem
Stipitis, & certo protendit brachia niſu.

vel *praetentat*. quod Patruo meo prae diverſis illic lectionibus placet. *aërius* autem *viator* de funambulo acute & eleganter dictum. ut apud Sympoſium Aenigm. 94. de Funambulo:

Inter luciferum coelum, terrasque jacentes
Aëra per medium docta (*doctus* cod. Leid.) *meat arte viator,*
Semita ſed brevis eſt, pedibus non ſufficit ipſis.

& Manilium Lib. V. 654. de funambulo:

— tenues auſus ſine limite greſſus
Certa per extentos ponit veſtigia funes,
Et coelo meditatus iter veſtigia pendet.

Prudentius Hamartig. 367.

Inde per aërium pendens audacia funem,
Ardua ſecuris ſcandit proſcaenia plantis.

ita Statius, licet non de funambulo, L. X. Theb. 837.

——— gemina latus arbore clauſus
Aërium ſibi portat iter.

& Ovid. II. Faſt. 252. *aërium pervolat altus iter*. & *aetherium iter* Lib. V. 88.

Aetherium volucri qui pede carpit iter.

vide huc facientia apud Dorvill. in Crit. Vann. pag. 592. & ad Chariton. p. 638. ubi Manilii locum ex Lib. V. 705. cui *funambulum* elephantem ingeſſerat Bentlejus, vindicat.

6. *Ne lapſa e gracili*] *Ne lapſa facili* ſchedae Salmaſ. *lapſa gracili* Voſſii codex.

7. *terras mutaſſe volatu*] forte *metu*. quod magis poëticum, cujusque alterum videtur gloſſema eſſe. vid. N. Heinſ. ad Claudian. II. R. P. 74.

8. *Et medium pennis proſecuiſſe diem*] melius *pinnis perſecuiſſe*. PITHOEUS. ita plane in ſchedis Salmaſianis. & ſic Scaliger in exemplari Vienenſi. Voſſii quoque codex, *pennis perſecuiſſe*. Heinſius malebat *praeſecuiſſe*. inprobante Cl. Oudendorpio, quia hic notat *διατείνειν*, non *προτείνειν*. *penna* autem & *pinna* ſemper fere in codicibus confunduntur. vid. Delr. ad Claud. III. R. P. 139. Servius tamen ad Virg. II. Aen. v.

Ep. CLXXX. *Item. de Funambulo.*

* Vidi hominem pendere cum via cui latior erat
Planta quam ſemita.

Ep. CLXXXI. *de Citharoedo.*

Muſica contingens ſubtili ſtamina pulſu
  Ingreditur, vulgi auribus ut placeat.
Stat tactu cantuque potens, cui brachia linguae
  Concordant ſenſu conciliata pari.

Nam

479. docet veteres non dixiſſe *pinnas* ſed *pennas*, ita enim ſcribit de *bipenni*: *Ecce nomen quod ſervavit antiquitatem, quia veteres pennas dicebant, non pinnas.* quae verba exſcripſit Iſidorus Lib. XIX. Orig. cap. 19. per *medium diem* intellige medium aëra. quam ſignificationem non hodie aut heri natam eſſe optime oſtendit ſummus Gronovius ad Senec. Herc. Oet. v. 1632. qui de avibus adpoſite ad noſtrum Epigramma:

——— ſedibus pulſae ſuis
Volucres pererrant nemore ſucciſo diem.

eo ſenſu Valer. Flacc. Lib. I. 655. *Emicuit reſerata dies.* Id eſt ortu Solis aër luce perfuſus, quod *caelum reſeratur* dixit Dictys Cretenſ. Lib. I. cap. 22. *diem* vero vocabant, quia luce tantum Solis illuſtratus aër cernitur, unde & ipſum Solem vocabant *diem.* ut *diei exortum* pro Solis dixit Avienus Deſcript. Orb. v. 1027. & *diei occaſum* in Ora Marit. v. 314. vide notas Patrui ad Valer. Flacc. VII. 229.

Ep. CLXXX * *Vidi hominem pendere cum via* &c.] ita legitur in ſchedis Salmaſii. In Divionenſibus erat:

*Vidi hominem pendere cum * via*
Cui latior erat planta quam ſemita.

Deſunt nonnulla, unde ſupplere haec & in numeros ſuos cogere difficile eſt. Vide an ex lacero iſto panno diſtichon hoc aut ſimile formari poſſit:

Vidi hominem pendere via, cui latior eſſet
Planta pedis, quam quo ſemita ferret iter.

ſic *pendere* de funambulo in locis Manilii & Prudentii ſupra prolatis. & huic ſimile fere illud Sympoſii de Funambulo, quod modo produxi:

Aëra per medium docta volat arte viator,
Semita ſed brevis eſt, pedibus nec ſufficit ipſis.

Sed ſatius forte ab ejusmodi mutilis fragmentis manum abſtinere.

Ep. CLXXXI. *de Citharoedo.*] apud Pithoeum Lib. IV. Epigr. pag 157. & habetur in ſchedis Salmaſianis.

2. *Ingreditur vulgus auribus*] v. c. *vulgus.* PITHOEUS. *vulgus* edidit Pithoeus. *vulgu auribus* Voſſ. cod. Scriverius ex v. c. notaverat *vulgis.* & corrigebat *vulgi auribus.* ut clare in ſchedis Salmaſianis. *vulgis* vel *vulgi auribus* Gudius in Phaedrum Lib. III. fab. 18. pag 73. qui praecedente verſu corrigit, *ſublimis ſtamina Puli.* ſed uſus ſine dubio fuit editione Pithoei Genevenſi, in qua vitioſe legitur *ſubtilis ſtamina puli*, cum in Pariſina recte editum ſit, *ſubtili ſtamina pulſu*, ut & legitur in ſchedis Salmaſianis. *ſtamina* citharae pro filis, ut apud Ovid. XI. Met. 169.

Inſtructamque fidem gemmis & dentibus Indis
Suſtinet alaeva: tenuit manus altera plectrum.
Artificis ſtatus ipſe fuit: tum ſtamina docto
Pectine ſollicitat.

quod recte Patruus meus hoc ipſo verſu vindicat, & profert *ſubtili pulſu.* deinde in illis *vulgi auribus ut placeat* alluſio eſt ad formulam, quae ſaepe in Inſcriptionibus antiquis occurrit, CANTAVIT, SALTAVIT, ET PLACUIT. ſic apud Terent. prologo Andriae v. 3.

Populo ut placerent quas feciſſet fabulas.

Ovid. II. ex Pont. 4. 15.

Quod tu laudaras, populo placuiſſe putabam.

Horatius Lib. IV. od. 3. in fine:

——— Romanae fidicen lyrae
Quod ſpiro, & placeo, ſi placeo, tuum eſt.

ſic in Epitaphio Vitalis Mimi apud Pithoeum Lib. III. pag. 104.

Motibus ac dictis, Tragica quoque voce placebam.

ſatisfacere populo vocat Laberius in verſibus ſupra editis Ep. 101. v. 20.

Satisfacere populo & tali cum poteram viro.

vide Victor. Lib. XXXVII. Var. Lect. cap. 8.

3. *Stat tactu cantuque potens*] veteris codicis hoc loco defectus ſic fortaſſis ſuppleatur non inepte, *Stat dictu tactuque potens.* PITHOEUS. mutilum nempe hic edidit verſum: *Stat tactuque potens, cui brachia linguae.* Scriverius notaverat hiatum in veteri codice fuiſſe, quem ita ſupplere tentabat. *Stat dictis.* vel, *Stat fidibus*, aut, *Stat digitis tactuque potens.* Ego edidi, *Stat tactu cantuque potens.* quia in ſchedis Salmaſianis erat, *Stat jactu cantuque potens.* Scaliger in margine exemplaris Viennenſis, *Stat jactu tactuque.* Barthius ad Claudian. Conſ. Manlii v. 309.

pag.

Digitized by Google

Nam jura aequali amborum moderamine librat,
Atque oris ſocias temperat arte manus:
Ut dubium tibi ſit gemina dulcedine capto,
Vox utrumne canat, an lyra ſola ſonet.

EP. CLXXXII. *Aliud. de eodem.*

Doctus Apollineo diſponere carmina plectro,
Gaudet multifidam pectore ferre chelyn.
Quam mox linguato decurrens pollice cogit,
Humanum ut poſſet chorda canora loqui.
Amphion cithara Thebarum moenia ſepſit,
Aurita ad muros currere ſaxa docens.
Nec minus hac valuit reparator conjugis Orpheus,
Inpia cum flexit Tartara dulcis amor.
Ars laudanda nimis, cujus moderamine ſacro
Unum ex diverſis vox digitique canunt.

EP. CLXXXIII. *de Baſterna.*

Aurea matronas claudit Baſterna pudicas,
Quae radians patulum geſtat utrimque latus.

Hanc

pag. 177. *Stat cantu tactuque loquens.* ſed neſcio cur *loquens* maluerit pro *potens*, quod longe elegantius. Heinſius conjiciebat *tactu motuque.*

5. *Nam jura aequali amborum moderamine librat.*] in ſchedis Salmaſianis,

Namque ita aequali ambo moderamine libram
Atque oris ſocias &c.

& ita in MS. eſſe notavit Scaliger in exemplari Viennenſi. verſ. ult. eaedem ſchedae Salmaſii *vox utrumque.* & *ſola* in iiſdem deerat.

EP. CLXXXII. *Doctus Apollineo*] Ineditum hoc ex ſchedis Salmaſianis & Divionenſibus producimus.

2. *Gaudet multifidam pectore ferre chelyn.*] *pectine* corrigebat Heinſius & ad Ovidium remittebat. Puto eum in animo habuiſſe locum Ovidii, ad praecedens Epigramma productum, ex Lib. XI. Met. 169.

—— *tum ſtamina docto*
Pectine ſollicitat.

3. *Quam mox linguato decurrens pollice*] ita in ſchedis Salmaſ. ſed *percurrens* rectius in Divionenſibus, ut apud Ovid. III. Am. El. 4. 27.

Haec querulas agili percurris pollice chordas.

& Propert. Lib. II. El. 1. v. 9.

Sive lyrae carmen digitis percurrit eburnis,
Miramur faciles ut premat arte manus.

ubi male alii *percuſſit.* vide notas ad Lotich. Lib. IV. El. 2. 39.

5. *Amphion cithara Thebarum moenia ſepſit*] ita correxi. non *citharae.* ut in ſchedis MSS. notum illud Horatii,

Dictus & Amphion, Thebanae conditor arcis,
Saxa movere ſono teſtudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet.

aurita ſaxa firmant conjecturam Cl. Oudendorpii ſupra Lib. I. Ep. 135. 12. de Orpheo:

Donec & auritas duxit modulamine ſilvas.

ubi vide.

8. *cum flexit*] ſic legit Heinſius & in Divionenſ. ſchedis habetur. *conflexit* ſched. Salm.

9. *Ars laudanda*] *Ac* vitioſe in Divionenſ.

EP. CLXXXIII. *Aurea matronas claudit Baſterna pudicas,*] ibidem Pithoeus edidit. patet ex hoc verſu baſternam ſemper clauſam, non apertam fuiſſe. Scholiaſtes Juvenalis Voſſianus, in Biblioth. Leidenſi, longe auctior illo, quem Pithoeus edidit, ad Sat. IV. 21. hoc verſu: *Quae vebitur clauſo latis ſpecularibus antro. id eſt clauſo oſtio baſternae: eſt enim ſpeculare baſterna, id eſt vehiculum, unde ſpeculabantur matronae reſidentes; clauſo antro dixit pro clauſis feneſtris.* Erat autem lectica matronalis, quae a burdonibus portabatur. unde hic ſequitur: *Hanc geminus portat duplici ſub robore burdo. burdo* autem mulus eſt. vide Bochart. Lib. II. Hieroz. cap. 20. hinc in Gloſſis Iſidori, Gloſſario Voſſiano MS. & in alio Gloſſario Bibliothecae Leidenſis inedito, *Baſterna, tecta vel theca* (forte *lectica*) *mannalis.* ſic enim legendum non *manualis.* id eſt qui a mannis por-

Hanc geminus portat duplici ſub robore burdo,
  Provehit & modico pendula ſepta gradu.
Proviſum eſt caute, ne per loca publica pergens
  Fuſcetur viſis caſta matrona viris.

Ep. cxxxiv. *de Pyrricha.*

In ſpatio Veneris ſimulantur praelia Martis,
  Cum ſeſe adverſum ſexus uterque venit.
Femineam maribus nam confert Pyrricha claſſem,
  Et velut in morem militis arma movet.
Quae tamen haud ullo chalybis ſunt tecta rigore,
  Sed ſolum reddunt buxea tela ſonum.
Sic alterna petunt jaculis, clipeiſque teguntur;
  Nec ſibi congreſſu vir nocet aut mulier.
Luſus habet pugnam, ſed habent certamina pacem:
  Nam remeare jubent organa blanda pares.

Ep.

portabatur, ſive equis parvis, aut mulis. vide Iſidor. xx. Orig. cap. 12. ſic enim recte Gebhard. Lib. III. Crepund. 16. Graevius ad Iſidor. Gloſſar. pag. 8. & e Salmaſio Voſſius Lib. v. de Vitiis Serm. pag. 292. quamquam vulgata lectio *manualis* poſſit exponi, quae manu ſervorum ferebatur. ut χειραμάξιον Graecis. de quo vide notas ad Petron. cap. 28. Sed de eo plura ad Gloſſariorum Syllogen. Apud eumdem Iſidorum in Gloſſis, pro *Eda, baſterna*, recte Graevius in notis pag. 23. corrigit *Eſſeda, baſterna. Eſſeda* enim genus Gallici vel Britanni vehiculi. ut apud Propert. II. 1. 86. *Eſſeda celatis ſiſte Britanna jugis.* vide Serv. & Philargyr. ad Virg. III. Georg. 204. Scheffer. II. de Re Vehic. cap. 23. & Rosweyd. in Onomaſt. ad Vitas Patr. pag. 1016. plura de Baſterna Meurſius in Gloſſario in h. v. Lindenbrog. ad Jornandem pag. 149. Juretus ad Symmach. pag. 177. & Scheffer. II. de Re Vehic. cap. 6. ubi hoc Epigramma etiam illuſtrat.

2. *Quae radians patulum geſtat utrimque latus*] ſic ex Pignorio emendat Schefferus, & ita adfert quoque Juretus. ſed male. rectius Voſſius in Etymologico: *Quae radians latum geſtat utrumque latus.* & ſic Salmaſ. ad Lamprid. Elag. cap. 21. in cujus ſchedis etiam *utrumque*. vide la Cerdam in Adverſ. Sacr. cap. 137. pag 302. neque male hic Heinſius legebat *praeſtat* pro *geſtat*.

4. *modico pendula ſepta gradu*] *tecta* Scriverius.

6. *Fuſcetur viſis caſta matrona viris*] recte Salmaſ. ad Lampridii Elag. cap. 21. ubi ex veteri codice emendatum hoc Epigramma adfert, correxit, *Fucetur viſis caſta marita viris.* quia prima in *matrona*, ut in vulgatis editur, legi metricae vim adfert. quod Heinſium quoque notato obelo offenderat, & haec vox initio carminis jam legebatur. vide eumdem Salmaſ. ad Tertull. Pall. pag. 345. *Fucetur* pro erubeſcat. ut *fucari* apud alios hoc ſenſu. vide eumdem ad Solin. Tom. II. pag. 1144. ed. Pariſ. ubi Iſacus Voſſius in margine ſui exemplaris, quod eſt in Biblioth. Leidenſi, hunc ipſum adſcripſerat verſum, unde patet hanc lectionem Voſſio quoque probatam. ad hunc locum egregie faciunt quae ſcribit Servius ad Virg. VIII. Aen. 666. *Pilenta ſunt vehicula; ſicut nunc baſternas videmus; Erant autem tunc Veneti coloris, non, ut nunc ſunt, ruſſati, quibus, niſi* caſtae matronae, *uti non poterant.*

Ep. clxxxiv. *de Pyrrhica*] Legitur in ſchedis Salmaſii, unde ipſe edidit ad Spartian. Adrian. cap. 19. ubi notavit doceri hoc Epigrammate Pyrricham ex viris & mulieribus conponi ſolitam, & buxeis armis, non ferreis, in quibus ſaltabant, fuiſſe inſtructam. tum *organa* in fine memorata fuiſſe fiſtulas concinentes, quibus modulate incedebant. ex Salmaſio edidit Almelovenius pag. 13. qui verſu ultimo male habet, *Non remeare.* Inveni id etiam in ſchedis Divionenſibus, & codice Leidenſi. apud alios enim nusquam editum exſtat. verſu tertio *haud ullo* recte edidit Salmaſ. ut in Divionenſ. *aut* male in ſchedis Salm. & cod. Leid. & verſ. ſeq. male *ſola. ſolum* Divion. ut edidit Salmaſ. cujus emendationem verſus octavi eaedem ſchedae Divionenſes probant. nam male in cod. Salm. & Leid. *Hac ſibi congreſſi vir nocet an mulier.* deinde *ſed dant certamina pacem* ſched. Salm. & cod. Leid. ſed bene *habent* edidit Salmaſius, eleganti repetitione: quod recepi, quia confirmatur a ſchedis Divionenſibus.

Ep.

Digitized by Google

EP. CLXXXV. *de Eo qui molat.*

Cum poſſis parvo ſumtu conducere aſellum,
  Qui ſoleat teretes volvere rite molas:
Cur nummi cupidus ſic te contemnis, amice,
  Ut cupias duro ſubdere colla jugo?
Linque precor guirios, poteris, piſtore miniſtro,
  Candentis quadrae munus habere ſedens.
Per te namque terens, Cereris patiere labores,
  Quos quaerens natam pertulit ipſa Ceres.

EP. CLXXXVI. *de equa Philagri Advocati, inſultatio pro Concubitu.*

Cauſſidicus pauper media ſub nocte lucubrans
  Cornipedis voluit terga fricare ſuae.
Sed cum corpus equae dextra famulante titillat,
  Invaſit juvenem prodigioſa Venus.
Nam qua longa ſolet * quadrupia carpere feſſor,
  Subducens durae pendula crura viae:

Hanc

EP. CLXXXV. *de Eo qui molat*] ita inſcripſit Pithoeus Lib. IV. pag. 160. codex Voſſii, DE HOMINE QUI PER SE MOLAT. quod clarius eſſe ex ipſo Epigrammate patet, quod ſcriptum eſt in avarum, qui, ut ſumtibus parceret, ipſe in mola laborabat, quum parvo ſumtu poſſet *conducere aſellum*, quod de aſino ſive jumento ad molas verſandas adbiberi ac conduci ſolito poteſt explicari. nam duplex molarum genus erat, verſatilium & truſatilium, quarum illas jumenta, has agebant homines, quos conducebant aeque ac jumenta. ut Saturionem Comicum inopem Romae ob quaerendum victum ad circumagendas molas truſatiles operam piſtori locaſſe narrat Gell. Lib. III. cap. 3. ubi notas vide. & Scaligerum ad illud Catulli carm. 94.

Et non piſtrino traditùr atque aſino.

licet If. Voſſius in notis pag. 326. per *aſinum* illic intelligat ſuperiorem in piſtrino molae lapidem verſatilem, indeque *aſinum machinarium*, & *aſinam molendariam* in Jure notat dici, non pro animali, ſed pro ipſo lapide fruges rotatione ſua conterente. cogitabat nimirum leg. 60. §. 3. ff. de Legat. tert. & leg. 12. §. 10. ff. de Inſtruct. & inſtr. leg. ubi *aſini machinarii* mentio occurrit. de quo vide Briſſon. Lex. Jurid. p. 578. in *machinarius*. & ſic apud Catullum accipiendum eſſe, iisdem fere auctorum locis in medium adlatis, jam ante Voſſium docuerat Muretus Lib. VIII. Var. Lect. cap. 15. & Jac. Nic. Loënſis Lib. IX. Miſc. Epiph. cap. 6. ubi Suidae locum in Ὄνειον, a Briſſonio etiam laudatum, ſed ceteris praeteritum, & huc in primis facientem, optime illuſtrat. ſic μύλος ὀνικὸς Lucae cap. XVII. 2. qui λίθος μυλικὸς dicitur Marco cap. IX. 42. vide Scheffer. Lib. I. de Re Vehic. cap. 8. pag. 90. ubi Epigrammatis hujus initium adſerens, Barthium ſecutus Lib. XXVII. Adv. cap. 5. in verſu ſecundo habet, *teretes vertere rite molas.* pro *volvere.* Hoc tamen in] loco *aſellum* de animali, non vero lapide molari intelligendum res ipſa loquitur.

v. 3. *Cur nummi cupidus* &c.] *nummi cupidus*, & verſu ſequenti *Ut cupias*, parum concinna ſunt. quod vitare potuiſſet auctor, ſi in pentametro ſcripſiſſet,

Nec dubitas duro ſubdere colla jugo.

& forſan ita ſcripſerit. certe *dubitas* & *cupias* ſcripturae adeo adfinis ſunt, ut facile confundi potuerint.

5. *Linque precor guirios*] *guirior* cod. Voſſ. lege cum Heinſio *gyros*. ſcriptum enim fuit pro more librariorum iſtius ſeculi *guiros* pro *gyros*. ut ſaepe in codd. MSS. vide ſupra ad h. L. Ep. 15. v. 15. Salmaſ. ad Solin. pag. 1123. & ad Lamprid. Alex. Sev. cap. 19. Scalig. Lib. II. Lect. Auſon. cap. 3. & Heinſii notas ad Catull. carm. I. ſequenti verſu mendoſa eſt Voſſiani codicis ſcriptura, *Cum dentis quadrem unus habere.* relictis igitur molae gyris, in quos ipſe opus faciens circumagebatur, ſuadet ut aſello conducto quadram, ſive victum, ſedens, id eſt otioſus, capiat. ita enim *quadra* de pane ſeu victu neceſſario. vid. Torrent. ad Horat. I. Epiſt. 18. 49. Seneca IV. de Benef. cap. 29. *Quis beneficium dixit quadram panis aut ſtipem aeris abjecti.* vide Valeſiana pag. 62.

7. *Per te namque terens, Cereris patiere labores*] optime legebat Cl. Schraderus,

Per te namque terens Cererem, patiere labores,
  Quos quaerens natam pertulit ipſa Ceres.

paterere in cod. Voſſ.

EP. CLXXXVI. & CLXXXVII. *de equa Philagri Advocati* &c.] Utrumque ineditum producimus ex ſchedis Divionenſibus, Salmaſianis, & codice Leidenſi.

7. *Hanc*

Digitized by Google

Hanc fovet amplexu, blanditur, dumque caballae
Adterit adſidue pene ſututor hebes.
Concubitus Creſſa legitur quaeſiſſe juvenci,
Quam gravis ira Deae juſſit amare pecus.
Par crimen flammis noſtris fors intulit annis,
Paſiphaë tauro, Philager arſit equa.

Ep. CLXXXVII. *Aliter. de Eodem.*

Defenſor probe triſtium reorum,
Cujus voce ſacrum tonat tribunal,
Et palmas capiunt lares * iutenſes.
Cur poſt atla fori, togaeque pompam,
Gaudens monſtrifero calere luxu,
Vectricis propriae furens in uſus,
Feſſae cornipedis fricas meatum,
Verſo & munere dignitatis, optas
Admiſſarius eſſe, quam patronus?
Expellas animo nimis rogamus
Mores inlicite libidinantes.
Horrendum vitium eſt in advocato,
Orando ſolitum movere caulas,
Subantis pecudis tenere gambas.

Ep.

7. *Hanc fovet amplexu, blanditur*] ita in Divion. *molitur* in Salm. *mollitur* cod. Leid. unde egregie Cel. Oudendorpius emendabat,

Hanc fovet amplexu molitor, caudamque caballae
Adterit adſiduo pene ſututor hebes.

molitor enim, ut apud Auſon. Epigr. 90.

Quum dabit uxori molitor tuus, & tibi adulter.

& ſic ſaepe *molere*, & *permolere*, obſcoeno ſenſu. praecedenti diſticho nonnulla vel plura deeſſe, ita ut ex quatuor verſibus duo exciderint, idem ſuſpicabatur.

9. *Concubitus Creſſa*] ſic optime eaedem Divionenſes ſchedae, ut Paſiphaës & Tauri inceſtus intelligatur, concitatus a Venere in vindictam concubitus cum Marte per Solem proditi. quod ſequenti verſu indicatur. vide ad Lib. I. 72. v. 181. vitioſe in Salm. & Leid. cod. *greſſa*. Heinſius *Creſſe*. *Creſſa* autem ultima longa, ut *Hecuba*, *Andromeda*, & ſim. de quibus ad Lib. IV. Epitaphio Magnillae:

Sic Hecuba flevit, Penthefilea minus.

paullo poſt mallin, *Par crimen flammae* &c.

3. *Et palmas capiunt lares * iutenſes*] verſum mendoſum arguit haec Salmaſiani codicis ſcriptura. in Divionenſ. *cauſae virentes*. ſine ſenſu, & metro obluctante. an forte,

Et palmas capiunt pares clientes.

vel potius cum Cel. Oudendorpio, *lares nitentes*, aut *virentes*. ob aureos nempe, quos lucratur, nummos. ſequenti verſu *atla fori* recte in cod. Salm. *atra fori* corrupte in Divion.

9. *Admiſſarius, eſſe quam patronus*] adpoſitus valde eſt Ciceronis locus Orat. in Piſon. cap. 28. *Itaque admiſſarius iſte, ſimulatque audivit a philoſopho voluptatem tantopere laudari, nihil expiſcatus eſt: ſic ſuos ſenſus voluptarios omnes incitavit, ſic ad illius hanc orationem adhinniit, ut non magiſtrum virtutis, ſed auctorem libidinis a ſe illum inventum arbitraretur.* ubi de equis admiſſariis vide Abramii notas. & Lindenbr. in Gloſſar. ad Cod. Leg. Antiq. p. 1348.

13. *Orando ſolitum movere caulas*] ſic lege, non *ſonitum*, ut in ſched. Salm. *ſobitum movere cauſas* in Divion. indicat turpe illud eſſe advocato, qui voce ſua tribunal judicum movere ſolet. *caulae* enim *in ſacris aedibus & tribunalibus ſepta, quae turbas prohibent*, ut docet Serv. ad Virg. IX. Aen. 60. quomodo illic legit Salmaſ. non *aulas*. vide ſupra ad Lib. II. Ep. 144. 3. ſic apud Claudian. II. de laud. Stil. 196 in cod. Ambroſiano *Agnoſcit caulas* legitur, pro *Agnoſcitque caſas*. ubi vide Heinſ. Gloſſae Iſidori, ita ut ex MSS. profert Savaro ad Sidon. Apoll. pag. 15. *Caula, cancellum ante judicem. Caules, cancelli tribunales*, (lege *tribunalis*) *ubi ſunt advocati*. vide illic Graevii notas. & du Cangium T. II. pag. 452. ſic in Gloſſario inedito Voſſiano: *Caulae, ubi ſunt advocati.* & in Gloſſis MSS. Leidenſibus poſt Iſidori Etymologias, *Caulae, cancelli tribunales ubi ſunt advocati.*

Digitized by Google

Ep. CLXXXVIII. *de Diſcipulo Medici.*

Diſcipulum medicus quidam ſuſcepit adultum,
Traderet ut juveni dogma ſalutiferum:
Qui primo ut juſſum noſſet tolerare magiſtri,
Publica felliferum per loca duxit equum.
Artis prolixae breviavit tempora doctor,
Incepto puerum reddidit Hippocratem.

Ep.

vocati. vel potius, *ubi ſtant advocati.* ut ex Iſidoro profert Salmaſ. ad Tertull. de Pall. pag. 421. quem de his caulis vide ad Vopiſc. Carin. pag. 802. & de cancellis ſive caulis, quibus judicum dicaſteria claudebantur, ad Solin. pag. 484. & ſic *caula* pro cavea theatrali apud Tertullianum, ut notat Lipſ. de Amphith. cap. 2.

14. *Subantis pecudis tenere gambas*] ita correxi pro vitioſa ſchedarum Salm. ſcriptura *Suſantis.* licet reliqui verſus habeant ſpondeum in prima ſede. *ſubare* enim eſt prurire in libidinem, proprie quidem de feminis, & *furire* de maribus. Graecis καπρᾶν. ut docent Meurſ. Crit. Arnob. Lib. I. cap. 3. & Pricaeus ad Apulej. Apol. pag. 101. notum illud Horatii Epod. XII. *jamque ſubando Tenta, cubilia, tectaque rumpit.* Apulejus ἀνεχομένῳ vs. 14. *Inter gannitus & ſubantis voculas.* vide & Barth. Lib. XXVII. Adverſ. cap. 5. ubi apud Juvenalem Sat. VI. 65. felici conjectura emendat,

Sicut in amplexu ſubat, & miſerabile longum
Attendit Thymele.

diſtinctionem tamen illam non perpetuam eſſe docet Salmaſ. ad Solin. pag. 661. & patet inde, quod *Jovem ſubantem in ſororem* dixerit Tertullian. in Apolog. cap. 14. optime etiam apud Hieronymum Lib. II. adverſ. Jovinian. *Epicurum ſubantem in hortulis ſuis inter adoleſcentulas & mulierculas alloquamur*, reſtituit Ph. Beroaldus in Fac. Crit. Gruter. Tom. I. pag. 243. ubi plura. de *gamba* autem, ſeu crure, vide du Cangii Gloſſar. Tom. III. pag. 800.

Ep. CLXXXVIII. *de Diſcipulo Medici.*] Hoc quoque Epigramma ex ſchedis Divionenſibus & Salmaſianis profertur quod ſequioris quidem, nec tamen infimae aetatis eſſe, oſtendit verbum *breviare*, quo vs. 5. utitur auctor. vide ad Lib. I. carm. LXXXIX. 77. ultimo verſu, in quo omne acumen conſiſtit, ſcribebatur in codice Salmaſiano,

Incepto puerum reddit Ipocraten.

& in ejus apographo Leidenſi,

Incepto puerum rededit Ipocraten.

Legendum nempe,

In coepto puerum reddidit Hippocratem.

captata ab ambiguo obſcoenitate, non quod diſcipulum effecerit medicinae peritum inſtar Hippocratis. ſed quia v. 4. de *fellifero equo* praeceſſit, eum docuerit artem robuſtae equitationis, eo ſenſu, quo *equitare* & *inequitare* exponunt Erhard. & Gonſal. ad Petron. cap. 24. Forte etiam ſcripſerit auctor,

In coepto puerum reddidit Harpocratem.

ut ſit imitatio Catulli Carm. LXXII. in Gellium:

——— *patrui perdepſuit ipſam*
Uxorem, & patruum reddidit Harpocratem.

ubi ab Iſaci Voſſii explicatione in diverſa nonnihil abit Cuperus in Harpocr. pag. 30. qui exponit, quod Patruum ſilere de aliorum amoribus coëgerit, pudore confuſum, poſtquam Gellius uxorem ejus perdepſuiſſet. ſed quid intelligat Catullus per *Harpocratem reddere*, ipſe verſu quinto tam aperte oſtendit, ut explicatione non egeat. nam in alium & obſcoeniſſimum ſenſum detorquet id, quod ad ſilentium indicandum conſpicitur in Harpocratis figuris, digito ori vel admoto vel inſerto, quales ex Baſilidianorum amuletis Chiffletianis dedit Cuperus in Harpocr. pag. 7. 9. & 12. iisque ſimiles Sponius in Recherch. d'Antiq. Diſſ. VII. pag. 124. & ex eo Montfauc. in Antiquitt. T. II. P. II. Lib. I. cap. 14. & tales in nummis gemmisque aliis exhibentur plurimae; de quibus omnia vulgata. Id neſcio, an ab ullo edita ſit inſcriptio, quam ex gemma elegantiſſima, in qua Harpocrates cum flagello in dextra, digito indice ſiniſtrae manus ori admoto, cum ſtella in capite, loto inſidens conſpicitur, hic in gratiam antiquitatis eruditae cultorum ſubjiciam:



Harpocrates enim Jovis, Sarapidis, Solis, aliisque nominibus inſigniebatur, ut notum ex illo Apollinis oraculo, quod ex Juliano habet Cauſeus in Muſeo Rom. pag. 114.

Εἷς Ζεὺς, εἷς Ἀΐδης, εἷς Ἥλιός ἐστι Σάραπις.

licet paullo aliter ex Orpheo adferatur a Macrob.

Digitized by Google

Ep. clxxxix. Gn. Mattii. *Fragmentum ex Mimiambis.*

Nuper die quarto ut recordor, & certe
Aquarium urceum unicum domi fregit.
Jam jam albicaſſit Phoebus, & recentatur
Commune lumen omnibus voluptaſque:
Quapropter edulcare convenit vitam,
Curaſque acerbas ſenſibus gubernare,
Sinuque amicam recipere frigidam caldo,
Columbatimque conſerere labris labra.
Jam tonſiles tapetes ebrii fuco,
Quos concha purpura inbuens venenavit.

Ep.

Lib. ı. Saturn. cap. 18. ubi etiam confer oraculi Clarii verſus, quos ad Harpocratem retulit Vir Clariſſimus, nunc literati orbis deſiderium, Paul. Ern. Jablonskius in Pantheo Aegypt. Lib. ıı. cap. 6. §. 5. quo toto capite myſticum Harpocratis cultum egregie interpretatus eſt. cur autem Serapis vel Sarapis dictus fuerit Harpocrates, & digito ori adpoſito ſilentii admoneret, erudite exponit Scaliger Lib. ı. Auſon. Lect. cap. 29. ubi palmaria & magni hominis ingenio digna eſt emendatio in loco Varronis Lib. ıv. de L. L. pag. 17. *Hi Dei, inquit, iidem qui in Aegypto Serapis, & Iſis. At ſt! Harpocrates digito ſignificat.* vide ejus Conject. pag. 24. Saepe enim & alibi nota illa ſilentii indicendi *ſt!* corrupta fuit a librariis. ut docet Iſ. Voſſius ad Catull. p. 139. ubi Catullo & Juvenali optime eam reddit, ſed Scaligeri emendationem in loco Varronis rejicit, legitque, *etſi Harpocrates digito ſignificet, ut ea taceam.* quem ibidem ſequitur Jablonskius pag. 242. Forte & haec ſilentii nota reſtitui poſſet Apulejo Lib. ı. Met. pag. 6. ed. Pric. *At ille digitum a pollice proximum ori ſuo admovens, & in ſtuporem attonitus, ſt! tace, tace, inquit.* ut ob ultimam literam *s* praecedentis vocis *attonitus* evanuerit. apud Juvenalem Sat. ı. 160.

Cum veniet contra. digito compeſce labellum,
Accuſator erit, qui verbum dixerit, hic eſt.

ubi Lubinus *hic ſt!* Heinſius *hic ſt!* ſed quia in MSS. *at digito*, forte pro *aſt*, malim voculam illam praecedenti verſu reponi:

Cum veniet contra. ſt! digito compeſce labellum.

& ſic apud Cic. Lib. xvı. ad Fam. Ep. 24. *Ego vix teneor, quin accurram. ſed ſt!* ut pro *ſi* bene Lambinus & Manutius, quod merito recepit Graevius. Terent. Phorm. ıv. 6. 16. *S. quid! non, obſecro, es, Quem ſemper te eſſe dictaſti. C. ſt! S. quid has metuis fores.* ut recte a Faërno, & aliis reſtitutum, pro *eſt*. & ſic ſaepe apud Comicos.

Ep. clxxxix. Cn. Mattii.] Ita hoc fragmentum ex Cn. Mattii Mimiambis editum in Corp. vet. Poët. Vol. I. pag. m. 411. ex quo partem protulit Rivinus ad Pervig. Ven. pag. 112. primi duo verſus ſervati debentur Macrobio Lib. ı. Saturn. cap. 4. & Gellio Lib. x. cap. 24. reliqui diverſis locis apud eumdem Gellium habentur. nam Lib. xv. cap. 25. tertium & quartum ita adfert, ut quintum ſextumque ex eodem quidem Mimiamborum opere, ſed diſtinctis tamen locis exſtantes indicet. quatuor vero ultimos reperies apud eumdem Lib. xx. cap. 9. ubi legitur,

Sinuque amicam reficere frigidam caldo:
Columbulatim labra conſerens labris.

ſed in aliis editionibus *recipere* & *conſerens*. mihi non ſatis cohaerere videntur, ut omnes ejuſdem loci fuerint, licet a viris doctis ita conglutinati ſint. vide & H. Stephan. Fragm. vet. Poët. pag. 417. ubi verſ. quarto *hominibus*. ſed *omnibus* legendum. ut adfert etiam Scalig. ad Varr. pag. 146. & ſic Francius. quintum & ſextum verſum edidit tantum Pithoeus in Praetermiſſis p. 481. ubi habetur,

Prudenter edulcare convenit vitam.

ſed *Quapropter* legitur apud Gellium, qui notat *edulcare* verbum novum, & a Mattio fictum eſſe, pro dulcius reddere. & ſic legitur apud Nonium in *edulcare* pag. 106. ubi & *gubernaſſe* editur, non *gubernare*. de verbis illis *dulcare*, *edulcare*, *obdulcare*, *indulcare*, agunt notae Gellio ſubjectae, ſed quae debentur Savaroni ad Sidon. Apoll. Lib. v. Epiſt. 4. pag. 323. Reliqua ſic edidit Stephanus,

Sinuque amicam recipere frigidam caldo,
Columbatamque labra conſerens labris.

vitioſe pro *Columbatim*. ut infra in carmine Lyrico ad Lydiam v. 14.

Da columbatim mitia baſia.

ſed forte hic *columbulatim*, ut jambus in ſecunda ſede ſit, praeſtat cum Voſſio Lib. ıv. Inſt. Orat. cap. ı. §. 8. p. 21. & ſic Scaligerum legiſſe, vel *columbatim*,

Digitized by Google

EP. CXC. INCERTI. *de Electione Conjugii. Imitatio Scholaſtica.*

Moribus & vultu mulier quaeratur habenda.
Horrida nam facies multo celatur ab auro.
Si quis erit ſponſus, talem qui ducat avarus,
Ipſe ſuam horrebit; feritas diſſolvet amorem.
Illa calens veniet, dorſum dabit iſte calenti,
Cogeturque ſuo ſuras ſubmittere aſello,
Concubitu turpi monſtrum paritura biforme,
Quemque ſuum mulier timeat pertingere natum.
Diſcite, formoſas aurum ſuperare puellas.

EP.

tim, adſcripſerat Rutgerſius, qui conjiciebat:

Et labra labris conſerens columbatim.

Ego mallem,

Sinuque amicam recipe frigidam caldo,
Et labra labris conſere columbatim.

ita certe requirere metrum videtur. ſunt enim jambici Hipponactei, ſive ſcazontes. quo genere carminis uſum Mattium in Mimiambis teſtatur Terentianus Maurus de Metris pag. 101. ed. Briſſaei:

Hoc mimiambos Mattius dedit metro;
Nam vatem eumdem eſt Attico thymo tinctum
Pari lepore conſequutus, & metro.

ceterum duo alia Mattii fragmenta, Stephano praeterita, exſtant apud Macrob. Lib. II. Sat. cap. 16. & ex ejus Iliade plura dedit Scaliger ad Varr. pag. 149. & 150. nonnulla quoque de hoc Cn. Mattio ejusque Mimiambis & Iliade vide apud Torrent. ad Suet. Caeſ. 52.

EP. CXC. INCERTI. *de Electione Conjugii.*] Legitur apud Binetum pag. 14. Pithoeum in Praetermiſſis pag. 481. ed. Pariſ. & ab aliis inter Catalecta Petroniana relatum eſt: ſed vitioſe in ſchedis Salmaſianis & Divionenſibus, ubi titulus eſt DE ELECTIONE CONJUGIS.

1. *Moribus & vultu mulier quaeratur habenda*] *virgo* in ſchedis Divionenſibus. ſed quomodo *vultu*, cum mox addat, faciem celari ab auro. Quare lego *cultu*. voces enim hae ſemper fere a librariis confuſae. ut apud Ovid. III. Amor. I. 9. & El. 6. 47. & alibi paſſim. *Moribus* autem eſt pudicitia, caſtitate. ſic Helena apud Ovid. Epiſt. XVII. 172.

Moribus & vitae credidit ille meae.

& VII. Met. 717.

——— *facies aetasque jubebant*
Credere adulterium, prohibebant credere mores.

& ita *mores* & *forma* vel junguntur vel opponuntur: vide Pricaeum ad Apulej. Lib. X. p. 581.

4. *Ipſe ſuam horrebit, feritas diſſolvet amorem*] In Divionenſibus:

Horret & ipſe ſuam: feditas diſſolvit amorem.

Binetus edidit,

Ipſe ſuam horrebit foeditas diſſolvet amorem.

ſed in marg. *feritas.* in MS. Salmaſ.

Horrebit ipſe ſuam, feditas diſſolvet amorem.

5. *Illa calens veniet*] In iisdem ſchedis Salmaſ. & Divion. corrupte, *Sequitur illa calens.* nam voluit librarius, *Illa calens ſequitur.* ut apud Claud. I. R.P. 127.

Hanc fovet, hanc ſequitur: vitulam non blandius ambit
Torva parens.

ſed *veniet* non mutandum. ut editum eſt a Bineto, & in Catalect. Petron. pag. 165. ed. Frellon. nam *venire* honeſtum in re venerea verbum eſt. vide Struchtmeyeri Anim. Crit. pag. 96. & infra ad Epigr. ad Nealcen. ad Epigr. CCIII. ad Nealcen. *dorſum dabit iſte calenti* eſt, ut in Carminib. Ithyphallic. Epig. 3.

Quod virgo prima cupido dat nocte marito,
Dum timet alterius vulnus inepta loci.

6. *Cogeturque ſuo ſuras ſubmittere aſello*] *clunem ſubmittere* cod. Salmaſ. quod praefert Cl. Oudendorpius. hunc verſum aliter, ſed uno pede abundantem, exhibent ſchedae Divionenſes,

Cogetur fervore ſuo clunem ſubmittere aſello.

crura ſubmittere aſello ex ſuo codice dedit Binetus, ſed in marg. *ſuras.*

7. *Concubitu turpi*] *concubitu e turpi* legebat Douza.

Ibid. *monſtrum paritura biforme*] *biformem* in Divion. enſibus. an voluit,

Concubitu turpi (monſtrum!) paritura biformem.

quales exclamationes parentheſi incluſas, ſed a librariis paſſim omiſſas vel corruptas, ſupra vidimus ad Lib. II. Ep. 7. 3.

8. *Quemque ſuum mulier timeat pertingere natum*] male in Salmaſ. cod. & ſchedis Divionenſibus habetur:

Quem mater ipſa ſuum timeat contingere natum.

Lege,

Quemque ſuum mater timeat &c.

ut video edidiſſe Binetum, ſed *mulier* in Catalect. Petron. ed. Frellon.

9. *Diſcite formoſas aurum ſuperare puellas*] ita in MS. Salm. & Divion. & apud Pithoeum, Binetum, alioſque. *auro* malebat Heinſius. perperam. innuit enim id, quod toties praecipiunt poëtae, puellas non auri cauſſa, ſed ob formae venuſtatem & animi dotes quaerendas, & amoris elegantia atque ur-

EP. CXCI. *Votum: de Amore.*

Sic tua ſit, quamcumque tuam vis eſſe puellam;
Sic, quamcumque voles, mutuus ignis edat:
Sic numquam dulci careant tua pectora flamma:
Et ſic laeſuro ſemper amore vacent.

EP. CXCII. *Quod non ſevera carmina ſcribat.*

Jam libet ad luſus, laſcivaque furta reverti.
Ludere, Muſa, juvat. Muſa ſevera vale.
Nunc mihi narretur tumidis Arethuſa capillis,
Nunc adſtricta comas, nunc reſoluta comas:
Et modo nocturno pulſans mea limina ſigno,

In-

urbanitate expugnandas eſſe. Propert. I. El. 8. 39.

Hanc ego non auro, non Indis flectere conchis,
Sed potui blandi carminis obſequio.

vide eumdem Lib. III. El. XI. 48. & ſeqq. Tibull. Lib. I. El. 4. 55. & 56. & Ovid. II. Art. Am. 277. & ſeqq. & quos non?

EP. CXCI. *Sic tua ſit* &c.] ita edidit Scalig. Lib. I. Catalect. pag. 221. cum titulo DE VINO ET LAETITIA. & huic adnectit aliud Epigramma, quod incipit, *Vince mero curas* &c. & ſic codex Voſſii. ſed quod recte Pithoeus ſeparatim edidit, & nos ſupra hoc ipſo Libro Ep. 84. exhibuimus. huic igitur novum titulum dedimus, *Votum, de Amore.* pro *ignis edat* in cod. Voſſiano *alat.* ultimo verſu non male Francius,

Sic te laeſuro ſemper amore vaces.

EP. CXCII. *Jam libet ad luſus*] Egregium hoc epigramma eſt poëtae optimi, & ad aevi Auguſtei elegantias adſurgentis, ejusdemque auctoris eſſe ſequens carmen nullus dubito. Legitur apud Scalig. p. 200. & in Catalect. Petron. pag. 160. ed. Patiſſon. & Frellon. pag. 222. ſine ullo titulo. in ſchedis MSS. Scaligeri inſcribitur, QUOD NON VERA CARMINA SCRIBAT. & correctum SEVERA.

2. *Ludere, Muſa, juvat*] *Ludicra Muſa juvat* Scriverius in Anecdot. Philolog. cap. LXXVI. & hoc & ultimo hujus Epigrammatis verſu emendat: ſed vulgatam lectionem probo. nam imitatur Martialem Lib. VIII. Ep. 3. *quid adhuc ludere, Muſa, juvat.* vitioſe etiam ultimo verſu in ſchedis MSS. Scalig. *Muſa ſonora vale.* ſed *ſevera* correct. in marg.

3. *tumidis Arethuſa capillis*] hic locus ſine dubio corruptus, licet ita etiam legatur in ſchedis MSS. Scaligeri, & Catalect. Petron. Non enim placent *tumidi* illi capilli, neque quales illi ſint, & quam laudati in pulcherrima puella dici poſſint, capio. Vidit etiam hoc Francius, qui in margine Catalect. Scalig. emendabat *tremulis capillis.* Si conjecturae indulgere liceat, forte legendum *rutilis*, id eſt flavis, de quibus omnia notiſſima & apud poëtas obvia ſunt. infra in Elegia incerti Auctoris ad puellam nimis cultam v. 7.

Ne ſtringant rutilos tibi ſerica vincla capillos,
Cum vincant rutilae ſerica vincla comae.

vide multa apud Heinſ. ad Ovid. Lib. V. Met. 440. Barth. ad Calpurn. Ecl. VI. 15. & Interpretes ad Serenum Sammon. cap. IV. 55. Certe hic ad colorem reſpici a poëta, veroſimile eſt, qui in ſequenti verſu poſituram comarum laudat, quam ſaepiſſime poëtae in amicis ſuis praedicandis extollunt. vide Huetii notas ad Antholog. Gr. p. 45. poſt ejus Poëmata ed. Graev. Tibullus Lib. IV. El. 2. 10.

Seu ſolvit crines, fuſis decet eſſe capillis,
Seu comſit, comtis eſt veneranda comis.

quo in loco *decet illa* corrigit Pontanus ad Macrob. p. 734. ut *decet illa* ſit idem, ac Graecorum πρέπει, & ſumatur pro *placet, decora eſt.* Infeliciter, nec loquendi modo Latinis uſitato. nam *decet* ponitur, pro formae decus conciliat & auget, ſive gratioſum ac venuſtum ut apud eumdem Tibullum Lib. I. El. 4. 34.

Tam decet intonſus crinis utrumque Deum.

& Propert. IV. 8. 30.

Sobria grata parum; quum bibit, omne decet.

4. *Nunc adſtricta comas* &c.] videtur haec repetitio offendiſſe Francium, qui legebat,

Nunc adſtricta ſuas nunc reſoluta comas.

ſed non opus eſſe opinor.

5. *Et modo nocturno pulſans mea limina ſigno*] Mallem hic *Ut modo.* & cum Francio *pulſet.* & ſic Tollius. tum mox *Ut flectat*; quod elegantius. pro quo Francius *Inflectat* corrigebat. Intelligit poëta hoc in verſu tale ſignum, quo foribus adſtans puella indicabat ſe adeſſe, ſed quale id fuerit, quod inter hos amantes convenerat, non exprimit, neque etiam apertum eſt. Solebant autem nocturna haec furta clandeſtinis indiciis peragi, vel exſcreando, vel ſibilum edendo, vel digitis crepando, vel denique leviter pulſando fores: quae, ut hoc in loco, *ſigna* etiam vocat Ovidius Epiſt. XXI. v. 19.

Jamque venire videt, quos non admittere durum eſt,
Exſcreat, & ficta dat mihi ſigna nota.

Lib.

Intrepidos tenebris ponere docta pedes.
Nunc collo molles circum diffuſa lacertos,
Et flectat niveum ſemiſupina latus.
Inque modos omnes dulces imitata tabellas
Tranſeat, & lecto pendeat illa meo.
Nec pudeat quidquam. ſed me quoque nequior ipſo
Exſultet toto non requieta toro.
Non deerit, Priamum qui defleat, Hectora narret.
Ludere, Muſa, juvat. Muſa ſevera vale.

Ep.

Lib. II. Triſt. 460.

Scit cui latretur, cum ſolus obambulat ipſe,
Cur toties clauſas exſcreet ante fores.

Tibullus Lib. I. Eleg. 2. 32.

Non labor hic laedit, reſeret modo Delia poſtes,
Et vocet ad digiti me taciturna ſonum.

& Eleg. VII. 36.

Non fruſtra quidam jam nunc in limine perſtat
Sedulus, ac crebro proſpicit, ac refugit.
Et ſimulat tranſire domum: mox deinde recurrit
Solus, & ante ipſas exſcreat usque fores.

vide ad utrumque Tibulli locum notas Broukhuſii, & Pricaeum ad Apuleji Lib. VIII. Metam. p. 425.

6. *intrepidos tenebris ponere docta pedes*] id ita exprimit Ovid. III. Am. I. 52.

Atque impercuſſos nocte movere pedes.

aliter *ponere pedes* locutio propria de cauto & timido inceſſu, quum ſuſpenſo gradu quaſi praetentamus iter. Merentur legi quae ad hanc rem inluſtrandam, de ſuſpenſo gradu egregie agens, notavit Gebhardus ad Tibull. Lib. I. Eleg. II. v. 20. ubi occurrit etiam:

Illa pedem nullo ponere poſſe ſono.

& vide ad Eleg. in obit. Maec. v. 79.

8. *ſemiſupina*] ex praecepto Ovidii, quem imitatur, Lib. III. Art. Am. 788.

Mille modi Veneris, ſimplex minimique laboris,
Si jacet in dextrum ſemiſupina latus.

& Lib. I. Amor. El. 14. v. 20. loco adpoſito:

Saepe etiam, nondum digeſtis mane capillis,
Purpureo jacuit ſemiſupina toro.
Tum quoque erat neglecta decens: &c.

quibus in locis perperam in pluribus codicibus pro *ſemiſupina* eſt *ſemiſopora.* vel *ſemiſopita.* vid. Heinſ. ad Epiſt. X. 15. talem fere Venerem jacuiſſe cum Marte concumbentem fingit Repoſianus de Concub. Mart. & Ven. v. 123. ſupra Lib. I.

Non omnis reſupina jacet, ſed corpore flexo
Molliter, & laterum qua ſe confinia jungunt.

9. *dulces imitata tabellas*] intelligit laſcivas illas tabellas, quales ex praeſcripto Elephantidis & Philaenidis formatae & parietibus prope lectum ſuſpenſae adhibebantur, ut ex earum conſpectu libidinem acuerent. quas merito deteſtatur Propertius Lib. II. El. 5. 19–26.

Quae manus obſcoenas depinxit prima tabellas,
Et poſuit caſta turpia viſa domo:
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos,
Nequitiaeque ſuae noluit eſſe rudes. &c.
Non iſtis olim variabant tecta figuris,
Tum paries nullo crimine pictus erat,

ubi de iis conſule Broukhuſii notas, qui inter alia hunc quoque locum adfert; ex quo patet mille modos Veneris & diverſas concubitus figuras in iis depictas fuiſſe. ut indicat etiam Ovid. II. Triſt. 524.

Sic quae concubitus varios Venerisque figuras
Exprimat, eſt aliquo parva tabella loco.

pictas opus edere ad figuras vocat Auctor obſcoeni carminis inter Priapej. Ep. III.

Obſcoenas rigido Deo tabellas
Dicans ex Elephantidos libellis
Dat donum Lalage; rogatque tentes,
Si pictas opus edat ad figuras.

ita legendum ex codicibus vetuſtis. vulgo *Obſcoenis*. recte etiam *Dicans* in Mediceo, Voſſiano, Broukhuſii, & Wittiano codice. non *Ducens.* neque enim obſtat jambus in prima ſede hendecaſyllabi. & ſic emendandum monuit Heinſ. ad Claud. VI. Conſ. Hon. 372. indicat enim, Lalagen tabellas illas votivas Priapo dedicaſſe. vide Tomaſin. de Donar. cap. 7. de iisdem tabellis Martial. Lib. XII. Epigr. 43.

Quales nec Didymi ſciunt tabellae,
Nec molles Elephantides libelli.

ſic enim caſtigandum, non *puellae*, ut in vulgatis, monuit Patruus ad Sueton. Tib. cap. 43. ubi plura de Elephantidos libellis, ex quibus tabellas iſtas formabant. de Philaenidis picturis auctor Ithyphallicorum Epigr. 63.

Quae tot figuras, quot Philaenis enarrat,
Non invenit.

de illa videndus Spanhem. de Uſu & Praeſt. Numiſm. Diſſ. XIII. p. 522. & Heinſ. ad Ovid. II. Triſt. 418.

11. *Nec pudeat quidquam*] Ovid. Lib. III. Amor. Eleg. 14.

Eſt, qui nequitiam locus exigat: omnibus illum
Deliciis imple. ſtet procul inde pudor.

Idem Lib. III. Art. Am. 770.

Ulteriora pudet docuiſſe: ſed alma Dione,
Praecipue noſtrum eſt, quod pudet, inquit, opus.

ipſa in Catalect. Petronianis editur.

Ep.

Ep. CXCIII. *Item. Excuſatio ſeverioris materiae.*

Eſſe tibi videor demens, quod carmina nolim
 Scribere, patricio digna ſupercilio:
Quod Telamoniaden non aequo judice victum
 Praeteream, & pugnas, Pentheſilea, tuas.
Quod non aut magni ſcribam primordia mundi,
 Aut Pelopis currus, aut Diomedis equos.
Aut ut Achilleis infelix Troja lacertis
 Quaſſata, Hectoreo vulnere conciderit.
Vos mare tentetis. vos detis lintea ventis.
 Me vehat in tutos parva carina lacus.

Ep. CXCIV. *Item.*

Inſanus vobis videor, nec deprecor ipſe,
 Quo minus hoc videar. Cur tamen hoc videor,
Dicite nunc: Quod ſemper amas, quod ſemper amaſti:
 Hic furor? hic, Superi, ſit mihi perpetuus!

Ep.

Ep. CXCIII. *Item. Excuſatio ſeverioris materiae*] ſic recte inſcripſit Scaliger Lib. I. Catalect. p. 201. ex corrupta codicis veteris ſcriptura, quae in ejus ſchedis MSS. habetur, EXCUSSATO SIHORIS MATERIAE.

1. *quod carmina nolim ſcribere*] *crimina* apud Scalig. ſed praetuli *carmina*, ut malebat etiam Scriverius, & editum eſt in Catalect. Petron. ſcilicet ſublimia, ſeu *patricio digna ſupercilio*, id eſt quae Senatorem aut virum patricium deceant. quippe levioribus & laſcivis carminibus ſupercilium patricium minime convenit. unde Auctor Ithypallicorum in initio:

Carminis incomti luſus lecture procaces
 Conveniens Tatio pone ſupercilium.

vel *Conveniens Latio*, id eſt, gravitati Latinae. vide ſupra ad Ep. 152. 7. Martialis Lib. I. Ep. 5.

Contigeris noſtros, Caeſar, ſi forte libellos,
 Terrarum dominum pone ſupercilium.

vid Gevartii Electa Lib. II. cap. 6. pag. 65. & hoc jubent ſequentia. nam materia, quae ſubjicitur, tamquam verſu potius deducenda, in ſe *crimina* non habet, ſed ſublimem potius & grandem ſtylum cothurno dignum requirit. & praecipue id ultimum indicat diſtichon. vide & Heynium ad Tibull. p. 414. & ſupra ad h. L. Ep. CLIV. 2 & 13.

3. *Quod Telamoniaden non aequo judice victum &c.*] intelligit Ajacem in contentione cum Ulixe de obtinendis Achillis armis damnatum, quem inter Palamedem, & alios, *non aequo judice victos*, etiam enumerat moribundus Socrates, pari judicum iniquitate oppreſſus, in egregia oratione, quam ex Platone refert Cicero Lib. I. Tuſcul. Diſp. cap. 41. loco praeclaro & inſigni: *Tene, quum ab his, qui ſe Judicum numero haberi volunt, evaſeris, ad eos venire, qui vere Judices appellentur, Minoëm, Rhadamantum, Aeacum, Triptolemum? conveniréque eos, qui juſte & cum fide vixerint.* & paullo poſt; *Quanta delectatione adficerer, quum Palamedem, quum Ajacem, quum alios,* judicio iniquo circumventos *convenirem. Tantarem etiam ſummi Regis, qui maximas copias duxit ad Trojam. & Ulixis Siſyphique prudentiam. Nec ob eam rem; quum haec exquirerem, ſicut hic faciebam, capite damnarer, &c. Nec vero ego his, a quibus accuſatus aut a quibus condemnatus ſum, habeo quod ſuccenſeam, niſi quod mihi nocere ſe crediderunt.* quibus ſubjungit Cicero memorabilia haec, neque tantum Socrati, ſed & Batavo olim Ajaci ac Palamedi convenientiſſima verba: *Nae ego haud paullo hunc animum malim, quam eorum omnium fortunas, qui de hoc judicaverunt!*

4. *& pugnas, Pentheſilea, tuas*] vide Broukh. ad Propert. III. 9. 16.

10. *Me vehat in tutos parva carina lacus*] *in tuto lacu* Francius. recte. ſimilia ex Propertio vide ad h. L. Ep. 97.

Ep. CXCIV. *Item.*] ſic inſcripſit Scaliger, tamquam ejusdem cum ſuperioribus argumenti. Melius eſſet, *ad Amicos inſaniam amoris objicientes.* verſu ſecundo correxerat Francius,

——— *cur tamen hoc videar,*
Dicite nunc.

ſed

EP. CXCV. *de Ea, quam amat.*

Quaedam me, ſi credis, amat. ſed diſſilit, ardet;
Non ſic, non leviter: ſed perit, & moritur.
Dum fugiet, gratis quaedam ſimul atque rogabit.
Oſtendam, quam non ſemper amatus amem.

EP. CXCVI. *ad Gallam.*

Juratum tibi me cogis promittere, Galla.
Ne narrem. jura rurſus, & ipſa mihi.
Ne cui tu dicas, (nimium eſt lex dura) remittam,
Praeterquam, ſi vis dicere, Galla, viro.

EP. CXCVII. *de Diſſidio, ad Deliam.*

Neſcio quo ſtimulante malo pia foedera rupi:
Non capiunt vires crimina tanta meae.
Inſtitit, & ſtimulis ardentibus inpulit actum,
Sive fuit Fatum, ſeu fuit ille Deus.

Ar-

ſed non ſemper ſubjunctivo opus eſſe docet Patruus ad Lucan. Lib. I. 126. Itaque forte diſtinguendum cum interrogationis nota, & relliqua ſic legenda,

——— *cur tamen hoc videor?*
Dicite nunc: quur ſemper amas? quur ſemper amaſti?
Hic furor, hic, Superi, ſit mihi perpetuus!

non *perpetuum.* ut edidit Scaliger. unde male in aliis *hoc Superi. perpetuus* etiam Francio placebat. & in Catalect. Petron. pag. 161. ed. Patiſſ. & p. 223. ed. Frellon. legitur. ita ſenſus, ni fallor, reddetur venuſtior; ut verba illa, *cur ſemper amas*, &c. vel, ut ſcribi etiam poſſet, *quid ſemper amas? quid ſemper amaſti?* ſint illorum, qui inſani amoris poëtam reum faciebant ad quae reſpondet,

Hic furor, hic, Superi, ſit mihi perpetuus!

eleganter & ejusdem poëtici coloris, quo Propertius Lib. I. El. I. 7.

Et mihi jam toto furor hic non deficit anno,
Quum tamen adverſos cogor habere Deos.

& v. 25.

At vos, qui ſero lapſum revocatis, amici,
Quaerite non ſani pectoris auxilia &c.
In me noſtra Venus noctes exercet amaras,
Et nullo vacuus tempore deſit amor.

EP. CXCV. *de Ea, quam amat*] neſcio cur ſic inſcripſerit Scaliger. ex ipſo enim Epigrammate patet, argumentum eſſe, *de Ea quae me amat.* ſine ullo titulo habetur in ed. Patiſſ. p. 161. & Frellon. pag. 223. verſu ſecundo forte ſcribendum, *Non cito, non leviter:* ſequentia male apud Scalig. diſtinguuntur hoc modo,

Dum fugiet gratis quaedam ſimul, atque rogabit.

EP. CXCVI. *ad Gallam*] in ſchedis MSS. Scaligeri titulus eſt DE SILENTIO AMORIS. in quibus verſu primo *Iratum.* quomodo in utraque viri ſummi editione excuſum miror. Legendum enim eſſe *Juratum*, ſenſus epigrammatis exigit, & ſuadent ſequentia *jura rurſus & ipſa mihi.* & ſic video conjeciſſe Tollium, & jam legi in Catalect. Petronian. p. 161. ed. Patiſſ & Frellon. p. 223. itaque ſic edidi.

EP. CXCVII. *de Diſſidio, ad Deliam*] ita inſcripſi. in Scaligeri Catalect. p. 202. DE DISSIDIO. Inter amatorem nempe & puellam. in Catalect. Petron. pag. 223. ed. Frellon. PETRONII AFRANII *ad Deliam.* cum nulla enim inſcriptione habetur in ed. Patiſſ. p. 161. DE INITIO ET FINE AMORIS titulus eſt in ſchedis MSS. Scaligeri.

Neſcio quo ſtimulante malo] Excuſatio fere ſimilis eſt ſollemni ſatisfacientis formulae, quam expreſſit Tibullus Lib. II. El. 5. 104.

Ingeret hic potus juvenis maledicta puellae,
Poſtmodo quae votis irrita facta velit.
Nam ferus ille ſuae plorabit ſobrius idem,
Et ſe jurabit mente fuiſſe mala.

ubi vide Broukhuſ. *foedera rupta* male in aliis & verſ. ſeq. *vires meas.* Ego Scaligerum ſecutus ſum.

3. *actum*] male in Scaligeri editione *actu* legitur. & in ejus ſchedis.

4. *Sive fuit Fatum, ſeu fuit ille Deus*] His cauſſis plerumque adtribuebant veteres, ſi quid peccaſſent. Hinc toties apud Ovidium aliosque, *me mala fata trahebant.* ut Epiſt. VI. 51. & Epiſt. XII. v. 35. *& me mea fata trahebant.* ſupra Lib. II. Ep. 65.

Vobis in culpa eſt bilis, ſua quemque ſequuntur
Fata, quid immeriti crimen habent cyathi?

Florus Lib. I. cap. XIII. *Hic ſive invidia Deûm ſive fato rapidiſſimus imperii curſus ſupprimitur.* Idem Lib. II. cap. 6. de Hannibale, tria haec *mentem malam,*

Arguimus quid vana Deos? vis, Delia, verum?
Qui tibi me dederat, idem & ademit Amor.

EP. CXCVIII. *Luſus Amatorius.*

Sic me cuſtodi, Coſconia: neve ligata
Vincula ſint nimium, neve ſoluta nimis.
Effugiam laxata nimis: nimis aſpera rumpam.
Sed neutrum faciam, commoda ſi fueris.

EP. CXCIX. *in Munditias.*

Semper munditias, ſemper, Baſiliſſa, decores,
Semper conpoſitas arte decente comas;
Et comtos ſemper cultus, unguentaque ſemper,
Omnia ſollicita comta videre manu,

Non

fata, & *Deos* conjungit: *Tunc quidem illum, ut dici vulgo ſolet, aut fatum urbis imperaturae, aut ipſius mens mala, & averſi a Carthagine Dii in diverſum abſtulere.*

5. *Arguimus quid vana Deos*] in vulgata hac lectione nulla verborum conſtructio eſt, quam reſtituemus, ſi levi mutatione diſtinguamus hoc modo,

Arguimus quid, vana, Deos?

ut *vana* ſit Delia, quae Deos incuſabat.

6. *idem & ademit Amor*] ſic edidit Scaliger, & ſchedae ejus exhibent, nec aliter vulgatae Catalectorum Petronianorum editiones. rotundior tamen verſus eſſet, ſi legeremus:

Qui tibi me dederat, me tibi demit Amor.

& ſic Francium conjeciſſe video in margine exemplaris ſui, qui legebat *me tibi ademit.* Non tamen tantum mihi permitto, ut in contextu corrigam.

EP. CXCVII. LUSUS AMATORIUS] DE ZELOTYPA inſcribunt ſchedae Scaligeri. *Si me cuſtodi* vitioſe in Catalect. Petron. p. 223. ed. Frellon. ubi inter Petronii Afranii Epigrammata legitur. *Sic me* recte in ed. Patiſſ. p. 161.

——— *neve ligata*

Vincula ſint nimium, neve ſoluta nimis] recte Tollius hoc Epigrammate illuſtrat illud Auſonii Ep. XXXIX.

Hanc volo, quae non volt, illam quae volt, ego nolo,
Vincere volt animos, non ſatiare Venus. &c.
Nec bis cinctis Dianc placet, nec nuda Cythera,
Illa voluptatis nil habet, haec nimium.

4. *commoda ſi fueris*] ita Scaliger. ut in editione Patiſſoniana ac Frelloniana legitur. Vulgatam hanc ſi ſequamur lectionem, *commoda* erit, quae votis amantis haud difficilem ſe praebent. ut apud Terent. Heaut. Act. III. Sc. 2. *mulier commoda & faceta.* & ita aliquoties idem auctor *commodum hominem* & *commodum commiſſatorem* dixit. Horat. Lib. IV. od. 8.

Donarem pateras, grataque commodus,
Cenſorine, meis aera natalibus.

ubi vide Lambinum. & Graev. ad Lucian. Tom. I. p. 953. Rectius tamen fore arbitror, ſi parva mutatione legamus, *commoda ſi fuerint*, nempe *vincula.* eleganter autem *vincula* vocat *commoda*, id eſt, apta, & ſibi convenientia, qualia hic petit, neque nimis adſtricta, neque nimis laxa. ita *cyathi commodi* apud Horat. Lib. III. od. 19. 12.

Miſcentor cyathis pocula commodis.

ubi interpretes exponunt, aptis, cuique convenientibus. licet Rutgerſius in Venuſin. Lect. cap. VII. erudite explicet, plenis, quibusque ad menſuram juſtam nil deeſt. quod loco Horatii etiam adcommodatius. ſic *commoditas ſtaturae* eſt apta membrorum inter ſe convenientia, apud Sueton. Aug. 79. Terent. Hecyr. Act. IV. Sc. 2. *hoc & vobis & meae commodum famae arbitror.*

EP. CXCIX. *In Munditias*] Exſtat apud Scalig. p. 203. vetuſtum eſſe hoc Epigramma, ſed valde depravatum, cenſet Heinſius, qui id caſtigavit ad Ovid. Lib. III. Art. Am. 216. ſed aliter Colomeſius in notis ad Quinctilian. Lib. II. Inſtit. Orat. cap. V. pag. 150. quorum emendationes huc retuli.

1. *Baſiliſſa*] ita Scaliger & Heinſius. recte. non *Baſiliſca.* ut in Catalect. Petron. p. 224. ed. Frellon. editur. nam idem nomen legitur & in lapide antiquo apud Gruterum pag. 813. inſ. 3. ubi habetur, D. M. OMIDIA BASILISSA VIXIT ANNIS XXX. &c. & in Inſcriptionibus Gudii pag. CCCXLIV. 6. & Theſauro Muratorii Tom. III. Cl. XXI. pag. MDXXV. II. L. GAFATIUS SUAVIS BASILISSAE L. OPTIMAE DE SE MERITAE. *decorem* Francius.

2. *arte decente*] *diſpoſitas parte decente* habet vetus Voſſii codex, teſte Heinſio ad Ovid. Lib. I. Amor. 14. 35. *arte recente* legunt Heinſius & Colomeſius. non male. ſaepe enim has voces in codicibus antiquis confuſas eſſe docet Heinſius ad Ovid. V. Faſt. 123. verſ. ſeq. forſan legendum, *Et comtos ſemper vultus* &c. ſollemni variatione. ut ſupra Ep. CXC. conjeci, *Moribus & cultu mulier quaeratur habenda.* pro *vultu.*

5. *Non:*

Non amo. neglectim mihi ſe quae comit amica,
 Haec & inornata ſimplicitate valet.
Vincula nec cures capitis diſcuſſa ſoluti:
 Et coram faciem mel habet illa ſuum.
Fingere ſe ſemper, non eſt confidere amori.
 Quid, quod ſaepe decor, cum prohibetur, adeſt?

EP. CC. *in Recuſantem.*

Ante dies multos, niſi te, Baſiliſſa, rogavi:
 Et niſi praemonui, te dare poſſe negas.
Ut ſubito crevere, ſolent ex tempore multae,
 Quam ſcriptae, melius cedere deliciae.

EP.

5. *Non amo. neglectim mihi ſe quae comit amica,*
Haec & inornata &c.] vitioſe edidit Scaliger *Sed & ornate.* ſed bene me diſtinxiſſe & emendaſſe opinor. verſus hos ita conſtituendos putabat Petrus Francius:

Non amo neglectum, mihi quae ſe comit amica,
 Quae fit ut ornata ſimplicitate velim.

Tollius autem interpungendum ac legendum cenſebat:

Non amo. neglectim mihi ſe quae comit amica,
 Haec & inornata ſimplicitate valet.

requirit nempe poëta formam ſimplicem, qualem natura dederat, fucos omnes, & ceteras feminarum munditias averſatus. illuſtrant hujus Epigrammatis ſenſum iſta Propertii Lib. 1. El. 2.

Quid juvat ornato procedere, vita, capillo,
 Et tenues Coa veſte movere ſinus?
Aut quid Orontea crines perfundere myrrha,
 Teque peregrinis vendere muneribus.
Naturaeque decus mercato perdere cultu,
 Nec ſinere in propriis membra nitere bonis.
Crede mihi, non ulla tuae medicina figurae eſt.
 Nudus Amor formae non amat artificem.

quod eleganter imitatus eſt Janus Secundus Lib. 1. Epigr. 13.

Mitte peregrinis opplere coloribus ora,
 Nudus Amor nudae munera frontis amat.

vide infra totam Elegiam *ad Amicam nimis comptam,* quae incipit,

Parce, precor, virgo, toties mihi culta videri &c.

ſed forte ex codicum veterum veſtigiis eruenda eſt hoc in verſu elegantior lectio. in ſchedis MSS. Scaligeri legitur,

Non amo neglectam, mihi ſi quae comit amica
 Sed & ornate &c.

unde ita edidit. margini vero Scaliger ipſe adſcripſerat,

Sed quae & inornata ſimplicitate valet.

in Voſſiano codice habebatur, *Sedet ornate.* ex cujus veſtigiis totum hoc diſtichon Heinſius emendabat hunc in modum,

Non amo. neglectim mihi ſe quae comit, amica,
 Et decor ornatae ſimplicitate placet.

ſed illud *Sedet*, quod in codice Voſſiano habetur, dividendum eſt in *Se det.* unde veram habebimus ſcripturam. & hoc vidit etiam Colomeſius, qui primum verſum ita emendat ut Heinſius, & ſequentia ſic exhibet:

Non amo. neglectim mihi ſe quae comit amica,
 Se det, & ornatus ſimplicitate valet.

ut legitur etiam in Catalectis Petronianis ed. Joh. Petr. Lotichii p. 82. Patiſſon. p. 161. & Freſlon. p. 224. ſed in quibus vitioſe *Sedet.* locutio autem *ſe det mihi*, id eſt copiam ſui faciat, familiaris veteribus eſt, ſenſu etiam honeſto. vide Commentat. ad Cic. III. Verr. cap. 19. ita & in ſeq. Epigr. *te dare poſſe negas.* vide Muret. ad Catull. Ep. cx. pag. 145. ed. Ald. ſimili aberratione ſaepe peccarunt librarii, *ſedet* jungentes pro *ſe det.* ut multis exemplis probavit Heinſius Lib. 1. Adverſ. cap. 2. ubi phraſin *ſe dare* aliquot veterum auctorum locis reſtituit, quam huic verſui etiam non reddidiſſe, cum in notis ad Ovidium hoc Epigramma emacularet, mirum eſt. ſic in Protreptico Petronii ſupra h. L. Ep. 127. *neve plauſor in ſcenam Se det redemtus,* ex emendatione Cruſii, pro vulgato *Sedeat.* vide illic notas.

7. *Vincula nec cures*] *ne cures* ed. Patiſſon. & Freſlon. *curet* recte Heinſius & Colomeſius. *curem* Francius.

8. *Et coram faciem mel habet illa ſuum*] ſic codex Voſſianus, teſte Heinſio, niſi quod in eo *ſuum* pro *ſuum*, ut in ſchedis Scaligeri, qui in margine conjiciebat,

Nec cura faciem, mel habet illa ſuum.

Francius emendabat, *facies mel habet iſta ſuum.* Colomeſius profert,

Nec ceram in faciem: mel habet illa ſuum.

Digitized by Google

EP. CCI. *Item.*

Cur differs, mea lux, rogata, ſemper?
Cur longam petis advocationem?
Primum hoc artificis ſcelus puellae eſt.
Deinde eſt difficile, & laborioſum,
In tentigine tam diu morari.
Nil eſt praeterea puella, nil eſt.
Deprenſa mel * * *.

EP. CCII. *de Tinnitu auris, ad Deliam.*

Garrula quid totis reſonas mihi noctibus auris?
Neſcio quem dicis nunc meminiſſe mei.

Hic

quomodo in Petronianis Catalectis Joh. Petr. Lotichius edidit, & in Patiſſoniana ac Freiloniana legitur. Tollius emendabat, *Nec cretam in facie*, quod licet illuſtrari poſſit ex iis quae Heinſius notavit ad Ovid. VII. Met. 226. & III. Art. Am. v. 199. huic tamen loco non convenire arbitror. Heinſius vero in notis ad Ovidium corrigendum monuit,

Nec coram faciem me lavet illa ſuam.

probabili ſatis conjectura, certe ceteris veroſimiliori, & quae Ovidianis iſtis egregie illuſtratur, quae hic adſcribere non alienum erit:

Nec coram mixtas cervae ſumſiſſe medullas,
Nec coram dentes defricuiſſe probem.
Iſta dabunt faciem, ſed erunt deformia viſu.

EP. CC. *Ante dies* &c.] Exſtat ibidem apud Scaligerum, & in Catalectis Petronianis. p. 162. ed. Patiſſ. & pag. 224. ed. Freil. *ſolers & tempore* male in ſchedis MSS. Scaligeri. *ſolent ex tempore natae*, pro *multae*, conjiciebat Tollius. ut requirere videtur *ſubito crevere.*

EP. CCI. *Cur differs* &c.] Legitur in iisdem ſchedis Scaligeri, qui & Catalectis ſuis ibidem inſeruit; & in veter. Poët. Epigr. poſt. Petron. edit. Patiſſon. & Freilon. nam in Lotichianis non inveni.

2. *Cur longam petis advocationem*] id eſt moras & dilationem poſtulas. ſive, ut apud Virgilium Lycidas queritur,

Cauſſando noſtros in longum ducis amores.

locutione a judiciis deducta. unde *advocationem poſtulare* Cic. VII. ad Fam. Ep. XI. ubi vid. Graevium. *advocationem petere* Senecae prooem. Lib. IV. Controv. in Conſ. ad Marc. c. 10. & Quinctilian. Decl. 282. Plinius Lib. I. Epiſt. 9. *Ille me ad ſignandum teſtamentum, ille in advocationem, ille in conſilium rogavit.* ſed copioſe hanc locutionem hoc ipſo verſu producto illuſtrarunt N. Faber & Gronov ad Senec. I. Controv. 8. p. 137. & vide Patrui mei notas ad Petron. cap. 96.

3. *artificis*] id eſt aſtutae, quae ita amores irritat differendo. ut *artifex Ulixes* apud Virg. II. Aen. 125.

5. *In tentigine tam diu morari*] ita ſupplevit Scaliger. nam in ſchedis ejus MSS. hiatus erat *In t* . . . . margini aliam quoque conjecturam adleverat, *In tanta cruce.* ſed priorem lectionem firmat etiam edit. Patiſſoniana, & Freiloniana.

6. *Nil eſt*] vide infra ad Epig. CCIV. 7. de puella divite formoſa &c. *Frater erat? nihil eſt.*

7. *Deprenſa mel* * * *] ita cum hiatu in ed. Patiſſ. & Freilon. ut edidit etiam Scaliger, quia ſic in vet. cod. invenit, unde haec deſcripſit. in ſchedis ſuis conjiciebat,

Deprenſa melius potes potiri.

& ſic Scriverius. niſi praeceſſiſſet *puella*, ſuppleri poſſet hoc modo,

Deprenſa melius nihil puella.

vel quia *potes* in ſupplemento Scaligeri incommode referri deberet ad puellam, praeſtaret, *Deprenſa melius juvat*, vel *datur*, *potiri.* ut innuat acriorem & gratiorem in deprenſa eſſe voluptatis fructum. *deprenſa*, ut infra Ep. 204.

Nempe parum caſta es. nempe es deprenſa. negabis?

& apud Horat. Lib. I. Sat. II. fin.

Deprendi miſerum eſt: Fabio vel judice vincam.

& in noto verſu apud Senecam, de Virgine Veſtali:

Deprendi miſerum eſt, moriar, niſi nubere dulce eſt.

deprenſus enim eſt ſubito oppreſſus. vide Calvin. ad Senec. I. de Clem. c. 9. p. 36. vel obſcoeni aliquid latet, quod caſtus librarius erubuit exprimere.

EP. CCII. *Garrula quid totis* &c.] Primum ſe publicaſſe hoc elegans & vetuſtiſſimi, ut ait, poëtae, Epigramma jactat Scaliger Lib. I. Auſon. Lect. cap. XVI. ubi quatuor priora diſticha exhibet; edidit que in Catalectis ſuis Lib. I. pag. 202. ſed duo ultima diſticha, ut ſeparata, diſtinxit, additis etiam aſteriſcis in ſignum hiatus inter penultimum atque ultimum diſtichon, vitioſaque lectione in ultimo ver-

Hic quis ſit, quaeris? reſonant tibi noctibus aures,
Et reſonant totis: Delia te loquitur.
Non dubie loquitur me Delia: mollior aura
Venit, & exili murmure dulce fremit.
Delia non aliter ſecreta ſilentia noctis
Submiſſa ac tenui rumpere voce ſolet:
Non aliter teneris collum conplexa lacertis
Auribus admotis condita verba dare.
Agnovi. verae venit mihi vocis imago,
Blandior argüta tinnit in aure ſonus.
Ne ceſſate precor longos geſtare ſuſurros.
Dum loquor haec, jam vos obticuiſſe queror.

Ep. cciii. *ad Nealcen.*

Sit nox illa diu nobis dilecta, Nealce,
Quae te prima meo pectore conpoſuit.

Sit

verſu *obticuiſſe * ſi curas.* Certe turbatur hic valde in ejus ſchedis MSS. in quibus quintum diſtichon ab hoc Epigrammate divulſum ſubjungitur Epigrammati cxcviii. *ad Coſconiam.* relliqua ita deſcripta habentur ex v. c. ut edidit. Ego totum epigramma hic exhibui, ut legitur in vet. Poëtar. Catalectis poſt Petronii edit. Patiſſonianam p. 163. & ed. Lotich. p. 76. ubi inſcribitur ad deliam. Petronio. Afranio tribuitur in ed. Frellon. p. 225. De tinnitu aurium recte hoc carmen explicat etiam Gevartius Lib. iv. Lect. Papin. cap. 7. 7. pag. 213. & Paſſeratius ad Propertium Lib. i. Eleg. xii. pag. 200. qui Petronio adſcribit. de hac veterum opinione, qua putabant aures tinnire illis, quorum abſentium frequens erat ſermo, atque ominibus inde captatis, praeter modo citatos vide Meurſium in Spicileg. ad Theocrit. Idyll. iii. pag. 20. & Mercer. ad Ariſtaenet. p. 485.

Ibid. *quid totis*] forte & hic & quarto verſu ſcribendum *toties.*

3. *reſonant tibi noctibus aures*] Tollius ad Auſonium pag. 456. legendum exiſtimat hoc in verſu,

—— reſonat mihi noctibus auris,
Et reſonat totis.

ut ipſe ſibi reſpondeat poëta. & ſic in ora ed. Scalig. correxerat, &, *loquitur me Delia.* non *mea.* ut edidit Scalig.

5. *Non dubie*] *Nunc* in ſchedis Scaligeri. an forte ſcripſit,

Nunc dubitem? loquitur me Delia.

Ibid. *mollior aura venit*] ex Ovidio Epiſt. iii. v. 44.

Nec venit inceptis mollior aura meis.

ubi in aliis codd. eſt *hora.* ut paſſim haec variantur. quodque praeferre videtur Heinſius. ſed vide illic Patrui mei notas. & ad Petron. cap. 133.

Si quandoque mihi fortunae arriſerit aura.

ubi in aliis etiam eſt *hora.*

8. *Submiſſa voce*] vide Heynium ad Tibull. pag. 298.

10. *Auribus admotis condita verba dare*] *dares* Scaliger in margine ſchedarum. mihi placet *daret.* Delia nempe. niſi potius *ſolet* ex praecedentibus repetendum ſit. huic loco ibidem Scaliger adſcripſerat verſum Graecum,

Ἄγχι σχὼν κεφαλήν, ἵνα μὴ πευθοίαθ' οἱ ἄλλοι.

qui eſt ex Homero Odyſſ. A. 157. de Telemacho Minervam, prope admoto capite, ne audirent alii, adloquente. Hic vero intelliguntur blanditiae ac dulces nugae, quales ſaepe poëtae fingunt ſibi amicas in aures garrire. vide Broukhuſ. ad Propert. Lib. i. El. 12. 6. ubi id hoc etiam loco illuſtrat.

11. *Agnovi. verae venit mihi* &c.] Male haec Scaliger ab hoc Epigrammate ſeparavit, & exhibet ut diverſum, ſed mutilum, cui medium deeſſet diſtichon: & mendoſum edidit ultimum verſum, *haec jam vos obticuiſſe * ſi curas.* quem ad ejus editionis marginem ita etiam diſtinxerat & emendaverat Tollius, ut edidi.

13. *longos geſtare ſuſurros*] rarior locutio, & obelo notata a Francio. ſed ita *geſtare ſermones* & *verba* dixit Seneca, ut notavit Taubman. ad Plauti Bacch. Act. iii. Sc. 2.

Ep. cciii. *Ad Nealcen.*] Legitur in Catalectis Petronianis p. 120. ed. Patiſſ. & p. 162. ed. Frellon. & apud Binetum pag. 4. ſub nomine Petronii.

2. *conpoſuit*] apud Petron. cap. 127. *in hoc gramine pariter conpoſiti mille oſculis luſimus.*

Sit torus, & lecti genius, ſecretaque ſponda,
  Queis tenera in noſtrum veneris arbitrium.
Ergo age, duremus, quamvis adoleverit aetas;
  Utamurque annis, quos mora parva tenet.
Fas & jura ſinunt veteres extendere amores,
  Fac, cito quod coeptum eſt, non cito deſinere.

Ep. ccIV. *De divite formoſa, generoſa, inpudica.*

Formoſa es, fateor, dives, generoſa, vetuſta.
  Confitear, ſi vis, omnia. redde vicem.

Nempe

3. *ſecretaque ſponda*] ita emendavi ex certiſſima conjectura Nic. Heinſii Lib. I. Adverſ. cap. 3. vulgo perperam *ſecretaque longa.* nec melius Binetus in margine, *ſecretaque lingua.*

4. *Queis tenera* &c.] ſic recte apud Binetum, & in Patiſſoniana, Wouwerii, & antiquioribus Catalectorum Petronianorum editionibus. & ita Heinſius Lib. I. Adverſ. cap. 3. male enim *Queis tener* dederunt illi, qui Erhardi editiones curarunt; decepti ex falſa inſcriptione, quae huic Epigrammati a nonnullis praefigitur, *ad Nealcen puerum.* ut in ed. Frellon. p. 162. viri quidem nomen *Nealce*, Cyziceni, & a Minyis occiſi, occurrit apud Valer. Fl. Lib. III. 191. Sed *Nealcen* etiam eſſe puellae nomen, ex antiquitate deſumtum, patet, quod eo inſignita fuerit uxor Hippomedontis. Statius Lib. XII. Theb. 122.

At deflenda tamen digno plangore Nealce,
Hippomedonta ciens.

ubi vide Barthium, & Lactantium Scholiaſten ad Lib. VIII. 744. nihil vero tritius apud poëtas, quam amicas ſuas inſignire nominibus a fabuloſa antiquitate repetitis. ſic *Arethuſa* paullo ante Ep. CXCII. a Dianae comite venatrice, Alpheo amata, & in fontem verſa, & Virgilio IV. G. 344. & III. Aen. 696. memorata, nomen deducit, ut plura ſimilia paſſim obvia ſunt.

Ibid. *in noſtrum veneris arbitrium*] forte imitatur Ovidium, licet alio paullum ſenſu, Epiſt. XVI. v. 156.

Venit in arbitrium cum Cytherea meum.

vel *venire* hic ſumitur eo ſenſu, quo συνέρχεσθαι Graecis de rebus amoris. vid. Mauſſac. ad Plutarch. de Flumin. pag 320. *venire* enim eſt fructum amoris praebere, & ſui copiam. ut ſupra Ep. CXC. *Illa calens veniet.* infra Ep. CCVI. ad Deliam:

Somnia tu vinces, ſi mihi vera venis.

Propert. II. XI. 20.

Sic veniet hodie, ſi qua negavit heri.

& El. 18. 43.

Aut ſi es dura, nega; ſin es non dura, venito.

quo loco inter alia Vulpius illuſtrat illud Catulli Epith. Manlii v. 191.

Jam licet venias, marite,
Uxor in thalamo eſt tibi.

quem vide. & plura exempla apud N. Heinſ. ad Ovid. II. Art. v. II.

5. *Ergo age, duremus*] eleganter. perſeveremus in amore. Statius Lib. XII. Theb. 346.

——— *aeternumque tuo famulata ſepulchro*
Durabit deſerta fides.

Valer. Fl. V. v. 24.

——— *trepidique pecantur;*
Duret ut invalidis & adhuc genitoris egentis.

& ita paſſim. vide ad Elegiam de Spe v. 63. ubi legendum notavimus,

Et dixit, Dura: nec te praeſentia frangant.

6. *Utamurque annis*] ex praecepto magiſtri amorum Lib. III. Artis v. 61. & ſeqq.

Dum licet, & veros etiam nunc editis annos,
Ludite, eunt anni more fluentis aquae &c.
Utendum eſt aetate, cito pede labitur aetas,
Nec bona tam ſequitur, quam bona prima fuit.

& Tibulli Lib. I. El. IX. 45.

At tu, dum primi floret tibi temporis aetas,
Utere, non tardo labitur illa pede.

vide ad Lotichium Lib. III. Carm. 25. 153. in fine hujus verſus, *quos mora parva teret* emendandum cenſebat Joh. Iſ. Pontanus Lib. III. Analect. cap. 12. quod admittendum arbitror.

7. *Fas & jura*] vide notas ad Petron. cap. 108. *veteres amores* dixit ex imitatione Catulli Ep. 97.

Cum deſiderio veteres renovamus amores.

vide notata ad Lotich. Lib. II. El. 5. 29.

Ep. ccIV. *De divite formoſa* &c.] ſic exhibuit Scaliger Lib. I. pag. 216. & inter Catalecta Petroniana vulgatum fuit ſub titulo INCERTI in ed. Patiſſ. p. 163. & Frellon. p. 226. errat igitur Goeſius, qui tamquam ineditum adfert in notis ad Petron. cap. 58.

1. *Formoſa es, fateor, dives, generoſa, vetuſta.*] ita Scaliger in utraque editione: quam lectionem qui de-

Digitized by Google

Nempe parum caſta es. nempe es deprenſa, negabis?
Res venit ad lites. rurſus & illa nega.
Dic potius, ſed nempe ſemel, ſed nempe puella.
Et cum deprenſa quis, niſi frater, erat?
Frater erat? nihil eſt; fecit quod Jupiter. illud
Sed quod non fecit Jupiter, hoc facitis.

Ep.

defendat, neceſſe habet *vetuſtam* exponere, antiqua proſapia nobilem. ut apud Horatium Lib. III. od. 17.

Aeli vetuſto nobilis ab Lamo.

& forte vindicare poſſet ſimili Juvenalis loco Sat. VI. 161.

Sit formoſa, decens, dives, fecunda, vetuſtos
Porticibus diſponat avos.

ſed *generoſa* jam indicat ſanguinis & generis nobilitatem: ut vera vocis ſignificatio eſt. itaque hic ſcribendum *venuſta*. ut in Catalect. Petron. legitur. neque obſtat, quod praeceſſerit *formoſa*. differunt enim *forma* & *venuſtas*. poteſt quippe forma ſeu pulchritudo naturalis eſſe ſine venuſtate, quae ſi accedit, formoſas reddit ſimul amabiles & gratioſas. Sueton. Aug. cap. 79. *forma fuit eximia, & per omnes aetatis gradus venuſtiſſima.* & Ner. 51. *Fuit vultu pulchro magis quam venuſto.* Cic. I. de Offic. 30. *itemque in formis aliis dignitatem ineſſe videmus, in aliis venuſtatem.* ubi *dignitatem* de forma virili, *venuſtatem* de pulchritudine muliebri capere licet. vid. Lambin. ad Lib. III. Rhetor. ad Herenn. cap. 6. & egregie N. Heinſ. ad Vellej. Pat. Lib II. cap. 29. §. 2. *venuſtatem* vero praecipue perficit & abſolvit nativus lepor ac feſtivitas dictorum factorumque, grato quodam ſale condita, qua deficiente inſipidae & inſulſae ſunt, quamlibet pulchrae. unde de Quintia formoſa, & Lesbia ſua, formoſa ſimul & venuſta, Catullus Carm. LXXXVII.

Quintia formoſa eſt multis &c.
Totum illud formoſa, nego. nam nulla venuſtas,
Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.
Lesbia formoſa eſt, quae cum pulcherrima tota eſt,
Tum omnibus una omnes ſurripuit Veneres.

ſic in Epigrammate Petronii apud Scalig. in Catalect. Lib. I. pag. 203.

Non eſt forma ſatis, nec, quae vult bella videri,
Debet vulgari more placere ſibi.
Dicta, ſales, luſus, ſermonis gratia, riſus
Vincunt naturae candidioris opus &c.

formoſitas vero eſt elegantia, quae ex ipſa pulchritudine naſcitur & efflореſcit. vid. Caſaub. ad Theophr. Charact. p. 136. & ſeqq. Manut. ad Cic. IX. ad Fam. Ep. 14. & Graev. ad Lib. I. de Offic. cap. 35.

2. *redde vicem*] vide de hac locutione notas Goeſii & Patrui mei ad d. l. Petronii cap. 58.

4. *rurſus & illa nega*] Tollius legebat *nego*, hoc ſenſu, ſi tu velis contendere verum non eſſe, quod dixi te parum caſtam eſſe, negabo quoque, quae ante confeſſus ſum, te eſſe formoſam, divitem &c. quod mendacium erit manifeſtum, uti & hoc tuum *negem* eſt in edit. Patiſſ. & Frellon.

5. *Dic potius* &c.] obſcurior hic verſus eſt. an forte capi debet, ut in illo Petronii cap. 45. *melius loquere.* quam formulam mali ominis avertendi eſſe docebunt Interpretum notae. Mallem tamen hic legere, *Dic quoties?* ſcilicet deprenſa es. tum reſpondere facit puellam,

— ſed nempe ſemel, ſed nempe puella.
Et cum deprenſa quis niſi frater erat.

ut edidit Scaliger. nam male in ed. Patiſſ. & Frellon. *quid niſi frater erat.* ſemel nempe, & quidem puellam adhuc teneram cum fratre ludentem, innocue ſe deprenſam dicit. eſt enim haec diſſimulatio ex praetextu amoris in fratrem, cum tamen furtim aliud agerent. ut exponit etiam Scaliger ad Catonis Diras in notis ad Catalect. p. 180. eo ſenſu in Epigrammate antiquo apud Binetum p. 15. & in Catalectis Petronianis:

Marcus amans puerum, natum mentitur amore,
Vultque pater dici, neſcius eſſe pater:
Et pietate nefas & amorem velat amore,
Se pietas umbram criminis eſſe dolet.

& ſic forte intelligendum Catulli Epigr. CI. de Caelio & Quinctio:

Caelius Aufilenum, & Quinctius Aufilenam
Flos Veronenſium depereunt juvenum:
Hic fratrem, ille ſororem: hoc eſt, quod dicitur, illud
Fraternum vere dulce ſodalitium.

fratris enim, *ſororis*, *filii*, *ſoceri*, ac *generi* nominibus ſaepe clandeſtinos celabant amores. Minuc. Fel. cap. 9. *paſſim inter eos quaedam libidinum religio miſcetur, ac ſe promiſce fratres appellant ac ſorores.* ubi vid. Elmenh. & Ouzel. & quae notavi ad Lib. II. Ep. 244. 2. Facilis autem lapſus librarii, qui *potius* pro *quoties* ſcripſit. ſic eadem varietate apud Valer. Fl. VII. 318. corrigebat Cuperus,

Denegat, atque una toties decernit in ira.

ubi vulgo *potius* circumfertur.

6. *Et cum deprenſa*] vide ſupra ad Ep. CCI. 7.

7. *Frater erat? nihil eſt:*] formula eorum, qui praecidere volunt ſermonem ingratum aut odioſum: quam bene illuſtrant commentatores ad Phaedr. Lib. VI. fab. 7. ſic in eodem Epigr. CCI. 6.

Nil eſt praeterea, puella, nil eſt.

vide

Ep. ccv. *ad Cupidinem.*

Lecto conpoſitus vix prima ſilentia noctis
Carpebam, & ſomno lumina victa dabam.
Cum me ſaevus amor prenſum ſurſumque capillis
Excitat, & lacerum pervigilare jubet.
Tu famulus meus, inquit, ames cum mille puellas,
Solus, ïo ſolus, dure, jacere potes?

Ex-

vide & notas Patrui ad Claudian. I. in Eutrop. 359. non diſſimilia formula *Nil agis*, ut apud Ovid. VI. Faſt. 125.

Nil agis en, latebras reſpicis ille tuas.
Nil agis en, dixi: nam te ſub rupe latentem
Occupat amplexu, ſpeque potitus ait.

de qua plura ad Lib. II. Ep. 158. 4. *Nil agis, Antoni* &c.

7. ——— *fecit quod Jupiter. illud*
Sed quod non fecit Jupiter, hoc facitis.]

Inprobius nempe *illud*, & *puerile*, ut vocat Martialis Lib. IX. Ep. 69. ubi Heraldus illuſtrat vim vocis *illud*, quae plerumque aliquid obſcoeni magis indicat quam exprimit. quae huc optime quadrat. vide etiam doctorum notas ad Petron. cap. 132. & 134. & ita capiendum illud Paridis apud Ovid. Epiſt. XVI. 160.

Vel mihi virginitas eſſet libata, vel illud,
Quod poterat ſalva virginitate rapi.

hoc facitis, ut in illo Martialis Lib. III. Ep. 71.

Non ſum divinus, ſed ſcio, quid facitis.

Ita lege ex uno cod. Voſſ. pro *facias*.

Ep. ccv. *Lecto conpoſitus* &c.] Hoc neque a Scaligero, neque Pithoeo proditum reperi. ſed legitur inter Catalecta Petronio ſubjuncta p. 119. ed. Patiſſon. & inter Petronii Afranii Epigrammata pag. 161. & 183. ed. Frellon. nam ſub nomine Petronii ediderat etiam Binetus pag. 3.

2. *lumina victa*] dubium ſemper eſt, an *ſomno victa* lumina rectius dicantur, quam *vincta*, quia in omnibus fere veterum locis, ubi haec locutio occurrit, varia ſit MSS. codicum lectio. Heinſius ad Ovid. XI. Met. 238. *vincta* praefert, & plurimis exemplis confirmat. contra Broukhuſius ad Tibull. I. El. 2. v. 2. *victa* egregie vindicat. ſic in carmine Modeſtini de Amore, quod Lib. I. Ep. 31. edidi:

Forte jacebat Amor, victus puer alite ſomno.

contra apud Sueton. Aug. 16. *arto repente ſomno devinctus* praefert Patruus meus, licet varient codices, & in nonnullis *devictus ſomno* legatur. apud Corippum Lib. I. pag. 6. legendum,

Nondum plena quies vinctos laxaverat artus.

non *victos*. Virgilius in Ceiri v. 206.

Jamque adeo dulci devinctus lumina ſomno
Niſus erat.

ubi *devictus* Scaliger. in Catullo etiam Carm. 65. *devinctam lumina ſomno* praefert Jan. Douza Fil. in notis cap. VI. pag. 36. Columella Lib. X. v. 104. *profugos vinctura papavera ſomnos.* ſic in Epitaphio veteri apud Pith. Lib. III. p. 126.

Nymphius aeterno devinctus membra ſopore.

& ita variant libri apud Ovid. I. Faſt. 422. & alios. vide Gifan. Ind. Lucret. in *victus* & *vinctus ſomno* pag. 447. Quare utrumque recte dici puto; ſed hic tamen *victa* probo, quia ſenſim & tarde in ſomnum labenti lumina ſunt victa. Itaque ſemper videndum, quid huic vel illi loco conveniat. ut in ſequenti Epigr. ad Deliam:

Victa jacent ſolo quam mea membra toro.

qnod perperam illic mutaretur in *vincta*. Sequitur enim:

Somnia tu vinces, ſi mihi vera venis.

3. *Cum me ſaevus amor*] in Erhardi editione Frelloniana Petronii bis exhibetur, p. 161. & 183. & uno loco *ſaevus*, altero *ſanus Amor* hic legitur. ſed rectum ſine dubio *ſaevus*, & poëtis frequentiſſimum. & ſic edidit Binetus. Claudianus Epigr. 18.

Quid non ſaevus amor ſummarum numine cogat.

adpoſite ad hunc locum Ovid. Lib. II. Amor. El. 10.

At mihi ſaevus amor ſomnos abrumpat inertes,
Simque mei lecti non ego ſolus onus.

quo hujus Epigrammatis auctor reſpicere potuit. ita in Epitaphio Juliae apud Pith. Lib. III. pag. 122.

Me cruciat conjux, miſerumque abſumit amantem
Saevus amor.

ubi in aliis erat *Scaevus*. vid. Miſcell. Obſerv. Vol. VI. Tom. II. pag. 471. diverſum ſomnium, quo Cupido illi adparebat, refert idem Naſo Lib. III. ex P. Ep. 3.

6. *dure*] *durus* hic eſt ab amoribus averſus & alienus. vide Broukh. ad Propert II. 25. 44.

7. *Ex-*

Exſilio, & pedibus nudis, tunicaque ſoluta
  Omne iter inpedio, nullum iter expedio.
Nunc propero, nunc ire piget, rurſumque redire
  Poenitet, & pudor eſt ſtare via media.
Ecce tacent voces hominum, ſtrepitusque viarum,
  Et volucrum cantus, turbaque fida canum.
Solus ego ex cunctis paveo ſomnumque torumque,
  Et ſequor imperium, magne Cupido, tuum.

EP. CCVI. *ad Deliam.*

Te vigilans oculis, animo te nocte requiro,
  Victa jacent ſolo quum mea membra toro.
Vidi ego me tecum falſa ſub imagine ſomni,
  Somnia tu vinces, ſi mihi vera venis.

EP.

7. *Exſilio, & pedibus nudis, tunicaque ſoluta* &c.] ſimile illud Ariadnes apud Ovid Epiſt. x. 13.

Excuſſere metus ſomnum: conterrita ſurgo:
  Membraque ſunt viduo praecipitata toro.

11. *Ecce tacent voces hominum*, &c.] aperte haec e Virgilio expreſſa ſunt Aen. VIII. 26.

Nox erat, & terras animalia feſſa per omnes
Alituum pecudumque genus ſopor altus habebat.

aut potius ex illis Varronis Attacini:

Deſierant latrare canes, urbesque ſilebant,
Omnia noctis erant placida compoſta quiete.

qui verſus apud Senecam leguntur Controv. XVI. eorumque ſecundus denuo apud eumdem in Epiſtolis ad partes vocatur, ſed ubi perperam legitur, *tacita compoſta quiete.* pro *placida.* vide H. Stephan. in Fragment. Poët. vet. pag. 366. Ovidius Lib. I. Triſt. Eleg. 2. 27.

Jamque quieſcebant voces hominumque, canumque,
  Lunaque nocturnos alta regebat equos.

14. *Et ſequor imperium* &c.] Res ipſa exigit, ut levi correctione ac diſtinctione ſenſum, in quo deſinit hoc Epigramma, erigamus hoc modo:

Solus ego ex cunctis paveo ſomnumque torumque?
  En ſequor imperium, magne Cupido, tuum.

ut ad ſimilia Cupidinis juſſa paret Ovidius I. Amor. El. 2. 19.

En ego confiteor: tua ſum nova praeda, Cupido,
  Porrigimus victas ad tua jura manus.

EP. CCVI. *Te vigilans oculis* &c.] Legitur in iisdem Catalectis Petronianis. & edidit Binetus pag. 5. Eſt autem imitatio Ovidii Epiſt. XVI. 99.

Te vigilans oculis, animo te nocte videbam,
  Lumina quum placido victa ſopore jacent.

qui locus praeſertim *victa lumina* hic adſtruit, non *vincta.* de quo ad praec. Epigr. pariter Dido apud eumdem Ovid. Epiſt. VII. 25.

Aeneas oculis ſemper vigilantis inhaeret,
  Aenean animo noxque diesque refert.

Lib. II. A. A. 347.

Te ſemper videat, tibi ſemper praebeat aurem:
  Exhibeat vultus noxque diesque tuos.

ſic in Epitaphio Juliae apud Pithoeum Lib. III. pag. 122.

Namque ego ſeu rebus fueram diſtrictus agendis,
  Seu dederam vacuo languida membra toro;
Tu mihi ſemper ades, tua praeſens ſemper imago,
  Quae miſero moveat flebile cordolium.

Ovidius Lib. III. Triſt. El. 3. 17.

Te loquor abſentem, te vox mea nominat unam,
  Nulla venit ſine te nox mihi, nulla dies.

cum quibus confer iſta Ciceronis Lib. II. ad Fam. Ep. 9. *Te autem contemplans abſentem, & quaſi tecum coram loquerer.* & ſeqq. quae ex Caecilio aut alio poëta antiquo deſumta recte Manutius & Corradus ſuſpicantur. ſaepe enim ille, ſive ſeparatim, ſive ſolutae orationi continuatos tales e Tragicis vel Comicis verſus inſerit, ut egregie oſtendit Camerar. ad Orat. pro Muren. cap. 14.

3. *Vidi ego me tecum*] *Vidi egomet* edidit Binetus ſed in marg. *ego me.* honeſte ac pudice circumſcribit conſuetudinem, quam cum Delia habuiſſe viſus ſibi erat in ſomnio. ut apud Ovid. II. Am. 8. 27.

Quoque loco tecum fuerim, quotiesque, Cypaſſi.

& Propert. Lib. III. El. 6. 22.

Me doceat livor mecum habuiſſe meum.

cujus locutionis elegantiam illuſtrabunt notae Broukhuſ. ad Tibull. IV. 7. 10. ultimo verſu *Somnia tu vincis* in ed. Bineti. *venire* hic eo ſenſu capiendum, ut ſupra Ep. CCIII. 4. ubi vide.

Digitized by Google

EP. CCVII. *Donum ab Amica miſſum.*

Aurea mala mihi, dulcis mea Marcia, mittis,
Mittis & hirſutae munera caſtaneae.
Omnia grata putem; ſed, ſi magis ipſa venires,
Ornares donum, pulchra puella, tuum:
Tu licet adportes ſtringentia mala palatum:
Triſtia mandenti eſt melleus ore ſapor.
At ſi diſſimulas multum mihi cara venire,
Oſcula cum pomis mitte, vorabo libens.

EP. CCVIII. *de Malis Matianis.*

Haec poterant celeres pretio tardare puellas,
Haec fuerant Veneri judice danda Phryge.
Nam ſic ingenuo flaveſcunt mala colore:
Ut ſuperent auro vera metalla ſuo.

EP.

EP. CCVII. *Donum ab Amica miſſum*] ita inſcripſi, non *Amicae miſſum*, ut edidit Pithoeus Lib. IV. pag. 150. ſine titulo Binetus peg. 2. ſub nomine Petronii, & in ed. Patiſſ. p. 119. ſed ab aliis Catalector. Petronianorum editoribus adſcribitur Petronio Afranio, cum titulo *ad Marciam*, ut in ed. Frellon. p. 161. & 183. Sed Petronio abjudicavit Douſa Lib. III. Praecidan. cap. 5. & poëtae foetum eſſe dicit pleni ruris & inſicetiarum, ac praecipue in ultimum diſtichon, hieme Gallicana, ut ait, frigidius invehitur, ſed quod ſine dubio corruptum. Voſſii codex, quem Heinſius contulit, inſcribit *de Malis aureis*. Salmaſii ſchedae, *de Malis aureis amatori ab amata miſſis*.

1. *dulcis mea Martia*] ſic ed. Pith. & Binet. ſed recte Voſſii codex *Marcia*. ut ſcribendum eſſe perſuadebunt notae Broukhuſii ad Propert. III. El. I. 52. ubi de aqua *Marcia* non *Martia*. & ita ſemper *gens Marcia* &c. vide Sigon. & Drakenb. ad Liv. I. 32. & ſupra ad Ep. CLXX.

3. *Omnia grata putem, ſed ſi magis ipſa venires*] *Omnia grata mihi* in Catalect. Petron. ed. Frellon. p. 161. editur. ſed pag. 183. *grata putem*. ut apud Binet. & Pithoeum. & ita Voſſii codex & Salmaſii ſchedae. conſtructio tamen verborum durior, *omnia grata, ſed magis ſi ipſa venires*. quae contorta & obſcura ſunt. Heinſius conjiciebat,

Omnia grata puta: ſed te magis, ipſa venires.

vel,

Omnia grata puta: ſed tu mallem ipſa venires.

ipſa venires, ut apud Ovid. Epiſt. Penelopes:

Nil mihi reſcribas, attamen ipſa veni.

mihi Pithoeana lectio arridet, ut in editione Patiſſoniana etiam legitur. *magis* autem pro *potius* ponitur. vide Carrion. ad Valer. Fl. Lib. III. 271. Barth. ad Stat. IV. Theb. 543. & Lib. I. Ach. 141. ſenſus igitur eſt, ſi potius tu ipſa venires, majus ornamentum & gratiam muneri tuo adderes. *ornares donum*, ut apud Terent. Eunuch. Act. II. Sc. I. *munus noſtrum ornato verbis*.

5. *tu licet adportes*] *exportes* Voſſii codex. unde Heinſius *&* *portes*.

6. *Triſtia mandenti*] *triſticia* Voſſii codex & Salmaſii ſchedae. Heinſius legebat, *Triſtis mandenti* &c.

7. *At ſi diſſimulas*] Heinſius mallet, *Aut*.

8. *Oſcula cum pomis mitte, vorabo libens*] Binetus ex ſuo codice vitioſiſſimam hanc exhibuit ſcripturam,

Os quali compremis multe vorabo libens.

& in marg. ita emendabat, ut edidit Pithoeus. mendoſiſſime etiam in ſchedis Salmaſianis legebatur,

Et ſi forte diſſimula multum &c.

Oſque ledis morſimitate borauo libens.

in codice autem Voſſiano,

Oſque ledis morſumitte &c.

unde Heinſius conjiciebat, *Oſcula de morſu mitte*. idem vult dicere, quod Alcimus vel Alcinous paullo poſt Ep. CCXI.

Miſit dente levi paullum libata placentae
Munera, de labris dulcia mella ſuis.

EP. CCVIII. *de Malis Matianis*] Exſtat eodem loco apud Pithoeum, & Scalig. Lib. II. Catalect. p. 251. qui inſcribunt, DE MALIS MATIANIS. ut in ſchedis Salmaſ. unde Heinſius conjiciebat *Martianis* vel potius *Marcianis*, ut ſuperius Epigramma

eſt

Digitized by Google

Ep. ccix. *de Malis Matianis. Laus.*

His conſtat Veneri praelatae gratia formae,
Haec moriente ſacrum perdidit angue nemus.

Ep. ccx. *Aliter. Vituperatio.*

His contemta Deum genuit diſcordia menſa,
Prodidit atque urbem his Briſeïda ſuam.

Ep. ccxi. Alcimi. *de Donis a Lesbia miſſis.*

Lux mea Puniceum miſit mihi Lesbia malum,
Jam ſordent animo cetera poma meo.
Sordent velleribus hirſuta Cydonia canis,
Sordent hirſutae munera caſtaneae.
Nolo nuces, Amarylli, tuas, nec cerea pruna:
Ruſticus haec Corydon munera magna putet.
Horreo ſanguineo male mora rubentia ſucco,
Heu grave funeſti crimen amoris habent!

eſt *de donis Marciae.* mala tamen *Matiana* videntur in proverbium abiiſſe pro egregiis & delicatis malis. eaque Romae venalia maximo in honore fuiſſe, advecta e quodam pago, in Alpibus ſito prope Aquilejam, teſtatur Athenaeus Lib. III. cap. 7. & hinc memorantur veteribus non ſemel. ut Columellae Lib. v. cap. 10. §. 19. & Macrob. Lib. II. cap. 15. ubi de diverſis maiorum & pirorum generibus agit. eaque a *Cajo* vel *Cneo Matio* nomen habere indicat Plinius Lib. xv. cap. 14. quem ex equeſtri ordine, Auguſti amicum, & arborum ſerendarum ſtudioſiſſimum fuiſſe tradit Lib. XII. cap. 2. primo verſu *pretio* deeſt ſchedis Salmaſianis in cod. Voſſ. cum lacuna *celeres .... tio.* dein *celerem puellam* malebat Heinſius. recte. ut Hippomenen innuat. *Phryga* verſ. ſec. pro *Phryge* in cod. Voſſ. & *ingenio* pro *ingenuo.* ut in ſchedis Salmaſ. Ceterum ſi quis cum Douſa Epigrammata haec de *Malis aureis ab amica miſſis*, ut inficeta & inelegantia adſpernetur, conpenſare poterit ſuaviſſimo & genii longe melioris carmine, quo Lotichius meus *mala aurea* ſibi ab amica miſſa deſcripſit, Lib. v. Eleg. IX.

Aurea mala meae donum ſalvete puellae,
Aurea purpureis addita mala roſis.
Quae mihi ſupremo, cum jam diſcedere vellem,
Tempore formoſa tradidit ipſa manu.
Addidit & voces blandas, repetitaque fixit
Oſcula, cum lacrimis admonitura ſui. & ſeqq.
Talia Nauſicaë decerpſit ab arbore poma:
Heſperidum tales vix tulit hortus opes.
Tale fuit roſeis in odorae vallibus Idae,
Victrici tenuit quod Cytherea manu.

& quae plura multo his venuſtiora illic ſequuntur.

Ep. ccix. ccx. *De Malis Martianis*] Utrumque exſtat in ſchedis Salmaſianis, & edidit Pithoeus pag. 150 & 151.

1. *genuit diſcordia menſa*] *tenuit diſcordia menſam* in ſchedis Salm. Cl. Oudendorpius conjiciebat *Deûm gemuit.*

2. *his Briſeïda ſuam*] nota hanc vocem duabus primis correptis ſyllabis, tertia producta: & in primo caſu *Briſeïda* pro Briſeis, ut *Chalcida* pro *Chalcis.* quae ſequioris aetatis indicia ſunt. vid. Munckeri notas ad Hygin. fab. 184. ſic *Gorgona*, *Amazona*, & ſim. poſteriori aevo. vide eumdem in Diſſ. de Hygin. p. 10. & ſeq. & ad Hygin. Poët. Aſtron. cap. XII.

Ep. ccxi. *Lux mea Puniceum* &c.] Alcimi vel Alcinoi nomen huic & ſequenti Epigrammati, certe non ineleganti, inſcribitur a nonnullis, & utrumque inter Petroniana Catalecta relatum eſt in ed. Patiſſon. p. 164. & p. 88. ed. J. P. Lotich. ſub titulo Alcimi etiam edidit Binetus pag. 10. & Freilon. p. 227.

1. *miſit mihi*] *miſi tibi* apud Binetum. ſed in marg. *miſit mihi. miſiſti Lesbia malum* conjecerat Douza.

3. *Cydonia*] ſic ſcribendum. *Sidonia* male in ed. Patiſſ.

5. *Nolo nuces, Amarylli, tuas, nec cerea pruna,*
Ruſticus haec Corydon munera magna putet]

Reſpicit illa Virgilii Ecl. II. v. 52.

Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala,
Caſtaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat,
Addam cerea pruna, & honos erit huic quoque pomo.

7. *Horreo ſanguineo male mora rubentia ſucco* &c.]

Miſit dente levi paullum libata placentae
Munera, de labris dulcia mella ſuis.
Neſcio quid plus melle ſapit, quod contigit ipſa:
Spirans Cecropium dulcis odore thymum.

Ep. CCXII. Ejusdem.

O blandos oculos & inquietos,
Et quadam propria nota loquaces!
Illic & Venus, & leves Amores,
Atque ipſa in medio ſedet Voluptas.

Ep. CCXIII. *ad Deliam.*

Si Phoebi ſoror es, mando tibi, Delia, cauſſam,
Scilicet ut fratri, quae peto, verba feras:

Mar-

vide ſupra hoc Libro Ep. 105. ad Pentadii Elegiam de Fortuna v. 9.

Sanguine poma rubent triſti nece (*Thysbaeo* Heinſ.) *tincta repente.*
Candida quae fuerant, ſanguine poma rubent.

ubi forte legendum eſſe *Sanguine mora rubent* notavi. quod hoc loco firmatur.

9. *Miſit dente levi* &c.] corruptam ex ſuo codice lectionem ita exhibuit Binetus,

Miſi dente levi paulo libata placenta
Nectare, de labris dulcia membra ſuis.

ſed in margine correxit ita ut edidi.

12. *Spirans Cecropium dulcis odore thymum*] verſus hujus ſtructura mihi videtur intricatior. quo enim illud *dulcis* referas, non adparet. nam elegantiora ſunt quae praecedunt, quam ut claudatur Epigramma inficeto hoc verſiculo, *ipſa dulcis ſpirans odore thymum.* quae raucum quid & ruſticum ſonare videntur. Sed reſpondebunt reliquis membris, ſi corrigatur:

Spirans Cecropium dulcius ore thymum.

vel potius,

Spirans Cecropio dulcius ore thymum.

id eſt, ore ſuo ſpirans thymum, quod Cecropio dulcius. ut Galatea Corydoni erat *thymo dulcior Hyblae* apud Virg. Ecl. VII. 37.

Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblae.

ſic *nectare dulcior aura* apud Claudian. Eid. I. 99. innuit autem vel ſuavem oris odorem, vel mellifluam loquentis puellae vocem. ut apud Statium Lib. II. Sylv. I. 48. de puero Glaucia:

——— *blandis ubinam ora arguta querelis,*
Oſculaque implicitis vernos redolentia flores,
Et mixtae riſu lacrimae, penitusque loquentis
Hyblaeis vox tincta favis.

Apulejus Lib. II. Met. p. 27. ed. Pric. *jam patentis oris inhalatu cinnameo, & occurſantis linguae illiſu nectareo prona cupidine adlubeſcenti.*

Ep. CCXII. 2. *loquaces*] ita *loquens ſupercilium* deſcribit Ovid. II. Amor. El. 5.

Multa ſupercilio vidi vibrante loquentes,
Nutibus in veſtris pars bona vocis erat.
Non oculi tacuere tui, conſcriptaque vino
Menſa, nec in digitis litera nulla fuit.

vide notas ad Petronii Fragmenta pag. 699. ed. Patrui mei primae. & quae notata ſunt ad Lotich. Lib. III. Carm. 10. 16.

3. *Illic & Venus, & leves Amores,*
Atque ipſa in medio ſedet Voluptas] *leves Amores* dicit, ut Ovid. II. Art. Am. 19. de Cupidine:

Et levis eſt, & habet geminas, quibus avolat, alas.

hinc *ventoſas alas* ipſi tribuit Propert. Lib. II. El. 9. 5. vide ad Medeam v. 432. Lib. I. p. 183. dein *Voluptas* ſcripſi cum litera majuſcula, Dea ſcilicet, quae voluptatis robuſtae tutelam ſibi vindicat. vide notas doctorum ad Petron. cap. 134. eleganter autem Amorem Voluptatemque puellae ſuae oculis inſidere fingit poëta, quod cum ſimilibus Graecorum poëtarum locis confert Martinius Lib. II. Var. Lect. cap. 6. ubi tamen male legitur in primo hujus Epigrammatis verſu, *O blandos oculos & inficetos.* quae certe inficeta lectio eſt. ſed ita protulit ex edit. Patiſſoniana pag. 164. vel Frelloniana p. 226. & vitioſe edidit Binetus *infacetos.* ſed in margine correxit *inquietos.* ut legendum eſt. ita enim vocantur oculi vagi & laſcivia mobiles. vide Joh. Iſ. Pontanum Lib. III. Analect. cap. 12. & notas Interpretum. ad Petron. cap. 126. ubi recte legunt, *oculorum mobilis petulantia.* non *mollis.* quod hoc ipſo Epigrammate inter alia illuſtrat Erhardus.

Ep. CCXIII. *ad Deliam.*] Habet Pithoeus Lib. IV. p. 189. & in Catalectis Petronianis legitur pag. 76. ed. J. P. Lotich. ſub titulo AD DELIAM. in editione

Pa-

Digitized by Google

Marmore Sicanio ſtruxi tibi, Delphice, templum.
Et levibus calamis candida verba dedi.
Nunc ſi nos audis, atque es divinus Apollo,
Dic mihi, qui nummos non habet, unde petat?

EP.

Patiſſoniana p. 119. inter Fragmenta Petronii habetur, nulla cum inſcriptione. & in Frellon. pag. 161. inter Epigrammata Petronii Afranii cum titulo *ad Deliam*. ubi denuo occurrit p. 183. Binetus inter Epigr. vet. pag. 2. edidit tantum ſub nomine auctoris PETRONII.

1. *Si Phoebi ſoror es*] ſic edidi ex Bineto & Catal. Petronianis. male apud Pithoeum *eſt* legitur.

3. *Marmore Sicanio*] ita in ed. Bineti ac Pithoei. & Catalect. Petron. ed. Patiſſ. & Frellon. Heinſius codici ſuo adſcripſerat, *Marmore de Pario*. unde Cl. Schradero placebat, *Marmore ſi Pario*. ignobilius enim ex Sicilia marmor erat. certe haec vox ſaepe corrupta eſt in veterum libris. apud Auſon. in Clar. Urb. p. 256. ed. Tollii:

Quodque tibi quondam Pario de marmore templum.

ubi in aliis *vario*, teſte Vineto. ſed *Pario quondam* Voſſii codex vetuſtiſſimus illic habet. ita in Carmine ſequenti de Burdigala:

Quid memorem Pario conte&tum marmore fontem.

in Epitaphio Mejae apud Pith. Lib. III. p. 136.

Hoc tibi de Pario marmore ſtruxit opus.

Ovid. IV. ex P. Ep. 8.

Nec tibi de Pario ſtatuam, Germanice, templum
Marmore.

apud Valer. Fl. Lib. V. 188.

Quam comes infelix Pario de marmore juxta
Stat ſoror.

ubi in aliis *parvo*. plura Heinſius Lib. II. Adverſ. c. XVIII. pag. 356. & de *Pariis columnis* idem ad Ovid. III. Faſt. 529. Poſſet tamen hoc in verſu etiam legi *Marmore Synnadico*. quod celebrius. vide Plinium Lib. XXXV. c. I. ubi lapidem Synnadicum purpura diſtingui notat. ejus meminit Martialis Lib. IX. Ep. 75.

——— *lautas exſtruit thermas*
De marmore omni, quod Caryſtos invenit,
Quod Phrygia Synnas, Afra quod Nomas miſit.

& Statius Lib. II. Sylv. 2. 87.

Synnade quot moeſta Phrygiae fodere ſecures
Per Cybeles lugentis agros: ubi marmore picto
Candida purpureo diſtinguitur area gyro.

ex quo loco firmari poſſit apud Claudianum Lib. II. in Eutrop. 273.

——— *pretioſaque picto*
Marmore, purpureis caedunt quod Synnada venis.

vide iſtic Heinſii & Patrui notas. Holſten. ad Stephan. Byzant. p. 307. & multa apud Salmaſium in Exercit. Plin. ad Solin. Tom. I. p. 559. ſic *Synnades columnae* ex marmore Synnadico factae. vide eundem ad Capitolin. Gordian. cap. 32. ubi Statii locum de hoc marmore exponit. apud Auſonium in Moſella v. 48.

I nunc & Phrygiis ſola levia conſere cruſtis,
Tendens marmoreum laqueata per atria campum.

quod de Synnadico marmore recte capit Vinetus. ut *Phrygius lapis* apud Horat. III. od. I. 41. & *Phrygia columna* Juvenali Sat. XIV. 307. Sidonius Apollinaris Lib. II. Epiſt. 2. *Jam ſi marmora inquiras, non illic quidem Paros, Caryſtos, Proconiſſos, Phryges, Numidae, Spartiatae, rupium variatarum poſuere cruſtas.* & Epithalam. Ruricii v. 17.

Hic lapis eſt de quinque locis, dans quinque colores,
Aethiops, Phrygius, Parius, Poenus, Lacedaemon.

de hoc lapide etiam intelligunt Martialis locum Lib. VI. Ep. 42.

Illic Taygeti virent metalla,
Et certant vario decore ſaxa,
Quae Phryx, & Libys altius cecidit.

ubi Domitius *Phrygium* marmor explicat Synnadicum, monetque, ubicumque *marmor Phrygium* occurrit, intelligendum eſſe Synnadicum. quod tamen non ſemper obtinere patet ex Tibullo Lib. III. El. 3. 13.

Quidve domus prodeſt Phrygiis innixa columnis,
Taenare ſive tuis, ſive, Caryſte, tuis.

ubi Laconicum & Caryſtium marmor indicatur, vide illic Broukhuſii notas. & N. Heinſii ad Ovid. III. Faſt. 529. ita apud Claudian. II. in Rufin. 135. conjiciebat Patruus meus, *quid nunc Phrygiis effulta columnis Atria*. Sed forte hoc in verſu vulgata etiam defendi poſſet. In Sicilia enim marmor effoſſum fuiſſe, docet Balneum, quod ex Tauromenitano lapide, vario marmore, fecit Hiero in mirabili illa nave, quam ex Moſchione deſcribit Athenaeus Lib. V. cap. 10. & ſic Syracuſis *marmoreum portum* memorat Florus Lib. II. cap. 6. quem veroſimile eſt ex indigena lapide exſtructum fuiſſe.

4. *levibus calamis*] Virgilius Eclog. V. *Tu calamos inflare leves*. & ita apud Phaedrum prolog. Lib. IV. recte reſtituit Schefferus,

Jocularе hoc tibi videtur, & ſane levi,
Dum nihil habemus majus, calamo ludimus.

 ini-

Ep. ccxiv. *de Heſperiae Faſcia.*

Hoc ſibi luſit opus de ſtamine floricolore
Heſperie teneras officioſa manus.
Et pulchro pulchras ſtrophio producta papillas,
Gaudet utrumque ſui pectoris eſſe decus.

Ep.

imitatus eſt Gumberus Lib. I. Ligurini v. 165.

——— *nos regia tantum*
Geſta levi calamo, quadam brevitate ſequemur.

Alcimus Avitus de Laud. Virg. v. 3.

Inque levi calamo cauſarum reſpice pondus,
Et tenuis fortem commendet cantus amorem.

Ibid. *candida verba*] Heinſius mallet *condita*. ut ſupra in Epigr. CCII. de tinnitu auris,

Non aliter teneris collum complexa lacertis
Auribus admotis condita verba dare.

confuſas a librariis has voces eſſe videbis ex notis Broukhuſii ad Propert. Lib. IV. El. I. 74. & Heinſii ad Ovid. I. Faſt. 186. praetuli tamen vulgatam. *candida verba* ſunt ſimplicia, ſine dolo, & circuitione, quibus ex animo petit nummos. Licentius in Carm. ad Auguſtin. in Pithoei Catalect. p. 473.

——— *tua candida verba magiſter*
Haec magis eſſe reor.

ſupra Lib. II. Ep. 124. 10.

Clio tam certe candida non loquitur.

ſic *candida lingua* apud Petron. cap. 132.

Sermonis puri non triſtis gratia ridet,
Quodque facit populus, candida lingua refert.

Ep. CCXIV. CCXV. CCXVI. *de Heſperiae Faſcia*] Leguntur haec tria Epigrammata in Catalectis Petronianis p. 77. & 78. ed. J. P. Lotich. cum inſcriptione DE HESPERIE. ut in ed. Frellon. p. 162. Ego malui inſcribere, DE HESPERIAE FASCIA. nullo cum titulo edidit Pithoeus Lib. IV. p. 155. & Binetus pag. 5. qui recte haec ſeparavit, nam in codice vetuſto, unde produxit, conjuncta invenit.

1. *Hoc ſibi luſit opus*] eleganter. aemulatur poëta Virgilium Lib. II. Georg 464.

Inluſasque auro veſtes, Ephyreïaque aera.

ubi jam Servii aetate male alios *incluſas* legiſſe ex ejus commentariis patet. Nemeſianus in Cyneg. v. 91.

Sit chlamys aurato multum ſubtemine luſa.

ubi vide Vlitii notas. pro *ſtamine floricolore* poſſet legi *verſicolore*. ut adfert Heinſius ad Sil. Ital. Lib. X. 411. vid. ad Virgilii Dedic. Aen. ſupra Lib. I. Ep. 63. *Dea verſicoloribus alis*. ſed *floricolore* etiam probo. mox enim ſequitur, *Intertexta roſa* &c.

2. *Heſperie teneras officioſa manus*] ita Pithoeus. in Catalectis Petronianis vitioſe editur:

Heſperies tenerae officioſa manus.

apud Binetum, *Heſperies teneras*. & in marg. *certans*. Scriverius adſcripſerat *tentans*. vel *lentans*. nam utrumque admittebat literarum ductus. Ne hiet & male ſonet verſus, legendum forte, *Heſperies teretis*. vel,

Heſperie teretes officioſa manus.

ſumma enim laus in membris teretibus, praecipue in manibus. Ovid. I. Art. Am. 622.

Et teretes digitos, exiguumque pedem.

Horat. Lib. II. od. IV. 21.

Brachia & vultum teretesque ſuras
Integer laudo.

& ita *brachiolum teres* Catullo Carm. LIX. 181. aliisque paſſim.

3. *ſtrophio producta papillas*] *praeducta* corrigendum monuit Heinſius ad Silium d. l. & Lib. I. Adverſ. XIV. pag. 149. quod pro *obducta* eſſet poſitum. ut in Ceiri v. 342.

Paulatim tremebunda genis obducere veſtem.

& apud Maximian. Eleg. II. v. 12. *obductis veſtibus ora tegens*. & frequens eſt harum vocum commutatio in MSS. ut ex Statii, Lucani, aliorumque locis ab Heinſio ibidem productis patet. *praecingere ſtrophio* dixit Tullius in Clodium apud Nonium Marcellum in *ſtrophium* pag. 538. *Quum ſtrophio accurate praecingereris*. eodem loco Nonii verba ſic profert N. Heinſ. ad Ovid. III. Art. Am. 274. *ſtrophium eſt faſcia brevis, quae virginalem tumorem cohibet papillarum*. pro quo *horrorem* ex Palat. cod. recte reponit Gebhardus Lib. II. Antiq. Lect. cap. 13. & ita edidit Mercerus. *horrorem* illum papillarum eleganter expreſſit Lucilius apud Nonium eumdem in voce *ſtare*.

Hic corpus ſolidum invenies, hic ſtare papillas
Pectore marmoreo.

quod duritiem & ſimul tumorem indicat. *ſtantes & duras* vocat Maximian. Eleg. V. 27.

Urebant oculos durae ſtantesque papillae,
Et quas adſtringens clauderet una manus.

ubi in cod. Voſſiano *ſtantes rigidaeque*. plura vide apud Taubman. ad Moretum v. 34. & quae ad hoc Epigramma notavi ad Lotich. Lib. V. El. 21. 53. verſu ſequenti *utrumque* referendum eſt ad ſtrophium & papillas, quae ornant & commendant pectus. *decus* vero pectoris, eſt ornamentum. ut apud Petron. cap. CIX.

Quod ſolum formae decus eſt, cecidere capilli.

ubi vide Patrui mei notas.

Ep.

Digitized by Google

Ep. CCXV. *de Eadem.*

Heſperie lateri redimicula nectit eburno,
 Facta ſuis manibus, pectore digna ſuo.
Jam veteres iras Venus & Tritonia ponit:
 Pectora nam Veneris Palladis ambit opus.

Ep. CCXVI. *de Eadem.*

Intertexta roſa Tyrii ſubtemine fuci
 Involvet quoties mobile zona latus;

Am-

Ep. CCXV. 3. *iras Venus & Tritonia ponit*] al. *ponat*. PITHOEUS. Heinſius recte malebat *ponunt*, quem tamen ſaepe nimium fuiſſe, & ubique praetuliſſe numerum pluralem, ſi praeceſſerint duo ſingularia, notavit Patruus meus ad Claudian. I. in Rufin. v. 53. *ponat* Douza. ut in aliis legi notavit Pithoeus.

Ep. CCXVI. *Intertexta roſa Tyrii ſubtemine fuci*] apud Pithoeum in utraque editione & Binetum vitio, credo, operarum legebatur, *Inter texta roſa*. ſimili colore apud Prudentium in Pſychomach. v. 884.

Intertexta roſis candentia lilia miſcet.

rectius etiam *ſubtemine* Pariſina Pithoei editio, male *ſubtegmine* in Genevenſi. ut edidit etiam Binetus, ſed in margine *ſubtemine*. Statius Lib. VII. Th.

Et rubet inbellis Tyrio ſubtemine thorax.

Tibullus Lib. IV. carm. I. 121.

Nam modo fulgentem Tyrio ſubtemine veſtem
Indueras &c.

Silius Ital. Lib. XIV. 658.

Veſtis ſpirantes referens ſubtemine vultus.

& hic error frequens eſt in veterum auctorum codicibus minus emendatis. apud Virgilium Lib. III. Aen. 483.

Fert picturatas auri ſubtemine veſtes.

ubi *ſub tegmine* male in Codd. MSS. *ſubtegmine* in vulgatis. Catullus Epith. Pelei & Thetidos:

Currite ducentes ſubtemina, currite fuſi.

ita corrigendum apud Auſon. in Moſella v. 397.

Mollia ſubtili nebunt mihi carmina filo
Pierides, tenuique aptas ſubtemine telas
Percurrent, dabitur noſtris quoque purpura fuſis.

vulgo *ſubtegmine*. ubi forte etiam praeſtiterit *nebunt mihi ſtamina*. quae voces paſſim confunduntur. de quo alibi. in Nemeſiani Cyneg. v. 91. recte etiam Barthius ita caſtigandum monuit pro *ſubtegmine*. vide & Carrion. ad Val. Fl. VI. 227. & Lambin. ad Horat. Epod. XIII. 22. & quae de differentia *ſubteminis* & *ſubtegminis* notat Franc. Junius ad Tertullian. de Pallio pag. 25. *roſam* malebat Cl. Oudendorpius.

Ibid. *Tyrii fuci*] ſic ſcribendum, non *fucci*, quod tamen paſſim prae altero corruptum eſt. Ovid. VI. Met. 222. *Tyrioque rubentia fuco Terga premunt.* apud Lucanum Lib. X. 123. recte viri docti emendarunt:

— *Tyrio quorum pars maxima fuco*
Cocta diu. pro *fucco*, quod eſt in vulgatis. ubi vide Cl. Oudendorpium. Tibullus Lib. IV. El. 2. 16.

Sola puellarum digna eſt, cui mollia caris
Vellera det fucis bis madefacta Tyros.

ut recte pro *fuccis* emendatum a Broukhuſio, qui iſtic videndus. Corippus Lib. I. pag. 22. ed. Demſt.

Parthica Campano dederant quae tergora fuco
Sanguineis praelata roſis, laudata rubore.

Paulinus in carmine de reditu Nicetae Epiſc. v. 24.

Qua Canuſino medicata flagrant
Vellera fuco.

ſed haec in MSS. ubique fere mutata, ut ſaepe jam notarunt viri docti. vide Heinſ. ad Claudian. I. in Rufin. 208. & Lib. I. Adverſ. cap. 19. p. 194. & Patrui notas ad Seren. Sammonic. v. 48.

2. *Involvet quoties mobile zona latus*] *Involvit* ed. Bineti. ſed in marg. *Involvet*. pro *mobile* praefert Heinſius *nobile*. & ſane confuſas ſaepe has voces docent notae ad Petron. cap. 131. Sed hic nihil potius mutarem. laudi enim ducebatur, ſi puella in inceſſu decore moveret latus. Ovid. Lib. III. A. A. 301.

Haec movet arte latus, tunicisque fluentibus auras
Excipit.

nequiori ſenſu occurrit apud Auctorem Copae in initio:

Copa Syriſca caput Graja redimita mitella,
Criſpum ſub crotalo docta movere latus.

& Sappho apud Ovid. Epiſt. XVI. 48.

Crebraque mobilitas, aptaque verba joco.

& Lib. III. A: A: 802.

Effice per motum luminaque ipſa fidem.

ſic *inguina mille motibus frigida* emendant nonnulli apud Petron. cap. XX. vid. & Pricaei notas ad Apulej. pag. 103. Sed honeſtiorem hic ſenſum praefero.

3.

Ambroſium gemino potabit ab ubere rorem;
Et vere roſeo fiet odore roſa.

Ep. CCXVII. *Ad Laidem.*

Formoſiſſima, Lai, feminarum,
Dum noctis pretium tuae requiro,
Magnum continuo petis talentum:
Tanti non emo, Lai, poenitere.

Ep. CCXVIII. *Ad Juliam.*

Me nive candenti petiit modo Julia: rebar
Igne carere nivem, nix tamen ignis erat.
Quid nive frigidius? noſtrum tamen urere pectus
Nix potuit manibus, Julia, miſſa tuis.
Quis locus inſidiis dabitur mihi tutus amoris,
Frigore concreta ſi latet ignis aqua?
Julia, ſola potes noſtras extinguere flammas,
Non nive, non glacie; ſed potes igne pari.

Ep.

3. *gemino patabit ab ubere rorem*] ſic Pith. *potavit* ed. Bineti, ſed in marg. *potabit.*

Ep. CCXVII. *Ad Laidem*] ex Bineti Collect. Epigr. vet. pag. 14. qui id in veteri Lexico quodam ad vocem *talentum* invenit ſub nomine M. Val. Martialis; ſed nihil minus eſſe, quam Martialis, notaverat Douza. verſu ſecundo *noctis pretium tuae* praetuli ex ed. Patiſſ. p. 165. & Freilon. p. 228. pro *tibi.* ut edidit Binetus.

Ep. CCXVIII. *Ad Juliam*] Elegantiſſimum hoc Epigramma edidit Binetus in vet. Epigr. p. 6. unde in Catalectis Petronii pag. 164. ed. Patiſſon. & pag. 226. ed. Freilon. occurrit, ubi Petronio Afranio tribuitur. & inveni id in meo codice Perotti, ſed qui nihil a vulgata lectione differt, niſi quod verſu quarto habeat, *miſſa*, *puella*, *tuis*, ut ab ipſo Epigrammatis auctore ſcriptum fuiſſe videtur; pro quo in aliis eſt *Julia*, *miſſa.* quod forte ab alio Poëta ita mutatum fuit, ut nomen ſuae amicae inſereret. Nam haud paucis recentiorum poëtarum ingeniis ita placuit vetus hoc Epigramma, ut ſuppoſito tantum amicae ſuae nomine illud totum in proprios converterint uſus. inter quos agmen ducit Andreas Critius, Archiepiſcopus quondam Gneſnenſis; idem videlicet, vulgo enim haud ita notus eſt, quem ab extemporali carminum pangendorum facultate praedicat Eraſmus in Ciceroniano pag. 184. cujusque dotes tam in ſoluta quam ligata oratione effert Lib. XXI. Epiſt. 64. eique Epiſcopatum Gneſnenſem gratulatur Lib. XXVII. Epiſt. 23. & ad eumdem ſcripta exſtat Georgii Sabini Elegia quarta Libri Tertii. Illius igitur Andreae Critii craſſum volumen MS. ineditorum Poëmatum ſe nactum fuiſſe N. Heinſio ſcribit Vinc. Fabricius in Tom. III. Syllog. Epiſt. a Patruo editar. Ep. XIII. & ex iis producit unum venuſtiſſimum profecto Epigramma ad *Lydiam puellam*, ſed quod totum, inpudenti ſatis plagio & inpoſtura, ex hoc Epigrammate antiquo ad verbum tranſtulit ac ſibi vindicavit poëta infulatus, mutato tantum puellae nomine. & v. 4. *Haec potuit*, pro *Nix.* ut ſine dubio invenit in codice, ex [illegible] deſcripſit. idem & alios factitaſſe inde patet, quod Claud. Binetus initio notarum ad Petronii Epigrammata teſtetur Goveanum alicubi Epigramma hoc ad Juliam, ut inauditum aliis, duobus verſibus minus, quibusdam conmutatis, audaci nimium parodia imitatum eſſe. Perperam quoque ſub Flaminii nomine legitur in Epigrammatibus poſt Nathanis Chytraei Poëmata pag. 350. b. Sed his miſſis audiamus potius noſtratis Batavi Jani Secundi ſuaviſſimam & antiquis parem Muſam, & quid inter poëticae praedationis fraudem, & verecundam imitationem diſtet, videamus. Ita enim ille ſenſum vetuſti hujus Epigrammatis expreſſit Lib. I. Eleg. IV.

Chara meum gelida feriit nive Lydia pectus;
Dicebam, flammis haec, puto, tela carent.
Nec caruere tamen, ſub aqua latuere favillae,
Flammaque per venas ſtillat aquoſa meas.
Hei mihi! ſecuri qua declinabimus ignem,
Frigore duratas ſi metuemus aquas?
Frigore fax nata eſt, tolletur frigore nullo,
Sperandum ſimili de face frigus erit.
Sume pares ignes, miſerumque levabis amorem,
Lydia, frigoribus ſemper acerba noces.

ne-

EP. CCXIX. *ad Lydiam.*

Lydia, bella puella, candida,
Quae bene ſuperas lac & lilium,
Albamque ſimul roſam rubidam,

Aut

neque ineleganter colorem hinc deſumſit Poëta quidam, in carminum veterum ac recentiorum collectione, cujus me participem aliquando fecit vir Ampliſſimus Balth. Huidecoperus, elegantiorum literarum & poëtices in primis arbiter peritiſſimus. Epigramma ipſum ita ſe habet:

Cum nive me peteres ſummi de culmine tecti
Lucia, nec fugeres quam mihi nota fores.
Candida nix imbre & pluviis conſtricta pruinis
In me candentis fulminis inſtar iit.
Velatas nive dum faculas ſic Lucia mittis,
Accenſas mittis dumque nives faculis.
Das uno hoc jactu gratas in frigore flammas,
Et das in flammis frigora grata mihi.

quod cui adſcribendum eſſet, diu incertus fui, donec deprehenderem, id auctorem habere Jac. Eyndium Haemſtedium, in cujus Poëmatibus legitur pag. 112. ex hoc quoque Epigrammate ſua hauſit Joh. Poſthius in Parergis Poëtic. pag. 61. & poëta neſcio quis, duobus Epigrammatibus, quae leguntur in Miſcellaneis Italorum Epigrammatibus Lutetiae per Nicolaum Divitem forma Aldina editis pag. 71. eodem ſenſu Joh. Matth. Toſcanus Epigrammate ad Cupidinem inter Carmina Illuſtr. Poët. Italor. Tom. I. pag. 59. & 60.

Eſſe quid hoc dicam, quod eodem tempore pectus
Conſtringis glacie, atque ignibus uris, Amor.

& Epigr. ſeq. ad Naeviam:

O cui non minor eſt crudeli in pectore faſtus,
Quam ſit in exacto corpore forma decens.
Quae mihi das aeſtu glaciem, das frigore flammas,
Speque metum dubia, ſpemque timore foves.

nec abit multum illud Angeli Politiani Epigramma Tom. II. pag. 124.

Nix ipſa es virgo, & nive ludis; lude, ſed ante
Quam pereat candor, fac rigor ut pereat.

& H. Grotii in egregia Elegia de Hyemis Commodis p. 148. Poëm.

Cum mea lux glaciem mecum calcabit, & ibit
Per vada nocturna contabulata gelu.
Quis putet? in glacie veros invenimus ignes,
Fervor in adſtrictis frigore regnat aquis.

Denique Epigramma hoc etiam inmerito adſcivit ſibi poëta quis recentior, qui carmina ſua *Nugarum* titulo ipſe inſcripſit in quem invehitur Nicolaus Grudius Hendecaſyllabor. Lib. I. pag. 103. in plagiarium quemdam Poëtam:

Nugas cur vocitas tuos libellos,
Furum maxime literariorum?
Tolle, peſſime, tolle furta,
Redde vatibus improbas rapinas.
Totam, peſſime, paginam repone,
Candenti nive qua puella adurit
Incauto juveni proterva pectus.

quibus verſibus putabam aliquando perfricari Nicolaum Borbonium, cujus octo Nugarum libri apud Gryphium Lugd. 1538. alibique locorum editi ſunt. ſed nunc dubius haereo. Ille enim in carmine ad puellam, nomine Candidam, nive inſtantem, antiquum hoc Epigramma ſic quidem aemulatus eſt, Lib. II. Carm. LXXIV.

Candida candenti geſtis nive ludere virgo,
Nunc, quando extinctis floribus horret hiems.
Aſt inter digitos tibi nix perit, atque liqueſcit,
Sic pereunt homines, quos tua forma coquit.

ſed non plagiarii inſtar deſcribendo totam alterius paginam ſpoliavit. Quapropter alium notari opinor, qui Carmina ſua *Nugarum* titulo ſimiliter inſignivit. neque etiam Borbonium tangit illud Joach. Bellaji Epigramma in Delic. Poët. Gall. Tom. I. p. 418.

Paulle, tuum inſcribis Nugarum nomine librum,
In toto libro nil melius titulo.

ut putabant Menag. in Antibaillet. Tom. I. cap. 39. & Niceron. Memoir. des Hommes Illuſtr. T. XXVI. pag. 50. obſtant enim diverſa Nicolai Borbonii, & Paulli illius praenomina: de quo pariter ac de plagiario poëta a Grudio perſtricto nunc amplius deliberandum cenſeo.

EP. CCXIX. *Ad Lydiam*] Delicatiſſimum hoc Epigramma, quod neque inter Pithoeana, nec Scaligerana reperi, exhibui ex editione Patiſſoniana Catalect. poſt Petron. p. 169 & Freilon. p. 231. Elegans valde eſt, & infinitis poëtarum locis haec formae pulcherrimae deſcriptio poſſet illuſtrari, ſed quia pleraque obvia, in illis non haerebimus. Editum vero olim fuit in antiquioribus Maximiani, falſo Galli nomen mentientis, Elegiarum editionibus; ut in prima Gaurici, & Laur. Abſtemii editione Fanenſi 1515. poſt Pindarum Thebanum, & vetera epigrammata, unde decepti viri eruditi aliquando verſus ex hoc Epigrammate ſub nomine Cornelii Galli produxerunt. ut quintum ſextumque ex Lyrico, quod Gallo adſcribitur, adfert Erhardus ad Fragmenta Petronii pag. 667. vide Fontanin. Hiſt. Liter. Aquilej. Lib. I. cap. 3.

Aut expolitum ebur Indicum.
Pande, puella, pande capillulos
Flavos, lucentes ut aurum nitidum.
Pande puella collum candidum,
Productum bene candidis humeris.
Pande puella ſtellatos oculos,
Flexaque ſuper nigra cilia.
Pande puella genas roſeas,

Per-

pag. 58. ubi ex vocabulis *columbatim*, *mammas gemipomas*, & *genas rubidas* pro roſeis, quae aetate Galli recentiora dicit, hoc refutat. ſed haec quidem parum probant: nam *columbatim* non eſt vox recentioris aevi, quia occurrit in fragmento Mattii, quod ſupra edidi Epigr. 189. 8.

Columbatimque conſerere labris labra.

dein *gemipomas* corruptum eſſe ratio metri admonet. ut mox videbimus. & pro *genas rubidas* alii rectius ediderunt *roſeas*. Itaque incertum ſtatuamus auctorem, ſed probae tamen aetatis, atque elegantem. Totum vero epigrammatis hujus colorem venuſtiſſime aemulatus eſt, quin & ſuperavit, Johannes Cotta, perfectiſſimo illo, ut cenſebat etiam Jul. Caeſ. Scaliger, Epigrammate x. ad Lycorim, verſibus artificioſiſſime ad genium Catullianum conpoſitis:

Ne tua ne mea mi cane carmina, cara Lycori,
Mi vox iſta avida hauris ab aure animam.
Et vela faciem, ne me liquat ipſa videndo,
Et trahit intentis ex oculis animam.
Et mihi conde ſinum, iſtis dum paro preſſa papillis
Baſia, mi rapiunt ore ab anhelo animam.
Nec mi oſtende manum, illa mihi potis eſt aperire
Pectus, & e medio evellere corde animam.
Quid tamen optarim oſtendi mihi? quid tibi in iſto eſt
Corpore, qua viſo non ſubito peream. & ſeqq.
Verum age jam cane lux mea; jam mihi lux mea totam
Te retege, atque omnes mi face delicias.
Nam ſi mors obeunda, inhians in te mea malim
Vita mori, quod vita eſt mihi amabilius. &c.

1. *bella puella*] ſonus hic auribus ingratior offendebat Patruum meum unico apud Ovidium exemplo Lib. 1. Am. 9. 6.

Hos petit in ſocio bella puella toro.

ubi ex duobus codicibus praefert *pulchra puella.* ſed & ita apud Tibullum Lib. III. 4. 52.

Quantum nec cupido bella puella viro.

ubi nulla in MSS. eſt varietas. apud Catullum carm. 79.

Cum puero at bello bella puella cubet.

Martial. Lib. 1. Ep. 65.

Bella es, novimus, & puella, verum eſt.

neque horum exemplo id refugit Joh. Jov. Pontanus Lib. II. de Am. Conj. p. 51.

Abſentemque urit bella puella ſenem.

nec Janus Secundus Lib. 1. Eleg. 7. pag. 15.

Si fugit amplexus bella puella tuos.

6. *lucentes ut aurum nitidum*] forte legendum *ut aurum rutilum.* eadem varietas ſupra h. L. Ep. LXV.

Fulgebit nitidis India nigra comis.

ubi *rutilis* in aliis codicibus. apud Petronium in Fragm. p. 667. *Fundunt colla roſas & cedit crinibus aurum.* de *rutilis comis* vide ſupra ad Ep. 192.

8. *Productum bene*] eleganter dictum pro tereti & procero. ita Venerem ipſam deſcribit Lucret. I. 36.

Atque ita reſpiciens tereti cervice repoſtam.

quod ad Lupum Romuli & Remi nutricem in Aeneae clipeo tranſtulit Virgil. VIII. Aen. 633.

——— *illam tereti cervice reflexam*
Mulcere alternos, & corpora fingere lingua.

Varro apud Nonium in *Regilla veſtis* p. 262.

Collum procerum, fictum levi marmore.

plura in notis doctorum ad Petron. cap. 131.

9. *Stellatos oculos*] vide Interpretes ad Petron. cap. 126. ubi & formae emendatiſſimae deſcriptionem habes, quam cum hoc Epigrammate conferre propter elegantiam non pigebit: *Nulla vox eſt, quae formam ejus poſſit comprehendere; nam quidquid dixero, minus erit. Crines ingenio ſuo flexi, per totos ſe humeros effuderant; frons minima, & quae radices capillorum retro flexerat: ſupercilia uſque ad malarum ſcripturam currentia, & rurſus confinio luminum paene permixta:* oculi clariores ſtellis extra *Lunam fulgentibus: nares paululum inflexae, & oſculum, quale Praxiteles habere Dianam credidit. Jam mentum, jam cervix, jam manus, jam pedum candor intra auri gracile vinculum poſitus, Parium marmor extinxerat.* quae optime conveniunt cum perfectiſſimae Laïdis formae deſcriptione apud Ariſtaenetum Lib. 1. Epiſt. 1. ubi inter alia oculi, qui hic *ſtellati* dicuntur, μεγάλοι πυρὶ διαυγεῖς, καὶ καθαρῷ φωτὶ διαλάμποντες vocantur. confer Lucianum de Venere Cnidia in Imag. §. 6. & Epigramma amatorium in Collect. Bineti pag. 12. quod inter Fragmenta Petronii etiam legitur, & incipit,

Candida ſidereis ardeſcunt lumina flammis,
Fundunt colla roſas, & cedit crinibus aurum. & ſeqq.

11. *genas roſeas*] *rubidas* in aliis editionibus legi patet ex Fontaninio d. l. niſi verſum tertium ante oculos habuerit, ubi *roſa rubida* occurrit.

14.

Digitized by Google

Perfuſas rubro purpurae Tyriae.
Porrige labra, labra corallina,
Da columbatim mitia baſia:
Sugis amentis partem animi:
Cor mihi penetrant haec tua baſia.
Quid mihi fugis vivum ſanguinem?
Conde papillas, conde gemipomas,

Con-

14. *mitia baſia*] haec *oſcula non dura* vocat Ovid. Epiſt. XVI. 223. & talia deſcribit Lib. I. Artis Am. v. 667.

Tantum, ne noceant teneris male rapta labellis,
Neve queri poſſit dura fuiſſe, cave.

15. *Sugis amentis partem animi*] Malim legi *partem animae*. ut infra in Apuleji Epigr. 229. ad Critiam, *Quod ſi animam inſpires*. ubi tamen in aliis codd. *animum*. ſenſu diverſo. quod illic praeferendum puto. hic vero intelligendum de laſcivis illis amantium oſculis, quibus animam ſugebant & mutuo communicabant. de quo dulci amoris commercio frequens mentio apud poëtas frontis non tetricae. incertus auctor Epigrammatis optimi ex Platone in Catalect. Scalig. Lib. I. p. 206.

Dum ſemibulco baſio
Meum puellum ſuavior;
Dulcemque florem ſpiritus
Duco ex aperto tramite:
Anima tunc aegra & ſaucia
Concurrit ad labias mihi.

ubi *animam aegram* & *ſauciam* vocat, quam *amentem* auctor hujus Epigrammatis. ſic in phaleucio apud Petron. Satyr. cap. 79.

Qualis nox fuit illa, Di, Deaeque!
Quam mollis torus! haeſimus calentes,
Et transfudimus hinc & hinc labellis
Errantes animas.

ubi videndae Interpretum notae, & Morellii ad Statii Silvas pag. 510. ed. Crucei. Ariſtaenetus Lib. II. Epiſt. 19. ἀλλὰ καὶ φιλήμασιν ἐπιστάττοντες τὰς ψυχάς· τοῦτο γὰρ φίλημα δύναται. ubi vide Mercerum. ejusmodi oſcula elegantiſſime deſcripta habes apud Ach. Tatium Lib. II. pag. 79. in feſtiviſſima narratione de labello Leucippes, morſu apis icto, & ſimulato eodem Clitophontis vulnere per mutuam oſculationem ſanato, quae Phillidi Taſſonianae Act. I. Amintae Sc. 2. aliisque poëtis recentioribus optimos imitationis colores praebuit. ſupra Ep. 189. in fragmento Cn. Mattii ex Mimiambis:

Sinuque amicam recipere frigidam caldo,
Columbatimque conſerere labris labra.

& hanc lectionem firmat locus Claudiani in Feſcenninis v. 121.

Et murmur querula blandius alite
Linguis adſidue reddite mutuis,
Et labris animam conciliantibus.

ita enim recte, quum *animum* legeretur in pleriaque editionibus, emendari juſſit Gronov. Lib. III. Obſerv. cap. 21. Idem Epithal. Pallad. & Celer. 132.

Oſcula mille ſonent, liveſcant brachia nexu,
Labra ligent animas.

ubi multa ex Graecis & Latinis ſcriptoribus congeſſit N. Heinſius; & in loco Propertii Lib. I. El. 13. 17. recte quidem praefert:

Et cupere optatis animam deponere labris.

ſed in quo praeterea *aptatis* omnino legendum cum Patruo meo ad d. l. Petronii. id eſt connexis, vinctis. quod merito probat Heskin ad Bionis Idyllia pag. 9. Quin & his oſculis animam de corpore migrare adnitentem retineri ac revocari poſſe ſibi perſuadebant. vide Barth. Lib. IV. Adverſ. cap. 17. p. 192. & quae notavi ad Lotich. Lib. V. El. 10. 51. recte igitur Broukhuſius de halitu Cynthiae ore revocantis ſupremam poëtae ſui animam explicuit illa Propertii Lib. II. El. 20. 73.

Si modo clamantis revocaverit aura puellae,
Conceſſum nulla lege redibit iter.

uam ſubintelligitur *in vitam revocaverit*, de qua locutione vid. Gronov. ad Senec. Hipp. 264. male enim illic *revocarint ora* Markland. ad Statii Silvas, quod bene refutavit Cl. Schraderus ad Muſaeum pag. 303. in illa vero Reineſiana Inſcriptione, quam ibidem adfert Broukhuſius, notabis plenius & rectius a Dalecampio ad Plinium Lib. VII. 48. exhiberi, L. CLODIUS. HIRPANUS. QUI. VIXIT. ANN. CLV. (forte ANN. CIV. vel CXV. ut apud Reineſ.) D. V. PULMONUM. HALITU. REFOCILLATUS. AC. EDUCATUS. &c. non ANHELITU. licet HERMIPPUS pro HIRPANO praeſtet. huc refer quoque Epigramma vetus apud Pithoeum Lib. III. p. 140.

Vix conſummavit ſeptem quinquennia luſtris,
Oſcula ferventem nec tenuere animam.

& eodem libro pag. 117.

Vivere quo rurſus poſſem, & ſupereſſe daretur,
Fingere & innumeras nexa per ora animas.

ubi melius apud alios *Jungere*. quod probaſſe etiam videtur Heinſ. ad Claud. Epith. Pallad. & Celer. 132. & *nexa ora* firmant *aptata labra* in loco Propertii, ut conjecit Patruus.

18. *conde gemipomas*] Ex hac voce *gemipomas* Fontaninius refutat viros eruditos, qui carmen hoc perperam Cornelio Gallo adſcripſerant, auctoremque inferioris aevi eſſe cenſet. ſed mendi ſuſpecta

 mihi

Digitized by Google

Conpreſſo lacte quae modo pullulant.
Sinus expanſa profert cinnama:
Undique ſurgunt ex te deliciae,
Conde papillas, quae me ſauciant
Candore, & luxu nivei pectoris.
Saeva, non cernis, quod ego langueo?
Sic me deſtituis jam ſemimortuum?

Ep. CCXX. *de Amoris voluptate.*

Foeda eſt in coitu & brevis voluptas,
Et taedet Veneris ſtatim peractae.
Non ergo, ut pecudes libidinoſae,
Caeci protinus irruamus illuc:
Nam langueſcit amor, peritque flamma.
Sed ſic, ſic ſine fine feriati,
Et tecum jaceamus oſculantes;
Hic nullus labor eſt, ruborque nullus;
Hoc juvit, juvat, & diu juvabit;
Hoc non deficit, incipitque ſemper.

Ep.

mihi valde eſt, & forte ſuppoſita fuit a recentiore Italo, metri ignaro vel minus adtento, ſed qui memoria tenebat laudatiſſimum Hieronymi Amalthei Epigramma de Lycoride:

Fert nitido duo poma ſinu formoſa Lycoris,
Illa eadem nitido fert duo fraga ſinu.
Sunt mammae duo poma, & ſeqq.

quod numeris Graecis vertit Gaulminus ad Euſtath. Amor. Iſmen. pag. 24. & quocum de venuſtate contendere poſſit Naugerii Epigramma XXI. de Cupidine & Hyella pag. 197. ed. Vulp. Hinc igitur ſuſpicari licet alium deſcribentem hoc epigramma *papillas gemipomas* fabricaſſe, voce inſolenti & barbara, cujusque ſyllaba penultima carmini repugnat; ut in fine ſimilis macula ab oſcitanti deſcriptorum manu adſperſa eſt. Reliqua enim hujus epigrammatis elegantiora ſunt, quam ut auctor ejus, felicis certe aevi ac genii, licet Cornelius Gallus non ſit, tam craſſo errore legi metricae vim fecerit. Reſtituendum igitur arbitror,

Conde papillas conde gemellulas.

ut *gemellas*, vel *gemellulas*, quod venuſtatem auget, (repetito praeſertim *Conde, conde*, ut ſupra *Pande, puella, pande capillulos*) poëta vocet[a] papillas, quas *ſororiantes* dixerunt veteres. tales deſcribit Ariſtaenet. Lib. 1. Epiſt. 1. *ὡς κυδωνιῶντες οἱ μαστοὶ τὴν ἀμπεχόνην ἐξωθοῦσι βιαίως.* quae ita vertit Mercerus: *quanto luctamine ſtrophium inpellunt ſororiantes papillae.* Feſtus in voce *ſororiare*: *Sororiare mammae dicuntur puellarum, cum primum tumeſcunt, ut fraterculare puerorum.* ubi Plauti locum recte conſtituit Scaliger:

——— tunc papillae primitus
Fraterculabant. illud volui dicere
Sororiabant. quid opus eſt verbis.

idem Feſtus in *fratrare*. *Fratrare puerorum mammae dicuntur, cum primum tumeſcunt, quod velut fratres pares.* vid. & P. Crinitum de Honeſt. Diſc. XI. 12. & Douſam F. ad Catull. cap. VI. & ad Pervig. Ven. v. 14. quem video locum Ariſtaeneti hac in re etiam advocaſſe. ſic *mammae ſororiantes* apud Plin. XXXI. 6. recte igitur *fratres pares*, & *ſorores pares*, veteribus dicebantur papillae aequali tumore ſurgentes, quas hic *gemellulas* vocaſſe poëtam, non invita, ut opinor, Minerva ſuſpicatus ſum.

22. *Saeva, non cernis quod ego langueo?*] recte Pricaeus ad Apulej. Lib. X. Met. p. 389. legit,

Saeva, ah non cernis quantum ego langueo?

alterum enim, *quod ego langueo*, metri leges violat.

Ep. CCXX. *Foeda eſt in coitu* &c.] Hoc & ſequens phaleucium edidit Binetus pag. 4. qui Petronium auctorem eſſe adfirmat, licet in codice, in quo invenit, ſine ullius nomine exſtarent. primum legitur & in ed. Patiſſ. pag 162. alterum ibidem pag. 163. quod fragmentum puto Epigrammatis, cujus priora perierunt. utrumque etiam eſt in ed. Frelloniana pag. 224. & 225. & inter Fragmenta Petronii edidit Patruus pag. 687. ed. pr.

Ep.

EP. CCXXI. EJUSDEM.

Accuſare, & amare tempore uno,
Ipſi vix fuit Herculi ferendum.

EP. CCXXII. *Ad quamdam virifugam.*

Pulchrior & nivei quum ſit tibi forma coloris,
Cuncta pudicitiae jura tenere cupis.
Mirandum eſt, quali naturam lege gubernes:
Moribus ut Pallas, corpore Cypris eas.
Te neque conjugii libet excepiſſe levamen,
Saepius exoptans nolle videre mares.
Haec tamen eſt animo quamvis odioſa voluptas,
Numquid non mulier, quum paris, eſſe potes?

EP. CCXXIII. *De cretata Sertoriae facie.*

Dum ſumit cretam in faciem Sertoria, cretam
Perdidit illa ſimul, perdidit & faciem.

EP.

EP. CCXXI. *Accuſare, & amare*] *Accuſari* Douſa.

EP. CCXXII. *Ad quamdam virifugam. Pulchrior & nivei* &c.] Non legitur in Pithoeanis neque apud Scaligerum. ſed apud Binetum pag. 5. & in Catalectis Petronianis pag. 164. ed. Patiſſ. & pag. 226. ed. Frellon. ſub titulo PETRONII AFRANII, *ad quamdam virifugam*. Ad ſenſum Epigrammatis faciunt illa Paridis apud Ovid. Epiſt. XVI. 285. & ſeqq:

Ah nimium ſimplex Helene, ne ruſtica dicam,
Hanc faciem culpa poſſe carere putas?
Aut faciem mutes, aut ſis non dura, neceſſe eſt,
Lis eſt cum forma magna pudicitiae.

& quae ſimilia apud poëtas occurrunt.

4. *corpore Cypris eas*] vide ad h. L. Ep. XL. 4.

6. *exoptans*] Legendum *exoptas*, ut conſtructionis ratio conſtet.

EP. CCXXIII. *De cretata facie*] Ita inſcribitur apud Binetum pag. 11. & in Catalect. Petron. pag. 228. ed. Frellon. inter Petronii Afranii Epigrammata. nam in Patiſſoniana pag. 166. nullus praefigitur titulus. ego addidi, *de cretata Sertoriae facie.* apud Binetum legitur,

Dum cretam ſumit faciem Sertoria, cretam &c.

unde Douſa conjecerat, *Dum creta inuſſit faciem.* me non adprobante. in ſchedis Scaligeri, & codice Voſſiano, cum quo contulit Heinſius, praefixo titulo, DE CRETA FACIE, pro CRETATA,

Dum cretam ſumit, faciem Sertoria ſumit,
Perdidit cretam, perdidit & faciem.

unde egregie emendabat Heinſius:

Dum cretam ſumit, faciem Sertoria ſumit,
Perdiderit, (vel *Perdidit ut*) *cretam, perdidit & faciem.*

quod praefero alteri ejus conjecturae, quam propoſuit in notis ad Ovid. III. Artis v. 199. & VII. Met. 223.

Dum ſumit creteam faciem Sertoria, cretam
Perdidit illa ſimul, perdidit & faciem.

In qua tamen emendatione fruſtra verſum claudicantem in voce *creteam* putabat Munckerus & Joh. Boſchius in Epiſt. ad Heinſ. Tom. II. Syllog. pag. 828. nam contractione in biſyllabam vocem fit ſpondaeus, ut ſequenti Epiſtola ipſe Heinſius monet. In marg. ſchedarum Scaliger etiam *Perdidit ut* emendarat. *faciem* vero *ſumere* eſt ſuco cretae inducto faciem non naturalem ſed quaſi larvatam adſumere, & falſam mentiri. ut apud Virg. II. Geo. 387.

Oraque corticibus ſumunt horrenda cavatis.

ſic *ſumere habitum*, pro adſumere, adſciſcere. Ovid. Epiſt. XV. 23.

Sume fidem & citharam, fies manifeſtus Apollo.

Propertius Lib. IV. 2. 33.

——— *arundine ſumta*
Faunus plumoſo ſum Deus aucupio.

ſic *ſumere alas*. *ſumere pennas*, pro adſumere, ſibi aptare. vid. Heinſ. ad Ovid. IV. Met. 561. Innuit vero, Sertoriam, dum creta candorem faciei augere ſtudebat, nimis pallidam fuiſſe factam, ac proin-

Ep. ccxxiv. C. Petronii *de venuſtate & gratia formae*

Non eſt forma ſatis, nec, quae vult bella videri,
    Debet vulgari more placere ſibi.
Dicta, ſales, luſus, ſermonis gratia, riſus
    Vincunt naturae candidioris opus.
Condit enim formam, quidquid conſumitur artis.
    Et, niſi velle ſubeſt, gratia tota perit.

Ep. ccxxv. *Quomodo potiundum.* C. Petronii arbitri.

Nolo, quod cupio, ſtatim tenere.
Nec victoria mi placet parata.

Ep. ccxxvi. Ejusdem.

Qualis nox fuit illa, Dî, Deaeque,
Quam mollis torus! haeſimus calentes,
Et transfudimus hinc & hinc labellis
Errantes animas. valete curae
Mortales. ego ſic perire coepi.

Ep.

proinde & cretam & faciem perdidiſſe. *incretare faciem* vocat Petronius cap. 102. loco adpoſito: *increta facies, ut ſuos Gallia cives putet: tamquam hic ſolus color figuram poſſit pervertere*, &c. *Puta, infectam medicamine faciem diutius durare poſſe.* & ſeqq. *Color arte compoſitus inquinat corpus, non mutat.* vide notas Interpretum ad ejusdem cap. 23. *inter rugas malorum tantum erat cretae, ut putares detectum parietem nimbo laborare.* ſic ſupra Ep. cxcix. emendabat Tollius:

Nec cretam in facie, mel habet illa fuum.

alia veterum loca de cretae uſu ad candorem conciliandum habet Neapolis ad Ovid. ii. Faſt. 764. ubi bene apud eumdem emendat Lib. iii. Artis 199.

Scitis & inducta candorem quaerere creta.

non *cera.* quomodo & Micyllus & Heinſius. quos illic vide.

Ep. ccxxiv. *Non eſt forma ſatis* &c.] Petronio tribuit Scaliger Lib. i. pag. 203. certe inter Fragmenta ejus legitur p. 113. ed. Patiſſ. p. 154. ed. Frellon. & p. 675. ed. pr. Patrui. licet illius non eſſe cenſeat Barthius Lib. xxii. Adverſ. cap. 4. qui ſub nomine Pentadii adfert Lib. xxxv. cap. 4. ubi dicit expreſſum eſſe ex noto Martialis Epigrammate in Fabullam. reſpiciens, ni ſallor, ejus Lib. i. Ep. 65.

Bella es, novimus: & puella, verum eſt:
Et dives, quis enim poteſt negare?
Sed dum te nimium, Fabulla, laudas,
Nec dives, neque bella, nec puella es.

ad illuſtrationem hujus Epigrammatis facient nonnihil, quae ſupra notavi ad Ep. cciv. quarto verſu pro *naturae candidioris* Patruus meus conjiciebat *languidioris.* in fine *gratia nuda* in cod. Voſſ. cum quo contulit, & ad frontem editionis Pithoeanae adſcripſit Heinſius, qui tentabat,

Quod niſi & illa jubeſt &c.

vulgatam firmant ſchedae MSS. Scaligeri. *formae gratia* eleganter, ut apud Maximian. El. 2. 32.

Nec veteris formae gratia tota perit.

vide Coler. ad Salluſt. p. 297.

Ep. ccxxv. *Nolo, quod cupio* &c.] Eſt fragmentum ex Petronii Satyr. cap. 15. & edidit Scaliger in Catalect. pag. 204. non diſſimile illud Claudiani in Feſcenn. v. 110.

Accenditque magis, quae refugit, Venus.
Quod flenti tuleris, plus ſapit oſculum.

confer ſupra Epigr. cxcviii. & vide Tollium ad Auſon. Ep. xxxix.

Ep. ccxxvi. *Qualis nox fuit illa* &c.] ex Petronii Satyr. cap. 79. & edidit Scaliger in Catalect. pag. 204. 205.

3. *Et transfudimus hinc & hinc labellis Errantes animas*] vid. ſupra ad Ep. ccxix. 15.

4. *valete curae Mortales. ego ſic perire coepi*] haec vera eſt ſcriptura. ut bene edidit Scaliger, & emendavit N. Heinſ. Lib. iii. Adverſ. cap. 3. male, & metro reluctante, in aliis legitur, *valete curae. Mortalis ego ſic perire coepi.* poſſis &, *curae Mordaces.* vide quae notavi ad Lotich. Lib. i. carm. 19. 30. & Lib. iii. carm. 5. 5.

Ep.

Digitized by Google

EP. CCXXVII. *de Pueri amore.*

Quid ſaevis, Sybari? domiti modo terga juvenci
 Quid premis, & tenerum currere cogis equum?
Dum ſtupet, ac novus eſt, & adhuc non novit amorem,
 Parce: premendus erit, cum veteranus erit.

EP. CCXXVIII. *de Puero amato.*

O ſacros vultus, Baccho vel Apolline dignos!
 Quos vir, quos tuto femina nulla videt.
O digitos, quales pueri vel virginis eſſe,
 Vel potius credas virginis eſſe Deae.
Felix, ſi qua tuum corrodit femina collum.
 Felix, quae labris livida labra facit.
Quaeque puella tuo cum pectore pectora ponit:
 Et linguam tenero laſſat in ore ſuam.

EP.

• EP. CCXXVIII. *Quid ſaevis, Sybari?*] Hoc & ſequens Epigramma legitur in Scaligeri ſchedis MSS. & Catalect. Lib. I. pag. 204. & in Catalectis Petronianis pag. 162. & 163. ed. Patiſſ & p. 223. ed. Frellon. *Cypare* ſched MSS. Scalig. ſed in marg. *Cybari* correctum. obſcoenus eſt hujus carminis ſenſus, & de pulliſpremo capiendum. *Quid ſaevis* eſt iraſceris, indignaris, rudemque Veneris tironem vehementius increpas & exagitas. quo ſenſu apud Terent. & Virgilium haec vox occurrit. vide Heynium ad Tibull. Lib. I. El. 7. 70.

2. *Quid premis*] verbum ex ſacris nocturnis. Martial. Lib. III. Epigr. 58.

Rhodias ſuperbi feminas premunt Galli.

Ovid. I. Art. Am. 394.

Perprime tentatam, nec niſi victor abi.

vel ambiguitas eſt ab alia ſignificatione verbi *premere*, deſumta a bobus, cum jugum illis inponitur. idem Ovidius Lib. I. Amor. El. 2. 14.

Detrectant preſſi dum juga prima boves.

ubi male *feſſi* in aliis codicibus. nam & ita Lib. I. Met. 124. *preſſique jugo gemuere juvenci.* vel poteſt metaphora eſſe a venatore feram unguente & inſequente. Seneca Hippolyt. 938. *Profugum per omnes pertinax latebras premam.* v. Turneb. Lib. XII. Adverſ. 12. & XXIX. 4. alio ſenſu mox *premendus erit* pro reprimendus, frenandus. ut apud Propert. Lib. IV. 5. 32.

Poſtmodo mercata pace premendus erit.

3. *Dum ſtupet, ac novus eſt*] *ſtupere* hic eleganter dici, & proprium eſſe illis, qui novitate rei vulgi rudis inſtar percelluntur. Graecis ξενίζεσθαι, notat Scalig. ad Aetnam in Catalect. pag. 114. & Mauſſac. ad Plutarch. de Flumin. pag. 276. 277. non diſpar illud Ovidii Lib. II. Artis 339.

Dum novus errat amor, vires ſibi colligat uſu,
 Si bene nutrieris, tempore firmus erit.

EP. CCXXVIII. *O ſacros vultus, Baccho vel Apolline dignos*] forte eſt imitatio Ovidii III. Met. 420.

Et dignos Baccho, dignos & Apolline crines,
Inpubesque genas, & eburnea colla, decusque Oris, &c.

ubi vide notas. hi enim duo plerumque ut Deorum formoſiſſimi junguntur. unde ſaepe eo alludunt in rebus amatoriis poëtae. Propertius Lib. IV. El. 2. 31.

Cinge caput mitra, ſpeciem furabor Iacchi:
 Furabor Phoebi, ſi modo plectra dabis.

ciusque imitatione Sappho apud Ovid. Epiſt. XV. 23.

Sume fidem & cytharam, fies manifeſtus Apollo:
 Accedant capiti cornua, Bacchus eris.

plura Broukhuſ. ad Tibull. Lib. I. El. 4. 33.

5. *Felix, ſi qua tuum corrodit femina collum*] illud *corrodit* ſollicitandum non eſt. ſed referendum ad laſciviora oſcula, quibus morſu amatorio colla ora, manus, & brachia notabant. Propertius Lib. IV. 5. 39.

Semper habe morſus circum tua colla recentes,
 Litibus alternis quos putet eſſe datos.

ubi tales morſus ex laſcivia amoris ſub praetextu rixarum datos innuit, quibus amantium leves irae etiam colla vulnerabant. ut Lib. IV. El. 8. 65.

Inponitque notam collo, morſuque cruentat,
 Praecipueque oculos, qui meruere, ferit.

infra Apulejus in Ἀνεχομένῳ Ep. 231. v. 6.

Olli purpurea delibantes oſcula,
Clemente morſu roſea labella vellicent.

ubi

Digitized by Google

Ep. CCXXIX. Apuleji. *ad Critiam.*

Florea ſerta, meum mel, & haec tibi carmina dono;
 Carmina dono tibi; ſerta tuo Genio.
Carmina, uti Critiae lux haec aptata canatur,
 Quae bis ſepteno vere tibi remeat.
Serta autem, ut laeto tibi tempore tempora vernent,
 Aetatis florem floribus ut decores.

Tu

ubi vide Douſae notas. & hoc docent ſequenti verſu *labris livida labra.* ut apud Ovid. I. Am. 7. 41.

Aptius impreſſis erat os livere labellis,
Et collo blandi dentis habere notam.

& El. ſeq. v. 98.

Ille viri toto videat veſtigia lecto,
Factaque laſcivis livida colla notis.

hinc apud eumdem Epiſt. xx. 82. praeferendum,

Oraque ſint digitis livida facta tuis.

non *aſpera.* ut in codd. MSS. Claudianus Epith. Pallad. & Celer. v. 132.

——— *liveſcant brachia nexu,*
Labra ligent animas.

adpoſite idem Propertius Lib. III. 6. 22.

Immorſo aequales videant mea vulnera collo,
Me doceat livor mecum habuiſſe meam.

Tibullus Lib. I. El. 7. 14.

Tum ſuccos herbasque dedi, quis livor abiret,
Quem facit impreſſo mutua dente Venus.

ubi de his morſiunculis, certis gaudii mutui veſtigiis, plura in notis ſuis elegantiſſimus Broukhuſius.

8. *Et linguam tenero laſſat in ore*] Hoc Plautus eleganter dixit: *Fac me proſerpentem beſtiam, duplicem linguam ut habeam.* LINDENBR.

Ep. CCXXIX. *Florea ſerta*] Occurit hoc & ſequens Epigramma, priſcae certe venuſtatis, in Apuleji Apologia, ita ut de auctore nulla ſit dubitandi ratio. Ego id expreſſi ex ed. Patiſſon. Catalect. Petron. p. 159. & Catalectis Scaligeri pag. 213. ſed in variis Apuleji editionibus varie quoque circumfertur.

Ibid. *meum mel*] Nihil hic debet mutari, & errarunt qui ἀντὶ τῦ *meum*, *merum mel* voluerunt legere. Eſt autem hic *meum mel*, ut saepiſſime apud Plautum, & hunc ipſum Apulejum Miles. Lib. V. *Imprimens oſcula ſuaſoria & ingerens verba mulcentia, & jungens membra cohibentia, hic etiam blanditiis adſtruit, Mi mellite, mi marite, tuae Pſyches dulcis anima.* ita enim inibi ex v. c. lego, non ut alii *mellite mi marite.* LINDENBR. *merum mel* Colvius, & Scip. Gentilis, ſed qui poſtea rejecit. ut Lindenbrogius ac Pricaeus. & ſic male Barthium ad Rutil. Lib. I. 327. legere, & recte priores editiones habere *meum mel* adnotavit Opitius in ſuo exemplari editionis Rutilii Barthianae.

2. *ſerta tuo Genio*] *facta tuo Genio*, carmina nempe, ex MS. Colvius. ſed alterum praefero cum Pricaeo. Die enim natali lares coronare ſertis, & Genio ſacra facere moris erat. ut notum. vid. Cenſorin. de Die Nat. cap. 2. & quae ibi adnotavit Lindenbrogius, & Marcilius ad Perſ. Sat. II. init. ubi hoc ipſo Epigrammate id illuſtrat. ſic in loco Tibulli Lib. II. El. II. 6. de ſacro Natalitio:

Ipſe ſuos Genius adſit viſurus honores,
Cui decorent ſanctas mollia ſerta comas.

ubi in cod. Wittiano, Aldina, aliisque edd. *florea ſerta.* ut hoc in loco. licet in aliis *florida.* ſic *florida ſerta* apud Ovid. VI. Faſt. 312. ubi *florea* etiam in tribus codd. MSS. apud Claud. II. R. P. 118. *gaudens per florea rura.* ubi *florida* in cod. Juniano, & MS. Delrii. idem Epiſt. II. ad Serenam v. 10.

Florea connexis ſerta tulere roſis.

In Epigrammate veteri apud Gruter. p. 804. 5.

Ver tibi contribuat ſua munera florea grata.

infra in Elegia ad Nympham nimis cultam, v. 56.

Dum legit Argivae florea ſerta Deae.

Repoſianus de Concub. Mart. & Ven. v. 99.

Florea ne teneras violarent ſpicula plantas.

in Epigrammate de menſium Pictura apud Pith. Lib. IV. p. 176.

Expoliat pulchris florea ſerta roſis.

auctor Epigrammatis de Hyacintho ſupra Lib. I. Ep. 155.

Sed cruor extincti florea rura replet.

differre enim *florea* & *florida* videbis apud Broukh. ad Tibull. Lib. I. 16.

3. *Critiae*] Aldina & omnes fere Apuleji editiones *Critia.*

Ibid. *aptata canatur*] in Petronii editione Frelloniana Erhardi, & Wouwerii Pariſina *creatur.* in Patiſſoniana *conatur.* vitio forſan typothetae. Legendum puto *colatur.* quo verbo de ſollemnitate natalitia etiam utitur Martial. Lib. VIII. Ep. 39.

Sed natalitium diem colendum
Scribarum memori piaeque turbae,
Quod donas.

& Lib.

Digitized by Google

Tu mihi da contra pro verno flore tuum ver,
  Ut noſtra exſuperes munera muneribus.
Pro inplexis ſertis, conplexum corpore redde,
  Proque roſis, oris ſuavia purpurei.
Quod ſi animum inſpires, dona & jam carmina noſtra
  Cedent victa tuo dulciloquo calamo.

EP. CCXXX. EJUSDEM.

Et Critias, mea delicia, & Sol alme Charine,

Par

& Lib. x. Epigr. 87.

Natalem colimus, tacete lites.

ſed recte in Apuleji codicibus legitur *canatur*. & ſic edidit Scaliger. quod operae Patiſſonianae corruperunt.

7. *pro verno flore*] *vero flore* in MS. eſſe teſtatur Colvius. male. illuſtrant hunc locum notata Munckero ad Antonin. Liber. pag. 334.

8. *Ut noſtra exſuperes*] male *exciperes* alii. *exaeques* Pricaeus. nihil muta. omnia enim, quae a Critia petit, multis partibus potiora ſunt muneribus poëtae. neque ſertum, roſae, & ſimilia ſuaviis aequari, niſi ab inficeto poëta poſſunt.

9. *Pro inplexis ſertis*] *plexis* Francius.

11. *Quod ſi animum inſpires, dona jam carmina*] Obſcuriſſimum mihi videtur hoc ultimum diſtichon, neque ſatisfacit Scip. Gentilis, aut Pricaeus, qui ultima hujus Epigrammatis, quae arguta ſemper debent eſſe, agnoſcunt flaccida & jacentia. Dubius etiam haereo, an *animam* legendum ſit, an *animum*. quum ab utraque lectione ſtent codices & editiones Apuleji, ac viri docti aequali fere numero. Si de laſcivis illis oſculis, quibus ipſam animam ſugebant & inſpirabant, de quibus modo ad Epigr. ccxix. 15. vidimus, ſit capiendum, certe *animam* praeſtare cenſerem. ut legebat enim Francius. & hoc praeferre videtur Heinſius ad Claudian. Epithal. Pallad. & Celer. v. 132. quem vide. haec *animarum mixtura* Petronio, ſeu μίξις τῶν ψυχῶν dicitur. vide Pontan. ad Macrob. II. Sat. cap. 2. ubi *coitum oſculi* vocat auctor Epigrammatis ex Platone, infra edendi. ſic *inſpirare animam* dixit Virgilius, etſi alia in re, Lib. VII. Aen. 351. *Vipeream inſpirans animam.* & Ovid. Lib. IV. Met. 497. *Inſpirantque graves animas.* ubi vide Patrui notas. Sed, ſi ita exponamus, non video quis locus ſit *dulciloquo* illi *calamo*, ut odoratus etiam eſt Scip. Gentilis. & praeterea editiones antiquae Apuleji male diſtinguunt,

Quod ſi animum inſpires, dona & jam carmina noſtra,
Cedent victa tuo dulciloquo calamo.

Itaque retinendum puto *animum*, & Apulejum hic Critiam ut Deum quemdam inducere ac rogare, ut quaſi numine ſuo velit ſibi inſpirare animum, & donare, id eſt dictare carmina, ut Apollo credebatur vatibus. Virgil. VI. Aen. 11.

— magnam cui mentem animumque
Delius inſpirat vates, aperitque futura.

ita Propertius Cynthiam ſibi pro Apolline ingenium facere, & carmina dictare dicit Lib. II. El. I. 3.

Non haec Calliope, non haec mihi dictat Apollo,
Ingenium nobis ipſa puella facit.

Obſcuritatem igitur loci hujus tollemus, ſi ita explicetur: Si velis, ô Critia, ipſe tibi inſpirare vim illam divinam carminum, quam poëtae alii ab Apolline & Muſis petunt, tu vero tibi ipſe praeſtare potes, dona mihi viciſſim carmina pro meis carminibus, quae non minus cedent tuo calamo, id eſt venae poëtici leporis ac venuſtatis, quam ſerta & roſae non ſunt conparanda cum conplexu & mellitiſſimis tuis ſuaviis. Vel ſi capiendum ſit, ut Poëtae Critias inſpiret animum, quod certe per laſciva tum fieri vellet oſcula, intelligenda haec verba, ac ſi carmina illa, quae poſtea faceret, non forent ſua, ſed inſpirantis & quaſi dictantis Critiae. Sed hoc durius priore interpretatione mihi videtur. Itaque eligant poëticarum elegantiarum arbitri. Certe haec ad mentem poëtae adcommodatiora videntur, quam quod emendat Salmaſius ad Solin. Tom. I. pag. 117. ed. Pariſ. *Quod ſi aulum inſpires*, id eſt tibiam, & Critiam monaulon fuiſſe ſtatuit, quod tamen dubito an verum ſit, & ut temerarium rejecit Patruus in notis ad Ovid. IV. Met. 497. melius enim Iſ. Voſſius in notatis margini exemplaris ſui, quod in Biblioth. Leidenſi eſt, adſcriptis, legebat etiam, *Quod ſi animam inſpires.* modo *animam* capiamus de halitu oſculorum, non vero de ſpiritu, quo calamus inflatur, ut perperam Colvius. neque cum Delphinico Apuleji Interprete *animam inſpirare fiſtulae* aut *calamo* exponendum eſt pro carmina ſcribere, ut *calamus* pro vena ac ſtilo poëtico ponatur. Nollem itaque iſtam Salmaſii emendationem adprobaſſet Cuperus in Harpocrate pag. 144. aut Voſſio oblocutus fuiſſet Th. Sellius Obſerv. cap. XV. in fin.

EP. CCXXX. EJUSDEM. *Et Critias* &c.] edidit etiam Scaliger Lib. I. Catalect. pag. 205.

Ibid. *mea delicia*] vocem hanc puto cauſſam de-

Par in amore meo vita tibi remanet.
Ne metuas, ne me ignis, & ignis torreat, ut vult,
Haſce duas flammas, dum potiar, patiar.
Hoc modo ſim vobis, unus ſibi quisque quod ipſe eſt,
Hoc mihi vos eritis, quod duo ſunt oculi.

EP. CCXXXI. APULEJI Ἀνεχόμενος ex MENANDRO.

Amâre liceat, ſi potiri non licet.
Fruantur alii: non moror, non ſum invidus:

Nam

diſſe corrumpendo huic verſui. nam in vetuſtis Apuleji editionibus *delicie ſtet ſalva Charine*, vel *deliteſcet ſalve Charine.* unde Pithoeus tentabat:

Et Critias mea delicies, & ſalve Charine.

Lipſius vero *ſic ſalva Charine.* ſed & *deliciae* voce uſus eſt Plautus Trucul. Act. v. Sc. I. v. 29. & occurrit in Inſcriptione antiqua apud Gruter. pag. 1014. 5.

PRO. SALVTE.
JVLIAE. VENERIAE.
FILIAE. DVLCISSIMAE.
DELICIAE SVAE. &c.

& ſic corrigendum puto in Inſcriptione apud Fabrett. cap. I. pag. 44. RHANIDI SULPICIAE. L. DELICIAE. non DELICIO. vide Pricaeum ad Apulej. Apol. pag. 20. recte etiam *Sol alme.* quod deſumtum ex Platonis Epigrammate in puerum Aſtera, quem Soli orienti comparat, apud Apulej. Apolog. pag. 13. &, qui illud imitatus eſt, Q. Catuli in Roſcium Epigrammate apud Cic. I. de Nat. D. cap. 28. de quo infra erit videndum. Senſum hujus Epigrammatis, ceteroquin obſcurioris, de more illo amantium, quo duas amari vel metuebant vel minabantur, recte explicuit Scipio Gentilis. confer Auſonii Epigr. 89. & quae habet Muretus ad Catull. Epigr. LXXII.

2. *Par in amore meo vita tibi remanet*] Corruptiſſimus hic verſus omnino legi debet ita:

Par in amore meo viga tibi remanens.

viga perperam ſcriptum pro *biga.* O biga remanens par tibi in amore meo, quae ſcilicet non trahis diſpar jugum (quod Graeci dicunt ἑτεροζυγεῖν) in amore meo, ſed aequo jugo me amas. Sic eadem metaphora dicitur alibi *Triga ſodalitii.* SCALIGER. ita etiam correxit ad Propert. Lib. III. 21. 15. pag. 252. probante Pricaeo. vid. ad Lib. II. Ep. 248. ubi occurrit,

Triga ſodalitii pars bene magna mei.

par remanens Scriver. in Anecd. Philolog. pag. 3. vitioſe hic *Pax* vel *Pars* in antiquis Apuleji editionibus. & verſ. ſeq. *nam me ignis* ed. Delphinica.

4. *dum potiar, patiar*] hoc melius quam quod in aliis habetur: *dum patiar, potiar.* & ita edidit Scaliger in Catalectis. *potior* MSS. & ed. Pric.

EP. CCXXXI. APULEJI Ἀνεχόμενος ex MENANDRO.] Poëmatium hoc primus in publicum dedit una cum aliis ejusdem fere argumenti Epigrammatis Claudius Binetus: aut forte prior V. C. Petrus Pithoeus inter Errones Venereos. Poſtea nobiliſſimus Douſa noſter Praecidaneis ſuis inſeruit, & Notis ſuis elegantiſſimis emendavit, illuſtravit. Quae ille, & Colvius (qui etiam Apulejo ſuo adjecit, ut & Wouwerius) non animadverterunt, ego ſuis locis monebo. SCRIVER. Valde corruptum edidit Binetus inter Epigr. vet. pag. 9. adpoſitis in margine nonnullis emendationibus, quarum pleraſque recepit editio Patiſſoniana Catalectorum Petron. pag. 158. & 159. & Frelloniana pag. 221. Legitur etiam poſt Priapeja Scioppii, & inter Amores Baudii edidit Scriverius pag. 174. additia notulis, quas hic inſerendas duxi. non habetur in Epigrammatibus vetuſtis a Pithoeo editis. ſed quam Pithoei editionem inter Errores Venereos memorat Scriverius, eſt Patiſſoniana. eam enim Pithoeo deberi dicit Douſa Lib. II. Praecid. cap. 6. Apuleji eſſe hoc carmen judicabat idem Douſa Lib. III. Praecidan. cap. 7. ubi totum recenſet ac corrigit: cujus notas hic etiam non praetereundas exiſtimavi. Apulejo tamen abjudicat, licet vetus eſſe cenſeat, Barthius Lib. XXVIII. Adverſ. cap. 5. & ad Stat. I. Silv. II. 153. ſibi aliquando haec ſuſpecta eſſe pronuntiat. Ego, ut verum fatear, veteris aevi non puto, ſed cum Elmenhorſtio aliisque ab Italo quodam ſub initium renaſcentium literarum confictum arbitror. & ſic cenſebat Broukh. ad Sannaz. Lib. I. Epigr. 48. ſuppoſititium vel infimae ſaltem vetuſtatis eſſe adfirmat Scriverius infra ad v. 7. Parodiam huic carmini contrariam dedit Durantius Caſellius Lib. II. Variar. cap. 20.

1. *Amare liceat, ſi potiri non licet*] ſimile illud Sapphus apud Ovid. Epiſt. XV. 96.

Huc ades: inque ſinus, formoſe, relabere noſtros,
Non ut ames oro, verum ut amare ſinas.

2. *non moror, non ſum invidus*] vitioſe in ed. Sciop-

Digitized by Google

Nam ſeſe excruciat, qui beatis invidet.
Quos Venus amavit, facit amoris compotes.
Nobis Cupido velle dat, poſſe abnegat.
Olli purpurea delibantes oſcula
Clemente morſu roſea labella vellicent,
Malas odorent ore & ingenuas genas,
Et pupularum nitidas geminas gemmulas,
Quin & quum tenera membra molli lectulo
Cum pectora ipſa adhaerent Veneris glutino;
Libido quum laſcivo inſtinctu ſuſcitat

Si-

Scioppii, *non moror, ſum invidus.* cujus notatis de locutione *non moror* adde Grang. ad Juven. Sat. III. 83. Livius Lib. VIII. 35. *nihil morari magiſtrum equitum.* vid. & Serv. ad Virg. v. Aen. 400.

4. *facit amores compotes*] ita Pithoeana editio, & neſcio, inquit Colvius, cur potius ſit. alii *fecit.* SCRIVER. *fecit* ed. Binet. ſed in marg *facit.*

7. *Clemente morſu roſea labella vellicent*] agnoſcit, teſte Savarone ad Sidonium, Cl. Bineti MS. ſchedium hunc verſiculum:

Candentes dentes effugient ſuâvia.

Ego ut, quod res eſt, ſemel dicam, non ſolum hunc verſiculum, ſed totum poëmatium ſuppoſititium aut ſaltem infimae vetuſtatis cenſeo. Atque ita quidem, ut, qui aliter ſentiat, nihil ſentiat. SCRIVER. *roſa* in marg. Binet. de morſu oſculorum vide ſupra ad Ep. CCXXVIII. 5. & hic notas Scioppii. *delibantes oſcula*, ut apud Virg. Lib. I. Aen. 260. *Oſcula libavit natae.*

8. *Malas adorent ore*] ita emendandum. vulgg. *odorent.* SCRIVER. firmari poſſet ex Petron. cap. 127. *tu tamen dignare & meum oſculum, quum libueris, cognoſcere. Imo, inquam ego, per formam tuam te rogo, ne faſtidias hominem peregrinum inter cultores admittere: invenies religioſum, ſi te adorari permiſeris.*

Ibid. *ingenuas genas*] non fucatas, nulla arte paratas, recte exponit Scioppius. Ita *ingenui crines* Statio Lib. II. Sylv. I. 44. quos *ingenio ſuo flexos* dicit Petron. cap. 126. & ita paſſim *ingenua facies, vultus* &c. Maximian. Eleg. I. 94.

Vultibus ingenuis viſa decere magis.

ubi *ingeniis* corrupte in cod. Voſſ. ſed *decere* pro varia lectione, quod praeferendum vulgatae *ſedere*, ut edidit Pithoeus, & in fragmento P. Danielis legitur.

11. *Cum pectora * adhaerent Veneris glutino*] Lacunam in medio vides, ſed vero modicam eam, & cui explendae ſeſquipedali verbo neutiquam ſit opus. Itaque ſtatim auxilium a Bineto invenit, *una* interponere auſo, huc ipſa illum manu quaſi ducente ſententia. Mihi vero idem juris iſtuc ab Hypercriticis noſtris ſi tribuatur, quid vetat, quo minus *arte*, ſive *arcte*, ἀντὶ τοῦ *una* in vacuum porro Veneris glutino agglutinatum jubeam. DOUSA. *Compectorata* libuit reſcribere, cum Colvius aliique ediderint, *Cum pectora * adhaerent.* Pithoeus, *Cum pectora ipſa adhaerent.* Binetus, *Cum pectora una adhaerent.* Colvius amplectitur Douſicam conjecturam, *Cum pectora arte adhaerent.* Quis non meam? SCRIVER. Binetus, *Cum pectora una adhaerent.* Douza, *Cum pectora arte adhaerent.* Schickeradus *Compectorata adhaerent Veneris glutino.* Ego haec ita legerim,

Cum pectora arte adhaerent Veneris glutino,
Libido cum laſciva inſtricta ſuſcitat
Sinuare ad Veneris artem femina; foeminae &c.

Cum pectora glutino Veneris arcte adhaerent, & cum laſciva libido inſtricta femina, ideſt colligata, compedita, ad Veneris artem ſuſcitat ſinuare. Apertius dicerem, ni vetaret pudor. COLVIUS. *Compectorata* probat etiam Barth. ad Stat. Lib. I. Sylv. II. 153. quod verbum ſeſquipedale merito rejecit Douſa, licet adeo ſibi ob hanc conjecturam adplaudat Scriverius. cum hiatu, *Cum pectora * adherent* edidit Binetus, qui in margine monuit interponendum *una.* ego edidi, ut in Patiſſ. & Frellon. ac Scioppii editione legitur.

12. *Libido quum laſcivo inſtinctu ſuſcitet*
Sinuare ad Veneris curſum femina, feminae]

Ita reſtitui ac diſtinxi, niſi me animi mens fallit, εὐστόχως. Neque vero eſt, quod quemquam novitas ejus locutionis offendat *Suſcitet ſinuare femina ad Veneris curſum*, qui modo in tractatione poëtarum ingenii aciem ac nervos ſubactos habeat probe. pro *incitet*, ſeu *ſolicitet ſinuare*, hoc eſt, ad lunanda implexu ſinuoſo, & quaſi pectinatim conſerenda, atque *flexipedum hederarum in morem* contortiplicanda inter ſe femora, ſive adeo *feminae*, amantes ut ſolent, quod *congenuare*, vel etiam

con-

Sinuare ad Veneris uſum femina, feminae
Inter gannitus & ſubantis voculas,
Carpant papillas, atque amplexus intiment,
Arentque ſulcos molles arvo Venerio,
Thyrſumque pangant hortulo in Cupidinis,

Dum

congenulare caſca dictitabat Latinitas. Quod ſi quis Bineto ſubſcribere ſeſe maluerit potius, emendanti praemiſſo commate, *Sinuent ad Veneris curſum* &c. ecce hic etiam ſecundas agere paratum Douſam: hoc enim ſatius conſultiusque eſſe deputo, quam in ambiguam litem deſcendere, aut in dividiam porro venire cum homine ignoto. DOUSA. Pithoeanam editionem expreſſimus. & ſic legit Binetus, quem Douſa ſequitur. Colvio placet,

Libido cum laſciva inſtricta ſuſcitat
Sinuare ad Veneris artem femina.

Cum pectora glutino Veneris arte adhaerent, & cum laſciva libido inſtricta femina, id eſt colligata, compedita, ad Veneris artem ſuſcitat ſinuare. de verbo *inſtringendi* conſule notas ejus ad libros Mileſiarum. SCRIVER. vitioſe edidit Binetus, ac diſtinxit,

*Libido cum * laſcivia inſtincto ſuſcitet.*
Sinuare at Veneri curſum femina, foeminae
Inter gannitus &c.

ſed in margine *laſcivo inſtinctu* & *Sinuent ad Veneris* emendavit. Durantius Caſellius conſiciebat,

Libido cum laſcivo ignem intus excitat.

quibus veſtigiis inſiſtens Sciopplus legit,

Libido cum laſciviam ignem intus ſuſcitat.

ſed neutrum videtur admittendum.

13. *ad Veneris uſum*] ſic Scriverius edidit. in Patiſſ. & Frellon. *curſum*. Colv. *artem*.

14. *ſubantis voculas*] vide hic Scioppium, & quae ſupra notavi ad Ep. 187. 14. quibus adde Tertull. Apol. cap. 46. *novi & Phrynen meretricem Diogenis ſupra recubantis ardorem ſubantem*. vide Turneb. Lib. xxiv. Adverſ. cap. 7. in fin.

15. *atque amplexus intiment*] noviter dictum, at rationabiliter tamen, eſtque *oſcula* (uti apud Ovidium meum eſt)

——— *linguis luctantia*
Vulgiter obtortis alte inſinuare labellis.

& (quod Plautus perhibet) *proſerpentem beſtiam facere, duplicem ut habeas linguam*. DOUSA.

16. *Arentque ſulcos*] ita legendum adſentior Bineto, & ed. Pith. pro *Haerentque ſulcos*. SCRIVER. Binetus in codice, unde edidit, invenerat, *Herentque ſulcos molles* &c. ſed in margine conjecit *Iterentque*, vel potius *Arentque*. Douſae pro more injurius eſt Scioppius, qui eum ita ſubſtituiſſe pro *Iterentque* criminatur non ſine verborum contumelia. nam Bineti conjecturam probavit tantum ac recepit Douſa, ut Scriverius. & ſic Meurſius Exerc. Crit. P. II. Lib III. cap. 21. in fine. *molli in arvo Venerio* edidit Scriver.

17. *Thyrſumque pangant hortulo in Cupidinis*] Latine, ac ſignate oppido, ſi modo eorum hominum acumini credendum, qui a *Thyrſo* iſto non Bacchico, ſed Ithyphallico vernaculum illum noſtrum, quod hodie feminis praecipue ad quemvis ſubitum caſum, puta ſi pedem offenderint, aut teſtum forte manibus prolapſum confregerint, temere ac muliebriter proclamantibus, vulgo in ore eſſe conſuevit; haud quidem iis Togatis dico, aut vili de plebe modo; ſed vero his Stolatis etiam, *Queisque tegit medios inſtita longa pedes*. hoc eſt, de ſummo Matronis loco, ac ordinis primarii, multo in ſpeciem honeſtiſſimis. Neque id adeo mirandum, *quum thyrſus* nihil aliud, quam *ſcapum* ſive *caulem* in morem columnae ſupinatum ac ſubrectum Latinis hominibus deſignat. Sed neque minor proprietas in verbo *pangant*, pro *figant* poſito, qua ratione & plantae, & taleolae *pangi*, vel *depangi* dicuntur, quum inhumantur, hoc eſt deferuntur, aut deſiguntur in terram. unde & ſtrategus ille Poëtarum Mantuanus noſter, *pange ordine vites*. vide Feſtum. de *hortulo* vero *Cupidinis*, metaphorice ad rem voluptatum translato, quod eodem loco addit Apulejus, poſteaquam Venerei arvi arationi *vim illam Lucillianam*, id eſt ſatum genitalem rite atque ordine ſubjeciſſet, conſulendus nos ille Belgarum unicus Lipſius noſter, Antiq. Lectionum Libro III. DOUSA. male *horto* al. SCRIVER. *horto in Cupidinis* ed. Binet. ſed *hortulo* in marg. de *thyrſo* vide notas Interpretum ad illud Petronii cap. 132. *Ter languidor coliculi repente thyrſo*. Douſae explicatio, licet velo quodam obducto involuta, videtur tamen, ut nimis Latina ac libera, verecundas & caſtas Scioppii aures offendiſſe, circuitionem nullam in his ſacris admittere ſoliti. Quis tulerit intempeſtivum ejusmodi Catonis ſupercilium! praeſertim ubi Jano Douſae, quia Batavus fuit, aliisque viris magnis, paſſim inſultat nequiſſimus mortalium in ſpurcidulis ad Carmina Ithyphallica notis, ubi virum illuſtrem & inſignibus in rem publicam

Digitized by Google

Dum crebros ictus connivente lumine,
Trepidante curſu, Venere & anima feſſula,
Ejaculent tepidum rorem niveis laticibus.
Haec illi faciant, quîs Venus non invidet:
At nobis caſſo ſaltem delectamine
Amare liceat, ſi potiri non licet.

EP. CCXXXII. INCERTI. *Paſiphaës Fabula. ex omnibus metris Horatianis.*

Filia Solis
Aeſtuat igne novo,

Et

blicam ac literariam meritis inclytum, nune *Batavum nequitiae magiſtrum*, & *Helleſpontiaco parem Priapo*, nunc *Grammaticum mediocrem ac poëtam fatuum*, ſimilibusque de plebis Suburanae ſentina petitis conviciis inceſſat Comes iſte Claravallenſis. vide ad Prooem. v. 5. Carm. 39. & in fine Praeſ. & alibi. Sed licet rabidi inſtar canis toties Batavis inpudenter oblatraverit hic pyrgopolinices Francus, veriſſime ſane de eo judicat Broukh. ad Propert. Lib. IV. El. I. 124. nondum tamen inventum eſſe Batavum ullum, qui ſibi perſuaderi ſit paſſus, Scioppium fuiſſe virum bonum & honeſtum.

18. *Dum crebros ictus combibente lumine* &c.] ita emendare potius viſum nobis, quam retinere id, quod in contextu eſt modo *conbibente lumine*, aut quod ad oram a Bineto adtextum legitur, *connivente*. *combibere* porro ictus lumine, tralatio omnium elegantiſſima: a quo etiam Lucretianum illud alienum videri non debet:

Sic igitur Veneris qui telis accipit ictum,
Sive puer membris muliebribus hunc jaculatur,
Seu mulier toto jaciens e corpore amorem,
Unde feritur, eo tendit &c.

ſic amorem bibere, Virgilius *ignem totis oſſibus*, imo *medullis bibere*, aut *vorare*, Ovidius, Papinius, & caeteri omnes, quicquid eſt poëtarum. Apulejus hic igitur, *putres in Venerem*, *fractosque* ac vere *patrantes oculos* denotare volens, eorum exprimit habitum, *qui validis Veneris compagibus haerentes* (uti apud eumpſe Carum noſtrum legimus) *ſollicitant ſpatium decurrere amoris*, hoc eſt, quum res ad effectum jam ſpectat, poëtae Sulmonenſi haud ignarum. ſic enim ille Lib. II. de Arte:

Aſpicies oculos tremulo fulgore micantes,
Ut Sol in liquida ſaepe refulget aqua.

ſed & Juvenalis,

——— *oculosque in fine trementes.* DOUSA.

Cum eſſet *Dum*, ſcripſit Binetus *Dent crebros ictus.* Pithoeus retinuit *Dum*, aliique. *connivente lumine* a Bineto & Pithoeo eſt, pro *cohibente*. Douſa mavult *combibente lumine*. SCRIVER. Douſa *combibente lumine*. Scaliger, *dent crebros nictus connivente lumine*. recte. ELMENHORST. Cl. Oudendorpius malebat *Dein crebro frictu* &c. Cl. Canneg. ad Avien. Fab. XIII. 5. *creber ictus* &c. *Ejaculet. Dent crebros ictus* edidit Scriverius.

19. *Trepida in decurſu Venere, & anima feſſula,*
Ejaculent tepidum rorem niveis laticibus] ad ſuperiorem Lucretii *decurſum* haec etiam opportune poſſis accommodare,

Trepida in decurſu Venere, & anima feſſula.

quae quidem reſtitutio feliciter, uti ſpero, nata nobis ſub manu; quum in Bineti editione,

Trepidante curſu, Venere & anima feſſula &c.

Illepida hercule, ac coacta nimium conſtructione legatur. etiam *laticibus* ſcripſimus, contextum potius, quam ſuccidaneam, quae margini adhaeret, lectionem ſequuti; ea vero *lactibus* refert, quod, uti barbarum ac invenuſtum, hoc utique ſignificat tu, nec ipſa quidem Amorum mater, aut nobis, aut Apulejo umquam, opinor, perſuaſerit. DOUSA. *Repedante curſu* de conjectura ſcripſimus. cum vulgo eſſet *Crepidante curſu*. Binetus emendabat *Trepidante curſu*. & ſic Pithoeus edidit. Douſae placuit, *Trepido in decurſu*. Colvius divinabat *Trepidante fluctu Venere*. Quid per *fluctum* intelligi hic poſſit, caſtis auribus explicandum non eſt; & unde Venus nata, notior fabula eſt, quam ut hic referri pluribus verbis debeat. SCRIVER. Douſa *Trepida in decurſu*. quod placet. ELMENH.

EP. CCXXXII. INCERTI. *Paſiphaës Fabula*] Exſtat in Bineti Collect. vet. Epigr. pag. 14. & 15. & in Horatio Cruquii, qui fabulam hanc in Blandinis codicibus ſe inveniſſe teſtatur in Admonitione ad Lectores poſt Artem Poëticam pag. 647. eorum variantes ſcripturas conparavit, & inde carmen hoc emendavit J. Douſa Lib. III. Praecid.

 cap.

Et per prata juvencum,
Mentem perdita, quaeritat.
Non illam thalami pudor arcet,
Non regalis honos, non magni cura mariti.

Op-

cap. 8. cujus animadverſiones hic ſubjicere conſultum duxi. edidit & Pithoeus inter Poëm. vet. pag. 447. ed. Pariſ. & habetur in Catalectis editionis Patiſſonianae pag. 158. & Frelonianae pag. 220. & in Horatio Bentleji. Quod autem in margine notarum Douſae legatur, *apud Rufinum de Metris exſtare*, equidem ſatis mirari non poſſum. fruſtra enim illud quaeras in Libello Rufini de Metris, inter Grammaticos Putſchii; aut Rhetores antiquos Fr. Pithoei. Sed forte id inde enatum, quia in nonnullis codicibus *Rufino V.* C. adſcribitur hoc carmen. Cum veteri Reginae codice contulit Heinſius. verſu tertio *Et perpetrata juvencum* perperam edidiſſe Crucquium etiam adſcripſerat Scriverius. v. 6. codex Reg. *bonos* non *bonor*. & v. 9. *Praetidas*. verſu decimo lacunam *Jöque laudat, non quod* * *. ut edidit Binetus, etiam ſuppletam eo modo, ut ex Cruquio caſtigavit Douza, exhibent ed. Patiſſ. & Frelion. *Iſis alma* conjecerat Heinſius. & ſequenti verſu eaedem editiones *in fronte elevat*, ut edidit etiam Bentlejus, non *frontem levat*. in veteri Reginae codice *cornu fortem elevat*. ſed recte Douſa *juvenca cornua in frontem levat*. pro *juvencae cornua*. vid. Drakenb. ad Silium Lib. III. 387. de metro verſus octavi decimi vid. Bentlejum ad Horat. pag. 710. dein *Inlicitisque gaudet* ** *Corpus includit ſtabulis efficiens Juvencam*. emendaſſe Scaligerum teſtatur Binetus. & ſic in iisdem editionibus. niſi quod *tabulis*, ut apud Pith. pro *ſtabulis*. legendum cum Douſa *Illicitisque gaudet Corpus includit*, vel *gaudens Corpus includit ſtabulis, ſe faciens juvencam*. vel *ſe efficiens* cum Heinſio. Bentlejus edidit,

Inlicitisque gaudens:
Corpus includit tabulis efficiens juvencam.

Cl. Oudendorpius malebat *tabulis effigians juvencam*, quia praecedit *efficiunt*. dein *malesuadis* cod. Reginae, quomodo Douſa legebat, pro *maleſanis*. ut ed. Pith. Patiſſ. & Frelion. & mox,

Obſequitur votis & procreat (heu nefas!) bimembrem.

In iisdem editum eſt, quod firmat conjecturam, qua ex veſtigiis ſchedarum Divionenſium emendavi ſupra in Epigr. CXC. 7.

Connubio turpi (monſtrum!) paritura biformem.

penultimo verſu eaedem editiones,

Cecropides juvenis, quem perculit fractum manu.

& ſic Bentlejus. Douſa *Cecropidae juvenis q. p. fractum manus*. cujus caſtigationes expreſſi. ultimo verſu imitatio eſt Virgilii VI. Aen. 30.

Daedalus ipſe dolos tecti ambagesque reſolvit,
Caeca regens filo veſtigia.

vide & Claudian. Epigr. IV.

Paſiphaës Fabula &c.] Alterum quoddam Poëtae quidem incerti, ſed venuſtate & vetuſtate nihil (ut ſpero) priori illi Apuleji Poëmatio conceſſurum, promulgatum non ita pridem, & quidem bis eodem anno iterata editione, primum dum comitate atque induſtria liberaliſſimi Cruquii noſtri, iterum ab unico ſuperioris carminis editore Cl. Bineto: non ſine lituris, mendis, ac lacunis aliquot, quas tamen, facta utriusque exemplaris collatione, nos & exſarcire, & integrare poſſe confidentia eſt, ita alterum alterius exemplo eget. Argumentum ex titulo haud ignotum. ipſe candidiſſime Lector, conſideres licet. verſu tertio reſtituimus, ut vides,

Et per prata juvencum.

legitimam Bineti lectionem prae Cruquiana illa ſubdititia,

Et perpetrata juvencum.

merito, hercule, ac perlubenter amplexi. Atque ut hic Pictavienſis illa Antverpianae, ita contra Antverpiana Pictavienſi, ſeptimo abhinc verſu, multis millibus. mea quidem ſententia, antiſtat, in hocce exemplo,

Jöque laudat, non quod Iſis alta eſt. &c.

etenim in editione Bineti defectus hoc loco, quem ex Cruquiana ſupplevimus, antiquo Memphiticae Deae nomine retracto e fuga. Etiam *juvenca* ibidem ἀντὶ τοῦ *juvencae* reſtituere auſi, hujuscemodi interpretationis fiducia maxime: Paſiphaë Jûs felicitatem non ceſſat praedicare, ac magnificare prae ſua, laudibusque in coelum vehere aſſidue; non eo quidem nomine, quod primaria Aegypti Dea, ac quaſi Praeſeſtrix, novo praeterea Iſidis cognomento inſignis cluens; verum potius, quod vaccina forma, lacteoque candore notabilis cornua ſuperbe ac glorioſe elata, atque in frontem ſubrecta gerere conſpiciatur. Quid vero? an non cornuta utrobique Inachis,

Sive juvencam illam, ſive Deam facias?

juvencam, quod de puella omnium formoſiſſima in candidae juvencae faciem, ob furioſam Junonis aemulationem converſa primitus. *Deam* autem, quod, quum ipſius Iſidis perſonam omnemque imaginem gerit, non alius coeleſtis Numinis, quam Lunae nobis habitumque ac perſonam repraeſentet, quae candida eſt, & coerula, hoc eſt, humida, maximeque diebus primis corniculata. At Paſiphaë hanc ipſam, non ut Iſidem lunatis atque in frontem elevatis cornibus conſpicuam; ſed vero ut patalem bovem laudibus in coelum tollit; ac juvencae potius, quam Deae ſimilem fieri exoptat ſeſe.

Digitized by Google

Optat in formam bovis
Convertier vultus ſuos:
Et Praetides dicit beatas;
Iöque laudat; non quod Iſis alta eſt,

Sed

ſeſe. quo non homini, ſed tauro adultero ſuo, vaccina ſcilicet ſpecie totam approbare ſe poſſit. Reliqua in libris Formulariis bene ſe habent, usque ad Diſtichon illud,

> ——— *illicitiſque gaudet*
> *Corpus includit ſtabulis efficiens juvencam.*

ita enim eſt in utrisque, idque ex divini illius Scaligeri caſtigatione maxime, quam nos poene integram ſequuti ſumus: excepto, quod pro *includit*, poſtrema excluſa litera, *includi*, pro *Efficiens*, tranſpoſitis ſic quaſi per μετάθεσιν prioris ſyllabae elementis, diviſim, *ſe faciens juvencam*, fatali huic monſtro probabiliter condonavimus: hoc eſt, aſſimulans ſeſe, quaſi re vera Juvenca fiet. Nota enim, prodigioſae quidem, ſed antiquae fidei, Hiſtoria, qua abiegnae bovis Daedali artificis ſimulacro fallaciter incluſa, ac bovillo integumento velata, indomita haec Minoïs uxor ductori Regii armenti inforandam ſe praebuit, ex cujus compreſſu gravida facta non hominem, ſed Minotaurum, in gremium currucae mariti profuderit denique. Poſſit & lectio conſtitui ac reconcinnari hoc modo:

> ——— *illicitiſque gaudens*
> *Corpus includit ſtabulis*, &c.

uti participium τὸ *Gaudens* accuſandi, haud nominandi, caſu acceptum, ad vocem *Corpus*, non vero ad ipſam Paſiphaën referamus, eadem permanente ſententia ſcilicet. τῷ *ſtabulis* vero etiam ambiguitas nonnulla ſubeſſe videri poſſit, & fortaſſe ad penitiorem ſtabulorum ſignificationem alluſum, unde & Proſtibula, & Proſtibulae derivatae, quaſi *pro ſtabulis proſtantes*, ad capturas emerendas exigundasque a praetereuntibus; de proſtitutis loquor, ac Togatis hiſce, quae meretricium quaeſti ſui gratia in propatulo facere condidicerunt ſcilicet: quod genus univerſum, ita graphice verisque ac genuinis coloribus expreſſum, ab unico illo Comicorum principe habes in Poenulo:

> *Proſedas, piſtorum amicas, reliquias alicarias,*
> *Miſeras, Seboeno delibutas, Servilicolas ſordidas;*
> *Quae tibi olant ſtabulum ſtatumque, ſella & ſeſſibulum merum,*
> *Quas adeo haud quisquam unquam liber tetigit, neque duxit domum.*
> *Servolorum ſordidulorum ſcorta Diabolaria.*

ſed & Praeſepim, ſive adeo Praeſepium, apud eundem pro manſiuncula meretricia, hoc eſt, pro fornice, luſtroque, ac loco libero uſurpatum reperias non ſemel, nec apud Plautum modo, ſed vero apud Varronem quoque, & ipſum M. Tullium; *Omnia enim loca clauſa, & tuta Praeſepia vocitata antiquitus*, teſte Nonio. Neque aliovorſum Juvenalis illud, mea quidem ſententia, interpretandum:

> *Qui bona donavit praeſepibus*, &c.

Porro ne quis poſtremum Hemiſtichium illud ita, ut poſuimus modo, legere addubitet nobiſcum, loquutionis fortaſſe inſolentia offenſus; eum vero ego a Latinorum Comicorum Principe melius Latine addiſcere, indidemque has phraſes in animum ſuum immittere, ac fideli memoriae commendare jubebo: *Bardum, Vilem, Glorioſum, Facetum, atque magnificum virum facere ſeſe*: interdum omiſſo etiam Pronomine, quomodo *Ferocem facere*, in Moſtellaria, id quod noſtris quoque idiotiſmis conſentit planiſſime, queis vulgo dictitare ſoliti: *Faire la pretieuſe, le brave, Den praccbert, ofte den baen maken.* Nam, quod in Pictavienſis editionis contextu, *Effigies juvencae*, quaſi per appoſitionem, ſuperiori ſententia connexum appenſumque legitur, quid vero ad emendationem hanc noſtram? quae tamen, ſi cui obeſioris naris Lucumoni arriſerint minus, poterit, me quoque hoc ipſum praeeunte ſibi, *Effigie juvencae*, hoc eſt, ſub mendaci juvencae ligneae velamento, falſoque adumbrata vaccinae perſonae ſpecie ac ſimulacro extrinſecus contentus, ſibi potius approbare, quam mihi; nam ipſus ſane, ad me quod attinet, a prioris ſententae ſtatu haud facile dimovebor. Habes ſubinde,

> *Et amoris pudibundi maleſuadis*, &c.

pudibundi, non in laude, ſed in vitio poſitum videtur, pro pudendi ac merito erubeſcendi amoris morbo ſcilicet, quod ſilentio praetereundum haud quaquam putavimus. Verſu vero antepenultimo, qui ſequitur, geminam in Pictavienſi exemplari lacunam Cruquii noſtri comitate explevimus: cui, hoſtimentum par pari de alieno aliquando ut redderemus, manuductore Bineto, in proximo Sapphico Synarteto viciſſim auxilio fuimus, primum pro recto patrium, deinde pro auferendi caſu rectum in extremo ſubſtituentes: hoc amplius, deleto commate, quod verſus ſententiam in medio conturbare utrobique ac deſtruere viſum hactenus. Eleganter vero *Bimembrem*, hoc eſt, biformem, ſeu bicorporum, vocat portentoſum Paſiphaës partum: quem cum ingenioſiſſimo Poëtarum Ovidio,

> *Semibovemque virum, ſemivirumque bovem*,

rite poſſumus interpretari. DOUSA.

Digitized by Google

Sed quod juvenca cornua in frontem levat.
Si quando miſerae copia ſuppetit,
Brachiis ambit fera colla tauri,
Floresque vernos floribus illigat,
Oraque jungere quaerit ori.
Audaces animos efficiunt tela Cupidinis:
Inlicitisque gaudet
Corpus includi ſtabulis, ſe faciens juvencam.
Et amoris pudibundi maleſuadis
Obſequitur votis, & procreat (heu nefas) bimembrem,
Cecropidae juvenis quem perculit fractum manus,
Filo reſolvens Gnoſiae triſtia tecta domus.

EP. CCXXXIII. *De Marco filium amante.*

Marcus amans puerum, natum mentitur amare,
  Vultque pater dici, neſcius eſſe pater.
Et pietate nefas, & amorem velat amore;
  Se pietas umbram criminis eſſe dolet.
Nate, dies audit: nox & torus audit, Amice;
  Et pro temporibus nomina mutat amor.
Stulte, quid ignaro non dicit Cincia fratri?
  Ne credas noctis digna latere diem.
Qui pater eſt, huic filius eſt: a lumine primo
  Filius, a thalamis incipit eſſe puer.

EP. CCXXXIV. *de Venere Praxitelis.*

Praxitelis Venerem lapidoſa per oſcula multi
  Stuprarunt: quin ſub marmore viva fuit.

At

EP. CCXXXIII. *Marcus amans puerum* &c.] primus ex veteri codice Cujaciano edidit Binetus in Epigr. vet. p. 15. qui Claudiano adſcribit, unde ſub illius nomine inter Catalecta veterum Poëtarum retulit editio Frelloniana p. 227. ut in Petronio Weitzii habetur. nam ſine ullo auctoris indicio eſt in ed. Patiſſ. pag. 165. ſed Claudiano abjudicat Barthius in notis ad Ejus Epigrammata pag. 1072. qui ultimum diſtichon adſutitium cenſet. verſu ſecundo *neſcius eſſe pater* eſt, diſſimulans ſe parentem eſſe. quomodo *peccati neſcius* ſupra h. L. Ep. 99. ut conjeci. verſu quarto malebat Douſa, *Seque umbram pietas.* dein *nox & torus audit* vitioſe in ed. Bineti, ſed in marg. *thorus.* mox *nomina mutat ei* male idem edidit. *amor* in ed. Patiſſ. & Frellon. *Cincia* eaedem edd. ſed in marg. Binet. *Cinthia.* ut legit Barth. qui & ſequenti verſu *nocti digna*, ut apud Binet. *noctis digna* Patiſſ. & Frell. nullo ſenſu. optime Douſa emendabat *noctis furta.* in fine *Qui pater eſt, hic filius eſt* ed. Patiſſ. *limine* ed. Binet. ſed *lumine* Patiſſ. & Frell. & verſu ultimo, *incipit eſſe pater.* non diſſimilis argumenti epigramma de matre Polycaſte filium Perdiccam amante eſt apud Claudian. Epigr. XIX. & vide ſupra ad h. L. Ep. CCIV. 5.

EP. CCXXXIV. *Praxitelis Venerem* &c.] Hoc Epigramma nusquam niſi in Catalectis Petronianis editionis Patiſſonianae pag. 167. & Frellon. pag. 229. inveni. Adludit ad hiſtoriam juvenis illius, quam narrat Valer. Max. Lib. VIII. cap. 11. Lucianus in Amoribus §. 14. & 15. & in imag. §. 4. & eo reſpicit Plinius Lib. XXXVI. cap. 5. ubi de Venere Praxitelis: *Ferunt amore captum quemdam, cum delituiſſet noctu, ſimulacro cohaeſiſſe, ejusque cupiditatis eſſe*

Digitized by Google

At mirum hos gelido e ſaxo prodiſſe calores?
Mirare exuſtos lampade Solis agros.

EP. CCXXXV. *ad Aquilam.*

Mitte, aquila, hunc puerum. mitte, inquam, ſi ſapis; inquam,
Aut tibi per medium miſſile corpus agam.
Non mittis? ſed non moveor ſtridoribus ullis.
Quid gemis? At culpae eſt, ingemis? auctor Amor.
Mirus Amor ſi credibilis volucrisque hominisque;
Sed quantum, oro, homini convenit & volucri?
Et ſi remigio alarum roſtroque ſuperba es,
O aquila, aſt omni eſt alite major homo.
Naturam accuſa, quae corpus pectore diſpar;
At qui dat diſpar corpore pectus Amor.
Quidquid formoſum eſt, penetrat, trahit, adripit ad ſe.
Nempe eſt de Veneris ſanguine natus Amor.

EP. CCXXXVI. *de Columbarum nido in galea.*

Militis in galea nidum fecere columbae,
Adparet, Marti quam ſit amica Venus.

EP. CCXXXVII. *in Imaginem puellae formoſae.*

Cernitur hic, quidquid potuit Natura, Deusque,
Delicias coeli parva tabella gerit.

EP. CCXXXVIII. *in Imaginem puellae.*

Sofrides, ſi virgo faces jacularis ocellis,
Et tua neſcio quo murmure labra ſonant:
Cur non ora mihi jamdudum in verba reſolvis?

* * *

EP.

eſſe indicem maculam. qui & Cupidini Praxiteleo, in quem elegans Balth. Caſtilionei epigramma legitur inter ejus Carmina p. 356. ed. Vulp. idem accidiſſe, quem ab Alchida Rhodio adamatum, atque in eo quoque ſimile amoris veſtigium relictum refert. tertio verſu legendum videtur, *An mirum* &c. Praecedenti Epigrammate fere oblitus eram monere, Euſtathium Swartium Lib. I. Analect. cap. 4. illud etiam recentioris aevi judicare, quam ut Claudiano adſcribatur. & v. 2. *neſcius eſſe pater* interpretari, qui ex amore tam inceſto pater eſſe nequiret. tum v. 7. *quid ignaro non dicit Cynthia fratri* recte emendare, non *dicis*, ut in aliis edd. ut innuat Solem a ſorore Luna edoceri omnia, quae clam noctu fiunt. ultima denique epigrammatis damnare, ut ſimilis genii, ac fictitias Galli elegias. ſub Claudiani nomine edidit etiam J. P. Lotich. inter Petronii Pſeudepigr. pag. 89. ubi in margine notatur, ab aliis Martiali tribui.

EP. CCXXXV. *Mitte, aquila* &c.] Hoc quoque Epigramma nec Pithoeo nec Scaligero viſum arbitror. Exſtat in Catalectis Petronianis ed. Patiſſon. p. 167. & Freilon. p. 229. in initio forte ſcribendum,
Mitte, aquila, huc puerum &c.

EP. CCXXXVI. *Militis in galea* &c.] Retulit Pithoeus in Catalecta Lib. IV. pag. 153. ubi Scriverius adſcripſerat PETRONII eſſe, qui ingenioſſimum epigramma ſibi tribui ipſe non dedignaretur. certe inter Petroniana Catalecta etiam legitur, editionis Bineti p. 3. Patiſſon. pag. 119. & Freilon. pag. 191. ex qua titulum praefixi.

EP. CCXXXVII. *In imaginem puellae formoſae*] Leguntur elegantes hi verſus apud Gorium in Inſcript. Florent. Tom. II. pag. 459. qui profert ex villae Guicciardiniae tabula, in qua egregio & antiquo opere picta conſpiciebatur femina pulcherrima.

EP. CCXXXVIII. *Sofrides, ſi virgo faces*] Mutilum hoc & corruptum epigramma poſt Galli fictitii

EP. CCXXXIX. INCERTI AUCTORIS, *ex* PLATONE.

Dum ſemihulco ſavio
Meum puellum ſavior:
Dulcemque florem ſpiritus
Duco ex aperto tramite:
Anima tunc aegra, & ſaucia
Cucurrit ad labias mihi:

Oriſ-

tii Elegiam & Epigrammata nonnulla ei perperam adſcripta edidit Pithoeus pag. 422. ed. Par. & inter eadem Galli fragmenta excuſum eſt in Scaligeri Opuſculis Poſtumis pag. 341. Monſtrum inauditi nominis eſt *Soſrides.* optime igitur Nicolaus Bondtius, Juriſconſultus eruditionis & ingenii non niſi praeclara minantis, ſi parcent juveni fata ſuperſtiti, emendabat,

Subrides ſi virgo, faces jacularis ocellis.

quam conjecturam feliciſſimam lubens amplector. *ſubridere* enim verbum elegans eſt de leni & decoro puellae riſu. ut apud Ovid. III. Am. I. 33.

Altera, ſi memini, limis ſubriſit ocellis.

ubi male in edit. Berſmanni *obriſit.* Martial. Lib. VI. Ep. 82.

Subriſi modice, levique nutu
Me, quem dixerat eſſe, non negavi.

aliter *ſubridere* eſt aliquem riſu quodam ſubſannanti irritare. vid. ad Lib. I. Carm. CLXX. 45. *faces ocellis jaculari* puella hic dicitur, ut ſupra in Ep. 172. de Chloë,

Flava Chloë geminos huc illuc flectat ocellos,
Hinc illinc videas currere mille faces.

ubi vide notas. id *oculis miſeros captare amantes* vocat auctor Epigrammatis vetuſti apud Barth. Lib. LII. Adv. cap. I. de Nympha:

——— *miſeros haec captat amantes,*
Tanta eſt his oculis Gratia, tanta Venus.

& ſic de voce canentis puellae in Epigrammate inter Fragmenta Petronii pag. 668.

——— *qua mella propagas*
Dulcia, & in miſeros telum jacularis amoris.

EP. CCXXXIX. INCERTI AUCTORIS. *ex* PLATONE] Servatum debetur Gellio Lib. XIX. cap. XI. & Macrobio Lib. II. Saturn. cap. 2. qui adferunt etiam Epigramma Platonis in puerum Agathona, quod habet Diog. Laërt. Lib. III. cap. 32. unde carmen hoc, quod Symmacho male nonnulli tribuunt ex perperam intellectis Macrobii verbis, ab incerto hoc auctore adumbratum eſt:

Τὴν ψυχὴν, Ἀγάθωνα φιλῶν, ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον.
Ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη.

ſub DECIMI LABERII nomine, neſcio qua auctoritate, edidit Joh. Petr. Lotich. inter Petronii Pſeudepigr. pag. 87. ſed ſub INCERTI AUCTORIS titulo inter Catalecta etiam retulit Scaliger Lib. I. p. 206. & ed. Pitiſſ. p. 157. ac Frelion. p. 219. integrum vero non invenuiſſe imitatus eſt Petrus Crinitus Epigrammate ad Neaeram Lib. II. Poëm. pag. 572. quod incipit:

Dum te, Neaera, ſuavior,
Gratumque florem ſpiritus
E ſemihulcis ſuaviis
Per mutuas vices traho.
Tum mi labella preſſula,
Tenello amore ſaucia,
Animam tenere geſtiunt. & ſeqq.

1. *Dum ſemihulco ſavio*] *baſio* edidit Scalig. melius, ut puto, apud Gell. & Macrob. *ſavio.* ut & in ed. Pitiſſ. & Frelion. *Semihiulcum ſuavium*, ut *ſemihians labellum* Catullo Epithal. Manlii Carm. LXI. 220.

Dulce rideat ad patrem
Semihiante labello.

ut recte Scalig. & Heinſ. nam in aliis perperam *Sed micante.* & ſic ſaepe apud Apulejum.

3. *Dulcemque florem ſpiritus*] vide Muret. ad Catull. Carm. XXIV.

5. *Anima tunc aegra*] meliora exemplaria Gellii habent *Animula, aegra.* LINDENBR. Scriverium conjeciſſe *Anima intus aegra* notavit Oiſelius.

6. *Oriſque rictum pervium*] ſic Scalig. & Scriver. *Rictumque in oris pervium* edd. Gell. & Macrob. forte, *Rictumque in oris parvulum.* ut in fragmento Varronis de puero formoſo apud Scalig. Lib. II. Catalect. pag. 252.

At rictus oris candidi parviſſumus.

oris enim parvi elegantia in formae pulchritudine praecipue commendatur, & tale quidem *oſculum, quale Praxiteles Dianam habere credidit*, ut ait Petronius in Sat. cap. 126. ubi vide Gonſalium.

6. *Cucurrit ad labias mihi*] *Accurrit* Gronovius. addi hic locus poteſt exemplis Plauti, Naevii, & Lucilii,

Oriſque rictum pervium,
Et labra pueri mollia,
Rimata itineri tranſitus,
Ut tranſiliret, nititur.
Tum ſi morae quid pluſculae
Fuiſſet in coitu oſculi:
Amoris igni percita
Tranſiſſet, & me linqueret.
Et mira prorſum res foret,
Ut ad me fierem mortuus:
Ad puerum ut intus viverem.

EP. CCXL. Q. CATULI. *in Roſcium.*

Conſtiteram exorientem Auroram forte ſalutans:
Quom ſubito a laeva Roſcius exoritur.
Pace mihi liceat, Coeleſtes, dicere voſtra:
Mortalis viſus polchrior eſſe Deo.

EP.

cilli, ubi *labiae* dicuntur, a Nonio Marcello productis in *labium.* & vid. Lambin. ad Lucret. IV. 1163.

9. *Rimata itineri tranſitus*] *itiner* nominativo antiquo, emendat Meurſ. in notis ad Macrob.

12. *Fuiſſet in coitu oſculi*] *coetu* antiquo more ſcribunt alii. *coitum oſculi* recte Pontanus explicuit de mixtura animarum inter oſculandum. quem vide. id eleganter Manilius, licet alia in re, Lib. V. 624. vocat *Oſcula & in proprias animam transferre medullas.* vid & ſupra ad Ep. CCXIX. 15. & CCXXIX. 11.

15. *Et mira prorſum res foret*] ita recte apud Gellium & in ed. Scalig. *res fieret* apud Macrob. in antiquis vero Gellii editionibus haec ita exhibentur,

Et mira prorſus res maneret ut ad me fierem
Mortuus, ad puerum intus viverem.

unde Scriverius, notante Oiſello,

Et mira prorſum res, forem
Manente apud me mortuus,
Ad puerum eunte viverem.

animâ videlicet. ſed ſequor Scaligerum. *Ad puerum ut intus viverem* legebat Meurſius, ut in Gellio edidit Stephanus. ſed ſono ingrato & inſuavi.

EP. CCXL. Q. CATULI] Epigramma hoc Q. Catuli in Roſcium, quem amabat, refertur a Cicerone Lib. I. de N. D. cap. 28. & edidit H. Stephan in Fragm. vet. Poët. p. 411. Scaliger Lib. I. Catalect. p. 205 Patiſſon. p. 151. ac Pithoeus Lib. IV. p. 183. in cujus editione Genevenſi pag. 154. inſigni negligentia huic epigrammati adnectitur aliud recentius, quod incipit *Blanditur puero Satyrus* &c. Q. CATULLI vitioſe in ed. Frellon. p. 213. Deſumti autem ſunt hi Q. Catuli verſus ex Graecis Platonis apud Diog. Laërt. in ejus vita Lib. III. cap. 29. & Apulej. in Apol. pag. 13. ubi Aſters puerum exorienti Soli conparat:

Ἀστέρας εἰσαθρεῖς, Ἀστὴρ ἐμὸς, εἴθε γενοίμην
Οὐρανὸς, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σε βλέπω.

quos Apuleius ſic interpretatur:

Aſtra vides, utinam fiam, mi ſidus, Olympus;
Ut multis ſic te luminibus videam.

ubi & illi ſequuntur,

Ἀστὴρ, πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν Ἑῷος.
Νῦν δὲ θανὼν λάμπεις Ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

Lucifer ante meus rutilans mortalibus Aſter,
Heſperus a fato manibus ecce nites.

eosque ſic vertit Auſonius Ep. 144.

Stella, prius ſuperis fulgebas Lucifer: at nunc
Extinctus, caſſis lumine Veſper eris.

vide Vineti & Scriverii adnotationes ad Auſonii Centon. Nupt. inter Amores Baudii pag. 411. Gevart. Lect. Papin. cap. XIV. & eleganter haec illuſtravit Andreas Querneus raro Egregiorum Libello cap. XVIII. & Barth. ad Claudian. pag. 771. paſſim vero amores ſuos ſideribus, & praeſertim Lucifero, conferunt poëtae. Horat III od 9. 21. *Quamvis ſidere pulcbrior Ille eſt*, ubi vide Torrent. & notas Patrui ad Ovid. III. Am. 3. 9. & hinc toties iis *ſidereos vultus* tribuunt, de quibus Barth. ad Stat V. Theb 613 & Delr. ad Senec. Oedip. v 409 eadem conparatione ex his Catuli verſibus colorem traxit poëta neſcio quis in Epigrammate, quod ſine

Digitized by Google

EP. CCXLI. EJUSDEM.

Auſugit mi animus: credo, ut ſolet, ad Theotimum
Devenit. ſic eſt: perfugium illud habet.
Quid ſi non interdixem, ne illum fugitivum
Mitteret ad ſe intro: ſed magis ejiceret?
Ibimu' quaeſitum. verum, ne ipſi teneamur,
Formido. quid ago? da Venu' conſilium.

EP. CCXLII. VALERII AEDITUI.

Quid faculam praefers, Phileros? qua nil opu' nobis:
Ibimus. hoc lucet pectore flamma ſatis.
Iſtam nam potis eſt vis ſaeva extinguere venti,
Aut imber coelo candidu' praecipitans.

At

titulo edidit Pithoeus poſt Galli Elegiam pag. 421. ed. Pariſ.

Occurris cum mane mihi, ni purior ipſa
Luce nova exoreris, lux mea, diſperéam.
Quod ſi nocte venis, jam vero ignoſcite Divi,
Talis ab occiduis Heſperus exit aquis.

ubi *Occurrit* vitioſe legitur in ed. Pith. ſed *Occurris* recte Heinſ. ut editum etiam in Scaligeri Opuſc. Poſt. pag. 340. qui tamen non belle cohaerere hos verſus monet in notis p. 347. male vero Scip. Gentilis in notis ad Apuleji Apolog. pag. 73. ultimum verſum ſic exhibet,

Mortalis viſus pulchrior eſſe Dea.

pro *Deo.* quod Aurorae non convenire exiſtimavit. ſed alterum bene vindicat Menag. ad Diog. Laërt. Lib. II. Segm 116. pag. 128. & imitatione ſua etiam probavit Antonius Panhormita, qui finem hujus Epigrammatis aemulatus eſt Lib. II. Hermaphroditi:

Illam ego continue noſtris celebrabo Camenis:
Pace Dei dicam, pulchrior illa Deo eſt.

& ita edidit Aldus in Catalectis. ſic *Venerem Deum*, *Junonem Deum*, & ſim. apud Virgilium, aliosque. vid. Serv. ad VII. Aen. 498. Delr. ad Senec. Herc. Fur. p. 255. Boxhorn. Quaeſt. Rom. cap. XIII. Dempſter. ad Roſin. Lib. IV. cap. 8. & praecipue Roald. Animadv. ad Plutarch. XLII. pag. 131. & Puteanum Promulſ. Epiſt. 47. pag. 63. In verſu tamen Licinii Calvi, quem adfert Servius ad Virg. II. Aen. 632. *Pollentemque Deum Venerem*, perperam ille & Macrob. Lib. III. Saturn. 8. pro *Deam* dictum putant, quum *Deûm* illic pro *Deorum* poſitum recte cenſeat Douſa Lib. I. Explan. Plaut. cap. 21. Voſſius Lib. I. de Analog. cap. XI. Iſ. Voſſ. ad Catull. p. 259. & Taubman. ad Plaut. pag. 1062.

EP. CCXLI. *Aufugit mi animus* &c.] Hoc Q. Catuli & ſequens Valerii Aeditui Epigramma acceptum referre debemus Gellio Lib. XIX. cap. 9. apud quem Julianus Rhetor ea adfert, ut Latinorum elegantiam Poëtarum Graecorum ingeniis opponat. ſed ignoraſſe illum, totum hoc Q. Catuli carmen de Graeco Callimachi Epigrammate ad verbum eſſe expreſſum, docet Scaliger in Epiſt. ad Salmaſ. Lib. III. Epiſt. 245. p. 527. quae etiam legitur inter ejus Opuſc. Poſt. p. 463. ubi tamen perperam Porcio Licinio tribuit, nam Catulo adſcribit Gellius, & ſub ejus nomine ipſe edidit in Catalect. p. 205. H. Stephan. in Fragm. vet. Poët. pag. 412. Aldus in Catalectis pag. 78. b. ed. Patiſſon. p. 151. & Frellon. p. 214. Ipſum Callimachi Epigramma cum hoc conferendum eſt inter ejus Epigr. num. 42. p. 215. ubi vide notas Annae Fabri. & Voſſium Lib. III. Inſtit. Poët. cap. XI. & XX. ex quibus patebit tantum pro nomine proprio Κηφισοῦ apud Callimachum, *Theotimum* repoſuiſſe Catulum, ut monuerat Scaliger. e poëtis recentioribus hos Q. Catuli & Valerii Aeditui verſus feliciter aemulatus eſt Muretus in Delic. Poët. Gall. Tom. II. pag. 755. & utrique ſingularem compoſitionis dulcedinem debere Flaminium in Carm. III. Luſuum Paſtorallum, ac Joh. Cottam molliſſimo Epigr. X. ad Lycorim, notavi in Praefat. ad Lotich. pag. 10. verſu tertio *ne illunc fugitivum Mitteret ad ſe intro* legit Turneb. Lib. XIV. Adverſ. cap. 18. verſu quarto *profugium* Aldus, probante Tollio.

EP. CCXLII. *Quid faculam praefers, Phileros? qua nil opu' nobis:*] apud Gellium eodem loco legitur, Scalig. pag. 206. H. Stephan. Fragm. vet. Poët. p. 30. & in ed. Patiſſ. pag. 151. ac Frellon. pag. 213. producitque Gonſalius ad Petron. cap. 139. pag. 245. Ingenioſiſſimum eſt Epigramma, & intelligendum de face, quâ noctu a ſervo praelata ſolebant ad amicas inviſere, ſed qua non opus eſſe dicit, utpote amoris face ſibi praelucente, qua ipſe ardebat. quae praeclare illuſtrantur egregio

At contra, hunc ignem Veneris, niſi ſi Venus ipſa,
Nulla eſt, quae poſſit vis alia opprimere.

EP. CCXLIII. EJUSDEM.

Dicere quum conor curam tibi, Pamphila, cordis,
Quid mi abs te quaeram, verba labris abeunt.

Per

gio Propertii loco Lib. III. El. 14. ubi nocte media ad domioam Tibure morantem tendit:

Quid faciam? obductis committam mene tenebris?
Ut timeam audaces in mea membra manus. & ſeqq.
Quisquis amator erit, Scythicis licet ambulet oris,
Nemo adeo, ut noceat, barbarus eſſe volet.
Luna miniſtrat equis, demonſtrant aſtra ſalebras,
Ipſe Amor accenſas praecutit ante faces.

quo in loco veterum editionum lectionem *Luna miniſtrat iter* Leidenſes, Voſſiani, & Dorvilliani MSS. cum meo codice confirmant. quod praeferendum videtur, quia *iter* Lunae, ut *ſalebrae* aſtris, ſic concinnius reſpondent. huc facit Tibulli locus, ubi poëta ipſe hoc officio, ne quisquam ſui amoris teſtis eſſet, perfunctus Lib. I. Eleg. 10. 42.

O quoties, verbis ne quisquam conſcius eſſet,
Ipſe comes multa lumina nocte tuli.

quos verſus inter alia Broukhuſius hoc ipſo illuſtrat Epigrammate, quod merito *delicatiſſimum* vocat: & Mureto ita placuit, ut *divinum* judicaverit in notis ad illa Ciceronis Catil. I. cap. 6. *ad libidinem facem praetuliſti.* &c. *heic lucet* edidit Scaliger. vel *hic lucet.* ut Victor. Lib. XIII. Var. Lect. cap. 24. *haec lucet* Aldus, quomodo Muretus adfert. male Tollius, *haec lucet pectori' flamma ſatis.* ut *pectori'* antique pro *pectoris* dicat. Legendum, ut edidi, *hoc lucet pectore flamma ſatis.* & ſic conjecerat Francius. nam quod tenebris diſcutiendis ſufficere amoris facem hoc ſuo pectore lucentem dicit Valerius Aedituus, ſic frigora maris gelidi igne amoris in pectore ardentis ſibi non nocere Leander apud Ovid. Epiſt. XVIII. 90.

Frigora ne poſſim gelidi ſentire profundi,
Qui calet in cupido pectore, praeſtat amor.

perperam igitur Salmaſius, notante Gronovio, *Ibimu' ſic lucet.* quamvis ita in antiquiſſimo cod. Franeq. legatur, in quo verſu primo, *qua nihil eſt opus nobis.* & verſu tertio *Iſtam non potis eſt* ut edidit Scaliger, & apud Gonſalium habetur. veriſſime Aldina editio *Iſtam nam potis eſt* &c. ut emendabat etiam in margine H. Stephanus, Turnebus Lib. XIV. Adverſ. cap. 18. & adfert Muretus. facem nempe, quam praeferebat puer Phileros, ad quem ſermonem convertit. neque opus eſt cum Daumio Epiſt. ad Reineſ. VII. pag. 19. ſubſtituere, *Iſtam nae potis eſt.* vel cum Oiſelio, *Iſtam ſat potis eſt.* aut, *Iſtam omnem potis eſt.* ut Scriverio placebat. Gronovius *non* retinet pro *nonne* cum interrogationis nota. ſed praetuli Aldinam lectionem. Senſus eſt, ventos & imbres poſſe ardentis facis lumen extinguere, ſed nullam aliam vim, niſi ſolam Venerem, amoris ſui ignem; quia amor nullo medicamine, niſi amore ipſo, ſanari poteſt. ut in illo Propertii Lib. II. 1. 60.

Omnes humanos ſanat medicina dolores,
Solus amor morbi non amat artificem.

infra in Epigrammate ex Petronii Fragmentis,

Cor grave vulnus alit, nullo ſanabile ferro,
Sed tua labra meo ſaevum de corde dolorem
Depellant, morbumque animae medicaminis hujus
Cura fuget.

ſimilia e Graecis loca dabunt Pricaeus ad Apulej. pag. 81. & Cel. Dorvill. ad Charlton. pag. 535. qui adfert etiam *hoc lucet pectore. Phileros* nomen ſervi, quod & occurrit apud Martial. Lib. II. Ep. 34. & Lib. X. 43. & in Inſcriptionibus antiquis *Eros*, *Phileros* &c. vid. Heinſ. ad Petron. cap. 46. circa fin. Scriver. ad Martial. pag. 242. & Gorii Inſcript. Florent. p. 160. & 370. verſu quarto *Aut imber coeli* apud alios. ut adfert etiam Gonſalius. unde conjeceram forte legendum eſſe,

Aut imber coeli cardine praecipitans.

quia *imber candidus* & *candidus praecipitans* hic diſplicebat. ſed ſi quis vulgatum malit, *coelo praecipitans*, quod agnoſcit cod. Franeq. jungendum eſt, & de imbre vehementiori ac ſubito logruente capiendum. ut *nox humida coelo praecipitat* apud Virg. II. Aen. 9. in fine recte diſtinguebat H. Stephanus,

At contra, hunc ignem Veneris &c.

quem ſecutus ſum. dein idem codex Franeq. *niſi ſi Venus ipſa*, ut edidi ex Aldo & Scaligero. *niſi ſit Venus ipſa* Francius. *ſi non Venus ipſa* ex v. c. praefert Lindenbr. ut eſt apud Stephanum & Gonſalium. ſed recte inprobat Tollius, quia *niſi ſi* pro *niſi* ſaepe apud optimos ſcriptores occurrit. ut multis exemplis egregie docet N. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. IV. 111.

5. *niſi ſi Venus ipſa*] v. c. *ſi non*, quod malim. LINDENBR.

EP. CCXLIII. *Dicere quum conor curam* &c] ibidem apud Gellium Lib. XIX. cap. 9. & edidit H. Stephan. in Fragm. vet. Poët. pag. 390. Scaliger in

 Ca-

Per pectus miſerum manat ſubito mihi ſudor.
Si taceo ſubidus, duplo iterum pereo.

Ep. CCXLIV. L. Pomponii. *in adoleſcentem Caſcam.*

Ridiculum eſt, quom te Caſcam tua dicit amica,
Fili potoni ſesquiſenex puerom.
Dic tu illam puſam. ſic fiet, Mutua muli.
Nam es vere puſus tu, tua amica ſenex.

Ep.

Catalect. pag. 205. Patiſſon. pag. 150. & Frellon. pag. 213. *cura cordis* hic pro intolerabili amoris ſollicitudine & aeſtu cor urente, cum aliter *cura* apud poëtas ipſa vocetur amica. ut docet Scaliger ad Cirin v. 75. & Heinſ. ad Ovid. Rem Am. 495. ubi tamen Virgilii & Ovidii locus eo ſenſu capiendus ac hoc verſu. Servius enim *gravi faucia cura* exponit *amore intolerabili, quem ferre non poſſet.* ut Lib. IV. 652. *meque his exſolvite curis.* & Eclog. X. 22. *tua cura Lycoris* eodem ſignificatu debet ſumi, quia praecedit, *Galle quid inſanis?* quae illic irriſorie dici, male notat Servius. ſic apud Tibull. Lib. IV. XI. init.

Eſtne tibi, Cerinthe, tuae pia cura puellae,
Dum mea nunc vexat corpora feſſa calor.

ut recte Heinſius ad Ovid. II. Triſt. 514. non *tuae placiture puellae. fervida cura* Eleg. ſeq.

Ne tibi ſim, mea lux, aeque jam fervida cura.

Propert. Lib. I. El. 10. 17.

Et poſſum alterius curas ſanare recentes.

ut optime contra Scaligerum, qui *poenas* ex vetuſto codice malebat, vindicavit Broukhuſius. verſu ſecundo vetuſtus Franequeranae Bibliothecae codex habet,

Quid mihi abs te quaeram, membra labris abeunt.

& verſu tertio, *per pectus manat ſubito mihi ſudor.* per *ſudorem* indicari vehementiſſimum amoris affectum obſervat J. Nic. Loënſis Lib. VIII. Epiph. cap. 4. ut in Oda Sapphus apud Longin. περὶ ὕψους Sect. X.

Κὰδ δ' ἱδρὼς (non ὕδρως) ψυχρὸς χέεται, τρόμος δὲ
Πᾶσαν ἀγρεῖ &c.

Manat & ſudor gelidus, tremorque
Occupat totam. &c.

ex quo expreſſit Catullus Carm. LII. ad Lesbiam:

Frigidus ſudor fluit, horror artus
Pallidos herba magis it per omnes:
Lingua ſed torpet, tenues ſub artus
Flamma dimanat &c.

ut numeris Catullianis mutilum locum optime ſupplevit Douſa Fil. in notis ad Catull. cap. 5. ubi hoc Valerii Aeditui Epigramma etiam adfert. ad hunc amoris affectum refer locum Euſtathii de Amor. Iſm. & Iſmenes Lib. XI. pag. 429 ἡ δὲ περιῤῥεομένη πυκνοῖς ἱδρῶσι καὶ δάκρυσι καὶ τῇ γλώσσῃ διαμαρτάνουσα &c. & praecipue illud Anacreontis Od. VII.

Τραχήλου τε ῥεῖ ἱδρώς.

ut egregie pro vulgato πεῖρει ὕδρως reſtituit vir eruditiſſimus in Obſerv. Miſcell. Vol. II. Tom. III. pag. 364. & ſeq. ubi nonnulla huc facientia habet. & vide Barth. ad Claudian. pag. 266. & Broukh. ad Propert. Lib. II. El. 18. 12.

4. *Si taceo ſubidus, duplo iterum pereo*] in Aldina editione, *Si tacitus, ſubidus, duplo ideo pereo.* ut adfert Douſa, & edidit Stephanus. cod Franeq. *duplideo pereo.* ſed bene apud Scaligerum, *Si taceo ſubidus. ſubidus* enim eſt ſuis inſtar ineptus ut exponit Turneb. XVII. Adverſ. cap. 1. *ſabidus* ſcribendum putat Barth. Lib. XXXVII. Adverſ. cap. 4. quem recte refutat Gronov. in notis ad Gell. qui *ſubidus* a ſubando derivat, putatque poëtam ultimo hoc verſu repetere, quod antea dixit, *manat ſubido mihi ſudor*, ideoque ſe duplo perire, quum libidine aeſtuet, ſeu ſubet, & tamen tacere cogatur, quia *verba labris abeunt*, ideoque duplo perire. quae interpretatio ſatis commoda eſt: certe ita quoque intellexiſſe videri poſſet Johannes Cotta, qui imitatione ſua expreſſit hunc in modum:

Quam triſtis deſiderio tabeſcere amati
Corporis, unde miſer ſim & decuplo peream.

Ep. CCXLIV. L. Pomponii. *Ridiculum eſt* &c.] ſub Pomponii nomine adfert Priſcianus Lib. III. pag. 602. ed. Putſch. Papinii apud Varronem Lib. VI de L. L. pag. 70. ubi in marg. Pomponii. ad quem Scaliger in Conject. pag. 117. Epigramma hoc ſic legendum notat:

Ridiculum eſt, cum te Caſcam tua dicit amica,
Fili Petroni, ſeſquiſenex puerum.
Dic tu puſam illam: ſic fiet mutuo muli.
Nam vere puſus tu, tua amica ſenex.

ubi *mutuo* errore typographico excuſum opinor pro *mutua.* in Catalect. vet. Poët. p. 152. ed. Patiſſ. &

Frel-

Digitized by Google

EP. CCXLV. L. MANILII. *in eumdem.*

Caſcom caſcam duxiſſe, non mirabile 'ſt.
Quoniam Charon eas faciebat nuptias.

EP.

Frellon. pag. 215. eodem modo exſtat, ut edidi ex Scaligero Lib. 1. Catalect. pag. 216. qui ſecundum verſum conſtituit ex mente Turnebi Lib. XXIII. Adverſ. cap. 16. Lambin. ad Lucret. IV. 1021. *Filia Petroni*. vel, ut vulgo legi addit,

Caſca Philethonis ipſa ſenex puerum.

H. Stephanus in Fragm. vet. Poët. pag. 271. edidit,

Caſca Philotonis ipſa ſenex pueri.

in cujus margine ita emendabat Rutgerſius, ut ad Varronem Scaliger. aliter profert Urſinus in Fam. Rom. pag. 211.

Caſca Philoptonis ipſa ſenex puerum.

Dorleans ad Tacit. 1. Ann. pag. 46.

Ridiculum eſt, cum te caſcum tua dicit amica
Caſca Philotoni, ipſa ſenex, puerum.

id eſt vetula uxor Philotonii te, caſcum & ſenem, puerum vocat. tu puſam illam dicito, licet ſit vetula ac decrepita. affert autem adpoſitum Martialis locum, ex hoc ipſo, ni fallor, Epigrammate expreſſum, Lib. IV. Ep. 20.

Dicit ſe vetulam, cum ſit Caerelia pupa,
Pupam ſe dicit Gellia, cum ſit anus.
Ferre nec hunc poſſis, poſſis, Coline, nec illam,
Altera ridicula eſt, altera putidula.

primo certe verſu *caſcum* praeferrem, non *Caſcam*, ut omnes ediderunt, tamquam eſſet nomen proprium, & hinc apud Varronem etiam ſcribendum, *item oſtendit Pomponii Epigrammation, quod in adoleſcentem fecerat caſcum.* nam forte *Caſcam* adoleſcentis nomen putarunt, quia ſequentia Varronis ſpectant ad nomina propria *Caſcini oppidi* & *Caſcini fori*, quae a *caſco* etiam derivat. ſed haec duo Manilii & Pomponii Epigrammata referenda ſunt ad ea, quae praecedunt, ubi docet *caſcum* ſignificare *vetus*. niſi quis ſtatuat illic delenda, tamquam adſutitia, verba illa, *quod in adoleſcentem fecerat caſcum.* neque aliter in ſequenti Manilii Epigrammate, *Caſcom caſcam duxiſſe* &c. id eſt vetulam. tertio verſu vera lectio eſt, *ſic fiet. Mutua muli.* ſcilicet ſcabunt. ex proverbiali locutione. vide Voſſium de Conſtruct. cap. XIX. pag. 391. & Scalig. Lib. 1. Auſon. Lect. cap. 18. in fine apud Stephanum & Urſinum ex Priſciano legitur,

Nam vere puſus tu, tua amica ſenex ſt.

id eſt *ſenex eſt*. *ſenex* feminino firmat Scaliger ex Tibulli verſu Lib. 1. El. 7. 88.

Hanc animo gaudente videns, juvenumque catervas
Commemorant merito tot mala ferre ſenem.

ubi hoc ipſum Pomponii Epigrammation ex Varrone adfert etiam Broukhuſius. & Bulaeus ad Valer. Flacc. 1. 349. qui tamen in Tibulli loco, eodem modo ut Scaliger ad Varronem, citat, *Hanc videns merito* &c. ſic *ſenex turba* in MSS. apud Lucan. Lib. V. 333. probante Patruo meo, qui apud Stat. V. Theb. 258. etiam malebat, *nullis violabilis armis Turba ſenex*, pro vulgato *ſenes*. Barthius autem Lib. III. Adverſ. cap. 7. ultimum hujus Epigrammatis verſum ſic legit,

Tam vere puſus tu, tua amica ſeneſt.

ut *quam* omiſſum ſubintelligatur. & *ſeneſt* vel potius *ſenet* ſit a verbo *ſenere* pro *ſeneſcere*: ut apud Catull. Carm. IV. *nunc recondita Senet quiete*. ubi male in MSS. nonnullis *Sedet*. Claudian. 1. in Eutrop. 72.

Femina quum ſenuit, retinet connubia partu.

idem Barthius ſecundo verſu ex antiqua Varronis editione adfert:

Caſca Filotoni paſſa ſenex puerum.

unde *paſſa ſenex* eliciebat, id eſt inſtar uvae paſſae macilenta ac rugoſa. ut in Priap. Carm. XXXII. *Uvis aridior puella paſſis.* ubi *paſſos ſenes* Lucilio ſimiliter dici notat Scaliger. & hanc conjecturam juvare poſſent notata Heinſii ad Claudian. 1. in Eutr. 111. Grangaei ad Juvenal. Sat. XIV. 271. & Gevart. Lect. Papin. pag. 119. idem etiam tentabat *Pappa ſenex*. ſed acute magis quam vere. perperam quoque *Pampinium* Epigrammatis auctorem vocat. eſt enim idem L. Pomponius Atellanarum Poëta, cujus Fragmenta collegit H. Stephanus p. 260-271. de quo vid. Voſſ. Lib. II. Inſtit. Poët. cap. 35. in fine. & de Poët. Lat. cap. 1.

EP. CCXLV. *Quoniam Charon eas faciebat nuptias*] Recte, non ut vulgo,

Quoniam canoras faciebat nuptias. SCALIGER. apud Varronem hoc modo legitur:

Caſcum duxiſſe caſcam non mirabile eſt,
Quoniam canoras conficiebant nuptias.

ſed Scaliger in Conjectaneis:

Caſcum caſcam duxiſſe non mirabile 'ſt:
Quoniam canoras ſanciebat nuptias.

& ſic in prima Gellii editione, & in aliis *Caſnareas* legi notaverat Scriverius. in Catalectis vero edidit, *Quoniam Charon eas* &c. *Caſmareas* in v. c. legi notaverat Tollius. *canoras* Turnebus d. l. qui explicat congruas, concinentes. Mihi alterutra lectio *Quoniam Charon eas faciebat*, vel *ſanciebat*, *nuptias*, vel potius, *Quoniam Charonias faciebant*, aut *ſanciebant*, *nuptias*, ſatis adſeri poſſe videtur, con-
ſen-

Digitized by Google

Ep. ccxlvi. Portii Licinii.

Cuſtodes ovium, teneraeque propaginis agnum,
  Quaeritis ignem? ite huc. quaeritis? ignis homo eſt.
Si digito adtigero, incendam ſilvam ſimul omnem.
  Omne pecus flamma eſt, omnia quae video.

Ep.

ſenſu, quia vetulus vetulam ducebat, *Charonias* feciſſe *nuptias*, quibus Charon potius, quam Hymen aut Juno, pronubus eſſet Deus, quoniam brevi uterque Orcino tradendi theſauro huic lurido animarum Portitori in praedam eſſent ceſſuri. ſic *Charonium* pro Acheronte in fragmento Laberiano apud Gell. Lib. xvi. cap. 7.

Tollet bona fide vos Orcus nudas in Charonium.

ut explicat J. Douſa in Praecidan. pro Tibull. cap. xi. & Jac. Nic. Loënſis Lib. iii. Miſcell. Epiph. cap. 5. licet ille alteram quoque interpretationem proponat. Barthius vero Lib. iii. Adverſ. cap. 7. hic ſcribendum hariolabatur,

Quoniam Caſtor eas conficiebat nuptias.

& intelligit Caſtoris eunuchi nomen deductum a beſtia ſic dicta, quae ſe ipſa evirat; ſenſumque conſtituit, non mirum eſſe *caſcam* in manu *caſci* ſe dare, cum eviratum nomen ſit auſpicio nuptiali. cui acumen illud neminem inviſurum opinor. Ceterum apud Varronem auctor epigrammatis hujus MANILIUS & in marg. MANLIUS vocatur, ſine praenomine. ideoque hoc deleri poteſt.

Ep. ccxlvi. Portii Licinii.] edidit Pithoeus Lib. iv. pag. 189. H. Stephanus in Fragm. poët. vet. pag. 415. & Scaliger Lib. i. Catalect. p. 204. qui totum Graece vertit in Epiſtolis p. 680. Portii Licini ed. Pariſ. p. 151 & Frellon. p. 213. ut *Licinus* tonſor, vel *Licinius*. de quo vide ad Lib. ii. Ep. 37. ſed Licini potius contracte pro Licinii. Porcii in cod. Franequerano Gellii, apud quem occurrunt hi verſus Lib. xix. cap. 9. quos deſumtos eſſe ex Anthologiae Graec. Lib. i. c. 27. Epigrammate per Lindenbrogium prolato notat Delrius ad Senec. Herc. Oet. v. 377. p. 164. hunc Porcium Licinium, vel Licinum, eſſe illum, qui praetor fuit a. v. c. 560. & Conſul cum P. Claudio Pulchro a. v. c. 569. teſte Livio Lib. xxxix. 32. putat Fulv. Urſinus in Famil. Rom. pag. 216. & vide de eo Gronov. ad Gell. Lib. xvii. 21. aliud ejus de Attilio ex Judicio Poëtarum fragmentum, quod apud Cic. Lib. i. de Finib. cap. 2. legitur, ex veteri codice emendat Scalig. ad Varron. p. 190.

1. *Cuſtodes ovium*] Ejuſdem argumenti eſt hoc Epigramma Graecum Antholog. Lib. i. cap. xxvii. ΕΙΣ ΕΡΩΤΑ:

Αὐτὸ τὸ πῦρ καύσειν δεξάμενος ἄνθρωπος, ὁ νύκτωρ
Τὸν καλὸν ἱμείρων λύχνον ἀναφλεγίσαι,
Δεῦρ' ἀπ' ἐμῆς ψυχῆς ἅψον σέλας. ἔνδοθι γάρ μευ
Καιόμενος, πολλὴν ἐξανίησι φλόγα. LINDENBR.

Ibid. *teneraeque propaginis agnum*] ſic emendavit Turnebus Lib. xiv. Adverſ. cap. 18. cum antea legeretur, *videre propaginis agnum*. & P. Victorius Lib. xii. Variar. Lect. cap. xi. qui cum Barthio ad Statii Lib. iv. Theb. 752. *agnûm* pro *agnorum* per contractionem capit, & male in excuſis legi notat, *Paſtores ovium videre propaginis agnum*. in cod. Franeq. *vendere propaginis agnum*. Aldus in Catalectis pag. 79. edidit, *videre propaginis ignem*. quae lectio aeque ac Scaligerana diſplicebat Tollio, ſed aliquid tamen boni admixtum habere ipſi videbatur. Itaque verſus hos ſic conſtituebat in notis ad Auſon. Epigr. 34. pag. 28.

Cuſtodes ovium teneraeque propaginis, ignem
Quaeritis? ignem, (ite huc) quaeritis? ignis homo eſt.

ut quaſi per parentheſin interponat (*ite huc*) ſicut verſu extremo (*flamma eſt*) homo nempe. & τὸ *agnûm*, genitivi pluralis, gloſſema eſſe putabat τοῦ *tenerae propaginis*. ejus conjecturae ſubſcribo, praeſertim cum adjuvetur ab Epigrammate Graeco, Callimacho a nonnullis tributo, quod profert Lindenbrogius, & ab altero, quod exemplari ſuo adſcripſerat Tollius,

Οὗτος ὁ τὸν δαλὸν φυσῶν, ἵνα λύχνον ἀνάψῃς
Δεῦρ' ἀπ' ἐμᾶς ψυχᾶς ἅψον. ὅλος φλέγομαι.

Ceterum praeteriit hic locus Buchnerum, ubi de prima ſyllaba vocis *propago* agit in Epiſtolis Part. II. pag. 4. & pag. 280. quam communem ſtatuit Lambin. ad Lucret. Lib. i. 21.

3. *Si digito adtigero*] id eſt, ſi levi injuria adfecero, ut recte explicat Victorius. Terentius in Eunuch. iv. 6. 2. *Atqui ſi illam digito adtigerit uno, oculi illico effodientur.* quem locum bene cum Propertio Lib. iv. El. 8. 66. contulit Broukhuſius. Plautus Rudente Act. iii. 4. 15. *agedum ergo, tange utramvis digitulo minimo modo. Quid ſi adtigero?* Cic. v. Tuſc. cap. 19. *Laelius ſi digito quem adtigiſſet, poenas dediſſet. at Cinna collegae ſui Conſulis Cn. Octavii praecidi caput juſſit* neque aliter Graeci. Matth. xxiii. 4. *Τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν οὐ θέλουσι κινῆσαι αὐτά.* & Lucae xi. 46. *καὶ αὐτοὶ ἑνὶ τῶν δακτύλων ὑμῶν οὐ προσψαύετε τοῖς φορτίοις.* vide Barth. Lib. iv. Adverſ. cap. 5. & praecipue Priceum ad Apulej. pag. 81. ubi hoc Epigramma illuſtrat. hinc *digitum exſerere*, de re minimae actionis. ut erudite exponit Cauſaub. ad Perſ. Sat. V. pag. 431. ultimo verſu *omniaqua video* cod. Franeq. *Flamma eſt omnia, quae video* adfert Barth. ad Stat. d. l.

Ep.

EP. CCXLVII. C. CAESARIS OCTAVIANI AUGUSTI.

Quod ſutuit Glaphyren Antonius, hanc mihi poenam
  Fulvia conſtituit, ſe quoque uti ſutuam.
Fulviam ego ut ſutuam? quid, ſi ſe Manius oret
  Paedicem: faciam? non puto, ſi ſapiam.
Aut ſutue, aut pugnemus, ait. quid, ſi mihi vita
  Carior eſt ipſa mentula? ſigna canant.

EP. CCXLVIII. VIRGILII. *ad Varium.*

Scilicet hoc ſine fraude, Vari dulciſſime, dicam:
  Diſpeream, niſi me perdidit iſte putus.

Sin

EP. CCXLVII. C. CAESARIS OCTAVIANI AUGUSTI] edidit Scaliger Lib. I. Catalect. pag. 207. & inter veterum poëtarum Catalecta retulit editio Patiſſon. pag 151. & Frelion. pag. 214. Catullum olere notaverat Francius. ſed ipſi Auguſto tribuendum eſſe laſcivum hoc Epigramma, patet ex Martial. Lib. XI. Ep. 21.

Caeſaris Auguſti laſcivos, livide, verſus
  Sex lege, qui triſtis verba Latina legis.
Quod ſutuit Glaphyren Antonius, hanc mihi poenam
  Fulvia conſtituit, ſe quoque uti ſutuam.
Fulviam ego ut ſutuam? quid, ſi me Manius oret
  Paedicem: faciam? non puto, ſi ſapiam.
Aut ſutue, aut pugnemus, ait. quid, ſi mihi vita
  Carior eſt ipſa mentula? ſigna canant.
Abſolvis lepidos nimirum, Auguſte, libellos,
  Qui ſcis Romana ſimplicitate loqui.

unicum certe hoc ſupereſt ex libro Epigrammatum Auguſti, cujus meminit Sueton. cap. 85. *Glaphyram* hanc fuiſſe matrem Archelai, ſcortum famoſum, cujus meminit Dio Caſſius Lib. XLIX. cap. 32. *Manium* vero hominem inprobum, Auguſti infenſiſſimum hoſtem, ab Antonio poſtea occiſum, quem memorat Appianus Lib. V. Bell. Civ. pag. 1089. & 1127. ed. Toll. primus docuit Rutgerſius Lib. II. Var. Lect. cap. 14. pag. 177. ex quo inter Fragmenta Operum Auguſti retulit Cel. Fabricius pag. 187. *ſigna canant* idem notat ac *receptus* vel *receptui canant.* de qua locutione vide notas ad Ovid. I. Met. 340. & IV. Triſt. 9. 31.

EP. CCXLVIII. *Ad Varium*] edidit cum ſequenti Epigrammate *ad villam Scironis* Scaliger in Catalect. Virgilianis pag. 90. & ſub Virgilii Maronis nomine habet ed. Patiſſoniana p. 153. & Frellon. p. 215.

1. *Scilicet hoc*] *Si licet hoc* cod. Voſſ. & ed. Aldi. ut adfert Victorius. quae ſemper fere mutantur. vide Patrui notas ad Ovid. I. Faſt. 25.

2. *Perdidit iſte potus*] Omnis jocus in menſura ſyllabae eſt: in quo luſit, qui miſit Epigramma hoc ad Varium:

Si licet, hoc ſine fraude, Vari dulciſſime, dicam:
  Diſpeream, niſi me perdidit iſte potus &c.

Significat enim, ſi poſſet ita culpam ſuam tegere, affirmareque ſe potu illo perditum, libenter ſe facturum fuiſſe: verum cum id non liceat; praecepta namque artis metricae repugnant, nec patiuntur penultimam pentametri productam eſſe, ne contra ipſa peccet, affirmat ſe rem, ut eſt, expoſiturum: ac pro *potus* poſiturum illic *puer.* quod fraudem vitiumque non habet. qui autem hoc non animadverteret, inſulſum frigidumque hoc carmen putaret. quod & falſum eſt, & Virgilio dignum. VICTORIUS. Ait ſe amore incenſum pueri, quem nequiuſcule volebat appellare, ſed legibus carminis prohiberi. Nam ad nequitiam intererat *potum*, non *puerum* appellare. Siquidem *potus*, ſeu *putus*, ὑποκόρισμα nutricum. In veteri Gloſſario: *Putus*, μικρός. *Puti*, μικροί. Etiam puerum hodie ita vocant in Italia, & Galli puſillum vocant, *petitum*, detorta voce a *putito.* Laſcivia ineſt, ut in uſu vocis, ita & in etymo *Puta* enim πόσθη. Argumento *praeputium*, quaſi προπόσθιον, non a praeputando. Nam & ſyllabae modulus refragatur, & prius ei parti id nomen impoſuerunt Romani, quam ſcirent a Judaeis eam praeſecari ſolitam Sed ſigma inde extritum eſt, ut a πυρὸς, *putus* prima correpta: *aurum putum.* πεύθειν enim ſeu πεύθεσθαι eſt aurum explorare.

—— χρυσὸν πεύθονται ἀμοιβαί.

Theocritus. Ergo πόσθη *puta*, προπόσθιον *praeputium*, ut πυρὸς *putus*, *putum aurum.* Ergo laſcivia in Graecis nutricibus παρὰ τὴν πόσθην pueros πόσθωνας vocare, eadem & in Romanis a *puta putos*, ſeu *potos.* unde & hodie pars in muliere, quae ho-

neſte

Sin autem praecepta vetant me dicere: ſane,
Non dicam, ſed me perdidit iſte puer.

EP.

neſte nominari non poteſt, vulgo in Italia eo nomine nota eſt. Sic ὑποκόρισμα nutricum imitatus eſt Catullus, cum Calvum *ſalaputium* vocarit. plus eſt enim, quam ſi puſillum, aut puerum. erat enim brevis ſtaturae. Cum igitur omnia tam Catulli antiquitus, quam etiam Senecae excuſa exemplaria fideliter retineant *ſalaputium*, multum negotii exhibuit primae hujus temporis notae Grammaticis. Sed Seneca ipſe manifeſto demonſtrat nihil quam in ejus ſtaturam exiguam alluſum fuiſſe: non autem, quod Cippum aſcendiſſet. Sicut & Auguſtus, ut ait Suetonius, Horatium inter alia blandimenta *puriſſimum penem* vocat, hoc eſt, ut ipſemet interpretatur, *homuncionem lepidiſſimum*. quod Graece nihil aliud eſſet, quam πόσθων. ergo ſimiliter Catullus Calvum *ſalaputium*, hoc eſt ποσθωνα, ficto a *puta*, hoc eſt ποσθὴ, & ſalacitate nomine. Apud Plautum quoque Aſinaria blandimenta mulierum ſunt:

—— *dic me tuam*
Hirundinem, monedulam, paſſerculum, putillum.

Putillus ποσθάριον, πόσθων. non *puſillum*, ut perperam immutarunt. Apud Horatium vetus lectio aſſerenda eſt:

Putam, & putillam appellet. —

Nam *puta*, & *putilla*, ὑποκόρισμα in puellas. a parte ſcilicet, qua puellae foeminae ſunt: quae, ut dixi, ab Italis ita hodieque vocatur. *Putillam* Graecae nutrices dicebant χοιρίον. Nam χοῖρος ea pars in puellis, de qua jam dixi, & annotaverat M. Varro. Ariſtophanes:

Ἐγώ σ᾽ ἐπειδὰν ὑμὸς υἱὸς ἀποβάιη
Λυσάμενος ἥξω πάλλακιν, ὦ χοιρίον.

χοιρίον putilla. Non igitur mirum, ſi Catullus, quem exiguum voluit vocare, eum *ſalaputii* nomine inſigniat, more nutricum, ſalſe nimis, & nequiter: quaſi nondum ἁδρὸς, ſed παιδάριον eſſet. Non enim (pace doctiſſimorum virorum dixerim) *ſalicippium*, neque καλλικάτιον, ſed *ſalaputium*, ut habent vetera exemplaria, legendum. quamquam *ſalicippium* eſſet, ut *Cruciſalus* Plauto Bacchidibus. Sed quia multis eruditis viris extorqueri non poteſt, quin Catullus alluſerit in cippum, quem aſcenderat Calvus, non in brevem ejus modulum corporis: audi verba Senecae: *Erat parvulus ſtatura: propter quod etiam Catullus in Hendecaſyllabis vocat eum ſalaputium diſertum*. Vides nullam alluſionem ad cippum. Sed melius Catulli verba fidem facient:

Di magni ſalaputium diſertum.
Othonis caput oppido puſillum.
Etri ruſtica ſemiplota crura.
Subtile, & leve peditum Libonis.

Nam cum Othonis cujusdam inſigniter exigui caput habere dixit: crura vero brevia, ſed obeſiuſcula (hoc enim eſt *ſemiplota*) Etrii cujusdam tum ob ſurarum craſſitiem vulgo notiſſimi: vocem vero ſimilem ei ſono, quem edebat a poſtica parte Libo, qui eo vitio facile laborabat. Quare *ſalaputium*, quae germana eſt lectio, iterum in ſedes ſuas vindicandum eſt. Quod, ut dixi, more nutricum luſum eſt, a *ſalaputa*, quae caudam ſalacem (honor ſit auribus) ſignificat. Aliud vero eſt *ſalapitta* in veteri Gloſſario: *Salapitta*, ῥάπισμα. Quam vocem ego in Arnobio offendi, ſed valde diſſimulatam. ejus haec verba ex Lib. VII. cum loquitur de Mimis: *Delectantur (Dii) ut res eſt, ſtupidorum capitibus raſis: ſalpittarum ſonitu, atque plauſu: factis, & dictis turpibus: faſcinorum ingentium rubore*. Non enim ibi σαλπικτῶν intelligendum eſt, ſed *ſalapittarum*. hoc eſt, ῥαπισμάτων. Nam ad excitandum riſum Hiſtriones ſibi os percidi, & batui alapis patiebantur. Martialis:

Os tibi percisum eſt, quanto non ipſe Latinis
Vilia Panniculi percutit ora ſono.

Idem:

O quam dignus eras alapis, Mariane, Latini.
Te ſucceſſurum credo ego Panniculo.

Tertullianus libro de ſpectaculis: *Inſuper contumeliis alaparum ſic os objicit, quaſi de praecepto Domini ludat*. Cyprianus item de ſpectaculis idem innuit: *Ictibus infelix facies locatur*. Inde fluxit proverbialis loquendi mox, *os praebere alicui*: hoc eſt morigerum eſſe, Terentio, & Livio. Hoc igitur ἐν παρέργῳ monuimus, ne *ſalaputa* & *ſalapitta* idem crederea. Quod vocabulum utrumque nos nunc primum e tenebris eruimus. SCALIGER. *putus* Salmaſio ſcribendum videbatur pro *potus*. & ſic edidit N. Heinſ. in Catalect. poſt Virgilium. nam *putus* idem ac *puſus*, unde *puſio*. ſic ſupra in Epigrammate Pomponii CCXLIV.

Dic tu illam puſam, ſic fiet. Mutua muli:
Nam es vere puſus tu, tua amica ſenex.

& hoc praeferendum puto, idemque manet jocus in metri vitio, quia *puſus* aeque ac *potus* primam producit. perperam enim Victorius Lib. XI. Variar. Lect. 17. unde notam ejus excerpſi, *potus* probavit, ſive tamquam ſcriptum eſſet hoc Epigramma poſt heſternum potum, atque inter bibendum amore correptus fuerit, ſive quod *potus* & *putus* eadem ipſi vox fuerit. certe omnis argutia conſiſtit in eo, quod vocem *putus* vel *puſus* metri ratio non admitteret, ideoque ſequenti verſu aperte *puer* poſuit. de voce *puſus* vel *putus* vide Lambin. ad Lucret. Lib. IV. 1021. D. Heinſ. ad Horat. pag. 57. Valeſiana pag. 92. & 93. Dorleans ad Tacit.

Digitized by Google

EP. CCXLIX. EJUSDEM. *Ad villam Scironis.*

Villula, quae Scironis eras, & pauper agelle,
  Verum illi domino tu quoque divitiae:
Me tibi, & hos una mecum, quos ſemper amavi,
  Si quid de patria triſtius audiero,
Commendo, in primisque patrem. tu nunc eris illi,
  Mantua quod fuerat, quodque Cremona prius.

EP. CCL. *ad Tuccam.*

De qua Tucca tibi venit, ſed ſaepe videre
  Non licet, occulitur limine clauſa viri.
De qua ſaepe tibi, non venit adhuc mihi, namque
  Si occulitur, longe eſt tangere, quod nequeas.
Venerit aut tibi, ſed jam jam mihi nuntius iſte
  Quid prodeſt? illi dicite, quae rediit.

EP.

Tacit. Lib. I. Ann. pag. 46. Ferrarii Orig. Ling. Ital. pag. 239. & Menag. in *potta* & *puttana*. qui hoc ipſum Epigramma illuſtrant. ſic apud Sueton. Tiber. cap. 44. *quaſi pujos primae teneritudinis* legebat Salmaſius. *putos* Schildius. ſed *pueros* in vulgatis. *pupum* vel *pullum* alii vocabant. vide Torrent. ad Calig. cap. XIV. in fine. *pupa* in Inſcriptione Fabrettiana apud Gorium Inſcr. Florent. p. 361. de voce *falaputium* plurima huic Scaligeri notae debet Vulcanius ad Gloſſar. pag. 60. & ſeq. & vide Joh. Nic. Loënſem Lib. III. Miſc. Epiphyll. cap. 16. Schott. ad Senec. III. Controv. 19. p. 153. alii diverſe vocem iſtam ſcribunt. *falopugium* Salmaſ. ad Solin. pag. 70. *falipuſium* Giſanius Ind. Lucr. pag. 400. *fallicipplum* Iſ. Voſſ. ad Catull. pag. 118. & ex Seneca N. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. XVIII. 102. *falaputium* Voſſ. Lib. II. de Art. Gram. cap. 17. id eſt *falacem putum* vel *puſum*. plures aliorum ſententias de vera hujus vocis ſcriptura prolixe & erudite exponit Celeb. Dukerus ineditis ad Catullum notis, quas luce publica digniſſimas debemus comitati Clariſſimi & amiciſſimi Gulielmi Roëllii.

EP. CCXLIX. *Villula, quae Scironis eras*] Puto hoc Epigramma ſcripſiſſe, quum ex agro Mantuano propter aſſignationem agrorum ſecederet Romam. Non dubitandum autem eundem Scironem eſſe, cujus mentio aliquando fit apud Ciceronem. SCALIGER. cogitabat locum Ciceronis ex Lib. VI. ad Fam. Ep. XI. ubi *Syronem* vocat, ut hic etiam *Syronis* ſcribendum cum Broukhuſio. quod firmatur a codice Voſſiano, in quo *Sironis*. videndus Catroeus ad Virg. Ecl. I. 47. & quae de hoc Syrone Epicureo Philoſopho, Virgilii magiſtro, ſupra notavi ad Focae vitam Virgilii v. 63. Lib. II. pag. 368.

Me tibi, & hos una mecum, quos ſemper amavi &c. *Commendo*] adhaeret Catullo Carm. XV.

Commendo tibi me, ac meos amores.

in codice Voſſiano, *Commendo primisque patrem. tu eris illi M. q. f. quodve C. p.*

4. *Si quid de patria triſtius audiero*] vitioſe in cod. Voſſ. *tritius*.

EP. CCL. *De qua Tucca*] corruptiſſimum Epigramma. quod ita nobis legendum videtur:

Delia ſaepe tibi venit, ſed, Tucca, videre
  Non licet. occulitur limine clauſa viri.
Delia ſaepe tibi venis, neque adhuc mihi. namque
  Si occulitur, longe eſt, tangere quod nequeas.
Venerit aut jam ſam tibi: ſed mihi nuncius iſte
  Quid prodeſt? illi dicito, quae rediit.

Salſiſſimum, & argutiſſimum Epigrammatium. Nam quam non videbat, utpote quae dura mariti cuſtodia aſſervaretur, fruſtra eam veniſſe dicebat, tanquam rem factam haberet, & jamjam complexibus ejus fruiturus eſſet. Venit quidem, quantum tu dicis: ſed non ego credulus. nam longe eſt, quod tangere non potes. Eſto. venerit. credo. At quid mihi prodeſt haec ſcire? ipſi potius Deliae gratulare praeſenti ob reditum. Hoc eſt totum ſal Epigrammatis. Nam ſi exagitat eum, quod, quam rediſſe gaudebat, eam videre non poterat, quomodo remittit ad eam, quam non videbat? Quaſi dicat inſultans: I nunc, alloquere eam. importune ſane, quae diligenter a marito aſſervaretur. SCALIGER.

Ibid. *De qua Tucca tibi venit*] Legitur in vet.

Ep. CCLI. Sulpiciae.

* * *

Ne me cadurcis deſtitutam faſciis,
Nudam Caleno concubantem proferat.

* * *

Ep. CCLII. Fragmentum.

Triplici vides ut ortu
Triviae rotetur ignis:
Volucrique Phoebus axe
Totum pererret orbem.

* *

Anus recocta vino
Trementibus labellis.

* *

Memphitides puellae
Sacris Deum paratae.
Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci
Aegyptius choraules.

Ep.

Poët. Catalect. p. 153. ed. Patiſſ. & Frellon. p. 216. & ibidem edidit Scaliger in Catalect. Virg. p. 86. quem optime reſtituiſſe *Delia* arbitror. ſed verſu quinto pro *aut* malim *Veneris at.* ut concedentis particula ſit, unde ſenſus emergit apertior. *venire* hic iterum ea ſignificatione capiendum, qua ſupra Ep. CCIII. 4. & Ep. CCVI. 4.

Ep. CCLI. Sulpiciae] apud Pith. Lib. IV. pag. 183.

1. *Ne me cadurcis* &c.] Dolendum tam doctos procul dubio verſus periiſſe, & ex quibus tantum ſupereſt unicum hoc fragmentum, quod a veteri Commentatore Juvenalis ad Satyram Sextam (v. 535.) citatur:

Ne me cadurcis deſtitutam faſciis
Nudam Calaeno concubantem proferat.

eſt autem *Cadurcum* funis, quo lecti intendebantur antiquitus, qui & *inſtita* dicitur. Gloſſae Iſidori: *Inſtitae grabati reſticulae.* Interpretatur etiam membrum mulieris obſcaenum. ut & Gloſſae Iſidori. ſed ibi *cadurda* legitur, non *cadurca.* LINDENBR. vid. Graev. ad Iſidor. Gloſſar. pag. 12. & 32. & quae operoſe & egregie ad expoſitionem hujus fragmenti Sulpiciae contulit vir eruditiſſimus H. Cannegieterus in Miſcell. Obſerv. Vol. VII. Tom. III. pag. 330. & ſeqq.

Ep. CCLII. Fragmentum] apud Scalig. Lib. II. Catalect. p. 257. & ex Terentiano Mauro de Metris p. 102. & 103. legitur in Fragmentis Petronii p. 108. ed. Patiſſ. pag. 152. ed. Freil. & Patrui mei pag. 669. & 670. ubi notae eruditorum Interpretum conſulendae.

4. *Totum pererret orbem*] ita in cod. Petron. Scaligerano, ut edidit in Catalect. in aliis edd. *Rapidum.*

11. *Tinctus colore noctis*] Iſidorus Lib. XIX. cap. XXXIII. *Mauros habet tetra nox corporum.* LINDENBR. vide ſupra ad Ep. 163. ubi Aegyptius vocatur *noctis alumnus.* de quo Epigr. praeced.

Et piceo gaudet corpore verna niger.

12. *Puer manu loquaci*] Eleganter de his loquacibus digitis Philoſtratus Icon. Lib. I. in Como. adeo ut etiam doceat quomodo digiti collocandi ſint, ut conſoni fiant. Verba ejus haec ſunt: Καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις ὑπεσταλμένοις, ὑποκειμένην τ̃ ἀριστερὰν πλήττει ἐς τὸ κοῖλον, ἵν' ὦσιν αἱ χεῖρες ξύμφωνοι, πληττόμεναι τρόπῳ κυμβάλων. Sidonius Apollinaris Lib. IX. Epiſt. XIII.

Digiti quibus canentes
Pariter ſonante lingua.

qui tamen verſus etiam aliter explicari poterunt.

Memi-

Digitized by Google

EP. CCLIII. PETRONII.

Candida ſidereis ardeſcunt lumina flammis,
Fundunt colla roſas, & cedit crinibus aurum,
Mellea purpureum depromunt ora ruborem,
Lacteaque admixtus ſublimat pectora ſanguis:
Ac totus tibi ſervit honor, formaque Dearum

Ful-

Meminit quoque loquacium digitorum A. Caſſiodorus Lib. IV. Variarum LI. *His ſunt additae orcistrarum loquaciſſimae manus, linguoſi digiti, ſilentium clamoſum, expoſitio tacita, quam Muſa Polymnia repperiſſe narratur.* ſed addubito, hucne pertineat is locus, an de iis notis digitorum intelligendus potius, quibus taciti diſtantes inter ſe loqui conſueverant. De quo videndus Iſidorus Lib. I. cap. XXV. de notis digitorum. LINDENBR. ſic *nutu manibusque loquax* Claudiano. & *articulos loquentes* dixit auctor Epigrammatis de Pantomimo ſupra h. L. Ep. 178.

Tot linguae, quot membra viro, mirabilis ars eſt,
Quae facit articulos ore ſilente loqui.

& *linguatum pollicem* de citharoedo Ep. 182.

Quam mox linguata decurrens pollice cogit,
Humanum ut poſſet chorda ſonora loqui.

oculi loquaces Epigr. 212. ubi vide notas. & Rigalt. ad Artemidor. pag. 36. & ſeqq.

Aegyptius choraules] Cantabant enim optime Aegyptii pueri. Ideoque eos *loquaces delicias* vocat Statius Silva ultima Lib. V.

Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces
Delicias, doctumque ſui convicia Nili.

Trimalcio quoque apud Petronium, propter excellentiam vocis, eos convivio adhibuit. Receptum enim hoc ab antiquo fuit, ut delicatiorum conviviis cantatores & ſymphoniaci intereſſent. Claudianus de Laudibus Stiliconis Lib. II.

——— *nullo citharae convivia cantu,*
Non pueri laſciva ſonant.

vide Clementem Alexandrinum Paedagog. Lib. II. cap. IV. Nec ſolum in hoc eorum luxus ſtetit, imo etiam fercula ad ſymphoniam inferre mos erat. Serenus Sammonicus in Fragmentis apud Macrobium: *Dignatione veſtra cum interſum convivio ſacro, animadvertam hunc piſcem a coronatis miniſtris cum tibicine intro ferri.* Eodemque modo rurſus auferebantur. Petronius Arbiter *Subito ſignum ſymphonia datur, & guſtatoria pariter a choro cantante rapiuntur.* LINDENBR. *Aegyptius choreutes* ed. Scalig. ut in Tornaeſ. in aliis *Aegyptias choreas.* ſed *choraules* recte vindicatur ab Erhardo. quem vide. & Salmaſ. ad Vopiſc. Carin. cap. 19.

EP. CCLIII. *Candida ſidereis* &c.] edidit Binetus, ſed vitioſiſſime, in vet. Poët. Epigr. pag. 12. unde inter Petronii Fragmenta exhibuit editio Patiſſoniana pag. 118. & Frelloniana pag. 132. & Patruus meus in ſua Petronii editione, ex qua epigramma hoc caſtigavi. Referri autem vel conparari forte poſſet cum Petronii cap. 126. ubi ſimilem formae emendatiſſimae deſcriptionem habes. & cum Epigrammate ad Lydiam ſupra edito Ep. CCXIX.

2. *& cedit crinibus aurum*] ita in marg. correxit Binetus, qui corrupte edidit *cedit e rivibus.* ſic in Epigr. ad Lydiam v. 6.

Pande, puella, pande capillulos
Flavos, lucentes ut aurum nitidum.

vel potius *ut aurum rutilum.* vide ad Ep. 192. ubi legendum conjeci,

Nunc mihi narretur rutilis Arethuſa capillis.

4. *Lacteaque admixtus ſublimat pectora ſanguis*] Dubito an verbum hoc *ſublimat* conveniat aetati hujus poëtae. neque enim ſanguinis rubor candorem *ſublimat*, id eſt in ſublime fert aut extollit, ut in illo Ennii verſu apud Nonium in h. v.

Sol qua candentem in coelo ſublimat facem.

itaque *ſublinit* forte legendum, id eſt ſuffundit, ruborem candori miſcet. ut in illo Ovidii Lib. III. Am. 3. 5.

Candida candorem roſeo ſuffuſa rubore
Ante ſtetit, niveo lucet in ore rubor.

ſic purpureum ſeu roſeum colorem & candorem Lunae ſimilem Phoebo tribuit in forma ejus deſcribenda Tibullus Lib. III. El. 4. 29.

Candor erat, qualem praefert Latonia Luna,
Et color in niveo corpore purpureus.

hinc toties in puellarum pulchritudine depingenda poëtae memorant *roſas* & *lilia*, quibus thalamos nubentium aeque ac defunctarum ſepulchra ſpargunt. de quo ad Lib. IV. Epitaphio Optati. de verbo *linire* ſaepius corrupto, ejusque conpoſitis vid. Heinſ. ad Ovid. III. Art. Am. 232. & I. Triſt. I. 7.

5. *Ac totus tibi ſervit honos*] mendi haec quoque ſuſpecta habeo, & ex veſtigiis literarum *Ac totus*, quae verba nihil hic ſignificant, aliquid eliciendum videtur ſenſui adcommodatius. an forte *Aeterius* ſcriptum fuit pro *Aetherius.* vel Deae alicujus nomen latet, cujus pulchritudinem ab amica vinci dicat, ut ſequentia ſuadent. An potius, *Aurorae tibi ſervit*

Fulges, & Venerem coeleſti corpore vincis.
Argento ſtat facta manus, digitiſque tenellis
Serica fila trahens pretioſo ſtamine ludis.
Planta decens modicos neſcit calcare lapillos,
Et dura laedi ſcelus eſt veſtigia terra:
Ipſa tuos quum ferre velis per lilia greſſus,
Nulli ſternuntur leviori pondere flores.
Guttura nunc aliae magniſve monilibus ornent,
Aut gemmas aptent capiti: tu ſola placere
Vel ſpoliata potes. Nulli laudabile totum,
In te cuncta probat, ſi quiſquam cernere poſſit.
Sirenum cantus, & dulcia plectra Thaliae
Ad vocem tacuiſſe reor, qua mella propagas
Dulcia, & in miſeros telum jacularis amoris.
Cor grave vulnus alit, nullo ſanabile ferro,
Sed tua labra meo ſaevum de corde dolorem

De-

vit *honor.* praeſertim quia *fulges*, & *coeleſti corpore* ſequitur. quam conjecturam adjuvare poſſet Epigramma Q Catuli in Roſcium ſupra editum Ep. ccxc. quem Aurora exoriente pulchriorem adparuiſſe fingit. & quia ruboris & candoris temperiem modo laudavit, egregie adſtipulatur Propertii locus Lib. III. El. 23. 7. de Cynthiae forma:

Et color eſt toties roſeo collatus Eoo,
Quum tibi quaeſitus candor in ore foret.

10. *Et dura laedi ſcelus eſt veſtigia terra*] ita in ed. Patiſſ. ac Frelion. ex margine Bineti, qui corruptam exhibuit in textu ſcripturam,

Et dura laedis coelum & veſtigia terra.

in qua tamen verae lectionis *ſcelus eſt* latent indicia. pro, non decet, nefas eſt. ut apud Ovid. I. Am. 14. 27.

Clamabam, ſcelus eſt, iſtos ſcelus urere crines.

III. Artis 551.

A doctis pretium ſcelus eſt ſperare pöetis,
Me miſerum, ſcelus hoc nulla puella timet.

& Rem. Am. 655.

Sed modo dilectam ſcelus eſt odiſſe puellam.

12. *Nulli ſternuntur leviori pondere flores*] *ſternuntum* vitioſe in ed. Patiſſ. ac Frelion. Binetus portentoſam dedit lectionem,

*Nullis * Herunes leviori pondere flores.*

ſed *ſternuntur* edidit Patruus, & in notis ad Valer. Fl. III. 528. expoſuit de agili nymphae volocitate, quae curſu ne ſterneret quidem flores, quas ultro ipſi ſubmittit humus, ne teneras pedum plantas dura laedat terra. ut de Camilla Virgilius ſub finem Lib. VII. Aen.

Illa vel intactae ſegetis per ſumma volaret
Culmina, nec curſu teneras violaret ariſtas.

& ſimili colore de equis velociſſimis Claudianus III. Conſ. Hon. 197.

Vobis Jŏnia virides Neptunus in alga
Nutrit equos, qui ſumma freti per caerula poſſint
Ferre viam, ſegetemque levi percurrere motu,
Neſciat ut ſpicas, nec proterat ungula culmos.

ubi bene etiam vindicavit *ſpicas*, pro *ſpumas*, quod inter *ſegetem* & *culmos* perperam ponebatur.

15. *magniſve monilibus*] ita caſtigandum monuit Janus Douſa Lib. III. Praecid. cap 6. circa finem. nam quod in Bineti, Patiſſoniana, aliiſque editionibus legitur *magnis monilibus*, metro adverſatur.

17. ——— *& dulcia plectra Thaliae*
Ad vocem tacuiſſe reor, qua mella propagas
Dulcia &c.] Miror viros doctos non offendiſſe *dulcia plectra*, & mox, *mella propagas Dulcia*, inconcinne prorſus repetita. Quid tamen alterutro loco ſubſtituam, haereo. Si carmen hoc amatorium ſit Encolpii, quo formam Albuciae efferf, ut nonnulli cenſent, forte reponi poſſet,

——— *qua mella propagas,*
Albucia, in miſeros telum jacularis amoris.

neque enim copula hic neceſſaria eſt. *qua mella propagas* etiam praefero, pro qua parte. non *quae mella*, ut in ed. Patrui. ita autem eleganter dicit de

Depellant, morbumque animae medicaminis hujus
Cura fuget, nec tanta putres violentia nervos
Diſſecet, atque tuae moriar pro crimine cauſſae.
Sed, ſi hoc grande putas, ſaltem concede precanti,
Ut jam defunctum niveis ambire lacertis
Digneris, vitamque mihi poſt fata reducas.

* * *

EP. CCLIV. *Excuſatio laſcivioris Materiae.* C. PETRONII ARBITRI.

Quid me ſpectatis conſtricta fronte Catones?
Damnatiſque novae ſimplicitatis opus?
Sermonis puri non triſtis gratia ridet.
Quodque facit populus, candida lingua refert.
Nam quis concubitus, Veneris quis gaudia neſcit?
Quid vetat in tepido membra calere toro?
Ipſe pater vera doctus Epicurus in arte
Juſſit, & hanc vitam dixit habere Deos.

EP.

de voce puellae canentis, ut ſupra de Delia Ep. CCXI. 12.

Spirans Cecropio dulcius ore thymum.

ubi vide notas. & ideo *Sirenum cantus* & *plectra Thaliae* ad vocem puellae tacuiſſe fingit, ut de Phoenice Lactantius v. 47.

Incipit illa ſacri modulamina fingere cantus,
Et mira lucem voce ciere novam.
Quam nec aëdoniae voces, nec tibia poſſit
Muſica Cyrrhaeis adſimulare modis.
Sed neque olor moriens imitari poſſe putetur,
Nec Cylleneae fila canora lyrae.

& Feſtus Avienus in Epigrammate, quod edidi Lib. I. Ep. 169.

Sirenes varios cantus, Acheloïa proles,
Et ſolitae miros ore ciere modos.
Illarum voces, illarum Muſa movebat
Omnia, quae Thymele carmina dulcis habet. & ſeqq.

deinde quod addat cantantem puellam voce ſua *telum amoris jaculari in miſeros*, vel ut legi etiam poſſet, *in miſeros telum jacularis amantes*, idem eſt ac ſupra de venuſto puellae riſu Ep. 238.

Subrides ſi virgo, faces jacularis ocellis.

reliqua hujus carminis conparanda ſunt cum fine Epigrammatis CCXIX. ad Lydiam. nihil vero in fine deeſſe opinor, licet aſteriſci vulgo adponantur.

EP. CCLIV. *Quid me ſpectatis conſtricta* &c.] ex Petron. cap. 132. apud Scalig. Catalect. p. 207. & H. Stephan. Fragm. vet. Poët. pag. 405. *conſtricta ſpectatis fronte* recte Francius & alii tranſponunt. & ſic adfert Barth. XXIII. Adverſ. cap. 24. & legitur in Petronii ed. Patiſſ. p. 95. & Frellon. pag. 138.

6. *Quis petit in tepido*] ita ediderunt Steph. Scalig. aliique. ut in cod. Scalig. *Quis vetat* ed. Frelloniana Petronii pag. 138. ſed recte repoſitum eſt ex veriſſima N. Heinſii emendatione ad Ovid. Epiſt. X. 88.

Quid vetat in tepido membra calere thoro?

ſimilis conmutatio apud Lucan. III. 183. pro *calere* Stephan. vitioſe *colore.* & *jacere* in marg.

7. *Ipſe pater vera doctus Epicurus in arte*] ſic edidit Scaliger. *pater veri* apud pleroſque. ut Lucretio Lib. III. 9. de eodem hoc Epicuro, *Tu pater & veri inventor*, non *rerum*, reſtituit Davies. ad Cic. Lib. I. de Fin. cap. 10. ubi Epicurus vocatur *inventor veritatis, & quaſi architectus beatae vitae. pater veri* igitur jungendum, non ut male Gonſalius aliique, *doctus in arte veri.* H. Stephanus edidit,

Ipſe pater veri doctus Epicurus in arce Juſſit.

quod in cod. Scalig. etiam inveni. ſed merito offendit alios prima in *doctus* producta, ſequente vocali. ideoque ad marg. ed. Steph. Rutgerſius adſcripſerat, *doctos Epicurus amare Juſſit.* quomodo Jan. Douſa Lib. II. Praecid. cap. 15. Scioppii conjectu-

Digitized by Google

Ep. CCLV. Ejuſdem.

Quid factum eſt, quod tu projectis, Jupiter, armis
Inter coelicolas fabula muta taces?
Nunc erat a torva ſubmittere cornua fronte,
Nunc pluma canos diſſimulare tuos.
Haec vera eſt Danaë. tenta modo tangere corpus.
Jam tua flammifero membra calore fluent.

Ep. CCLVI. Ejuſdem.

Infelix modo crinibus nitebas
Phoebo pulchrior, & ſorore Phoebi.

At

jecturam *doctis Epicurus inertem Juſſit, & hanc vitam* &c. merito inter affanias referendam notaverat Broukhuſius, ſolumque Heinſium vidiſſe verum, legentem, *doctis Epicurus in hortis Luſit.* &c. quod Francius etiam conjecerat, & Gaſſendo aliisque probatur. Mihi tamen ex innumeris eruditorum interpretum conjecturis, quas ſuppeditant notae ad Petronium, argumento Epigrammatis hujus convenientiſſima videtur altera N. Heinſii emendatio,

Ipſe pater Veneri dictis Epicurus in hortis
Luſit, & hanc vitam dixit habere Deos.

ut legendum exiſtimabat in notis ineditis ad Cirin v. 84 ita enim poëta vulgarem de Epicuro in hortis ſuis Veneri ac voluptatibus indulgente opinionem quaſi adoptat ac carminis argumento adcommodat. *hortos Veneri dictos* id eſt condictos, conſtitutos vocat. de qua locutione vide ad h. L. Ep. LXII. 6. Miror autem Scaligero aliisque viris doctis adridere lectionem in ultimo verſu, *& hoc vitam dixit habere telos,* eamque adſcripſerat margini codicis ſui Petroniani, qui eſt in Bibl. Leid. in quo tamen legebatur, *hanc vitam dixit habere Deos.* iſto certe verſu languido & invenuſto Muſae Petronianae nihil inſuavius & magis alienum adfingi potuit, ut nil dicam de ſenſu parum commodo, & putida vocis Graecae inſertione: licet illud τέλος non pro fine vel exitu, ſed magis ſpecioſa interpretatione, quia de Epicuro agitur, exponere potuiſſent viri docti ex diſciplina Epicurea, qua voluptas vera vel ſummum bonorum vel ultimum ſtatuebatur, vel extremum, quod Graecis τέλος dicitur. ut patet ex Cic. Lib. I. de Finib. cap. 12. *perſpicuum eſt omnes rectas res atque laudabiles eo referri, ut cum voluptate vivatur. Quoniam autem id eſt vel ſummum bonorum, vel ultimum, vel extremum, quod Graeci τέλος nominant, quod ipſum nullam ad aliam rem, ad id autem res referuntur omnes, fatendum eſt, ſummum eſſe bonum jucunde vivere.* ſed non puto poëtae huic philoſophari vacaſſe. Alterum certe longe elegantius, & praecedentibus congruum magis. quid enim apud poëtas frequentius, quam Deorum exempla voluptatibus humanis praetexere. notum illud Paridis apud Ovid. Epiſt. XVI. 289.

Jupiter his gaudet, gaudet Venus aurea furtis.

adpoſitus eſt ejuſdem Petronii locus cap. 83. *amor etiam Deos tangit. Jupiter in coelo ſuo non invenit, quod eligeret, & peccaturus in terris, nemini tamen injuriam fecit* &c. *Apollo pueri umbram revocavit in florem, & omnes fabulae quoque habuerunt ſine aemulo complexus.* & huic interpretationi firmandae faciunt quae notavi ad Lib. I. Ep. XIII. 3. ſimili locutione, licet alia in re, apud Virg. II. G. 538. *hanc vitam in terris Saturnus agebat.*

8. *Juſſit & hanc vitam* &c.] Quidam codices,

Juſſit; & hoc vitam dixit habere telos.

vel τέλος. quae vera eſt lectio. SCALIGER.

Ep. CCLV. *Quid factum eſt* &c.] apud Petron. cap. 127. H. Stephan. ibid. & Scalig. p. 206. al. edd. *Qui factum eſt.*

4. *Nunc pluma canos diſſimulare tuos*] ſic optime ex codice Traguricnſi & prima Petronii editione reſtituerunt viri docti. perperam Stephan. Scalig. & alii *crines* ediderunt. licet ita in Petroniano Scaligeri codice, ſed ubi ad marg. ex alio v. c. *canos* notatur. ut legendum. non enim Jovi ſeni ad Ledam pergenti opus erat crines diſſimulare, ſed *canos*, ideoque pluma indui, ac cycni formam adſumere.

6. *Jam tua flammifero membra calore fluent*] hoc verſu firmari poteſt conjectura Cel. Oudendorpii in loco Ovidii, (quem ſupra protuli hoc libro Ep. 105. ad Pentadii Elegiam de Fortuna v. 21.) ubi de Meleagro Deianira Epiſt. IX. 156.

Alter fatali ſtipitis igne fluit.

& ſic apud Gunther. Lib. IV. Ligur. 263.

In cineres collapſa fluunt.

ubi vide Rittershuſ.

Ep. CCLVI. *Infelix modo crinibus nitebas Phoebo pulchrior*] apud Petron. Sat. cap. 109. H. Steph. in Fragm. vet. Poët. p. 409. & Scalig. Catalect. pag. 197. ad cujus marginem Scriverius conjecerat,

Intonſis modo crinibus nitebas.

cul

At nunc laevior aere, vel rotundo
Horti tubere, quod creavit unda,
Ridentes fugis, & times, puellas:
Ut mortem citius venire credas,
Scito jam capitis periſſe partem.

EP. CCLVII. EJUSDEM.

Quod ſolum formae decus eſt, cecidere capilli,
Vernanteſque comas triſtis abegit hiems:
Nunc umbra nudata ſua jam tempora maerent,
Areaque adtritis ridet aduſta pilis.
O fallax natura Deûm: quae prima dediſti
Aetati noſtrae gaudia, prima rapis.

EP.

cui favet Tibulli locus Lib. I. El. 4. 34.

Solis aeterna eſt Phoebo, Baccboque juventas,
Tam decet intonſus crinis utrumque Deum.

vide iſtic Broukhuſii notas. & ad Lib. III. El. 4. 26. ubi Phoebi & Lunae formam etiam conjungens *intonſos crines* ipſi tribuit,

Non illo quidquam formoſius ulla priorum
Aetas, humanum nec videt illud opus.
Intonſi crines longa cervice fluebant:
Stillabat Syrio myrtea rore coma.
Candor erat, qualem praefert Latonia Luna,
Et color in niveo corpore purpureus.

Ovid. III. Art. Am. 141.

Alterius crines humero jactentur utroque,
Talis es adſumta, Phoebe canore, lyra.

ſic *comatus Apollo* in Epitaphio elegantiſſimo Quinterini pueri, cujus forma Narciſſo & Apollini comparatur, quod Lib. IV. edendum erit,

Me longe effigie venuſtiorem
Narciſſi vel Apollinis comati
Parcarum Lacheſis ſoror ſevera
Iſti Quinterinum dedit ſepulchro.

aut ſorore cod. Scalig.

4. *Horti tubere quod creavit unda*] corrupte edidit H. Stephanus, ut in prima Petronii editione,

Horti tulere quod cecavit unda.

& in marg.

Ponti fidere quod erravit unda.

metro repugnante. cum hoc verſu bene Gonſalius confert apud Petron. cap. 15. *calvus tuberoſiſſimae frontis.* ubi vide ejus notas.

6. *Ut mortem citius venire credas,*
Scito jam capitis periſſe partem] recte Wouwerius notat adludi ad opinionem veterum, qua credebant verticem eorum, qui morti vicini erant, radi a Proſerpina, quae ſuprema fati neceſſitate crinem ultimum abſcindebat. vide Serv. ad Virg. IV. Aen. 694. & Canter. Lib. IV. Nov. Lect. cap. 20.

EP. CCLVII. *Quod ſolum formae decus eſt*] ſic cod. Scalig. ut in aliis. ſed falſam lectionem incuſat Gonſalius, probatque,

Quod ſummum formae decus eſt.

uti codicis veteris auctoritate jam emendaverat Douſa Lib. III. Praecid. cap. 9. qui & ſequenti verſu *adedit* legebat, eamque conjecturam Palmerium ſibi ſublegiſſe queritur. ſed *abegit* in cod. Scalig. *ſolum* tamen pro praecipuo ſaepe poni, Gronovius & alii docuerunt. ita Serv. illud Virgilii Lib. I. Georg. 30. *an tua nautae Numina ſola colant*, interpretatur, *magna, quibus melior ſis futurus & Neptuno, & ceteris Diis marinis.*

3. *Nunc umbra nudata ſua*] *Hinc umbra* Scriver. nam *nunc* & *jam* non bene hic cumulantur, unde Francius conjecerat *cava tempora. umbra capitis*, ut apud Claudian. VI. Conſ. Hon. 163.

Non illi madidum vulgaris arundine crinem
Velat honos: rami caput umbravere virentes
Heliadum. vid. Drakenb. ad Silium Lib. I. 403.

ſequentem verſum ſatis illuſtraverunt notae Interpretum ad Petron quibus adde Torrent. ad Suet. Dom. cap. XIII. ubi & Caſaubonum vide, & ad cap. XVIII. in fine. *aret* vel *ſordet aduſta* apud H. Steph. in marg. hoc verſu Patruus adſtruit emendationem ſuam in ſimili loco Claudian. I. in Eutrop. 116.

——— *miſerabile turpes*
Exedere caput tineae; deſerta patebant
Intervalla comae; qualis ſitientibus arvis
Arida jejunae gleba interlucet ariſtae.

ſic enim legit pro *ſeges interlucet.* ut indicet intervalla in capite ſine comis calva, quomodo emortuis in agro ſicco ariſtis interlucet gleba: & *gleba* dicatur locus glaber & calvus, ut hic *area.*

EP.

Ep. CCLVIII. Galieni Imperatoris *Adlocutio ad Sponſos.*

Ite agite, o juvenes: & deſudate medullis
Omnibus inter vos, non murmura veſtra columbae,
Brachia non hederae, non vincant oſcula conchae.
Ludite, ſed vigiles nolite extinguere lychnos:
Omnia nocte vident, nil cras meminere lucernae.

Ep. CCLIX. Aviti *Adlocutio Sponſalis.*

Linea conſtricto de pectore vincula ſolve,
Et domino te crede tuo, nec candida laedas
Unguibus ora vide: vel ne contacta repugnes.
Eſt in nocte timor, non eſt in nocte periclum:
Nec volo contendas, vinces, cum vicerit ille.

Ep.

Ep. CCLVIII. *Ite agite, o juvenes, & deſudate &c.*] Ita edidi ex Bineto pag. 8. qui duobus verſibus auctius exhibuit, quam legitur apud Trebellium in Galienis c. XI. & in Catalectis Scaligeri Lib. I. pag. 205. ubi etiam in initio habetur,

Ite agite, o pueri, pariter ſudate &c.

quod exponit Euſtath. Swartius Lib. I. Analect. cap. 10. ſed *deſudare*, ut eodem ſenſu *depugnare*, perſectum & integrum luctae amatoriae fructum magis exprimere videtur. vide notas ad Petron. cap. 19. In Trebellio legitur,

Ite ait, o pueri, pariter ſudate.

ut in editione Aldina Hiſt. Aug. Script. ſed alterum *Ite agite* praefert Barthius ad Claudian. pag. 789. ut edidit Binetus, quem ſecuta eſt editio Patiſſoniana pag. 152. & Frelloniana p. 214. Idem Barthius verſu ſecundo ſcribendum arbitratur, *Omnibus intra vos.* cui conjecturam illam, ut plurima alia, ſubiegit Swartius, qui ultimo verſu cum nota interrogationis legebat, *Omnia nocte vident?* ut verba ſint novorum & timidorum ſponſorum, quibus ut animos adderet, Galienus reſpondet, *nil cras meminere lucernae.* intelligenda autem haec ſunt de lucerna amoris conſcia, ad quam ſolebant ἐν δωματίοισιν experiri Ἀφροδίτης τρόπους, ut dicit Ariſtoph. in Eccleſ. v. 8. adpoſite Propertius Lib. II. El. 12. 7. & ſeqq.

Quam vario amplexu mutamus brachia? quantum
Oſcula ſunt labris noſtra morata tuis?
Quam multa adpoſita narramus verba lucerna?
Quantaque ſublato lumine rixa fuit?

plura de lucernae uſu ad opus nocturnum vide apud Gonſal. ad Petron. cap. 30. pag. 109. *vigiles lychnos* vocat, ut *vigiles lucernas* Horat. Lib. III. od. 8. *pervigiles tibias* Claudian. in Feſcennin. 43. pari modo *vivas lucernas* idem Horatius, & *animam lucernae* dixit Varro in locis apud Heinſ. ad Claud. III R. P. 386. unde *vigiles lychni* nonnihil defendere poſſent contrarium epitheton *dormitantis lucernae* apud Ovid. Epiſt. XIX. 195. quam audaciorem, licet elegantem, metaphoram cenſebat Patruus, & ex MSS. *deficiente lucerna* profert. ſed quae alterius vocis interpretatio videtur.

Ep. CCLIX. Aviti *Adlocutio Sponſalis*] ex Schedis Salmaſianis & Divionenſibus praecedenti Galieni Adlocutioni Sponſali conjunctam edimus, ita ut jam producta fuerat a Salmaſio ad Trebellii Poll. Gallen. cap. XI. ex quo etiam exhibet Opitius in Variar. Lect. cap. 8. qui Avitum hunc putat Galionium Avitum dictum, ejusque hoc ipſum Epithalamium inter centum illa Epithalamia fuiſſe, quae Trebellius cantata teſtatur, quum Galienus fratrum ſuorum filios conjugaret. vitioſiſſime in Salmaſiano & Leidenſi codice *cantita ledas Huncuibus hora.* neque melius edidit Salmaſius, *In quibus ora.* quod nimis ſupine ſecutus eſt Almelov. in Epigr. vet. p. 15. optime in ſchedis Divionenſibus, *ne candida laedas Unguibus ora vide.* ut emendat Opitius, & Heinſius in margine ſchedar. Salmaſ. & ſic adſert Tollius ad Auſon. p. 83. quod firmatur e Virg. IV. Aen. 673.

Unguibus ora ſoror foedans & pectora palmis.

& ſic Markland. ad Statii Silvas pag. 124. & P. Scriverius in notis MSS. ad Senecae Medeam v. 106. ubi ſimilis habetur Adlocutio Sponſalis, ſed ad ſolum ſponſum, ut hujus Aviti eſt ad ſponſam, Galieni ad ſponſum ſponſamque. olim etiam Scriverius conjecerat, *ne candida laedas Conjugis ora vide.* ſed altera veriſſima eſt lectio, quam expreſſi.

Digitized by Google

EP. CCLX. *Epithalamium.*

Ite, verecundo conjungite foedera lecto,
Atque Cupidineos diſcite ferre jocos.
Concordesque tegat cum majeſtate benigna,
Quae regit Idalium, quae Cnidon alma regit.
Adliget amplexus tenerorum mater amorum,
Conſtituat patres, & cito reddat avos.

EP. CCLXI. *ad Flaccum.*

Qualem, Flacce, velim, quaeris, nolimve puellam,
Nolo nimis facilem, difficilemque nimis.
Illud, quod medium eſt, atque inter utrumque, probatur;
Nec volo quod ſatiet, nec volo quod cruciet.

EP. CCLXII. *de Urſidio.*

Cogitat Urſidius ſibi dote jugare puellam,
Ut placeat domino, cogitat Urſidius.

Co-

preſſi. neque aliter ex ingenio repoſuiſſe memini eruditiſſimum Matth. Röverium in epiſtola ad Cel. Valckenarium exarata. Propertius Lib. III. El. 6. 6.

Tu vero noſtros audax invade capillos,
Et mea formoſis unguibus ora nota.

& Lib. I. El. 6. 16.

Ut mihi deducta faciat convicia puppi
Cynthia, & inſanis ora notet manibus.

ſic *Unguibus ora ſauciare* Ovidio Lib. III. A. A. 240. vide quae notavi ſupra ad h. L. Ep. LXII. 3.

EP. CCLX. *Epithalamium.*] ex ſchedis Salmaſianis & Divionenſibus. in quibus verſu quarto vitioſe legebatur,

Quae tegit Idalium quae Gnidos alma tegit.

& in cod. Leid.

Quae tegit Idaliumque Gnidos alma tegit.

ſed exhibui veram Heinſii emendationem. eſt enim imitatio Catulli Carm. XXXIV.

Nunc o coeruleo creata ponto,
Quae ſanctum Idalium, Urioſque portus,
Quaeque Ancona, Cnidonque arundinoſam
Colis, quaeque Amathunta, quaeque Golgos.

ſimiliter haec commutantur apud Claudian. II. in Eutrop. 413. Silium Lib. VI. 307. ubi vide Drakenb. & Joh. Arntzen. ad Aur. Vict. Epit. XIV. 6.

EP. CCLXI. *Qualem, Flacce, velim* &c.] profert tamquam antiquum epigramma ex veterum Poëtarum Catalectis nondum editis Salmaſ. ad Spartian. Hadr. cap. 20. qui tamen Martialis eſſe, & ab Auſonio imitatum monuit. ejuſdem argumenti Epigramma eſt, ac ſupra h. L. Ep. 198. *Sic me cuſtodi, Coſconia* &c. & Ep. 225. *Nolo, quod cupio, ſtatim tenere* &c. vid. Gonſal. ad Petron. cap. 93. p. 150. ſub Martialis nomine habetur in ſchedis Salmaſianis, in quibus vitioſe in initio, *Quam, Flacce, velim.* & ſane totum legitur apud Martialem Lib. I. Ep. 58. & ex eo expreſſum eſſe Auſonii Epigramma XXXIX. notavit etiam Tollius in Addend. pag. 776. verſ. penult. in vulgatis Martialis exemplaribus *probamus.* ſed Codices MSS. legunt,

Unum quod medium eſt quodque inter utrumque probatur.

ultimus verſu ita tranſponitur vulgo:

Nec volo quod cruciat; nec volo quod ſatiat.

ſed in Codd. MSS.

Nec volo, quae cruciet, nec volo quae ſatiet.

EP. CCLXII. *de Urſidio*] adſcripſerat Scriverius ad calcem Catalectorum Pithoei vetus hoc Epigramma, adumbratum ex iſtis Juvenalis Sat. VI. 38. & ſeqq.

Sed placet Urſidio lex Julia: tollere dulcem
Cogitat heredem, cariturus turture magno,
Mullorumque jubis, & captatore macello,
Quid fieri non poſſe putes, ſi jungitur ulla
Urſidio? ſi moechorum notiſſimus olim
Stulta maritali jam porrigit ora capiſtro.

ubi Georg. Valla hoc Epigramma adfert.

EP.

Cogitat Urſidius heredem tollere parvum,
  Ut placeat domino, cogitat Urſidius.
Cogitat Urſidius domino quacumque placere,
  Virgine vel puero. quam ſapit Urſidius!

Ep. CCLXIII. *In Flaviam Ruſillam, puellam formoſam.*

Quid natum caedit Venus? arcum perdidit. Arcum
  Quis rapuit? Thuſco Flavia nata ſolo.
Qui factum? petit haec, dedit hic. nam lumine formae
  Deceptus, Matri ſe dare crediderat.

Ep. CCLXIV. *ad Sabellum.*

Hortis Heſperidum, Sabelle, cultis
Noſtrae cultior hortus eſt puellae:
Mirari, o bone, deſinas, Sabelle,
Hortorum Deus ipſe nam Priapus
Cunctis hunc fodit & rigat diebus.

Ep.

Ep. CCLXIII. *Quid natum caedit Venus?*] Exſtat apud Ferret. in Muſ. Lap. Lib. III. pag. 183. & Schradaeum in Monum. Ital. pag. 378. b. ubi legitur, *Quid gnatum caedis Venus?* venuſtiſſimum epigramma eſt & coloris valde poëtici, quo Cupido, deceptus elegantia ac forma Flaviae, erraſſe, & puellae huic, quam matrem Venerem eſſe credebat, arcum tradidiſſe fingitur. quod pluribus poëtarum locis egregie illuſtravit Gevartius in Lect. Papin. cap. XVI. pag. 62. ubi Epigramma hoc veteris incerti auctoris eſſe dicit. de quo tamen dubitari poſſit, quia in codice MS. Bucheliano legitur quidem inter Epigrammatum veterum monumenta cum titulo, D. M. FLAVIAE RUFILLAE, ut apud Ferretium, (unde nomen proprium addidi) ſed ſubjuncta hac adnotatione, *Epigramma hoc miſſum Grutero, elegans quidem, ſed affectatae venuſtatis, & non ita nuper confictum.* apud Ferretium quoque praefigitur, *haberi in Barbicano, in Templo, marmore antiquiſſimo, quod nonnulli ſuſpectum volunt.* edidit autem Gruterus inter Monumenta ſingulariorum ab incertis poſita pag. 912. t. ſed in Animadvertendis Grutero adjectis pag. 313. Scaliger de hoc Epigrammate ſic cenſet: *Eſt foetus recentioris poëtae, elegans quidem ſed affectatae venuſtatis. Hujuſmodi multa ab illis hominibus nuper conficta, ut Menandri Anecbomenos ex Apulejo* (lege *Apuleji Anecbomenos ex Menandro*) *Cornelii Galli Elegia ineptiſſima ab Aldo ſuperioribus annis edita, & alia, quorum piget pudetque.* & hujus quidem viri illuſtris ſententiae obloqui forte temerarium nimis eſſet. Videtur tamen viris eruditis vel ideo praecipue adfectatae venuſtatis exiſtimatum, & ab Italo quodam confictum eſſe, quia dialogiſticum epigramma eſt, cujus formae ac coloris epigrammata Italis uſitatiſſima, & nonnumquam pro antiquis ſuppoſita fuerunt. vide ad Lib. I. Ep. 6. ubi ſimilis artificii epigramma ſubſcriptum Jovis imagini, quod incipit, *Quaenam haec forma, Dei?* &c. a Pithoeo inter vetuſta editum, & inter antiquorum poëtarum Catalecta relatum poſt Petronii edit. Patiſſon. pag. 167. & Frellon. pag. 229. quod recentioris poëtae, & quidem Itali, Scriverius & Cuperus judicant. Sed ejuſmodi tamen epigrammata dialogiſtica apud Martialem & Auſonium non ſemel etiam occurrunt. ut pluribus erit videndum ad Lib. IV. ubi ſimilis genii Epitaphium,

Qui ſunt hi gemitus? Charitum. quae pompa? Camillae &c.

quod inter vetera editum nunc tamen totum fere inter Sannazarii Epigrammata legitur. ut ſimilia plura, quae licet in Italorum poëtarum carminibus occurrant, inter antiqua etiam Epigrammata conſpiciuntur ante eorum aetatem edita, ac proinde non temere e Catalectorum collectione eliminanda, quamquam id admonere fas ſit, quotieſcumque ſeſe offerant, ut jam ſaepius me notaſſe memini, & inter ſepulcralia Epigrammata non raro notabitur.

Ep. CCLXIV. *Hortis Heſperidum* &c.] Ineditum hoc, inter Priapeja referri dignum, protulit Menagius

Digitized by Google

EP. CCLXV. FLORIDI.

Quando ponebam novellas arbores mali & piri,
Cortici ſummae notavi nomen ardoris mei.
Nulla ſit exinde finis vel quies cupidinis.
Creſcit arbor, gliſcit ardor, ramus inplet literas.

EP. CCLXVI. *de Theide & Mela.*

Me mihi ſubripuit contraria flamma ſororum,
 Pulchra Theis oculis, ore nigella Melas.
Ore Melas, oculisque Theis, placuere ſubinde:
 Pulchra Theis oculis, ore nigella Melas.
Sed dum nigra Melas ridet ſine voce ſororem,
 Deſpectam Theidis forma facitque Melam.
Me mihi reſtituit contraria flamma ſororum,
 Pulchra Theis oculis, ore nigella Melas.

EP.

gius ad Diog. Laërt. Lib. II. pag. 77. ed. Lond. & ex eo Almelov. in Epigr. vet. pag. 7. ſed in Laërtii editione noviſſima Tom. II. pag. 128. excuſum eſt in notis Menagianis verſu ſecundo,

Veſtrae cultior hortus eſt Lupercae.

& ſequenti,

Hortorum Deus ipſe, quaeſtuoſum,
Cunctis &c.

ſed alterum praetuli.

EP. CCLXV. FLORIDI. *Quando ponebam* &c.] edidit vetus hoc trochaicum Pithoeus Lib. IV. p. 191. Lipſ. Lib. I. Elect. cap. 5. Salmaſ. ad Spartian. Hadr. cap. 16. & Scriverius poſt Pervig. Veneris inter Amores Baudii p. 213. legiturque inter Epigr. vet. apud Binetum pag. 20. in ed. Patiſſ. pag. 150. & Freilon. pag. 212. FLORI tamen nomen pro FLORIDI ab aliis praefigitur, tam huic quam ſimilis notae Epigrammatibus, de quibus ſupra ad Lib. I. Ep. 20. & hoc Libro Ep. CXI. & ſeqq. & ſic Chiffletius in Lilio Francico pag. 65. ubi de hoc Floro agit, qui in his verſibus *Cortice ſummo* adfert, & recte *gliſcit ardor.* quomodo ab aliis emendatum eſt, pro *gliſcit arbor*, ut vitioſe ed. Binet. Patiſſ. Freilon. & Pith.

4. *Creſcit arbor, gliſcit arbor*] Melius *gliſcit ardor.* & hic facile agnoſcas Virgiliana illa ex Theocrito:

—— *tenerisque meos incidere amores*
Arboribus, creſcent illae, creſcetis amores.

PITHOEUS. diſerte MS. *gliſcit ardor.* quae vera lectio. SCRIVER. ita legendum monuit etiam Pithoeus in notis ad Epigr. vet. p. 467. ut in exemplari Viennenſi Scaliger, & in ſuo codice correxerat Heinſius, quod tam res ipſa & verſus ſecundus exigit, quam imitatio loci Virgiliani. reſpicit enim ad morem vulgatum nomina amicarum inſcribendi corticibus arborum, quas ſimul cum amoribus ſuis creſcere paſſim canunt poëtae. contraria ſcripturae confuſione *ardor* pro *arbor* male habetur in ſeptem codicibus apud Propertium Lib. I. El. 18. 19.

Vos eritis teſtes, ſi quos habet arbor amores,
 Fagus, & Arcadio pinus amata Deo.
Ah quoties teneras reſonant mea verba ſub auras,
 Scribitur & veſtris CYNTHIA *corticibus.*

ubi vide Paſſerat & Broukhuſ. & quae notavi ad Lotich. Eclog. I. 66. *gliſcit ardor*, ut apud Lucret. Lib. IV. 1063. de amore:

Ulcus enim viveſcit, & inveteraſcit alendo,
Inque dies gliſcit furor, atque aerumna graveſcit.

ſic in fragmento M. Tullii in Hortenſ. apud Nonium pag. 22. *Ad juvenilem libidinem copia voluptatum gliſcit illa, ut ignes oleo.* Tacit. Lib. XVI. Ann. cap. 3. *Gliſcebat interim luxuria ſpe inani. gliſcit violentia Turno* apud Virg. XII. Aen. 9. ubi vide Cerdam. Claudian. II. in Eutrop. 393. *patimurque periclum Gliſcere deſidia.* in Epigr. de Elephanto apud Pith. Lib. IV. pag. 154. *Sed vario fugienda malo cum bellua gliſcat.* ubi vide. ſic *gliſcere* ira dicitur Statio VIII. Th. 755. & *gliſcens ſeditio* Juſtino Lib. XII. 15. fin. plura de hoc verbo Lambin. ad Lucret. I. 475. Barth. ad Stat. VIII. Theb. 755. & prae ceteris Cel. Drakenb. ad Livium Lib. VI. cap. 14. atque ita emendandum cenſet Cl. Oudendorpius Epigr. 43. Sympoſii Lactantiani de cucurbita, *Pendeo dum naſcor; rurſus dum pendeo, gliſco.* vulgo *naſcor*, al. *creſco.* MSS. *tumeſco.*

EP. CCLXVI. *Me mihi ſubripuit* &c.] Exſtat in edit. Patiſſ. pag. 174. & Frellon. pag. 236. inter ve-

Digitized by Google

EP. CCLXVII. *in Statuam Satyri & Pueri.*

Blanditur puero Satyrus vultuque manuque,
Nolenti ſimilis retrahit ora puer.
Quem non conmoveant quamvis de marmore? fundit
Paene preces Satyrus, paene puer lacrimas.

EP. CCLXVIII. *In puerum formoſum. adtribuitur* VIRGILIO, *item* AUSONIO.

Dum dubitat Natura, marem faceretne puellam,
Factus es, ô pulcher paene puella puer.

EP.

veterum poëtarum Catalecta, & Lib. IV. Epigr. vet. p. 183. edidit Pithoeus, ſed in notulis p. 467. delendum juſſit, non ut illepidi quidem, ſed ut recentioris poëtae. Scriverius quoque neoterici alicujus, ac proinde delendum adſcripſerat. quomodo & Pithoeus in ſuo exemplari Biblioth. Reg. Pariſ. cujus margini adleverat, recentius Julii Bulengeri eſſe. Heinſius Amalthei eſſe notaverat, apud quem tamen fruſtra quaeſivi. Forte memoriae ejus obverſabatur illud Hier. Amalthei epigramma inter Poët. Ital. Toſcani Tom. I. pag. 17. & poſt Sannaz. Broukhuſ. pag. 36. de Leonilla & Lydia:

Me laetis Leonilla oculis, me Lydia torvis
Adſpicit: haec noctem nuntiat, illa diem.
Has Cytherea meo ſtellas praefecit amori:
Haec meus eſt Veſper, Lucifer illa meus.

ubi oppoſitionem quidem inter duas amicas diverſam expreſſit Amaltheus, ſed longe alio colore, & quidem elegantiſſimo atque ingenioſo, quod, licet contra veram rationem peccare nimis ſevere cenſeat, fatetur tamen Trappius in Praelect. Poëtic. pag. 178.

EP. CCLXVII. *Blanditur puero Satyrus* &c.] ibidem inter veterum poëtarum Catalecta ed. Patiſſ. pag. 174. & Frellon. p. 236. habetur, & apud Pith. Lib. IV. p. 184. ed. Pariſ. nam in ed. Genev. p. 154. inſigni operarum aut editoris incuria adnectitur Epigrammati Q. Catuli in Roſcium, ſupra edito Ep. CCXL. Pithoeus vero in notis monet, ſe non velle praeſtare, hoc Epigramma vetuſtum eſſe. Scriverius margini editionis Pithoeanae adſcripſerat Hieronymi Vulpii Novocomenſis eſſe. certe ſub illius nomine legitur inter Carmina Poët. Ital. ed. Toſcani Tom. I. p. 281. & in Delic. Poët. Ital. Gruteri Tom. II. p. 1452. apud quos *contrahit* verſu ſecundo, & *commoriat* verſ. tertio. rectius etiam *At flenti* cum Cl. Oudendorpio, vel *Ploranti ſimilis* cum Cl. Schradero ſcriberetur, quia ſequitur *fundit paene puer lacrimas.* Reponatur igitur & hoc quoque Epigramma in numerum illorum, quae furtim inter antiqua obrepſerunt, vel quae ex codicibus veterum Epigrammatum deſcripta ſibi vindicarunt Itali.

EP. CCLXVIII. *In puerum formoſum. adtribuitur* VIRGILIO *item* AUSONIO] ita inſcripſit Scaliger in Catalect. pag. 177. Virgilio tribui in nonnullis ejus MSS. codicibus teſtatur Mariang. Accurſius ad Auſon. Ep. 107. p. 68. ed. Toll. eidemque adſcribunt ſchedae Salmaſianae. in codice Huydecoperiano titulus eſt, VIRGILII DE OCTAVIANO VERSUS. in vet. Poët. Catalect. ed. Patiſſ. p. 152. & Frellon. pag. 214. nullo auctoris nomine praefixo occurrit. cujuscumque ſit, elegantiſſimum eſt Epigrammation.

1. *marem faceretne puellam*] ſic ſchedae Salm. & cod. Huydecop. *faceretve* legit Barth. ad Stat. I. Ach. 337. & alterum ſoloecum ſtatuit. tum ex Auſonii Epitaph. Her. XXXIII. ubi de Glaucia,

Et jam deſieras puer anne puella videri,

hoc quoque in verſu, ut voculae illius inconcinnitas tollatur, ſcribendum conjicit,

Dum dubitat natura marem facere, anne puellam.

idem ad Stat. Lib. I. Silv. 2. 273. emendandum exiſtimabat,

Dum dubitat faceret natura marem anne puellam.

oportet ſane mirifico ad poëſin ingenio factum fuiſſe Barthium, qui verſus bene tornatos ac leniter decurrentes maluerit ſcabros & duros reddere ejusmodi conjecturis, quas ut inſulſas & inficeto rure inficetiores merito rejicit Tollius in notis ad Auſonium, inter cujus Epigrammata hoc legitur. vulgatam igitur nihil ſollicitare adtinet.

2. *Factus es*] in Thuanaeo aliisque MSS. Catalecta Virgiliana continentibus legebatur, *Natus es.* &c. Eſt in hunc ſenſum ferme carmen hexaſtichon in Petronianis Catalectis Lotichii. Horatius de Gyge (Lib. II. od. 5. 21.)

Quem ſi puellarum inſereres choro,
Mire ſagaces falleret hoſpites
Diſcrimen obſcurum, ſolutis
Crinibus, ambiguoque vultu. TOLLIUS.

Na-

Digitized by Google

EP. CCXLIX. *ejuſdem Argumenti.*

Seu puerum vidi formoſum, ſive puellam
Formoſam, ſit uter ſexus enim dubito.
Inter utrumque decus formae dubitare coactus,
Contra Grammaticos ne faciam vereor.
Sin pulcher, ſeu pulchra mihi dicatur, & errem,
Muſa ſoloeciſmi noſtra futura rea eſt.

EP. CCLXX. *in Niſum.*

Pars tibi, Niſe, datur Bacchi, pars deinde negatur,
Eſſe potes liber, non potes eſſe pater.

EP. CCLXXI. INCERTI. *in Julianum caſtratum.*

Virginis inſano Julianus captus amore
Femina fit cultu, diſſimulatque virum:
Et ſic indutus muliebriter, intrat ad illam.
Res patet: abſcindit membra pudenda pater.
Femina virque prius, nec vir nec femina nunc eſt:
Fit neutrum, credi femina dum voluit.

EP.

Natus es etiam in ſchedis Salmaſ. & Voſſiano codice Auſonii. *Factus es* MS. Huydecop. eumdem Horatii locum cum duobus Ovidii ſimilibus in eadem dubiae formae deſcriptione adfert Grangaeus ad Juvenal. Sat. XV. 137.

EP. CCLXIX. *Seu puerum vidi* &c.] eſt hoc illud hexaſtichon a Tollio in nota ad praec. Epigr. modo indicatum, quod edidit J. P. Lotichius in Catalectis poſt Petronii Satyricon inter Epigrammata Petronii Afranii nomen venditantia pag. 81. ſed unde ſumſerit, ignoro. nam in aliis veterum poëtarum Catalectis poſt Petroniana Epigrammata in editione Patiſſoniana aut Frelloniana id non reperi. neque etiam ſani coloris mihi videtur, ſed corrupti & adulterini; & dubitaſſe de carminis hujus ſinceritate Claverium, patet ex ejus notis ad illud Claudiani Lib. II. R. P. 29.

— Phoebique genas & lumina Phoebi
Eſſe putes, ſolusque dabat diſcrimina ſexus.

ubi hoc ipſum Epigramma cum praecedenti, quod Auſonio adſcribitur, a Joh. Aurato ſecum communicatum ſub Petronii nomine adfert, ſed ſe libentius id ipſi poëtae Regio Aurato adtribuere addit. Certe quod uno diſticho illius Epigrammatis vere antiqui auctor ita exprimit, ut melius ac venuſtius ab optimo poëta nequeat, id toto hexaſticho hic imitator tam parum adſecutus eſt, ut a genio vetuſtatis longe abſit. ultimo verſu ſatis obſcoeno imitatur illud Martialis Lib. XI. Ep. 20.

Saepe ſoloeciſmum mentula noſtra facit.

& Juvenalis Sat. VI. 456.

—— ſoloeciſmum liceat feciſſe marito.

EP. CCLXX. *Pars tibi, Niſe, datur Bacchi*] ita correctum edidi ex ſchedis Salmaſianis, in quibus Virgilio tribuebatur, & ſcriptum erat, *Pars tibi Niſe datur bacci.* in cod. Leidenſi, ejus apographo, ad marginem a manu recentiori adnotatum erat: *videtur eſſe de ſpadone manumiſſo, & Virgilio dignum eſt.* An Virgilio tribuendum ſit, dubito, ſed in ſpadonem manumiſſum eſſe ſcriptum adſentior, ut patet ex eleganti adluſione ad nomina Bacchi *Liber* & *Pater*, in quibus jocum captat ab ambiguitate, cum ſpado manumiſſus *liber* quidem, ſed non *pater* eſſe poſſit.

EP. CCLXXI. INCERTI. *in Julianum caſtratum*] ex vet. cod. Jureti edidit Pithoeus in Praetermiſſis pag. 483.

5. *Femina virque prius, nec vir nec femina nunc eſt:*
Fit neutrum &c.] vid. N. Heinſ. ad Lactant. Eleg. de Phoenice v. 163. & quae ſupra notavi ad h. L. Ep. 176. 4. & 177. 10.

EP.

EP. CCLXXII. *Senis Poëtae ad Puellam.*

Candida jam noſtris aptentur crura lacertis,
 Suſpenſo maneat poplite noſter amor.
Luſibus optatis noctis luctemur in umbris,
 Pervigiles laudet jam rubicunda dies.
Fulgidus ardenti jungatur ſaphyrus auro,
 Floribus in thalamos cincta cupreſſus eat,
Exſultent noſtro magnae certamine Nymphae,
 Tactibus exſultes tuque puella meis.

EP. CCLXXIII. *Puellae reſponſio.*

Conſpicuam primum ſpeciem quam fata bearunt,
 Deſine pompifero tu violare thoro:
Abſit ut albiplumem valeat calcare columbam
 Inter tot niveas ruſtica milvus aves:
Nec rubeis carduus ſuccreſcat jure roſetis,
 Lilia nec campis vana cicuta premat:
Nec miſer eximiae cervae jungatur aſellus,
 Quem ſtimulis crebris ſarcina ſaeva domat.

EP. CCLXXIV. *in Senectutem Amori inertem.*

Utilis es nulli, cunctis ingrata, ſenectus,
 Te Stygio peperit cana Megaera Deo.
Nil adeo firmum eſt, quod non tua robora frangant,
 Arma, ſtilos, chartas, ſaxa, metalla, deos.
Carmina vivaci membranis illita ſucco
 Armorum ſerie debilitata cadunt.
Ipſa, mihi pugnas quae nectere mille ſolebat,
 Aequales inter maxima dicta ſuas;
Numquam ſueta niſi jugulato cedere ab hoſte,
 Inque imis mortes quaerere viſceribus;
Virgineis ambita choris, adamata puellis,
 Quamque hoſtes etiam caram habuere ſui;
Illa caput roſeum florenti ſandice cincta,
 Languida caeruleo mentula victa ſitu eſt.

CCLXXV.

EP. CCLXXII. *Senis Poëtae ad Puellam*] Ibidem apud Pith. in Praeterm. pag. 485.

EP. CCXXIII. *Nec rubeis carduus*] ſcribendum eſt *cardus* contracte pro *carduus*. vid. Salmaſ. ad Capitolin. Pertin. cap. 12.

EP. CCLXXIV. *Utilis es nulli* &c.] primus ex vetuſtis membranis edidit Barthius Lib. XXXVI. Adverſ. cap. XI. & ex eo Almeloven. inter Epigr. vet. pag. 46. an antiqui aevi ſit, non adfirmo, ſed auctorem ejus ſuſpicor aemulatum eſſe ſimilem Maximiani querelam Eleg. V. v. 87. & ſeqq. quae cum his conferenda eſt.

13. *florenti ſandice*] corripuit ſecundam in hac voce, quam producit Propert. II. 19. 81.

Illaque plebejo vel ſit ſandicis amictu.

ſed & ita apud Grat. Cyneg. 86. ubi vide Patrui notas. & ad Marcell. de Medic. v. 30.

CCLXXV. *Elegia ad Virginem nimis cultam.*

Parce, precor, Virgo, toties mihi culta videri,
Meque tuum forma perdere parce tua.
Parce ſupervacuo cultu conponere membra:
Augeri ſtudio tam bona forma nequit.
Ne tibi ſit tanto caput & coma pexa labore,
Et caput hoc bellum eſt, & coma mixta placet.
Ne ſtringant rutilos tibi ſerica vincla capillos,
Cum vincant rutilae ſerica vincla comae.

CCLXXV. *ad Virginem nimis cultam*] Elegia haec non omnino illepida legitur inter Catalecta vet. Poëtar. poſt Petron. ed. Patiſſon. pag. 171. & Frellon. pag. 233. & ab Andrea Rivino edita eſt inter poëmatia vetera poſt Palladium ſub titulo: AEMILII MAGNI ARBORII EPIGRAMMA AD NYMPHAM NIMIS CULTAM. & ita exhibuit Joh. Petr. Lotichius inter Petronii Pſeudepigrapha pag. 94. & ſeqq. adeo ut auctor hujus Elegiae, ſed quod aegre mihi perſuaderi patior, eſſet idem ille Aemilius Magnus Arborius, avunculus Auſonii, filius Caecilii Argicii Arborii, ejusdem avi materni, quorum laudes canit in Parentalibus Carm. III. & IV. ubi Vineti notas conſule. alterius Arborii nomen Ammiano Marcellin. Lib. XV. cap. 3. reſtituit Valeſius, alioſque Arborios recenſet. vide & Jac. Gothofred. in Proſopogr. Cod. Theod. pag. 41. Sub antiqui poëtae nomine ſaepe loca nonnulla ex hoc carmine adſert Gonſallus ad Petron. cap. XIX. pag. 84. cap. LXXIX. pag. 143. cap. CXXXIX. pag. 244. & praecipue ad cap. CXXVI. pag. 216. ubi *veterem Latii poëtam* vocat. Aevi tamen non optimi auctorem plurima manifeſtant, ſed qui genium Elegiarum Maximiani penitus ſpirare videtur, & licet colores haud invenuſtos hic & illic ex antiquioris ſeculi poëtis derivaverit, artificio tamen ultra naturalem ſimplicitatem operoſo & adfectato Muſam ſuam ita dedecorat, ut eam inſtruere & exornare ſtuduerit cultu nimio, quem in amica ſua jure improbat & averſatur. Muſis enim aeque ac puellis convenit illud utriusque artis magiſtri Lib. III. A. A. 257.

Formoſae minus artis opem praeceptaque curant;
Eſt illis ſua dos, forma ſine arte potens.

Melioris igitur aetatis deliciis poëticis adſueti mecum, ni fallor, huic nimis prolixae Elegiae praeferent Propertianam ejusdem argumenti, licet tertia parte breviorem, ſed ſplendore nativo ac ſimpliciori elegantiorem, Lib. I. Eleg. 2. quae incipit,

Quid juvat ornato procedere, vita, capillo?
Et tenues Coa veſte movere ſinus?
Aut quid Orontea crines perfundere myrrha?
Teque peregrinis vendere muneribus?
Naturaeque decus mercato perdere cultu?
Nec ſinere in propriis membra nitere bonis?
Crede mihi, non ulla tuae medicina figurae eſt.
Nudus Amor formae non amat artificem. & ſeqq.

& egregie modos, quibus munditiae ſingulis decorae contineantur, praeſcribit Ovid. III. Art. 103. & ſeqq. conferri meretur Epigramma coloris optimi in nimias puellarum munditias ſupra editum h. L. Ep. CXCIX. 5. ubi notas vide.

2. *Meque tuum forma perdere parce tua*] forte adhaeret Ovidio Lib. I. Am. 2. 50. ad Cupidinem:

Parce tuas in me perdere, victor, opes.

5. *Ne tibi ſit tanto caput* &c.] licet vulgata haec lectio conſtructione commoda ſtare poſſit, ut *tanto labore* jungantur, ſi tamen mei res arbitrii eſſet, mallem ſcripſiſſet,

Ne tibi ſit tanti, caput & coma pexa labore.

ut coma *labore pexa* dicatur de ſuggeſtu comae nimis laborioſa arte ſtructae ac conpoſitae. ut contra paullo poſt v. 10. *Inculti crines absque labore* dicuntur. *Ne tibi ſit tanti*, locutio eſt Propertio in primis amata. ut Lib. II. El. 13. 55.

Quare ne tibi ſit tanti Sidonia veſtis.

Lib. I. El. 6. 13.

An mihi ſit tanti doctas cognoſcere Athenas.

& El. 8. 3.

Et tibi jam tanti, quicumque eſt iſte, videtur.

Lib. III. El. 10. 3.

Tantine ulla fuit ſpoliati gloria Parthi.

Lib. IV. El. 3. 63.

Nec precor adſcenſis tanti ſit gloria Bactris.

& Eleg. XI. 88.

Et tanti cineres duxerit eſſe meos.

vide Broukhuſ. ad Lib. III. 18. 4. Patruum ad Ovid. Epiſt. I. 4. & quae notavi ad Lotich. Lib. II. El. 9. 71.

7. *Ne ſtringant rutilos tibi ſerica vincula crines*] vide ſupra ad Ep. CXCII. 3. & CCX. 6.

Digitized by Google

Nec tibi multiplicem crines revocentur in orbem,
Inculti crines abſque labore placent.
Aurea nec video cur flammea vertice portes:
Aurea nam nudo vertice tota nites.
Utraque fert auris aurum, fert utraque gemmas,
Utraque nuda novis anteferenda roſis.
Ora facis vitreo tibi ſplendidiora nitore,
Cum tamen ora vitro ſplendidiora geras.
Incendunt niveum lunata monilia collum,
Nec collum ſimplex dedecuiſſe poteſt.
Contegis occulta candentes veſte papillas,
Candida cum nolit veſte papilla tegi.
Ne toga fluxa volet, reprimit tibi faſcia corpus:
Sat corpus veneror, ſit toga fluxa licet.
Dic, teretes digitos quare annulus & lapis ambit,
Cum teretes digiti dent pretium lapidi?
Ornatu nullo potes exornatior eſſe,
Et tantum ornaris in mea damna nimis.
Ne te plus aequo ſpecies externa perornet,

Cum

9. *Nec tibi multiplicem crines revocentur in orbem*] apud Claudian. Lib. II. R. P. 15.

Illi multifidos crinis ſinuatur in orbes,
Idalia diviſus acu.

ubi in aliis MSS. *crinis variatur.* quae gloſſa videtur vocis *ſinuatur.* quam lectionem recte praetulit Claver. in Miſcell. cap. 19. nam *ſinus* & *ſinuare* eleganter de capillis. vide notas ad Ovid. I. Am. 14. 26. & III. A. A. 148.

13. *Utraque fert auris aurum*] inepta adliteratione verſum deturpat. quanto elegantius Ovid. III. Art. 129.

Vos quoque non caris aures onerate lapillis,
Quos legit in viridi decolor Indus aqua.
Nec prodite graves inſuto veſtibus auro;
Per quas nos petitis, ſaepe fugatis, opes.

16. *Cum tamen ora vitro* &c.] ita recte edidit Rivinus. perperam in ed. Patiſſ. Frellon. & Joh. P. Lotich. *Cum tantum* &c.

17. *Incendunt niveum lunata monilia collum*] ſapere videtur illud ex carmine Petronii ſupra edito Ep. CCLIII. v. 13.

Guttura nunc alias magnisve monilibus ornent,
Aut gemmas aptent capiti: tu ſola placere
Vel ſpoliata potes.

unde forte etiam imitatus eſt auctor Epithalamii Laurentio ſcripti, quod ex vetuſto Claudiani codice Ambroſiano eruit Heinſius, v. 35. & ſeqq. loco hiſce perquam ſimili:

Denique miramur, quid colla monilia geſtent,
Ex humeris fruſtra phaleras imponis eburnas?
Nam tibi non gemmae, ſed tu das lumina gemmis,
Atque alias comit, per te comſenitur aurum.

ubi *phaleras ſuſpendis eburnas* e Virgilio caſtigandum infra notabimus.

19. *Contegis occulta candentes veſte papillas*] *occulta veſtis* inprobabatur Cl. Oudendorpio, ideoque legebat,

Contegis occultas candenti veſte papillas.

licet *candentes papillas* ſcripſiſſe videri poſſit auctor, quia ſequenti verſu recurrit *candida papilla.* & ſic ſupra in carmine Lyrico ad Lydiam Ep. CCXIX. 22.

Conde papillas, quae me ſauciant
Candore, & luxu nivei pectoris.

occultae tamen *papillae* rectius dicuntur pro velatis, occultatis. ut *occultae manus* Propertio Lib. I. El. 16. 44. nam *occulta veſtis* pro ea, quae occulit ac tegit papillas, inſolens locutio eſt. *invidam veſtem* eleganter vocat Ovid. III. Am. 2. 27.

Invida veſtis eras, quae tam bona crura tegebas,
Quoque magis ſpectes, invida veſtis eras.

& talem ſibi a pictore depoſcit Amator in Epigrammate mox edendo, quod ex ſchedis Heinſianis produxit Patruus ad Petron. cap. 55. in fin.

27 *Ne te plus aequo ſpecies externa perornet*] valde ſuſpectum mihi & abſonum hic videtur illud *perornet.* quia modo *ornatu*, *exornatior*, & *ornaris* praeceſſerit. itaque *decoret* ſcripſiſſe auctorem conjicio, praeſertim quum in pentametro ſequatur, *pulchra*

decore

Digitized by Google

Cum ſis plus aequo pulchra decore tuo.
Non ego ſum, pro quo te conponendo labores,
Nec qui te talem non, niſi cogar, amem.
Pronus amo: non ſum, tenero qui pugnet amori,
Nec qui te roſeam vellet amare Deam.
Cum radiis certare Jovis tua lumina poſſent,
Et poſſent radiis vincere ſigna Jovis.
Sole nihil toto melius ſplendeſcit in orbe,
Sole tamen melius ſplendidiusque nites.
Sunt tibi colla quidem nive candidiora recenti,
Sed nive, quae nullo marcida Sole jacet.
Conveniunt tepido tua frons & pectora lacti,
Sed lacti, ſaturae quod poſuere caprae.
Cedit odora tibi vernantis gloria ſilvae,
Nec tibi quod riguus praeferat hortus, habet.
Nulla colorati ſpecies tibi proxima prati,
Nec cum floruerit, par tibi campus erit.
Alba liguſtra tuae nequeunt accedere laudi,
Fixaque ceſpitibus lilia laude premis.
Nulla tuos poſſunt aequare roſaria vultus,
Cum nec adhuc ſpinis ſit roſa vulſa tuis.
Gratia, quam violae maturo flore merentur,
Si quae contulerit ſe tibi, vilis erit.

Non

decore tuo. repetitione ex proximo verſu in hoc carmine obvia & frequenti. inverſa enim prima vocis litera *p* pro *d*, *pecoret* ſcriptum fuit, unde ex praecedentibus *ornatu* & *ornaris* fecerunt *perornet.* Scio *decoret* ſecunda longa apud optimi aevi poëtas non facile inveniri, ut in *dedecorare* tertiam ſemper corripiunt. quapropter recte Drakenb. & alii apud Silium Ital. Lib. XII. 743. praetulerunt *delubra coronant.* pro *decorant.* ut in edd. antiquis. Sed ſequioris aevi poëtae, qualem certe hunc eſſe ex multis Elegiae locis patet, mediam producunt, a *decor*, *decōris*, non a *decus*, *decŏris* derivantes. ut probant exempla a Daumio, quem laudat Cel. Drakenb. prolata. & ſic Dracontius Hexaemero v. 133.

Eminet bis criſtatus apex, bas lingua decorat.

ut notat Weitzius in Indice. Damaſus Carm. XXI.

Ornavit ſupplex, cultu meliore decorans.

Guielmus Brito Lib. V. Philipp. 428. *quos ordo decorat equeſtris.* & alii plures, quod indicat idem Daumius ad Bernardi Geyſtens. Palponiſt. Lib. II. 75.

29. *pro quo te conponendo labores*] ultima in *conponendo*, ut in *pingendo* infra Ep. 278. corripitur pravo exemplo, quod potuiſſet evitare poëta, quisquis ſit, ſi ſcripſiſſet, *pro quo te conpoſuiſſe labores.* ut notavi ad Elegiam Virgilio tributam ad Meſſalam v. 48. Lib. II. pag. 298. ubi plura de gerundiis in *do* male correptis.

31. *non ſum, tenero qui pugnet amori*] contra Helena apud Ovid. Epiſt. XVII. 189.

Utilis interdum eſt ipſis injuria paſſis,
Sic certe felix eſſe coacta velim.
Dum novus eſt, potius coepto pugnemus amori:
Flamma recens parva ſparſa reſidit aqua.

32. *Nec qui te roſeam*] *Nec prae te* legit Cl. Oudendorpius.

37. *Sunt tibi colla quidem nive candidiora recenti &c.*] Haec & ſequentia imitatione aperta mutuatus eſt ab Ovidio Lib. III. Amor. 5. 11.

Candidior nivibus, tunc cum cecidere recentes,
In liquidas nondum quas mora vertit aquas.
Candidior, quod adhuc ſpumis ſtridentibus albet,
Et modo ſiccatam, lacte, relinquit ovem.

nunc candidiora vitioſe in ed. Joh. Petr. Lotich.

43. *Nulla colorati ſpecies tibi proxima prati*] & hunc notare licet inter verſus rhythmo inſuaves, de quibus copioſe egi ad Lotich. Lib. V. El. 13. 25. & Lib. II. Carm. 22. 44.

48. *ſpinis ſit roſa vulſa tuis*] forte *ſuis.*

50. *Si quae contulerit ſe tibi*] ita edidi Rivinum ſecu-

Non Helenae mater, nec par tibi filia Ledae:
  Haec quamvis Paridem moverit, illa Jovem.
Conpulit illa Jovem cygni latuiſſe ſub alis,
  Conpulit illa Phrygas ſaeva ſub arma duces.
Leda, per albentes humeros fluitante capillo,
  Dum legit Argivae florea ſerta Deae,
Erranti ſuper aſtra Jovi de nube ſuprema
  Cognita, plumalem de Jove fecit avem.
Tuque puellarum dum ludis in agmine princeps,
  Inter virgineos lucida ſtella choros;
Si magno conſpecta Jovi de nube fuiſſes,
  Depoſuiſſe Deum non puduiſſet eum.
Aſt Helenae facies, & opima potentia formae,
  Dardanio Paridi per mare praeda fuit.
Graecia conjurat repetendam mille carinis,
  Jurata hanc ratibus Graecia mille petit.
Te tam conſpicuam Phrygius ſi praedo videret,
  Et te vel ratibus, vel rapuiſſet equo.
Annis tracta decem ſunt Troïca bella, ſed uno,
  Si pro te fierent, menſe peracta forent.
Virgine Ledaea, me judice, dignior eſſes,
  Pro qua Trojanas flamma cremaret opes.
Tu poteras Priamo validiſſima cauſſa fuiſſe,
  Nulla ut cura foret regna perire ſua.
Si ſuccincta togam, ritu pharetrata Dianae,

Ve-

ſecutus. nam male in ed. Patiſſ. Frellon. & Joh. P. Lotich. *Si quod contulerit* &c. Ovid. Rem. Am. 709.

Vos quoque formoſis veſtras conferte puellas,
  Incipiet dominas quemque pudere ſuae.
Utraque formoſae Paridi potuere videri:
  Sed ſibi collatam vicit utramque Venus.

Propertius Lib. II. 21. 11.

Num ſibi collatam doluit Venus? illa peraeque
  Prae ſe formoſis invidioſa Dea eſt.

51. *Non Helenae mater, nec par tibi filia Ledae*] forte exprimit illud Petronii cap. 138. *Quid huic formae aut Ariadne habuit aut Leda ſimile, quid contra hanc Helene, quid Venus poſſit?* quem imitatur etiam Lotichius Lib. V. Eleg. 5. v. 6.

Noſtra nihil certe videt his formoſius aetas,
  Vix Helene talis, vix Ariadna fuit.

62. *Depoſuiſſe Deum non puduiſſet eum*] verſus propter rhythmum odioſus. melius eſſet,

  Depoſuiſſe Jovem non puduiſſet eum.

venuſta ex priori verſu repetitione. eleganter quoque *Jovem deponere*, pro exſuere majeſtatem Jove dignam, & adſumere hominem amatorem. ut Terentius Eun. III. 5. 10. *Deum ſeſe in hominem convertiſſe* &c. *At quem Deum! qui templa coeli ſumma ſonitu concutit.* contra *Jovem adſumere*, pro induere ejus perſonam. ut *in Hercule, in Amazone prodire*, Herculis vel Amazonis partes agere. de quo Gronov. ad Senec. Herc. Fur. init.

63. *opima potentia formae*] Non placet. forte *prima potentia formae.* licet in hoc poëta ferri poſſe cenſeat Cl. Oudendorpius, praeſertim cum *opima praeda* optime dicatur. quo referenda eſt *potentia formae.*

65. *mille carinis*] adfert hunc verſum Gonſal. ad Petron. cap. 89. inter alia loca, quae integrum mille navium numerum ad Trojam expugnandam fuiſſe teſtantur. vide ad Lib. I. Ep. 99. 3.

75. *ritu pharetrata Dianae*] in ed. Patiſſon. Frellon. & Joh. Lotich. * *riſu.* ſed legendum *ritu*, ut edidit etiam Rivinus. & ita hic corrigendum monuit Gonſalius ad Petron. cap. 19. pag. 84. Ovidius Lib. X. Met. 536.

  Nuda genu, veſtem ritu ſuccincta Dianae.

Clau-

Digitized by Google

Venatrix toto crine ſoluta fores:
Si Dryadum comitata choro, ſi nuda lacertos
Arcu fulmineos inſequereris apros,
Te quicumque Deus ſilvoſa per antra vagantem
Conſpiceret, veram crederet eſſe Deam.
De pretio formae cum tres certamen iniſſent,
Electusque Paris arbiter eſſet eis;
Praefecit Venerem Paridis cenſura duabus,
Deque tribus victae ſuccubuere duae;
Cum tribus ad Paridem ſi quarta probanda venires,
De tribus a Paridi quarta probata fores.
Pomaque ſi formae potiori danda fuere,
Haec potius formae danda fuere tuae.
Ferrea corda gerit, tua quem coeleſtis imago,
Vel tam purpureae non tetigere genae.
Robore vel ſcopulo genitum convincere poſſim,
Quem tam ſollemnis forma movere nequit.

EP. CCLXXVI. *De Cythera.*

Forte erat Aurorae tempus, Solisque quadriga
Fecerat & ventum & ſonitum per nobile marmor

Ad-

Claudianus Paneg. Prob. & Olybr. v. 84. *innuptae ritus imitata Minervae.* vel forte *pharetratae more Dianae.* ut *ritu* ſit gloſſema τῷ *more.* ut apud Ovid. Lib. III. A. A. 143.

Altera ſuccinctae religetur more Dianae.

molle ſuccinctam Dianam vocat Prudent. Periſteph. Hymn. XIV. 281.

80. *veram crederet eſſe Deam*] non diſſimili colore Leander apud Ovid. Ep. XVIII. 66.

Tu Dea mortalem, coelo delapſa, petebas,
Vera loqui liceat, quam ſequor, ipſa Dea eſt.

86. *Paridi*] *Paride* edidit Rivin. ſed alterum rectius.

88. *Haec potius formae danda fuere tuae*] Paris ipſe apud Ovid. Epiſt. XVI. 135.

His ſimiles vultus, quantum reminiſcor, habebat,
Venit in arbitrium cum Cytherea meum.
Si tu veniſſes pariter certamen in illud,
In dubium Veneris palma futura fuit.

ſupra hoc Libro Epigr. 208. de malis Matianis:

Haec poterant celeres pretio tardare puellas.
Haec fuerant Veneri judice danda Phryge.

ubi notavi Heinſium recte legere *celerem puellam*, ut Hippomenem indicet. ſic enim *volucrem Hippomenem* etiam vocat auctor Elegiae ad Meſſalam v. 26.

Non illa, Heſperidum ni munere capta fuiſſet,
Quae volucrem curſu vicerat Hippomenem.

91. *Robore vel ſcopulo genitum*] imitatur illa Didonis ad Aeneam apud Ovid. Epiſt. VII. 37.

Te lapis, & montes, innataque rupibus altis
Robora, te ſaevae progenuere ferae.

& hac comparatione nihil apud poëtas frequentius. vid. Ovid. IX. Met. 612. III. Triſt. XI. 3. Tibull. III. El. 4. 85. & ſeq. ibidemque notas Broukhuſii, & ad Propert. IV. 4. 51. Muret. ad Catull. pag. 103. ed. Ald. Meurſ. Spicileg. ad Theocr. pag. 132. & 133. Cioſan. ad Ovid. VII. Met. 32. & quae notavi ad Lib. I. CLXXIV. 11.

92. *ſollemnis forma*] videtur corruptum. an *praepollens?* ut apud Apulej. X. Met. pag. 210. *Forma magis quam moribus in domo mariti praepollens.* licet pro *ſacrata* ſumſiſſe videatur Cl. Oudendorpio. poſſet & duriori translatione *ſollemnis forma* pro ceteris eminentiori & magis conſpicua poni. ut apud Ovid. XIV. Met. 262. *pulchro ſedet illa receſſu, Sollemni in ſolio.* ut ex codd. MSS. legebat Heinſius. ſed *Sublimi* praetulit Patruus. quae voces quia & alibi commutantur, forte etiam *ſublimis forma* praeſtiterit, pro egregia, excellenti. ut *ſublimes viri* pro nobilibus apud Varron. Lib. II. R. R. cap. 4 §. 10. *certamen ſublime* Claudiano Lib. I. in Rufin. 297. *ſublime ſolatium* in Inſcriptione antiqua apud Gruter. pag. 494. 4. PARENS TAM SAEVI LUCTUS PERCIPERET SUBLIME SOLATIUM.

EP. CCLXXVI. *De Cythera*] Ex ſchedis Divionenſibus.

8. *agens*]

Digitized by Google

Adſtantis pueri; cum te, mea bella Cythere,
Agnoſco venientem, & tu mea limina grato
Introitu dignata, roſas & lenis amomi
Delicias miras tecum adlicis, unde ſecutae
Palladis & frondes, nulliusque inſcia laurus.
Atria noſtra virent, & agunt in limine primo
Radicem platani, ad portam venit arbutus ipſam:
Felix multa arbos, imitans miracula Pindi,
Quam non delebit livor, nec ſera vetuſtas.
O jucunda nimis, tenui quae viſa poëtae,
Dum credis vitium non auſcultare Camenis.

EP. CCLXXVII. *de Die frigido.*

Sint tibi delitiae, ſint ditis prandia menſae,
  Munera poſt Bacchi ſit tibi pulchra Venus.
Vincere nec libeat villoſa veſte rigorem,
  Sed jungat calidum fervida virgo latus.

EP. CCLXXVIII. *Verba Amatoris ad Pictorem.*

Pinge, precor, pictor, tali candore puellam,
Qualem pinxit amor, qualem meus ignis anhelat.
Nil pingendo neges, tegat omnia ſerica veſtis,
Quae totum prodat tenui velamine corpus.
Te quoque pulſat amor, cruciant pigmenta medullas,
Si bonus es pictor, miſeri ſuſpiria pinge.

EP.

8. *agunt*] *agens* in marg.

11. *Quam*] *Quae* in marg.

12. *O jucunda nimis* &c.] licet ita in ſchedis MSS. legatur, non dubito tamen emendandum eſſe, *O jucunda quies!* ſequitur enim *tenui quae viſa poëtae.* certe quae hoc epigrammate deſcribuntur, in ſomnio ſibi adparuiſſe a poëta fingi opinor. ſic apud Propert. Lib. I. El. 10. init.

O jucunda quies, primo quum teſtis amori
  Adfueram veſtris conſcius inlecebris.
O noctem meminiſſe mihi jucunda voluptas!
  O quoties votis illa vocanda meis!
Quum te complexa morientem, Galle, puella
  Vidimus &c.

ubi tamen O *jucunda dies* legebat Graevius in Epiſt. ad Heinſ. p. 195. quae voces etiam confuſae apud Claud. III. R. P. 291. & alios. verſu autem ſecundo *conſcius inlecebris* ſcripſi ex feliciſſima Fruterii conjectura, pro vulgato *in lacrimis.* eamque firmant ſequentia,

Non tamen a veſtro potui ſecedere luſu.

ſupra h. L. Ep. LXII. 3. legebat Heinſius,

O formoſa quies! hoc quondam rure ſolebam
  Phyllidos hamatas ſollicitare manus.

ubi *dies* etiam in vulgatis. ultimum verſum corruptum arbitror.

EP. CCLXXVII. *Sint tibi deliciae* &c.] hoc quoque ineditum debetur ſchedis Salmaſianis & Divionenſibus.

v. 1. *ſint ditis prandia menſae*] ita recte in ſchedis Salmaſ. male in Divionenſ. *ſint ditis grandia menſae Munera, poſt* &c.

EP. CCLXXVIII. *Pinge, precor, pictor* &c.] ineditum hoc etiam proferimus ex ſchedis Salmaſianis & Divionenſibus. & produxerat Patruus in notis ad

Ep. CCLXXIX. *Amans Amanti.*

Dic quid agis, formoſa Venus, ſi neſcis amanti
Ferre vicem, perit omne decus, dum deperit aetas.
Marcent poſt rorem violae, roſa perdit odorem,
Lilia poſt vernum poſito candore liqueſcunt.
Haec metuas exempla, precor, & ſemper amanti
Redde vicem, quia ſemper amat, qui ſemper amatur.

Ep. CCLXXX. *Reſcriptum.*

Non redit in florem, ſed munus perdit amantis,
Quidquid vile jacet, dulce eſt quodcumque negatur.
Nam ſi formoſa facile penetratur amore,
Fecit adulterium, & munus perdit amantis.

Ep.

ad Petron. cap. 55. in fine. ubi de nebula, ſeu veſte tenui puellarum, oculis amantium non invida, qualem hoc loco deſcribit epigrammatarius; & a pictore etiam petit Anacreon Od. XVII. ſub finem:

> Στόλισον τὸ λοιπὸν αὐτὴν
> Ὑποπορφύροισι πέπλοις·
> Διαφαινέτω δὲ σαρκῶν
> Ὀλίγον, τὸ σῶμ᾽ ἐλέγχον.

unde haec forte expreſſa ſunt. vide & ſupra ad h. L. Ep. CXXXII. 16. ſecundo verſ. *finxit amor* in Divionenſ. verſ. penult. *pulſit amor* in Salm. Divion. & Leid. *pulſat* Heinſ. ſed an amor *pulſare* recte dicatur, dubito. licet *pulſare corda aeſtu laudum* apud Silium Lib. XVI. 480. Cl. Oudendorpius legebat,

> *Te quoque pulſet amor, crucient pigmenta medullas.*

Sed forte pro *pulſit*, ut in Schedis eſt, ſcribendum *luſit*, aut *uſſit*, neglecta ſynaloepha, quod frequens his poëtis. vel, *Te quoque ut uſſit amor.* vel, *Te quoque enim uſſit amor.* ut in memoriam ipſi revocet veteres, quibus ipſe aliquando incaluit, amores. quomodo Boreae favorem conciliare nititur Leander apud Ovid. Ep. XVIII. 40.

> *Quid faceres, eſſet ni tibi notus Amor.*
> *Tam gelidus cum ſis, non te tamen, inprobe, quondam*
> *Ignibus Actaeis incaluiſſe neges.*

& Propertius Lib. III. El. 15. 8. ad Bacchum:

> *Te quoque enim non eſſe rudem teſtatur amoris*
> *Lyncibus in caelum vecta Ariadna tuis.*

ut locum emendandum conjeci in Addendis ad Lotich. pag. 344. *crucient* Leid. ſed *crucians* a m. ſ. vitioſe etiam *Si bonus eſt* in Salm. & Leid. ſed *es* recte Heinſ. ut in Divion.

Ep. CCLXXIX. *Dic quid agis* &c.] Ex iisdem Schedis MSS. *Quidquid agis* in Divionenſibus. recte. v. 4. *poſitum* in Salm. & Leid. in quo *poſito* a m. ſ. ut correxerat Heinſ. & in Divion. legitur. ultimo verſu *qui ſemper amat* cod. Leid. Aetatis ſequioris indicium praebet in verſu primo *neſcis* ultima brevi. quod aevo minus eleganti licet haud rarum ſit, non ferendum tamen corrupiſſe librarios olim codices Propertii Lib. II. El. 5. 12. illo verſu,

> *Me ſoror, & cum qua dormit amica ſimul.*

ubi *dormis* in MSS. plurimis & editionibus vetuſtis, metro reluctante. quod jam monuit Muretus in notis pag. 89. ed. Ald. & Bapt. Pius ad Lucret. IV. 25. ejusmodi enim verba, quae penultimam in pluralibus producunt, ultimam ſingularis longam habent apud poëtas primi ordinis, ut & in perfectis. vid. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. VII. 53. & Lib. I. A. A. 447. forte tamen hic cum Cl. Oudendorpio legi poſſet,

> *Quidquid agit formoſa Venus, ſi neſcit amanti*
> *Ferre vicem,* &c.

licet ſequatur, *Haec metuas.* eſt enim γνώμη contorta in exempla, quae metuat virgo.

Ep. CCLXXX. *Non redit in florem* &c.] Corruptum hoc epigrammation exſtat in iisdem Schedis. tertio verſu voci *penetratur* adpoſitus erat aſteriſcus in Divionenſ. ad ſignum vitioſae lectionis. *penetravit* in Salm. & *Facit adulterium.* ſed Divionenſium ſchedarum lectionem praetuli. idem Cel. Oudendorpius tentabat,

> *Nam ſi formoſae facies penetrantur amore.*

vel,

> *Nam ſi formoſa facie penetratur amore.*

virgo ſcilicet. & *penetratur* probum exiſtimabat, quae quaſi telo amoris penitus pertingitur.

Ep.

EP. CCLXXXI. TUCCIANI. *de Amatoriis Cantilenis.*

Cantica gignit amor, & amorem cantica gignunt,
Cantandum eſt, ut ametur, & ut cantetur, amandum eſt.

EP. CCLXXXII. EJUSDEM.

Pallas tota Jovis patrio de vertice nata
In coelum cecidit . . .

EP. CCLXXXIII. ETEMUNDIS.

Mens ubi amaris ama, rarum eſt agnoſcere amicos,
Rarum invenire eſt, mens ubi amaris ama.

EP. CCLXXXIV. *Arbor de Se & Nympha.*

Frondibus his ſpectanda meis haec forma vireſcit
Frontibus; haec lacrimis gaudet amantis amans.
Si pictas volucres, miſeros haec captat amantes,
Tanta eſt his oculis Gratia, tanta Venus.

EP. CCLXXXV. *Item.*

Hos habitat lucos: errantem quisquis Amorem
Quaeris, in hoc matris nunc cubat ille ſinu.

EP. CCLXXXVI. *Item.*

Hos domino flores Amor educat almus amanti,
Perpetuasque dedit carpere delicias.

EP. CCLXXXVII. *Item.*

Gaudia quisquis amas, vernantes collige flores,
Dum licet, & verno munere diſce frui.

EP.

EP. CCLXXXI. TUCCIANI] Hoc quoque in Schedis Salmaſianis & Divionenſibus legitur. an forte TUSCIANI? quod nomen poſteriori aevo notum. ſic *Tuſcianum* Juliano familiarem, & alium ſub Theodoſio Magno Comitem Orientis, recenſet Jac. Gothofr. in Proſopogr. Cod. Theod. pag. 92. cujus etiam mentio in Inſcriptione apud Gruter. pag. CLIV. 4. licet nomen in marmore ipſo corruptum ſit.

EP. CCLXXXII. EJUSDEM. *Pallas tota* &c.] fragmentum hoc praecedenti adnectitur in ſolis Schedis Salmaſianis.

EP. CCLXXXIII. ETEMUNDIS.] ex Salmaſ. & Divionenſ. Schedis.

EP. CCLXXXIV. CCLXXXV. CCLXXXVI. CCLXXXVII. *Arbor de Se & Nympha.*] Quatuor haec Epigrammata ut vetuſtiſſima edidit Barth. Lib. LII. Adverſ. cap. I.

EP. CCLXXXV. *Hos habitat*] legendum *habita*. ut ſuadet *Quaeris* in ſeq. verſu.

EP. CCLXXXVI. *Hos domino flores*] *dominae* malebat Cl. Oudendorpius. ut puellae amanti promittat flores ſuos.

EP.

EP. CCLXXXVIII. INCERTI. *de Roſis.*

O quales ego mane roſas procedere vidi!
Naſcebantur adhuc, neque erat par omnibus aetas.
Prima papillatos ducebat . . . . corymbos;
Altera puniceos apices umbone levabat;
Tertia non totum calathi patefecerat orbem,
Quarta ſimul nituit, mutato tegmine floris.

Dum

EP. CCLXXXVIII. INCERTI. *de Roſis.*] ita inſcripſi. licet in ſchedis Salmaſianis & Divionenſibus ſimpliciter *de Roſis.* duobus enim ſequentibus praefigunt eaedem ſchedae EJUSDEM. licet primo Epigrammati non ſit adpoſitum poëtae nomen. unde patet haec tria priora eumdem habere auctorem, ſed incertum. quarto FLORI nomen praemittunt. edidit primum & quartum ex codice Salmaſiano Scriverius ad Pervig. Ven. pag. 445. & 446. & ex eo Almelovenius in Epigr. vet. pag. 12. & 13. & tertium primumque nuper Jod. Joh. Struchtmeyer in Animadv. Critic. pag. 88. & 89. ſecundum ac tertium ſub Luxurii nomine profert idem Scriverius pag. 453. & 454. ſed inter Luxurii Epigrammata non inveni, ex Salmaſiano & Divionenſi codice deſcripta. quartum, cui FLORI nomen praefigitur, ex ſuo codice dedit Salmaſ. ad Spartian. Hadrian. cap. 16. pag. 155. & poſt Palladium, ſub titulo FLORI ROSA, aliis incertorum vett. poëtarum Epigrammatibus inſeruit Rivinus, licet male Floro tribui, & ἄδηλον eſſe, ſed errorem natum, quia de floribus ac praeſertim Roſis agat, exiſtimet ad Pervig. Ven. pag. 74. ubi primum Epigramma etiam adfert, & illud FLORI ab Opitio Germanice verſum notat.

v. 1. *O quales ego mane roſas*] ſic edidit Scriverius, & qui ex eo Epigramma hoc produxerunt. in codice Salmaſiano, ejusque apographo Leidenſi, *Quales.* ſed in Divionenſi *Aequales.* quod a manu recentiori in margine Salmaſ. & Leid. erat adſcriptum. forſan rectius. & verſu ſecundo *aetas* in Divion. non *aeſtas*, ut in cod. Salmaſ. & Leid. innuit enim *aequales* fuiſſe roſas, licet non eadem ſingularum aetas eſſet: ſimili fere loquendi elegantia, qua de ſororum forma non eadem nec diverſa Ovid. II. Met. 14.

—— facies non omnibus una,
Nec diverſa tamen.

3. *Prima papillatos ducebat . . . . corymbos*] lacuna haec in Salmaſiano, Leidenſi, & Divionenſi codice eſt. *nata* vel *ſpica* ſupplebat Scriverius. *virgo* Illuſtr. Bouhier. ad Pervig. Ven. pag. 185. *gemma* Struchtmeyer. in Animadv. Crit. p. 90. quod blandiri poſſet, quia apud Columellam Lib. X. 37. *Paeſtique roſaria gemment.* ſic *picta roſaria gemmis* in Epigrammate veteri de Menſibus apud Pithoeum Lib. IV. p. 175. & in Carmine Didus ad Aeneam v. 37. quod edidi Lib. I. 173.

—— gemmatis roſcida Veſtul
Rident prata roſis.

Apulej. Lib. X. pag. 232. *quod ver in ipſo ortu jam gemmulis floridis cuncta depingeret.* in Epigrammate Aſclepiadii apud Pith. Lib. IV. pag. 171.

Ver agrum gemmis nitidum ſtellantibus ornat.

vid. & ſupra ad h. L. Ep. 51. 12. mihi tamen *Prima* hoc in verſu de *roſa* intelligendum, neque *prima ſpica*, aut *prima gemma* jungendum videtur, propter ſequentes verſus, *Altera puniceos* &c. *Tertia non totum* &c. & *Quarta ſimul. roſa* nempe. ideoque forte rectius ſupplebitur:

Prima papillatos ducebat fronte *corymbos.*

quod jubet verſus ſeptimus, *Dum levat una caput.* quae ad hunc verſum referenda. deinde, *dumque explicat altera nodum*, reſpiciunt illa, *Altera puniceos apices umbone levabat.* favet huic conjecturae Auctor Elegiae de Roſa mox edendae v. 27.

Haec aperit primi faſtigia celſa obeliſci,
Mucronem evolvens purpurei capitis.

ut pro *abſolvens* legit Heinſius. neque male Cel. Oudendorpius, *ducebat tecta corymbos.* id eſt, adhuc latens. ut in Idyll. de Roſa v. 25.

Haec viret anguſto foliorum tecta galero, & ſeqq. loco tam huic ſimili, ut alter alterum imitatus videatur. cum quibus confer Paulin. Petroc. Lib. IV. 559. & ſeqq. vel ſupplebat *bacca.* ut bacca dicatur, cum roſa adhuc tecta eſt corymbis ſeu foliis. *papillati* autem roſae *corymbi* ſunt roſae nondum apertae mucrones faſtigiati, & in fronte ejus ſe exſerentes. ut recte Scriverius exponit, prolato adpoſito Hieronymi loco ex Epiſt. XXVI. ad Pammachium, quo egregie hi verſus illuſtrantur: *Quis parturientem roſam, & papillatum corymbum, antequam in calathum fundatur orbis, & tota rubentium foliorum pandatur ambitio, immature demeſſum, aequis oculis marceſcere videat.* ex quibus Hieronymi verbis Epigramma hoc expreſſum arbitrabatur Rivinus.

5. *Tertia non totum calathi*] ita recte in Divionenſ. ut conjecerat Heinſ. & edidit Scriver. ex vitioſa Salmaſiani codicis ſcriptura *galati.*

6. *Quarta ſimul nituit, mutato tegmine floris*] ſic edidit Scriver. ſed *nudato* legendum monuit Cl. Cannegiet. ad Avien. Fab. 38. pag. 212. vel *nudato tegmin*

 gmin

Dum levat una caput, dumque explicat altera nodum,
Huic dum virgineus pudor extenuatur amictu,
Ne pereant, lege mane roſas; cito virgo ſeneſcit.

Ep. CCLXXXIX. Ejusdem. *de Roſa.*

Aut hoc riſit Amor, aut hoc de pectine traxit
Purpureis Aurora comis, aut ſentibus haeſit
Cypris, & hic ſpinis inſedit ſanguis acutis.

Ep. CCXC. Ejusdem. *de Roſis.*

Hortus erat Veneris, roſeis circumdatus herbis,
Gratus ager dominae: quem, qui vidiſſet, amaret.
Dum Puer hic paſſim properat decerpere flores,
Et velare comas, ſpina libavit acuta
Marmoreos digitos: mox, ut dolor adtigit artus,

San-

gmine flore. micuit in Divionenſ. & pro *tegmine* in cod. Salm. Leid. & Divion. *germine.* unde Cl. Oudendorpio placebat, *mutati* vel *nudati germine floris.* tegmen enim non nudatur, ſed flos nudatur tegmine. infra Idyll. de Roſa v. 24.

—— quo ſe naſcentia florum
Germina conparibus dividerent ſpatiis.

7. *Dum levat*] ita in Divion. ſed in Salm. & Leid. vitioſe *lebet.* in quorum tamen marg. correct. *levat.*

8. *Huic dum virgineus pudor extenuatur amictu*] *Sic dum* Salm. Divion. & Leid. ſed ſecutus ſum Scriverium. qui emendationem Salmaſii pro *extenuatur* legentis *exſinuatur* recte probat. quod confirmatum inveni a Schedis Divionenſibus. ut infra Idyllio de Roſis v. 29.

Vertice collectos illa exſinuabat amictus.

virgineus pudor hic roſae tribuitur, ut Columellae Lib. x. 261.

—— confuſa rubore
Virgineas adaperta genas roſa praeſtet honores
Coelitibus.

ſic enim in cod. Scalig. & S. Germani legitur, non *adoperta* & *praebet.*

9. *Ne pereant, lege mane roſas; cito virgo ſeneſcit*] *Nec pereant* in cod. Leid. & in omnibus *roſas,* non *roſam,* ut Scriver. quem ex ingenio ſive conjectura Salmaſii edidiſſe opinor *cito virgo ſeneſcit.* nam lacuna eſt in cod. Salm. & Leid. *lege mane roſas . . . virgo ſeneſcit.* licet *cito* margini adſcriptum ſit a man. recentiori. Ill Bouhierius hoc loco ſuam emendationem ſupra v. 3. memoratam confirmat, & *roſa virgo* exponit. Sed praefero Divionenſis codicis ſcripturam, in quo legebatur *ſic virgo ſeneſcit,* quam ſi ſequamur, elegantior erit ſenſus; florem nempe virginis puellae inſtar roſae caducae & intereuntis marceſcere. ut infra in fine Idyllii de Roſa:

Collige virgo roſas, dum flos novus, & nova pubes,
Et memor eſto, aevum ſic properare tuum.

& ita in verſibus elegantiſſimis Theocriti Idyll. XXIII. 28. & ſeqq. unde haec expreſſa ſunt:

Καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει,
Καὶ τὸ ἴον καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι, καὶ ταχὺ γηρᾷ·
Λευκὸν τὸ κρίνον ἐστί, καὶ τάκεται, ἀνίκα παχθῇ· &c.
Καὶ κάλλος καλόν ἐστι τὸ παιδικόν, ἀλλ' ὀλίγον ζῇ.

paſſim enim pulchritudinis juvenilis ac vitae humanae fragilitas roſae cito contabeſcenti comparatur apud veteres. vide Pantini notas ad Apoſtolii Paroem. Centur. XVII 21. & hinc in explicatione proverbii Graecorum Ῥόδον παρελθὼν μηκέτι ζήτει πάλιν, legendum eſſe ἐπὶ τῶν ταχυόλων τινά, non κυδανόντων recte conjicit Schottus ad Proverb. Gr. ex Suid. Cent XII. 58. ut de roſa celeriter marceſcente intelligatur.

Ep. CCLXXXIX. 3. *ſpinis inſedit ſanguis acutis*] *anguis* in cod. Leid. ſed in marg. *ſanguis.*

Ep. CCXC. 3. *Dum Puer hic paſſim*] ita in Divionenſ. ut tranſpoſuit verba Scriverius, quae in cod. Salmaſ. vitioſe erant collocata, *Hic Puer dum paſſim.* ſed in ejus margine & Leidenſ. emendatum erat.

5. *Marmoreos digitos*] *Marmoreus* in Leid. ſed *Marmoreos* a man ſec. vide Struchtmeyr. Anim. Crit. p. 88. ubi *digitos eburnos* vindicat loco Propertii Lib. II. El. 1. 9 de quo egi ad Lotich. Lib. IV. 2. 39. & in Addendis pag. 690. & 691. ſimiliter *pectus marmoreum* dixit Lucilius apud Nonium Marcel. in *ſtare,* pag. 391.

Hic corpus ſolidum invenies, hic ſtare papillas
Pectore marmoreo.

Horat. Lib. 1. od. 19 6. *Urit me Glycerae nitor, Splendentis Pario marmore purius.* quod eleganter imitatus Seneca Hippolyt. 794.

Haec ſolem facies rarius adpetat,
Lucebit Pario marmore clarius.

ubi vide Delrium. Barneſ. ad Anacr. Od. XXVII. pag. 92. & quae notavi ſupra ad h. L. Ep. 172.

6. San-

Sanguineamque manum, tinxit ſua lumina gutta:
Proruit ad Matrem frendens, deſertque querelas.
Unde Roſae, Mater, coeperunt eſſe nocentes?
Unde tui flores pungunt latitantibus armis?
Bella gerunt mecum. Floris color & cruor unum.

EP. CCXCI. FLORI. *de Roſis.*

Venerunt aliquando Roſae. proh veris amoeni
Ingenium! una dies oſtendit ſpicula florum,
Altera pyramidas, nodo majore tumentes;
Tertia jam calathos: totum lux quarta peregit
Floris opus. pereunt hodie, niſi mane legantur.

CCXCII. INCERTI. *Idyllium de Roſa.*

Ver erat, & blando mordentia frigora ſenſu
  Spirabat croceo mane revecta dies.

Stri-

6. *Sanguineamque manum*] in cod. Salm. *Sanguineaque manu.* ſed *Sanguineamque manum* in Leid. quod cod. Divionenſis conprobat, in quo tamen male diſtinguitur,

Sanguineamque manum tinxit, ſua lumina gutta.

7. *Proruit ad Matrem*] unde ſic ediderit Scriverius, ignoro. nam in cod. Salm. Leid. & Divion. *Pervenit.*

9. *Unde tui flores pungunt latitantibus armis*] Hoc quoque e conjectura Scriverii eſt. & firmari poſſet loco Palladii de Inſitione v. 93.

Pro ſudibus foetis, & pro pungentibus armis
Caſtaneas fultum dant nova mala decus.

quomodo in ſuo exemplari pro *praegnantibus*, ut nunc circumfertur, correxerat Janus Vlitius. in codice tamen Salmaſiano ac Leidenſi,

Unde tui flores pugnant latentibus armis.

ſed in utriusque margine correctum *pugnare. coeperunt* nempe. quod verum puto, & a Divionenſi firmatur. in quo hoc amplius, *pugnare nocentibus armis.* ſed *nocentes* modo praeceſſit.

10. *Bella gerunt mecum. Floris*] aliter paullo diſtinguit Divionenſis codex,

Bella gerunt mecum floris color, & cruor unum.

quomodo & in Salm. & Leid. niſi quod *gerant* pro *gerunt.* & in Leid. *floris eſt color* &c. forte pro, *floris color & cruor unum eſt.* licet malim, *floris color & cruor unus.*

EP. CCXCI. 1. *proh veris amoeni Ingenium*] *amoenae* in Salm. & Divion. *roſae* nempe. ſed bene *amoeni* edidit Scriver. Rivinus, & Salmaſ. ad Spartian. Hadr. 16. & verſu ſeq. *una dies.* nam *die* male in ejus Schedis. *diae* Leid. ſed *dies* in Divion.

3. *nodo majore tumentes*] *majora* Leid. ſed *majore* a m. ſec.

4. *Tertia jam calathos*] ita recte emendatum ediderunt Salmaſ. Scriverius, & Rivinus, pro corrupta cod. Salm. & Leid. ſcriptura *gallatos.* in Divionenſibus ſchedis eſt, *Tertia lux calathis.*

CCXCII. INCERTI. *Idyllium de Roſa.*] Hoc Eidyllium, quod hodie inter Auſoniana legitur numero VI. (XIV.) Mariangelus Accurſius olim, Hieronymo Aleandro auctore & impulſore, Burdigalenſi poëtae aſſeruit una cum aliis nonnullis opuſculis, quum ea reperiſſent inter Auſonii ſcripta; cujus videbantur potius quam Maronis, cum quo omnium primo excuſa ſunt. cujus ſane non ſunt, uti nec fortaſſis Auſonii. Quod in membranis ipſius operibus reliquis conjungantur, ficulneum argumentum eſt: nec ideo ipſius eſſe magis probes, quam quae circumferuntur Diſticha Moralia, Dionyſio Catoni nunc adſcripta. de quibus vide Eliam Vinetum in hoc Eidyllium, & Joſeph. Scaligerum Auſonianar. Lection. cap. penult. quo oſtendit Catonis Diſticha perperam Auſonio adtributa. SCRIVERIUS. Maroni tribuitur optima haec Elegia in antiquis Catalectorum Virgilii editionibus, praefixa hac epigraphe, PUBLII VIRGILII MARONIS ROSAE. ut in Vicetina, Brixienſi, Veneta, Juntina, Aldina, aliisque. in cod. Petaviano titulus eſt, P. V. MARONIS ECLOGA DE EST ET NON FINIT. EJUSDEM DE ROSIS NASCENTIBUS ECLOGA INCIPIT. & ſic in MS. Voſſiano, unde aliquando deſcripſi, PUBLII VIRGILII MARONIS DE ROSIS NASCENTIBUS ECLOGA INCIPIT. In alio Bibliothecae Leidenſis codice inveni, PUBLIUS MARO DE VERE NOVO AD AMASIAM INCIPIT. a viris doctis relata eſt inter Auſonii Eidyllia num. XIV. p. 520. ed. Toll. & in hunc pronior quam in Virgilium videtur Erythraeus in Ind. Virgil. in *die.* Sed in antiquis ante Marlang. Accurſium editionibus Auſonii, ut in Veneta 1493. per Joh. de Cereto excuſa, aut Parmenſi 1499. per Thadaeum Ugoletum curata, aliisque vetuſtioribus non conſpicitur. in Aſcenſiana autem an. 1513. cui

Hie-

Strictior Eoos praeceſſerat aura jugales,
Aeſtiferum ſuadens anticipare diem.
Errabam riguis per quadrua compita in hortis,
Maturo cupiens me vegetare die.
Vidi concretas per gramina flexa pruinas

Pen-

Hieronymus Aleander praeſuit, edita eſt cum hoc titulo: *Auſonii Roſae, quae perperam Maroni adſcriptae, ex fide vetuſti codicis Auctori aſſignantur.* Sed quia ceteris ejus operibus & Epigrammatibus adjunctam codices MSS. nonnulli exhibent, ut notat etiam Vinetus, non magis probat, eam Auſonii eſſe quam Ovidii. pari enim ratione hunc quoque auctorem habere poſſet, quia in codice Juniano, qui olim v. cl. Patricii Junii fuit, & quem contulit Heinſius, poſt Ovidii Nucem legebatur. ut teſtatur ad Lib. III. Met. 235. vel etiam Claudiani, quia in illius Codice Bononienſi hanc quoque Elegiam ſub finem adjectam idem offendit Heinſius. & ab eadem origine, quia inter poëmatia Virgilii in vetuſtis codicibus reperta fuit, poëtae principi liberaliter nimis adtributa fuit. Barthius ad Stat. Lib. II. Theb. 231. pag. 391. vulgarem ſecutus opinionem Auſonio quidem adſcribit; ſed ſententiam ſuam propoſiturum ſe promittit in Dubiorum Commentariis, numquam editis, eumdemque ac Copae Auctorem facit Virgilium, cui etiam adjudicat Bembus in Dialogo de Culice Virgilii pag. m. 790. & Politianus in Miſcellan. cap. XI. Eidem Barthio in notis ad Paulin. Petroc. Lib. IV. 563. Idyllium hoc ejuſdem venae & ingenii videtur ac Elegia de Phoenice Lactantio tributa, & utriusque foetus parentem eſſe Auſonium adfirmat. Sed incertum auctorem ſtatuamus praeſtat, ut jam olim Pierii Valeriani ſententia fuit in notis ad Virg. Lib. I. Georg. 208. *Auctor Roſae*, inquit, *quae Maroni adſcribitur, quae, cujuſcumque fuerit, & docte & luculenter ſcripta eſt.* Recte igitur neque Virgilii nec Auſonii, ſed incerti titulum inſcripſiſſe me opinor huic Elegiae, in qua edenda, paucis exceptis, ſecutus ſum P. Scriverium, qui aliquot locis caſtigatam & interpolatam exhibuit in Animadv. ad Pervig. Vener. poſt Amores Baudii pag. 446. & ſeqq. Encomia Roſae apud poëtas plurimos obvia. vide praeter Politian. & Barth. dd. ll. Gevart. Lect. Papin. Lib. II. cap. 8. Weitz. ad Pervig. Ven. p. 287. & quos laudat Barneſ. ad Anacreont. Od. V.

1. *mordentia frigora ſenſu*] ita edidi ex Petav. Voſſ. Leid. & ed. Ald. Aſcenſ. Tornaeſ. & Tollii niſi quod *frigore* in Petav. *mordentia frigora morſu* Vicetin. Brix. Veneta, & Juntina. *morientia frigora morſu* edidit Scriver. ſine ullo ſenſu. nam quomodo *frigora morſu morientia*? ſed recte ſpirare dicuntur frigora, quae mordent blando ſenſu. & hoc probabat Cel. Oudendorpius. & Barth. ad Claudian. II. de Laud. Stil. 472. p. 274. ubi initium adfert hujus Elegiae, non invitis, ut ait, Gratiis ſcriptae.

2. *croceo mane revecta dies*] ſic eaedem edd. cum cod. Junian. & Voſſ. *refecta* Leid. *retecta* Ald. perperam. *revecta dies*, ut in Epigrammate Aſmeni de ortu Solis apud Pith. Lib. IV. pag. 165. *Aurora Oceanum croceo velamine fulgens Liquerat, & bijugis vecta rubebat equis.* Ovid. III. Met. 149. *altera lucem Cum croceis evecta rotis Aurora reducet.* vide illic Patrui notas. & ad Epiſt. IV. 160. ubi ex MSS. *Purpureo tepidum qui vehit axe diem.* non movet. mox *proceſſerat* Leid. cod.

4. *Aeſtiferum ſuadens anticipare diem*] Ita quidem in codd. MSS. & edd. ſed quem non offendant tria priora elegantiſſimi carminis diſticha in *dies*, *diem*, *die*, deſinentia, ut & v. 14. & 16. *die* & *dies*. Caſtigari id nonnihil poſſet, ſi hoc quidem verſu liceret reponere, *Aeſtiferum ſuadens anticipare Deum.* quod exigere videtur verſus praecedens, ubi *Eoos jugales* vocat Solis Orientis equos. Sol autem *aeſtifer*, ſeu calorem producens, quomodo *aeſtifer cancer* Virgilio II. G. 353. & Silio Lib. I. 194. quod bene pro *peſtifero* tuetur Cel. Drakenb. ut apud eumdem Lib. XIV. 585. emendarunt viri docti, *Corniger aeſtiferis Titan fervoribus.* non *aſtriferis*. recte etiam Aurora ſtrictiori ac leniori vento, vel aura frigidula, praecedere Solem dicitur, qui diſcuſſa ſtrictiori aurorae aura diem & aeſtum adfert. vid. Barth. d. l. hinc apud Virg. III. Georg. 324.

Luciferi primo cum ſidere frigida rura
Carpamus, dum mane novum, dum gramina canent.

& de Sole Aurorae ſuccedente, in Culice v. 41.

Igneus aetherias jam Sol penetrarat in arces,
Candidaque aurato quatiebat lumina curru,
Crinibus & roſeis tenebras Aurora fugarat.

ut ex MSS. legendum, non *fugabat*, notavi ad Auct. Eleg. in Obit. Maec. v. 127. praeterea *ſudans* hic conjiciebat Heinſ. ad Ovid. III. Met. 235. ubi de verbo *anticipare* pro praevenire, non ita paſſim obvio, ſed probo tamen ac vetuſto, & quo uſus etiam eſt Varro in fragmento apud Nonium in h. v. pag. 70. *Anticipate, atque addite calcar.*

5. *Errabam riguis per quadrua compita in hortis*] recte ita edidit Scriverius, ut in ed. Aſcenſ. & Tornaeſ. quod a codice Petaviano & Juniano firmatur, & a cod. Voſſiano, in quo legitur, *per quadrua competa inertis.* in Leidenſi, *per quadra compita in ortis.* ed. Vicet. Brix. Ven. & Junt. *per quadrua compita in herbis.* Aldus in utraque editione an. 1517. & 1534. *per quadra & compita in hortis.* Iſacus autem Voſſius conjecerat, *perque arva & compita in hortis.* ſed praetuli lectionem a Scriverio probatam, & N. Heinſio, quia codicum MSS. auctoritate fulcitur.

7. *per gramina flexa pruinas*] *feſſa* in ſola ed. Junt. *ruinas* in Vicet. Brix. & Venet. *at olerum* cod. Leid.

9. Cau-

Pendere, aut olerum ſtare cacuminibus.
Caulibus & patulis teretes colludere guttas,
Et coeleſtis aquae pondere tunc gravidas.
Vidi Paeſtano candere roſaria cultu,
Exoriente novo roſcida Lucifero.
Rara pruinoſis canebat gemma frutetis,
Ad primi radios interitura die.
Ambigeres, raperetne roſis Aurora ruborem,
An daret, & flores tingeret orta dies.
Ros unus, color unus, & unum mane duorum:
Sideris & floris nam domina una Venus.
Forſan & unus odor; ſed celſior ille per auras
Difflatur: ſpirat proximus iſte magis.
Communis Paphie dea ſideris, & dea floris,

Prae-

9. *Caulibus & patulis teretes colludere guttas*] concinnius in Juniano & Leid. cod. *Caulibus & teretes patulis. concludere* in eodem Jun. & Voſſ. *conducere* Leid. *colludere* etiam ed. Vic. Brix. Ven. Junt. Ald. Aſcenſ. & Tornaeſ. *concludere* cod. Petav. Heinſius *conſidere* conjecerat. Sequentem verſum omittunt Petav. & Voſſ. ſed in cod. Leidenſi inſerebatur ineptus ille verſus pentameter,

Nox aſſueta diu ſteterat illud idem.

qui & in cod. Juniano exſtabat, niſi quod in eo, *Non aſſ. d fecerat illud idem.* deinde in Leid. hiatus erat unius verſus, & ſequebatur,

Et coeleſtis aquae pondere tunc gravidas.
Vidi Paeſtano &c.

Heinſius vero emendabat, *E coeleſtis aquae pondere tunc gravidis.* caulibus nempe.

11. *candere roſaria*] *gaudere* edidit Tollius, ut legitur in Petav. Voſſ. Jun. & omnibus edd. vetuſtis, in quibus v. ſeq. *roſida* pro *roſcida*, praeter Aldinam. *roſcula* Aſcenſ.

13. *canebat gemma frutetis*] *candebat gemma fructis* in cod. Leid. *frutectis* in Petav. & Voſſ. quomodo ſaepe in vetuſtis codicibus, ut *virecta* pro *vireta*. vide Munckeri & Patrui notas ad Argum. Ovid. Met. I. pag. 22. Papias in Vocabulario: *Fructeta, arborum conſeƈtus, ſaltus, vepres.* ubi ſcribendum, *Frutecta, arborum contextus.* ut in Gloſſario MS. Voſſiano, *Frutectum, arborum contextum.* & in alio Gloſſario MS. Leidenſi poſt Iſidori Etymolog. *Frutectum, arborum contextus, vel denſitas.* & ſic in Egmondano, Puteanco, & Rottendorph. codice ſcribitur apud Prudent. Hamartig. 232.

14. *Ad primi radios interitura die*] in cod. Voſſ. mendoſe, *Ad primi radios inter aura die.* in Petaviano, ceteriſque codd. & edd. *interitura.* ut infr. v. 47. *paucis licet interitura diebus.* in Leid. *Ad primum radio.* in edd. Vicet. Brix. Venet. Junt. *Ad primos radios interitura die.* ut Pier. ad Virg. I. Georg. 208. & Erythraeus in Ind. Virg. in *die.* in aliis, *Ad prima radios interitura die.* vera lectio eſt, *Ad primi radios interitura die.* ut in cod. Junian. ed. Ald. & Aſcenſ. & ſic legit Bembus de Culic. Virgil. p. 792. qui *die* pro *diei* recte exponit, quod Pierius etiam ibidem monuit, & Vinetus in notis ad Auſon. vide & infra ad Copam v. 18. idque hoc in verſu probat Voſſius de Analog. pag. 770. & ſic in aliis *fide* pro *fidei*, *acie*, pro *aciei*, & ſim. vide notas ad Ovid. III. Met. 341. Stewech. Quaeſt. Apulej. pag. 122. Muncker. ad Lactant. Arg. Ovid. XII. Fab. VI. pag. 848. Drakenb. ad Silium III. 88. Cort. ad Salluſt. Jug. 52. 3. & Oudend. ad Caeſ. II. de Bel. Gall. 23. Barthius hic legit *Dei* pro Solis. forte propter *radios*, qui ſaepe ſimpliciter pro radiis Solis dicuntur. vide ad Lib. I. Ep. 17. vel ut tolleret recurſum vocis *dies* in ſeq. pentametro. ut ſupra v. 4. cui favere poſſet locus Apuleji Lib. XI. Met. p. 241. *& qui naſcentis Dei Solis incboantibus illuſtrantur radiis.* ubi tamen Pricaeus, deleta voce *Solis*, legit *naſcentis diei.* quod praefert etiam Colvius.

15. *raperetne roſis Aurora ruborem, An daret*] optime ſic ediderunt Aldus, Aſcenſius, Tornaeſius, & alii, quod & agnoſcunt Junianus, Voſſianus, & alii codices. Inepta enim eſt lectio, quae in Vicet. Brix. Venet. & Junt. ed. exſtat, *raperetne roſis tunc aura ruborem.* quod forte e verſu tertio derivatum, ſed omnem loci elegantiſſimi venuſtatem turbat.

17. *Ros unus*] *uni* Petav. & Voſſ.

18. *Sideris & floris nam domina una Venus*] ita recte in Petav. Junian. Voſſ. ac Leidenſ. cod. & ed. Aſcenſ. perperam in vetuſtioribus editionibus cum Juntina & Aldinis, *eſt domina una Venus.* ſequens diſtichon ſic legebatur in cod. Juniano,

Forſitan unus odor; ſed celſior ille per auras
Effluit, & ſpirat proximus iſte magis.

Forſitan etiam in Leid. & ſequenti verſu,

Deſluit & ſpirat forſitan iſte magis.

men-

Praecipit unius muricis eſſe habitum.
Momentum intererat, quo ſe naſcentia florum
Germina conparibus dividerent ſpatiis.
Haec viret anguſto foliorum tecta galero:
Hanc tenui folio purpura rubra notat.
Haec aperit primi faſtigia celſa obeliſci,
Mucronem abſolvens purpurei capitis.
Vertice collectos illa exſinuabat amictus,
Jam meditans foliis ſe numerare ſuis.
Nec mora: ridentis calathi patefecit honorem,
Prodens incluſi ſemina denſa croci.

Haec

mendoſe in Voſſiano,

Diffle ſpirant proximus iſte magis.

Tollius ex ſua emendatione edidit, *Diffluit: exſpirat* &c. editiones autem vetuſtae firmant lectionem a Scriverio expreſſam. Sed, ut verum fatear, totum hoc diſtichon mihi nonnihil ſuſpectum videtur, &, ſi abeſſet, optima repetitione verſus hoc modo conjungerentur,

Sideris & floris nam domina una Venus.
Communis Paphie dea ſideris, & dea floris.

ita enim legendum. *Paphie Dea ſideris.* non *Paphiae*, ut in cod. Voſſ. ed. Vicet. Brix. Ven. Junt. aliisque. corrupte in cod. Leid. *Comunis Paphiae & ſea.* Venus autem *Dea ſideris*, vel *ſideris domina* hic dicitur, ut in verſibus Symmachi in eius Auctario pag. 301. ed. Juret. *Flos ſiderum Dione.* eamdem enim ac Lunam eſſe adfirmat Philochorus apud Macrob. Lib. III. Saturn. cap. 8.

23. *Momentum intererat*] *intereat* vitioſe in ed. Vic. Brix. Ven. Junt. & Tornaeſ. in cujus ora Heinſius ex ingenio conjecerat *intererat.* ut in Voſſ. & Leid. cod. & ed. Ald. *nectentia florum* in MS. Voſſ. legi notavit Tollius. ſequenti verſu *diſparibus* in Leid. *Gramina diſparibus* cod. Junian.

25. *Haec viret anguſto*] ita in ſcriptis editisque conſtanter. legendum tamen videtur cum Heinſio *auguſto.* contrarium enim *tenui* verſu ſequente opponit. ubi *Hactenus in folio* Voſſ. *Hanc tenus & folio* Junian. *Hactenus & folio* Leid. editiones vetuſtae, *Hanc tenui folio.* ſed quia *foliorum* praeceſſit, conjeceram, *Hanc tenui filo.* quod poſtea vidi Heinſium etiam adleviſſe margini edit. Auſon. Tornaeſianae.

27. *Haec aperit primi faſtigia celſa obeliſci*] *prima* Petav. Voſſ. & ed. Vicet. Brix. Ven. *Haec peperit prima* Junt. *veſtigia celſa* cod. Jun. omiſſa voce *obeliſci.* aliter longe in cod. Leid. in quo inveni, *Haec aperit primae florens praeludia formae.* ſed quae interpolata videntur. per *faſtigia celſa obeliſci* intelligit mucrones faſtigiatos roſae dehiſcentis & paulatim patentis. *nodum* ſupra dixit Ep. 288. 7. & 291. 3. & Claudian. Epith. Honor. v. 249. de roſis, *latet altera nodo. diruptum ſpineum tegmen* vocat Apulejus loco mox laudando. *papillatos corymbos* ſupra auctor Epigr. 283. 3. de Roſa. ubi vide. recte igitur Heinſius ſequenti verſu legebat,

Mucronem evolvens purpurei capitis.

29. *Vertice collectos illa exſinuabat amictus*] ita bene Scriverius edidit. ut Aldus in ed. 1534. ſed in alia an. 1517. *exinuabat.* ut in Aſcenſ. & ceteris vetuſtioribus, & cod. Voſſ. *exuuiabat* in Leid & *ſinuabat* Junian. *extenuabat* conjecerat Heinſius, ſed poſtea *exſinuabat* praetulit. ſic ſupra in Epigr. 288. 8. de Roſis, ut ex emendatione Salmaſii probat Scriverius, *Huic dum virgineus pudor exſinuatur amictu.* pro *extenuatur.*

31. *calathi patefecit honorem*] *odorem* Heinſius. cui favere quidem poſſet Apuleji locus Lib. x. p. 232. ed. Pric. *quod ver in ipſo ortu jam gemmulis floridis cuncta depingeret, & jam purpureo nitore prata veſtiret, & commodum dirupto ſpineo tegmine, ſpirantes cinnameos odores promicarent roſae.* ſed nil muto. Valer. Fl. VIII. 30. — *roſeo talis per nubila ductor*
Implet honore nemus.

idem Lib. VI. 492.

Lilia per vernos lucent velut alba colores
Praecipue, quis vita brevis, totusque parumper
Floret honor.

ubi forte etiam diſtingui poſſet hoc modo,

Lilia per vernos lucent velut alba colores:
Praecipue quis vita brevis &c.

ut ſecundo verſu liliis roſas ſubjungat, *quis vita brevis*, ut infra v. 41. *brevis quod gratia florum eſt.* & tota hac Elegia deſcribitur. *veris honor* Statio Lib. x. 783. *hi ſertis, hi veris honore ſoluto Accumulant artus.* ubi Scholiaſtes *veris honore ſoluto* exponit *apertis roſis.* ut hoc loco, *calathi patefecit honorem.* ſed *ſolutos artus* ille potius cum Heinſio legendum. ita *Veris honos tepidi flores* in Epigrammate Maximiani apud Pith. Lib. IV. pag. 172. ut legit Tollius ad init. hujus Eleg. *fundi honores* apud

Ho-

Haec modo, quae toto rutilaverat igne comarum,
Pallida collapſis deſeritur foliis.
Mirabar celerem fugitiva aetate rapinam;
Et dum naſcuntur, conſenuiſſe roſas.
Ecce & defluxit rutili coma punica floris,
Dum loquor: & tellus tecta rubore micat.
Tot ſpecies, tantosque ortus, variosque novatus
Una dies aperit; conficit una dies.
Conquerimur, Natura, brevis quod gratia florum eſt.
Oſtentata oculis illico dona rapis.

Quam

Horat. II. Sat. 5. 13. & *ruris honores* Lib. I. od. 17. 16. ubi vid. Bentlej. & Patr. ad Gratii Cyneg. 376. *honor* enim pro cujuscumque rei pulchritudine. vid. Barth. ad Stat. IV. Th. 745. & Gabbem. ad Petron. Fragm. p. 668.

33. *Haec modo, quae toto rutilaverat igne comarum*] ita edidit Tollius. ut in omnibus codd. & edd. vetuſtis, niſi quod in Leid. MS. *Nec modo.* pro *Ac* melius certe Scriverius edidiſſet *At modo.* Heinſius etiam *torto* hic malebat pro *toto.* eadem varietas apud Ovid. X. Met. 424. — *albaque toto Vertice canities rigidis ſtetit hirta capillis.* ubi *torto* in MSS. & Lib. XI. 386.

Profilit & nondum totos ornata capillos.

ubi etiam *tortos* in vetuſtis codicibus. & ſaepe has voces a librariis turbatas patebit ex notis Davieſii ad Cic. II. de N. D. cap. 42. & Patrui ad Lucan. Lib. V. 426.

35. *Mirabar celerem fugitiva aetate rapinam*] legendum *ruinam.* ut ad oram Juntinae Catalect. Virg. editionis etiam adſcripſerat Heinſius. innuit enim roſae ſubito marceſcentis interitum. *aetatis ruina* Ovid. I. ex P. 4. 6.

Aetatis facta eſt tanta ruina meae.

ruent annorum ictu ſimiliter apud Propert. III. I. 62.

Annorum aut ictu, pondere victa, ruent.

ſic enim ſcribendum & diſtinguendum, non *pondera victa ruent.* ut ad Lib. II. Ep. 131. 6. vidimus. frequenter autem has etiam voces confuſas videbis in notis Patrui ad Claudian. I. in Rufin. 194.

37. *Ecce & defluxit rutili coma punica floris, Dum loquor*] *Quanto defluxit* cod. Leid. unde optime Cel. Oudendorpius, *Quam cito.* ut in tertio MS. Leid. & ſic apud Tibull. Lib I. El. 4. 23.

——— *tranſiit aetas*
Quam cito! non ſegnis ſtat remeatve dies.
Quam cito purpureos deperdit terra colores!
Quam cito formoſas populus alba comas!

rivuli Voſſ. *rutuli* ed. Vicet. Brix. & Ven. *rubidi* Cl. Oudendorpius. quia praeceſſit, *toto rutilaverat igne comarum.* dein malim *Dum loquor, en tellus* &c. eſt imitatio Horatii Lib. I. od. XI. in fine:

——— *dum loquimur, fugerit invida*
Aetas, carpe diem, quam minimum credula poſtero.

Ovidius Lib. IV. ex P. 3. 58.

——— *& quae tibi laeta videntur,*
Dum loqueris, fieri triſtia poſſe puta.

Petronius cap. 99. *ubi aratro domefacta tellus nitet, dum loqueris, levis pruina dilabitur.* ad quem vide notas Erhardi cap. XVI. *Dum loquimur, fera ſua ſponte delapſa cecidit. tacta rubore* ed. Vicet. Brix. & Ven.

39. *Tot ſpecies, tantosque ortus, variosque novatus Una dies aperit, conficit una dies*] vitioſe in Leid. cod. *tantos torſos variosve novatus.* qui ſequentem verſum ſic exhibet, *Una dies aperit, conficit ipſa dies.* ut in Petav. & Voſſ. in vetuſtis edd. Vicet. Brix Ven. & Junt. *Ipſa dies aperit, conficit ipſa dies.* ſed recte in Aldinis, Aſcenſ. & Tornaeſiana, *Una dies aperit, conficit una dies.* ut edidit Scriverius, & a codice Juniano firmatur. *conficit* eleganter pro enecat, proſternit. ſic Lucretio Lib. I. 905. *ignes Conficerent vulgo ſilvas, arbuſta cremarent.* ubi vid. Bapt. Pium, qui recte notat, *confectores ferarum* inde dici. nam *conficere* eſt verbum arenae proprium. vide quae notavi ad Lib. II. Ep. 131. 36. ubi vindicavi, *Victorem & victum conficit una manus.* non *condidit.* hinc *conficere ſagittis* apud Plinium Lib. XXXIV. cap. 8. *item Apollinem, ſerpentemque ejus ſagittis confici.* unde adſeri poſſet apud Hygin. Fab. 20. *& aves ex pennis ſuis eos conficerent pro ſagittis.* ubi cum Heinſio *configerent* praefert Munckerus.

41. *Conquerimur, Natura, brevis quod gratia florum eſt*] ita recte diſtinxit Scriverius, ut in cod. Petav. & Voſſ. & ed. Aſcenſ. nam male in Juntina & Tornaeſiana, *Conquerimur, natura brevis* &c. deinde *florum eſt* deſideratur in Petav. & Voſſ. relicto hiatu. *gratia talis* in Junian. & Leid. ſed *florum eſt* recte in ed. Vicet. Brix. Ven. Ald. Junt. & Tornaeſ. ſequenti verſu *illico* jure offendebat Heinſium, qui proinde emendabat, *ut cito dona rapis!* ut in loco Tibulli ſupra prolato ad v. 37.

44 *Quas*

Quam longa una dies, aetas tam longa roſarum;
  Quas pubeſcentes juncta ſenecta premit.
Quam modo naſcentem rutilus conſpexit Eous,
  Hanc rediens ſero veſpere vidit anum.
Sed bene, quod, paucis licet interitura diebus,
  Succedens aevum prorogat ipſa ſuum.
Collige, virgo, roſas, dum flos novus, & nova pubes,
  Et memor eſto, aevum ſic properare tuum.

CCXCIII.

44. *Quas pubeſcentes juncta ſenecta premit*] veriſſima haec lectio eſt, quae in editionibus Vicet. Brix. Ven. Junt. Ald. Aſcenſ. & Tornaeſ. exſtat. codices enim veteres hic corrupti ſunt. in Petav. & Voſſ. *ſenecta brevis.* in Juniano, *Eſt pubeſcenti longa ſenecta brevis.* & in Leid. *Cum pubeſcendi juncta ſenecta brevis.* non intellexerunt librarii elegantiam verbi *premit*, pro paſſibus artis inſequitur, & mox opprimit. ut in loco Horatii Lib. I. od. 4. 16.

Vitae ſumma brevis ſpem nos vetat incboare longam:
  Jam te premet nox, fabulaeque manes.

& Lib. II. Sat. 7. 115. *nam comes atra premit, ſequiturque fugacem.* Ovid. Epiſt. X. 112.

  At ſemel aeterna nocte premenda fui.

vide Cl. Oudendorpii & Patrui notas ad Lucan. Lib. VII. 616.

Vita fugit, denſaeque oculos preſſere tenebrae.

45 *Quam modo naſcentem rutilus conſpexit Eous*] *rutilis* in cod. Voſſ. & Leid. *rutilus Eous*, ut *rutilae comae*, *rutili capilli* paſſim Aurorae tribuuntur. vide egregie N. Heinſ. ad Ovid. V. Met. 440.

Illam non rutilis veniens Aurora capillis
Ceſſantem vidit, non Heſperus.

ubi *udis capillis* antea legebatur. *proſpexit* in cod. Junian. quod defendi poſſet, quia *proſpicere* eſt ex alto videre. de quo vid. notas Patrui ad Phaedr. Lib. I. fab. 17. 8. & ad Virg. I. Aen. 155. eademque variatio eſt apud Claudian. Paneg. Olybr. 230. & II. de Laud. Stil. 255. ubi vid. Heinſ. ſed vulgatam tamen non muto. nam & ita de Luna Ovid. Ep. XV. 89.

Hunc ſi conſpicias, quae conſpicis omnia, Phoebe.

& manifeſta hic adparet imitatio fragmenti ex Smyrna Helvii Cinnae, quod profert Serv. ad Virg. I. Georg. 288.

Te matutinus flentem conſpexit Eous,
Et flentem paullo vidit poſt Heſperus idem.

quem locum & hos ipſos verſus expreſſit inter recentiores Baſilius Zanchius Lib VI. Poëm. p. 158.

Me matutino flentem conſpexit Eoo,
  Et flentem ſero veſpere vidit Amor.

vide ad Lotich. Lib. III. El. 7. 11. ſimili colore alia in re apud Senecam Thyeſt. 613.

Quem dies vidit veniens ſuperbum,
Hunc dies vidit fugiens jacentem.

ſequenti verſu *Hanc radians* in cod. Junian. ut ad ed. Tornaeſ. conjecerat Heinſius. *dixit anum* male in cod. Leid.

48. *Succedens aevum prorogat ipſa ſuum*] male *protegat* in cod. Jun. *illa* Leid. neſcio an non aliquid mendae lateat in *Succedens.* niſi innuat eamdem roſam, licet intereuntem, tamen nova veluti prole ſuccedanea aevum extendere. vel redeunte aeſtate quaſi recidivam refloreſcere: ut hanc ſortem floribus arboribusque prae conditione humana feliciorem paſſim efferunt poëtae. Auctor Elegiae in Obit. Maecen. 113.

Redditur arboribus florens revirentibus aetas,
  Ergo non homini, quod fuit ante, redit.

ubi vide quae notavi. & ad Lotich. Lib. IV. El. 5. 109.

49. *dum flos novus*] elegantius forte in eodem cod. Juniano, *dum ros novus.* ut *ros* referatur ad roſam, & *pubes* ad virginem. ſic apud Claudian. Epithal. Honor. & Mar. 249.

Ceu geminae Paeſtana roſae per jugera regnant:
Haec largo matura die, ſaturataque vernis
Roribus indulget ſpatio, latet altera nodo.

ubi *Floribus* etiam in Oxonienſi codice. ſupra Ep. CCLXXIX.

Marcent poſt rorem violae, roſa perdit odorem.

vel colligendas monet roſas matutino tempore, dum rore madeſcunt, ne Solis calore conficiantur. ſic *ros* de matutino tempore apud Nemeſian. Ecl. I. 8.

—— viridique greges permittere campo
Et ros, & primi ſuadet clementia coeli.

ſupra v. 17. *Ros unus, color unus, & unum mane duorum.* & Ep CCLXXXVIII. in fine: *Ne pereant, lege mane roſas: ſic virgo ſeneſcit.* ut legendum illic notavimus, non *cito virgo ſeneſcit.* quomodo hoc loco, *Et memor eſto, aevum ſic properare tuum.* vel *Sed memor eſto*, ut in ed. Aldina an. 1517.

Digitized by Google

CCXCIII. *Copa.* INCERTI AUCTORIS.

Copa Syriſca caput Graja redimita mitella,
Criſpum ſub crotalo docta movere latus,

Ebria

CCXCIII. *Copa.* INCERTI AUCTORIS] Ne hoc quidem opuſculum auſim ad Virgilium auctorem referre, quamquam Priſcianus ejus auctorem laudat Virgilium. Sed quid ad nos Grammatici in hoc praeſertim negotio, in quo tam nulla ſunt eorum judicia, ut verendum ſit, ne parum fidei illi generi hominum, qui ſe Criticos profitentur, habeatur, ob hoc unum, quod Grammaticorum numero cenſeantur. Sed non hoc nunc agimus. Copae autem nomen videtur Calderinus ὡς ἀπὸ τῆς κωπαΐδος λίμνης expiſcari. Sed ignoſcant mihi amabo manes juvenis eruditi: cujus etiam nunc memoriam propter VERONAM noſtram amo. Non enim hic de Boeotiis anguillis agimus. Minus ferendus ſtupor ejus, qui nuper in nova editione ſua auſus eſt admonere, Copam proprium nomen eſſe libertae Maecenatis. Quid illum movit, ut etiam crederet hoc poëma ad Maecenatem potius, quam ad alium quemvis ſcriptum eſſe? Nos in noſtris in Varronem Conjectaneis monuimus *Copam* eſſe καπηλίδα. ſive a Graeco dictum eſt, ut ubi diſputabamus, ſive a copibus rebus. Illi veteres, ut *eludam*, *claudam*: ſic & *copam*, *caupam*, & *cupam* dicebant. Sic in Piſoniana quod eſt, *Panis*, *& vinum de propola*, *& de cupa*: ibi cupam admonuimus eſſe τὴν καπηλίδα, ut & propolam, τ̃ μεταβολία. Neque recte ſentiunt, qui pro cuppa ingenti vaſe vinario accipiunt. Eſt enim omnino hoc ex eorum animis evellendum. Porro, ut illud admoneam, *Syriſca* potius, quam quomodo multi codices habent, *Syriſſa*, mihi legendum videtur. Sic Auſonio *Syriſcus*. ſic Julio Capitolino, *Treciſcus*: Θρᾳκίσκος. SCALIGER. Inter veteres Grammaticos praeter Priſcianum, ut volunt, Copam Virgilio adſcripſit Soſipater Chariſius Lib. I. Inſt. Gramm. pag. 47. ed. Putſch. quibus accedere poſſet auctoritas Servii ad initium Lib. I. Aeneid. ubi haec Maronis ſcripta minora enumerat: *Scripſit etiam ſeptem ſive octo libros hos*, *Cirin*, *Aetnam*, *Culicem*, *Priapeja*, *Catalecton*, *Epigrammata*, *Copam*, *Diras*. ſed auctor vitae Virgilii, Donato adſcriptae, inter ejus opera juvenilia recenſet tantum, *Catalecton*, *Moretum*, *Priapeja*, *Epigrammata*, *Diras*, *& Culicem*. e quibus tamen pleraque Virgilium aeque auctorem habent, ac Roſae & Copae Elegia, licet in MSS. nomen ejus venditent, & Copam Virgilii opus juvenile eſſe dicat Erythraeus in Ind. Virg. in *vellit*. in veteri ſaltem codice Petaviano, quem Heinſius contulit, P. VIRGILII MARONIS COPA INCIPIT. quomodo & ipſe in Leidenſi inveni, VIRGILIUS AD COPAM. & ſic in ſuo codice Virgilio tribui teſtatur Bembus de Culice Virgil. pag. 790. eadem nimirum ratione, qua ſuperius Idyllium de Roſa Maroni adjudicatum fuit, quia in vetuſtis codicibus MSS. ei ſubjunctum reperitur, ad Poëtarum Principem hoc etiam retulerunt: unde & in antiquiſſimis Virgilianorum Catalectorum editionibus reliquis Poëmatiis ei tributis adnectitur ſub titulo P. VIRGILII MARONIS COPA. ut Junta & Aldus ediderunt. Catalectis ſuis pag. 93. inſeruit Scaliger, omiſit vero Pithoeus. Hinc paſſim recentiores viri docti ſub Virgilii nomine laudant, eique tribuendum ex teſtimonio Priſciani adfirmat Barthius Lib. XI. Adverſ. 28. XXXIII. 20. & XXXVI. 23. & ad Stat. II. Theb. 231. pag. 391. neque aliter Caſaubonus ad Theophraſt. Charact. p. 349. *Ingenioſiſſimus*. inquit, *Poëtarum Virgilius omnes ejusmodi mulierum blanditias venuſtiſſime expreſſit eo carmine*, *quod Copa inſcribitur*. & ſic paſſim alii, quorum loca inter Judicia Eruditorum praefixit Weitzius editioni ſuae, quam notis nonnullis inſtructam dedit Francof. 1542. in 8. ſed quarum rationem hic non habendam exiſtimavimus, quum pleraque ex Scaligero, Salmaſio, Barthio, & aliis tantum conpilaverit. Quod autem in Codd. MSS. Virgilio adjectum occurrat, parum probat illius eſſe, quia & ſic Claudiano etiam adſeri poſſet, quoniam in hujus codice Bononienſi Copam, Moretum, & ſimilia ei adnexa invenit Heinſius. Incertum igitur Elegiae hujus auctorem eſſe, licet ſub Virgilii nomine verſum ex ea laudet Priſcianus, merito cenſet Salmaſ. ad Vopiſc. Aurelian. cap. ult. Vellem quoque viri eruditi locum Priſciani indicaſſent, ubi verſum ex Copa ſub Virgilii nomine adferat: nam duobus in locis, ubi de voce *caupo* agit, & commoda Copae hujus fuiſſet mentio, altum de hoc Virgilii poëmatio ſilentium eſt. ut Lib. V. pag. 643. *Caupo quoque caupona facit*, *quae eſt tam taberna quam mulier*. & Lib. VI. p. 684. *caupo*, *caupona*, *quod ſignificat tam ipſam tabernam quam mulierem. Lucilius in III. Caupona hic tamen una Syra.* forte igitur Chariſium cum Priſciano confuderunt: & licet Grammaticus hic auctorem laudaret Virgilium, recte tamen de eo dubitat Scaliger, qui edidit ſub titulo, COPA INCERTI AUCTORIS. quem ſecutus ſum. & ita ed. Patiſſ. p. 155. & Frellon. p. 217. in cod. Voſſiano, cujus excerpta Tollius notaverat ad ed. Scalig. inſcribitur COPA AD ALIBIDAM. quod deſumtum ex v. 25. *Huc Alibida veni* &c Broukhuſius codici ſuo adſcripſerat, veterem, quisquis fuerit, auctorem eſſe, neque infeliciter Propertium ſuum exprimere. eidem in notis ad Tibull. Lib. II. El. 4. 46. dicitur *vetus ac venuſtus auctor.* ad Lib. IV. Carm. 4. 17. *auctor Copae venuſtiſſimi Poëmatii.* & ad Propert. Lib. II. El. XI. 16. *vetus Poëta*, *non Virgilius*, *ſed tamen vetus*, *& bene elegans*, *beneque Latinus*, *in Copa.* ad Lib. III. El. XI. 30. *auctor Copae*, *quicumque ille fuit*, *certe vetus & probus.*

Ebria famoſa lafcivâ taberna
Ad cubitum raucos excutiens calamos.

Quid

ſtuporem illorum quod perſtringat Scaliger, qui Copam nomen eſſe libertae Maecenatis, atque adeo ipſi Maecenati inſcriptum eſſe putarunt, tangit Pomponium Sabinum & Jod. Badium Aſcenſium. vid. Meibom. Maecen. cap. xvIII. pag. 112. quod perperam ſecutus eſt Pulmannus inter Catalecta Virgilianа pag. 346. praefixo Argumento, quo notat Virgilium ad jucundiſſimarum rerum deliciis fruendas invitare & adlicere Maecenatem, atque uti inſinuatione quadam Copae Maecenatis libertae. Deſcribi hoc carmine feminam Romae tunc famoſam, quae in veteri numino Seguini in Select. Numiſm. Deor pag. 14. conſpicitur capite mitella redimito, ut in initio dicitur *Graja redimita mitella*, cum literis C. S. id eſt, *Copa Syriſca*, & additis in averſa parte *talis* ac *teſſeris*, quorum in fine carminis mentio fit, *Pone merum & talos* &c. ſubjuncta inſcriptione, QUI LUDIT ARRAM DET QUOD SATIS EST, conjectura magis ingenioſa, quam vera, hariolatur Baudelot. Utilit. des Voyages Tom. II. pag. 326. & ſeqq. quem in fine libri exhibet Tab. IX. quamquam Seguinus literas iſtas C. S. ſimplicius *Caſum* & *Sortem* expoſuerit, & quatuor talos in averſa parte exhibitos commode Ciceronis loco illuſtraverit. Ceterum quia Chariſius hoc modo meminit hujus carminis, *Cupa*, *Cuponis*, *fullo*, *fullonis*, *quamvis Virgilius librum ſuum Cupam inſcripſerit*: hinc illius auctoritate *Cupam* ſcribendum, & in initio *Cupa Syriſca*, putat Muretus ad Catull. Carm. 105. & Bentlej. ad Horat. Lib. II. Sat. 2. 123. pag. 466. ſed *Copa* & *Cupa* eadem eſt, pro diverſa ſcribendi ratione. vide Scalig. ad Varron. pag. 61. Torrent. ac Caſaub. ad Suet. Ner. 27. Graev. ad Cic. Orat. in Piſon. 27. pag. 721. & hic Weitzii notas. vel provenit hoc ex v. 7. ubi *cupae* & *calices* memorantur. ſed *Copa* hic eſt caupona, propola, vel lena, aut in genere mulier laſciva. *Copam* talem *Syram* memorat Lucilius in fragmento ex Lib. III. Satyr. quod adfert Priſcianus loco ſupra indicato, *Caupona hic tamen una Syra*. quem adſcripſerat Broukhuſius.

1. *Graja redimita mitella*] Per hoc ſignificat anum eſſe. Nam propria vetularum erat mitra. Antipater Sidonius:

> Τὰν μύρ' ἀεὶ πολύμυθον ἀοιδόν, ὦ ξένε, κίσσα
> Φαίνει. τὰν δὲ μίθας σύντροφον ἅδε κύλιξ
> Τὰν κρῆσσαν δὲ τὰ τόξα. τὰ δ' εἴρια τὰν φιλόεργον
> Ἃ δίμα δ' αὖ μίτρας τὰν πολιοκρόταφον.

Propertius in anum (Lib. IV. 5. 70.)

> *Exſequiae fuerant rari furtiva capilli*
> *Vincula, & immundo pallida mitra ſitu.*

Ovidius (IV. Faſt. 517.)

> — *ſimularat anum, mitraque capillos Preſſerat.*

Alibi (III. Faſt. 669.)

> *Illa modo mitra canos incincta capillos*
> *Fingebat tremula ruſtica liba manu.* SCALIGER.

Graeca redimita mitella cod. Petav. propriam vetularum fuiſſe mitram notat Scaliger, quem ſequitur Paſſerat. ad Propert. p. 623. ſed & juvencularum ac formoſarum fuiſſe adnotaverat Broukhuſius, ex Catullo Epithal. Pel. & Thet. v. 63. de Ariadne,

> *Non flavo retinens ſubtilem vertice mitram,*
> *Non contecta levi velatum pectus amictu,*
> *Nec tereti ſtrophio lactentes vincta papillas.*

& Propert. Lib. II 22. 15. de Cynthia,

> *Quae quum Sidoniae nocturna ligamina mitrae*
> *Solverit, atque oculos moverit illa graves.*

& refutavit hanc Scaligeri notam Barth. Lib. XXXIII. Adverſ. cap. 22. & ad Stat. IX. Th. 794. pag. 1087. ac praeſertim laſcivis puellis mitram in uſu fuiſſe docet. & certe virginitatis ſignum fuiſſe mitram patet ex Apollon. Rhod. Lib. I. 288. ubi vide Scholiaſt. unde κυθεριακὴν μίτραν vocat Moſchus Idyll. II. 73. primum hunc verſum propter plures voces ac ſyllabas ejusdem ſoni non vitioſum exemplis aliis recte defendit Barth. Lib. XL. Adverſ. cap. 28.

2. *Criſpum ſub crotalo*] *Crotalum* quid ſit, diſce ex Apulejo. Nam pauci animadvertere: *Nam dextra*, inquit, *ferebat aeneum crepitaculum: cujus per anguſtam laminam in modum baltbei recurvatam trajectae mediae paucae virgulae, criſpante brachio tergeminos ictus, reddebant argutum ſonum.* Sed & ex arundine ſciſſa fiebat: ut, quum quateretur digitis, ſonus ederetur. Itaque legitur in Commentariis Graecorum: Κρόταλον κυρίως ὁ σχιζόμενος κάλαμος, ὁ κατασκευαζόμενος ἐπίτηδες, ὥστε ἠχεῖν, εἴ τις αὐτὸν δονοίη ταῖς χερσὶ, καθάπερ κρότον ἀποτελῶν. Sed non de hoc nunc accipiendum. Teſtulae quoque, & oſſicula uſum crotali praeſtabant, quae vocabantur *Crumata*. Martialis (Lib. VI. Ep. 71.)

> *Edere laſcivos ad Baetica crumata geſtus,*
> *Et Gaditanis ludere docta modis.*

quod & apud ipſos Gaditanos, & Cantabros hodie in uſu eſt. Meminit & Juvenalis (Sat. XI. 170.)

> ——— *audiat ille*
> *Teſtarum crepitus cum verbis, nudum olido ſtans*
> *Fornice mancipium quibus abſtinet,* —

Ariſtophanes βατράχοις (1340.)

> — ποῦ 'στιν ἡ τοῖς ὀστράκοις
> Αὕτη κροτοῦσα.

Neque aliud intellexit Arnobius per *ſcabillorum* crepitus. Quam vocem hodie Hiſpani & Aquitani retinent pro ſimilibus crepitaculis. Dicunt enim paulo depravatiore inflexu, *caſcabillos*. Apud Lutatium in Thebaida Statii Lib. VII. (170.) ad illum locum.

> — *& ad inſpirata rotari Buxa.* —

Buxa, inquit, *tibia vel ſcabellum, quod in ſacris tibicines pede ſonare conſueverunt.* Extat quoque ea vox apud Suetonium, ſed vulgo non intelligitur. SCALI-

5. Quid juvat aeſtivo defeſſum pulvere abeſſe,
Quam potius bibulo decubuiſſe toro?

Sunt

LIGER. Cogitabat locum ex Calig. cap. 54. *repente magno tibiarum & ſcabellorum crepitu, cum palla tunicaque talari proſiluit, ac deſaltato cantico abiit.* ubi Caſaubonus adſentitur Scaligero *ſcabilla* eadem exiſtimanti ac *caſcabellos.* ſed quod refutavit Rubenius Lib. II. de Re Veſt. cap. 17. qui ex antiquo marmore exhibet Muſicum, cymbala manibus concutientem, & ſcabilia pedibus adligata ſonantem. vide & Abramii notas ad Cic. pro Caelio cap. 27. pag. 412. ſimilis huic Copae Syriſcae crotaliſtria Quintia deſcribitur in Priapejis Carm. XXVI.

Cymbala cum crotalis, pruriginis arma, Priapo
Ponit, & adducta tympana pulſa manu.

ubi Scioppius hunc locum adſerens *ſub crotalo movere latus*, exponit ad ſonum aenei crepitaculi movere. *crepitacula* enim vel *crepundia* vocant alii. vid. Bongarſ. ad Juſtin. XXX. cap. 1. §. 9. & Tollium ad Lucian. Tom. II. pag. 418. *crotalum* quoque intelligi putat Vulpius illo Catulli verſu Carm. LXIII. 262.

Aut tereti tenues tinnitus aere ciebant.

quem de differentia inter *cymbalum* & *crotalum* vide.

3. *Ebria famoſa ſaltat laſciva taberna*] *fumoſa* Priceaus ad Apulej. Apolog. pag. 30. ſed *famoſa* retinent omnes codices, & editiones priſcae. & melius convenit crotaliſtriae laſcivae & infami. vid. Heinſ. ad Ovid. Epiſt. IX. 78.

4. *Ad cubitum raucos*] Intelligit utrem inflare. *Utricularii* erant ἀσκαῦλαι. Qui igitur inflat utrem, & retinet manu calamos, per quorum foramina moduli diſtinguuntur, ille preſſum utrem, & inſtigatum exanimat, quatiens cubito, ita ut calami vibrentur ex vexatione aſſidua. Vide quae περὶ ἀσκαυλῶν, & πιθαυλῶν in Aetnam annotamus. Non enim injucunda, neque inutilia eſſe ſpero. Porro Copa noſtra, quum Syra ſit, id quod nomen Syriſcae ſatis convincit, non male *Ambubaja* dici poteſt. Nam Syriace *Ambubaja*, ἡ αὐλητρίς. ne interea doctiſſimo viro credamus, qui putat a Bajis dictam. At ego nolo illi credi, linguae Syriacae ignaro: ſed illis, qui ejus peritiſſimi ſunt. Nam quod illi perſuadere non potui, quum id in Commentarios meos in Varronem retuliſſem, non tam me movet quam quod adeo illi mirum videretur, nos ex ultima usque Syria id nomen petere. Non enim illis, qui Syriace ſciunt, mirum videri debet: quod ille ejus linguae neſcius, adeo eludere voluit. SCALIGER. Spectant haec Turnebum Lib. XI. Adverſ. cap. 23. inprobantem Scaligeri derivationem, quam dederat in Conject. ad Varron. pag. 54. & cum Turnebo Ambubajas a Bajis nomen adeptas cenſet Torrent. ad Sueton. Ner. cap. 27. ſed ubi Caſaubonus Scaligeri etymologiam erudite vindicavit, & adpoſitum Statii locum ab Heinſio emendatum adfert Patruus, ex Lib. I. Sylv. ult. v. 73.

Hic plaudunt grege Lydiae tumentes,
Illic cymbala, tinnulaeque Gades,
Illic agmina confremunt Syrorum.

quae optime cum hac Copae Syriſcae deſcriptione conveniunt. idem tamen Torrentius apud Horat. Lib. I. Sat. 2. init. *Ambubajarum collegia* non de impudicis mulieribus Syris circa Bajas verſantibus exponit, ſed de ludicris & paraſitis hominibus, qui quaeſtus cauſſa divites & luxurioſos circumcurſabant, & *ambibant*, a quo verbo originem illic derivat; quibus *collegia* potius convenire putat, ut tibicinum & hiſtrionum collegia Romae fuerunt. *ſcalamos* hic conjecerat Heinſius. Quod autem Scaliger verſum hunc explicet de utriculario ſive aſcaula, recte diſſentit ab eo Salmaſ. ad Hiſt. Aug. pag. 492. ubi totum hunc locum optime interpretatur de Syriſca crotaliſtria, quae ante tabernam ſub crotalo ſaltat, quod manu quatit, & *brachio criſpante*, ut Apulejus vocat, aereos calamos excutit, qui concuſſi raucum edebant ſtrepitum, unde *ad cubitum raucos calamos excutere* dicitur, quia non ſolum manibus ſed & brachiis geſticulabantur & ſaltabant crotaliſtriae, dum crotalum quaterent. ut videri poteſt in monumento illo veteris ſtatuae marmoreae apud Rubenium. cum quo conferendae ſtatuae antiquae, quae Faunos ſaltantes, & crotala manibus quatientes, ac ſcabilla pedibus perſonantes exhibent. hinc nullam rationem video, cur Barthius ſe verſum hunc non intelligere fateatur Lib. XXXIII. Adv. cap. 20. praeſertim quum egregie haec illuſtrentur ex Epigrammate antiquo, quod adſert, de Cytharoedo, ſupra edito h. L. Ep. 181.

Stat tactu cantuque potens, cui brachia linguae
Concordant ſenſu conciliata pari.
Nam jura aequali amborum moderamine librat,
Atque oris ſocias temperat arte manus.

5. *Quid juvat*] Campeſtrem exercitationem intelligit, & *aſſum Solem*, ut vocat Cicero: qui nihil aliud eſt, quam ille torridus Solis fervor in meridie, ad quem exercebant in campo. *Aſſare*, eſt ταλεύειν, & *aſſus* σταθερός. Ut igitur *aſſus Sol* Ciceroni, ita etiam σταθερὸς Platoni in Phaedone, ſi bene memini, οὐχ ὁρᾷς, inquit, ὡς σχεδὸν ἡ μεσημβρία ἵσταται ἡ καλουμένη σταθερά. Sed & *aſſum* quoque *Solem* potuit vocare in campeſtribus exercitationibus pro eo, quod dixit idem Plato ἱδρῶτας ξηρὸς in Phaedro, quum ait πόνων ἀνδρείων καὶ ἱδρώτων ξηρῶν ἄπειρον. In Dialogo Epicteti, & Adriani Imp. id eſt *aſſa perſerentaria.* Quid igitur, inquit Copa, vos juvat potius feſſos ad Solem exercere, quam huic diverſorio ſuccedere? Ita etiam loquuntur temulenti juvenes in Oratione C.

Sunt cuppae, calices, cyathi, roſa, tibia, chordae,
Et trichila umbriferis frigida arundinibus.

Eſt

Titii apud Macrobium (Lib. II. Saturn. 12.) *Eunti in conſilium haec eſt oratio: Quid mihi negotii eſt cum iſtis nugatoribus, quam potius potamus mulſum miſtum vino Graeco?* SCALIGER.

6. *Quam potius*] *Quam potius* veteres Latini dicebant pro potius quam: ut in exemplo C. Titii paulo ante a nobis citato. item & Propertius (Lib. II. 14. 11.)

Illum ſaepe ſitis decedens fovit in ulnis,
Quam prius abjunctos ſedula lavit equos.

Atticum eſt, ἢ πρὶν, pro πρωὶ. Ariſtophanes (Εἰρ. 272.)

— ἢ πρίν γε τὸ μύτ[illegible] ἡμῖν ἐγχέαι;

& ſane apud Plautum Trinummo (Act. II. Sc. 2. 13.) omnino legendum *quam prius*, non *quin prius*, ut vulgo legitur.

— *lacrumas haec mihi, quum video,*
Eliciunt: quia ego ad hoc genus hominum duravi, quam prius
Me ad plures penetravi.

Tolerabilis quidem vulgata lectio, *quin prius:* non tamen, ut veram putem. SCALIGER. diſſentit Barthius Lib. XXXIII. Adverſ. 20. qui praecedenti verſui adponit interrogandi ſignum, & huic notam admirationis. ut *Quam potius!* ſit proquanto melius. idque forſan recte. nam & ita Lib. I. Ep. 16.

Quam melior, Neptune, tuo ſors iſta tridente?

ubi *quam melior* etiam pro *quanto melior* expoſuit Marklandus. & vide Heinſ. ad Virg. III. Georg. 309. *quanto melius* dicunt alii. vide notas Patrui ad Ovid. Epiſt. XV. 191.

Ibid. *Bibulo*] *Bibulum torum* vocat, in quo plurimum biberetur. At contra Ariſtophanes ποτὶν λύχνον, qui multum olivi conſumeret. SCALIGER.

7. *Sunt cuppae*] Cuppae quidem vaſa vinaria: ſed quae muſtum e torculari excipiunt, non quibus ad bibendum utimur: quanquam hodie in vulgari ſermone nomen cupparum in generibus poculorum uſurpamus. Quo factum, ut jam olim hanc lectionem ſuſpectam ſemper habuerim, donec incidi in quaſdam ſchedas, quarum copiam nobis fecit P. Pithoeus noſter. In illis exaratum fuit:

Sunt tophi, calibes. —

In alia ſcheda, quam nobis videre contigit: *Sunt topia, & calibes.* Quae ſane ego amplector, & lubenter probo. Nam *topia* vel *topes* vocat, niſi fallor, non topiarium opus, ſed Syrorum tympana. quae ita eorum lingua vocantur: *Tup* enim vocant. Unde Graecum τύπανον. & verbum τύπτω. Non mirum eſt mulierem Syriſcam patrium tympanum pulſare. Quo ne verum quidem ipſum verius eſt, ne cui videatur mirum, ut de *Ambubaja*. Certiſſimum eſt veſtium, eduliorum, inſtrumentorum muſicorum genera ſimul cum ipſo nomine in alias nationes invecta eſſe. Sic Hiſpani tympanum crotaliſticum, quod ab Arabibus, vel Mauris acceperint, Mauritana voce *Atabal* vocant. Sic & ab Arabibus magnum item tympanum *Altambor* ſimul cum ipſa Arabica appellatione acceperunt. *Chalibes* ſunt aera ad crotala, & crepitacula: quorum quam fuerint ſtudioſi orientales illi populi, ſatis novit, qui in veterum lectione diligenter verſatus ſit. Ea ſunt, quae Hebraei, niſi fallor, vocant zilzalim צלצלים: hoc eſt, ut ego interpretor, σεῖστρα, quae & πλαταγὰς vocabant. Sine tibicine autem, & crotalis nunquam fere tabernae erant: ut apud Propertium in taberna (IV. 8. 39.) *Miletus tibicen erat, crotaliſtria Phyllis.* Sed in membrana Contii legitur. *Sunt topia & calybae.* recte. *calybae* ſive καλύβη, eſt ſonus, ſive crepitus crumatum, de quibus alibi diximus, ex Ariſtophane, Juvenale, aliis. In Lib. III. Ἀνθολογίας, Capite εἰς Γυναῖκας. Ἡ καλύβη καὶ ὅπη[illegible] [illegible]. Καλύβη, τὰ κρύματα, vel κρ[illegible]. & in ſequenti Epigrammate,

Ἡ κ[illegible] [illegible] [illegible], ἡ [illegible] [illegible]
Καὶ καλύβη [illegible] ῥίψας [illegible].

Nam in iſtis legitur vulgo κυβέλη pro καλύβη. Hoc nomen penitus in Gallia retinemus. Nam *Calybarium* in omni Gallico idiomate eſt crepitus aeris, aut vaſorum aereorum rudi aenea, aut radio pulſatorum. SCALIGER. Animadverſis Scaligeri addenda ſunt quae notavit ad Euſeb. pag. 170. & ad Propert. Lib. IV. El. 8. 39. quo loco *crotaliſtria Phyllis* recte poſt Turnebum legendum eſſe notat Erhardus ad Petron. cap. LV. pag. 270. pro *coraliſtria*, vel *choroliſtria*, vel *chororopſaltria*, ut codices praeferunt. *Sunt tupiae* conjecerat Salmaſ. ad oram ed. Scalig. & notaverat calicis genus dici in Gloſſis. Lectionem vero, quam ex veteri ſcheda hic eruit & probat Scaliger, *Sunt topia & calibes*, vel *calybae*, firmat codex Petavianus, in quo legitur, *Sunt topia & kalybes cyati.* in uno Voſſiano, *Sunt topia & calybae.* idque ex membranis antiquis etiam praefert Salmaſ. ad Hiſt. Aug. pag. 493. ubi de καλύβη egregie agit, & duo Graeca Epigrammata a Scaligero prolata eodem modo emendat, ſed aliter & quidem rectius exponit. & hanc Scaligeri ac Salmaſii emendationem unice veram & ſcriptorum codicum auctoritate ſubnixam amplectitur Bentlej. ad Horat. Lib. II. Sat. 2. 123. ubi *cuppam* ingens vas vinarium fuiſſe docet, non poculum aut cyathum, ut ceperat Lambinus, qui in illo Horatii loco legebat *cuppa potare magiſtra.* ſive ipſo poculo bibendi magiſtro, ſed pro quo Bentlejus ſubſtituit, *Cupa potare magiſtra.* & per *Cupam* intelligit Copam, Cauponam, ſeu Καπηλίδα, quae in taberna vinum vendit, ut haec Copa Syriſca. ſed hoc in verſu *Sunt topia & calybae*, vel *calybes*, ut dixi, admittit. cui lectioni praeter Pe-

ta-

Digitized by Google

Eſt &, Maenalio quae garrit dulce ſub antro,
Ruſtica paſtoris fiſtula more ſonans.

Eſt

tavianum favet etiam Thuaneus, ab Heinſio ex cuſſus, in quo *Sunt copia & lealibes.* Itaque ſic textum emendaſſem, ſi reliqui codices & vetuſtae editiones conſentirent. in ed. Paiſſon. *Sunt topia & calibes.* ſed in Frelion. *Sunt cuppae & calibes.* in cod. Leid. *Sunt cupae & calices* inveni. ut in uno Voſſiano Tollius. *cuppae* in ed. Vicet. Brix. Ven. & Ald. *coppae* in ed. Junt. unde titulum habet, P. VIRGILII MARONIS COPPA. ſed haec corrupta ſcriptura eſt pro *cupae.* quae vaſa vinaria ſunt. vid. Lindenbr. Gloſſar. ad Cod. Leg. Antiq. pag. 1384. & duCang. Gloſſar. med. Lat. in *cupa.* ſic *cupas* in cella vinaria memorat Palladius Lib. I. de R. R. Tit. 18. § 2. *cupam* vero de majori vaſe vinario, *cuppam* de minore ſcribendum contendit Salmaſ. ad Hiſt. Aug. pag 253. quem ſequitur Menag. in Diction. Etym. in *cuve.* certe *cupae, calices,* & *cyathi* differunt, & per *cupas* ſen *cuppas* vaſa debemus intelligere, unde vinum calicibus & cyathis hauriebant: nam diverſa tabernae ſuae inſtrumenta ac delicias bibentibus commodas venditat Copa, ut tranſeuntes ad devertendum adliciat, & bibulo potius toro decumbant, quam a deliciis urbanis procul abeſſe praeferant, & in militiam aeſtivam proficiſcantur. id enim indicant praecedentia:

Quid juvat aeſtivo defeſſum pulvere abeſſe,
Quam potius bibulo decubuiſſe toro.

cum quibus plane conveniunt illa Briſeidis ad Achillem apud Ovid. Epiſt. III. 117.

Tutius eſt jacuiſſe toro, tenuiſſe puellam,
Threiciam digitis increpuiſſe lyram:
Quam manibus clipeos, & acutae cuſpidis haſtam,
Et galeam preſſa ſuſtinuiſſe coma.

vel *pulverem* pro campeſtri exercitatione cum Scaligero accipe. ut apud Horat. Lib. I. od. I.

Sunt quos curriculo pulverem Olympicum
Collegiſſe juvat.

N. Heinſius tamen Lib. IV. Adverſ. cap. 9. p. 622. & 623. hoc in loco legebat, *Sunt obba & calices, cyathi,* &c. ac ſimiliter apud Statium Lib. IV. Sylv. ult. 45. ingenioſe emendabat, *Obbarum, calicum, atque cacaborum.* pro *Alborum calicum.* quod Marklando probabatur. *Obba* enim crater figularis ex argilla, de qua ibidem erudite agit. & confer ejus notata ad Ovid. III. Artis 241. Papias in Vocabulario, *Obba, vaſis genus, butica.* quae corrupta ſunt. an forte, *Obba, vaſis genus, ubba dicta.* ſic enim apud Nonium Marc. pag. 146. *Obba, poculi genus, quod nunc ubba dicitur.* ex quo Junianus Majus de Propriet. priſcor. verbor. *Obba poculi genus, quod nunc ubba dicitur.* & paullo poſt, *Obba poculi genus vel ligneum vel ex imparto.* ubi corrige *ex ſparto.* ex eodem Nonio pag. 545. in Gloſſario Philoxeni pag. 123. ed. Labb. *Obra,* πιθάχια. ubi cum Iſ. Voſſio ſcribendum, *Obba,* πιθάκνια. nam ſic in Gloſſ. Gr. Lat. pag. 150. ejuſd. ed. Πιθάκνια *doliola.* ubi paullo poſt eadem ſequitur Gloſſa, ſed vitioſa, Πιθάχια, *Obra.* de obba inter varia poculorum genera etiam agit Cujac. Lib. XI. Obſerv. cap. 7. ſub finem, & ex Gloſſario veteri docet *obbam* quoque fuiſſe vaſis genus. quo libaretur mortuis, vel Diis Manibus. Locus autem iſte Gloſſarii in Epitome MS. Gloſſarii S. Germani, quam deſcripſi aliquando ex codice Scaligerano Bibliothecae Leidenſis, ſic legebatur, *Obua,* ἄμβυξ ἱνιτοις. unde ad marginem Scaliger corrigebat, *Obba,* ἄμβιξ, ἱνάγιος. ſed mutila verba ita ſupplenda *Obba* (non *Obua*) ἄμβιξ, ἐν ᾧ τοῖς νεκροῖς σπένδουσιν. ut adſert Cujacius, & Herald. ad Tertull. Apol. pag. 76. & in ed. Labbaei pag. 124. legitur. vide & la Cerdam in Adverſ. Sacr. cap. CLX. pag. 396.

8. *Et tricbila*] Trichilae nomine intelligit pergulas, quae & *umbellae,* & *umbracula* vocabantur. σκιάδες Theocrito Syracuſiis. Columella (Lib. X. 394.)

At qui ſub tricbila manantem repit ad undam.

Apud Caeſarem III. de bello Civili idem vocabulum inveniri in vetuſtis exemplaribus indicavit mihi Obertus Giſanius, vir eruditiſſimus, mihique ob raras excellentiſſimi ingenii dotes cariſſimus. ubi enim hodie legitur, *triclinia menſis inſtrata,* quae abſurdiſſimam ſententiam efficiunt, ibi liquido, & diſertim in omnibus exemplaribus manu ſcripta lectio exaratum habet: *tricbilae menſis inſtratae.* Quin & Caelius Rhodiginus eandem lectionem agnoſcit: ſed perperam ſtragulum ſubtiliſſimum interpretatur, Egnatius vero Thericleum poculum. Eſt ergo *tricbila,* vitium, aut cucurbitarum jugamentum; aut cucumerum compluviata pergula. Quam vocem nos, quanquam aliquantum detorta pronunciatione, hodie in Gallia retinemus. *Trillas* enim dicimus. Apud eundem Columellam (Lib. X. 378.)

Tum modo dependens tricbili, modo more chelydri
Intortus cucumis. —

non intelligitur de trichila. Sed legendum *trocbili.* Ita enim vocatur torulus in apophyſibus columnarum. Itaque longum, & teretem cucumerem dixit ſimilem torulo columnarum, & colubro ſerpenti. *Tricbilam* autem Graecam eſſe vocem ſi nihil aliud, certe *cb* aſpiratum demonſtrat. dictum a denſitate foliorum, quaſi *tricbina,* n. in l. ut *nympha, lympha.* τρίχινον Tarentini dicebant pro ſpiſſo, a pilis. Varro, *Quod tricbinus quaeſtus erat, nunc etiam uberrimus. Tricbinum quaeſtum* vocat ſpiſſum. *Spiſſum* enim veteribus erat tardum. Unde *ſpiſſigradiſſimi* lenes, & *ſpiſſe venire,* hoc eſt βραδέως, Plauto. & multa praeterea talia. Significat iis Varro quaeſtum tardum, & ſero veniſſe. Ergo τρίχινος ſpiſſus. & *Tricbina,* poſtea *Tricbila,* ὁ δασύφυλλος. Non eſt dubium, quin ea ſit ἐγχωμολογία.

Eſt & vappa cado nuper diffuſa picato,
Eſt ſtrepitans rauco murmure rivus aquae.

Sunt

SCALIGER. in cod. Petav. *Et triaclia umbris frida barundinibus.* in Leidenſi, *Et trinacria umbris frigida arundineis.* in libro Voſſii chartaceo, & vetuſtis editionibus, Vicetina, & Brixienſi, *Triclinia umbroſis.* in Veneta & Juntina, *Triclina umbroſis.* ſed jam Aldus edidit, *Et tricbila umbriferis frigida arundinibus.* ut Scaliger, qui trichilam bene exponit umbraculum, pergulam & umbellum. *Tricbila* enim vel *tricbilium* erat arcuata pergula viridis ex arundinibus contexta ad umbram faciendam in horto vel ante domum, Graecis ὑπάμπελον. vide Salmaſ. ad Spartian. Hadr. cap. 10. Graev. ad Iſidor. Gloſſar. pag. 54. & quae Schoetgenius ac Geſnerus notarunt ad Columell. Lib. x. 378. illo verſu,

Tum modo dependens tricbilis, modo more chelydri
Sole ſub aeſtivo gelidas per graminis umbras &c.

talis forte deſcribitur a Propertio Lib. iv. El. 8. 35. & ſeqq. loco hiſce perquam adſini, ſed nonnihil corrupto:

Unus erat tribus in ſecreta lectulus berba.
Quaeris concubitus? inter utramque fui.
Lygdamus ad cyatbos, vitrique aeſtiva ſupellex,
Et Methymnaei Graja ſaliva meri.
Nilotes tibicen erat, crotaliſtria Pbyllis,
Et facilis ſpargi munda ſine arte roſa.
Nanus & ipſe ſuos breviter concretus in artus
Jactabat truncas ad cava buxa manus &c.
Me quoque per talos Venerem quaerente ſecundos
Semper damnoſi ſubſiluere canes.

vides eadem luxuriae inſtrumenta, quae hoc carmine deſcribuntur, poculorum ſupellectilem, Aegyptium tibicinem, crotaliſtriam, & talos, qui & in fine hujus elegiae memorantur: & haec quidem in trichila ſeu umbraculo, modo cum Heinſio ſcribatur,

Unus erat tribus in ſecreta lectulus umbra.

nam quomodo *berba?* cum v. 51. ſequatur, *motas reſupinat Cynthia valvas*, per quas umbraculi ſeu tentorii hujus januas, aut dependentia, ſed fiſſa inſtar valvarum, tapetia intelligit, quae ſubmovens Cynthia Propertium deprendit cum Teia ac Phyllide voluptuantem. quae Phyllis crotaliſtria erat, ut haec Copa Syriſca, ut etiam vocatur v. 29. nam quod Scaliger *crotaliſtria Pbilis* in poſteriore editione caſtigaverit, a *Philae* inſula ad Syenem, miror id ſecutum fuiſſe Broukhuſium, & editione ſua expreſſiſſe. repugnare enim ſyllabam primam videbis in nota Patrui ad Lucan. x. 313. pro *Nilotes* Scalig. ſupra ad v. 7. adfert *Niletus*, vitio forte operarum, vel pro *Nile, tuus tibicen* &c. ut in aliis eſt codd. & edd. *berba* autem & *umbra* ſimiliter confunduntur in MSS. eadem hac Eleg. v. 75. apud Tibull. ii. 5. 95. Virg. Ecl. iii. 55. iv. Georg. 459. & Ovid. iii. Art. 694.

aliosque. *ſub umbra* amoribus indulgere, apud poëtas frequens. vid. ad Auct. Eleg. in obit. Maecen. v. 93. *umbram* igitur *ſecretam* vocat tale tentorium ſeu umbraculum, quales trichilae erant. easque Latini *umbras* dicebant. Feſtus in voce *umbrae. Umbrae vocabantur caſae frondeae pro tabernaculis.* ubi vide Scalig. Caſaub. ad Athenaeum Lib. v. cap. 6. & ad Theophraſt. Charact. pag. 335. eadem porro, quae Scaliger hic ad Caeſaris locum notat, videbis in ejus notis ad Feſti verba modo prolata, ſed quae ſimul ſalivam movent amiſſorum viri magni ad Caeſarem Commentariorum, in quibus ſe plura de trichilis adnotaſſe monet. Exſtat locus Lib. iii. de Bell. Civ. cap. 96. *In caſtris Pompeji videre licuit triclinia ſtrata, magnum argenti pondus expoſitum, recentibus ceſpitibus tabernacula conſtrata. Lentuli etiam, & nonnullorum tabernacula protecta edera, multaque praeterea, quae nimiam luxuriam deſignarent.* quem margini editionis Juntarum Florentinae ad hunc verſum etiam adſcripſerat Heinſius, notaveratque in ed. Rom. haberi *tricbilas ſtratas.* unde conjiciebat *tricbila parata*, vel *tricbila conchili inſtrata.* ſed apud Hirtium tamen Lib. viii. Belli Gallici circa finem haberi *tricliniis ſtratis.* addito alio Hirtii loco de Bello Hiſpan. cap. 33. *Caenam afferri quam opimam imperavit, item optimis inſternendam veſtimentis.* ubi legebat, *triclinium optimis inſternendum veſtimentis.* quia in ed. Rom. *inſternendum.* ſed licet in loco Caeſaris D. Voſſius *triclinia ſtrata* defendat, optime tamen Cel. Oudorpius *tricbilas ſtructas* vindicavit, quam vocem librarii pro *triclinia* ſupponere vix potuerunt, producto Tibulli loco ad rem faciente, ubi *tricbilas, vaſa*, & *ceſpites* jungit, Lib. ii. El. 5. 97.

Aut e veſte ſua tendunt umbracula ſertis
Vincta, coronatus ſtabit & ante calix.
At ſibi quisque dapes, & feſtas exſtruet alte
Ceſpitibus menſas, ceſpitibusque torum.

ubi Scaliger etiam *tricbilas* intelligi; primumque ſe Caeſari eas reſtituiſſe notat. de quibus etiam nonnulla vide apud Crenium P. x. Animadv. pag. 22. & ſeqq.

9. *Eſt &, Maenalio quae garris dulce ſub antro*] Praefero lectionem codicum Voſſianorum, Petaviani, edd. Vicet. Brix. Ven. Ald. & Junt. *En & Maenalio.* hoc loco inter plurima alia Poëtarum etiam uſus eſt Bentlejus ad firmandam codicis Galei lectionem apud Horat. Lib. i. od. 32. init. *Poſcimus, ſi quid vacui ſub antro Luſimus tecum* &c. *age dic Latinum, Barbite, carmen.* pro vulgata, *ſub umbra.* ſequenti verſu *paſtoris fiſtula more ſonat* in quatuor codicibus Voſſianis, Petaviano, Leidenſi, & ed. Vicet. Brix. Ven. & Junt. ut conjecerat Broukhu-

Sunt etiam croceo violae de flore corollae,
Sertaque purpurea lutea miſta roſa:

15. Et

huſius. idque recte probat Barth. Lib XXXIII. Adverſ. cap. 22. in fin. *in ore ſonat* Aldus, Scalig. & Pulm. ediderunt. ut & in ed. Patiſſ. & Frellon. legitur. *garrire* hic dicitur paſtoris fiſtula, ut apud Tibull. II. El. 5. 30.

Panſebuque vagi paſtoris in arbore votum
Garrula ſilveſtri fiſtula ſacra Deo.
Fiſtula, cui ſemper decreſcit arundinis ordo;
Nam calamus cera jungitur usque minor.

ubi de fiſtula paſtoritia eleganter commentatus eſt Broukhuſius.

11. *Eſt & vappa*] *Vappa* non ſolum οἶνος ἐξεστηκὼς, ſed & quodvis εὐτελὴς vinum dicebatur. ſiquidem hic ita accipiendum. Apud Suidam, ὀξύτης, κηκίς. Corrige, ὀξίνης, κηκίς. ὀξίνης eſt vappa, κηκὶς, Galla atramentaria. Nam *Galla* etiam pro atro, & aſpero vino. Lucillius:

Quae Gallam bibere, ac rugas conducere ventri
Farre aceroſo, oleo decumano, pane coegit
Cumano. —

Ergo vinum aſperum, quod Gallae, & qua ſit atramentum, ſimilitudinem referat, *Gallam* vocavit Lucillius. Talia hodie in Longobardia, & Hetruria bibuntur. quae vere ſunt, quae *Crucia* vocavit idem Lucillius. *Vappa* igitur οἶνος ἐξεστηκώς. At languidum, καὶ ἐκλελυμένον vinum *ſubleſtum* vocabant. *Subleſta pictura*, eſt tantum primis lineamentis deformata, ac nullis coloribus adumbrata. Eaque Graece dicitur μονόγραμμος. *Liſta* eſt γραμμὴ, teſte illo vetere Gloſſario. Sic & hodie lineam vulgo vocamus, in Gallia. Dicta *liſta*, a λίστη, p. in t: ut σπάδιον, στάδιον, *ſpatium*. σπυδὼν, *ſtultum*. hinc ὑπόλιστοι picturae primum, hoc eſt ad verbum, *ſubleſtae*. Inde ad alia translatum ſumitur pro evanido, tenui, languido. Ut vinum, de quo jam ſatis diximus, *ſubleſtum*. Erat & κακτίας οἶνος, *improbum vinum*. Unde, puto, Martialis peſſima vina Maſſiliae, *fumos Maſſilitanos* vocavit. niſi intellexerit de vinis, quae, ut vitium exuerent, ebibere inſtituebantur fumum, in loco quem vocat *Nebularium* Columella. At non ſane noſtratia, quae naſcuntur in Biturigibus Vibiſcis, illum fumum ebibunt, quam temperatiſſimam illius caeli coctura m. Ex qua potius ipſa fumum bonum emittunt, quam malum deſiderant. Invenio & Graecis intimae vetuſtatis *fugiens vinum* ἐκθανατίδην dictum. hoc eſt, ἐξίτηλον, & evanidum. Tale igitur vocarunt *vappam* Latini, Aeolica voce. Nam ut Aeoles pro ὄμμα dicebant ὄππα: ſic, ut ego puto, pro βάμμα, βάππα. quod ita vocarent, quicquid non merum, ſed dilutum eſſet. Unde vinum ſpurcum & fugiens eo nomine Latinis dicitur. Quod autem vappam foeminino genere dixerunt, eſt eadem ratio, qua & *ſchemam* eodem genere declinarunt. Plautus:

— *Cum ſervili ſchema.*

ſic *ſyrma* foeminino genere apud Turpilium. *Schema* vero, ut Plautus uſurpat, & penulae ſervilis genus. Id & in Syracuſana lingua invenitur. Theocritus:

Τὰς αὐλὰς μὲν ἔχοισα, καὶ ἢ ῥόδον, ἢ τύγε μᾶλον.
Σχῆμα δ' ἐγὼ, καὶ κασῆς ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἀμύκλας.

SCALIGER.

Ibid. *Diffuſa*] Lege *Defuſa*: quemadmodum etiam habet membrana Contii. Vinum defuſum pateris. Sed & tibi de hac re ſatisfaciet doctiſſimus Lambinus noſter in Commentariis ſuis in Horatium. (Lib. IV. od. 5. 34. & Lib. I. Epiſt. 5. 4.) SCALIGER. *defuſa* etiam conjecerat Heinſius, quod a cod. Petaviano & Voſſiano firmatur. quid inter *diffundere* & *defundere vinum* interſit, vide in notis Patrui ad Gratii Cyneg. 474. & Cl. Oudend. ad Lucan. IV. 82.

12. *Eſt ſtrepitans rauco murmure rivus aquae*] *Et ſtrepitans* ed. Vicet. Brix. Ven. Junt. Ald. ut in Phaleucio Vomani de Laud. Hortuli Lib. III. Ep. 51. 9.

Aquae ſtrepentis vitreus lambit liquor.

crepitans duo Voſſiani. quod admitti etiam poſſet. ut apud Propert. Lib. II. 23. 49.

Et leviter nymphis tota crepitantibus urbe.

vel potius *mota crepitantibus urna* cum Heinſio in notis ad Propert pag. 709. *trepitans* tamen in cod. Leid. unde legendum *trepidans*. ut ad marg. ed. Junt. conjecerat Heinſius. Horat. Lib. II. od. 3. 22. & *obliquo laborat Lympha fugax trepidare rivo.* & Lib. I. Epiſt. 10. 21.

Quam quae per pronum trepidat cum murmure rivum.

& ſic hoc in verſu emendandum monuit Cel. Valkenarius ad Ammon. Lib. II. cap. 10. in fine. ſaepe autem *crepitans* & *trepidans* aqua confunditur. vid. Cel. Weſſeling. ad Anton. Itin. pag. 498. & Patrui notas ad Rutil. Lib. I. 280.

13. *Sunt etiam croceo violae de flore corollae*] non adſpernenda eſt lectio, quam in duobus Voſſianis invenit Tollius, & ego in uno Leidenſi, *Sunt & Cecropio junctae de flore coronae.* unde forte legi poſſet, *Sunt & Corycio junctae de flore corollae.* vel ſi *croceo* non videatur a librario interpolatum, *Coryciоque croco violae de flore corollae.* corollae de flore violae Corycio croco miſtae, ut mox *ſerta purpurea roſa miſta.* de Corycio croco vide ad Auct. Eleg. in Obit. Maec. 133.

15. Et

Et quae virgineo libata Acheloïs ab amne
Lilia vimineis adtulit in calathis.
Sunt & caſeoli, quos juncea fiſcina ſiccat:
Sunt autumnali cerea pruna die:

Caſta-

15. *Et quae virgineo libata Achelois ab amne*
Lilia vimineis adtulit in calathis]
Sunt & virgineo in utroque Voſſiano & Leidenſi. *Virgineo ab amne* non immerito corruptum videbatur Heinſio, ac proinde conjecerat *ab ore*. ut Nympha Achelois dicatur lilia, quae odorando quaſi oris halitu etiam libaverat, adtuliſſe in calathis vimineis. eadem fictionis poëticae elegantia, qua in Epigrammate Alcimi de donis a Lesbia miſſis ſupra Ep. ccxi.
Miſit dente levi paullum libata placentae
Munera, de labris dulcia mella ſuis.
Neſcio quid plus melle ſapit, quod contigit ipſa,
Spirans Cecropio dulcius ore thymum.
& de malis aureis a Marcia miſſis Ep. ccvii. ex emendatione Heinſii,
Oſcula de morſu mitte, vorabo libens.
recte autem *virgineum os* Nymphae Acheloidi tribuit, ut *virginis ora gerere* dicuntur Acheloides Ovidio Lib. v. Met. 557. loco adpoſito:
——— *vobis, Acheloïdes, unde*
Pluma pedesque avium, cum virginis ora geratis?
An quia, cum legeret vernos Proſerpina flores,
In comitum numero mixtae, Sirenes, eratis?
Weitzius intelligit Dircen Acheloi filiam in fontem mutatam, & *libata amne liliis* exponit irrigata, humectata. quod an recte dicatur, dubito. & praeſtat in genere intelligi Nympham, Sirenidis inſtar amatores adlicientem, quae lilia plenis calathis adfert. ut apud Virg. Ecl. ii. 45.
Huc ades, o formoſe puer, tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nymphae calathis, tibi candida Naïs
Pallentes violas, & ſumma papavera carpens,
Narciſſum, & florem jungit bene olentis anethi.
haec autem inter dona amatoria ac gaudii Venerei pretia antiquis fuere. ut ex Propertio notat B. Pius ad Lucret. Lib. v. 963. altero verſu *Lilia quae niveis* in cod. Voſſiano. in Leid. *quae juvenis*. perperam. vulgatam tuentur ceteri codices, & editiones vetuſtiſſimae. eſt enim imitatio Propertii Lib. iii. El xi. 30.
Nunc violas tondere manu, nunc miſta referre
Lilia vimineos lucida per calathos.
ut illic legendum unice ex hoc loco probatur, quem ad Palmerii emendationem adſtruendam adfert etiam Broukhuſius, licet ipſe *virgineos* ediderit. ſed & *vimineos* Fruterius ibidem conjecerat, & Heinſius Lib. i. Adverſ. cap. 9. pag. 89. prolato eodem hoc verſu. vide quae notavi ad Lotich. Lib. iv. El. 3. 43. pag. 263.

17. *Juncea fiſcina*] φορμὸν χοίνινον Polluci. quo etiam utebantur, cum ad forum, ſeu macellum irent, & Latine *Fiſcum* vocabant. Gloſſarium, *Fiſcum* κόφινος ἀλιευτικός. Aſconius etiam nummorum receptaculum (quod pauci non ſciunt) eſſe ait. in Verrem ii. *Fiſci, Fiſcinae & fiſcellae, ſpartea ſunt utenſilia, ad majoris ſummae pecunias capiendas* &c. hic *fiſcella* forma eſt, ubi caſei exprimuntur. inde *Fiſcellus*, mollis caſei appetitor. Feſtus, & Gloſſae Iſidori. LINDENBR. *ſcirpea fiſcina* cod. Leid. & ed. Junt. quod placere poſſet, quia *junco* ſequitur v. 22. *ſirpea* Ald. ſed vulgatam adjuvat Tibullus Lib. ii. El. 3. 15.
Tunc fiſcella levi detexta eſt vimine junci,
Raraque per nexus eſt via facta ſero.
ubi vide alia veterum loca in notis Broukhuſii, & Titii ad Nemeſian. Ecl. i. init. ſerum enim lactis defluebat ex fiſcella juncea vel viminea, qua ſiccabatur caſeus. hinc Johannes de Janua in Catholico: *Fiſcina, vas vel corbulus ex juncis & vimine factus, in quo fit caſeus, & corripit penultimam. unde Virgilius: Nunc facilis rubea contexis fiſcina virgo. Fiſcinula diminutivum parva Fiſcina, penultima correpta.* ita enim haec leguntur in duobus apud me codd. MSS. paullo aliter quam in ed. Venet 1497. Papias in Vocabulario: *Fiſcella vas vimineum gracile. forma ubi caſeus exprimitur.* & ſic in Gloſſario Salemonis Epiſcopi Conſtantienſis: *Fiſcella vas viminis gracilis factum vel forma, ubi caſei exprimuntur. Fiſcina ſaccus, ſarcina ut Virgil. Nunc facilis rubea texatur fiſcina virga. inde diminutivum fiſcella, vaſculum in quo lac deprimitur, & efficitur caſeus. id eſt Keskar.* vid. Barth. xxxvi. Adverſ. 23. *faſcina* male in ed. Vicet.

18. *Sunt autumnali cerea pruna die*] in cod. Voſſ. *Sunt autumnalis cerea pruna Deae.* quod in cod. Leidenſi etiam inveni. & ſic in ed. Junt. & Ald. ſed *autumnali die* in Vicet. Brix. & Ven. *prima die* in Petav. cod. Heinſius legebat, *autumnalis die.* pro *diei.* ut ſupra in Idyllio de Roſa v. 14. ubi vide. ſic in carmine Ciceronis de XII. Signis inter Catalect. Scalig. pag. 245.
Curriculumque Aries aequat noctiſque dieque.
vide Serv. & Heinſ. ad Virg. i Georg. 208.
Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas.
& de ſimilibus Toll. ad Auſon. pag. 309. Haec vero & ſequentia auctor hic, quisquis tandem ſit, venuſta imitatione expreſſit denuo ex Propertio Lib. iv. El. 2. 13. & ſeqq.
Prima mihi variat liventibus uva racemis,
Et coma lactenti ſpicea fruge tumet.
Hic dulces ceraſos, hic autumnalia pruna
Cernis, & aeſtivo mora rubere die.

ubi

Digitized by Google

Caſtaneaeque nuces, & ſuave rubentia mala.
Eſt hic munda Ceres, eſt Amor, eſt Bromius.
Sunt & mora cruenta, & lentis uva racemis:
Eſt pendens junco caeruleus cucumis.
Eſt tugurî cuſtos armatus falce ſaligna,
Sed non & vaſto eſt inguine terribilis.
Huc Alibida veni: feſſus jam ſudat aſellus:

ubi *autumnalia poma* male in quarto Voſſiano, meoque codice. Virg. Ecl. II. 53.

Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala,
Caſtaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat;
Addam cerea pruna, & honos erit huic quoque pomo.

21. *Sunt & mora cruenta, & lentis uva racemis*] ita recte in MSS. & editionibus vetuſtis, quomodo in Juntina, Aldina, Scaligeri, aliisque. nam male in nonnullis *mora rubentia*, licet in loco Propertii, quem imitatur, *aeſtivo mora rubere die.* praeceſſit enim modo, *& ſuave rubentia mala.* & obſtat metri ratio. *cruenta* vocat *mora* propter Pyramum & Thisben. Lib. I. Ep. 149.

Sponte manu miſeri ſimul occubuiſtis amantes.
Cauſſa fuit dirae vitta cruenta necis.
Sed quae purpureo madefacta eſt ſanguine radix,
Nunc atra, quae dudum candida, mora dabat.

nam minus bene explicuit Barth. Lib. XXXVI. Adv. cap. 23. haec quidem & alibi *rubentia* vocantur, ſed hic propter inconcinnam repetitionem alterum praeſtat. vide ad h. L. Ep. CV. 9. *laetis uva racemis* in cod. Leid. ſed pro *lentis* Heinſius conjecerat *tentis. racemos* autem ob epitheton *lentis* poni pro palmitibus, quia ab uva racemi hic ſeparantur, notat Faber in Theſ. L. L. in *racemus.* vel pro acinis, ut *lentos* pro tenacioribus dixerit. ut apud Propert. d. l. Lib. IV. El. 2. 13.

Prima mihi variat liventibus uva racemis,

ubi vide Paſſeratii notas pag. 576.

22. *Eſt pendens junco caeruleus cucumis*] *Et pendet* cod. Petav. Leid. & MSS. fere omnes cum edd. Vicet. Brix. Venet. Junt. rectius. *Et pendens* Ald. adhaeret iterum Propertio eadem Eleg. v. 43.

Caeruleus cucumis, tumidoque cucurbita ventre
Me notat, & junco braſſica vincta levi.

Columella Lib. X. 378.

Tum modo dependens trichilis; modo more chelydri
Sole ſub aeſtivo gelidas per graminis umbras
Intortus cucumis, praegnansque cucurbita ſerpit.

ubi *dependens trochili* legebat Scaliger ſupra ad v. 8. quem immerito explodit cavillator ejus Titius. *trichilis* Heinſius, qui remittebat ad Plin. Lib. XIX. cap. 5. p. 553. ed. Dalec.

23. *Eſt tuguri cuſtos, armatus falce ſaligna,*
Sed non & vaſto eſt inguine terribilis] Ita recte cod. Petav. ed. Venet. Junt. Ald. Patiſſ. & Barth. Lib. XXXVI. Adverſ. 23. nam id requirit, quod ſequitur, *eſt terribilis. Et tuguri* Vicet. Brix. Scalig. Pulm. Facit huc Epigramma vetus in marmore eleganti a Boiſſardo Antiq. Rom. P. VI. pag. 73. Grutero pag. 95. 4. Ferretio Lib. I. Muſ. Lap. pag. 29. aliisque editum:

HORTORUM. CUSTODI. VIGILI.
CONSERVATORI. PROPAGINIS.
VILLICORUM.

Dum tua pomiferum cuſtodia proteget hortum,
Terror & infeſtis furibus inguen erit.
Lampſacios melior non inbuet hoſtia cultros,
Quam veniet noſtra victima caeſa manu.

cujus explicationem vide apud Cuper. in Inſcr. & Monum. Antiq. poſt Apotheoſ. Hom. pag. 298. & ſeqq.

25. *Huc Alibida*] In membrana Contii, *Huc Calybita veni.* recte. *Calybita*, qui edit crumata teſtulis, aera, aut alia quavis re; ex iis quae paulo ante (ad v. 7.) explicavimus. SCALIGER. *Huc Alibida veni* in cod. Leid. ed. Vicet. Brix. Venet. Junt. & Ald. 1517. nam in altera an. 1534. *Huc ad liba veni.* in uno cod. Voſſ. *Alibulia.* in cod. Petav. *Huic calibita venit*, quod adſtipulatur ſcripturae, quam ex membrana Contii probavit Scaliger, *Calybita.* & in uno Voſſiano invenit Tollius. & ſic correxerat Salmaſius ad oram ed. Scalig. & prolixius hanc lectionem adſtruit ad Hiſt. Aug. pag. 403. Gudius ad Phaedr. Lib. III. Fab. 20. pag. 78. & Huetius ad Antholog. Graec. pag. 22. intelligentes per *Calybitam* τὸν θαλαμηπόλον Matris Deum, ſeu Gallum, cubicularium Cybebes. ſed quod ab hoc loco alienum arbitror. *Huc Alebeda veni.* Silenum exponens, olim jam legit Domitius ad Martial. Lib. VI. Ep. 49. certe Silenum intelligi, probant ſequentia, *feſſus jam ſudat aſellus.* vel *laſſus*, ut in uno cod. Voſſ. quod praeferendum, quia mox v. 31. ſequitur, *feſſus requieſce ſub umbra.* de Sileno capiendum etiam notaverat Heinſius, nomenque illud corruptum eſſe in veteri prologo Bacchidibus Plauti praefixo. ubi v. 31.

Aſibidam Jonii me vocitant greges,
Quod vecturis ſenex vehar aſinario.

pro quo *Aſividam*, quaſi *Aſivehidam*, id eſt *Aſin*

Digitized by Google

Parce illi, veſtrum delicium eſt aſinus.
Nunc cantu crebro rumpunt arbuſta cicadae;
Nunc etiam in gelida ſede lacerta latet.

Si

vebidam Scaliger, dubitans tamen, an non *Alibidam* legendum eſſet. Turnebus vero Lib. XIII. Adverſ. 22. *Aſinidam*, aut *Aſinigam*, ab aſino agendo, vel denique *Aſivella* utroque loco conjecerat, & de Sileno etiam hoc in verſu interpretabatur. vide & Voſſium in Etymolog. in *Veterinum* pag. 554. qui Turnebi conjecturas inprobat, & praeferre videtur Scaligeri emendationem *Calybita*, quam hac in nota deale in poſteriore Catalectorum editione: nam in prima Lugdunenſi de *Alibida* Sileno, & loco illo ex prologo Bacchidarum Plauti, tota alia nota legitur, cujus pars tantum in editiones Plautinas relata eſt. Ego tamen *Alibida* mutare hic non auſus ſum, quomodo & in ed. Patiſſ. Freiion. Scalig. Pulm. aliisque.

26. *Veſtrum delicium*] Vetus membrana, *noſtri delitium*. SCALIGER. *veſtri* cod. chart. Voſſ. & ed. Vicet. Brix. Venet. & Junt. *veſtrum* cod. Leid. ed. Ald. Patiſſ. Frell. Pulm. & aliae. *noſtrum* primus cod. Voſſ. *veſtrae* alius Voſſ. & Petavianus. quod verae lectioni anſam praebet, *Veſtae delicium eſt aſinus*. ut adfert Iſ. Voſſius ad Catull. pag. 165. ut aſinus *Veſtae* ſive Cybebes *delicium* dicatur, quia, ſi deeſſet vel laſſus ſuccubuiſſet aſinus, qui Magnae Matris ſellam geſtabat, ipſi Galli cogebantur ut bajuli ſuccedere. & ſic Gronovius apud Scheffer. ad Phaedr. Lib. III. fab. 20. 8. & Spanhem. ad Callim. Hymn. in Cer. 109. pag. 716. ſimilis corruptelae varietate apud Minucium Felicem in Octavio pag. 290. *vos & totos aſinos in ſtabulis cum veſtra Epona conſecratis, & eosdem aſinos cum Iſide religioſe devotatis*. ubi Jac. Gronovius reſtituit *cum Veſta vel Epona*, firmatque hoc eodem Copae verſu. cujus optimae conjecturae adſtruendae addam hic, quae in ſchedis MSS. a N. Heinſio ad iſtum locum notata inveni: *Minucius Felix Octavio pag. 86. ed. Rigalt.* niſi quod vos & totos aſinos in ſtabulis cum veſtra vel ſua Epona conſecratis] *in veteri codice, teſte Rigaltio*, cum veſtra vel epona. *unde illi nata haec conjectura. atqui ſcribe*, cum Veſta vel Epona. *& refer ad Prudentium de Epona*, (*Apoth. 197.*) *Veſtae jacet aſinus vel quia Priapus Veſtae amore captus ruditu aſini detectus. Ovid. Faſt.* I. *vide alias cauſas Faſt.* VI. 319. *& ſeqq.* aliis etiam veterum in locis *Veſtae* nomen in *veſtrum* vel ſim. degeneravit. idque Virgilio reſtituere conatus eſt Markland. ad Statii Silvas, Lib. II. Aen. 154. ubi legit,

Vos aeterni ignes, & non violabile Veſtae
Teſtor numen ait.

Pro *veſtrum numen*. ut *aeternus Veſtae ignis*, ſive *ἀθάνατον πῦρ*, & *aeterna Veſta*, Livio, Plutarcho, & Horatio. ſed illo quidem in loco per *ignes aeternos* intelligi Solem, Lunam, & ſidera, ad quae manus tendit Sinon, in notis ſuis Patruus meus docuit. etiam apud Avienum in Ora Marit. v. 17. nomen illud corruptum eſſe cenſent,

——— *ni ſciam te literas*
Hiantibusque faucibus veſtarum abdita
Hauſiſſe ſemper.

ubi Scriverius conjecerat *veterum abdita*. & notaverat Holſtenio placere *Veſtae abdita*. id eſt *terrae*. quod idem Heinſio etiam in mentem venerat, & egregie illic firmari poteſt ex Horat. II. Epiſt. 2. 114.

Et verſentur adhuc intra penetralia Veſtae,
Obſcurata diu populo bonus eruet.

27. *Nunc cantu crebro rumpunt arbuſta cicadae*] ex Virgilio III. Georg. 328.

Et cantu querulae rumpent arbuſta cicadae.]

vide Titii notas ad Nemeſian. Ecl. I. 2.

28. *Nunc vere in gelida*] Vetus membrana,

Nunc vero in gelida ſede locuſta ſedet.

ſed prima ſyllaba *locuſtae* repugnat. SCALIGER. *Nunc vere in gelida ſede lacerta ſedet* duo Voſſ. & Petav. ed. Vicet. Brix. Ven. & Junt. niſi quod in hac *latet*. lege cum N. Heinſio,

Nunc verna in gelida ſepe lacerta latet.

poſſis etiam,

Nunc viridis gelida ſepe lacerta latet.

ut *virides lacertas* Horatio Lib. I. od. 23. 7. & ſic erit imitatio Virgilii Ecl. II. 9. ubi *lacertas* & *cicadas* etiam jungit:

Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertas &c.
At mecum raucis, tua dum veſtigia luſtro,
Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis.

ſepe latet etiam probabat Cel. Oudendorpius. qui apud Calpurn. Ecl. III. 95. corrigebat,

Vel propius latitans vicina ſepe ſub horti.

ſic enim cod. Neap. ſeu *orti* ex morte ſcribendi. vulgo, *vicina, ut ſaepe, ſub ora*. ſcribitur autem a nonnullis *ſaepes*. probante Pierio ad Virg. Ecl. I. 54. propter adverbium *ſaepe*, ejusdem, ut ait, originis. quem ſequitur Noriſ. ad Cenot. Piſan. p. 485. ſed id confuſioni nonnunquam anſam praebuit. unde notaverat idem Oudendorpius ridiculum errorem Daviſii ad Cic. I. de Divin. cap. 7. de vento, *ſcopulorum ſaepe repulſus*, credentis, id minus Latinum eſſe, & contra omnes MSS. reponentis *repulſus*, neque cogitantis *ſaepe* eſſe ſubſtantivum. nam

ven-

Digitized by Google

Si ſapis, aeſtivo recubans te prolue vitro,
Seu vis cryſtallo ferre novos calices.
Eia age, pampinea feſſus requieſce ſub umbra:
Et gravidum roſeo necte caput ſtrophio.
Candida formoſae decerpes ora puellae.
Ah pereat, cui ſunt priſca ſupercilia!

Quid

ventus *repulſus ſcopulis* dicitur, ut apud Vitruv. Lib. I. cap. 6. *venti ad angulos frangantur, repulſique diſſipentur.* & Lucan. Lib. IX. 450. *ſcopuliſque repulſum Diſſipat. ſepes* & *ſedes* ſimiliter confuſae apud Ovid. IV. Triſt. I. 81.

Sic, ſi quem nondum portarum ſepe receptum
Barbarus in campis repperit hoſtis, agit.

ut pro *portarum ſede* reſtituit Heinſius, quem vide. quod de prima *locuſtae* ſyllaba notat Scaliger, recte monet. ut ex illo Ennii verſu patet, *Ante bovem Lucam pariet locuſta.* errarunt enim poſterioris ſeculi poëtae, qui corripuerunt.

29. *aeſtivo recubans nunc prolue vitro*] Correximus — *te prolue.* hoc etiam confirmat ſcripta lectio. item illud,

—— *toto ſe proluit auro.* SCALIGER.

aeſtivo vitro adhaeret iterum Propertio Lib. IV. 8. 37.

Lygdamus ad cyathos, vitrique aeſtiva ſupellex.

31. *Eia age, pampinea feſſus requieſce ſub umbra*] *Nunc age* cod. Voſſ. & Leid. *Hic age* Aldus. eſt ex Virg. Ecl. VII. 10.

Et, ſi quid ceſſare potes, requieſce ſub umbra.

32. *Et gravidum roſeo necte caput ſtrophio*] Nimirum mos hic potatorum erat, ut caput coronarent. Tertullian. de Reſurrect. carnis cap. XVI. *At enim calix bene ſibi conſcius, & de diligentia miniſterii commendatus, de coronis quoque potatoris ſui inorabitur* &c. quod ideo faciebant, ne cito vino deponerentur, hoc enim coronas prohibere putant; imo etiam ebriacos (ut loquitur Plautus) jam factos, ſobrios reddere. Auctor Geopon. Lib. VII. cap. XXXIII. καὶ στέφανοι (ſc. ἀνανήφειν ποιοῦσι τοὺς μεθύοντας) ἀπὸ ποικίλων ἀνθῶν ἐπιτιθέμενοι τῇ κεφαλῇ. Hiſce coronis Aegyptii aviculas alligabant, quas *Dacnades* nominant, quae fritinniendo morſicandoque eis ſomnum inter potandum excutiebant. Viſe Feſtum. LINDENBR. de ſtrophio vide notas ad Lotich. Lib. V. El. ult. 53. & Vulpium ad Catull. Carm. LXIII. 65.

33. *Candida formoſae decerpes ora puellae*] Legit manu ſcripta membrana,

Formoſum tenerae decerpens ora puellae. SCALIG.

Formoſus tenerae decerpes duo Voſſiani, ed. Vicet. Brix. Venet. Junt. & Ald. an. 1534. In tertio Voſſ. *Formoſum tenerae decerpas* Leidenſ. *Formoſum tenerae decerpens* cod. Petav. *Formoſum tenerae decerpent ora puellae* Aldus in ed. 1517. ſed *Candida formoſae decerpes ora puellae*, ut ex Scaligero edidi, etiam in ſuo codice legi teſtatur Bembus de Culice Virgil. pag. m. 792. niſi quod in eo *decerpens.* ut haec cum ſuperiori verſu cohaereant, & hic diſtinctione majori claudatur. quod & praeferebat Broukhuſius. recte etiam *Candida ora.* vide illius notas ad Tibull. Lib. IV. Carm. 4. 17. aliter Cel. Oudendorpius, qui ex veſtigiis codd. MSS. in quibus *Formoſum* vel *Formoſus tenerae decerpens*, conjiciebat,

Fac, morſu tenerae decerpas ora puellae.

vel potius, *Fer morſum*, aut *morſus tenerae decerpens ora puellae.* ut *ferre oſcula.* & de libidinoſis morſibus intelligebat, de quibus vide ſupra ad h. L. Ep. CCXXVIII. 5. & adde locum Apuleji Lib. X. pag. 226. *Molles interdum voculas, & aſſidua ſuavia, & dulces gannitus, commorſicantibus oſculis iterabat illa.* ut recte Priceus in notis, pro inepta lectione *commorſicantibus oculis.*

34. *Ah pereat, cui ſunt priſca ſupercilia!*] ita edidi. male in Voſſ. cod. *Ah pereant quoi ſunt.* in ed. Vicet. Brix. Ven. & Junt. *Ah pereant cui ſunt.* pro *priſca ſupercilia* in cod. Voſſ. Leid. & altero Voſſii chartaceo *criſpa ſupercilia.* ut in ed. 1517. Aldus. quomodo reponendum cenſebat Fulv. Urſinus ad Virg. Ecl. VI. 48. ſed quem recte refutat Delrius ad illud Senecae Hippolyt. 796.

Et pondus veteris triſte ſupercilii.

ubi *priſca* egregie hoc in verſu vindicat. quod probavit etiam Iſ. Voſſius ad Catull. pag. 209. & poſt eum Vulpius, illo verſu ex Carm. LXI. 159.

Saeva quod horrebas priſci praecepta parentis.

ad quem locum multa ſe notaſſe adſcripſerat Broukhuſius, cujus in Catullum Commentarius utinam e tenebris, quibus nunc addictus eſt, tandem erueretur. *priſca* etiam edidit Aldus in ed. 1534. quod & Vicet. Brix. Ven. & Juntina agnoſcunt, & Pariſ. ac Frellon. Heinſius tentaverat *hirta* vel *ſpiſſa.* ſed nihil omnino mutandum. *priſca ſupercilia* ſunt ſevera, triſtia, rigida. ut *Catonis priſcé virtus* Horatio

tio

35. Quid cineri ingrato ſervas bene olentia ſerta?
 Anne coronato vis lapide iſta tegi.
Pone merum & talos: pereant, qui craſtina curant.
 Mors aurem vellens, vivite, ait, venio.

tio Lib. III. od. 21. 11. tale *patricium ſupercilium* eleganter vocat poëta ſupra in Ep. 193.

—— quod carmina nolim
Scribere, patricio digna ſupercilio.

ſic *priſci Latini*, & qui fuerunt ante Romam conditam, & tempore ac moribus antiquiſſimis ſeu ſeveris vixerunt. vid. Merulam ad Ennium pag. 175. unde *Latio conveniens ſupercilium*, id eſt majeſtati ac ſeveritati priſcae Latinorum, in Priapejis Carm. 1. ubi alii *Tatio* legebant. de quo ſupra ad h. L. Ep. 152. 7.

35. *Quid cineri ingrato ſervas bene olentia ſerta*] *ſervans* male in ed. Vicet. Brix. Ven. & Junt. cogitabat auctor illud Virgilii Lib. VI. Aen. 213.

—— & cineri ingrato ſuprema ferebant.

ubi *cineri ingrato* pro triſti ex Servio, vel *gratiam non relaturo* ex Sidonio Apollinari intelligendum e notis Patrui patebit. atque hoc loco recte Broukhuſius vindicavit veram lectionem apud Propert. Lib. II. El. XI. 16.

Atque utinam non tam ſero mihi nota fuiſſet
Conditio. cineri nunc medicina datur.

ubi *emeritis* ſubſtituerat Scaliger, *cineri* ut commentum Beroaldinum rejiciens, quum in omnibus MSS. Voſſianis, Leidenſibus, Dorvillianis, meoque codice conſtanter ita legatur.

36. *Anne coronato vis lapide iſta tegi*] *tegi* cod. Petav. Voſſian. chart. & ed. Vicet. Brix. Ven. Junt. utraque Ald. Patiſſ. & Frellon. ut ex ſuo codice adfert Bembus de Culic. Virg. pag. 792. ſed *legi* emendat Pierius in Hieroglyph. pag. 582. ut recte edidit Scalig. & Pulm. & in ora ed. Juntinae correxerat Heinſius, adſcripto Virgilii verſu, *Serta mihi Phyllis legeret.* Optime vero totum hunc locum mutuatus eſt auctor ex illis Anacreontis, Odario IV. 11.

Τί σε δεῖ λίθον μυρίζειν;
Τί δὲ γῇ χέειν μάταια;
Ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ,
Μύρισον, ῥόδοις δὲ κρᾶτα
Πύκασον, κάλει δ' ἑταίρην.

de *coronato lapide* pro ſepulchrali coronis ornato vide Pithoeum Lib. II. Adverſ. cap. 14. ſub finem.

37. *Pone merum & talos*] *calathos* legebat Heinſius. ſed pro vulgata ſtant omnes codices & editiones vetuſtae. & Propertius, cujus locum ante oculos habuiſſe hunc auctorem ſupra notavi ad v. 8. etiam inter ſimilem nequitiae ſupellectilem, qua ſe cum Teïa & Phyllide gaudia cepiſſe narrat, *talos* enumerat, Lib. IV. El. 8. 45.

Me quoque per talos Venerem quaerente ſecundos
Semper damnoſi ſubſiluere canes.

quin & in nummo illo Seguini, quem ad Copam hanc Syriſcam referebat Baudelotius, ab averſa parte tali ac teſſerae conſpiciuntur, ut ad initium hujus Elegiae monui.

38. *Mors aurem vellens, vivite, ait, venio*] vitioſe in cod. Leid. *autem*. male etiam in ed. Vicet. Brix. Ven. & Junt. *Mors autem veniens*. ſed *aurem vellens* eſt in cod. Bembi, ed. Ald. Scalig. Patiſſ. Frellon. Pulm. ceteriſque. poſſet & legi, *vivite, ait, moneo*. ut adhaereat Virgilio Ecl. VI. 4.

—— Cynthius aurem
Vellit, & admonuit.

ex quo loco hunc verſum eſſe deſumtum notat etiam Erythr. in Ind. Virg. in *vellit*. ſed non opus eſt. nam *venio* mortem mox inſtantem & terga jam jam prementem ſignificat. adpoſite Tibullus Lib. I. El. I. 84.

Interea, dum fata ſinunt, jungamus amores,
Jam veniet tenebris Mors adoperta caput.

Petronius cap. 101. *Miſerere, inquam, morientium, id eſt, pro conſortio ſtudiorum commoda manum. Mors venit, quae, niſi per te non licet, poteſt eſſe pro munere.* ita legendum firmat cod. Scalig. pro *niſi per te licet*. ſic *venio* de eo, qui ultro & ſine mora ad mortem properat. Virg. X. Aen. 881.

Nec mortem horremus, nec Divum parcimus ulli.
Deſine. jam venio moriturus, & haec tibi porto
Dona prius.

apud Ovid. Epiſt. VII. 103. Dido ad umbram Sichaei:

Nulla mora eſt. venio, venio tibi debita conjux:
Sed tamen admiſſi tarda pudore mei.

vivite autem eſt, genio indulgete, dum vita ſupereſt. ut recte hoc in loco exponit H. Stephan. Lib. I. Schediaſm. pag. 37. vide quae notavi ad Lib. II. Epigr. 125.

AD-

ADDENDA ET CORRIGENDA

In Notis ad Tom. I.

ANTHOLOGIAE

Epigr. & Poëm. vet. Lat.

Pag. 8. in notis lin. 8. poſt Sitzm. ad Rutil. 1. Itin. 179.] *adde.* & late Menag. ad Malherb. Poëm. pag. 86. & 78.

Ibid. Ep. XVI. habet Pithoeus pag. 3.] *adde* & Binet. Epigr. vet. 6.

Ep. XVIII. poſt Ferret. In Muſis Lapid. Lib. 1. pag. 20.] *adde.* Polycarp. Palerm. de vera Plinii Secund. patria Lib. 1. cap. 5. & Bonadam in Carm. ex vetuſt. Lap. Vol. I. pag. 80.

Pag. 10. *Conditumque fac vetuſtum*] vid. Salmaſ. ad Epict. & Simplic. pag. 23.

Pag. 11. lin. 15. Heinſius *verſum uſus in alteros*] *adde.* ſed adverſus metrum.

Epig. XXI. v. 3. *coriatice*] *curatice* Heinſius.

Ep. XXII. poſt, habet Pith. Lib. 1. Ep. vet. pag. 3.] & Binet. in Epigr. vet. pag. 12.

Pag. 12. Ep. XXIII. in nota. ita edidit Pithoeus &c.] *inſere.* ita edidit Binetus in Epigr. vet. pag. 8. & illuſtrant hoc Epigramma quae notat Rivin. ad Pervig. Ven. pag. 28. habet etiam Pithoeus &c.

Pag. 14. Ep. XXVIII. ita exhibuit pag. 2.] *adde.* titulus praefigitur in Cod. MSS. Inſcriptt. Cyriaci Anconitani, SUPER STATUAM VENERIS.

Ibid. Claudiani ad v. 133.] *corrig.* 112.

Pag. 15. lin. 3. poſt v. 3. *Quamvis Liber erat* &c.] *adde.* eoſdem ex Voſſiano Claudiani codice illic protulit Patruus meus.

Ibid. lin. 9. poſt, *Martem ſine Marte ſubegi*] *add.* & ſic edididit Bonada Vol. I. pag. 110.

Ibid. lin. 15. poſt, & v. 3. *Quamvis erat liber*] *adde*: in Cod. MSS. Inſcript. Cyriaci Anconit. *Penſa rei tandem.* & ſeq. verſ. *Quamvis erat liber, feci mugire Tonantem*, *Quam* (leg. *Quamvis*) *liber erat*, *Martem ſine Marte ſubegi.*

Ibid. Ep. XXIX. Legitur apud Pithoeum pag. 3.] *adde.* & Binet. in Epigr. vet. pag. 6.

Pag. 17. XXXIII. poſt, *gratis amator*, metro adverſante.] *adde*: quod miror non animadvertiſſe Fr. Mar. Bonadam in Carm. ex Lap. vet. Vol. I. pag. 80.

Ibid. Ep. XXXIV. poſt, Ferret. in Muſ. Lap. Lib. 1. pag. 36.] *adde*, Boiſſard. Tom. IV. Antiq. Rom. pag. 78. & Bonadam Vol. I. pag. 96. vitioſe edita eſt a Pompejo Angelotto in Deſcript. urbis Reate cap. VII. pag. 43. in Tom. VIII. P. III. Theſ. Ital. verſu tertio *rogante* Boiſſard. & v. 6. *cuncta roganti.*

Pag. 18. Ep. XXXV. in nota lin. 7. poſt, Lipſius Fol. XXIII.] *adde* & Bonada Vol. I. pag. 93.

Ibid. lin. 46. in notis: in loco vet. Gloſſ. ἔκλυτος, Λαγζάνδυς] *adde*, veriſſime Cl. Runckenius corrigebat βλακώδης. vide Heſych. & Timaei Lex. Platon. pag. 45.

Pag. 19. Ep. XXXVI. & XXXVII. *Alcide* &c.] leguntur etiam apud Bonadam Vol. I. pag. 94. & Caſtellionaeum in Antiqq. Mediol. Sect. 1. Faſc. 1. pag. 381. in Tom. III. P. 1. Theſ. Ital. ubi vitioſe *Alcidae.*

Ibid. col. 2. lin. 33. in notis poſt Tomaſin. de Donar. pag. 12. ubi & verſum hunc profert.] *adde*, hoc modo, *Sume libens ſimulacra tuis quae munera Cilo Aris Urbanus.* & addit lapidem fuiſſe, quae ſtatuam ſuſtinebat, ut ex ejus proportione erat manifeſtum: atque ex fide Joh. Avantii & Joh. Bapt. Veri refert paucis viſum hoc monumentum, quia confeſtim exigente operis neceſſitate terra fuerit obtectum. Hinc quia ſtatuae fuiſſe ſubſcriptum hoc Epigramma teſtatur, conjectura veroſimili, vel potius certa, ſcribendum arbitror,

—— *quae munere caeli* &c.

id eſt ope caelaturae, qua ſtatua haec erat facta.

Pag. 20. Ep. XXXVIII. *Dumnianius vovit*] *vovet* Cl. Schraderus.

Ibid. Ep XXXIX. poſt Mazochium v. 5. *Adminiſtrandum quod Antiis* &c.] *adde*; & ſic profert Joh. Ant. Caſtellionaeus in Antiq. Mediol. Sect. 1. Faſc. 1. ſub finem.

Pag. 21. ad Ep. XLI. poſt notam SCRIVERII. Leonardi Aretini eſſe adſcripſerat etiam Opitius.] *addantur*: & Cel. Gorius in Symbol. Literariis Florentiae editis Vol. VIII. pag. 68. ex cod. MS.

Leonardi Aretini adfert ut Epitaphium Braccil. ſed ubi v. 1. legitur, *per mille pericula Martis.* v. 2. *Nec acies ferri, nec vaſtis moenia foſſis.* v. 3. vioſe *Meatus tenuere meos.* Legitur & apud Caeſ. Criſpolti in Perugia Auguſta, Perugiae 1648. edita, Lib. 1. cap. 5. pag. 19. qui etiam tradit in laudem Braccii eſſe, & v. 2. habet, *non vaſtis moenia foſſis* & v. 3. *Conatus trivere meos.*

Ibid. in fine notae] *adde:* edidit etiam Bonada Vol. I. pag. 96. qui ſequenti pagina habet & aliud vetuſtum epigramma ex Grutero pag. XLII. 7. quod uterque ſic edidit:

Hercules et Philotes.

Alcides hominum victor, dominatorque ferarum,
Philotetis amicus ades tu illi aeque amor es.

vitioſe ſatis. primo verſu *domitorque* corrigendum. alterius metrum conſtabit, ſi tranſponantur verba, *tu illi amor aeque es.* ſynaloepha inter duas priores voces neglecta.

Ead. pag. col. 2. lin. 35. poſt, Petavianus & Leidenſis] *adde:* & codex Succicus in Act. Liter. Jenenſ. Vol. V. pag. 10.

Pag. 22. in fin. poſt Chriſtinae & Leidenſi codice] *adde:* & in cod. Suecico, ut teſtantur Acta Liter. Jenenſ.

Pag. 23. in not. col. 1. in fin. poſt locum Claudiani II. de R. P. 39.] *adde:* & Auctor de Laud. Herculis v. 72.

—— aetherias adducto dejicis arcu
Aut funda violenter aves.

Ibid. col. II. lin. 28. poſt, *perempto* Reginae & Petav. codex] *adde*, & ex codice Succico, eodem, ni fallor, ac Reginae codice, adferunt Acta Liter. Jenenſia.

Pag. 24. in notis col. II. lin. 26. poſt Heinſ. ad Ovid. Epiſt. VI. 32.] *adde.* quartus hic Herculis labor conſpicitur in nummo Macrini apud Triſtan. T. II. pag. 299.

Ead: nota, lin. 38. poſt, emendaverat] *adde:* perperam enim Triſtanus Tom. II. Comm. pag. 285. adfert.

Undecimo mala Heſperidum diſtincta triumpho.

ubi hic labor Herculis in nummo Getae exhibetur.

Ibid. lin. 41. poſt Heinſ. ad Virg. II. G. 300.] *adde:* ubi pro *deſtringe ex arbore plantas* reſtituit *deſtringe.* quod & praetulit Pierius.

Pag. 26. Ep. XLVII. *Oſtiae*] *in Oſtienſi oppido vetuſtiſſimo* inſcribitur in cod. MS. Inſcript. Cyriaci Anconitani, in quo v. 1. legitur

Litoribus veſtris quoniam certamine laetum.

v. 3. *faciem certaminis ipſam.* v. 5. *me faſtibus auctum.* & v. ult. *ludos feciſſe Saturnus.*

Ibid. in nota, Apianum pag. 128.] *corrige*, 182.

Ibid. in fine notae poſt Fabricium & Gruterum.] *Urbanus Catius* etiam in Cod. MS. Inſcr. Cyriaci Anconit. & *Catius* legebat Murator. Tom. I. Theſ. Inſcript. pag. 353. *Statius* Holthenio & Almelovenio placebat. ſed recte propter primam vocis ſyllabam productam id inprobante Hagenbuchio in Epiſt. Epigraph. pag. 557. qui merito etiam Fabrettum metro reluctante *& feciſſe Saturno* emendantem refutat. vid. Bonadam Vol. I. Carm. ex antiq. Lap. pag. 100. & 103. apud quem ſequens Epigramma etiam exſtat.

Pag. 27. in notis lin. 4. poſt, apud Graevium eo modo, quo hic dedi, legitur] *adde:* edidit etiam Bonada Vol. I. pag. 99. & auctor libri Gallici de Religione Gallor. Tom. II. pag. 192. & ex ſchedis Illuſtr. Caroli Aug. de Sales Epiſcopi Gebennenſis produxit Sam. Guichenon Hiſtoir. Geneal. de Savoye Tom. I. pag. 34. ubi male verſu ſeptimo *favore properanti.*

Ibid. col. 2. poſt. Crinit. de Honeſt. Diſc. Lib. XXV. cap. 5.] *add.* & Triſtan. Tom. I. Comm. pag. 362.

Pag. 28. v. 3. *templumque tuis inponit* Hypaepis] *ſuis* Cl. Schraderus.

Ibid. in fine notae ad Epigr. LI. poſt, monuit Gonſalius] *adde:* licet Vulpius ad Catull. Carm. XIX. 15. hoc loco utatur, ut oſtendat Priapo hircum & lactentem porcellum offerri in ſacrificium a Polyaeno. exempla tamen plura apud poëtas veteres verſuum in easdem voces deſinentium vide apud Illuſtr. Bouhier. ad Petron. de Bell. Civ. v. 80. egregie vero in utroque verſu *inbuet* conjiciebat Cl. Schraderus. quia manifeſta imitatio eſt Virgilii Ecl. 1. 8.

———— illius aras
Saepe tener noſtris ab ovilibus inbuet agnus.

& firmabat adpoſito Calpurnii loco Ecl. II. 60.

Nos quoque pomiferi laribus conſuevimus horti
Mittere primitias & figere liba Priapo,
Rorantesque favos damus, & liquentia mella,
Nec fore grata minus, quam ſi caper inbuat aras.

ubi videre licet eadem etiam verba de Priapo adhibita, ac hoc in loco.

Pag. 29. in notis. lin. 30. poſt. G. Fabric. ad Terent. &c.] *adde:* Salmaſ. Epiſt. pag. 211.

Ibid. col. 2. lin. 38. poſt, ex Fortunatiano adfert Iſ. Voſſius ad Catull. p. 162.] *adde:* & inter Tragicorum Reliquias edidit Scriverius pag. 157.

Pag. 30. in notis lin. 17. cum Heinſio *Jam tibi Cybebes, ſint & roſa grata Diones.* non *Cybeles.* ut in vulgatis, metri cauſſa ſimiliter caſtigandum] haec ita mutanda: Heinſius *Jam tibi Cybebes ſunt & roſa grata Diones* conjecerat, ſed rectius apud alios *Jam tibi ſint Cybeles.* quia obſtat prima in *Cybebes* correpta.

Ibid. in nota ad Ep. LIV. poſt, Turneb. Lib. XXIX. Adverſ. 28. ubi *comam jactare* de furibundis explicat] *adde:* vid. & Heinſ. ad Claudian. II. in Rufin. 345.

Pag.

Pag. 31. in nota ad Ep. LV. poſt, Philipp. a Turre in Monum. Vet. Antii p. 224.] *adde:* Bonada in Carm. ex antiq. Lap. Vol. I. pag. 90.

Pag. 32. ad Ep. LVI. in notis lin. 5. poſt, ſed ex Ferretio auctius pag. 18.] *adde:* Ediderunt etiam Onuphr. Panvin. de Civit. Rom. cap. 38. & Capacius in Antiq. & Hiſt. Neap. cap. XV. pag. 112. in Tom. IX. P. III. Theſ. Ital. ubi multa de Taurobolio aliisque ad ſacra Mithriaca ſpectantibus. Continetur enim his &c.

Ibid. lin. 24. poſt Gruter. pag. XXVIII. 1.] *adde:* & Bonada Vol. I. pag. 84.

Ibid. pag. extrem. in fine notae: poſt Gatakerus in Poſtumis cap. XXI. p. 660.] *adde:* Salmaſ. ad Lamprid. Commod. cap. IX. pag 499.

Pag. 33. in fine notae ad Ep. LVII. poſt Salmaſ. ubi hoc ipſum Epigramma quoque adfert] *adde:* quod ſub Commodiani nomine producit Philippus a Turre in Explicat. Taurob. Lugd. in Theſaur. Nov. Antiq. Salengr. Tom. III. pag 859. ubi *arboris exſciſſae* legitur, ſed quartum verſum omiſit.

Ibid. Ep. LIX. FRAGMENTUM &c. Habetur hoc in Catalect. Scalig. Lib. II. pag. 253.] *adde:* digeſtum ex verſibus, qui variis locis apud Nonium Marcellum exſtant. ſeptimus & octavus apud illum leguntur in *ſpecula* pag. 434. hoc modo:

Sed nos, ſimulatque in ſummam ſpeculam pervenimus,
Videmus populum ferri incinctum tribus.

ſed *ferri inſtinctum* habetur p. 295. ſequenti verſu *Diſtinctum ferri* pro *Diverſim* in eodem Nonio pag. 295. deinde,

Aurorae oſtrinum bic indutus ſupparum.

adfert idem Nonius in *ſupparum* pag. 540. & in *oſtrinum* pag. 549. ubi vitioſe *aurorat* editum. Nic. Heinſius legebat,

Aurora oſtrinum ſic induta ſupparum.

vel quia apud Nonium *aurorat* editur,

Aurora ut oſtrinum bic indutus ſupparum.

ac deinde legit, *Luce polum afficiens.* qui verſus cum praecedenti eſt apud eumdem Nonium in *affici malis* pag. 520. Ceterum male nonnulli ex hoc Varronis verſu *ſupparum* virilem veſtem fuiſſe exiſtimarunt, cum loquatur de viro Auroram veſtitu referente, ut in alio Afranii apud Nonium fragmento,

Tace, puella non ſum, ſupparo ſi induta ſum.

vide Cuperum Lib. IV. Obſerv. cap. 17. circa finem. & infra ad Carm LXXXIX. v. 23.

Pag. 34. *in Notis* lin. 16. poſt, de Stephanophoria Graecorum] *adde.* de quibus docte diſſerit Triſtan. Tom. II. Comment. pag. 598-600.

Ibid. ad v. 14. Legendum, *venuſtas bis* (vel *bic*) *adeſt gallantibus.*] *adde:* ut legitur apud Nonium in *gallare* pag. 119. apud quem in voce *caſtum* pag. 267. habetur:

Nam quae venuſtas bic adeſt gallantibus,
Quae caſta veſtis.

aliter apud eumdem in *ſpecies* pag. 386.

Quae caſta veſtis, aetas quae adoleſcentium.
Quae teneris ſpecies?

ſed praeſtat, *Quae caſtitas.* quia ſequitur *quae veſtis adoleſcentium.* quod & in variis &c.

Ibid. in nota ad Ep. LXI. poſt, Ferretius in Muſ. Lapid. Lib. I. pag. I.] *adde:* Boiſſard. Tom. IV. Antiq. Rom. pag. 78. Bonada Vol. I. pag. 109. & Tomaſin. de Donar. cap. VII. qui profert ex ſaxo Romae exſtante in hortis Julii III. Pontificis, & verſ. primo *condecoravit*, ac ſecundo *ſupremi conjugi* habet. apud Scalig. quoque Lib. I. Catalect. pag. 222. *condecoravit* legitur. tum ſequenti &c.

Pag. 35. lin. 14. in notis *doctiloqueis* apud Gruter.] *adde*, apud Boiſſard. & Gruter. *& paullo poſt*, ut apud Boiſſard. & Gruter.

Ibid. in fine notae ad Ep. LXII. poſt, unde lucem hi verſus accipiunt] *adde:* Legitur etiam apud Murator. Tom. I. Cl. I. pag. 54. & ex eo edidit Bonada Vol. I. pag. 120. ſed ubi verſu ultimo editur,

Exuvieisque ejus te ipſam templumque decoro.

Pag. 38. lin. 19. poſt locum Joſephi Iſeani *adde:* Auctor Eleg. in obit. Maecen. in fine:

Semper ſerta tibi dabimus, tibi ſemper odores.

Pag. 40. Epigr. LXVI. in notis: habet Pithoeus pag. 3.] *adde:* ſed Rivinus ad Pervig. Ven. pag. 101. profert hoc modo:

Sed cur nuda Venus? nudi pinguntur Amores?
Nuda quibus placeat, nudos dimittat oportet.

Ibid. in nota lin. 28. cui ejusdem Epicteti nomen] *corrige*, cui Epicuri nomen &c.

Pag. 41. Carm. LXXII. v. 1. *Diſcite ſecuros nonnumquam credere amores*] *non umquam* Cl. Schraderus.

Pag. 43. in nota ad v. 39. in loco Virgilii *Phoebo ſuo ſemper*] *ſua.*

Pag. 46. in nota ad v. 95. poſt locum Cicer. IV. ad Fam. Ep. 2. *magna gladiorum eſt licentia*] *adde:* ubi in aliis eſt *gladiatorum.* Vellej. Patercl. Lib. II. cap. 3. §. 3. *Hoc initium civilis ſanguinis gladiorumque impunitatis fuit.* & cap. 22. §. 2. ut in editione Rhenani legitur: *Neque licentia gladiorum in mediocres ſaevitum.* ubi vide Patrui notas. & poſt alterum Ciceronis locum, *Inſere:* ſic *tantis armis* pro tot armatis apud Claudian. II. in Rufin. 150. *tantis capiendi credimur armis.* ubi vide notas. & ita ὅπλων pro ὁπλιτῶν, ſignificationem apud Graecos eamdem eſſe videbis apud Bergler. ad Ariſtoph. Aves v. 390.

Pag. 49. in fine notae ad v. 154. adde Virg. Lib. IV. Aen. 419. *Hunc ego ſi tantum potui ſpectare dolorem.* pro exſpectare, ut in cod. MS. pro *ſperare* legi teſtatur H. Steph. de Latin. Lipſ. pag. 469. & 505. *ſpectare* tamen pro *exſpectare* ab ullo veterum dici negat Ampl. Bynkersh. Lib. III.

Ob-

Digitized by Google

Obſerv. cap. 12. ſed vide notas ad Claudian. II. Conſ. Stilic. 86.

Pag. 50. Ep. LXXIII. In nota poſt, Pithoeus initio Lib. II. Ep. pag. 47.] *adde:* & Binet. in Epigr. vet. pag. 12.

Ibid. nota ſeq. ſic editio Pithoei] *adde*, & Bineti.

Pag. 51. lin. 18. in notis, inter Catalecta Petroniana editum eſt] *adde:* ſic ventum pro ſpiritu vel flatu ex tibia dixit Claudian. Nupt. Pallad. & Celer. 38.

Diſſimilem tenui variabat arundine ventum.

Pag. 52. col. 2. lin. 34. poſt, Gyraldus Hiſt. Deor. Tom. I. pag. 263.] *adde:* vide & Cuper. Apoth. Hom. pag. 26. 27. & hoc Epigrammate uſus eſt Schottus in exponendo marmore antiquo conſecrationem Homeri exhibente, in Nouveil. Explic. de l'Apotheoſe d'Homer. pag. 35. & ſeqq.

Pag. 54. Ep. LXXVII. v. 7. *Euproſynam dextra ſtupeo, Aglaiamque ſiniſtra*] ſic Venerem Gratiis cinctam deſcribit Claudianus Epith. Hon. v. 100.

Caeſariem tunc forte Venus ſubnixa coruſco
Fingebat ſolio: dextra laevaque ſorores
Stabant Idaliae.

Ibid. v. 12. *Inde voluptates, inde alimenta Dei.*] adhaerere videtur Propertio Lib. III. El. 20. 4.

Inde alimenta ſibi maxima praebet Amor.

Ibid. in nota ad idem Ep. LXXVII. lin. 15. quae brachia inter ſe connectunt, ornata] *adde:* & ſic titulus praefigitur in Cod. MSS. Inſcript. Cyriaci Anconit.

Ibid. paullo poſt, & in Moroni libro] & Cod. MS. Cyriaci, in quo &c.

Ibid. poſt locum Ovidii, *Nec diverſa tamen* &c.] *adde:* v. 4. *Par tribus aetas* male in Cod. MS. Cyriaci, & v. 5. *tam* pro *tamen.*

Ibid. ſeq. verſ. *alternae* in Cod. Mor.] & Cyriaci.

Ibid. deinde *Dextra Euphroſinam* male apud Apianum] *adde: Heupboſinam dextro* eod. Cyriac. & *Aglagiamque.* & v. 8. *brachia nexa moris.* & v. 11. *Inde aliter.*

Ibid. *Emenia* cod. Mor.] & Cyriac.

Pag. 57. Ep. LXXIX. poſt Sponium in Miſcell. Erud.] *adde:* & in Ignotis Deorum Aris XXII. & edidit Bonada Vol. I. pag. 117.

Pag. 58. col. 2. lin. 2. in notis: vide quae notabimus ad Lib. III.] *ſcribe:* ad Lib. III. Ep. 125.

Ibid. Ep. LXXX. lin. 18. Boiſſard. Tom. I.] Tom. IV.

Ibid. lin. 35. poſt, Merula Part. II. Lib. IV. pag. 844.] *adde:* Capacius in Antiqq. & Hiſtor. Neap. cap. XV. pag. 127. in Tom. IX. Part. II. Theſ. Ital. Vulpius in Vet. Lat. Prof. Lib. XVI. cap. 6. pag. 120. & Bonada in Carm. ex vet. Lap. collect. Vol. I. pag. 114.

Pag. 60. col. 2 lin. 40. poſt locum Statii ex Lib. V. Syl. 2. 170.] *adde:* vide ſimilia apud Anton. Ricchi Reggia de Volſci pag. 212.

Pag 61. col. 2. lin. 16. Cl. Saxius tentabat *Agragriumque Jovem.*] delenda haec. Eſt enim, ne alias rationes addam, conjectura inepta, & quae metro repugnat.

Ibid. lin. 22. Cl. Schraderus *Arcanumque Inyi*] corrige: *Albuneique Inui.* id eſt Fauni, qui colebatur a nautis. ut patet ex Virg. XII. Aen. 766. ſic Lib. VII. Aen. 81.

——— *oracula Fauni*
Fatidici genitoris adit, lucoſque ſub alta
Conſulit Albunea.

Pag. 62. in fine notae ad v. 22. poſt locum Horatii Lib. I. Ep. 10. 9. *Quae vos ad coelum fertis rumore ſecundo*] *adde:* alia loca vide apud Nonium Maec. in *rumor* pag. 385. ed. Merc. Virgilium vero deſumſiſſe ex Suevio Lib. V. *redeunt referunt adverſa rumore ſecundo*, teſtatur Macrob. VI. Sat. cap. I. pag. 437. ed. Pont. ubi tamen recte Broukhuſius tranſponebat *rumore adverſa ſecundo.* ut metri ratio exigit. v. Merulam ad Ennium pag. 447. Claudian. Epith. Pallad. & Celer. 63. *quo non rumore ſecundo Palladii penetravit amor.*

Ibid. in nota ad Ep. LXXXI. lin. 11. poſt, Sponius in Miſcell. erud. antiq. pag. 37.] *adde:* Joh. Chifflet. de Fonte Aquae Virg. pag. 1787. in Tom. IV. Theſ. Antiq. Rom. Henr. Palladius Lib. I. Rerum Foro Julienſ. pag. 12. in Tom. VI. Part. IV. Theſ. Ital. Joh. Candidus Lib. I. Comment. Aquilej. pag. 9. ejusdem Tomi. Auguſtin. Inveges in Annalib. Panorm. pag. 383. Vol. XIV. Theſ. Sicil. & Bonada Vol. I. pag. 122.

Pag. 63. ad Ep. LXXXII. lin. 7. in nota, poſt, *poſuit quia ſaepius uſſus*] *adde:* hunc vero melius edidiſſe quam Pithoeum, notat Pignor. in Adnot. Ital. ad Orig. Patav. pag. 166.

Ibid. & ita ex Grutero profert] *inſere:* Bonada Vol. I. pag. 122. &

Ibid. lin. 20. & ſic Bimardus] *adde:* & Tomaſin. de Donar. cap. 28.

Ibid. col. 2. in nota ad Ep. LXXXIII. lin. 6. poſt Ferret. in Muſ. Lapid. Lib. I. pag. 32.] *adde:* & Bonada Vol. I. pag. 122. vide Gualtheri Inſcript. Peregr. in Parutae Sicilia Numiſ. p. 903. & Fabrett. de Aquaeductib. Diſſ. II. pag. 1725. in Tom. IV. Theſ. Antiq. Rom. Graevii.

Pag. 64. ad Ep. LXXXIV. in nota lin. 18. poſt, Gruterus ita, ut verſum hunc exhibui, edidit.] *adde:* & ex eo Bonada Vol. I. pag 119.

Pag. 65. col. 2. prope finem notae lin. 43. poſt, Heinſ. ad Lib. IX. Aen. 664. & Lib. X. 24. & 144.] *adde:* hinc *murare* pro munire in codd. vetuſtis, & *moerare* apud caſci aevi Poëtas. vid. notas Patrui ad Claudian. II. in Rufin. 60. & ſimilia apud Lambin. ad Auct. Rhetor. ad Herenn. Lib. II. cap. 23.

Pag.

Pag. 67. in nota ad Ep. LXXXVIII. poſt *arte magiſtra* elegantiſſ. dict. & ad imitat. veter.] *adde:* Virg. XII. Aen. 427.

Non haec humanis opibus, non arte magiſtra
Proveniunt.

Pag. 68 in not. ad Carm. LXXXIX. prope fin: Epigrammatum & Poëmatium antiq.] l. Poëmatum.

Pag. 69. lin. 17. Not. poſt Ovidii locum, *Veſte virum longa diſſimulatus eras*] *adde:* ſic *ſimulare virginem, ſimulare amam*, pro mentiri, habitum illum adſumere. vid. Muncker. ad Hygin. fab. 99.

Ibid. in nota ad v. 9. poſt Valerii Fl. locum *Tiſiphone regesque movet*] *adde:* quo loco firmari poteſt apud Claudian. I. Rapt. Prof. 41. de Tiſiphone:

Armatos ad caſtra movet pallentia Manes,

ut in MSS. & edd. vetuſtis pro *vocat.*

Pag. 70. v. 22. in textu: *Pellas, & in gracili* &c.] *& hinc gracili* Cl. Schraderus.

Pag. 71. in nota ad v. 24. *A telis ad tela decet tranſire* &c. lin. 7. poſt illa, *non lanam fundere fuſo*] *adde:* aperta hic eſt imitatio Claudiani Lib. I. in Eutrop. 274.

Tu potes alterius ſtudiis haerere Minervae,
Tu telas, non tela, pati, tu ſtamina neſſe,
Tu ſegnes operum ſollers urguere puellas,
Et niveam dominae penſis involvere lanam.

quem locum Claver. in Miſcell. cap. 19. in fin. etiam cum Ovidianis verſibus de Achille contulit.

Ibid. in nota ad v. 32. poſt Senecae locum] *adde:* Claudian. IV. Conſ. Hon. 259.

Si metuis, ſi prava cupis, ſi duceris ira,
Servitii patiere jugum &c.
——— *tunc omnia jure tenebis,*
Quum poteris rex eſſe tui.

Pag. 73. col. 2. in notis lin. 7. poſt Catulli locum] *adde:* Claudian. I. de Laud. Stil. 186.

—— *Alpheus Geticis anguſtus acervis*
Tardior ad Siculos etiamnum pergis amores.

Pag. 75. in nota ad v. 58. poſt locum Virgilii *Nos animae viles* &c.] *adde:* Claudian. II. in Rufin. 264.

—— *ſpernisne tuas, dux optime, dextras,*
Quas tibi victrices toties Bellona probavit.
Nos adeo viles?

& I. in Eutrop. 426.

Nos adeo ſperni faciles? ubique carina
Vilior.

Statius Lib. I. Th. 191.

——— *nos vilis in omnes*
Prompta manus caſus, domino cuicumque parati.

ubi Scholiaſtes id loco Virgilii illuſtrat.

Pag. 76 in fine notae ad v. 77.] *adde:* ſic infra Lib. III. Ep. 188.

Attis prolixae breviavit tempora doctor.

Pag. 77. in notis pro periphraſticis *corrige* paraphraſticis interpretationibus, & paraphraſticam explicationem, circa finem notae.

Pag. 78. in notis lin. I. unde edidit Oliver. ad Marm. Piſaur. pag 165] *adde:* & ex eo Bonada Vol. I. pag. 432.

Pag. 80. in nota ad v. 7. col. 2. ante locum Sidon. Apoll. poſt, notum eſt,] *adde:* vide Fabett. ad Tabell. Iliad. pag. 333.

Pag. 81. not. l. 3. ad Marm. Piſaur. pag. 165.] *adde:* ex quibus edidit Bonada Vol. I. pag 433.

Ibid. in fine notae, poſt, cumulare non vacat] *add.* vide quos laudat Hemſterh. ad Lucian. Tom. I. pag. 82.

Pag. 83. in nota ad v. 9. col. II. lin. 28. ne periphraſticam] *ſcribe:* paraphraſticam.

Ibid. poſt locum Plinii Lib. XXV. cap. 5.] *adde:* vid. Heinſ. ad Claudian. Epiſt. I. 46.

Pag. 84. in nota ad v. 2. *Qui murus miſeris* &c. lin. 26. poſt Cel. Weſſeling. ad Anton. Itin. pag. 681.] *adde:* ſic ἕρκος Ἀχαιῶν plus ſemel apud Homerum. vide Sellii Obſerv. cap. XVIII. ita in Epitaphio Conſtantii inter Theodulphi Carmina a Rivino edita:

Hic decus Italiae tegitur Conſtantius heros,
Qui patriae tegmen, murus, & arma fuit.

ubi forte legendum, *murus, & ara fuit.* infra Lib. III. Ep. XXII. in fin:

Et rabidos contra fluctus gentesque nefandas,
Conſtanti murum nominis oppoſuit.

vide & Lindenbr. ad Ammian. Marc. Lib. XXV. cap. 9.

Ibid. ſub finem notae poſt, Barthius Lib. LIX. Adv. cap. 15.] *adde:* Auſonius in Epitaph. Heroum XIV.

Hectoris hic tumulus: cum quo ſua Troja ſepulta eſt
Conduntur pariter, qui periere ſimul.

Ibid. *adde* in notae fine: Ceterum Epigrammatis hujus veteris, quo PENTADII Tumulus Hectoris continetur, interpretationem Graecam totidem verſibus conſcriptam cum repererim in Schedis MSS. neſcio cujus viri docti manu exaratis, nolui eam Muſarum cultoribus invidere.

Ὁ τοῦ Ἕκτορος Τάφος,
Πενταδίου τοῦ Ποιητοῦ,
Ἐκ τῶν Καταλέκτων
Τοῦ Ι. Σκαλιγεροῦ.

Κάρτιστος Τρώων, καὶ ἀρωγὸς πατρίδος Ἕκτωρ,
Τλήμονος ὃς Τροίης δεύτερον ἕρκος ἔην,
Ὤλετο λευγαλέῃ μεγάλου Ἀχιλῆος ἀκωκῇ·
Ὤλετο δ' ἐλπὶς ὁμοῦ Δαρδανίων τε φόως.
Τὸν Θεὸς Αἰακίδης Τροίης περὶ τείχε' ἔρυσσεν,
Ὅσσα πάρος σφετέραις χερσὶ φύλαξε νέος.
Ὢ πότε τοῦτ' ἦμαρ Πριάμῳ πέρι πένθεα πατρί!
Ὡς Ἑκάβη μήτηρ, ὡς ἐκακούχησε δάμαρ!
Ἑλκομένου δὲ πατὴρ, χρυσῷ τε λυθέντα φαεινῷ
Θάψε, καὶ οἰμώξας τῷδε κάλυψε τόπῳ.

Digitized by Google

Pag. 86. in nota ad v. 4. Ita etiam Heinſius emendabat] *inſere:* ita etiam Douſa & Heinſius emendabat.

Pag. 87. in nota ad v. 8. lin. 24. poſt locum Virgil. IV. Aen. 387.] *adde* hunc Prudentii In Apoth. 747.

Lazare, dic cujus vocem tellure ſub ima
Audieris.

Pag. 90. lin. 16. poſt Gloſſarii locum, *vigilias ſive cuſtodias*] *adde:* ſic *exſuvias* pro ſpoliis ponit Scholiaſtes Statii ad Lib. II. Theb. 734. *tholus eſt, in quo voventium primitiae aut exuviae figebantur.*

Ibid. in fine notae poſt Auguſtin. In Dialog. Antiq. pag. 34.] *adde:* Ceterum huc referri meretur Adonium vetus de Aenea, quod exſtat apud Terentian. Maur. pag. 91. ed. Briſſaei:

Primus ab oris
Troïus heros
Perdita flammis
Pergama linquens,
Exſul in altum
Vela reſolvit.
Saepe repulſus
Auſone terra
Moenia feſſis
Sera locavit.
Unde Latinum
Poſt genus ortum:
Altaque magnae
Moenia Romae.

ut ultimo verſu, non *Moenia Trojae*, recte quidem emendat Rivinus ad Pervig Ven. pag. 113. & ex initio Aeneidos deſumtum notat. ſed qua editione fuerit uſus, neſcio nam apud Terentianum, *Moenia Romae* legitur, tam in editione Briſſaei & Putſchii pag. 2431. quam in rariſſima ejus editione Veneta cum notis Jacobi Petrecini an. 1533. edita, pag. 81. & apud Mallium Theodorum de Metris, nuper ab Heuſingero in rei literariae bonum luci publicae donatum, pag. 21. ubi quatuor ultimos verſus adfert. ut ſex priores leguntur apud Mar. Victorinum Lib. III. Art Gram. p. 2564 ed. Putſch.

Ibid. in notis ad Ep. CIX. *reddere aethera* pro ſpiritum, ut *reddere animam*] *adde:* de quo vid. Salvagn. ad Ovidil Ibin. 407.

Ibid. paullo poſt, ut Virgilius vocat] *ſupple:* & adde Deirii notas ad Claudian. Bel. Get. 443.

Pag. 91. in notis lin. 9. poſt, vocem minus intelligente] *adde:* fie *abiegna trabes* de Argo nave in verſibus Ennii apud Auctor. Rhet. ad Herenn. Lib. II. cap. 22.

Ibid. ad Ep. CXI. col. 2. lin. 31. Ex eo etiam produeit Chriſt. Gotl. Sachſius] *inſere*, Ex eo etiam producit Bonada Vol. I. pag. 254. & Chriſt. &c.

Pag. 93. in notis lin. 17. poſt locum Ovidii ex Lib. III. A. A. 394. *Viſite c. alta theatra locis*] *adde:* *loca* enim in theatris dicebantur ſpectatorum ſedes, unde *locar* ſeu *lucar* aes, quod exigebant locarii a ſedentibus. vide Scriver. ad Martial. pag. 132. & 133.

Pag. 96. in nota ad v. 4. poſt locum Silii Ital.] *adde:* Claudian. II. in Eutrop. 146.

——— *quid ſtringere falcem,*
Qua populos a ſtirpe metas.

vid. Heinſ. ad Ovid. IV. Met. 104.

Pag. 98. lin. 4. in notis: *Complurium*] leg. *Compluria.*

Ibid. lin. 21. poſt, Rittershuſius ad prolog. Lib. III.] *adde:* & commentarium in hoc carmen promiſit Bulaeus ad Valer. Fl. IV. 87.

Ibid. lin. 32. ubi de Caſſio dicit: *Hic aliquor generibus* (forte *operibus*)] *adde*, vel *aliquot carminum generibus.*

Pag. 99. lin. 7. in textu, faxa] *leg.* ſaxa.

Pag. 101. Ep. XXXIX. v. 7. in textu: adret] *leg.* ardet.

Ibid. in notis Ep. CXL. *Invenit propriis* &c.] *adde:* edidit Binetus in Epigr. vet. pag. 11.

Pag. 102. in nota ad Ep. CXLII. col. 2. lin. 17. Dreſemius adpoſite hunc ipſum ex Catalectis verſum adduxit] *addantur:* Gloſſae Placidi MSS. *Leno mediator, qui apud Italos dicitur Ambaſſator. unde Trogus Pompejus in ſecundo Hiſtoriarum: praemiſſis lenonibus, qui hoſtibus parendi legem indicerent.* quibus ſimilia ex eodem Gloſſario, quod olim Petri Danielis fuit, adfert Bongarſius ad Juſtin. Lib. II. 3. 8. licet in vulgatis Juſtini codicibus legatur: *miſſis primum legatis, qui hoſtibus parendi legem dicerent.* eademque habentur in Gloſſis Scaligeri MSS. & vid. Savaron. ad Sidon. Apoll. Epiſt. pag. 99.

Pag. 103. ad Ep. CXLVI. v. 11. *Oblituſve ſui eſt*] ex Lib. III. Aen. 629. Claudian. praef. Lib. II. in Rufin. v. 19. de Marte:

Oblituſque ſui, poſita clementior haſta.

Ibid in nota ad Ep. CXLVII. col. 2. lin. 20. poſt Bergler. ad Ariſtoph. Veſp. 1082.] *adde:* & Colv. ad Apulej. pag. 166.

Pag. 105. v. 22. in textu: *crines Corripit in nodum*] optime Cl. Schraderus emendabat,

Colligit in nodum.

ſic enim & ſupra Carm. LXXIII. 72.

Saepe comam pulchro collectam flore ligabat.

Ovid. III. Met. 170.

——— *ſparſos per colla capillos*
Colligit in nodum.

& VIII. 319.

Crinis erat ſimplex, nodum collectus in unum.

idem Lib. I. Am. El. XI. init.

Colligere incertos & in ordine ponere crines.

Pag. 107. Ep. CXLIX. v. 6. *Nunc atra, quae dudum* cau-

Digitized by Google

da, mora dabat] notabis primam in *atra* correptam, quod ſine optimi aevi exemplo eſt.

Ibid. in nota ad Ep. CLIV. lin. 16. poſt Virgil. Lib. X. Aen. 469. *virtutis opus*] Claudian. praef. Lib. II. in Eutrop. 20. *Confecit ſaevum litera Martis opus.* & ſic *proditionis opus* in Epigrammate Petronii infra Lib. III. Ep. 125.

Pag. 108. v. 13. in textu: *nemus omne reſultet Hippolytum: ſeeumque ferat vox ultima nomen*] forte *ſerumque*, vel *miſerumque*. egregie illuſtrabunt hunc locum notata Broukhuſio ad Propert. III. El. 5. 22. de more deficientium in extremis nomina carorum in ore habentium: neque dubito illum de Poeto naufrago locum Propertianum in animo habuiſſe P. Bembum Carm. VII. de Fauno Galateam inſequente, ſed undis obruto:

Labitur, & ſummas dorſo convertit arenas,
Labentem intortis obruit unda fretis.
Utque Deam Galatea iterans Galatea vocabat,
Impleruns tenues ora vocantis aquae.

ſic apud Juſtin. Lib. XLII. cap. 4. de Orode filium Pacorum inpatienter lugente: *Poſt multos deinde dies, ubi dolor vocem laxaverat, nihil aliud, quam Pacorum vocabat, Pacorus illi videri, Pacorus audiri videbatur.* &c.

Pag. 110. ante Ep. CLIX. *de Daphne*, inſeri poſſet illud,

de Heſione.
Laomedon genuit, rapuit Tirynthius heros,
Mi ſoboles Ajax ex Telamone ſatus.

quod exſtat apud Ferret. Lib. II. Muſ. Lapid. pag. 152. qui teſtatur haberi ſub ſtatua armati viri puellam formoſiſſimam amplectentis: quem puto Herculem eſſe, amplectentem non adeo, quam quidem vi rapientem Heſionen a Laomedonte Telamoni promiſſam, ſed dein negatam, ut eam Telamoni adſereret, unde poſtea Ajax natus eſt. male igitur hoc inter Virorum & Uxorum monumenta ſepulchralia, ſive Epitaphia, retulit Bonada Vol. II. cl. VI. pag. 116.

Pag. 111. ad Ep. CLXV. de *Chryſocome*] *adde* ad finem notae: poſſet etiam legi *Chryſogone.* nam id feminae nomen in monumentis vetuſtis non rarum. ut apud Maſſej. in Muſeo Veronenſi pag. LXV. τίκτεν δέ με μήτηρ Χρυσογόνη.

Pag. 112. in fine notae ad v. 3.] *adde*: ſed *Foetum*, ut conjeci, praeferebat Cl. Schraderus.

Ibid. in textu v. 12. *Aut impune quidem*] *Haut impune* idem Cl. Schraderus.

Pag. 113. in nota ad Ep. CLXIX. edidit Scalig. in Catalect. p. 173.] *adde*: nomenque JULIANI inſcripſit.

Ibid. in nota ad v. 2. *Et ſolitae miras* in prima Scalig. ed.] *adde*: in prima & ſecunda Scalig. ed.

Ibid. in nota ad v. 4. poſt loca Juvenalis] *adde*: Martial. Lib. I Ep. 5.

Qua Thymelen ſpectas, deriſoremque Latinum,
Illa fronte, precor, carmina noſtra legas.

vid. Barneſ. ad Euripid. Suppl. v. 63.

Pag. 115. in fine notae ad v. 13. poſt locum Juvenalis ejusque Scholiaſtae] *adde*: ſed eo longe amplior Scholiaſtes Voſſianus MS. *Nota fabula eſt, quia cum Uliſſes praeternavigaret monſtra Sirenum, ſociorum aures cera obturavit, ſe religato ad arborem navis, ſicque & dulcedinem cantus illarum percepit, & periculum evaſit.*

Pag. 116. in nota ad v. 21. col. 2. lin. 14. poſt illa

——— *quibus ultimus eſſet*
Ille dies, vitamque volunt pro laude paciſci] *adde*: ſimiliter fere Lib. IX. Aen. 759.

Ultimus ille dies bello gentique fuiſſet.

Lucan. Lib. VI. 312.

Ultimus eſſe dies potuit tibi, Roma, malorum.

Pag. 118. v. 49. poſt, Virg. IV. G. 446.

Nam quis te, juvenum confidentiſſime &c.] *adde*: ex quo loco in praecedenti etiam verſu pro *Aut quisquam ignarum* &c. Cl. Schraderus legebat *aut quisnam.*

Ibid. in fine notae ad v. 55.] *adde*: ita *ſubridere* & *renidere* de iis, qui cum contemtu aliquem ore diducto adſpiciunt & adloquuntur. vide Patrui notas ad Valer. Fl. IV. 234. & *arridere* apud Claudian. I. in Eutr. 304. ubi *irridens* perperam Heinſius.

Pag. 121. v. 95. in textu: *Unum pro multis dabitur caput*] ſic & infra in Medea v. 103. Claudian. II. in Rufin. 151. *Tot ſignis unum petitur caput.*

P. 122. in nota ad v. 112. poſt Virgilii locum] *adde*: ſic & infra Lib. II. Ep. 260. *Vos & equum regitis, qui frena ſonantia mandit.* ubi vide.

Pag. 124. CLXXI. v. 7. ſemta] *leg.* ſemita.

Pag. 125. in textu v. 14. Ergo jugo parat] *lege*, Ergo juſſa parat.

Pag. 127. in fine notae ad v. 33.] *adde* illud Claudiani II. Conſ. Stilic. 286. de Diana: *cervi curcum ſubiere jugales.*

Pag. 130. v. 104. in textu: *Talibus effata eſt dictis*] *affata* Cl. Schraderus.

Pag. 131. in nota ad v. 110. poſt cod. MSS. apud Virg. IX. Aen. 205.] *adde*: ſic *animus contemtor* & ſim. ut egregie Bentlej. ad Horat. Lib. IV. Od. 9. 39. & vide ſupra ad h. Lib. Ep. 98. 3.

Ibid. in nota ad v. 120. eſt ex Lib. III. 429.] *ſcribe*, 494.

Pag. 133. in fine notae ad v. 151. poſt Livii verba: *nomen quoque vetuſtas abolevit*] *adde*: vid. Joh. Schulting. ad Senecae Suaſor. I. pag. 14.

Pag. 135. col. 2. in notis lin. 18. in loco Ovidii, *tua ſum, tum dicar*] ſcribe, *tua dicar.*

Pag. 137. ad v. 38. adde poſt locum Horatii] hinc apud Ovid. I. Met. II. recte vindicavit N. Heinſius,

Nec nova creſcendo reparabat cornua Phoebe.

ubi in aliis *renovabat.*

Pag. 139. in notis lin. 25. poſt, ſimilia vide apud

 N.

N. Heinſ. ad Claud. III. Conſ. Hon. 5.] *adde*: Cerdam ad Virg. XII. Aen. 475. Lindenb. ad Ammian. Marcell. Lib. XXII. cap. 15. p. 368.

Ibid. col. 2. in nota ad v. 59. lin. 31. & *auroram vocare* Lucifer Ovidio XI. Met. 296.] *adde*: & Lib. IV. 629. *dum Lucifer ignes Evocet Aurorae, currus Aurora diurnos.* ubi vide Patrui notas, quomodo hirundo dicitur *vocare*, *loqui* ver. id eſt nunciare. ut in fragmento Philemonis pag. 374.

Ἡ μὲν χελιδὼν αὐτὸ δεῦρ᾽, ὦ γύναι, λαλεῖ.

Pag. 140. col. 2. lin. 4. Ritterſh. ad Gunther. pag. 29.] *adde*: & Cel. Drakenb. ad Livium Lib. VI. c. 23. p. 362.

Ibid. ad v. 64. poſt Ovid. XI. Met. 625 *reparasque labori*] *adde*: ex quo loco hic etiam *labori* legebat Cl. Schraderus.

Pag. 141. in fine notae ad v. 82. poſt locum Ovidii] *adde*: ſic & *conſumere gaudia* Statio Lib. I. Theb. 323.

——— ſpes anxia mentem
Extrahit, & longo conſumit gaudia voto.

Pag. 144. notae ad v. 145. poſt locum Ovidii Epiſt. VII. 63. *Vive precor* &c.] *haec addantur*: ubi Dauſquejum refellit Patruus meus, explicantem de Didone Aeneae vitam longam, ſed miſeram, utpote pejus morte ſupplicium, imprecante. cui tamen favere poſſet Medea apud Senecam v. 20.

Letumque ſocero & regiae ſtirpi date.
Mihi pejus aliquid, quod precer, ſponſo malum.
Vivat. per urbes erret ignotas egens, & ſeqq.

& illud Claudiani de Alarico in VI. Conſ. Honor. 227.

I potius gentis reliquum, tantisque ſuperſtes
Danubii populis, i, noſtrum vive tropaeum.

ubi Claverium eodem modo locum Ovidii intellexiſſe, ex ejus notis patet.

Pag. 147. v. 3. in textu,

Et tulit arma Jovi quod felix turba Deorum
In ſaevos quondam potuit conferre Gigantas,
Aeneas nunc ſolus habet; urbisque ruinam
Saevo Marte parat, Italasque evertere turres,]

quatuor hos verſus ex ſchedis ſuis Catalectorum MSS. adfert N. Heinſ. ad Ovid. I. Met. 152. ubi de accuſativo *Gigantas* agit.

Ibid. in nota ad v. 16. metri vitium admiſit in voce *ariete*] *adde*: vel biſyllabum fecit per contractionem.

Pag. 148. in fine notae ad v. 16.] *adde*: apud Tacitum quoque de Morib. Germ. cap. 37. legebat Heinſius in notis ineditis: *non Hiſpaniae, Galliaeve, ne Parthi quidem ſaevius admonuere.* pro vulgato *ſaepius*. ſimili confuſione apud Propert. Lib. II. El. 19. 52.

Et gemere in tauro, ſaeve Perille, tuo.

ubi *ſaepe* in multis MSS.

Pag. 149. in nota ad Medeam poſt locum Ariſtophanis in Nubib. 1179.] *adde*: vel Euripidis Iphig. in Tauris v. 975.

Εἰ μή με σώσει Φοῖβος, ὅς μ᾽ ἀπώλεσεν.

& ſic in verſu Pacuvii ex Armorum Judicio apud Sueton. Caeſ. cap. 84.

Men' me ſervaſſe, ut eſſent qui me perderent.

deinde poſt locum Ovidii ex Epiſt. XII. 75. *adde*: & forte eo reſpicit Horatius Lib. II. Epiſt. 2.

——— pol me occidiſtis, amici,
Non ſervaſtis, ait.

hinc apud Prudentium Hymn. VII. Cathem. v. 104. legendum conjicio:

Sed noſſet ille cum minacem judicem
Servare malle, quam ferire ac perdere.

ubi in vulgatis *ferire ac plectere.*

Pag. 150. in nota: lin. 14. poſt illa, Ovidii Tragoediam verſibus Virgilianis contextam a Tertulliano tradi] *haec addantur*: hinc etiam mirari ſe profitetur vir maximus Angelus Politianus Miſcellan. cap. 59. Medeam Ovidianam a Tertulliano verſibus Virgilianis conſutam dici, ſed id ſibi non veriſimile videri addit. & fluctuat etiam hac in re Braſſicanus in notis ad Politiani Nutricia pag. 71.

Ibid. paulo poſt lin. 29. emendatius exſtat in Inſcriptt. Donianis p. 84.] *adde*: & in Admirand. Antiquit. Herculanenſ. pag. 30.

Pag. 151. in nota ad v. 15. poſt Heinſ. ad Ovid. IX. Met. 171.] *adde*: & ad Claudian. III. Rapt. Proſ. 397.

Pag. 154. ad v. 67.] ad finem notae ſubjunge: apud Probam Falcon. Cent. Vet. Teſt. cap. XIII. v. 9. edidit Aldus, *liceat te voce moveri.* ſed in vulgatis illic eſt, *liceat nec voce moneri.*

Pag. 157. in notis. col. 2. lin. 3. poſt Muncker. ad Fulgent. pag. 277.] *adde*: & Salmaſ. ad Epict. & Simplic. pag. 17.

Ibid. ad v. 107. poſt Virgilii locum] *adde*: quem imitatur Valerius Flac. Lib. II. 188.

——— ſimulantque choros, delubraque feſta Fronde velant.

Pag. 159. fine notae ad v. 45. *adde*: tamen *accenſas* etiam defendi poteſt. ut *accendere praelia*, *corda laudibus accendere*, & ſim. vide Heinſ. ad Claudian. II. in Rufin. 296.

Pag. 160. notae ad v. 175. addatur. ſic Virg. I. Aen. 204.

Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum.

Lib. II. 358.

——— per tela, per hoſtes
Vadimus haud dubiam in mortem.

& v. 527.

——— per tela, per hoſtes
Porticibus longis fugit.

& Lib. XII. 682.

Perque hoſtes, per tela ruit.

Pag. 161. in fine notae ad v. 172. ſed *Nunc oblita*

mihi

mihi tot carmina correxi ex Ecl. IX. 53.] *adde:* ita enim & ipſa Medea apud Ovid. Epiſt. XII. 167.

Ipſi me cantus, herbaeque, artesque relinquunt,
Nil Dea, nil Hecates ſacra potentis agunt.

P. 163. v. 209. *tantis nequidquam erepte periclis*] *erepta* Cl. Schraderus.

Pag. 166. v. 235. *Ille manu patiens*] *manum* idem Cl. Schraderus. recte. vide Patrui notas ad Ovid. VII. Met. Argum. Fab. XII. & XIV. pag. 488.

Ibid. ad finem notae ad v. 255. e dentibus draconis prognata] *adde:* & firmari poteſt adpoſito & cum his conferendo Claudiani loco Lib. I. de Laud. Stilic. 312. & ſeqq.

Non ego delectu, Tyrii ſed vomere Cadmi,
Tam ſubitas acies, conceptas dente draconis,
Exſiluiſſe reor; Dircaeis qualis in arvis
Meſſis cum proprio mox bellatura colono,
Cognatos ſtrinxit gladios, quum ſemine jacto
Terrigenae galea matrem naſcente ferirent,
Armiger & viridi floreret milite ſulcus.

Pag. 169. v. 278. *Et furiis agitatus amor, & conſcia virtus*] notae ad hunc verſum ſubjunge: imitatus eſt Statius Lib. I. Theb. 644. *mea me pietas & conſcia virtus Has egere vias.* ſupra in Carmine de Achille v. 30. pag. 71.

Praeſumit certam virtus ſibi conſcia palmam.

Pag. 170. v. 295. *Armatam facibus matrem*] bene obſervavit Cl. Schraderus, omnes Chori hujus verſus conſtare ex hemiſtichiis in fine verſuum Virgilianorum occurrentibus: ſolum vero hunc verſum e prima ſede ex Lib. IV. Aen. 472.

Armatam facibus matrem & ſerpentibus atris.

deinde v. 297. vitium typographi corrige, *Patrias obtruncat ad aras.* non *patris.* vel cum copula *patriasque*, ex Lib. III. Aen. 333.

—— *& ſcelerum furiis agitatus Oreſtes*
Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras.

in fine paginae hujus in nota corrige *exorbitemus.* pro errato typi *exorbitemur.*

Pag. 171. v. 307. *Cantu ſolata laborem:*
Graviter pro conjuge ſaevit
Deſerti ad Strymonis undam.]

non cohaeret in his ſenſus. nam hemiſtichium illud *Cantu ſolata laborem* adhaeret iis, quae praecedunt de philomela: *Qualis philomela ſub umbra* &c. reliqua *Graviter pro conjuge ſaevit Deſerti ad Strymonis undam* intelligenda ſunt de Orpheo Eurydicen lugente. Praeclare igitur idem Cl. Schraderus & veriſſime ſupplendum cenſebat unum, quod excidit, hemiſtichium:

Qualis miſerabilis Orpheus
Graviter pro conjuge ſaevit
Deſerti ad Strymonis undam.

ex Virg. IV. Georg. 454.

—— *tibi has miſerabilis Orpheus*
Haud quaquam ob meritum poenas, ni fata reſiſtant,
Suſcitat, & rapta graviter pro conjuge ſaevit.

Pag. 173. col. 2. lin. 19. corrige Σατιλῆα ἀπήνην.

P. 178. in nota ad v. 383. lin. 24. poſt locum Virgilii ex Lib. II. Aen. 274.] *adde:* ſic Lib. I. Aen. 357. de Sichaeo:

Ipſa ſed in ſomnis inhumati venit imago
Conjugis, ora modis adtollens pallida miris:
Crudeles aras, trajectaque pectora ferro
Nudavit, caecumque domus ſcelus omne retexit.

Pag. 179. in fine notae ad v. 391. poſt locum Valerii Flacci *adde:* ſic Caſſianum Martyrem ſibi adparuiſſe fingit Prudentius Hymn. IX. 11.

Erexi ad coelum faciem, ſtetit obvia contra
Fucis colorum picta imago martyris,
Plagas mille gerens, totos lacerata per artus,
Ruptam minutis praeferens punctis cutem.

Pag. 181. in notis lin. 4. poſt verba Scholiaſtae Juvenalis] *adde.* Claudian. Bel. Gild. 253. *praereptus ab aſtris*, ubi in aliis, *praeceptus* vel *praeraptus.*

Pag. 183. ad v. 43. poſt Weitz. ad Valer. Fl. V. 254.] *adde.* Prudent. in Apoth. 407.

—— *fuge callide ſerpens,*
Exue te membris, & ſpiras ſolve latentes.

vide & Scriver. Anecd. Philolog. cap. CLXIII.

Pag. 186. fine notae ad v. 447. *Hortator ſcelerum.* poſt Rittersh. ad Gunther. p. 102.] *adde:* ſic *inventor ſcelerum* Virgilio Lib. II. Aen. 164. & apud Claudian. III. Conſ. Hon. 102.

Lib. II.

Pag. 188. ad finem notae ad Ep. I. poſt, notis ſuis in Tuſculanas Ciceronis] *adde:* & uberius in Diſſertationibus Herodoteis.

Ibid. Epig. III. *Ninus ab Aſſyriis* &c.] recens videbatur Cl. Schradero propter primam in *Ninus* productam.

Pag. 190. initio notae ad Ep. XII. *in Xerxem* Primum illud de Xerxe] *corrige* Primum hoc de Xerxe &c. & paullo poſt, Oliverio ad Marm. Piſaur. p. 166. *adjunge*, & ex iis Bonada Vol. I. pag. 432. & 433.

Pag. 193. in nota ad v. 3. col. 2. lin. 32. poſt illa, de ſpumis undarum per remos agitatis & albeſcentibus intelligendum eſt] *haec addantur: nivem* enim hic non proprie intelligo, ſed de ſpumis albentibus; ideoque *canam* non *albam* vocat, ut *cani fluctus* propter ſpumas ſaepe apud poëtas. *fluctu ſpumabant caerula cano* apud Virg. VIII. Aen. 672. *exſtantes de gurgite cano* apud Catull. Carm. LXII. 18. ut θῖνα ἁλὸς πολιῆς, *litus maris cani* dixit Homer. Iliad. A. 350. vid. Lamb. Bos Obſerv. Critic. cap. XXIX. p. 128.

Pag. 194. col. 2. lin. 1. in notis. poſt locum Propertii, *Xerxis & imperio bina coiſſe vada*] *adde.* ſimi-

 le

le ſere de ſe jactat Stilichon apud Claudian. Bel. Get. 526.

> ——— *quum ceſſerit omnis*
> *Obſequiis Natura meis; ſubſidere noſtris*
> *Sub pedibus montes, areſcere vidimus amnes.*

Ibid lin. 28. Chryſtomi] *ſcrib.* Chryſoſtomi.

Ibid. ult. lin. ſed vide illic Patrui mei notas] *adde:* & Heinſii ipſius ad VI. Conſ. Hon. 145.

Pag. 195. ad Ep. XIV. lin. 3. poſt Pithoeum in Praetermiſſ. pag. 181.] *adde:* & Bonadam Vol. I. Cl. IV. pag. 329.

Pag. 196. col. 2. lin. 24. Horat. Lib. III. Epiſt. 5.] Sat. 5.

Pag. 198. Ep. XVIII. *Hic Demetrius aeneas*] *aereas* Cl. Schraderus.

Pag. 200. ad Ep. XXI. v. 6. in notis lin. 7. poſt Drakenb. ad Silium XI. 62.] *adde:* ex quibus locis hic forte etiam *ſaeva ſecuris* legi poſſet, a quo non multum abludit ſcriptura codicis Voſſiani.

Ibid. Ep. XXV. *Ite novas alio terras conquirite mundo*] ſimile illud Petronii cap. 115. *Ite nunc mortales, & magnis cogitationibus pectora inplete. Nempe hic proxima luce patrimonii ſui rationes inſpexit. Nempe diem etiam, quo venturus eſſet in patriam, animo ſuo finxit.* quae Erhardus hoc ipſo verſu illuſtrat.

Pag. 203. in fine notae ad Ep. XXXV. 2. vulgatam editio Aldina & aliae] *inſere,* Aldina, Juntina, Roſtochienſis anni 1476. & aliae &c.

Pag. 204. in notis ad v. 5. lin. 12. multa dedit Broukhuſius] *adde:* multa dedit Andr. Querneus in Libro Egregiorum cap. XV. & Broukhuſius &c.

Pag. 205. ad Ep. XXXVII. v. 1. poſt illa,

> ——— *at Cato nullo,*
> *Pompejus parvo.*

adde: alteri tamen lectioni favet locus Claudiani Lib. I. in Eutrop. 458.

> ——— *parvo procede ſepulcro.*
> *Eutropium paſſure Cato.*

ubi vide Barthii & Patrui mei notas. & ſic infra Ep. LIII,

> *Ne mirere ſacri deformia buſta Catonis,*
> *Viſuntur magni parva ſepulcra Jovis.*

Pag. 207. col. 2. lin. 13. poſt, Schottum Lib. I. Obſerv. cap. 12.] *adde:* & copioſe Deſ. Herald. Lib. I. Digreſſion. cap. 13.

Pag. 208. ad Ep. XL. poſt illa, Oliverius in notis pag. 34. optime explicuit.] *adde:* poſt eos etiam Carminibus ex Monumentis vetuſtis collectis inſeruit Bonada Vol. I. Cl. IV. p. 334.

Ibid. lin. 28. poſt illa, ſequitur enim mox, *invicti Syphacis, & victa voluptas.*] *adde:* *invictus* enim & *invitus* ſaepe in MSS confunduntur. vide Patrui notas ad Rutil. I. Itin. 66.

Ibid. in fine ejusdem notae, poſt, Sponius Recherch. d'Antiq. Diſſ. I.] *addatur:* quo referendum Epigramma illud de Scipione, quod in Muſis ſuis Lapidariis, ſed inter ſuppoſititia, edidit Ferretius Lib. V. pag. 345.

> *Viribus, ingenio, forma, vel ſanguine, ſi te*
> *Extulero in turba, Scipio, clarus eris.*
> *At ſi, quod* (ſic leg.) *juvenem, formoſam, aurumque marito*
> *Miſeris intactam, dixero, ſolus eris.*

Pag. 210. lin 23. poſt Rupert. ad Pompon. de Orig. Jur. p. 323.] *adde:* vide & Gaſſend. in vita Peireſk. Lib. III. pag. 96.

Ibid. paullo poſt: Nam referunt illud viri docti ad an. V. C. 494.] *adde:* Ex hujus Inſcriptionis initio literam *m* in antiquiſſimis monumentis non adjici probat Cl. Cannegiet. Diſſ. ad Avien. pag. 306. Schursfleiſchius vero in Actis Literar. pag. 176. ſic profert:

> *Honc oinom ploeriquei coſentiont*
> *Duonorom optumom fuiſe virom.*

& ſic alii in monumento ipſo lectum fuiſſe teſtantur. quod recte Sirmondus exponit,

> *Hunc unum plerique conſentiunt*
> *Bonorum optimum fuiſſe virum.*

idque adumbratum e Livio Lib. XXIX. cap. 14. *P. Scipionem, Cn. filium, judicaverunt in tota civitate virum bonorum optimum eſſe.* ut legunt Joh. Fr. Gronovius & Dukerus. non *virum optimum,* vel *virum bonum eſſe*, quomodo praeferunt illic nonnulli codices. & elogium hoc Scipionis, quod &c.

Pag. 212. Ep. XLV. *de eodem.*] *add.* Q. ENNII.

Pag. 215. lin. 16. ex veteri codice Moroni notaverat Heinſius.] *adde.* & ſic in meo codice MS. Inſcriptt. Cyriaci Anconitani, ejusque apographo, nomen Michaelis Rhegienſis circumferente, quem ab Ampliſſimo G. Meermanno utendum habui, legitur, ubi tamen initium Epigrammatis vitioſiſſime ſcriptum exſtat:

> *De voto Hannibale, capta Carthagine, de aucto*
> *Imperio, hos cineres marmore tectos habes.*

in iisdem *Europa* v. 3. & ultimo verſu, *tam brevis urna premit.*

Pag. 218. col. 2. lin. 5. poſt locum Senecae *adde:* paria habes apud Senecam Tragicum in Troadib. 143. de caede Priami:

> *Non eſt Priami miſeranda mei*
> *Mors, Iliades. Felix Priamus,*
> *Dicite cunctae. liber Manes*
> *Vadit ad imos. nec feret unquam*
> *Victa Grajum cervice jugum.*

Pag. 219. ad Ep. LV. lin. 18. poſt, Chiffletium P. I. Veſont p. 147.] *adde:* Plinium tamen verſus hos in villa ſocrus ſuae Alſienſi, quae Rufi Virginii fuerat, ejus ſepulchro incidiſſe putat Hagenbuch. Epiſt. Epigraph. p. 487. non inprobante Bonada Vol. I. Cl. III. p. 255.

Ibid. col. 2. lin. 9. poſt. Oudend. ad Lucan. Lib.

Lib. II. 323.] *adde:* hinc praeferrem apud Claudian. Praef. in libr. de ſecundo Conſ. Stilich. v. 16. de Scipione:

Quinque triumpharet gemina Carthagine victa,
Hanc vindex patri vicerat, hanc patriae.

ubi in aliis *patris.*

Pag. 220. Ep. LX. *Galles Caeſar* &c.] adſcripſerat Opitius ſimilem eſſe jocum militarem apud Vellej. Paterc. Lib. II. cap. 67. cum Lepidus fratrem Paulium. & Plancus fratrem Plancum Plotium proſcriptioni Antonianae ſubjeciſſent, verſum hunc jactatum fuiſſe:

De Germanis, non de Gallis, duo triumphant
Conſules.

ambiguitate captata in *Germanis* populis & *germanis* fratribus. vide infra ad Ep. CCXLII.

Pag. 221. in fine notae ad v. 3. poſt, Auguſtus dicitur, ut hic ſe *ultum patris umbras* jactat] *adde:* ſed ut veriſſime Claudianus VI. Conſ. Hon. 116.

Pavit Jüleos inviſo ſanguine Manes
Auguſtus, ſed falſa pii cognomina ſumſit,
In luctum patriae civili ſtrage parentans.,

Pag. 222. lin. 43. poſt locum Claudiani *quae terras humeris pontumque ſubegi.* quem verſum forte hic auctor imitatus eſt.] *adde:* ubi tamen *humeris ſubegi* offendebat Patruum, qui id natum putat a Gloſſatore, qui *humeris* derivabat ab *armi, armorum.* ideoque *armis*, ab *arma*, praefert cum Pomp. Laeto & Livinejo. licet ad alteram lectionem adſtruendam Gronovius & Heinſius inſcriptionem ſtatuae Seſoſtris ex Herodoto commode produxerint.

Pag. 226. ad v. 4. lin. 14. poſt, Gronov. Diatr. Stat. cap. XLIX.] *adde:* Claver. ad Claudian. II. Conſ. Stilich. 97.

Pag. 228. ad v. 2. poſt locum Senecae Lib. I. de Clem. 12.] *adde:* ubi hoc ipſo Epigrammate id illuſtrat Joh. Calvinus.

Ibid. ad Ep. LXXVIII. lin. 4. ſed habuit *eos* ex indicio, & paullo poſt, *eos* legerat &c.] utrobique dele *eos.*

Pag. 229. ad. Ep. LXXIX. v. 1. poſt locum Martialis, *ille pedem ſuſtulit, hic tunicam*] *adde*. & vide Ramirez ad ejusd. Libr. de Spectac. Ep. XXIII.

Ibid. ad Ep. LXXXI. & ibi notata] *adde:* & de hac domo Neronis aurea, in quam ſcriptum eſt hoc Epigramma, Lucium Faunum Lib. III. de Antiq. urb. Rom. cap. 12. in Tom. I. Theſ. Antiq. Salengr.

Pag. 231. ad Ep. LXXXIV. v. 3. poſt, Cannegieterus] *adde:* & Lipſ. ad Tacit. XIV. Ann. cap. 31. v. 4. poſt illa, Cambdenus, *Qui finis mundo eſt, non erit imperio.*] *adde:* quod idem ac illud Claudiani de II. Conſ. Stil. 160. *nec terminus unquam Romanae ditionis erit.* & ſic in ſuo exemplari &c.

Ibid. in fine notae: poſt Rigalt ad Onoſand. p. 7.] *adde:* vulgatam lectionem praefracte tuetur Cenſor Lipſienſ. in Actis Menſ. Mart. 1748. p. 130.

Pag. 232. lin. 19. poſt illa, *gens jacet*, quod vulgatos occupat codices, lubens equidem amplector] *adde;* licet haec explodat Cenſor Lipſienſis ibid. pag. 131. & ſuam ſubſtituat conjecturam *gens facit in titulos.* quae ineptiſſima eſt.

Pag. 233. ad Ep. LXXXVII. 2. in fine notae, poſt, notas Camertis] *adde:* Propert. IV. 10. 23.

Necdum ultra Tiberim belli ſonus, ultima praeda
Nomentum, & captae jugera pauca Corae.

Pag. 234. lin. 8. *homo*] l. *humo.*

Ibid. ad Ep. XCI. lin. 5. vir ſummus dederit] *adde:* ſed male. ut monuit Heinſius in curis tertiis ad Claudian. II. de Laud. Stil. 247. ubi multa de verbo *vallare.* de quo mox ad v. 3. quodque idem reſtituere malebat Claud. eodem libro v. 168. *hanc tota Tritonia Gorgone vallat.* pro *velat.*

Pag. 237. ad Ep. XCV. col. 2. lin. 4. poſt, Pithoeus Lib. I. Epigr. vet. pag. 7.] *adde:* Joh. M. Toſcanus inter Epigrammata ex vetuſtis lapidibus collecta in fine Tom. I. Carm. Poët. Ital. pag. 95. b. & Bonada Vol. I. Cl. II. 183.

Ead. nota lin. 14. poſt Reſendii poëmata Coloniae edita] *adde:* & ſic jam ediderunt additis Municipiorum nominibus Ambroſius Moralis in Chronico Hiſpaniae Lib. IX. pag. 286. ed. Complutenſ. 1514. in fol. & Vaſaeus in Chron. Hiſpan. pag. 63. ed. Salmant. 1552. in meo codice MS. Inſcript. Cyriaci Anconitani, ejusque apographo Mich. Rhegienſis, praefigitur hic titulus, *Alacantae in Hiſpania in aedicula conſtructa paucis ſed magis lapidibus nunc Divo Juliano dedicata.* IMP. CAES. DIVI. NERVAE. FIL. TRAJANO DACICO GERMANICO SACRUM. deinde Epigrammati ſubjicitur ſubſcriptio eadem quae apud Cyr. Anconitanum, ex cujus chirographo exſcriptum apud Mich. Rhegienſ. dicitur. nomina vero Municipiorum variant etiam apud Fr. Robortell. de Provinc. Rom. pag. 5. in Tom. III. Theſ. Antiq. Rom. Graevii. in eodem Cod. MS. Cyriaci v. 2. *vincitur ipſe.* v. 3. *Quae quali.* v. 5. *rupe peregit.*

Pag. 238. col. 2. lin. 13. quintum vero apud Gruterum habetur *illic ſe ſolu .... vota litant.*] *adde:* & ſic apud Vaſaeum & Ambroſ. Moralem, qui tamen hunc verſum in lapide non legi teſtatur, & de ſupplemento Antonii Nebriſſenſis, quod innuit Pithoeus, nihil habet. *litat* in Cod. MS. Cyriac. & Mich. Rhegienſis.

Pag. 239 ad Ep. XCVI. in fine notae, poſt, & Catalectis Pithoei] *adde:* Exſtat etiam in Cod. MS. Inſcript. Cyriaci Ancon. & Mich. Rhegienſis, ubi *in lapide ornatiſſimo* legi prae ſe fert titulus. & v. 3. *Quem nunc abibis in locum.* & v. 4. *rigida.* male vero Dorleans ad Tacit. pag. 377. initio Epigrammatis adfert, *Ego nollem Caeſar eſſe.* & Epigr. ſeq. *Ego nollem Florus eſſe.*

Pag.

Digitized by Google

Pag. 240. ad Ep. xcviii. 4. *Cimices* Heinſ. & Iſ. Voſſ. ad Catull. vide notas ad Petron. &c.] *adde*: ſed inprobat Cl. Schraderus, quia obſtat metrum. nam prima in *cimex* longa. ut in illo Horatii Lib. i. Sat. 10. 78.

Men' moveat cimex Pantilius &c.

Pag. 243. ad Ep. cxi. lin. 8. vide quae notarunt Lambinus &c.] *inſere:* vide Juret. ad Symmach. pag. 312. & quae notarunt &c.

Ibid. col. 2. lin. 13. poſt, Nonio Marcello pag. 117.] *adde:* vid. Lipſii notas ad Librum de Cruce, in initio, & la Cerdam &c.

Pag. 244. ad Ep. cxiii. lin. 18. poſt, Pithoeus in Praeterm. ad Lib. iv. Ep. p. 185.] *adde:* & vide de eo Triſtan. Calchi Hiſtor. Mediol. Lib. i. pag. 111. in Tom II. P. I. Theſ. Ital. & Bonadam Vol. I. pag. 185.

Pag. 245. Ep. cxiv. v. 2. *ſed Neroniana*] quia Fauſtum calore balnei, & Criſpum frigore veneni extinxerat SCALIGER.

Ibid. in nota ad Ep. cxvi. lin. 15. poſt, uberiorem horum verſuum explicationem nemo facile deſiderabit] *adde:* legi tamen meretur Pet. Ang. Bargaeus de Aediſic. Urb. Rom. Everſ. in Tom. IV. Theſ. Antiq. Rom. Graev. pag. 1873. & 1874.

Ibid. lin 20. Pithoeus & Gruterus.] *adde:* & ex eo Bonada Vol. I. pag. 186.

Pag. 246. col. 2. ad v. 10. *dominus mundi Conſtantius.* poſt locum Ammiani Marcellini *adde:* vide l. 9. ff. ad Leg. Rhod. de jactu. ubi Antoninus reſpondet: *Ego quidem dominus mundi, lex autem maris.* immo *coeli, terrae, mariſque dominus* dicitur in nummo Tyatyritarum apud Harduin. pag. 208.

Pag. 248. ad Ep. cxvii. lin. 16. poſt Heinſ. ad Claud. iii. Conſ. Hon. 96.] *adde*: & ita legitur in cod. MS. Inſcript. Cyriaci Ancon. & Mich. Rhegienſis: ubi praefigitur, legi in maximo lapide in urbe Byzantio. edidit etiam Bonada Vol. I. pag. 108.

Pag. 249. *Omnia Theudoſio*] *Theodoſio* cod. MS. inſcr. Cyriaci.

Ibid. *Ter denis ſic victus ego domituſque diebus,*
Judice ſub Proclo ſuperas elatus ad auras.]
male Argolius in notis ad Onuphr. Panvin. de Lud. Circ. Lib. i. cap. 27. legit,

Ter denis ſic victus enim duobuſque diebus
Judice ſub Proclo ſublimes latus in auras.

eadem pag. inter Ep. cxvi. & cxvii. inſeri poſſet ſequens Epigramma,

MARCIANO IMP.

Principis hinc ſtatuam Marciani cerne torumque,
Ter eju vovit quod Tatianus opus.

ut ex Sponio adfert Bonada Vol. I. pag 189. qui teſtantur initium ſecundi verſus in marmore foediſſime deturpatum fuiſſe. forſan fuerit,

Dexter ei vovit quod Tatianus opus.

Ibid. ad Ep. cxviii. *Militis Batavi.* adſcriptum HADRIANO. lin. 6. poſt Boniſac. de Comp. Epitaph. p. 140.] *adde:* Bonadam Vol. I. Cl. iv. pag. 339. qui notat Jac. Homeyum in Supplemento Patrum hos verſus inveniſſe in cod. MS. tributos Julio Caeſari, quos ipſe conjicit Marbodo Epiſcopo Rodonenſi adſcribendos eſſe ſed male. profert eos etiam Gaſ. Bruſchius &c.

Eadem pag. in ſine notae ad initium ejusd. Ep. cxviii. *adde*: Ceterum cum bona Lectoris venia ſubjungam, quae de hoc Epigrammate Vir eruditiſſimus & Antiquitatum Batavicarum, ad quas pertinet hoc carmen, peritiſſimus exactor Henricus Cannegieterus nobiſcum per literas Arnhemiae d. ix. Junii 1758. exaratas communicavit: quia eximiam huic Epigrammati lucem adferunt. „ De monumento Batavi militis ita ju„ dico. Primus id edidit Gerardus Novioma„ gus in Hiſtoria Batavorum anno 1520. qui „ annus ex praefatione ejus ad Nicolaum Buſco„ ducenſem ſcripta cognoſcitur. Unde accepe„ rit, ignorari non voluit Gerardus. Accepit „ autem ab eo, unde porro didicit Hadrianum „ Imperatorem ſcripſiſſe illud epitaphium Bata„ vo, Batavique illius nomen Soranum. Quan„ doquidem Scriptorum veterum nullus, quos „ hodie manu verſamus, ea meminerit, credi„ bile eſt auctorem periiſſe εἰκονοκλαστίᾳ Luthe„ ranorum, quo nomine appellati ſunt ſacro„ rum emendatores per has terras, quae dein„ ceps ſecuta eſt direptis templis vaſtatiſque „ monaſteriis, a quibus id temporis Bibliothe„ cae ſervabantur. Hadrianus Junius in Hiſto„ riae Batav. cap. 6. videtur ſignificare nomen „ Sorani adjectum eſſe ex Suida. ſed fallitur. „ Rem tangit Suidas in Hadriano, ſed nomen „ omittit. Ceteri, qui quid mutarunt in illo „ carmine, non codicum errore peccant, ſed „ ſuo. Carmen hoc modo legendum puto:

„ *Ille ego Pannoniis quondam notiſſimus oris*
„ *Inter mille viros primus, forteſque Batavos,*
„ *Hadriano potui qui judice vaſto profundi*
„ *Aequora Danubii cunctis tranare ſub armis:*
„ *Emiſſumque arcu, dum pendet in aëre, telum,*
„ *Ac redit, ex alia fixi fregique ſagitta.*
„ *Quem neque Romanus potuit, nec Barbarus unquam,*
„ *Non jaculo miles, non arcu vincere Parthus.*
„ *Hic ſitus, hic memori ſaxo mea facta ſacravi.*
„ *Viderit, anne aliquis poſt me mea geſta ſequatur.*
„ *Exemplo mihi ſum, primus qui talia geſſi.*

„ Fuit Soranus ἐν τῷ ἱππικῷ τῶν καλουμένων „ Βατάβων, quam Dionis Caſſii lectionem Lib. „ lxix. pag. 793. probo, paululum adjutam a „ Leunclavio. Corporis cuſtodes ſignificat qui „ peculiari Batavorum nomine cenſentur, quod „ plerique omnes inter illos Batavi natione. „ Imperat Hadrianus Batavos eos ſive vero ſive „ lu-

,, ludicro certamine Danubium, rapidiſſimum
,, amnem, armatos trajicere, gentem nandi
,, peritiſſimam. Fuit praeterea jaculandi ſagit-
,, tandique arte peritiſſimus Soranus, ut nec
,, Romanus, nec Barbarus eum antecelleret:
,, Non quisque de Romanis, non quisque de Bar-
,, baris, ſed nec ipſe miles jaculo, id eſt pilo,
,, nec ipſe Parthus arcu ſive ſagitta. Noſti tria-
,, rios pedites pilis pugnantes Romani exercitus
,, robur fuiſſe & omnium gentium primos; ta-
,, lis fuit equitatus Parthorum. Non eſt quod
,, ſcriptorum loca de pilatis agminibus Roma-
,, norum & pharetratis Parthis tibi accumulem.
,, Tantum id dicam, per militem deſignari in
,, illo verſu peditem, de quo vocabuli uſu vid.
,, Graev. ad Juſtin. Lib. xiii. 3. nec peditem
,, tantum, ſed & Romanum. vid. Valeſ. ad Am-
,, mian. Marcell. pag. 82. ed. in 4. Vides pro-
,, bari mihi conjecturam tuam, qua *Batavus* in
,, *Batavos* mutas. ſed *Meaus* a v. 8. abeſſe ve-
,, lim, quamquam inventum tuum acumen ſa-
,, pit, & vera ſunt quae de jaculatione Medo-
,, rum adfers. Credet forte aliquis, Batavis il-
,, lis, ex quorum numero Soranus fuit, ob
,, celebratam virtutem caſtra fuiſſe tributa co-
,, loniae municipiive jure, quae in antiqua Ta-
,, bula, quam Peutingerianam appellamus, Ba-
,, tavorum caſtra dicuntur, quorum ſitus ad
,, Danubium in Pannonia. Hadrianus regnante
,, Trajano legionem primam, cui Domitianus
,, ad Bonnam caſtra dedit, ſparſis per Bataviam
,, cohortibus, in quibus multi Batavi merue-
,, runt, in Pannoniam tranſtulit ad bellum Da-
,, cicum ſecundum profectus, teſte Spartiano
,, in Hadriani vita cap. 3."

Idem vir egregius in alia Epiſtola d. 4. Octobr. hu-
jusdem anni ſcripta ſubjunxit. ,, Redit ad te Scrive-
,, rii Batavia illuſtrata, in cujus libri margine mul-
,, ta is notavit, &c. Aguntur autem gratiae tibi pro
,, hoc beneficio, quae debentur, id eſt maximae.
,, Ad Gerardi Noviomagi Hiſtoriam Bataviae
,, ea adſcripſit Scriverius potiſſimum, quae in
,, editione Gerardi prima fuerant, ſed omiſſa
,, in editione, quam ſecutus erat, cum Bata-
,, viae ſuae illuſtratae inſereret. Is autem pag. 12.
,, hoc addit: *Epitaphium Sorani Batavi, Aelio*
,, *Hadriano Augusto auctore. Gerardus Novioma-*
,, *gus in edit. Hiſt. Bat. Anni* xxx. *teſtatur idem*
,, *in Schedis ſe reperiſſe in antiquiſſimo libello* MS.
,, *Lovanii*. Quantivis pretii hanc notam eſſe
,, intelligis, ut vel eo nomine tibi debituri ſint
,, plurimum omnes, quibus gentis Batavicae
,, gloria eſt cordi; quod tua ope Sorani Batavi
,, virtus tuta & certa ſit, quae ob varietatem
,, tradentium ſuſpecta & dubia nonnullis eſt vi-
,, ſa. Nomen militis, nomen auctoris, antiqui-
,, tas libri, locus inventi, omnia manifeſta
,, nunc ſunt & explanata. Foppenſius in Bi-
,, bliotheca Belgica has Gerardi Noviomagi
,, editiones memorat. Argentoratenſem apud
,, Chriſt. Egenophum anni 1533. quam anni
,, xxx eſſe conjicio a Scriverio indicari. Colo-
,, nienſem 1541. & Francofurtanam Tom. II.
,, Script. Rer. Belg. in Fol. quarum nullam ha-
,, beo. Vide, quaeſo te, an in tuis Bibliothe-
,, cis cuſtodias, ut ſi quid forte dubii reſtet,
,, inde cognoſcam. Nullane tibi ſuſpicio eſt,
,, quo receſſerit libellus ille antiquus Lovanio,
,, quem Gerardus Noviomagus ibi vidit. Ope-
,, rae pretium te facturum puto, ſi aliunde eum
,, eruas. Credibile namque vetuſta eum carmi-
,, na plura habere, quae tibi uſui eſſe queant,
,, Anthologiamque tuam ornare."

Pag. 250. ad finem notae ad v. 4. *adde*: ſimile exemplum de Sertorio Rhodanum cum armis & lorica tranſnatante, vide apud Ammian. Marc. Lib. xxiv. 6. ubi aliud de milite Gallo refert Lindenbrog. & hoc Epigrammate illuſtrat.

Ibid. ad v. 8. lin. 3. *miles*, & quam nemini ſuſpectam fuiſſe miror.] *adde*: *milites* quidem per excellentiam Romani dicuntur. ut docet Lindenbr. ad Ammian. Marc. Lib. xvi. cap. 12. pag. 160. ſed eos verſu praecedente jam indicaverat. Itaque hic &c.

Pag. 251. col. 2. lin. 11. poſt Broukh. ad Tibull. Lib. I. El. I. 50.] *adde:* tum Maſſon in vita Horatii pag. 143. & ſeqq. ubi Clerici ſententiam ſolide refutavit, & plura in Elegia hac falſitatis indicia, quae veritati hiſtoricae repugnant, alibi ſe proſecuturum promiſit, eaque inter oſtendit falſum eſſe, Maecenatem Auguſto operam praeſtitiſſe & adfuiſſe omnibus bellis poſt Julii Caeſaris necem geſtis, donec Antonio & Cleopatra devictis *pax illos Maecenatis cultus laxaret*, ut dicitur v. 49.

Pag. 256. col. 2. lin. 8. in loco Tibulli pro *quidque* leg. *quidquid*.

Pag. 258. col. 2. lin. 6. adſiduum menſae ſocium expoſuit. vid. Meibom. Maecen. cap. vi.] *adde:* ſic *convivam domini* Eutropium, quem Arcadius menſae honore dignatus ſit, explicat Claver. apud Claudian. II. in Eutrop. 81. licet aliter illic viri docti legant.

Pag. 260. ad v. 33. lin. 2. in quibus *canentes* conſtanter ſervatur.] quod licet nonnihil tueri poſſit locus Horatii Lib. III. od. 13. 15. *unde loquaces Nymphae deſiliunt tuae*. veriſſime tamen Cl. Schraderus legit *cadentes*. ut apud Propert. III. 14. 4.

Et cadit in patulos nympha Aniena lacus.

labentis murmura rivi vocat Claudian. I. in Rufin. 215. ut apud Virg. in Culice 146. *gelidis manans e fontibus unda Quae levibus placidum rivis ſonat orta liquorem*. & apud alios ſaepe.

Pag. 260. fine notae ejusdem lin. 13. de voce *promoſſus* vid. Broukh. ad Propert. IV. 7. 81.] ſic

 apud

Digitized by Google

apud Gunther. Lib. iv. Ligur. 152.

Inter & Argeas pomoſi Tiburis arces.

ut legit N. Heinſius ad Ovid. iii. Am. 6. 46. non *fameſi*.

Pag. 261. ad v. 39. Heinſii ad Ovid. Ep. xxi. 56.] *adde:* Valeſ. ad Ammian. Marc. Lib. xxviii. cap. 4. pag. 577. & Heynii Obſerv. ad Tibull. pag. 234.

Pag. 262. lin. 5. Cajis Mattiacis dubiam redderet] *adde:* merito igitur inauſpicatam hanc Goralli emendationem etiam exploſit Patruus in Praefat. ad Petronium.

Pag. 264. lin. 10. poſt locum ex Scaligeri Catalectis *adde* illum Claudiani Lib. i. R. P. 28.

——— *qua lampade Ditem*
Flexit Amor, quo ducta ferox Proſerpina raptu
Poſſedit dotale Chaos.

illud certe *Chaos dotale* poſſedit Proſerpina acceptum a Plutone, non vero Diti in dotem adtulit. proprie quidem Phaedra Cretam *dotalem terram* vocat apud Ovid. Epiſt. iv. 163.

Eſt mihi dotalis tellus, Jovis inſula, Crete.

ubi vide Patrui notas. Sed an ſemper eodem modo loquuntur veteres? quam vero *dotalem Romam* &c.

Ibid. paullo poſt locum Juſtini, ubi male *nuptiarum praemium* legitur. vide Graevii notas.] *adde* & Gronov. Lib. ii. Obſerv. cap. 25. *pretium* enim eſt ipſa ſtupri merces. vide copioſe Broukh. ad Tibull. i. 10. 33.

Eadem pag. in fine notae ad v. 55. expeditione Claudii Britannica] *adde:* Si quis tamen haec cum ſuperioribus conjungi, & ad Apollinem, non vero ad Maecenatem, referri velit, ut cenſebat etiam Cl. Schraderus, tueri id poſſet illis Virgilii verſibus, ubi pugnam Actiacam egregie deſcribens, & Apollinem pro Auguſto pugnaſſe fingens, addit Lib. viii. Aen. 704.

Actius haec cernens arcum intendebat Apollo
Deſuper, omnis eo terrore Aegyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabaei.

& ad Antonium in Aegyptum fugientem reſpicit Petronius in Carm. de Bel. Civ. cap. 121.

Jam fragor armorum trepidantes perſonat aures,
Et Libyae cornu, & tua, Nile, trementia clauſtra,
Actiacoſque ſinus, & Apollinis arma timentes.

Pag. 265. ad v. 58. lin. 14. de more illo militari e galeis bibendi videre licet] *adde:* ſic apud eundem Claudian. Bel. Getic. 532. *galeiſque Padum victricibus hauſi.*

Ibid. lin. 33. notatque Gorallum male haec ad Antonium referre] *adde:* cujus expoſitionem etiam refutavit Th. Sellius Obſerv. cap. xx.

Pag. 266. lin. 6. Heinſio, qui legebat *Nam refero.*] *adde:* ſic defendere quis id poſſet ex illo Terentii Adelph. iv. 5. 14. *Ut opinor, has non noſſe te, & certe ſcio.* Cic. iv. Verr. 3. *is dicebatur eſſe Myronis, ut opinor, & certe.* vetus poëta apud Gell. x. 14. *recordor, & certe.*

Ibid. col. 2. lin. 27. a collo per brachia dependens] *adde:* Silius Ital. Lib. iii. 393.

Ac Nebriſſa Dei Nyſaeis conſcia thyrſis,
Quam Satyri coluere leves, redimitaque ſacra
Nebride, & arcano Maenas nocturna Lyaeo.

vide & Claverii ac Demſteri notas ac Claudian. i. R. P. 18.

Pag. 267. ad v. 62. poſt Broukh. ad Propert. ii. 20. 5.] *adde:* Ramirez. in Pentecontarch. cap. 2. pag. 41. qui omnes ita hoc in loco interpretantur. & vid. Heinſ. ad Claud. ii. de Laud. Stil. 350. ſic *os purpureum* pro pulchro recte capit Bentlejus apud Horat. iii. od. 3. 12. deinde poſt Ovidii locum *Pectora vel puris nivibus* &c. inſere illud Sueton. Caeſ. cap. 21. *cujus vel praecipua opera paullo ante Bibulum impugnaverat.*

Ibid. ad v. 64. poſt locum Virgilii, *adde:* ſic in verſu Laberii, infra Lib. iii. Ep. 101. 25.

Ut hedera ſerpens vires arboreas necat.

Ibid. ad v. 65. circa finem paginae poſt, plura ad Gloſſaria antiqua] *adde:* de verbo *amentare* vide N. Heinſ. ad Claudian. Conſ. Mallii v. 322.

Pag. 269. in nota ad v. 79. lin. 11. ut iis aliquid addere ſuperfluum ſit.] *inſere:* & ſic Cuperus in Harpocr. pag. 55. jam conjecerat, ut *toroſus* Hercules dicatur propter corpus nervis, muſculis, & toris ſolidis plenum: licet *nodoſum robur* de clava Herculis, non vero *toroſum*, recte dicatur.

Ibid. lin. 37. poſt emendationem meam *Quem pede ſuſpenſo praeripiebat Amor*, ex monumento illo vetuſto apud Boiſſardum Part. IV. Antiq. p. 117. firmatam, quod exhibere etiam notavi Gruterum pag. xlii. 12.] *addantur iſta:* egregie etiam huic noſtrae conjecturae favet Epigramma Graecum elegantiſſimum, quod baſi ſtatuae Herculis, quae Venetiis in Erizzorum palatio exſtabat, ſubſcriptum edidit Sponius in Miſcell. Erud. antiq. Sect. ii. Art. x. pag. 51.

Ἡρακλές, ποῦ σοι πλόκαμος μέγας, ἥ τε Νέμειος
Χλαῖνα, καὶ ἡ τόξων ἔμπλεος ἰοδόκη;
Πῶς σε βαρὺν μίμημα; τίς ἔπλασεν ὧδε κατηφῆ;
Λύσιππος. χαλκῷ δ' ἐγκατέμιξ' ὀδύνην.
Ἄχθῃ γυμνωθεὶς ὅπλων σέο; τίς δέ σ' ἐπέρσε;
Ὁ πτερόεις, ὄντως εἷς βαρὺς ἆθλος, Ἔρως.

quod ex Antholog. Graec. Lib. iv. cap. 8. Ep. 17. pag. 450. ed. Obſop. nonnihil emaculatum exhibemus, & numeris Latinis ſic aemulari conabamur:

Heu ubi clava tua, Alcide, Nemeaeaque pellis?
Et pharetra ex humeris pendens ſueta † jacent. † Sonare?
Quo faſtus animique? humilem quis finxit in aere?
Lyſippus: luctum ſentit & auget opus.
Praeripuit, quae fracta doles, Deus aliger arma:
Quem potuit nemo vincere, vicit Amor.

idem

Digitized by Google

idem illud edidit, adjecta Ant. Mar. Salvinii verſione metrica, Cel. Gorius in Inſcriptt. Florent. Tom. II. pag. 136.

Pag. 271. col. 2. lin. 9. in ceteris omnibus *procubuiſſe.*] *adde:* Chr. G. Heynius Obſerv. ad Tibull. pag. 316. praefert, *in nitidum procubuiſſe bovem.* id eſt mutatum fuiſſe, & ſimul exprimi actum putabat.

Pag. 272. ad v. 91. lin. penult. *praepes ab alto* praeferrem] inſere *praepes ab alto*, vel *ab aethra*, praeferrem. & col. 2. noſtram *ab alto. adde*, vel *ab aethra.*

Pag. 273. ad v. 93. lin. 31. poſt locum Tibulli *adde:* ſed vide de uſu formulae *Sic eſt* Withof. In Specim. Gunther. pag. 145.

Pag. 274. ad v. 99. lin. 12. poſt, vide ſupra ad Lib. 1. 173. 64.] *adde: emeritum bovem* dicit, qui ſub veſperam arare ceſſat. aliter *emeritum* vocant aetate confectum. Maximianus Eleg. II.

Permanet invalidis reverentia priſca colonis,
Quod fuit in vetulo milite, miles amat.
Ruſticus expertum deflet ceſſaſſe juvencum,
Cum quo conſenuit victor, honorat equum.

ſic lege, non *ceſſiſſe.* & recte *victor* cod. Voſſ. non *miles.* ut ed. Pithoei, de quo praeceſſerat.

Pag. 277. ad v. 115. lin. 19. poſt locum Claudiani, *& ſi quos Roma recepit, Vel dedit ipſa Deos*] *adde:* male igitur Vulpius ad Catull. Carm. XVI. 14. locum hunc adfert inter exempla, in quibus *ſi* abundat.

Pag. 278. ad v. 119. lin. 14. ut recte Bentlejus, Geſnerus, & alii monuerunt] *adde:* & vid. Th. Sellium Obſerv. cap. IV. & cap. XX. ubi hanc Clerici emendationem etiam rejecit.

Ibid. in fine ejusdem notae,] *adde:* nonnulla de inmortalitate Tithoni in auras remoti vide apud Bentlej. ad Horat. 1. od. 28. 8.

Eadem pag. ad v. 125. lin. 8. poſt, monuit Heinſius ad Ovid. 1. Am. 2. 26.] *adde:* contra *abjungere*, pro ſolvere equos jugo. ut apud Propertium Lib. II. El. 14. de Tithono & Aurora; loco hiſce perquam ſimili:

At non Tithoni ſpernens Aurora ſenectam
Deſertum Eoa paſſa jacere domo eſt.
Illum ſaepe ſuis decedens fovit in ulnis,
Quam prius abjunctos ſedula lavit equos.

ſic enim legit Scaliger ad Copam v. 6. probante Barthio ad Stat. 1. Sylv. 3. 76. licet aliter in Opere Adverſariorum, ut ad illum Copae locum notavi.

Pag. 279. lin. 13. juga ſibi adimi capiunt] *leg.* cupiunt.

Ibid. lin. 17. ut in Ciri v. 41.] *lege*, ut in Culice.

Ibid. lin. 24. ſic *dies procedens*] *corrige*, aliter *dies procedens* &c.

Ibid. col. 2. lin. 30. poſt Gronov. Lib. III. Obſerv. c. 21. p. 631.] *adde:* & Heinſ. ad Claud. Conſ. Mallii v. 103. & in Adverſ. Lib. 1. cap. 9. p. 92.

Pag. 280. ad v. 133. lin. 41. poſt verſum *Semper ſerta tibi dabimus, tibi ſemper odores*] *adde:* cui ſimile illud Prudentii Cathem. Hymn. X. in fine:

Nos tecta fovebimus oſſa
Violis & fronde frequenti;
Titulumque & frigida ſaxa
Liquido ſpargemus odore.

ubi forte legendum,

Violis & fronde recenti.

ejusdem formae ac coloris eſt illud Epitaphium vetus apud Pithoeum Lib. III. pag. 109.

Pierides tumulo violas, Venus alma hyacinthos,
Balſama dant Charites, cinnama ſpargit Amor.
Phoebus odoratas lauros, Venus alma hyacinthos,
Nos lacrimas, rarae munus amicitiae.

Pag. 281. ad v. 137. cum Cl. Oudendorpio *Ter Pylii flevere ſuum*] *adde:* vel cum Cl. Schradero

Ter Phrygium flevere ſui.

Priamum nempe.

Pag. 282. Carm. CXX. v. 3. *juvenis primaevi*] vid. Barth. ad Rutil. Lib. 1. Itin. 172.

Pag. 284. lin. 31. poſt locum Ariſtophanis] *adde:* vide & Patrui notas ad Claudian. II. in Eutr. 325. ex quo patebit *manifeſtum* ſeu δῆλον, idem apud Latinos etiam *confeſſum* dici. ut *confeſſus amator* ſaepe apud poëtas. vide ejusdem notas ad Petron. cap. XCI. pag. 441.

Pag. 285. ad v. 19. lin. 6. *definet* Tollius.] *adde:* ſed *definis* praefert Heinſius in ſimili Claudiani loco VI. Conſ. Hon. 312.

Nam quisquis duro cecidit certamine, numquam
Deſinit eſſe meus.

ubi *Deſines* etiam in aliis. vel *Deſit.*

Pag. 287. Carm. CXXI. in titulo corrigend. FRAGMENTUM DE NAVIGATIONE DRUSI GERMANICI.

Pag. 288. col. 2. in fine notae ad v. 3. poſt locum Propertii] *adde:* ſic *audaces viri* Argonautae apud Ovid. Epiſt. XII. 14. ubi vide Patrui notas. & Heinſ. ad Lib. II. Met. 406.

Pag. 291. in fine notae ad v. 19. poſt, *lembis intactum*, ſeu navibus] *adde.* certe infeliciſſime Dorleans ad Tacit. pag. 214. emendabat, *labris intactum*, ſeu, de quo nemo umquam locutus eſt.

Pag. 291. ad v. 22. in fin. pag. poſt locum Horatii] *adde:* Statius Lib. III. Theb. 564.

—— nos pravum & debile vulgus
Scrutamur penitus Superos. hinc pallor, & ira:
Hinc ſcelus, inſidiaeque, & nulla modeſtia voti.

Pag. 293. v. 5. *Horrida barbaricae portans inſignia pugnae*] ex Catullo expreſſum Carm. LXV. 13.

Dulcia nocturnae portans veſtigia rixae.

ut notavit illic Vulpius.

Pag. 296. v. 33. *non Inachis Acriſione*] vide Heinſ. ad Virg. VII. Aen. 410.

Pag. 298. lin. 7. haec duo inter incommoda mili-

 tibus

Digitized by Google

tibus toleranda junguntur] *adde:* infra Ep. CCXLVI.

Nec ferre durum frigus, aut aeſtum pati,
Neque arma victoris ſequi.

Pag. 299. in nota ad v. 50. lin. 28. poſt Bergler. ad Ariſtoph. Pacem v. 456.] *adde:* ſic *Mars communis* etiam apud Livium Lib. XXVIII. 19. & *Mars communis belli* Lib. XXVIII. c. 40. & Lib. XXX. cap. 30.

Ibid. col. 2. ad v. 54. in fine notae poſt Senecae locum] *adde:* de eodem Juſtinus Lib XII. cap. 7. *Poſt haec Indiam petit, ut Oceano ultimoque Oriente finiret imperium.*

Pag. 301. col. 2. lin. 12. patebit ex notatis ad Lotich. IV. 3. 159.] *adde:* & multa e Graecis & Latinis dedit Reineſ. Epiſt. XXVII. ad Rupert. pag. 120. & ſeqq.

Ibid. ad v. 64. lin. 11. poſt, infra Ep. CXXIV. *Quare illud ſatis eſt* &c.] *adde:* ſic infra Ep. 184. in carmine de Aneide Virgilii ex MSS. legendum v. 34.

—— ſed quod male juſſerat ipſe,
Sit vetuiſſe meum. ſatis eſt.

ubi vide notas.

Pag. 302. col. 2. in fine notae ad Ep. CXXIII. 1. poſt, H. Stephanus in Fragm. Poët. vet. pag. 391.] *adde:* vide Patrui notas ad Petron. cap. CXXIII. pag. 762. in Indice vero Grammaticorum veterum Putſchius eum cenſet eumdem ac Alcuinum.

Pag. 303. ad Ep. CXXIV. lin. 23. poſt, de Antonio Muſa vid. Torrent ad Suet. & Meibom. Maec. cap. XV.] *adde:* ſic Muſa Rhetor apud Senecam. praefat. Lib. V. Controv. p. 352. alios hoc cognomine inſignitos memorat Claver. ad Claudian. Epiſt. III. 24. qui tamen perperam *Olybrium* ſic vocatum exiſtimat.

Ibid. col. 2. lin. 2. *Paeam*] leg *Paean.*

Pag. 304. in notis Ep. XXIV.] leg. CXXV.

Pag. 305. Ep. CXXVI. in notis lin. 5. Scholiaſtes Horatii Porphyrio ad Lib. II. Sat. 2. 49.] *adde:* quo loco ad hunc Sempronium Rufum Praetorium reſpicit Horatius, illis verſibus,

Tutus erat rhombus, tutoque ciconia nido,
Donec vos auctor docuit praetorius. &c.

ubi Scholiaſtes ille in hujus Epigramm. v. ſec. &c.

Ibid. v. 2. in textu, *Ipſe eſt duobus elegantior Plancis*] duos innuit Plancos. Plancus enim habuit fratrem Plancum Plotium, ut patet ex Vellej. Paterc. II. 67. *Nec Planco gratia defuit ad impetrandum, ut frater ejus Plancus Plotius proſcriberetur.* Plancus ille Antonii amicus, ſed poſtea ad Caeſarem Octavianum transfugit, idemque eſt, cujus foedum ingenium deſcribit idem Vellej. Pat. Lib. II. cap. 83. & memoratur Senecae praefat. Lib. IV. Nat. Quaeſt. *Plancus artifex adulationis maximus ante Vilejum, ajebat, non eſſe occulte nec ex diſſimulato blandiendum.* ubi Muretus *Vellejum* legit, & Vellejum Paterculum hiſtoricum intelligit. propter adulationes Tiberio ſcriptas. ſed melius Lipſius ad Tacit. VI. Annal. cap. 32. legit *Vitellium*, ſummum adſentatorem, Vitellii Caeſaris patrem.

Pag. 306. ad Ep. CXXVII. lin. 30. Rutgerſius in notis, pag. 36. 37. & ſeqq.] *adde:* & in Venus. Lect. cap. XVI.

Pag. 307. ad Ep. CXXIX. lin. 23. poſt, in Epiſtola Planci ad Cic. X. ad Famil. Ep 18.] *adde:* ubi tamen male *Mulio* tamquam cognomen familiae ſcribitur pro *Ventidio mulione*, monente Voſſio Lib. I. de Vitiis Serm. cap. 14. pag. 60.

Pag. 308. Ep. CXXX. *de Sabino*] Lemma debuit eſſe, INCERTI Parodia ex Phaſelo Q. Valerii Catulli in Ventidium Baſſum. PITHOEUS.

Pag. 309. fine notae ad v. 3. & levis rhedae genus fuiſſe patet] *ſic mutanda:* & levis rhedae genus ac birotum fuiſſe patet, ut contra rheda erat quatuor rotarum. vid. Barth. ad Guilelm. Brit. pag. 715.

Ibid. v. 6. *Neque hoc*] melius *Et hoc.* PITHOEUS.

Pag. 310. v. 9. *Bidente dicis*] ante Scaligeri notam *inſere:* fortaſſe melius,

Bidente dicit attotonſſe forcipe.

pro *attotondiſſe.* PITHOEUS.

Pag. 311. ad v. 11. in notis, ſic *urere* premendo cruciare. poſt loca Propertii, Ovidii, & Horatii] *adde:* vide Barth. ad Stat. VI. Theb. 398.

Ibid. v. 19. *Stringere mulas*] melius videtur, *Strigare mula ſive utrimque coeperat.* PITHOEUS.

P. 312. v. 21. *propter hoc*] malim *praeter hoc.* ſed & hoc praeter inſtitutum. PITHOEUS.

Pag. 315. in notis lin. 7. in loco Horatii corrige *compitum* & *adde:* quem Horatii locum Scholiaſtae Juvenalis ad Sat. VI. 80. bene reſtituit Rutgerſ. Lib. V. Var. Lect. cap. 10. p. 487.

Pag. 316. ad. v. 34. in notis: vel *luenda*, quod vulgatae lectioni propius inſiſtit] *adde:* Prudent. Hymn. V. 52.

Aut mors luenda eſt ſanguine.

ubi in margine vetuſtiſſimi codicis Egmondani gloſſam inveni, *perſolvenda vel lavanda* forte pro *levanda.* neque enim adſentior Barthio Lib. XXV. Adverſ. cap. 7. & ad Stat. II. Theb. 246. illic corrigenti,

Aut mora luenda ſanguine.

Pag. 318. ad Ep. CXXXIII. poſt notam SCRIVERII. Carmen hoc habet Pithoeus Lib. III. p. 108.] *adde:* Reineſ. Cl. XX. Inſcript. n. 182. pag. 940. & ex eo Almelov. in Epigr. vet. pag. 32.

Pag. 319. ſub finem notae ad v. 15. Noriſ. ad Cenotaph. Piſ.] ante Noriſ. *adde* vide Claver. ad Claudian. praef. Lib. II. in Eutrop. 2.

Pag. 320. in nota ad Ep. CXXXV. ſed apud illum primo verſu legitur, *Maeonia & Latia lingua clariſſimus*] *adde:* ut habetur etiam in Antonii Gatti Hiſtoria Urbis & Gymnaſ. Ticin. cap. IV.

pag.

Digitized by Google

pag. 9. in Tom. IV. P. 2. Theſ. Ital. & v. 3. *Ecquid.*

Ibid. Ep. CXXXVI. *Gerberti Epiſcopi Ravenn. poſt Pontif.* &c.] *Epiſcopi Remenſis poſt Ravenn. demum Pontif.* &c. correxerat Pithoeus in exemplari Reg. Biblioth. Pariſ. & v. 11. *ſui* pro *tui.*

Pag. 321. ad Ep. CXXXVIII. in not. lin. 21. apud Ferret. Lib. III. Muſ. Lap. pag. 216.] *adde:* & Hier. Raguſam in Elogiis Siculorum pag. 27. Vol. XIV. Theſaur. Sicil. cujus lectiones conveniunt cum Ferretio, niſi quod v. 7. *Majoriſque animae.* & ut Epitaphium uxoris Boëthii Philoſophi adfert.

Pag. 322. in nota ad v. 11. poſt illa *uterque cinis* apud Gruter. Parutam, & Boniſac.] *adde:* ut in Epitaphio Sulpiciae Lib. IV.

Exſequias geminas nunc cinis unus habet.

vide Filefac. Lib. II. Select. cap. 9. ubi ita adfert, ut apud Gruterum legitur.

Ibid. ad Ep. CXXXIX. (ſic corr. non CXXXVIII.] poſt, Baronius in Annalib.] *adde:* Gruterus pag. 450. 4. & ex eo Bonada Vol. I. Cl. 3. p. 257.

Eadem nota, poſt, Fleetwood in Inſcript. p. 155.] *adde:* quod eſt prolixum Epitaphium ab uxore Proba Faltonia ipſi poſitum: *Eximii reſolutus in aetheris* &c. quod legitur etiam apud Martin. Lipenium in Hiſtor. Strenar. pag. 453. in Tom. XII. Theſ. Antiq. Rom. Graevii.

Pag. 323. col. 2. in fine notae ejusd. poſt Lambec. in Bibl. Caeſ. &c. aliique] *adde:* & accuratum Aniciorum ſtemma habet Reineſ. Epiſt. ad Rupert. LXIX. p. 634.

Pag. 324. ad Ep. CXLI. *Valerio Proculo.* poſt Fleetwood. p. 157.] *adde.* & Bonada Vol. I. Cl. III. p. 256.

Ibid. in nota ad v. 3. lin. 23. poſt inſcriptiones ex Grutero prolatas] *adde:* apud Boiſſard. Tom. III. Antiq. Rom. pag. 57. CAECINNAE. DECIUS. ALBINUS. V. PRAEFECTUS. URBI. VICE. SACRA. JUDICANS. DEVOTUS. NUMINI. MAJESTATIQUE. EJUS. vide & Sertorii Urſati Marm. Erud. pag. 24. de ridiculo errore Baronii, qui *vice ſacra judicantes* dicit, vice Pontificis Romani, legi merentur Epiſtolae Gallicae ad Joſeph. Scaligerum pag. 101.

Pag. 325. Ep. CXLII. (non CXLIII.) in fine notulae *adde:* legitur etiam inter inſcriptiones Puteolanas apud Scip. Mazzellam de Puteolis & Cumis pag. 13 in Tom. IX. P. IV. Theſ. Ital. & Capacium in Campan. Fel cap. XXIV. pag. 222. ejusd. Tom. P. III. ſubſcribitur apud utrumque COLLEGIUM PISTORUM. non SUARIORUM. & vitioſiſſime apud Mazzellam,

Aut dico ut ſit bonus quem miisi ineſſe negas:

Ibid. in nota ad Ep. CXLIII. lin. 12. neſcio an non melius ſit, *agens per Hiſp. vicariatum, Praef. Praet.*] *adde:* hinc *Agentes in rebus* paſſim in aetatis illius monumentis occurrunt. vide notas Tyronis pag. 48. ed. primae Gruteri. Turneb. XIII. Adverſ. 10. Valeſ. ad Ammian. Marc. Lib. XV. cap. 3. pag. 77. & Rittershuſ. ad Coripp. Lib. III. 170.

Ibid. in nota ad v. 5. poſt *Pictura* Sciopp. & alii &c. recte omnino] *adde.* & ſic Mercerus apud Lectium in notis ad Symmachum. licet alterum praeferat Claver. in Miſcell. ad Claudian. cap. VII.

Pag. 327. ad v. 12. poſt Senecae Tragico, Marciano Capellae, & Auſonio uſitatum.] *adde:* vide Briſſaeum ad Terentian. Maur. pag. 2. in praefat. v. 7. *Dum victor cluet omnium.*

Pag. 328. col. 2. lin. 5. poſt. Gothofred. in Proſop. Cod. Th. in *Rufinus* p. 81.] *adde:* & Perizon. Diſſert. de Dictye Cretenſi §. XXXIV.

Pag. 331. ad Ep. CL. poſt, Ferret. Muſ. Lap. pag. 79.] *adde:* & Bonada Vol. I. pag. 87.

Ibid. ad Ep. CLI. in fine notae *adde:* ex Maffejo etiam habet Bonada Vol. I. pag. 82.

Ibid. ad Ep. CLII, poſt Pithoeum, & Rupert. ad Beſold. p. 571.] *adde:* & jam olim edidit Ambroſius Moralis in Chron. Hiſp. Lib. XV. cap. 20. qui Epitaphium hoc Mediolani eſſe in templo S. Ambroſii teſtatur, & praefigit D. P. M. tum v. 6. habet *pueri brevitas.* & v. 9. *Huic ubi.*

Ibid. eod. Epigr. v. 5. *Quam ſic pacifico, ſic forti pectore rexit*] forte imitatur Claudianum Lib. II. de Laud. Stilic. 66.

Quem tu ſic placida formas, ſic mente ſevera.

Pag. 333. poſt Epitaphium Henrici III. Imp. inſeri poteſt non omnino ineptum Frederici II. Imperatoris & Siciliae Regis Epitaphium, quod habet Hier. Raguſa in Elog. Siculor. CIV. pag. 32. Vol. XIV. Theſ. Sicil.

Qui mare, qui terras, populos, & regna ſubegit,
Caeſareum fregit ſubito mors improba nomen,
Hic jacet, ut cernis, Fredericus in orbe Secundus.
Quem lapis hic, totus cui mundus paruit, arcet.

ita enim diſtinguendum. non

Quem lapis hic totus, cui mundus &c.

Pag. 333. ad Ep. CLIV. in nota lin. 6. & in Codice Bucheliano] *adde:* ediderunt etiam Ambroſius Moralis Lib. XI. Chron. Hiſp. cap. 14. pag. 20. Farellius in Annal. Hiſpanicis Cataloniae Lib. VII. cap. 3. pag. 162. Bouche Hiſtoir. de Provence Lib II. Sect. III. p. 575. & P. Gariel Hiſtoire de la ville de Montpellier pag. 54. quorum uſum luculentae Ampliſſimi G. Meermanni Bibliothecae debemus.

Pag. 336. in nota ad v. 10. lin. 34. poſt Columna ad Ennium p. 88.] *adde:* & Barth. ad Claudian. Bell. Gild. 242.

Pag. 338. lin. 23. *ergo juris legumque*] *corrig.* ergo *juris legumque.*

Pag. 340. ad Ep. CLVI. lin. 12. poſt, Crinitum Lib. II. de Poët. Lat. cap. 36.] *adde:* Scip. Mazzellam de Situ & Antiq. Puteolor. cap. VIII. in Tom. IX. P. IV. Theſ. Ital. & Capacium in Campan. Fel. cap. XXIV. pag. 233. ejusdem Tomi P. III.

Pag. 341. in textu: Nunc reparat ſcultu ub meliore Vetns] *emendandum*, cultu ſub meliore.

Pag. 342. Ep. CLVIII. & ſeqq. ad Ep. CLXIX. in notis, ex G. Fabricio mentionem feci editionis Moguntinae Ciceronis Librorum de Officiis, in qua haec Epitaphia in Ciceronem inveniuntur. Poſtea in manus meas venit haec ipſa rariſſima ac pretioſiſſima editio, quae Ciceronis Officia & Paradoxa conplectitur, & ſub ipſam typographicæ artis infantiam in membranis excuſa eſt per Johannem Fuſt Moguntiae 1465. ubi leguntur haec epitaphia in fine, praefixo hoc titulo: *Verſus XII. Sapientum. ſcilicet Baxilii, Aſmenii, Limani, Euforbii, Juliani, Hilaſii, Palladii, Aſclemadis, Euſtenii, Pompeliani, Maximini, & Vitalis, poſiti in Epitaphio Marci Tullii Ciceronis.* itaque ad eam Epitaphia haec exegi, & lectionis differentiam inde enotavi. Epigr. I. EUPHORBI nomen praferens adſcribitur BAXILIO id eſt BASILIO. v. 1. *manibus tumulatus amici.* v. 4. *Anthoni.* Ep. CLIX. ASMANIUS pro JULIANO. ibid. v. 3. *malis gravis hoſtis, tutorque bonorum.* v. 4. *Quo pene digna Conſule R. fuit.* & v. 5. *dejectis hoſtibus.* Ep. CLX. LIOMANUS pro HILASIO. v. 5. *Occidit indigne.* & v. 4. *at tumulo ſubditus exiguo.* Ep. CLXI. EUFORBIUS pro PALLADIO. v. 4. *Clarus erat facie.* v. 5. *At nequit Fortuna.* & v. 6. *Vivis, & aeternum.* Ep. CLXII. JULIANUS pro ASCLEPIADIO. v. 1. *Marcus erat Cicero.* v. 2. *Cujus eloquias occulit.* v. 3. *Dextra.* v. 5. *tulii legis.* Ep. CLXIII. HILASIUS pro EUSTENIO. v. 6. *At Lanna ille pio ſuppoſuit tumulo.* Ep. CLXIV. PALLADIUS pro POMPEJANO. v. 4. *Tulius eſt & in hoc ipſe ſ. h.* & v. 5. *Sed brevitas vitae.* Ep. CLXV. ASCLEMAS pro MAXIMIANO. v. 4. *Quod vindex,* omiſſa *patriae* voce. v. 5. *Sed nichil infanda.* Ep. CLXVI. EUSTENIUS pro VITALI. v. 6. *Hoc Lanne debet, quo jaces in tumulo.* Ep. CLXVII. POMPELIANUS pro VOMANO. Ep. CLXVIII. MAXIMINUS pro ASMENO. v. 1. *Eloquio princeps, magnus m. a.* v. 2. *peremtus obis.* v. 3. *Terras omnipotens implevit.* Ep. CLXIX. VITALIS pro BASILIO. v. 1. *Inclytus hic Cicero Lanne pietate ſ.* v. 2. *tradidit immerite.* v. 4. *profugiumque bonis.*

Pag. 342. ad Ep. CLVII. v. 1. *amici* Petav. & Thuan.] *infere*, Petav. Voſſian. & Thuan.

Pag. 343. in fine notae ad v. 5. & haec quoque in prima Ciceronis Officiorum editione Moguntina leguntur] *adde:* ſed praefixis duobus verſibus, hunc in modum:

Tullius Heſperios cupiens componere mores,
Edidit hos libros appellans Officiorum.
Quo ſolo ferus extinctus furor eſt Catilinae.
Conſilio Superum cuſtos directus ad urbem.
Lux orbis, patriaeque ſalus, mens tota Senatus.
Hic plus Sole micat, cruciatus propter honeſtum.

Ead. pag. ad Ep. CLIX. v. 4. *periit.* ſed *peris* contractum eſt.] *adde:* ſic *petis*, *abis*, *ſubis* & ſim. pro *petiis*, *abiis*, *ſubiis.* vid. Heinſ. ad Ovid. I. Faſt. 109. *abis* pro *abiis* etiam apud Auſon. inter Epitaph. Heroum XXXI. ubi vide Tollii notas.

Pag. 348. in nota ad Ep. CLXIX. 3. poſt, ubi perperam Tollius, *Lumine praeclarum* &c.] *adde:* ſic *ingenium* proprie de poëtis. vide Patrui notas ad Phaedr. pag. 103. & 109.

Ibid. in fine ejusd. notae: licet verbis iſtis controverſiam non movendam opiner] *adde:* quae illuſtrantur ex iis, quae notat Durantius Caſellius Lib. I. Variar. pag. 47. & 48.

Pag. 349. ad Ep. CLXXI. 4. notae poſt Livii locum *adde:* non diſſimile illud Prudentii Hymn. I. Cathem. 60. de Petro:

Ex ore prolapſum nefas,
Cum mens maneret innocens,
Animusque ſervaret fidem.

Ibid. Ep. CLXXII. *Cum foderet ferro* &c.] *Romae in Lucretiam Virginem* titulus eſt in Cod. MS. Inſcript. Cyriaci Anconit. & Mich. Rhegienſ.

Pag. 350. lin. 17. *Cum foderet gladio caſtum* apud Bonifac.] & in cod. MS. Cyriaci Ancon. & Mich. Rheg.

Ibid. lin. 23. etiam ſcribere *potuiſſet*] *leg.* ſcribere potuiſſet.

Ibid. lin. 28. ad v. 2. *egrediatur* cod. Medic.] *adde: egredietur* cod. MS. Cyriac. & Mich. Rheg.

Ibid. col. 2. lin. 27. *ſinus egerit algas* in Epigr. apud Pith. Lib. I.] *adde:* Prudent. Periſteph. Hym. V. 204.

Spumasque frendens egerit.

ubi in marg. codicis Egmondani pro varia lectione *digeris.* male.

Ibid. ad. v. 3. *Teſtes procedant* Cod. Med. Moron.] *adde.* & Cyriaci ac Mich. Rheg.

Pag. 351. lin. 37. poſt locum Juſtini *adde:* & Lib. XXIV. cap. 4. *qui comprehenſus, & ad Senatum productus, incolumis dimiſſus eſt.*

Ibid. poſt verſus ex v. c. Moroni prolatos, *Alter apud manes*, &c.] *adde:* & ſic in cod. MS. Cyriaci & Mich. Rheg. ſed qui praecedentibus connectunt. vitioſiſſime autem ultimo verſu habent,

Alit apud manes, alit apud Superos.

Pag. 353. col. 2. lin. 5. poſt, Valeſ. ad Ammian. Marc. XVII. 4. pag. 173.] *adde:* & Cauſaub. ad Strabon. Lib. XVI. pag. 265. a.

Pag. 356. ad v. 4. lin. 3. adſer] adſert.

Pag. 358. ad v. 1. lin. 39. poſt, Senecae in Thyeſt. 295.]

Digitized by Google

395.] vide Bernecc. ad Juſtin. Lib. xxix. 2.

Pag. 359. lin. 15. ad finem notae] *adde:* imitatus etiam eſt Licentius Carmine ad Auguſtinum v. 32.

—— tibi noſter Apello
Corda replet, patremque ſuum, patremque Deorum
Conciliat,

licet de Chriſto loquatur. ut notat Buchner. in Orat. Tom. II. pag. 90.

Ibid. ad v. 14. col. 2. lin. 23. nam male expoſuit Cataneus.] *adde:* ita apud Sueton. in vita Horatii, de Maecenate: *ſed multo magis extremis judiciis, tali ad Auguſtum elogio.* ut legunt nonnulli. & Claudian. vi. Conſ. Hon. 419.

—— & in nomen Romanis rebus adoptans
Judicio pulchrum ſeniem, non ſanguine, dixit.

Pag. 361. v. 32. in textu: *Flammaque veneſcat*] *Famaque* Cl. Schraderus. recte.

Pag. 363. v. 9. *de paupere vena*] *venam* hic poni pro ſanguine parentum, ſtirpe, atque origine, notat Vallinus ad Boëth. Conſ. Philoſ. init.

Pag. 365. ad v. 18. in fine notae, poſt, interpretes Horatii Lib. iii. od. 27. 39.] *adde:* eo refert etiam Delrius illud Claudiani praef. in vi. Conſ. Hon. 22.

—— nec me mea luſit imago,
Irrita nec falſum ſomnia miſit ebur.

Ibid. col. 2. ad v. 31. ad finem notae poſt Spanhem. ad Callimach.] *adde:* ſic de Latino laurum Phoebo ſacrante Virg. Lib. vii. 64. & ſeqq.

Hujus apes ſummum denſae (mirabile dictu!)
Stridore ingenti liquidum trans aethera vectae
Obſedere apicem, & pedibus per mutua nexis
Examen ſubitum ramo frondente pependit.

Claudianus iv. Conſ. Honor. 381.

—— ſic mellibus olim
Stridula ducturum pratis examina regem
Naſcentem venerantur apes, & publica mellis
Jura petunt, traduntque favos.

Pag. 366. l. 4. poſt Muncker. ad Hygin. fab. xxv.] *adde:* Heinſ. ad Claudian. ii. Conſ. Stilic. 258.

Pag. 372. ad v. 9. in fin. notae: vide illic Graevium] *adde: diſpergere plauſum Emturas in vulgus opes* dicit Claudian. ii. in Eutr. 86.

Pag. 373. ad v. 6. ſupra Epigr. xli. hujus Libri, *& excelſas duras Carthaginis arces*] *adde:* & Epigr. xl.

Poſſe olim invictas per nos Carthaginis arces.

ubi locum Manilii in notis vide. & ſic paſſim de Roma, vid. Heinſ. ad Claudian. ii. Conſ. Stilic. 124.

Ibid. paullo poſt, ubi *Carthaginis urbes* in aliis codd.] *adde:* & ſic variantur haec apud Virg. viii. Aen. 357. & 375. ubi vide notas.

Ibid. ad v. 7. poſt Zinzerling. Promulſ. Crit. cap. 32.] *adde:* & Joh. Calvini notas ad Senec. i. de Clem. cap. 7.

Pag. 388. in fine notae ad v. 40. *adde.*] Graevius tamen in notis ad Auctor. Rhetor. ad Herenn. Lib. iv. cap. 40. *proprium*, pro ſuo, damnat, & pro eo quod illic vulgo legitur, *de meis propriis meritis*, conjicit emendandum, *de meis promeritis*. vid. & Vinding. ad Dictyn Cretenſ. Lib. i. cap. 5.

Pag. 390. ad v. 20. poſt Ovidii locum, ubi in aliis MSS. *venerentur.*] *adde:* Horat. Lib. i. Epiſt. i. 78. *viduas venentur avaras.*

Pag. 391. lin. 4. fine notae, poſt, *Dumque capit, capitur.*] *adde:* quae locutio forte etiam reſtitui poſſet Claudiano ii. de Laud. Stil. 139. ubi praeceſſerat v. 131.

—— nec te jucunda fefellit
Luxuries, praedulce malum &c.

ſequitur mox,

Illa voluptatum multos innectit hamis;
Te numquam conata capit.

ubi *conata* merito diſplicet Patruo meo, qui tentaverat,

Te, quamquam conata, caret.

ſed poſtea delevit. Forte igitur legendum:

Te, numquam captata, capit.

ut *nec* ex praecedentibus repetatur; & innuat Stilichonem a Luxurie, cui numquam ſe dederat, non irretitum fuiſſe. pari adluſione Rutilius Lib. ii. 50. de Roma:

Et captiva prius, quam caperetur, erat.

& de Invidia Ovidius Lib. ii. Met. 781.

—— carpitque, & carpitur una.

apud Senecam Herc. Oet. 362.

Hoc uſitatum eſt Herculi, a capta capi.

ut legit Heinſ. Lib. iii. Adverſ. cap. 6. ubi ſimilia Senecae loca adfert.

Pag. ead. v. 32. in textu, *adiit praecepta Sibyllae*] *obiit* Cl. Schraderus. recte. ſequitur enim *aditur*.

Pag. 395. ad v. 39. in fine notae, ad Virg. viii. Aen. 724.] *adde:* ſic *Mulcifer* in cod. Oxon. apud Claudian. iii. R. P. 397.

Pag. 399. ad v. 25. fine notae, poſt, *Qui mortem & tenebras effugis ingenio*] *adde:* ſimili modo apud Prudent. Periſteph. Hymn. i. 27. legendum ex vetuſtiſſimo codice Egmondano, *mortem & hoſtem vincere.* id eſt, de hoſte & morte ſimul triumphare. in vulgatis, *morte & hoſtem vincere.*

Pag. 403. ad Ep. cxcix. & Capacium in Hiſt. Puteolan.] *inſere:* in Campan. Felic. cap. ii. & Hiſt. Puteol.

Ibid. paullo poſt, *Qui cineres? tumuli haec veſtigia.*] *adde:* quomodo etiam legit Bonada in Carm. ex vetuſt. Lap. Claſ. V. pag. 417. tum ſup-

Digitized by Google

ſupplet, *cujus tumuli?* & poſt *veſtigia* recte interrogationis notam ponit.

Pag. 404. notae ad Ep. ccvii. lin. 13. poſt, Wouwer. Polymath. cap. xii. pag. 97.] *inſere*: Carrio Lib. ii. Emend. cap. 14.

Ibid. In nota ad v. 2. lin. 19. eique tumulum conſtruxiſſe Jēnſes vel Jētas, tradunt veteres.] *adde*: hinc in nummis antiquis ΟΜΗΡΟΣ. & in averſa parte: ΙΗΤΩΝ. quales in Gallia vidit Cel. Dorvillius. pro quo male apud Haym. in Theſaur. Britann. Vol. II. pag. 58. ΚΡΗΤΩΝ.

Ejusdem notae fine, poſt Cuper. in Apoth. Homer. pag. 12.] *adde*: etiam N. Heinſius in ſcheduta, cui nonnullas animadverſiones ad illum Cuperi librum inſcripſerat, hoc in verſu minima mutatione legebat, *Quod ac iete*, id eſt, *Quod hac Iētae*. hac capella.

Pag. 405. ad Ep. ccix. in fine notae *adde*: vide & Bonadam Vol. I. Cl. V. pag. 414.

Ibid. ad Ep. ccx. poſt, extare Pergami in Aſia] *ſubjunge*: & ſic in Cod. MS. Inſcript. Cyriaci Ancon. & Mich. Rhegienſ. titulus eſt, *apud Pergamum inſignem Aſiae urbem, in Sapphonem Lesbiam vatem, literis Graecis, quae ſonant Latine*. unde patet e Graeco verſum eſſe.

Pag. 406. lin. 35. poſt verba Gellii: *Varro in libro, quem inſcripſit, Pius aut de Pace.* non *ſcripſit*.] *adde*: & ita apud Pompon. de Orig. Jur. §. 39. recte in ed. Pacii legitur, *& exſtant volumina inſcripta, Manilii monumenta.* non *ſcripta*. ut §. 38. *Exſtat illius liber, qui inſcribitur Tripertita.* & §. 46. *Exſtat ejus oratio ſane* (ita recte Budaeus, non *ſatis*) *pulcherrima, quae inſcribitur, pro Ligario.*

Pag. 408. ad Ep. ccxvii. lin. 6. poſt Boniſac. de comp. Epit. p. 168.] *adde*: Onophr. Panvin. Deſcript. Urb. Rom. pag. 255. in Tom. III. Theſ. Antiq. Rom. Graevii.

Ibid. col. 2. lin. 7. poſt, in leg. xii. Tabb. apud Cic. ii. de Leg. 24.] *adde*: & in Inſcriptione apud Fabrett. pag. 755.

L. CANULEIUS FUNUS FECIT
SIBI.

Pag. 409. ad Ep. ccxix. in fine notae poſt Ferret. Muſ. Lap. pag. 269.] *adde*: Ex hoc vero Naevii Epitaphio adumbrata eſt Inſcriptio, quae habetur apud Honorat. Bouché Chorograph. de Provence Tom. I. Lib. iv. cap. 2. §. 1. p. 199.

INMORTALES. CAMOENAS.
MORTALIBUS. INMORTALE.
AEVUM. LARGIRI. NON. POSSE.
TYRRHENI. HETRUSCI.
INMATURA. MORS. DOCEAT.
AMICI. POSUERE.

quam tamen inter ſpurias & ſuppoſitias Inſcriptiones lubens retulerim.

Pag. 414. col. 2. lin. 33. *Cilniorum ſmaragde* male etiam Urſinus.] *dele* etiam. & *adde*: merito improbante A. Schotto Lib. ii. Obſerv. cap. 60. in fine.

Pag. 415. col. 2. not. ad Ep. ccxxv. 3. lin. 24. poſt, de quo eumdem vide Lib. iii. de Analog. 24. pag. 104.] *adde*: apud Priſcian. Lib. ix. pag. 866. *Nimius Caſſius* vocatur. ubi in MSS. *Nunnius* vel *Ninnius Craſſus*, teſte Scioppio in Suſpect. Lect. pag. 317. ſed *Cnaeum Mattium* vocandum cenſet Cuper. Lib. iii. Obſerv. cap. 6.

Pag. 416. fine notae ad Ep. ccxxvi. Broukh. ad Sannaz. ii. 2. 31. aliosque legitur] *adde*: ut apud Raguſam in Elogiis Siculor. xxi. pag. 9. Vol. XIV. Theſ. Sicil. Francisc. Baron. a Manfredis Lib. iii. de Panorm. Majeſt. cap. 3. pag. 278. Tom. XIII. ejusdem Operis. Ceterum totum hoc Domitii Marſi Epigramma imitatus eſt Joh. Poſthius in Parerg. Poët. P. II. pag. 74. in Epitaphio Mich. Beutheri:

Te quoque Lotichio comitem, Beuthere, Secundo
Uranie ſedes miſit ad aetherias.
Ne foret in terris, dulci qui carmine mentes
Paſceret, aut doctas ſcriberet hiſtorias.

Pag. 417. ad Ep. ccxxviii. lin. 6. ubi ſcribitur EPITAPHIUM &c.] *leg*. inſcribitur.

Ibid. fine notae ad v. 5. poſt Prudentii locum *adde*: *Romanos victores acceperunt tumuli* apud Liv. Lib. xxxviii. 21. fin.

Pag. 418. Ep. ccxxx. *fama ſacrata perenni*] *famae* Douſa Lib. iii. Praecid. cap. 6. circa finem.

Ibid. Ep. ccxxxiii. *mox euſus Achillem*] *orſus Achillem* Cl. Schraderus.

Pag. 419. poſt Epigr. ccxxxvi. addi poteſt,

LAETI AVIANI. *in opus Martiani Capellae de Nuptiis Mercurii.*

Qui dubias artes per myſtica dicta ſubibis,
Mercurii doctos volvere diſce toros.
Ille brevi ductu ſcandet ſublime cathedram,
Qui lichnos diſcet, docte Capella, tuos.
Canitiem auctoris auget gravitasque magiſtri,
Qui diſcet libris, hinc cito proficiet.

quod ex veteri codice produxit Barth. Lib. xviii. Adverſ. cap. ult. in fine. qui verſu ultimo, ſed contra metrum, ut ipſe fatetur, corrigit, *Qui diſcet libens.* forte diſtinguendum, *Qui diſcet, libris bis cito proficiet.* Eſt autem hoc Epigramma e numero illorum, qualia ſaepe in Codicibus vetuſtis primisque editionibus in fine ad commendationem auctorum a ſe deſcriptorum vel editorum ſubjunxerunt Grammatici ac librarii.

Pag. 420. ad Ep. ccxxxviii. col. 2. lin. 13. a bibacitate Bibaculum dictum videbis apud Iſ. Voſſ. ad Catull. p. 32.] *adde*; quod firmat Plinius in Praefat. *ut qui Bibaculus erat & vocabatur.* ubi nonnulla de hoc Furio Bibaculo vide in notis Harduini. & Bentlej. ad Horat. Lib. i. Sat. 10. 37. ubi Acroni nomen *Bibaculi* optime reſtituit.

Pag.

Pag. 422. ad Ep. CCXLI. poſt, Salmaſius diſtinguebat,

Cui caput ad laevam, didicit gloſſemata, nobis
Praecipit: &c.] *adde:*

melius tamen hic ſorte legatur,

Qui caput ad laevam rejicit; gloſſemata nobis
Praecipit. &c.

pro, *ad laevam dejicit.* id eſt continuo caput in laevum humerum flectit ac torquet. eadem varietas apud Sueton Caeſ. cap. 9. ubi *togam de humero rejiceret*, in tergum nempe, recte praeſerunt viri docti, non *dejiceret.* in terram.

Pag. 427. ad v. 4. lin. 37. vide Barth. Lib. XXV. Adverſ. cap. 1.] *adde*, & Broukh. ad Tibull. III. 4. 12.

Pag. 428. v. 6. *Tuque o mearum cura, Sexte, curarum*] *chartarum* Cl. Schraderus. cui conjecturae favent quae notavi ſupra ad Ep CXXII. 13.

Pag 430. v. 3. *& mihi Ut ille verſus*] *hei mihi Ut ille verſus* Heinſ.

Pag. 431. v. 5. *ducit, ut decet, Superbus ecce Noctuinus hirneam*] eo ſenſu Heinſius capiebat illud Juvenalis Sat. VI. 238. *praeputia ducit.*

Pag. 432. v. 7. *Et proſtitutae turpe contubernium*] *En proſtitutae* Heinſ.

Ibid. in notis ad v. 11. poſt Ciceronis locum, ubi vide Abramium.] *adde:* & plura apud Heinſ. Lib. III. Adverſ. cap. XI. p. 480.

Pag. 434. in fine notae ad v. 23. *Flaviumque propter Thybrim.* poſt, voluptates prope Tiberim exerceri ſolebant, exponunt] *adde:* quo referri poſſunt LUDI TIBERIS, vel TIBERINI, memorati in Kalendario vetuſto apud Gruter. pag. 133. in loco Ovidii indicato corrige, Lib. VI. Faſt. 235. & 776. ad v. 27. in verbis Feſti a Scaligero prolatis pro *in quo epulae in funere comburuntur*, cum Scriverio legendum eſt, *in quo inopum funera comburuntur.* quod firmat Aggeni Urbici locus.

Pag. 436. in not. lin. 11. poſt Ovidii locum, *Poſtmodo plura leges* &c.] *adde:* ſic in Epigrammate Senecae apud Scalig. Lib. I. Catalect. pag. 199.

Quisquis es (& nomen dicam? dolor omnia cogit)
Qui noſtrum cinerem nunc, inimice, premis.

ubi legendum *en nomen dicam* notavi infra ad Lib. III. Ep. 153.

Pag. 437. col. 2 lin 1. obvia eſt, *unam animam duobus corporibus ineſſe*] *adde:* quam illuſtrat Salmaſ. ad Epict. & Simplic. pag. 277.

Pag. 438. in nota ad v. 5. lin. 10. propter penultimam in *mulierem* productam] *adde:* in quem errorem multi ſequioris & recentioris aevi Poëtae inpegerunt. quorum innumera exempla collegit Daumius ad Columbani Carm. IV. pag. 244. & 245.

Pag. 439. col. 2. lin. 3. not. vid. Heinſ. ad Ovid. I. Triſt. 7. 15.] *adde* Giſan. Ind. Lucret. pag. 311. & Rittersh. ad Gunther. pag. 199.

Ibid. lin. 8. poſt Scalig. ad Propert. p. 212.] *adde*, ſic in Epigrammate Apuleji infra Lib. III. Ep. 230.

Par in amore meo biga tibi remanens.

ut emendat Scaliger. pro vulgato *vita tibi remanet.*

Ibid. ad Ep. CCXLIX. *fine notae*, correctum eſt in marg.] *adde:* Senecae eſſe monuit Scaliger in notis.

Ibid. ad v. 6. in textu, *Pectus, deliciae*] *Luſus, deliciae.* Francius. recte. pro vulgata faciunt quae habet Barthius Lib. XLIX. Adverſ. 17.

Pag. 440. in fine notae ad Ep. CCL. poſt. Grotius ad Germanici Imag. p. 39.] *adde:* melius etiam viri docti apud Catullum legunt, *luctantes vincla papillas.* quod probat Bergler. ad Ariſtoph. Theſmoph. 645.

Pag. 440. inter Ep. CCLVI. & CCLVII. inſeri poteſt M. Valerii Probi Grammatici carmen ad Coeleſtinum, ante Libros ſuos Inſtitut. Grammat. quod Scriverius adſcripſerat editioni Pariſinae Catalector. Pithoei ad finem Lib. I. quodque in Grammaticis vetuſtis pag. 1386. ed. Putſchii legitur:

VALERIUS PROBUS AD COELESTINUM.

Accipe noſtra tuis audacius edita juſſis,
Coeleſtine potens, & mentibus inſere dicta.
Quo cumulante, mihi ſemper fortuna favore
Haud invita dedit ſeſe comitante benigno,
Quem Superi voluere virum mihi condere famam.
Auſus enim incipio, (quoniam tua juſſa fatigant)
Tempora, vel numeros verborum & commata, verbis,
Ut poſſum, monſtrare meis: licet alta ſubire
Mens humilis vetet, & res metrica fortius arcet.
Aptius eſſe tamen conantes juſſa fatemur
Arcta ſubire nimis, quam voce animoque ſilere.

ubi v. 4. ſcribendum opinor *comitata*, pro *comitante*, quod ex verſu praecedente *Quo cumulante* provenit, ſenſumque & rhythmum turbat. ſed *fortuna comitata favore benigno haud invita ſeſe mihi dedit*, jungenda ſunt. ſequentia mendo laborant,

——— *licet alta ſubire*
Mens humilis vetet, & res metrica fortius arcet.

quis enim ferat in Grammatico, *licet vetet & arcet* pro *arceat.* Non dubito ſcripſiſſe Valerium Probum *arctet.* & indicare voluiſſe, ſe humili ac ſoluto ſermone ſcripſiſſe Inſtitutiones Grammaticas, non autem carmine, ut Terentianus Maurus. quia verſibus includi ſe non tam facile patitur ars Grammatica, ornari negans, contenta doceri. dein ultimo verſu ſcribendum, *Alta ſubire nimis*, ut reſpondeant haec ſuperioribus, *licet alta ſubire Mens humilis vetet.*

Eadem pag. col. 2. lin. 11. apud Pithoeum Lib. IV. vet. pag. 158.] *inſere:* G. Fabric. Monum.

Antiq. pag. 165. ubi & ſequens ſub HADRIANI nomine exſtat.

Ibid. In fine ejuſdem notae, quod Vineto hic etiam placebat.] *adde:* & poëtis Siculis adnumerari Citerium a Joh. Vigintimillio in Tabula Poëtarum Siculorum, ſed a viris doctis corrupti nominis, & aetatis non adeo antiquae exiſtimari, notat Hier. Raguſa in Elog. Siculor. LXIX. pag. 21. In Tom. XIV. Theſ. Sicil.

Pag. 446. notae ad Ep. CCLIX. v. 14. *adde:* in hoc autem Epigrammate *Rufinus* prima brevi aliquoties ponitur, quam ſemper producit Claudianus.

Pag. 447. In nota ad Ep. CCLXI. Voſſii codex praefigit titulum MEMORIA LITERAS PERMANERE.] *adde:* ſub Petronii Piſaurenſis nomine adfert Tollius ad Auſon. pag. 775. unde & inter Petronii Antigenidis Piſaurenſis Carmina edidit Oliverius ad Marm. Piſaur. pag. 165. ubi in titulo additur; *de Literarum Aeternitate ad Appiam*, quomodo inter Catalecta Petronio adjuncta relatum eſt, ut in editione Patiſſoniana, Frelloniana, aliiſque. Credidit nempe &c.

Pag. 449. col. 2. ad v. 5. lin. 16. Heinſ. ad Ovid. VIII. Met. 13.] *adde.* & ad Prudent. pag. 10.

Pag. 450. fine notae ad Ep. CCLXIV. in veterum Epigrammatum farragine a ſe emaculatos eſſe.] *adde:* per quam collectionem puto intelligi Epigrammata nonnulla vetera a Rivino poſt Palladium Lipſiae an. 1654. edita.

Pag 451 in fine notae ad v. 6.] *adde:* vide & Cort. ad Plin. Lib. V. Epiſt. 6. pag. 353.

LIB. III.

Pag. 456. in notis lin. 8. ubi forte legendum *numinibusque*.] adde locum Velleji Paterc. Lib. II. cap. XI. in fine: *ut appareat quemadmodum urbium imperiorumque, ita gentium nunc florere fortunam, nunc ſeneſcere, nunc interire.* ubi vide Boecler. Vinetum ad Auſon. p. 30. & Tollium p. 775.

Pag. 459. in nota ad v. 27. lin. 2. male *reſtaurant*] leg. *reſtaurari.*

Pag. 460. poſt Ep. VI. poſſet addi:

De villae Ruffinae fonte.

Rupe ſub hac vaga lympha fui ſine nomine, ſed nunc
Ruffina e domini nomine lympha vocor.
Ille etenim ſparſos latices collegit, & undas
Auxit, & exſtructo fornice clauſit aquas.

apud Barnab. Matthaeum Memor Hiſtor. Antiq. Tuſcul. pag. 19. in Tom. VIII. P. IV. Theſ. Ital. quod licet elegans epigramma ſit, antiquum tamen eſſe dubito.

Pag. 464. ad v. 10. fine notae poſt locum Ovidii, *ſuprema fuiſſet Nox mihi*] *adde:* Propert. III. 5. 20. *Ultima quae Poeto noxque dieſque fuit.*

Pag. 265. not. lin. 5. *quam Ituam*] *ſcrib.* quam *Itvam* &c.

Ibid. vide ad Lib. I. Ep. 107.] *leg.* Ep. 157.

Pag. 467. Ep. XVI. v. 7. includunt *ſepta*] vid. Heinſ. ad Claudian. VI. Conſ. Hon. 622.

Pag. 496. col. 2. l. 3. Barth. Lib. X. Adv. cap. 12.] *adde:* & ad Gul. Briton. Lib. XII. 6.

Pag. 470. col. 2. lin. 7. poſt Boſium ad Nep. Hamilc. cap. 1. §. 4.] *adde:* & ſic optime expoſuit Graevius in Praefat. ad Tom. IX. Theſ. Antiq. Rom. circa finem.

Pag. 473. ad Ep. XXIV. *de Ponte viae Salariae* in notis lin. 8. poſt, Ferret. in Muſ. Lap. Lib. I. 66.] *adde:* Boiſſard. Tom. IV. Antiq. Rom. p. 142. Onuphr. Panvin. Deſcript. Romae pag. 244. in Graev. Theſ. Antiq. Rom. Tom. III. ediditque Mabillon inter Inſcriptiques vetuſtas in Analectis pag. 359. & Lucius Faunus de Antiqq. Urb. Rom. Lib. I. cap. 9. in Vol. I. Nov. Theſ. Antiq. Salengr. In meo autem Codice MS. Inſcript. Cyriaci Anconitani, & Mich. Rhegienſis Meermanniano, titulus eſt *In ponte Salario, in honorem Juſtiniani.* & in alio apud me codice Inſcriptionum MSS. quem ex Bibliotheca Ill. Comitis Waſſenarii comparavi, inſcribitur: *Verſus in ponte Salario in honorem Juſtiniani Imperatoris, qui illum conſtrui fecit.* in quibus v. 3. etiam *Miramur.* v. 6. *Narſi.* niſi quod *Narſim* Waſſen. v. 7. etiam *ſubdere mentes* in iiſdem codd. & apud Mabillonium.

Pag. 475. col. 2. ad v. 5. fine notae poſt locum ex Epigr. XXXI. *Proſpera fata viri* &c.] *adde:* Claudian. in Bel. Get. v. 9. de Jaſone. — *Stupuere ſuperbae Arte viri domitae Symplegades.* & ita vir ſaepe per excellentiam pro heroë. Virg. IV. Aen. 3. *Multa viri virtus animo.* & VI. Aen. 553. *Vis ut nulla virum, non ipſi exſcindere ferro Coelicolae valeant.* ubi Servius, *virum non ad ſexum retulit, ſed ad virtutem.* vid. Withof. Specim. Gunther. pag. 131.

Pag. 476. ad Ep. XXIX. l. 6. in notis, Ferretius Lib. II. Muſ. Lapid. pag. 140] *adde:* Sauterius in Palamede Lib. III. cap. 4. ubi de pilae ludo agit.

Pag. 477. in fine ejuſdem notae, poſt, aut Variis Lectionibus fruſtra id quaeras.] *adde:* Neſcio an cogitaverit Fr. Mar. Turrigii notas ad hanc Urſi Togati Inſcriptionem, quas edidit in Tom. XII. Theſ. Antiq. Rom. pag. 389. & ſeqq.

Pag. 480. lin. 18. in notis: ad S. Damaſi Carmina p. 148. & 149.] *adde:* ſed praeſertim Longobardorum tempora ejuſmodi naeniarum feracia fuerunt, ut patet ex duobus inſignibus acroſtichidum exemplis apud Capacium in Antiq. & Hiſt. Neap. cap. XIII. pag. 80. & 81. in Tom. IX. P. II. Theſ. Ital.

Pag 488. Ep. XLVIII. 4. *gramine dives alat*] *germine* Cl. Schraderus.

Pag.

Pag 493. Ep. LV. *Idaeo quales fudit de vertice flores*] Similis locus, ut me monuit Douza Filius, apud Philoſtratum in Epiſtolis: Καὶ τῷ δὴ ὅτε ἐκοιμᾶτο ἐν τῇ Ἴδῃ τῷ ὄρει, ἄνθη ἡ γῆ ἀνῆκεν λωτὸν, καὶ ὑάκινθον, καὶ κρόκον. LINDENBR.

Ibid. in fine notae ad hoc Epigramma, vidi occupaſſe Hadrianidem.] *adde: clamavit*, id eſt, invitavit, adlicuit, praefert Cuper. Lib. II. Obſerv. cap. 14. conferendus cum hoc verſu & toto Epigrammate eſt locus Valerii Catonis in Diris v. 169. & ſeq. qui ex emendatione Nic. Heinſii ſic conſtituendus eſt,

Et Dea clam tenera gaviſa eſt ludere in berba,
Purpureos flores quotiens ſuper accumbebat,
Candida formoſo ſupponens brachia collo.
Tum credo, fuerat Mavors diſtentus in armis:
Nam certe Vulcanus opus faciebat, & illi
Triſti turpabat malas fuligine barba.

quos verſus hoc Epigrammate illic etiam illuſtrat Scaliger in notis p. 65. ex quibus vulgata in v. 2. *confeſſo junxit*. vel *vinxit*, ut adſcit, poteſt adſeri. ubi *conceſſo* legit Bouhier. ad Pervig. Ven. v. 59. pag. 191.

Pag. 495. in notis ad v. 14. in aliis Gloſſis MSS. legitur, *Ciccum, cortex mali granati*] *adde:* vide Gronov. Obſerv. ad Script. Eccleſ. cap. XX. pag. 216. ubi Aldhelmo optime reſtituit,

Punica mala vident granis ciccisque referta.

& Varronis, Feſti, atque Iſidori loca etiam adfert.

Pag. 496. ad Ep. LIX. ſub AVIENI nomine edidit Pithoeus p. 187.] *adde:* & Pelletier in Comite Ruſtico p. 210.

Pag. 498. in fin. not. ad v. 3. quod vulgata longe elegantius] *adde:* ſic apud Prudent. II. contr. Symmach. 705.

— nec trepidans animus ſuccumbere leto
Pro patria, & pulchram per vulnera quaerere mortem.

Ibid. ad Ep. LXI. extr. pag. poſt locum Claudiani *Securisque canat* &c.] *adde:* idem Tibullus Lib. I. El. XI. 10.

—— ſomnumque petebat
Securus ſaturas dux gregis inter oves.

& confunduntur haec a librariis, ut *ſecretum* & *ſecurum* litus, & ſim vid. Heinſ. & Patrui notas ad Claudian I. R. P. praef. v. 6.

Pag. 500. *Aut tereti lino pavidum ſubducere piſcem*] Martial Lib. I. Ep. 56.

Et piſcem tremula ſalientem ducere ſeta.
LINDENBR.

vide Ciofan. ad Ovid. III. Met. 586.

Pag. 512. ad Ep. LXXII. 2. poſt locum Horatii, *Non animo curas*] *adde:* vid. D. Heinſ. de Satyr. Horat. Lib. I. pag. 82.

Pag. 514. v. 7. *Sic quondam Acriſiae in gr. p. el. puellae*] *Acriſia puella* hic ponitur pro Acriſionea. vid. Heinſ. ad Claudian. I. R. P. 18.

Ibid. in nota ad v. 10. *Imbuti infanti*] l. *Inbuit.*

Pag. 517. ad Ep. LXXV. in fine notae: poſt, DE LUDO etiam inſcripſit] *adde:* & ſic editio Juntitina Virgilii, cui hoc Epigramma tribuitur continuata etiam ſerie, non vero per Monoſticha, cum hoc titulo, DE LUDO CONTRA AVARITIAM ET IRAM. v. 2. in ead ed. *credite doctis.* v. 4. *Iraſci memini victos. placet optime frater.* v. 5. *Ludant ſecure quibus eſt aes* &c. v. 6. *venies.* v. 10. *Initio furiis.* v. 11. *Plecte.* v. 12. *Ponat.* & vitioſe *itaque.*

Pag 518. JULIANUS. XI. *Flecte truces animos*] in fine notae adde: *truces animos* dixit, ut auctor Carminis de Laudib. Herc. Claudiano adſcripti, v. 54. *trucesque animosque ſuperbos De genitore tenes.* ſic *truces minae* apud Auſon. in Cupid. Cruc. v. 93. *Inde truces cecidere minae.* qui locus anonymum illius poëmatii editorem, ſive Johannem Clericum, admonere potuiſſet, ne puerili errore, vulgatas editiones deſerens, in eodem carmine v. 37. ederet, *Parte alia truces ſtrictis mucronibus omnes* &c. reclamante proſodiae lege, quae primam brevem eſſe jubet, ideoque editis codicibus *Parte truces aliae* adquieſcere praeſtitiſſet, quam Grammaticis ludibrium debere.

Pag. 519. ad Ep. LXXVII. lin. 3. poſt, Colomeſ. ad Quinctilian. XI. Inſt. c. 2. p. 992.] *adde:* & Almelov. in Epigr. vet. pag. 18.

Pag. 521. ad Ep. LXXVII. col. I. lin. 8. poſt locum Ovidii *adde.* Propert. Lib. IV. 8. 44.

Me quoque per talos Venerem quaerente ſecundos
Semper damnoſi ſubſiluere canes.

Ibid. ad Ep LXXVIII. profert Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 463.] *adde:* & ex eo Almelov. in Epigr. vet. pag. 18.

Pag. 523. ad LXXXI. v. 14. *Omnibus exemplo*] *extemplo* male ſchedae Salmaſ.] lege, *Omnibus extemplo*] *exemplo* male ſchedae &c.

Pag. 531. LXXXII. ad v. 2. lin. 10. aegre vitam trahunt, mortemque differunt.] *adde:* Valer. Fl. Lib. I. 761. *nec fata trabam natumque videbo Te ſine.* id eſt, nec vitam diutius extendam. ut exponit Patruus.

Pag. 535. in nota ad v. 36. 37. lin. 36. poſt locum Velleji Paterc. vide illic N. Heinſii notas] *adde:* Gellius Lib. XVII. cap. 14. *Publius mimos ſcriptitavit, dignusque habitus eſt, qui ſuppar Laberio judicaretur.* ut recte emendatum a viris doctis, pro *ſuper.*

Pag. 537. col. 2. pag. extr. poſt Petronii locum ex Ep. IV. *Ergo age duremus.* ubi plura in notis Interpretum] *adde:* Gallio apud Quinctilian. Lib. IX. cap. 2. *Dura, anime, hodie, dura.* vide Douſae Fil. notas ad Catull. cap. 2. pag. 22.

Pag. 538. lin. in ſine notae ad v. 66. *adde:* Poſſet etiam legi, *Et ſemper contra, quae fugit ante, redit.*

Pag. 539. ad Ep. LXXXV. v. 4. col. 2. lin. 29. poſt Donati verba ad Terent. *id eſt labefactaret*] *adde: ebria veſtigia* Claudiano Lib. I. R. P. 19. ubi Barthius etiam hunc locum adferens habet, — *ſic copia Bacchi, Et tentat greſſus* &c.

Pag. 541. ad Ep. LXXXVI. lin. 9. not. ſacris his non mediocriter initiatus erat.] *adde:* apud Boiſſard. Tom. III. Antiq. Rom. pag. 124. adduntur,

D. M.
T. CLAUDI. SECUNDI.
HIC. SECUM. HABET. OMNIA.
Balnea, vina, Venus &c.

ſubjunctis iſtis,

KARO. CONTUBERNALI.
FEC. MEROPE. CAES.
ET. SIBI. ET. SUIS. P. I.

Ibid. ad Ep. LXXXVIII. col. 2. lin. 10 poſt. Barth. ad Rutil. Lib. I. 42.] *adde:* in Catalect. Petron. pag. 120. ed. Patiſſonianae, quam Pithoeum curaſſe volunt, notatur, videri fortaſſe Eumolpi eſſe apud Petron. de levitate muliebri querentis. vel potius Porphyrii poëtae ſub Conſtantino in exſilium miſſi. cujus pleraque Petronio tribuuntur. quod ultimum ut diſplicet, ita prius videtur veroſimilius, licet incertum auctorem ſtatuere praeſtet.

Ibid. lin. 37. poſt, paſſim poëtis dicuntur] *adde:* neque vulgatam defendere poſſunt illa Ovidii II. Am. 16. 45.

Verba puellarum, foliis leviora caducis,
Irrita, quo viſum eſt, ventus & unda ferunt.

Pag. 543. col. 2. lin. 9. de quibus Diomedes & Marius Victorinus ibidem agunt.] *adde:* vide Rob. Titium Lib. III. Locor. Controv. cap. 22. & huc facit Scholion cujuſdam Grammatici, quod in primo Claudiani codice MS. Voſſiano ſub finem legitur: *Verſus recurrentes ſunt, qui metro ſtante neque literis loco motis, ut ab exordio ad terminum, ſic a fine releguntur ad ſummum. ut hic,*

Roma tibi ſubito motibus ibit Amor.

& hic,

Sole medere pede ede perede melos.

& hic praecurrentibus habent,

Praecipiti modo quod decurrit tramite flumen,
Tempore conſumtum jam cito deficiet.

quod ultimum ex Sidonii Apollinaris loco ſupra prolato deſumtum eſt.

Pag. 544. ad Ep. XC. lin. 3. Barthius Lib. XV. Adverſ. cap. 9.] *adde:* & ex eo Almelov. in Epigr. vet. pag. 38.

Pag. 545. ad Ep. XCI. v. 1. col. 2. lin. 26. poſt locum Claudiani ex Lib. II. de Laud. Stil. 20. *adde:* & in Gigantomach. v. 29.

Praetereunt ſubjecta ferae: mortiſque facultas
Emollit rabiem praedae; torvique leones,
Quae ſtraviſſe calent, eadem proſtrata relinquunt.

Pag. 548. ad v. 21. lin. 10. pro *edit*, intus conſumit.] *adde:* ut apud Cic. Lib. I. de Finib. cap. 16. *ſollicitudines, quibus eorum animi noctesque dieſque exeduntur.*

Pag. 549. ad v. 3. col. 2. lin. 2. aliis, ut admirarentur, ſpectandas dare] *adde:* ut apud Auctor. Rhetor. ad Herenn. Lib. IV. cap. 50. *exiſtimat ſe gemmae nitore, & auri ſplendore aſpectus omnium perſtringere.*

Pag. 550. Ep. XCV. v. 2. Omnia *ſede movet*] *Omnia ſollicitat.* malebat Janus Douza, proprio quidem ſignificatu, ſed conjectura tamen a veſtigiis vulgatae lectionis nimium recedente. *ſede movet*, ut in praecedenti Pentadii Epigrammate v. 14.

Fortunam moveat loco ſuperbus.

ubi vide.

Pag. 551. ad v. 5. *moles pulcherrima mundi Ardebit flammis*] *inſere* ad initium notae: Douza legebat,

——— *coeli pulcherrima templa*
Ardebunt &c.

ſed non opus eſt. nam cogitabat auctor &c.

Ibid. ad Epigr. XCVI. lin. 10. poſt verſum, *Poma ut in arboribus pendentia*] *adde: pendentia poma in arboribus*, ut apud Virg. Eclog. *Cui pendere ſua patereris in arbore poma.*

Pag. 552. ad v. 9. lin. 9. poſt locum Ovidii, *Gutta cavat lapidem* &c.] *adde:* Propert. Lib. II. El. 19. 55.

Sed tamen & ſcabra teritur rubigine mucro
Ferreus, & parvo ſaepe liquore ſilex.

ubi pro *& ſcabra* male in MSS. nonnullis *obſcura.* vide Lambin. ad Lucret. Lib. IV. in fine. & Mercer. &c.

Pag. 553. in notis lin. 7. *Amicum & ſodalem* &c.] lege, *Argentum & ſodalem.*

Ibid. ad Ep. C. lin. 7. poſt verſus Varronis *adde:* cum quibus confer iſta Ciceronis de Senect. cap. ult. *nec velim quaſi decurſo ſpatio iterum a calce ad carceres revocari.*

Pag 555. ad Ep. CII. lin. 8. Senecae locus] *adde:* ex Prooemio Lib. I. Controverſ.

Ibid. lin. 12. neque etiam *revelluntur* emendare illic opus eſt.] *adde:* ut nec hoc in verſu, *& quantum adſcendas, decides* cum Dorleanſio ad Tacit pag. 164.

Ibid. col. 2. ad Epigr. CIII. in fine notae, poſt locum Plauti] *adde:* vide notas ad Lotich. Lib. III. Carm. 27. 10.

Pag. 556. ad Ep. CIII. v. 4. *deſpicere* enim eſt pro nihilo habere, vel deſuper adſpicere, quia comparatio a puteo inſtituitur cum fortunae excel-

ſae

Digitized by Google

fae ruina profundiore.] *adde:* huc faciunt quae leguntur in Altercat. Hadriani & Epicteti pag. 192. *Quid eſt homo pauper? Quem tu puteum deſertum omnes aſpiciunt, & ſuo loco omnes illum relinquunt.* ubi ſi *deſpiciunt* legas, magis huic loco conveniet.

Ibid. col. 2. lin. 27. alibi videbimus] *corrige:* vidimus ad Lib. II. Ep. LXXII. 5.

Pag. 557. lin. 4. in notis. Cannegieterus ad Avieni Fabulas pag. 801.] *adde:* Boëthius Lib. II. Conſ. Philoſ. proſ. I. *Fortuna inſtar Euripi inſtabilis non ſolum plures, ſed eumdem hominem unius horae ſpatio erigit deprimitque.* ubi plura huc facientia.

Pag. 558. ad Ep. CV, lin 13. Ep. LXII. LXII.] *leg.* LXII. LXIII.

Ibid. col. 2. prope finem pag. in Miſcell. Obſerv. Nov. Tom. V.] *corrige* Tom. II.

Pag. 561. ad Ep. CVI. lin. 7. in lucem produxit Barthius Lib. XL. Adverſ. cap. 18.] *adde:* & ex eo edidit Almelov. inter Epigr. vet. pag. 56. & 57. ſed nihil de propio penu ad carminis hujus emendationem aut illuſtrationem adferens. Barthius vero judicat &c.

Pag. 564. ad v. 37. fine notae: An forte,

——— *quae non in millibus uni eſt.*

fidea nempe.] *adde:* fides nempe amicorum in fortuna adverſa inſtabilis. ut apud Silium Ital. Lib. XI. 3.

——— *ſtat nulla diu mortalibus usquam,*
Fortuna titubante, fides.

Pag. 567. col. 2. ad v. 85. fine notae: vide ſupra ad Medeam v. 438. ſub finem Lib. I.] *adde:* & Heinſ. ad Claudian. Gigantom. v. 40.

Pag. 569. ad v. 127. forte *aperta* dicit hiantia, non bene conjuncta internodia.] *adde:* vel *aperta* nuda expone. vide notas ad Ovid. II. Met. 339.

Pag. 574. Ep. CXIV. *Omnis mulier intra pectus celat virus peſtilens*] *ulcus peſtilens* Bouhier ad Pervig. Ven. v. 31. ſed vel ſic verſum hunc correctione laborare cenſet Cl. Schraderus.

Pag. 576. ad Ep. CXIX. v. 10. in nota, Virgilii verſu, *Vendidit hic auro patriam*] *adde:* & Lucan. Lib. IV. v. ult. de Curione: *emere omnes, hic vendidit urbem.*

Ibid. ad Ep. CXX. poſt, Fragm. Petron. p. 874.] *adde:* vide Douſam Lib. III. Praecid. cap. 5.

Pag. 578. ad Ep. CXXV. col. 2. lin. 2. *Mortales*, ſeu homines, citius flammas ore tenebunt, quam tegant ſecreta] *adde:* quam ſententiam ab Ennio deſumtam ex Cicerone docet Juretus ad Symmach. Lib. I. Ep. 25. *Mortales* vero pro hominibus, ut ſupra, *Nam nihil eſt* &c.

Pag. 579. Ep. CXXV. v. 8. & 9.

Excepit nam terra ſonos, calamique loquentes
Invenere Midam, qualem narraverat index.]

Concepit nam terra ſonum, cal. loq. Inv. M. qualem conceſſerat index, adfert Andr. Schottus ad Diogenian. Cent. VI. Proverb. 73.

Ibid. col. 2. lin. 22. poſt Inſcript. apud Reineſ. ubi *Orcus te voravit* & *Orcus eripuit*, ut hoc loco, *poſtquam nos auferet Orcus.*] *ita ſupple*, & *adde:* eadem haec inſcriptio eſt apud Capacium in Antiq. & Hiſt. Neap. cap. XXII. pag. 191. in Tom. IX. P. II. Theſ. Ital. ubi & alteram ſubjungit,

HEU VOTA HEU PRECES.
ORCUS TANDEM ERIPUIT.
EPHEBO FILIO DULCISS. &c.

Orcus autem pro Plutone & ſeqq.

Pag. 580. lin. 17. poſt locum Ovidii, *Dum licet, & veros* &c.] *adde:* infra Epigr. 287.

——— *vernantes collige flores,*
Dum licet, & verno munere diſce frui.

Ibid. col. 2. ad Ep. CXXVII. lin. 9. de verbo *bamare* vide ſupra ad Ep. LXII. 4.] adde: *ſi quis ambit effectus* & verſu altero *macrae frugalitatis* conjicit Juſt. Ryckius in Cent. Nov. Epiſt. XIV. pag. 62.

Pag. 582. col. 2. lin. 25. *favus Atticus, mel Cecropium* &c. vide ad Lib. II. Ep. 243. 2.] *adde:* eadem vox *favus* corrupta in loco ſimili Auctoris Panegyr. ad Piſon. v. 78.

Quin etiam facilis Romano profluit ore
Graecia, Cecropiaeque ſonat gravis aemulus urbi.

ubi *favus aemulus* optime emendat N. Heinſius Lib. IV. Adverſ. cap. 1. pag. 557.

Pag. 583. Ep. CXXIX. 2. *quod poſſum qualibet ire via*] *qua libet* Cl. Schraderus.

Pag. 584. Ep. CXXXI. fine notae ad v. 3. poſt Lambin. ad Lucret. IV. 354.] *adde:* & Gonſalii Praeludia ad Petron. I. §. III.

Pag. 585. ad Ep. CXXXII. I. *victu* Francius. & ſic Heinſ. in Epiſt. ad Graev. &c.] *adde:* & Lib. III. Adverſ. cap. XI. circa finem.

Ibid. ad v. 3. *auro* Francius] *adde:* ſed metro invito.

Pag. 587. in nota ad v. 6. notas Gonſalii aliorumque ad Petron. cap. 79.] *adde:* & ſic emendaſſe Palmerium, ſed male de Antonii Gniphonis *feſtra*, ſive rancidis Antiquitatibus explicuiſſe, videbis apud Douſam Lib. III. Praecid. cap. 3. qui recte Petronium putat invehi in luxuriem Romanorum ſui temporis, jam adſpernantium minuſculum illud in ſacrario Romano oſtium, & vetuſtiſſimam Romuli Regiam.

Pag. 590. Ep. CXXXV. v. 9.

Melanurum, turdum, merulamque umbramque marinam]

vitium hic quoque in metro, ut modo in *Scarum.* nam *melanurus* duas priores ſyllabas corripit, tertiamque producit. Ovid. Halieut. 113.

Quin laude inſignis caudae Melanurus, & ardens
Auratis Muraena notis.

& ſic in alio veteris poëtae fragmento:

—— cauda melanurus acuta

Atque canes, leporesque truces, meruliqueque virentes.

Itaque legendum eſt cum Cl. Schradero, verbis transpoſitis,

Tum turdum, merulam, melanurum, umbramque marinam.

Pag. 591. ad Ep. cxxxvii. in notis lin. 9. ut ſupra Ep. xcvi. *Poma ut in arboribus pendentia.*] *adde*; & ſic Gonſalius, qui hoc Epigramma in Neronem ſcriptum eſſe putat. idem v. ſec. *quem ſua fata premunt.* ex nonnullis codd. vetuſtis. deinde *omnia cernens Qui timet.* quod & in codice Petronii Scaligerano. in initio etiam pro *carpit* legi poſſet *captat.* non enim &c.

Pag. 591. Ep. cxxxviii. 3. *Ipſi, qui Cynica traducunt tempora cena*] id eſt, moribus ſaeculi publicum convitium faciunt frugalitate ſua Cynica. τὸ *traducunt* non recte adtigerunt Interpretes. metaphora eſt a traductione reorum per forum atque ipſam arenam. Suetonius Tito cap. 8. *delatores in foro flagellis caeſos ac noviſſime traductos per Amphitheatri arenam.* Martial. Lib. vi. Ep. 77.

Rideris, multoque magis traduceris, Afer,
Quam nudus medio ſi ſpatiere foro.

de τῷ *traducere* plura Beroaldus ad Propert. Lib. ii. El. 24. p. 680. BROUKHUSIUS.

Pag. 592. Ep. cxxxix. v. 9. *quidvis nummis praeſentibus opta:*

Et veniet: clauſum poſſidet arca Jovem]

ex Menandro imitatum patet ex ejus Fragmentis pag. 242. ed. Cler. cujus locum una cum interpretatione Rutgerſii adfert Scriver. ad Martial. Lib. i. Ep. 76. ubi & alia illuſtrando huic Epigrammati confert.

Ibid. in notis ad v. 9. ut ſupra Ep. xcv. 5. *Quid tam parva loquor?*] *adde*: & apud Claudian. ii. R. P. 294.

Pag. 593. in fine notae ad v. 5. edidit Scaliger] *adde*: non diſſimilia ſunt iſta Ennii apud Gellium Lib. xx. cap. 10.

Pellitur e medio ſapientia, vi geritur res,
Spernitur orator bonus, horridu' miles amatur.
Haud doctis dictis certantes, ſed maledictis.

Pag. 594. ad Ep. cxliv. fine notae *adde* poſt, ad Lucian. Dialog. pag. 70-72.] ſed hoc quidem in loco unice amplector emendationem Cl. Schraderi, legentis,

Quisquis amat dictis abſentem rodere amicum.

Imitatur enim hic auctor illud Horatii Lib. i. Sat. 4. 81. loco valde adpoſito:

———— abſentem qui rodit amicum,
Qui non defendit alio culpante, ſolutos
Qui captat riſus hominum, famamque dicacis;
Fingere qui non viſa poteſt, commiſſa tacere
Qui nequit: hic niger eſt, hunc tu, Romane, caveto.

Pag. 595. ad Ep. cxlvii. col. 2. lin. 6. poſt Lucretii locum *adde*: ſic apud Claudian. Idyll. ii. 35.

Quia labor humanis tantum ratione ſagaci
Proficit.

ut in MSS. legitur, pro, *Quid labor humanus.*

Pag. 596. ad Ep. cxlix. lin. 9. *Subdas, ſuſtineo, cruce* **] *adde*: & ſic in notis ad Catullum Carm. xvii. ubi de metro ithyphallico agit, & in ultimo verſu adfert,

———— hanc mihi vel acutam
Si das, ſuſtineam crucem.

Pag. 597. ad Ep. cl. lin. 19. poſt locum Lucani] *adde*. vid. N. Heinſii Adverſ. Lib. i. cap. 2. pag. 13.

Pag. 598. ad Ep. clii. (non cliii.) v. 3. lin. 3. idem de Livio Druſo dici apud Vellejum notaverat Caſaubonus. vid. Lib. ii. 97.] *haec ita mutanda*: idem de Livia dici apud Vellejum notaverat Caſaubonus, reſpiciens ſine dubio illa ex Lib. ii. cap. 130. in fine: *cujus potentiam nemo ſenſit, niſi aut levatione periculi, aut acceſſione dignitatis.*

Pag. 600. v. 3. *vires aliquas Natura ſepulcris Attribuit*] *ſepultis* Cl. Schraderus. quia ſequitur *umbra.*

Pag. 602. col. 2. ad v. 15. lin. 18. vel, ut legi etiam poſſet, *quid ad me?*] *adde*: ut apud Catull. carm. x. *Verum utrum illius an mei, quid ad me?*

Pag. 604. Ep. clvi. v. 2. in not. ubi *alternae* adſcripſerat Heinſius.] *adde*: *aetheriae* Cl. Schraderus.

Ibid. ad. v. 6. lin. 13. *jugare* pro conjungere &c. unde conjuges a *jugando* derivant] *adde*: infra Ep. cclxii.

Cogitat Urſidius ſibi dote jugare puellam.

Pag. 605. lin. 9. poſt locum Pacuvii *adde*: *conjugare* apud Trebell. Poll. in Gallienis cap. xi. *quum fratrum ſuorum filios conjugaret.* ubi in Palatino *jungeret* legi teſtatur Gruterus, & in vet. ed. Salmaſius, quomodo edidit Aldus. Sed male. eſt enim alterius verbi gloſſa a librario profecta. plura vide apud Laur. Abſtemium in Adnotat. Var. Tom. I. Fac. Crit. p. 885. & 886.

Ibid. ad Ep. clvii. in fine notae *adde*: & ipſius Senecae vel Publii Syri eſſe cenſebat Schottus Lib. v. Obſerv. cap. 13. qui cum Epigrammate hoc Graecos Cleanthis verſus bene contulit, eosque numeris ſuis redditos emaculavit.

Pag. 608. lin. 5. in notis: *Faex hominum* in Epitaphio apud Pith. Lib. iii. p. 110.] *adde*: ſic apud Juvenal. Sat. i. 26. *Cum faex Niliacae plebis, cum verna Canopi.* ut legebat Ptolem. Flavius Conject. cap. 30. non *pars.*

Ibid. lin. 26. vide notas doctor. ad Nep. Hannib. cap. 6.] *adde*: Dorleanſ. ad Tacit. pag. 586. & paullo poſt in loco Papiae lege *Byzacium* cum Cl. Schradero.

Pag.

Digitized by Google

Pag. 609. in fin. notae ad v. 2. poſt, cicadas vincere] *adde:* poteſt igitur cum Cl. Schradero etiam legi, *Hoc differs.*

Pag. 611. ad Ep. CLXVIII. col. 2. lin. 14. poſt dictum Catonis *id conbuſſiſſe*] *adde:* apud Macrob. Lib. III. Saturn. cap. 5.

Pag. 616. in notis lin. 3. poſt, ex officina Wecheliana pag. 341.] *adde:* etiam in Scaligeri Opuſc. Poſtum. pag. 341. inter Epigrammata poſt Galli Elegiam: qui in notis pag. 347. *Gentiae* nomen περιέργως adſectatum eſſe monet ex veteri Illyrici Rege Gentio; neque Romanum eſſe, lenas caſtra ſequi cum mercimonio ſuo. nam & Antonio ipſi vitio datum fuiſſe, quod Cytheriden in caſtra duxiſſet. lenae enim, ſcorta, & ipſae quoque uxores exulabant a caſtris. vide Scalig. & Paſſerat. ad Propert. II. 6. 15. quod tamen nonnihil adjuvare poſſit meam conjecturam in mutilo epigrammatis initio ſupplendo, *Quis Deus Illyricis* &c. ut indignetur miles amator Chloën & Gentiam in caſtra ad ſe veniſſe, quum id feminis ac puellis vetitum eſſet. Neque etiam Scaliger antiquum epigramma arbitratur, cenſetque tyronem eſſe oportere, qui verſum quartum *Utrius alba magis* &c a veteri poëta profectum eſſe credat. Cujus ſane aetatis ſit, definire difficile eſt. Adferamus tamen nonnihil opis ad lacunas ſupplendas vel vitioſas lectiones caſtigandas. primus verſus &c.

Pag. 617. lin. 4. poſt, Salmaſ. ad Hiſt. Aug. pag. 394.] *adde:* & plura de hac voce apud Jurct. ad Symmach. & N. Heinſ. ad Ovid. V. Met. 440. hinc *bratteatores* & *bractearii* artifices ſtatuatuarum inauratores, de quibus egregie idem Heinſ. ad Ovid. III. A: A: 232. & Taylor ad Marmor Sandvicenſe pag. 73. & 74.

Pag. 618. Ep. CLXXIII. in fine notae ad v. 3. *ſternere calce virum*] *adde:* ſimilia exempla de mulieribus calcis ictu a marito proſtratis apud veteres non raro obvia. vid. Cel. Dorvill. ad Chariton. pag. 65.

Pag. 620. Ep. CLXXVIII. lin. 4. Labbeus in Theſ. Epitaph. P. IX. pag. 396.] *adde:* & ut eximium priſci poëtae Pulicis, antiquitatemque ſobriam & doctam redolens, epigramma protulit Bapt. Pius ad Lucret. Lib. V. 837. & inter poëtarum veterum Epigrammata poſt Palladium edidit Rivinus ſub titulo, PULICIS HERMAPHRODITUS. apud Laur. Schradaeum in Monum. Ital. pag. 186. *b.* Inſcribitur DE HERMAPHRODITO, ſine auctoris indicio. v. 1. *gravido alvo.* v. 2. *Quid pariat.* 3. *Mas fibi, Phoebus ait.* forte pro *Mas ſit.* v. 5. *Quaerenti letbum, Juno ait, occidat armis.* 7. *conſcendo.* 8. *Quem tuleram caſu, labor* &c. 9. *Pes haeſit, ramus ſubiit, caput amne.*

Pag. 622. col. 2. in nota ad v. 3. lin. 3. poſt, Gudium ad Phaedr. pag. 120.] *adde:* & Ferrar. de veter. Acclam. Lib. II. cap. 26. hinc poſteriori tempore *ingreſſa* dicebatur introitus, qui ſacrum Officium praecedebat in Eccleſiis. vide Reisk. ad Conſtantin. Porphyr. Cerim. Aulae Byzant. pag. 32. huc refer Sueton. &c.

Pag. 624. col. 2. lin. 18. CANTAVIT, SALTAVIT, ET PLACUIT.] *adde:* ut apud Gruter. pag. CCCXXXI. 7.

Pag. 625. Ep. CLXXXII. v. 7. *reparator conjugis Orpheus*] optime *repetitor* legendum cenſebat Cl. Schraderus.

Pag. 626. in notis ad Ep. CLXXXIV. lin. 7. tum *organa* in fine memorata fuiſſe fiſtulas concinentes, quibus modulate incedebant.] *adde:* licet Joh. Jac. Reiskius in Comm. ad Conſtantin. Porphyr. Cerim. Aul. Byzant. pag. 44. *organa* hic eadem eſſe, quae ita nobis hodie dicuntur, adfirmet. Sed quod aetati hujus poëtae, licet incerti, convenire probandum eſſet. Quae autem hic *organa* vocat poëta, *tubae* cantus dicit Apulejus, qui pyrricham talem, qualis hoc epigrammate deſcribitur, graphice depingit Lib. X. Met. pag. 232. ed. Pric. cujus verba cum his verſibus merentur conferri: *puelli puellaeque virenti florentes aetatula, forma conſpicui, veſte nitidi, inceſſu geſtuoſi* (forte *gratioſi*) *Graecanicam ſaltantes pyrricham, diſpoſitis ordinationibus decoros ambitus inerrabant, nunc in orbe rotarum flexuoſi, nunc in obliquam ſeriem connexi, & in quadratum patorem cuneati, & in catervae diſſidium ſeparati. At ubi diſcurſus reciproci multimodes ambages tubae terminalis cantus explicuit, aulaeo ſubducto & complicitis ſipariis Paridis ſcena diſponitur.* ubi tubae cantus dicuntur *explicuiſſe*, ſeu finiviſſe, *diſcurſus reciproci ambages multimodes*, ut hic verſu ultimo, *remeare pares jubent organa.*

Pag. 628. ad v. 7. lin. 8. *molere*, & *permolere*, obſcoeno ſenſu.] *adde:* vid. Erhard. & Gonſalium ad Petron. cap. XXIII.

Ibid. ad v. 3. lin. 7. aut *virentes.* ob aureos, quos lucratur, nummos.] *adde:* idque firmabat Cl. Schraderus loco Juvenalis Sat. VII. 118.

——— *ut tibi laſſo*
Figantur virides, ſcalarum gloria, palmae.

Pag. 629. col. 2. *inequitare* exponunt Erhard. & Gonſal. ad Petron. cap. 24.] *adde:* & Euſtath. Swarthius Lib. III. Analect. cap. 1. pag. 109.

Pag. 630. lin. 31. poſt conjecturam in loco Juvenalis, *contra. ſt! digito compeſce labellum*] *adde:* ut poſitum ſit quaſi pro *aſt.*

Pag. 631. col. 2. ad v. 6. *clunem ſubmittere* cod. Salm. quod praefert Cl. Oudendorpius] *adde:* & ſic omnino legendum videbatur Cl. Schradero, ex loco Juvenalis Sat. VI. 334.

Quo minus impoſito clunem ſubmittat aſello.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. ad v. 7. an voluit.

Concubitu turpi (monſtrum!) paritura biformem] *adde:* ſic infra in Epigr. veteri, ſub titulo Fabulae Paſiphäes v. 20.

Obſequitur votis, & procreat (heu nefas!) bimembrem.

Pag. 632. Ep. cxci. *Sic tua ſit, quamcumque tuam vis eſſe puellam*] adhaeret Ovidio Epiſt. iv. 168.

Sic nunquam, quae te ſpernere poſſit, ames.

Ibid. ad Ep. cxcii. v. 3. lin. 7. Francius, qui in margine Cataleſt. Scalig. emendabat *tremulis capillis.*] *adde: nitidis* Cl. Schraderus. quae voces etiam confuſae apud Ovid. xiv. Met. 661. & *nitidae comae* apud eumdem, aliosque poëtas.

Ibid. col. 2. lin. 18. gratioſum ac venuſtum] *leg.* venuſtum eſt.

Pag. 637. ad v. 5. lin. 27. poſt, *Nudus Amor nudae munera* &c.] *adde:* idem Propertius Lib. ii. El. 14. 33.

De me, mi ſemper poteris formoſa videri,
Mi formoſa ſat es, ſi modo ſaepe venis.
Ipſe tuus ſemper tibi ſit cuſtodia lectus,
Nec nimis ornata fronte ſedere velis.

Pag. 639. col. 2. ad Ep. cciii. v. 2. poſt locum Petronii cap. 127. *pariter conpoſiti mille oſculis luſimus*] *adde:* vide Gonſalii notas ad ejusdem cap. xix.

Pag. 643. col. 2. pag. extr. *ſomnia tu vincis* in ed. Binet.] *adde:* ſed *vinces* bene correxit Douſa Lib. iii. Praecid. cap. 6.

Pag. 645. col. 2. ad Ep. ccix. ccx. *de Malis Martianis*] lege *Matianis.*

Pag. 646. in fine notae ad v. 12. poſt locum Apuleji *adde:* & ſic de voce canentis puellae in Epigrammate inter Fragmenta Petronii p. 668. infra edendo:

Sirenum cantus & dulcia plectra Thaliae
Ad vocem tacuiſſe reor, qua mella propagas
Dulcia, & in miſeros telum jacularis amoris.

Ibid. col. 2. ad v. 3. lin. 11. Amorem Voluptatemque puellae oculis inſidere fingit poëta] *adde:* ut apud Ariſtaenet. Lib. i. in deſcriptione formae Laïdis: ἔνθα δὴ τὰς Χάριτας ἐγκαθιδρυμένας πάρεστι προσκυνεῖν.

Pag. 647. ad Ep. ccxiii, lin. 6. edidit tantum ſub nomine auctoris Petronii] *adde:* cui tribuendum eſſe adſcripſerat etiam Scriverius.

Pag. 648. col. 2. ad Ep. ccxiv. 2. lin. 14. *brachiolum teres* Catullo &c. aliisque paſſim.] *add.* vid. Barth. & Erhard. ad Petron. cap. 23.

Pag. 649. Ep. ccxv. 3. lin. 6. *ponat* Douſa.] *adde:* Lib. iii. Praecid. cap. 6.

Pag. 650. Ep. ccxvii. lin. 5. *ſed nihil minus eſt quam Martialis*, notaverat Douſa.] *adde:* unde Scriverius rejecit in Appendicem Martialis circa finem.

Pag. 651. in nota ad Ep. ccxix. lin. 7. ſed quia pleraque obvia, iu illis non haerebimus] *adde:* Minus benignum de hoc Epigrammate erat judicium Broukhuſii. nam ad marginem Commentariorum Gonſalii ad Petron. cap. 124. ubi ille v. 20. *Sinus expanſa* &c. tamquam ex veteri poëta adfert, haec adſcripſerat: *Atqui is eſt miſerabilis ille & commictilis farcinator, cujus carmen Lyricum (ſi Dis placet) adjungi ſolet Elegiis Maximiani.* Non dubito hujus cenſurae notam adpoſuiſſe peritiſſimum & ſimul ſeverum poëtarum arbitrum, maxime propter *gemipomas* v. 18. quae vox metro adverſa & ſimul barbara eſt, & v. 22. *quod ego langueo* contra proſodiae etiam leges. ſed ſi primo loco noſtra admittatur conjectura, & in altero Pricaei emendatio, has quidem maculas poëmatio huic, cetera non inepido, abſterſas arbitror.

Pag. 654. v. 20. *Sinus expanſa profert cinnam*] vide Pricaeum ad Apulej. pag. 81. & Gonſal. ad Petron. cap. 124.

Pag. 656. in notis lin. 6. poſt verba Petronii *inquinat corpus, non mutat*] *adde:* ubi vide Gonſal. & ejusdem aliorumque Interpretum notas ad cap. 23. &c.

Eadem pag. in nota ad Ep. ccxxvi. 4. poſſis & *curae Mordaces*] *adde:* quod firmat Horat. Lib. i. od. 18. 4.

Siccis omnia nam dura Deus propoſuit, neque
Mordaces aliter diffugiunt ſollicitudines.

Pag. 657. col. 2. poſt locum Ovidii ex Lib. ii. Artis 339. & confer cum his illa Propertii Lib. ii. El. 2. 11.

Ac veluti primo taurus detractat aratra,
Mox venit adſueto mollis ad arva jugo.
Sic primo juvenes trepidant in amore feroces,
Dehinc domiti poſt haec aequa & iniqua ferunt.

Pag. 660. ad Ep. ccxxxi. col. 2. lin. 31. & ſic cenſebat Broukh. ad Sannaz. & ſeqq.] *haec ita ſupplenda:* & ſic cenſebat Scaliger in Animadvertendis ad Gruteri Inſcript. pag. 912. 1. & Broukhuſ. ad Sannaz. Lib. i. Ep. 48. Suppoſititium vel infimae ſaltem vetuſtatis eſſe adfirmat Scriverius infr. ad v. 7. qui exemplari ſuo editionis Pithoeanae adſcripſerat, Scaligerum credidiſſe. hoc carmen a Mureto confictum eſſe, idque ſibi in ſermone familiari an. 1604. narraſſe. memorem forte, ſumos aliquando ſibi non diſſimiles vendidiſſe Muretum, artificioſum fragmentorum ad vetuſtatis elegantias accedentium architectum. Parodiam &c.

Pag.

Pag. 663. lin. 13. fine notae : poſt, Scioppium fuiſſe virum bonum & honeſtum.] *adde* : & merito illius latratus in Batavos compeſcuit Scriverius ad Martial. pag. 153.

Pag. 668. col. 1. lin. 17. poſt locum Martialis, *Subriſi modice* &c.] *adde*: vide Pricaeum ad Apulej. pag. 111.

Ibid. in fine ad Ep. CCXXXIX.] *adde*: Barthius vero ad Claudian. pag. 791. ex Aldinis aliisque exemplaribus emendat verſiculos hos priſcae & Comicae, ut ait, Romanae eloquentiae. & quidem v. 2, *Meam puellam ſavior.* v. 5. *Anima mea aegra* &c. v. 7. *Rictumque in oris pervium.* v. 8. & 9. *Et labra puerae mollia, Rimatae itineri tranſitum.* v. 15. *At mira* v. 16. *Fierem ut ad me mortuus Ad puerum intus viverem.* ſed pleraque invita Minerva.

Ibid. col. 2. ad v. 6. lin. 6. poſt verſum Varronis, *At rictus oris canduli parviſſimus*] *adde*: apud Ariſtaenet. Lib. 1. Epiſt. 1. in deſcriptione formae Laïdis : χείλη δὲ λεπτὰ καὶ ἠρέμα διῃρημένα. *labia ſubtilia & modice diſtincta.* & ſic Apulej. Lib. x. pag. 226. ed. Pric. *labias modicas ambroſiavore purpurantes* dixit.

Pag. 677. Ep. CCXLIX. v. 2. *Verum illi domino tu quoque divitiae*] *ſic quoque divitiae* legendum conjeci ad Lib. II. pag. 368. id eſt, licet pauper ſis agellus, tamen vel ſic quoque domino tuo deliciae. de *ſic quoque* vid. ad Lib. I. Ep. 88. & 157. ubi, *ſic quoque non certo limpha liquore fugit.*

Pag. 679. ad Ep. CCLII. in fine notae ad v. 12. poſt, Rigalt. ad Artemidor. pag 36. & ſeqq.] *adde*: male igitur *procaci* conjiciebat Briſſaeus ad Terentian. Maur. pag. 103. *b*.

Ibid. ad Ep. CCLIII. PETRONII.] Inſcriptio hujus Epigrammatis in codice Voſſiano & Salmaſiano eſt, INCIPIT EPISTOLA, AMANS AMANTI. v. 2. *Fundant colla* in utroque codice, ſed *Fundunt* in marg. eod. verſ. *cedunt* in Salm. v. 3. *Mollia purpureum* Voſſ. & Salm. & v. ſeq. *Lacteque* Voſſ. & in marg. *Lacteaque* ex alio v. c. *Lacte atque amixtus* Salm. ſed *admixtus* in marg. *ſublimina pectora* idem Salm. ſed *ſublimat* in marg. v. 6. *Fulgens, & in venerem* Voſſ. *corpore vinges* Salm. v. 7. *Argento ſtat firma manus* Salm. & in margine adſcriptum, manu antiqua correctum eſſe *nota manus*. v. 8. *Sirica* Voſſ. & in marg. *Silica* v. c. *pretioſo in flamine ludis* Salm. v. 9. *neſcit modicos* Voſſ. & Salm. v. 11. *Ipſa tuos conferre velis* Voſſ. *cum ferre velis* Salm. & in marg. *voles*. v. 12. *Nullo ſint eriſines* Voſſ. & in marg. *Nullis berines* ex alio v. c. *Nullos interimes* cod. Salm. & in marg. Salmaſius ipſe notaverat, male in edito eſſe *ſtruuntur*. v. 13. *Guttula* Voſſ. ſed in marg. *Guttura*. ibid. *magnis monilibus* cod Salm. *magnis mollibus* Voſſ. & in marg. *monilibus*. v. 14. *Aut gemmas aptent. capiti* Salm. v. 15. *Nulli laudabile totum eſt* Voſſ. *Nulli laudare totum eſt* Salm. & in marg. *laudabile*. 16. *In te cuncta probent* Voſſ. & *probat* in marg. ex v. c. *cernere poſſet* idem a m s. v. 18. *Ad vocem tacuiſſe reas quam mella* Voſſ. *reor qua melle* in marg. ex v. c. *rear. qua mella* Salm. 19. *& in miſero* Voſſ. poſt hunc verſum ſequentes ſatis inepti inſeruntur in cod. Voſſ.

Langueo, deficio, marceſco, punior, uror,
Aeſtuo, ſuſpiro, pereo, debellor, anhelo,
Et grave vulnus alit &c.

& ſic in cod. Salm. in quo *depellor anelo.* & *vulnus aut.* ſed in marg. *Cor grave vulnus alit.* v. 25. *Cura fugit* Voſſ. *fuget* Salm. in marg. *ne tanta pudres violentia nervos Diſſicit adque tuae* Salm. 25. *Saltim* Voſſ. 26. *Utinam defunctum viberis* Salm.

Pag. 681. in notis ad Ep. CCLIV. v. 7. *pater veri* igitur jungendum, non ut male Gonſalius aliique *doctus in arte veri*] *inſere*: Juſtus Ryckius in Primit. Epiſtol. LXXX. pag. 147. ſcribit eruditiſſimum Cardinalem Seraphinum ita hos verſus emendaſſe,

Ipſe pater veri doctus Epicurus in hortis
Vixit, & hanc vitam dixit havere Deos.

ubi conjectura *in hortis*, aliis quoque excogitata, certiſſima eſt. ſed in pentametro *Vixit* propter ſequens *dixit* ſibilum efficit ingratiſſimum. neque placet *havere* vel *avere* ſubſtitui pro *habere*.

Ibidem. paullo poſt pro, offendit alios prima in *doctus* producta, *corrige*, ultima in *doctus* &c.

Pag. 684. Ep. CCLVIII. GALIENI IMPERATORIS *Adlocutio ad Sponſos*] Legitur hoc Epigramma in ſchedis Heinſianis ex cod. Epigr. vet. Joh. Ger. Voſſii deſcriptis cum hoc titulo : CARMEN GALICI IMPERATORIS DUM SPONSUM ET SPONSAM AD LECTUM MITTERET. *Ite ſimul juvenes, pariter ſudate med. Omnibus inter vos. Non* &c. v. 3. *Brachiis nec hederae vincant nec oſcula conchae.* reliqui duo deſiderantur.

Pag. 685. in notis lin. 13. Matth. Röverium in epiſtola ad Cel. Valckenarium exarata.] *adde* : eademque opera correxiſſe in loco Marciani Capellae Lib. IX. pag. 305. ed. Grot.

Nec matris lacrimas, preſſi nec virginis ungues.

ubi vulgo editur, *preſſi nec viribus ungues.* pro quibus conjecerat Patruus meus, *prenſi nec crinibus ungues.* perperam illic Barthius ad Claudian. pag. 461. legebat, *Nec jam arctos lacrimae* &c. facit huc Claudianus Epith Pallad. & Celer. 135 — *nec Scythicas infenſis unguibus iras Exercere velis.* & Propertius &c.

Pag. 686. in fine notae ad Ep. CCLXIII. *ſubjunge.* Certe valde interpolatum & a Grutero diverſum

edidit hoc Epigramma Muratorius Tom. III. Theſ. Nov. Inſcript. vet. Cl. XXIV. pag. 1813. hoc modo:

Cur natum cedis Venus? arcum perdidit. arcum?
Nunc quis habet? Veneto Flavia nata ſinu.
Flavia cur rapuit? dedit hic cur? lumine formae
Deceptus Matri ſe dare crediderat.

quae ſine dubio ſic inmutavit aliquis Italus Venetus, ut gratiam ab amica, cui hoc epigrammate delicias fecit, iniret. An vero auctorem primum habeat Antonium Thebaldeum Ferrarienſem, quia ſub illius nomine legitur inter Carmina Illuſtrium Poëtar. Italor. (in editione Toſcani Tom. I. pag. 229.) ut obſervat Leichius in Miſcell. Lipſienſ. Nov. Vol. I. P. I. pag. 455. non deſinio. nam & ille inmutavit nonnihil primum diſtichon,

Cur natum caedit Venus? arcum perdidit. arcum
Nunc quis habet? Tuſco Flavia nata ſole.

quum apud Gruterum paullo aliter legatur,

Quid natum caedit Venus? arcum perdidit. arcum
Quis rapuit? &c.

Pag. 688. Ep. CCLXVIII. inido notae, Scaliger in Catalect. p. 177.] *adde:* in cod. G. J. Voſſii titulus eſt, AENIGMA. *Dum Natura marem dubitat faceretne puellam.*

Pag. 697. col. 2. ad Ep. CCLXXIX. lin. 6. *neſcis* ultima brevi, quod aevo minus eleganti licet haud rarum ſit] *adde:* ut docent exempla in notis Daumii ad Paulin. Petroc. pag. 348.

Pag. 709. ad v. 3. *fumoſa* Priceus ad Apulej. Apolog. p. 30.] *adde:* ut intelligamus tabernam Copae fumo fuliginoſam. quod nonnihil adjuvari poſſet ex notis Heinſ. ad Ovid. VIII. Met. 647. ſed *famoſa* &c.

Ibid. col. 2. ad v. 4. lin. 29. quae Faunos ſaltantes, crotala manibus quatientes, ac ſcabilla pedibus perſonantes exhibent.] *adde:* ut apud Beger. in Theſaur. Brandenb. Vol. III. p. 251.

Pag. 713. in loco Propertii, vel potius *nymphis mota crepitantibus urna* cum Heinſio &c.] *adde:* ſic apud Horat. Epod. XVI.

Levis crepante Nympha deſilit pede.

fine notae adde quae ſupra notavi ad h. Lib. Ep. 54. 4.

Pag. 500. col. 1. lin. 14. & paullo eſt] *lege*, & paullo poſt.

IN-

Digitized by Google

INDEX

RERUM ET VERBORUM

In Adnotationibus ad Tom. I.

ANTHOLOGIAE

VETER. LATINOR. EPIGRAMM. ET POËMAT.

A.

ABditus in popinis. 581
Abit, adit, ſubit, pro abiit, adiit, ſubiit. 736
Ablavius Conſul, non Ablaſius. 245
Ablativi uſus, Trinacria juvenis, ut hoſpes Zacyntho. & ſim. 294. Evander Arcadia. 383
——— tot annis, & tot annos accuſativo, quid differant. 360
——— pro dativo, manu pro manui, partu, & ſim. 577
Ablativi in *o* & accuſativi in *om* confuſa. 62
Abluere, & obruere, mutata. 11
——— & adluere. 506
Abolet fama, abolet nomen, perit, extinguitur, pro aboletur. 133. 289
Abronius Silo poëta. 87
Abſtractus Cerberus ab Hercule. 24
Abſcondere diem, de telorum nube. 192
Abſciſſi vel abſciſi montes. 610
Abjungere equos, jugo ſolvere. 733
Academia, Ciceronis villa. 340
——— vel Academea, penultima longa, ut Antiochia, Alexandria. 341
Accipere furorem, accipere odium. 609
Accipere aquam. ibid.
Accipit, vel excipit, terra defunctos. 417
Accuſativi in *um*, quia *om* ſcribebant, ſaepe in ablativos in *o* tranſierunt. 62
——— in *is* pro *es* apud Virg. ſaepe ambiguitatem pariunt. 129
Accumulat, paſſive. 289
Accuſativi uſus. noctes dieſque, pro, per noctes dieſque. 360
——— tot annos, & ablativ. tot annis, quid differant. ibid.
Acer, bellicoſus. 209. 192
Acervi cadaverum. acervi caedis. 73
Acis fluvius, prima male correpta. 69
Acis paſtor. 106
Acheloïs Nympha. 714
Achilles fraude Paridis occiſus. 80
Achillis haſta ſanatus Telephus. 82. 83
Acindynus Conſul & Praefectus Praetorio. 325. 326
Acroſtichides & teleſtichides. 480. 740
Actius Apollo. 263
Adacta ad litus claſſis. 81
Adapertus & adopertus. 234
Addictus hiſtrionicae. 381
Adductor, leno. 611. & adducere. 613
Adicit, pro adjicit. 59
Adire artes, adire Camenas. 301
Adhibere fidem, pro credere, damnata locutio. 567
Adfinitatis praetextu, & nominibus fratris, filii, ſororis, &c. furtivos celabant amores. 430. 641. 666
Adliterationes probroſae ex nominibus propriis, Biberius pro Tiberio. Rabienus pro Labieno, Coprianus pro Cypriano. 229
Adluere, & abluere. 506
Adlocutiones Sponſales. 684
Admeti & Alceſtidis fabula. 125
Admitti, locutio amatoria. 612
Admiſſarii equi. 628
Admonere, cum aculeo in memoriam revocare. 226
Adonis, ſecundo caſu, pro Adonidis. 43
Adopertum mare, tectum, clauſum. 234
Adopertus, & adapertus, confuſa. ibid.
Adramyttum. 608
Adrumetum, vel Hadrumetum, colonia Romana provinciae Byzacenae in Africa. ibid.
Adſimulare, non adſimilare. 367. 606
Adſpice, ſeq. ſubjunct. adſpice confundat, adſpice ſubmittat, & ſim. 112. 235
Adſtrictum metu pectus. 290
Adſuetus favor, adſuetum decus. 336
Adtritae res, adtritae opes, & ſim. 28
Adtritum aurum. 552
Advocationem petere, judicii dilationem. 638
Advocatorum caulae ſeu ſepta ante tribunalia. 628
Aëdon. 114. 493
Aëdones, boni poëtae. 609
Aegerius Jupiter. 60

Aegyptii pueri Symphoniaci ad convivia adhibiti. 679
Aelius Stilo Praeconinus. 427
Aemilius Magnus Arborius. 691
Aëna, ahena, in balneis. 167. 485
Aeneas pennatiger. 90
Aenea (de) vetus adonium. 724
Aencīdos, ſecunda male correpta. 354
Aenus Thraciae urbs. 589
Aëripedes cervi, tauri, &c. 24. 165
Aërius viator, aërium iter, de funambulo. 623
Aëria quercus, aëriâ ulmus, & ſim. 100
Aeſtiſer Sol. 702
Aeternum, & externum, mutata. 232. 448
Aethera reddere, ſpiritum, vitam. 90
Aethra, plurali neutro. 323
Aevi decus. 336
Aſſectus, pro liberis. 139
Aſrae volucres. 587
Agentes in rebus. 735
Aglaïe, una ex Gratiis, ſaepe in locis veterum corrupt. a librariis. 300
Agri fertiles, reſpondere, credita reddere: ſteriles, mentiri, fallere, eludere dicuntur. 494
Agrippa (Cajus & Lucius) juvenes Caeſare digni. 286
Ahena, vaſa in balneis, χαλκεῖα. 167. 485
Ajax non aequo judice victus. 634
Ajunt, ut ajunt, quod ajunt. de proverbiis. 437
Alae Cupidinis ventoſae. 183. 646
Alaria veſtis. 433
Albanus Jupiter. 60
Albingaunum, non Albigaunum. 472
Albinus (Sp. Poſthumius) Conſul cum L. Calpurnio Piſone, A. V. C. 605. 570
——— (Aulus Poſthumius) Conſul cum M. Antonio Oratore, Triumviri Avo, A. V. C. 654. ibid.
Albinovanus an auctor Elegiae in Obitum Maecenatis. 251
——— an auctor alterius Elegiae de moribundo Maecenate. 282
——— fragmentum de Navigatione Druſi Germanici. 287
——— fragmentum ex Lib. 1. Rer. Rom. ab aliis Albino tribuitur. 302. vel Alcuino. 734
Albuneus Inuus, Faunus. 722
Alceſtidis & Admeti fabula. 125
Alcides inter homines, Hercules inter Deos dictus. 268
Alcimus poëta & Alcinous. 355. 645
Alſianae thermae. 480.
Alibida, Silenus. 715. 716
Alio ſub cardine gentes. 291
Aila ex aliis. 299
Alipili. 478
Almelovenii Diſſertatio inedita de Balneis veterum. 477
Almo, Simo, Plato, & ſim. pro Almon, Simon. 444
Aloïdae, Gigantes. 271
Alphii Aviti Libri Virorum Excellentium. 452
Alternis, & alterius, confuſa. 438
Alternis, invicem. ibid.
Althea ſtipite ſatifero filium Meleagrum propter fratres ſuos occiſos ulta. 560
Alveolus, tabula aleatoria. 519
Alvus maſc. & fem. gen. 621
Amarans. 495
Ambulare, pro peragrare terras hoſtiliter. 239
Amblare, pro ambulare. ibid.
Ambroſia paſcuntur Solis equi. 278
Ambubajae, unde dict. e. 709
Amentata, amento ligata. 267
Amici Principum, primi conſiliarii. 284
Amicae a poëtis inſignitae nominibus ex fabuloſa antiquitate deſumtis. 640
Amnius Anicius Julianus. 329
Amniadae, Amnia gens. ibid.
Amores furtivi celati ſub nominibus adfinitatis, fratris, ſororis, & ſim. 430. 641
Amor non niſi amore medicandus. 671
Amphitheatrum Polae. 466
Anas, primam & ultimam corripit. 587
Anguſta Druſi dies, de obitu ejus immaturo. 283
Anicia gens. 323
——— & Proba, inter Conſulares praecipua. 324
Animam fugere, animam inſpirare, de oſculis laſcivis. 653. 659. 669
Animi, pro fortitudine. 126
Animus lucis contemtor. 131
Animus deſertor, animus victor, & ſim. 80
Animoſus in armis. 39
Animum inſpirare poëtis. 659
Anna Perenna. 56
Anniorum gens. 329
Annicia gens. ibid.
Annonae praefecti. 59
Antenoris Epitaphium Patavii. 91. 92
Annibalis, penultima longa, ut Hasdrubalis, & ſim. 27
Annius Cimber Rhetor, cum Tullio Cimbro, Caeſaris percuſſore, confuſus. 423
Annona militaris a Ducibus ac primipilis erogata. 613
Anticipare. 702
Antiſtius Vetus villae Ciceronianae poſſeſſor. 340
Antoninus dictus Diadumenus. 242
Antonius Muſa, medicus Auguſti. 303
Aper, nomen proprium. 203
Aperta internodia. 569
Aperire mare, aperire terras. 234
Apes illuſtrium aliquot virorum nutrices. 365
Apollo Actius. 263
——— pulcher. 358
——— noſter, cur Romanis dictus. 358. 737
Apollini comparati formoſi. 657. 683
Apollo intonſus, comatus. 683

Apollo in pugna Actiaca adjuvit Auguſtum. 263. 732
Apollinaris Sulpicius. 389
Apothecae vinariae. 478
Appia, ſimpliciter, pro via Appia. 318
—— circa viam Appiam Pyramides & Mauſolea. 448
Apriculus piſcis. 589
Aptare. 467
Aptus mortem, pro adeptus. 198. 427
Aquae cadentis murmur ſomnum conciliat. 260. 475
Aquas inter ſitire. 504
Aradius Rufinus, Praefect. Urb. non Arcadius. 327. 328
Arbori. 691
Araxes Scythicus. 240
Arare ſulcos. 662
Arbitrium in alicujus venire. 640
Arcanus Jupiter. 61
Arces, domus ſuperbae. 458
—— & urbes. 105. 373
—— Carthaginis. 373
Archemorus ab angue necatus. 90
Archeſtrati Gaſtronomia vel Hedypathia. 588
Ardor, & arbor, confuſa. 687
Area, & gleba, de calvitie capitis. 683
Argumenta omnium operum Virgilii, male Ovidio adſcripta. 372. & ſeqq.
Argutae aves, canorae. 260
Arida ſitis. 504
Arma victores, ut, fata auctores, corruptor aurum, & ſim. 79
Arma, pro viris armatis. 721
Arma Demoſthenis, de eloquentia. 582. 593
Armare, & ornare, mutata. 449
Armatus, & hamatus, confuſa. 502
Armigera Pallas. 581
Arretina vaſa, Arretinus calix. ab Arretio, Italiae municipio. 594
Ars magiſtra. 67. 127
Arzuges, Arzugitani, in Tripolitana regione. 610
Aſcanii duo. 189
Aſclepiadii poëtae nomen effictum ex verſibus aſclepiadeis choriambicis. 556
Aſiani. 608
Aſiatici oratores tumidi & inflati. 424. 582
Aſinia gens. 306
Aſinius Sempronius Rufus Praetorius, primus ciconias menſis inferens, repulſam ob id Conſulatus tulit. 305
—— Gallus comparationem ſcripſit patris ſui Aſinii Pollionis & Ciceronis. 441
Aſinus, in mola lapis verſatilis, vel jumentum ipſum. 627
—— Veſtae delicium. 716
Aſmenus poëta. 402
Aſperat undas hiems. 156
Aſſem pro cella ſolvebant meretrices. 613
Aſius Sol. 709
Aſterius Conſul, emendator codicis Medicei Virgilii. 371
Aſtris Stymphalidas abſtulit Hercules. 23
At, oppoſitioni inſerviens, ſaepe corruptum. 227. 556
Atarnea, in Jonia. 590
Ataulphi, Gothorum Regis, Epitaphium. 333
Athenas ſtudiorum cauſſa petebant Romani. 581
Atria & horrea, mutata. 512. 513
Atra dies. & una dies, confuſa. 336
Atramitae, populi. 608
Attagen, non atagen, in maſc. & attagena, in femin. 587
Attotonſe, pro attondiſſe. 310
Auctus, incrementum. 577
Aucupium viſcatum. 499
Audaces, primi nautae. 288. 733
Audiendum eſt, formula ſe ſtimulantis ad facinus. 180
Aves canorae, & murmur aquae labentis, augent voluptatem ruſticantis. 260. 475. 491
Auferre homines, in ſe convertere. 334
Auge, mater Telephi. 81
Augei vel Augiae ſtabulum. 23
Auguſti Epigramma. 675
Aulae, caulae, boum ſepta. 326
Aura, & hora, mutata. 139. 639.
Aurax, Solis equus. 469
Aurem vellere. 718
Aurium tinnitus, de abſentibus, quorum frequens eſt ſermo. 639
Auribus credere, in aurem dicere, in aurem demittere. 578
Aures (ad) garrire. 639
Auritae ſilvae, & aurita ſaxa, Orphei modulamine ducta. 98. 625
Aurorae pulchritudo comparatur. 680
Aurora frigore praecedit Solem. 702
Avere, & habere, mutata. 452
Avia. per avia aditum quaerere. 183
Aviani (Laeti) Epigramma in Marcianum Capellam. 738
Avienus, (Rufus vel Ruſius Feſtus). 57. 58. 494
Avocare, avocationes, & avocamenta, ad delectationem. 491
Avocat, & evocat, mutata. 417
—— & advocat. 491

B.

B & v in MSS. 100
Bacca, roſa adhuc tecta corymbis. 699
Bacchus ex igne natus, & a Nymphis nutritus. 12
Bacchi expeditio Indica. 266
—— & Apollo Deorum pulcherrimi, & formoſi cum iis comparati. 657
Balbius loqui, balbutire. 268
Balliſta, ludi magiſter, ſed latro, lapidibus obrutus. 367
Balneum Ciceronis in ejus villa oculis ſalubre 340
Balneis (de) Epigrammata. 472 & ſeqq.

Digitized by Google

Balneis (in) Bibliothecae. 484
—— —— Baccho & Veneri operabantur. 484
—— —— Muſicos adhibebant. ibid.
Balneorum exſtructoris nomen aedificio inſcriptum, & ab eo denominabantur. 487
Balthaſaris Venatoris Spicileg. in Catullum eit, ſub nomine Jani Meleagri editum. 255
Baratrones vel balatrones, nugatorii homines, baratro digni. 511
Baſiliſſa, non Baſiliſca, feminae nomen. 636
Baſilius, poëta. 539
Baſterna, lectica matronalis, clauſa, a burdonibus ſeu mulis portabatur. 625
Beatus, pro divite, opulento. 511
Bella puella. 652
Bene magna, bene multa. 439
Beryllus. 415
Bibere, conbibere amorem. 663
Bibaculus Furius, a bibacitate dictus. 420. 738
Bibulus torus, ubi multum bibitur. 710
Biga vel triga amoris. 439. 660
Bibliothecae in balneis. 484
Boaulia, Baulae. 326
Boëthii Epitaphium. 320
Boſchii (Johannis) notae ad Petronium e fonte Heinſiano derivatae. 583
Bractea, vel Brattea, auri lamina. 616. 617
Bractearii, & bracteatores, ſtatuarum inauratores. 745
Brevi oratione utuntur Dii, mandata dantes. 194
Breves ſyllabae ante *pr. ſp. ſt.* & ſim. productae. 75. 146
Breviare, non optimi aevi verbum. 76. 629
Brutus, & Druſus, confuſi. 282
Burdo, mulus. 625
Byblos, Syriae urbs, Adonidi ſacra. 43

C.

CAdentes aquae. 731
Cadentia ſidera. 578
Cadunt vota, irrita ſunt. 296
Cadurca, cadurda. 678
Caelius Firmianus Sympoſius. poëta. 546. 556
Caeli munere, caelaturae ope. 719
Caeſorum acervi. 73
Calathi viminei. 714
Calcare marmor pavimenti. 592
Calcare undas. 471
Calce percutere maritos. 618
Calcibus excuſſis fremere. 615
Calculo, vel Cauculo, calculator, magiſter ludi. 453
Caligulae luxus in balneis. 458
Calybita, cubicularius Cybebes. 715
Calybae. 710
Calvus Catullo plerumque adjunctus. 442
Campi Magni in Africa. 207
Cannegieteri (Henrici) duae Epiſtolae de Hadriani Epigrammate in militem Batavum Soranum. 730. 731
Candere, canere, & gaudere, mutata. 703
Candentes papillae. 692
Cani fluctus, cana aequora. 727
Caninius Rebilus, non Revilius, vel Rebulus, Conſul unius diei. 307
Candor rubori mixtus. 679
Candida verba, ſimplicia, ſine dolo. 648
Candida ora. 717
Candida Penelope, pia, caſta. 505
Capra Homero parentabant Ietae. 404
Captat poma fugacia Tantalus. 591
—— & carpit, mutata. ibid.
Captata capit, capi a capta. & ſim. 737
Caput ad laevam dejicere, vel rejicere. 422. 739
Carceres Circi, oſtia. 467
—— & cardines, mutata. ibid.
Cardine coeli praecipitans imber. 671
Cardus, pro carduus. 690
Carmina ex ſolis pentametris. 240
—— & crimina, confuſa. 600. 602. 634
Carptus, diſſectus. 334
Caſcum, vetus. 673
Caſſiope, & Caſſiopea. 295
Caſſii Parmenſis Orpheus. 97. 98
Caſta Minerva. 451
Caſus perſonae interpoſitus in obteſtationibus, per ego has lacrimas. 164
Catamitus, Ganymedes. 547
Cathedrae, ſellae femineae. 41
Cathedrarii doctores. 454
Cato parvo ſepulcro conditus. 205. 728
—— invictus victis partibus. 217
Catulli (Quinti) Epigrammata. 669. 670
Catulaſter, [illegible]. 446
Caucus, cauculus. ſcyphus, cyathus. 454
Caucularii & cauculatores, praeſtigiatores, incantatores. ibid.
Cauculo, vel Calculo, magiſter ludi. 453
Cauculus pro calculus. 519
Caulae, ſepta advocatorum ante tribunalia. 628
Cede locis. 151
Cecropium mel. 426
Cecropium thymum ore ſpirare. 646
Cedit ſententia, & ſedit, confuſa. 155
Cedit, & cecidit, mutata. 557. 605
Celaenus, in genit. ut Didus, Calypſus, & ſim. 380
Celare dolorem, celare amores. 139
Celebrare, incolere, frequentare. 326
Cenſus & ſenſus. 554
Centones Virgiliani. 5. 41. 111. 115. 149 — 186. 523. — 530.
Cera mollis, cedens. 450
Cerae tractabili conparatur ingenium humanum. 452
Cerea tecta alvorum, de apibus. 375
Cernere jam videor. 72
Cerva, de cervo cum cornibus. 24

Cer-

Cervorum & cornicum vivacitas. 277
Ceſſare, lentum eſſe, non audere, nihil agere. 316
Ceſſit amor. 179
Chalibes. 710
Chartae, codices pugillares, quibus carmina inſcribebant. 293. ſeq. 429
Channia glans. 447
Charontis cymba rapinâ numquam defeſſa. 253
Charoniae nuptiae. Charonium pro Acheronte. 674
Chloë, puella. 617
Chori, de ſideribus. 279
Chryſocome. 115
Chryſogone. 725
Cicadae raucae, querulae. 609
Cicadis comparantur clamoſi, pygmaei, & mali poëtae. ibid.
Cicadae, quo tempore canant. ibid.
Ciccum, cortex mali granati. 495. 741
Ciceronis Officiorum editio Moguntina an. 1465. 335. 337. 342. 343. 736
—— monumentum ſepulchrale in inſula Zacyntho. 348
Ciconiae epulis adhibitae. 305. 585
Ciconia, titulus veris. 585
Ciconia peregrina avis cur dicta. ibid.
Ciere. 113. 540
Ciere, & cire. 496
Cilo. C. Flaminius Cilo, & ſim. 19
Cilia. 607
Cinctoria, zonae, quibus gladii accinguntur. 534
Cineres & urna, de cadaveribus ſepultis, non crematis. 214
Cineri cinis miſceri. 322
—— ingrato ſerta ſervare. 718
Cingulum, de Magiſterio utriusque militiae. 613
Cingulum Hippolytae baltheus. 23. 362
Cinnae (Helvii) Smyrna Commentario L. Craſſitii illuſtrata. 449
Circi deſcriptio. 467
Circumdare cervos, aves retibus. 500
Circumſtant pericula. 163
Ciſium, carpentum celerrimum, birotum. 309
Citerius, vel Citrius, vetus poëta Siculus. 444. 740
Citharoedi deſcriptio. 624. 625
Cl. & d confuſa. 364
Clavam Herculi praeripuit Cupido. 269. 270
Clavis numerabant agreſtes. 592
Clarificare, aevi non optimi verbum. 558
Claudii Caeſaris expeditio Britannica. 231
Claudius Germanicus. 235
Clauſtra Pelori. 261
Clinare, inclinare. 493
Clipeus a Venere Aeneae donatus, a Vulcano fabricatus. 392
Cluere, unde inclytus. 327. 573
Clunem ſubmittere aſello. 631
Clupea, piſcis. 568
—— urbs. ibid.
Coagulum. 538
Cocytia ſacra, & Cotyttia, confuſa. 433
Coelum vel Solem tegere, de ſagittis, Perſarum praecipue. 191
Coelo poni, & inponi. 233
Cognomen gentilitio praemiſſum, Optatus Caſſius, pro Caſſius Optatus, & ſim. 331. Severus Cornelius, Pollio Aſinius. 389
Coitus oſculi. 669
Colchicarum Chorus, non Colchidarum. 152
Colchis pro Medea. Colchidos herba. 276
Cole, & fuge, confuſa. 510
Colere natalem. 658
Colligere crines in nodum. 724
Collis, pyrgus in alveolo. 521
Columna (Hieronymus) Scaligero iniquior. 206. 207. 589
Colus, infundibulum, quo in pyrgum mittebantur teſſerae. 521
Columbatim oſculari. 630
Columbatim, vox aevi antiqui. 652
Comae rutilae. 508. 632
Coma, de arboribus. 493
Comarum poſitura in puellis laudata. 632
Comes ſacrarum Largitionum. 319
Comites utriusque Militiae, Magiſtri equitum ac peditum. 613
Commota vates, commota Cybebe, furibunda. 601
Comedere bona, abligurire. 611
Comere dapes, & convivia. 67
Comitiacus, Comitiva primi ordinis in re militari ornatus. 614
Commoda puella, votis amantis haud difficilis. 636
—— vincula, convenientia. ibid.
Compectorata. 661
Commune imperium. 274
Communis Mars, Communes Dii. 209. 731
Communis mulier, proſtituta. 438
Comparatio a Leone faucio. 169
—— a ſerpente venenato. 169. 177
Compendia ſcripturae, vitiis locum dederunt. *trar*, unde *trans*, pro *terras*. 232. 272
Conbibere amorem. 663
Condere, de Sole. 578
Conditor factionis. 310
Conditio, ſors humana. 277
—— *κτίσις*, creatio. ibid.
—— fecunda male longa. ibid.
Confectores ferarum. 316
Confeſſus amator. 733
Conficere, proſternere, enecare. 705
Conficere, gladiatoribus & arenae proprium. 316
Conglutinare. 274
Committere litora ponte. 104
Conon, Mathematicus Samius. 617
Conponere, ſepelire. 197
Conſtantini Obeliſcus. 245
Conſpicere, & proſpicere. 706
Conſtructionis varietas, rebus egenis adtritus, vel rebus adtritis egenus. 28

Con-

Digitized by Google

Conſumere fletus, preces, & ſim. exhaurire, incaſſum fundere. 145
Conſurgere, de impetu hoſtili. 289
Contexere fraudem alitibus. 499
Contra amare. 304
Contrahere vela. 509
Contingat hoc mihi! exclamatio. 285
Converſa numina. 530
Copa, caupa, cupa. 707. 708
Copae poëmatii an Virgilius, vel incertus potius auctor ſit. 707. 708
Coram faciem mundare. 638
Corinthii, Aſiatici oratores. 424
Cornea & eburnea Somni porta. 365
Cornelius Gallus poëta. 353
Cornicum vivacitas. 277
Cornus pro cornu. 6
Coronare caput, mos potatorum. 717
Coronatus lapis ſepulchri, coronis ornatus. 718
Coronatus, poëta. 147. 149
Corycium olus. 499
Corycium crocum. 280
Corycium nemus prope Parnaſum. ibid.
Corycium, abſolute, pro antro Corycio, ut Aventinum, Parthenium, & ſim. ibid.
Corycio de flore corollae. 713
Corymbi, roſae nondum apertae mucrones faſtigiati. 699. 704
Cotytto, Dea nequitiae, & ſacra Cotyttia. 433
Cotyttia, & Cocytia ſacra, mutata. ibid.
Craſſitii (Lucii) Commentarius in Smyrnam Helvii Cinnae. 82. 440
Crates Philoſophus. 422
Cratis uſus in aucupio. 499
Crepitans, ſtrepitans. & trepidans aqua. 492. 713. 748
Creta faciem dealbare. 638
Cretata facies. 655. 656
Crimina, & carmina, confuſa. 600. 602. 634
Crinem ultimum, fato inſtante, abſcindere credebatur Proſerpina. 683
Crines revocantur in orbem. 692
—— fluminum. 7
—— de arboribus. 490
Crioboiium. 32
Criſpus Paſſienus, & Criſpus Vibius, Oratores. 598
Critii (Andreae) inſigne plagium poëticum. 650
Critici codices vetuſtos emendabant & diſtinguebant, iiſque nomina ſua ſubſcribebant. 371
Croſcaeus (Andreas) vel Croſſaeus Foreſius. 447
Crotala. 708. Crotaliſtria. 709
Crumata. ibid.
Cucumis caeruleus. 715
Culinae funebres in ſuburbiis, ubi inopum funera comburebantur. 434
Cultus, & fructus, mutantur. 489
—— & vultus. 631
Cum aliqua eſſe, honeſta locutio. 643
Cupae, vaſa vinaria. 710. 711
Cupido arcum puellae Flaviae, pro matre Venere tradens. 686. 748
—— alatus & barbatus. 38
Cupidinis alae ventoſae. 183
—— Imperium in Deos & homines. 15
Curae, Muſarum ſtudia. 293
Curae, & Muſae, mutata. 428
—— mortales, & mordaces. 656. 746
Cura, pro curatione. 83
—— vel amica, vel amoris ſollicitudo. 672
Cuſtos Urbis, de Praefecto Urbis. 258
—— hortorum Priapus. 420. 715
Cyaneae undae. 63
Cybebe, non Cybele. 30
—— monticola, vel montigena. ibid.
—— magna mater Idaea. 31
Cycnus, prima correpta, & ſim. 29. 493
Cyclopia melius quam Cyclopea. 42
Cymbalum juventutis. 427. 428
Cymba litoribus vehi, de modeſtis. 509
Cynoſſema, Hecubae ſepulcrum. 110
Cypris pro Venere, optimi aevi non eſt. 484. 615
Cyri Epitaphium. 188
Cyrne, vel Cyrnaea, Corſica. Cyrneae taxi. 105. 464. 599

D.

D & Cl. confuſa. 364
Damnum ferre, non, pati damnum. 553
Damnari voto & voti. 65
—— tenebris. 291
Damnoſa voluptas aleae. 521
Dare ſe, locutio ſaepe corrupta. 581. 637
—— in re amatoria, copiam ſui praebere. 637
—— a prora. 290
Dativi uſus, in honorem vel voluptatem aut cauſam alicujus. 339
Debilis manus, pede, coxa, luxatus, laeſus. 596
Decet, decorum, venuſtum eſt. 632
Decens & recens, confuſa. 636
Decolor, & diſcolor. 517
Decus pectoris, ornamentum. 648
Dedicavit, omiſſum & ſubintellectum, ut ἀνέθηκε Gr. 312. 313
Defecti aetate. 89. Defectus, decrepitus, effoetus. 276
Deſit, corruptum in deſit. 351. 489
Deflorare, excerpere, eligere. 573
Defungi laboribus & periculis, in malam, perfungi, in bonam partem dicitur. 261. 268
Defunctus, abſolute. ibid.
Defundere & diffundere vinum. 713
Dejecta oculos decoros. 181
Dejectus votis, ſpe depulſus, dejecti, qui bonorum repulſam patiuntur. 336
—— & detectus, confuſa. ibid. 343
Dejicere hoſtem. 23
Dejicere, & rejicere, mutata. 739

Dein-

Deinde, triſyll. inferioris aevi eſt. 197
Deintus. defecus, & ſim. 157
Δειλὴ φοιδὴ. 432
Δῆλος manifeſtus. 284
Deliciae. & divitiae, confuſa. 42. 594
Delos inſtabilis, erratica. 460. 461
Demittere in aurem. 578
Demunt non animo curas theſauri. 512
Dendrophoria. 33
Denique omnia, poſt alia enumerata. 437
Deis in memoriam revocare veteres amores. 697
Deo cuidam vel Fortunae cauſſas inexſpectatae felicitatis vel calamitatis adſcribebant veteres. ibid.
—— vel fato tribuebant, ſi quid peccaſſent. 635
Deorum exemplo amores ſuos homines praetexunt apud Poëtas. 4. & ſeq. 108. 682
Depunere Jovem, majeſtatem Jove dignam. 694
Depoſerunt, depoſiſſe, pro depoſuerunt, depoſuiſſe. 220
Depoſiſſe, depoſiviſſe, pro depoſuiſſe. 311
Deprenſus, ſubito oppreſſus, deprenſa puella 638
Deſcendit ferrum in jugulum. 534. 535
Deſertus ſtipes, defixus, depactus. 610
Deſcendit Averno. 382
Deſiſtere pro ſiſtere. 610
Deſtitutus, ſtatutus. 619
Deſignare, formam operis ducere. 451
Deſpicere, deſuper adſpicere inſtar putei, & contemnere. 556
Deſtringere, non diſtringere, mala, ramos. &c. 24
Detectus, & dejectus, confuſa. 336. 343
Deterrere, dehortari. 293
Detruſti pro detruſiſti. 553
Devitare & evitare. 509
Deus pro Dea. 670
Deus quis te huc miſit, de inopinato alicujus adventu. 616
Dextra, vel manus. Caeſaris, qui vice ſacra Caeſaris omnia adminiſtrat. 255
Dialogiſtica Epigrammata. 686
Diana ſilvarum ac nemorum Dea. 65
Dianae ritu ſuccincta. 694
Dicere, de oraculis, pro praedicere. 82
Dicta, addicta dicata, dicere, addicere. 682. 502
Dicta, pro dicteriis. 594
Dictiones, Exercitationes Scholaſticae per themata Virgiliana, quae publice dicebantur, recitabantur. 145
Dicite cur videor, vel videar. 635
Didonis ad Aeneam expoſtulatio. 134. & 145
Diducere rivos & deducere. 499
Didus, pro Didonis, ut Calipſus, Minus, & ſim. 378
Dictare epiſtolam, pro ſcribere. 134. 441
Die pro diei, fide pro fidei, & ſim. 703. 714
Diem condere, diem conburere, & ſim. 290. 291
Dies, de die ſuprema. 283
—— & nox, pro inſigni calamitate illius diei vel noctis. 536
Dies, pro aëre, & pro Sole. 624
—— ille ultimus, de morte. 725
Diffundere & defundere vinum. 713
Digito adtingere, levi injuria adficere. 674
—— uno caput ſcalpere, de inpudicis. 216
Digitum (ad) pugnare, ad ſublationem digiti victum ſe fateri. 470
Dignus & indignus cum genitivo. 329
Dii duodecim majores, Conſentes, magni, & ſelecti.
—— mandata dantes, brevi utuntur oratione. 194
—— Vii. 60. 312
—— Semitales. 312
Delicia, ſing. pro deliciae. 662
Deorum exemplo hominum amores paſſim excuſantur apud poëtas. 4. ſeq. 108
Dira Celaeno. 380
Directus aries pro diſſecto. 275. 276
Diſcolor, & decolor. 517
—— calculus in tabula. 519
Diſcingere lites, dirimere. 324
—— & diſtinguere, confuſa. ibid.
Diſpenſare ſtamina. 281
Disjecta cadavera, inſepulta, disjectae puppes, diſperſae. 385
Diſſice, pro Disjice. 154. 174
Diſſerere, ediſſerere. 172. 613
Diſtenta lacte ubera. 104
Diſtendere. 105
Diſtinet, ſeparat, diſtinguit. 202
Diſtinctis & emendatis codicibus vetuſtis Grammatici nomina ſua ſubſcribebant. 371
Diverſicolor, non recte dicitur. 38. 39
Diviſae naves 503
Divitiae, & deliciae, mutata. 42. 595
Dixit, quod opem haberet, vitioſa locutio. 82
Dixerit, teſtis eſſe poſſit. 295
Doctae artes, de eruditione & poëtica, ſed praecipue de Gr & Lat. linguae peritia. 255
Docti digiti, peritae artificis manus. 450
Dolor; & labor, confuſa. 150
Doluit de quo nil niſi mortem. formula in re funerea. 285
Dominae ſecures. 331
Dominica apotheca, dominicam vinum. 478
Dominus naturae Xerxes, dominus mundi Jupiter. 192
—— mundi, titulus Conſtantii. 246. 730
Domitius Afer Orator, Nemauſenſis. 220
Domitii Marſi Epitaphium Tibulli. 416
—— Epigramma in Bavium. 436
—— Cicuta, titulus libri Epigrammatum. 437. 438
Domus aeterna, pro ſepulchro. 359
Donari donis. 59
Donatus an Vitae Virgilianae auctor ſit. 369
Dos & dotalia non tantum de iis, quae ſponſa, ſed & quae ſponſus aut maritus adfert. 264. 732

Digitized by Google

Dotalis Roma, reſpectu Antonii & Cleopatrae. 264. 314
Druſi & Germanici expeditio in Germaniam. 229
Duabus tunicis indui, de mollibus & luxurioſis. 265
Duas amare. 660
Dubitem, quid dubitem? quid dubitas? ne dubita, formula ſe excitantis ad facinus. 180. 218
Ducere vivos de marmore vultus. 95
—— pocula, uno ſpiritu evacuare. 223
—— tigres, pro, freno regere. 267
—— tunicas, pro gerere, inſolens locutio. 269
—— penſa, trahere penſa. ibid.
—— de cera molli, & ingenio humano, pro flectere. 452
—— ducere mentes rigidas, flectere. 474
—— rivos. 499
—— nomen ab aliquo, non dicere. 614
Dulcare, edulcare. 630
Dum licet. 580
—— loquor. de celeritate. 705
Durare, obfirmare animum. καρτερεῖν. 537. 640. 741.

E.

EBlandiri. 569
Echoici verſus. 476. 559
Ediſſerere. 172. 613
Egelidi lacus. 274
Egerere ſanguinem, animam, & ſim. 350
—— & erigere, exigere, ejicere, mutata. 350
Eget non tempus lacrimis. 134
Eheu, an heu heu, dicendum. 579
Elatus enſis, ictum minitans. 346
Eliſae naves. 503
Eliſus. 22
Eliſſa pro Eliſa in MSS. 360
Elops piſcis. 590
Eloquentiae Graecae & Romanae ſumma laus in oratore. 598
Eloquii & eloquio princeps. 347
Eloquium, & ingenium, confuſa. 348
Emathia, Macedonia. 338
Emicuit, & enituit, confuſa. 363
Eo, &, confuſa. 600
En quid ago? 120. 160
En nomen addo, non, &. 436. 600. 739
Enallage numeri. 301
Enare pro volare. 536
—— per auras. ibid.
Endo pro in. 214
Enectus & evictus, mutata. 85
Enituit, & emicuit, confuſa. 363
Ennii Phageſia, Edeſta, vel Hedypathica, de luxurie in eduliis. 588
Enudare, renudare. 46
Eois aquis gemmae lectae. 256
Epicurus, veri pater, veri inventor. 681
Epicteti nomen Epigrammatibus nonnullis male praefixum. 40. 551. & Epicuri. 595
Epitheta geminata, victi triſtes. 116
Epigrammatum veterum Codices ab Italis interpolati. 67
Epigrammatibus vetuſtis inmixta Italorum recentiorum carmina. 3. 226. 507. 686. 688
Equae meretrices, & inde deſumtae locutiones. 615
Equi Solis & Lunae. 469. 577
Equitare, & inequitare, ſenſu obſcoeno. 629
Equitium, Equitiarius. 310
Ergo pro autem. 277
—— ultima brevi. male. 357
Erigit Fortuna inprobos, non eligit. 557
Eros, Phileros. 671
Errare, de teſtatore, qui inproba dat mandata. 360
Erumpere liquores, & ſim. erumpere ſe. 10
Erythraeo litore gemmae lectae. 256
Eryx caeſtibus occiſus ab Hercule. 293
Eſcendere. 188
Eſſe ſub regibus, eſſe ſub Aeneadis. 86. & 87
—— & iſſe, mutata. ibid.
—— putas? non putes, ſequente negatione. 430
Eſt non hunc fugere, non eſt te fallere. 155
Eſt, pro edit, intus conſumit. 548
Eſſeda, vehicula Britanna vel Gallica. 626
Eum, initio periodi apud Virg. 306
Et, ſaepe male pro ſed ſcriptum, praecedente voce in s deſinente. inops &, pro, ſed. humilis &, pro ſed. 28. 87
Europa taurum laeva tenens, ſinu patente, in monumentis vetuſtis. 6
Eurialus Moranius Aſculanus. poëta. 447
Euripides, ſecundam producit. 405
Eurynome, Charitum Mater. 55
Eurynomae aliae. ibid.
Euſthenius poëta. 79
Euſtochius, Criticus ſeu emendator Gellii. 420
Evenient, & venient. 592
Evictus, & enectus, mutata. 22. 85
Evitare, & devitare. 503
Evocat e vita Deus. 417
Examina, exagmina. 495
Excetra, peſtis, hydra. 22. 345
Excipit, vel accipit, terra defunctum. 417
Excreandi ſignum nocturnum amantium ante fores. 632. 633
Exeſa ſecto corpora. 516
Exemplum vixi. 286
Exemplo ſibi eſſe. 250
Exercitationes poëtarum Scholaſticorum per Themata Homerica aut Virgiliana. 41. 115. 134. 145. 146. 147
Ἐξόδιον & εἰσόδιον. 478
Exodiarius. ibid.
Exoriens, abſolute, pro Sole oriente, male dicitur. 264
Expedire nomen, ſolvere aes alienum. 423
Exſertus Cethegus. 335
Exſerere manus, exſerere humeros, nudare. ibid.

Ex-

Digitized by Google

Exſinuari & extenuari, mutata. 700. 704
Exſpectati, & exoptati triumphi, confuſa. 163
Exterminatus animi. 554
Externum & aeternum, mutata. 232. 448
Extinctum nefas 335
Extremum. & Erythraeum, confuſa. 256
Extremus orbis, pro Aegypto. 263
—— de Indis. 264
Externus, & aeternus, confuſa. 232. 448
Extractus Cerberus ab Hercule. 23
Exuviae, Dii penates ab Aenea ex Troja educti. 90

F.

Fabula, de quo multa narrantur. 292
Face pro fac, quia fac male corripitur. 590
Facere funus. 408
Faces ex oculis puellarum emicantes. 617
—— geminas ex oculis puellarum accendere Cupidinem fingunt poëtae. ibid.
Facibus a ſervo praelatis ſolebant nocte inviſere amicas. 670
Facies Trojae, facies urbis. 373
Factus, & natus, mutata. 688
Faex, de hominibus viliſſimis. 608. 744
Fallere, λανθάνειν. 155
Fallunt ſenſus oculos, ſpecie decipiunt. 584
Falſus, & fallere, de eo, qui ſub adſumta imagine ſimulatus latet. 143
—— ſexus, ſimulatus. 69
Faltonia gens. 324
Famoſus, pro claro, illuſtri. poſterioris aevi eſt. 365
—— fumoſus, & formoſus, mutata. 428. 709
Famoſa taberna. 709
Farris libra, pauperis victus. 421
Faſtus amator. 136
Fata, & furta, mutata. 448
Fatalis Meleagri ſtipes. 560
Fatebor enim. formula. 293. 429
Fauni cum crotalis & ſcabillis ſaltantes. 709
Fauſti balnea. 487
Faventius (Ulpius Egnatius). 331
Favus Atticus. eloquentia Graeca. 427. 582
Felix qui &c. felix, cui licet. 501
—— Vir Clariſſimus. 481
Fellitus, felle imbutus. 495
Felliti joci. 606
Femen, femina, pro femur, femora. 435
Feror furibunda. 144
Ferre damnum, non, pati damnum. 553
Ferrea vel terrea progenies hominum. 166
Feſtra, minutum oſtium. 587
Fiant terrae, fiat mare, fiat lux, & ſim. de Deo legem Naturae dicente. 149
Fiat opus. 451
Filios ore & virtute parentibus ſimiles habere, votum nuptiale. 305
Fingere opus cera. 451
Fiſcum, fiſcellus. 714
Fiſcella juncea ſiccabatur caſeus, ſero defluente. ibid.
Flammare, pro inflammare. 16
Flammas ore tenere. 578. 743
Flavianus Murmecius. 494
Flecte, & plecte. 518
Flexus, & fluxus, mutata. 622
Florea ſerta. 658
—— & florida, mutata, ſed differunt. ibid.
Florida, Excerpta, vel opuſcula miſcella. 573
—— & florea, confuſa. 658
Floridus vel Florus poëta. 9. 10. 573. 687. 698
Fluere, de igne. 682
Fluens tunica. 265. 269
Fluctuare, prurire. 622
Fluvii ſanguine caeſorum turgentes. 73. 74
Fluvii devictarum gentium in pompa triumphali lentius euntes circumferebantur. 230
Fluxi amictus, molles. 70
Fluxus pro fluctuatione. 622
—— & flexus, mutata. ibid.
Foeda procellis aequora, vel foeta. 533
Foeta ulmus, foetae uvae. 499
Forma & venuſtas quomodo differant. 641
—— metalla, pro metallica, ut turmae hoſtes, pro hoſtiles. 342
Formae emendatiſſimae deſcriptio. 651 - 653. 679. & ſeq.
—— gratia. 656
Fors & ſors. 155. 538
Fors & Fortuna. 567
Forte, & nocte, mutata. 611
Fortuna Praeneſtina. 58
Fortuna, & natura, mutata. 488
Fortunae variabilis deſcriptio. 556. ſeqq. 561. & ſeqq.
Fortuna rotae vel globo inſiſtens. 567
Fovere gaudia. 498
Fovet praecordia Mavors, incendit. 69
Fovere, & movere, mutata. 498
Frangere, tangere, & jungere. 537
Frangunt triſtis animum. 537
Fracta, & ſtrata, mutantur. 319
Frater, ſoror, filius, gener, nomina in amorum & nequitiae adfinitate. 430. 641
Fratres duo tempore belli civilis, quorum unus alterum inſcius interfecit. 314
Frigora & aeſtum pati, laus militaris. 298. 434
—— & ſidera, confuſa. 298
Fritinnire. 604
Fructus, & cultus, mutata. 489
Fructus amoris, frui Venere. 622
Frui tenebras, frui libertatem, & ſim. 137
Frugifera & legifera Ceres. 447
Frutecta. 703
Fuci, & ſucci, mutata. 276. 649
—— de herbis non dicuntur. ibid.
Fucari, pro erubeſcere. 626

Fuerit decurrere, fuerit delere, & ſim. 35
Fuge amicitias magnas. 510
Fugientia terga, non fugiendis. ut orientia Solis lumina, & ſim. 262
Fuiſſe, vixiſſe. fuit, mortuus eſt. 284
Fuit Roma, cecidit. 459
Fulmenta pro fulcimenta. 365
Fumoſi, inanes, fumum vendentes. 428
——— & famoſi, confunduntur. ibid.
Fumoſa taberna. 748
Funambulus. 623
Funera mulier, praefica, vel, quae funus curat. 408. 409
Funus pro cadavere. 595
—— facere. 409
Furens, & virens flamma, mutata. 136
Furiare, in furorem accendere. 540
Furiatus, & furioſus. 545
Furiis agitatus Oreſtes. 170
Furii Bibaculi Fragmenta. 420
Furta, & fata, confuſa. 448
Futura, quae evenient. 532

G.

GAbalus pro homine, qui gabalo ſeu cruce dignus eſt. 243
Galeis bibebant milites. 265
Galla, vinum aſperum. 713
Galli, ſacerdotes Cybeles, cum litera minori. 30
Gallantes. 34
Gallio Rhetor. 604
Gallus (Cornelius) poëta, quando obierit. 353
Gamba, crus. 629
Ganymedem in Ida monte venantem rapuit Jovis aquila. 271
Garrula fiſtula. 713
Gelidus, ſubitus, tremor occupat artus, vel gelidos, & ſubitos. 524.
Gemipomae papillae, barbare & vitioſe. 652. 654.
Gemellulae papillae, ſororiantes. 654
Gemmae, oculi in cauda pavonis. 617
Gemmant roſae, gemmantia prata. 140. 699.
Gener, natus, maritus, uxor, & ſim. de iis, qui nondum ſunt, ſed ſperantur fore. 296
——— nomina adfinitatis amatoriae. 430. 641
Generoſa, generis nobilitate inſignis. 641
Genetrix, non genitrix. 78
Genio ſacra facta die natali. 658
Genitivi nominum propriorum, Alcidae, Thyeſtae, Oreſtae. 81. Geryonae, Anchiſae. 326
——— ——— Achillei, Ulyxi, & ſim. 85.
——— ——— Didus, Caliſus, Argus, & ſim. 378. Celaenus. 380
Geniſta herba. 40.
Gentia, Illyricae feminae nomen a Gentio Illyriorum Rege. 616
Gens, & mens, confuſa. 145.
Gerere ſecula. 604
Germanus, de fratre, & homine Germano. 423. 729
Germanici & Druſi expeditio in Germaniam. 229
Germanico arcus cum inſcriptione in urbe Roma, Druſo in via Appia erectus. 230
Germanici cognomen Druſo poſt mortem, ejusque poſteris, datum. ibid.
Germanici Epigrammatum reliquiae. 86
Germanicus, Claudii Caeſ. cognomen. 235
Germiſara. 65
Germina, & gramina, mutata. 490
Gerundia in do male corripiuntur. 208. 466.
Geryonae, ſecundo caſu, non Geryonis. 325
——— tres fratres conjunctiſſimi. 439
Geſtare ſuſurros, geſtare ſermones, rarior locutio. 639
Ginnius, ginnus, parvus equus, aut brevis mulus. 416
Glaciari, congelari, de aquis. 274
Gladii pro viris armatis, militibus. 46. 721
Glaphyra, mater Archelai, ſcortum famoſum. 675
Glauco anguis reſtituit vitam. 90
Glaucum, & raucum, mutata. 507
Gleba, & area, de calvitie capitis. 683
Gliſcere, creſcere. 687
Gloſſariorum magiſtri ſaepe ad loca Virgiliana reſpiciunt. 116
Gramina, & germina, mutata. 490
Grana malorum punicorum. 495
Graſſari, graſſatores. 360
Grata & Graja, confuſa. 585. 622.
Gratia formae. 656
Gravior, de grandaevo. 185
Grex Socraticus. 582
Gyaros celſa. 461
Gyri, guiri in MSS. 469. 627
——— ſeptem Circi ſpatia. 468. & 469.
——— in mola. 627

H.

HAbet, hoc habet, de letaliter vulnerato. 277
Habere, & avere, mutata. 452
Hactenus, de loco vel tempore. 506
Hadriani Imp. Epigrammata. 86. 249. 445
Haerere, animo infixum eſſe. 605
Hamatae manus, hamati ungues. 502
Hamatus, & armatus, confuſa. ibid.
Hamare. 580
Hannibalis, Hasdrubalis, penultima longa. 27
Harpocrates, loto inſidens, cum flagello, & digito ſiniſtrae manus ori admoto in gemma, cum inſcriptione Graeca. 629
——— Serapis dictus. 630
Harpocratem reddere, ſenſu obſcoeno. 629
Haſta Achillis vulneratus & ſanatus Telephus. 82. 83
Haurire ſupplicium, cladem, & ſim. 186
Hauſum, & hauſurum, pro hauſtum, & hauſturum. 266

Digitized by Google

Hecademus an Academus. 340
Hecale & Hecate, confuſa. 593
——— poëma Callimachi. ibid.
Hecubae ſepulchrum Cynoſſema. 110
Helenae & Ledae comparatae formoſae. 694
Helpes, uxor Boëthii Philoſophi diverſa ab Helpide Sicula Meſſanenſi, uxore Boëthii Severi Torquati. 321
Helpis, non Helpes. ibid.
Helvius Cinna. 82. non Aelius. 440
——— ejus Smyrna, poëma obſcuriſſimum, Commentario L. Craſſitii illuſtrata. 440
——— fragmenta. ibid.
Helluatum patrimonium, decoctum. 438
Hemonia, Harmonia, Hermione, & Eunomia, confuſa. 84
Herba, & umbra, confuſa. 712
Hercules tricoſus. 18
——— ſtrigoſus. ibid.
——— toroſus. 269
——— invictus. 20
——— victor. ibid.
——— ejus XII. Labores. 21. & labor tertius decimus. ibid.
——— aereis crepitaculis Stymphalidas abegit. 23
——— inter Deos, Alcides inter homines dictus. 268
——— ab Omphale verberatus propter penſum male netum. 269
——— clavam ei & pellem Leonis Cupido praeripuit, dum penſa Omphalae duceret. 269
——— angues in cunis preſſit. 270
——— hydram igne exuſſit. 270. 569
——— poſt Gigantas debellatos, amore Jûs, in vaccam vel bovem mutatae, arſit. 271
——— Erycem caeſtibus occidit. 293
——— in ejus aediculis culinae. 434
——— ſtatua Herculis Heſionen rapientis. 725
——— in Herculis ſtatuam a Lyſippo factam Epigramma Graecum, Latinis verſibus redditum. 738
Hernia, hirnea. 431
Heros, ſenioris aetatis reſpectu. 446
Heſiodi Ἠοῖαι μεγάλαι. 300
Heu heu, an Eheu, dicendum. 579
Hiatus in verſibus. 520
Hiatus in verſibus Virgilianis. 119. 172. 188
Hic & hic, pro hic & ille. 255. 280
Hierocorax, ſacrorum Mithriacorum ſacerdos. Hierocerux, inferior miniſter. 32
Hieronymus Salina, poëta Italus. 447
Hippodamiae proci ab Oenomao occiſi. 116
Hippomene, Atalanta, corrupta a librariis in Hippomane. 295
——— ——— volucris puellis. 695
Hirundines hieme ſcopulis vel arborum truncis ſe condunt. 274
——— ——— aquas percutiunt alis, ut iis madefactis pulverem colligant ad figendos nidos. 274
Hiſtri pro hiſtrionibus. 224
Hoc mihi contingat! ecphoneſis. 285
Homeraeus. 357
Homero Jētae parentabant capra. 404
Honor, de ſacrificiis. 37
——— roſae, florum honor, & ſim. 704
——— & honoratus, de praemio ac mercede. 224
Hora, & aura, mutata. 139. 639
Hora, pro die vel tempore. 577
Horatius Maecenati ſupervixit. 414
Horrea, divitiarum & pretioſarum rerum conditoria. 513
——— & atria, mutata. ibid.
Hortator ſcelerum. 186
Hoſpes Caeſaris, de Praefecto Urbis. 258
Humani pro hominibus. 595
Humano major. 204
Humanos amores Jovis & Deorum exemplo excuſant poëtae. 4. & ſeq.
Hydra ab Hercule exuſta. 270. 569

I.

I bis repetitum: I demens, I, carpe fugam, & ſim. 510
I nunc, formula in calamitoſos, ſed ſuperbos. 500. 511
Jacere, deſpectum, contemtum, vel animo dejectum eſſe. 434. 535. 577
——— de monumentis collapſis vel neglectis. 247
——— quieſcere a venatu. 272
Jacet, vacat, & nocet, confuſa. 449
Jacta cadavera, paſſim diſperſa, inſepulta. 385
Jacturae, munera & largitiones in populum effuſae. 372
Jaculari faces oculis, tela in amantes. 668. 682
Jaculum pro telo & haſta. 250
Jam & Nam, confuſa. 221. 297. 468
Jam, tranſitionis particula. 297. 468
Icta malis mens. 362
Idipus pro Oedipus. 97
Jecur vaticinandi & augurandi ſedes. 425
Jejunus amor, jejuna luxuria. 695
Jētae. 738
——— Homero parentabant capra. 404
Ignotae ferae, ex alio orbe advectae. 466
Ilignus equus, vel abiegnus, de equo Trojano. 91
Ilion, & Ilios, ut Pergamon, & Pergamos, primo caſu. 86. 352
Illud, in re amatoria. 642
Ilva. 463. 465
Imbriferum ver, & umbriferum. 465
Inbuere animum vitiis, & induere. 514
Inbuere aras. 720
In bovem procumbere, In bovem mugire, In lapidem ſtare, pro inſtar bovis, inſtar lapidis. 278
In habenis, in equis, in haſta & ſim. 409

In cinerem verti. 89
Incendere, inflammare aliquem. 166. 170
Incenſus furiis, vel accenſus. 159. 170
Inconceſſi hymenaei. 116
Indae feminae ſuper ardentes maritos ſe ultro in rogos conjiciunt. 185
Index Phoebus, de Sole, Martis & Veneris furta detegente. 48
—— & judex confuſa. ibid.
Indigenae ferae. 466. 479
Induere animum vitiis, induere ingenium, & ſim. 514
—— & inbuere, mutata. ibid.
Indignus, & dignus, cum genitivo. 329
Indis aquis gemmae lectae. 256
—— & undis, confuſa. ibid.
India nigra. 508
Infeſtare. 395
—— & inſtigare. 396
Infeſtus vel inverſus pollex, in arena. 534
Infinitivus per admirationem vel indignationem. 288
Informare, operis formam adumbrare. 451
Ingenium, & eloquium, confuſa. 348
Ingenuum, non fucatum. 661
Ingerere tela, haſtas, & ſim. 146
Ingredientes ſcenam, populum ſalutabant. 622
Ingreſſa, introitus ante ſacrum officium in Eccleſiis. 745
Inlacrimari.* 463
Inmittere undas. 192. 193
Inmitti, & mitti, de Diis & fulminibus, pro deſcendere. 297
Inmittere corpus. 299
Innumeri numeri. 407
Inpermiſſus. 143. 144
Inpoſitus coelo. 233
Inproba vox, Inprobe ſpes. 358
Inquieti oculi, laſcivia mobiles. 646
Inreparabile, inremeabile, & inrevocabile, mutantur. 131
Inſcribere, titulum operis facere. 406
Inſerta lumina. 48
Inſidioſus, & invidioſus, mutata. 606
Inſpirare animam. 659
—— animum. ibid.
Inſtantia, deterioris aevi vox. 370
Inſtaurare. 459
Inſtigare. 396
Intactae gentes, intactus Britannus. 231. 291
Integer aevi. 283
Interamna. 472
Internodia. 569
Interni gradus in alveolo. 520
Intertexta. 649
Intimare. novum verbum. 662
Intonſus Apollo. 683
Inverſari, verbum abſurdum. 571
Invictus Hercules. 20
Invictus Mithra vel Sol. 38
Invictus Cato. 217
Inuſitatus & inviſitatus, confuſa. 307
Invito & irrito. 518
Invidioſus, & inſidioſus, mutata. 606
Jŏcaſta, quadriſyll. 97
Jocoſus Bacchus, jocoſa Venus. 268
Jonium, Aegeum, ſubintell. mare. 114
Jovem deponere, majeſtatem Jove dignam. 674
Jovis & Deorum exemplo humanos amores excuſant poëtae. 4. & ſeq. 108
Ipſe, ἐμφατικῶς. 397
Irae. 424
Ire e manibus, de lancea. 602
Ire redire. 253. 501
Irrito & invito. 518
It, cum & mutatum. 602
Itali Epigrammatum veterum codices interpolarunt. 67
Italorum carmina Epigrammatibus vetuſtis inmixta. 3. 226. 597. 686. 688
Jubans galea. 265
Judex belli. 250
Judex, & index, confuſa. 48
—— & vindex. 250
Judices iniquos experti Ajax, Palamedes, Socrates. 634
Judicia, & judicare, propria de teſtamentis verba. 359
Juliam (ad) nive inſitantem vetus Epigramma multi recentiores imitati ſunt. 650. 651
Julianus (Amnius Anicius). 329
Juno ſuprema. 34
Junco pendens cucumis. 715
Juncea vel ſcirpea fiſcella ſiccabatur caſeus, ſero defluente. 714
Jungere vitem arboribus. 373
Ithyphallici verſus. 9
Jugare & adjugare, copulare, conjungere, contra dejugare. 604
Jupiter! exclamandi formula. 282
—— pro aëre. 192
—— Aegerius. 60
—— Albanus. ibid.
—— Arcanus. 61
—— Latialis. 60
Juſſa, de ultimae voluntatis arbitrio. 360
Juvant imbres prata. 451

K.

Κατεφάγεν τὴν οὐσίαν, comedere bona. abligurire. 611
Κέλης, κελήτης, equus ſingulator, deſultorius. 469
Κορυβαντιᾶν, & κορυβαντιασμὸς, morbus imaginoſus, qualis. 462

L.

Laberius Mimographus. 553
Laberii Reſtio. 406

La-

Labiae, pro labia. 669
Labor, & dolor, confuſa. 150
Labor & quies, hominibus alternant diem & noctem. 140
Labores XII. Herculis. 21
Labore ſtructa coma, nimis comta. 691
Labra caeſa, ſciſſa. 516
Lacertae virides. 716
——— & cicadae junguntur. ibid.
Lactantio male adſcripta Elegia in obitum Maecenatis. 251
Laeta arva, foecunda. 447
Laetus, & lentus, confuſa. 268. 715
Lambere, de undis & fluctibus. 489
——— os faviis, inſtar canis. 434
Lances in ſpectaculis, & ſacrificiis. 470. 471
Laniari, de claſſe. 290
Lapide, ſcopulis, montibus editi, crudeles. 695
Lapidibus tegi. 366
Lapithas vinum perdidit. 540
Lapſae, laſſae, & feſſae res. 532
Laſſare, & laxare, confuſa. 147
Laſſae, & lapſae res. 532
Latium, pro gravitate & majeſtate Latina. 598. 634. 718
Latinus, prima male longa. 243
Lato Dea. 56
Laucoon, Laumedon, Laudice, pro Laocoon, Laomedon, Laodice. 90. 272. 378
Laureae Tullii verſus in Academiam, Ciceronis villam. 340
Laxare, & laſſare. 147
Legum vox, qui leges voce ſua defendit. 318. 337
Leges, & reges, mutata. ibid.
Legifera & Frugifera Ceres. 447
Legere poëtas, explicare, ut Criticus. 422
Leno avarus. 410
Lenones undae, lena pictura. 102
Lenare. 611
Lentus, ſecurus, otioſus. 268
——— & laetus, confuſa. 268. 715
Lenti racemi, tenaces. 715
Leones ſubmittent colla, de ἀδυνάτῳ. 508
Leonis ira nobilis. 545. 546
Leporis eſu formoſitatem per ſeptem dies conciliari credebant. 241
Levare membra vel crura toro. 278
Leves Amores, alati. 646
Leves calami. 647
Levitas Fortunae. 538
Libata lilia, poma, & ſim. ab ore virginis. 644. 714
Licia, telarum ſtamina. 71
Libera colla jugo dare. 232
Libra, & ſelibra farris, victus pauperis. 421
Librare, aequare. 48. 282
Libya, Africa. 200
Licet. dum licet. 580
Licet ille amet, licet ille moveat, pro illi, aut, licet illum amare. 550
Licia, ſtamina. 71
Licinus, vel Licinius, tonſor Auguſti. 205
——— (Porcius) vel Licinius, poëta. 407. 674
Lilia roſis mixta, in formae pulchritudine. 679
Limes, & miles, confuſa. 242
Lindinus, poëta. 550
Litera initialis verſibus adponi in MSS. neglecta vel male ſcripta, ſaepe vitiis locum dedit. 418
Litoribus cymba vehi, de modeſtis. 569
Livida ora ex oſculorum morſiunculis. 658
Loca, ſedilia in ſpectaculis. 93
Locar, aes quod in ſpectaculis ſolvebatur. 724
Loco, & ſolo, mutata. 202. 347
Loci, de partibus pudendis. 433
Lollius (M. Pelicanus). 254
Loquaces oculi, loquens ſupercilium. 646
——— manus, loquaces digiti. 678. 679
Loqui nota. 141. loqui multa. 592. dum loquor, de celeritate. 705
Lucem hanc utinam ferat Aurora. 281
Lucentes zmaragdi. 415
Lucernae ad ſacra amoris nocturna adhibitae. 684
Luci amoeni deſcriptio. 492
Lucida Maja. 8
Lucius Camerius. 431
Lucroſa fori jugia. 515
Luctus in inferorum aditu cum Livore & Curis poſitus. 583. 584
Luculli villa. 460
Ludere, ludicra Muſa. 632
——— illudere, de textrina. 648
Ludibria, contumeliae in cadaver. 338
Luenda culpa, pianda. 316
——— & levanda, confuſa. ibid.
Luna a Sole fulgorem mutuatur. 137
Lunae biga, Soli quadriga datur. 469
Lupa Romuli nutrix. 476
Lupi Balnea. 475
Luſci oculi. 606
Luſcius. 412
Luſitanicae provinciae municipia. 238
Luſtrare orbem. 201
——— ſingula. 48
Luſtrum & Olympias, quomodo differant. 370
Luxuriare animo. 208

M.

MAcetum, non Macedum, ſcribendum. 189. 221
Maecenas, e Regibus Etruſcis ortus. 251
——— lapidum pretioſorum ſtudioſiſſimus. 256. 414
——— mollis & diſſolutus ſermone. 257
——— veſtitu & animo diſcinctus. ibid.
——— Caeſaris hoſpes, & cuſtos Urbis, pro Urbis Praefecto. 258

Ma-

Maecenas tener. 262
—— Auguſto auctor fuit expeditionis Indicae. 264
—— ejus & Auguſti alienatio propter Terentiam uxorem Maecenatis. 283
—— ante Horatium obiit. 414
—— ſenex obiit. 283
—— ejus Carminum fragmenta. 22. 412-415. 596
Madere rore eloquentiae. 427. 582. 599
Maenadis nomen ſaepe corruptum. 266
Maevius, qui tempore belli Civilis fratrem ignarus interfecit. 314
Magius figulus an Virgilii pater. 364
Magis, pro potius. 644
Magni campi in Africa. 207
Magno, & mango, confuſa. 243
Magnum ſpirare, altum ſpirare. 184
Magnificare, pro magni aeſtimare, non, pro laudare. 558. 571
Magnus. Pompejus. 201. 202
Magnorum parva ſepulcra. oppoſitio. 456. 457
Malum in judicio Paridis, cauſſa mali. 94
Mala aurea, mala Martiana. 644. 645
Malvarum in foliis ſcripſerunt veteres. 441
Manare mella, & ſim. 10
Mandit frena ſonipes. 122. 447
Mango, inpoſtor, nebulo. 243
—— & magno, confuſa. ibid.
Manifeſtus, qui ſe ultro prodit, confeſſus. 284. 733
Manlua, Auguſti hoſtis, ab Antonio occiſus. 675
Mannalis baſterna, quae a mannis portabatur. 625
Mantua Galliae non Tuſciae. 363
Manu animam reluctantem extraxit Cato. 217
—— pro manui, contemptu, pro contemtui, partu, pro partui &c. 577
Manualis baſterna, quae manu ſervorum portabatur, χειρημάξιον. 626
Manumiſſio per vindictam, a quo nomen habeat. 219
Manus inpia, de militari licentia. 369
Marcia, & Martia. 644
Marcius, & Martius. 614
Mare opertum, adopertum. 233
Margaritum & Margarita. 413. 586
Marini (Joh. Baptiſtae) Equitis Itali Idyllia, inſcripta, la Sampogna. 438
Marmora monumenta, pro marmorea. 260
Marmori Pario candor puellae conparatur. 615
Marmorei digiti, marmoreum pectus. 700
Marmor Parium. 647
—— Synnadicum, Phrygium. ibid.
—— Siculum. ibid.
Mars Ἐνυάλιος, communis. 299. 734
—— ἀλλοπρόσαλλος. 299
Marſi (Domitii) Epitaphium Tibulli. 416
Martia & Marcia. 644
Martialis nomen paſſim a Scholiaſtis & Grammaticis adſcriptum Epigrammatibus vetuſtis. 237. 470. 471. 496. 650. 685
Martius a Marte, Marcius a Marco. 614
Marullus (Michael) Epigrammata antiqua ſibi vindicavit. 3. 226
Maſculinum neutro junctum, arma victores, fata auctores, corruptor aurum. & ſim. 79
Matiana mala, a Cajo vel Cneo Matio dicta. 645
Mattii (Cnei) Mimiambi & Fragmenta. 630. 631
Matura cadunt poma. 551
Mauſolea circa viam Appiam. 448
Maximi in gente Valeria. 293
Majus an Magius, figulus, Virgilii pater. 364. 593
Me legat, ex poëtae perſona, non, Hoc legat. 352
Meatus pro volatu. 629
Medea, Tragoedia Oſidii Getae, non Ovidii, ex Centonibus Virgilianis. 149—186
Medea Ovidii, & ex ea fragmentum. 149
Medicei codicis Virgiliani Specimen. 371
—— —— —— editio Fogginiana. 371
Medii homines, vel in mediis in turba. 178
Mediis in aquis uri igne amoris. 101
Medus, jaculo inſignis. 250
Μείυρος, prima correpta, & ſim. 424
Mel ore ſpirare, de cantu vel ſuavi odore. 646. 681
—— Cecropium, mel Atticum, eloquentia Graeca. 426
Melanurus, prima longa, & ſecunda ac tertia brevi. vitioſe. 743
Meleagri fatalis ſtipes. 560
Memor ſum, & certe memini, cumulata. 265
Memorabile, & miſerabile, confuſa. 196
Memorant te, Qualem te memorant, formula loquentium de rebus aetatis remotioris. 266
Menotyrannus Attis. 31
Menoetiades, Patroclus, ab Hectore occiſus, armis Achillis indutus. 80
Mens & gens, confuſa. 145
Mentitus, paſſive. 236
Mercurius Vius, Vialis. 60
Merdacea, & ſmerdalea, confuſa. 607
Mereri triumphos. 259
Mergi fluctibus, ominoſum. 290
—— in undis, vel in undas. 394
—— & vergi, mutata. 557. 561
Merſae rates. 561
Merulae aves garrulae. 608. 609
Meſſala Corvinus (Valerius) 292
Meta ultima, mors. 597
Metere homines, pro occidere. 96. 271
Metri genus carminibus Horatii & Prudentii adſcriptum in codd. MSS. 556
Micantia ſidera. 138
Micare ignem, active. 173
Miles, pedes Romanus. 731
—— & limes confuſa. 242
Milites e galeis bibebant. 265

Mili.

Militiae utriusque Comites, Magiſtri equitum ac peditum. 613
Mille carinae Graecorum ad Trojam. 694
Miltiadis epitaphium. 195
Mimi vox plurimis veterum locis corrupta. 224. & ſeqq.
Mincius pro Mantua, Maronis patria. 355
Minotaurus e Paſiphaë genitus, Veneris vindicta, propter congreſſum cum Marte a Sole indicatum. 50
Mirabile, & miſerabile, confuſa. 196
Mirari, cum ſtupore intueri. 456. 473
Miras pro miraris. 512
Mirum, ni. 515
Miſcere, cum caſu quarto & ſexto: luctum miſcere hymenaeis, vel luctu hymenaeos. & ſim. 175
Miſera, & ſera, confuſa. 142
Miſersri cum genitivo. 168
Miſerabile, memorabile, & mirabile. 196
(Miſerabile!) per parentheſin interjectum. ibid.
Mitia baſia. 653
Mitra, vetularum & juvencularum. 708
Mittere funda. 493
Mitti, & inmitti, de Diis & fulminibus, pro deſcendere. 297
Mitylus piſcis. 507. 589
Mixta gaudia. 466
Mobile Fortunae regnum. 195
——— & nobile, confuſa. 195. 605. 649
Mobilis & nobilis platanus. 492
Moenire pro munire. moeri pro muris, & moerare. 65. 722
Molae verſatiles vel truſatiles, a jumentis vel hominibus actae. 627
Molere, & permolere, ſenſu obſcoeno. 628
Moles, de ſuperbis palatiis. 449
—— & mentes, mutata. ibid.
Molles oculi, in fletum faciles. 284
Mollis cera, cedens, flecti facilis. 450
Monilia, colli ornamenta. 680. 692
Monitus ſomno. 39
Montes lapidum, montes auri, montes arenarum, & ſim. pro mole & magna copia. 367. 449. 512.
——— & moles, mutata. 367. 449
Montis ardua, montis declivia, & ſim. 619
Mora belli, Hector. 88
Mora rubentia, cruenta, propter Pyramum & Thisben. 646. 715. 559
Mores, pro pudicitia, caſtitate. 631
Mors ultima. 597
—— una. ibid.
—— & nox, mutata. ibid.
Mordaces curae. 656. 746
Mordentia frigora. 702
Moribundis in ore nomina carorum. 725
Moriturus, mori certus. 185
———— & periturus. ibid. 530
Morſus oſculorum laſciviorum. 652. 717
Mortui amicorum vel hoſtium memoriam ſervare credebantur. 285. 286
Motum caput, pro inſano, furibundo. mota ſacra, & ſim. 601
——— & votum, mutata. ibid.
Motus, de ſaltatione. 51
Movet praecordia Mavors. 69
Movere, & fovere, mutata. 498
——— carmina. 441
——— loco, movere ſede. 550. 742
——— latus, de decoro inceſſu. 642
——— —— ſenſu laſcivo. ibid.
Movimus, & novimus, mutata. 441
Moyſes, triſyllab. prima brevi, & ſecunda producta. 450
Mucius, non Mutius, Scaevola. 199. 521
Mulciſer, pro Mulciber, in MSS. 395
Μυλιᾷν, dentire. 436
Mulieris, tertia ſyllaba male producta. 438
Multa jugera, non, magna. pauca jugera, non, parva. 260
Multa loquor. 592
Mundi moles arſura. 551
——— dominus, Jupiter. 191
——— ——— titulus Conſtantii. 246. 730
Munditiae nimiae ſeminarum odioſae. 637. 691
Mundus pro coelo. 51
——— & tellus, mutata. 191
Murmecius Flavianus. 404
Murmur aquae cadentis ſomniferum. 475
Murus, ut τεῖχος, pro praeſidio & tutela. 84. 723
Muſa (Antonius) Medicus Auguſti. 303
—— Rhetor, & alii. 734
Muſarum inventa. 51. 52
Muſae, & curae, mutata. 428
Muſonius Rufus. 58
Muſſare, muſſitare. 121
Mutua muli, proverb. 673
Myconos, non Mycone. 461
Myrina Amazone. 189
Myrtilus, Oenomai auriga, a Pelope eluſus. 129

N.

NAmque, & jamque, confuſa. 221
Nanciſci languorem, nanciſci febrim. 370
Nares patulae. 607
Natali die ſacrificabant Genio. 658.
Natura, & fortuna, mutata in MSS. 488
Natus, & factus, confuſa. 688
Naufragium pro naufrago. 138
Navifragum aequor. 138
Nealce, viri, ſed frequentius feminae nomen. 640
——— uxor Hippomedontis. ibid.
Nebris, in habitu Bacchi & Bacchantium. 266. 730
Nectare perfundere. 583
Nectere jurgia, nectere dolos. 583
——— & flectere, mutata. ibid.
Nec enim, neque enim. 73

Nemaeus, Nemaeeus, & Nemees Leo. 22
Nepotianus, Tyrannus ſub Conſtantio. 247
Neptunu' pater, Saturnu' pater. 7
Neronis Troica, vel Troicon. 461
Neſcio quod, & neſcio quid. 362
Neſcius peccati, qui peccatum negat vel diſſimulat. 553
Neſcius eſſe pater, diſſimulans. 666
Nevuit. 505
Neutra active poſita, effluere liquorem, manare mella, & ſim. 10. micare ignem. 173
Neutrum, nec vir, nec femina. de caſtrato vel hermaphrodito. 621. 689
Nidi, pro pullis. 119
Nihil eſt, nil eſt, formula in praecidendo alterius ſermone ingrato. 641
Nil agis. formula ſimilis. 343
Nilus ſeptifluus. 28
Nimius, vel Nunnius, aut Ninnius Craſſus, poëta. 415. 738
Ninnius, vel Ninnus, parvus equus, hinnius. 415. 416
Niſi ſi, pro niſi. 671
Niſus, & viſus, confuſa. 290
Nitentes gemmae. 415
Nitidi capilli. 746
Nobile, & mobile, mutata. 195. 605. 619
Nobilis & mobilis platanus. 498
Nobilis ira Leonis. 535. 546
Nocere poſſe, & tamen nolle, virtus eximia. 255. 598
Nocte, & forte, mutata. 611
Noctes dieſque, pro, per noctes dieſque. 360
Noctis colore tinctus, de Aethiope. 608. 678
Nomen, & numen. 104. 173
——— cui Virgilio, vel Virgilius, & ſim. 400
——— amicitiae. 605
——— alicujus addere, vel tacere. de eo, in quem invehuntur. 436. 600
Nomina carorum moribundis in ore. 725
——— duo gentilia uni tributa. 305. 306
Nominibus ex propriis probroſae adliterationes. Biberius pro Tiberio, Rabienus pro Labieno, Coprianus pro Cypriano. 219
Nominum & cognominum tranſpoſitio. 331. 389
Nomine non exprimunt ſaepe veteres numina inferna & inauſpicata invocantes. 173
——— (ſub) Auguſti verſus editi, vel ejus auſpiciis, vel ex ejus perſona loquentes. 358. 377
——— (ſine) vulgus. 384
Nominativus pro vocativo. 514
——— — Nominum propriorum, Briſeida pro Briſeis, Chalcida pro Chalcis, & ſim. aevo poſteriore. 645
Non minus, & num minus, confuſa. 258
Nortia Sutrinorum Dea. 57
Noſter Apollo, cur Romanis dictus. 358
Nota mulier, pro inpudica, & noſcere, ſenſu obſcoeno. 438
Nota loquor, nota queror. 141
Notare crimina. 363
Noti amnes, notae ſilvae, & ſim. 576
Notum, totum, & ſolitum, confuſa. ibid.
Novimus, & movimus, confuſa. 448
Nox ſumma, nox ultima. 464
—— pro inſigni calamitate illius noctis. 537
—— & mors, mutata. 597
Nubere, de iis, qui ſub uxoris imperio ſunt. 432
Num minus, & non minus, confuſa. 258
Numen, & nomen. 104. 163
Numeri variatio. 301. 503
——— de ſtudio Aſtrologiae. 51
——— verſuum male ſaepe tranſpoſiti. 163
——— innumeri. 407
Numina inferna & inauſpicata invocantes, nomine non exprimunt. 173
Nummo curare Serapin. 512
Nymphis ediculae poſitae cum votis. 63

O.

OBba, crater figularis ex argilla. 711
——— vaſis genus, quo libabatur mortuis. ibid.
Obductum vulnus, obductus dolor. 130
Obducta, & praeducta, mutata. 618
Obeliſci, faſtigia in roſa, mucrones roſae dehiſcentis. 701
Obeliſcus Conſtantini. 245
——— Hippodromi Conſtantinopolitani. 248
Obire crimen, obire adulteria. 145
Obvia mors, promta, vel adverſa votis. 504
Obruere, & abluere, mutata. 11
Octavius Herſennius, Hiſtoriam Romanam ſcripſit. 223
Occultae papillae, occultatae, velatae. 692
Occupat pallor ora, occupat pavor artus. 132. 171
Occupare, praevertere, occupat ire prior, antevertit, in re Circenſi. 468
Oceanus, ultimus terrae terminus. 231. 299
Oculis fontes nonnulli ſalubres. 340
——— amicarum faces ſuas accendere Cupidinem fingunt poëtae. 646
——— puellarum inſidere Amorem & Voluptatem. 646. 746
——— captare amantes. 668
Oculi inquieti, laſcivia mobiles. 646
——— ſtellati. 652
Odores, de ſacrificiis, plurali numero uſitatius, quam odor. 38
Offuciae, fallaciae. 573
Olere nauticum. 434
Omne, inſtar ſubſtantivi habet. 276
Omnia denique. 437
——— ſenſu nequiori. 227
——— alicui eſſe, πάντα εἶναι. 437. 443
Omniperitus. 276

Ὁμοιο-

Digitized by Google

Ὁμοιοτέλευτα. 267. ſtrata ſtravit. 273
Onerat gloria. 328
Onerare, ornare, & honorare, confuſa. 329
Opertum, adopertum mare. 233
Operi dolos miſcere. 176
Opima potentia formae. 694
Optatianus Porphyrius, poëta. 543
Opus amoris. opus Martis. 107
—— alicujus, qui ab aliquo formatus eſt. 283
—— —— de ſobole. ibid.
Ora ori jungere. 317
— & oſcula mortuorum cadaveribus inponere. 318
— (in) venire. 366
— (per) virûm volare. 344
— camini, fauces, hiatus. 483
Orbis, & urbis Romanae idem ſpatium. 236
—— & urbis adluſio, de Romano imperio. ibid.
Orcus pro Plutone. 222. 410. 579
Orcinus & orcivus. 410
Ore modere terram dicuntur, qui in bello cadunt. 88
— mel vel thymum ſpirare, de ſuavi oris odore, vel mellita voce. 646. 681
Orfitus Conſul & Praef. Praetor. 327
Organa, fiſtulae concinentes in pyrricha. 686
Oris parvi rictus, in formae laude. 668. 747
Ornare, & onerare, confuſa. 329
—— & armare. 449
—— donum. 644
Os nullum, os pugilis, de homine nullius pudoris, ac deformi. 422
— perciſum. 676
— parvum, in laude formae. 668. 747
Oſculana pugna. 533
Oſculo vel ore amicae libata poma, flores, vel ſim. 644. 714
Oſidius Geta, auctor Medeae Tragoediae centonariae, Ovidio perperam adſcriptae. 149. 150
Ovidii Medeae fragmentum. 149
—— Epitaphium ſuppoſititium. 416
Ὀψόμαχον, victor victo ſuccumbit. 45. 317

P.

PAgina, pro carmine, vel quovis ſcripto. 582. 606
Palla. 171
Palladius poëta. 99
Pancarpum. 371. 372
Panda Dea. 56. 57
Pantex. 311
Pantices, farcimina, diſtenta & farta edulia. 435
Pantomimus. 622
Papillae candentes. 692
—— occultae, velatae, occultatae. ibid.
Parent cui ſidera. 160
Parentheſi incluſa (miſerabile!) (flebile!) (indignum!) & ſim. a librariis ſaepe vitiata. 196. 343. 344. (ô pietas!) 346 (monſtrum!) 631
Paridis braccae variegatae. ibid.
Paris arbori aditans in monumentis vetuſtis. 103
Parium marmor. 647
—— marmor candore referre. 615
Parodiae. 308
Pars melior hominis ſuperſtes. 322
—— mei optima, de amico. 439
Parthenona, gynaeceum. 68
Parvum rus, & patrium, mutata. 497. 498
—— os, in formae laude. 668
Paſiphaës fabula, ex omnibus metris Horatianis. 663. ſeqq.
Paſſi ſenes, inſtar uvae paſſae rugoſi & macilenti. 673
Paſſim, confuſe, ſine ordine, & ſparſim, mutata. 385
Patena pro patina. 66
Pater ſacrorum Mithrae. 32
Patere, de ea, quae ſui copiam praebet. 350
—— placere, & favere, confuſa. ibid. & 351
Patiens, aliorum injurias lente nimis concoquens. 135
Patria fraus, patria manus, & ſim. pro patris. 226
—— pro regione quacumque ac provincia. 333
Patriae, non ſibi, vincere. 219
Patricii, ante Conſulatum, Conſules, & Conſulares. 319
Patricium ſupercilium. 634
Patrium, & Grajum nomen, mutata. 464. 497
—— rus, patria arva, paterni & aviti agri. 497
—— & parvum, mutata. ibid.
Patrua, & patria, confuſa. 226
Patulae nares. 607
Pavidae matres. 174
Paventes cervi. 277
Pavidum corpus. 299
Pavonis cauda gemmata. 617
Pavonis e plumis amictus luxurioſorum. 585
Pauxilium, pauxilliſper. 555
Pecten pro plectro. 313
Pedes turgidi famelicorum. 436
Pelias, & Pylius, confuſi. 281. 294
Pelorus piſcoſus. 262
Penaces, tabulae & axes, e quibus ſcena conſtruebatur. 371
Pennatiger Aeneas. 90
Pendere, de funambulo. 624
Pendens ramis philomela. 138
Pendentes genae, flaccidae, lapſae. 516
Pendentia poma in arboribus. 551. 590
Penna, & pinna. 623
Pentadius poëta. 501. 509. 531. 548
Pentadii Epitaphium Hectoris Graece verſum. 723
—— multa epigrammata aliis adſcripta, vel aliorum ipſi tributa. 558

Pentadius carminibus reciprocis ſerpentinis praecipue delectatus. 558
——— Lactantio aetate aequalis. ibid.
Pentametris ſolis carmina. 240
Peractum eſt, de ſcelere. 177
Peragere carmina, peragere bella, deſcribere. 398
Per, repetitum, per tela, per hoſtes. 726
—— ego has lacrimas, & ſim. 364
Percumbere, verbum rarius. 271
Percurrere lyram, de cytharedo. 625
Percutere, verbum textorium. 268
——— ſandalio caput. 269
——— lyram, de ſono graviori. 263
Perculſus, & percuſſus. 81. 89
Perfundere nectare. 583
Pergamon, caſu recto, pro Pergamos. 352
Perit, pro periit. 343
Periturus, mori certus. 299
Perluere pecus amne. 503
Perlucidae veſtes, oculis amantium non invidae. 586. 606
Perjuri Afri. 229
Perſes, pro Rege Perſarum. 190
—— & Xerxes, mutata. 191
—— miles. 194
Perſona prima & tertia ſaepe confuſae. 345
Perſpectus. 19
Pervius Athos, pervius Oceanus. 192. 193
Pervixi, vixi, vitae curſum peregi. 503
Petronii (Sexti) Probi Epitaphium. 322
——— Piſaurenſis Epigrammata. 740
Petronius Probianus. 330
Petilius (M.) Proceſſus. 320
Pharus, maſc. vel fem. gen. 495
Philippi, foem. gen. de urbe, maſc. gen. de campis. 369. ad Philippos Macedoniae ſeu Thraciae, non Theſſaliae, Pompejum vicit Caeſar. 221
Phileros, ſervi nomen. 671
Philoctetae ſtatua. 95
Phimus, pyrgus in alveolo. 521
Phocaïcus, Phocaïus, Phocaeus, Phoceus, & Phocenſis. 464
Photinus, & Pothinus, confuſi. 341
Phoebus & Muſae cultoribus ſuis artes tradere dicuntur. 255. 300
Phoeniſſa Europa. 5
Phrygius ſenex, Tithonus vel Priamus, cum Neſtore conjunctus. 294
Phrygium marmor, Synnadicum. 647
Phycis, piſcis inter delicias. 589
Pictura, & praetura, confuſa. 325
Pietas, & probitas, fides & conſtantia amoris. 135
Pignera, & pignora. 201
Pilae vitreae. 477
Pilas habere homines, pilae laneae effigies. 405
Pilicrepi, pililudii, & pilarii, qui. 477
Pingere, repingere futura in ſomniis. 364
Pingere terram, de floribus. 490
Piorum, & priorum, confuſa. 369
Pithoei Catalectorum ed. Genevenſis vitioſiſſima. 26. 296. 345. 355. 362. 363. 649. 688
—— ejus eſt editio Petronii Patiſſoniana. 660. 742
Placere populo, de citharoedis, & hiſtrionibus. 624
Planci duo fratres. 734
Plantas & flores currendo non laedere, de velocitate puellae. 680
Platonis Epigrammata in Agathona & Aſtera. 668. 669
Plebes, pro plebs. 227
Plecte, & flecte. 518
Plorare dicuntur miſeri ſine vindice relicti. 602
Ploximum. 313
Pluralis numerus, ubi duo vel plura cumulata occurrunt. 227
Poëtae, quae deſcribunt, videre ſe fingunt. 72
Poëtarum monumenta aere perenniora. 261
Pollex infeſtus, vel inverſus, in arena. 534
Polyphemi amor in Galateam. 126
Pomoſus. 260
Pompejorum Epitaphia. 221
Pompejus parvo ſepulchro conditus. 205
——— Reip. gravis. a Ptolemaeo Aegypti Rege interemtus. 302
Pomponius (Lucius) Atellanarum poëta. 673
—— —— Secundus (Publius) Tragicus, a L. Pomponio Atellanarum ſcriptore diverſus. 53
Ponere corpus humo. 274
—— pedes, de intrepido, & de ſuſpenſo ac timido gradu. 633
—— dedicare, conſecrare. 59
—— cibos, pro apponere. 66
Poni & inponi coelo. 233
Ponnanus, poëta. 255
Populi ſalutatio in ingreſſu ſcenae. 622
Poſitum corpus, ſepultum. 197
Poſita palma. 470
Poſitus coelo. 233
Porrectus, & projectus, mutata. 109. 405
Porphyrius Optatianus poëta. 542. 543
Porphyrius, poëta epigrammatarius, a Porphyrio Optatiano diverſus, & antiquior. 555
Porta coeli. 215
—— cornea & eburnea Somni. 365
Portus, quies vitae. 428
——— mortis. 531
Poſtes publicarum & privatarum aedium tropaeis ornabantur. 206. 207
Potentum limina vitare. 580
Potes nam, namque potes, formula in precibus. 175
Pothinus, & Photinus, confuſi. 341
Potiri, amoribus indulgere. 273
Potius, & quoties, mutata. 641
Praecipitans coelo imber. 671

Prae-

Praeciſae ſilices. 610
Praeducta, & obducta, mutata. 648
Praelegere poëtas, explicare. 422
——— & perlegere, mutata. ibid.
Praeneſtina Fortuna. 58
Praenoſcere. 203
Practura, & pictura, confuſa. 325
Praetentare. 623
Praepes nimbus, penna, praepes victoria, & ſim. 7
——— & perpes, mutata. ibid.
Praxitelis Venus. 666
Praepoſitionis ellipſis, marmore monumenta, auro currus, pro ex marmore, ex auro. 260
Praepoſitiones compoſitae, deintus, inante, incoram. 157
Praeripere, invito vel ignaro eripere. 269
——— & praecipere, confuſa. 270
Praereptus amor, & praeruptus, confuſa. 180
Praetexere fraudes. 500
Premere. 657
——— feras. ibid.
——— jugo boves. ibid.
——— frenare. ibid.
——— inſequi artius, opprimere. 706
Premere angues, premere Leonem manibus, elidere. 270
Premere gradum, premere vocem, premere ſilentia. 272. 273
Premi urna brevi & indigna. 205. 215
Prendi, & deprendi, de navibus per tempeſtatem oppreſſis. 280
Prenſus, deprenſus, arreptus. 272
——— & preſſus, mutata. ibid.
Preſſus, leniter admotus, reſtrictus. 272
Pretium nuptiarum, pretium ſtupri. 261
Priamus jacuit litore truncus iners. 565
Princeps Senatus. 337
——— eloquii, & eloquio. 347
Priorum, & piorum, confuſa. 369
Priſcum, ſeverum, triſte. 717
Priſtis, bellua marina. 289
——— & peſtis, confuſa. ibid.
Pro pudor! 204
Probi (Sexti Petronii Probi) Epitaphium. 322
Proba Faltonia, non Falconia. 323. 324
——— & Anicia gens inter Conſulares praecipua. 324
Procedere, de die oriente, medio, & in veſperam vergente. 279
Proceleuſmaticus, tenuia, triſſyllab. 71
Proclus, Praefectus Urbi ſub Theodoſio. 248
Proculus (Valerius) Proconſul Africae ſub Conſtantio. 324
Procumbere in bovem, inſtar bovis. 271
Prodere carmen, prodere verba, & promere, mutata. 622
Productum collum. 652
Productus, de teſte. 351
Proferre famam, imperium, extendere. 86
Progne, prima brevi. 493
Projectus, extenſus, exporrectus. 109
Projectus, & porrectus, mutantur. ibid. 465
Proludere, non praeludere. 367
Proles olivae. 373
Promiſce, pro promiſcue. 570
Propera, & propria, confuſa. 388
Properare dolos, activo ſenſu. 50
——— mori, mortem ante diem feſtinare. 505. 506
Proprii ignea, propria forma. 101
Proprius filius, proprii oculi, & ſim. pro ſuis. 388. 737
Propriae capellae, non conductae. 104
Proſerpina crinem ultimum fato inſtante abſcindere credebatur. 683
Proſodiaca.
——— Academia, Alexandria, Antiochia, penultima longa. 341
——— Acis, prima male correpta. 86
——— Aeneidos, ſecunda male correpta. 354
——— Anas, primam & ultimam corripit. 587
——— Aloidae, ſecundam & tertiam producit prima brevi. 271. 548
——— Atagen, prima brevi. male. 587
——— breves ſyllabae ante pr. fr. ſp. ſt. & ſim. productae. 75. 146. 610. ſaepe invitis auctoribus obtruſae. 610
——— Briſeida, duabus primis ſyllabis correptis, & tertia longa. 645
——— Conditio, ſecunda male longa. 277
——— Cycnus, Progne, prima brevi, & ſim. 29. 493
——— Cypris, prima brevi vel longa. 484
——— Decorat, ſecunda longa apud aevi inferioris poëtas. 693
——— Deinde, triſyllab. inferioris aevi eſt. 107
——— Egyptiacus, pro Aegyptiaco, prima brevi. 242
——— Ergo, ergone, ſecunda male correpta. 357
——— Euripidea, ſecunda brevi. male. 405
——— Fac, correptum, ſine veterum exemplo eſt. 590
——— Ganymedes, Thales, lyriſtes, ultima brevi. 547
——— Gentes, ultima brevi. 242
——— Gerundia in *do* male corripiuntur. 208. 466. 693
——— Gratia, ultima perperam brevi. 719
——— Hannibalis, Haſdrubalis, penultima longa. 27
——— Jambus in prima ſede hendecaſyllabi. 633
——— Invenerunt, potuerunt, dederunt, ſteterunt, & ſim. penultima brevi. 538
——— Latinus, prima male longa. 243
——— Locuſta, primam producit. 717
——— Lupa, prima male producta. 475

Proſodiaca.
——— Matrona, prima male brevi. 626
——— Μείουρος, prima brevi, chiragra, ſoloeciſmus, pro ſoloeciſmo. 424
——— Melanurus, dactylo in tribus prioribus ſyllabis. vitioſe. 743
——— Moyſes, triſyllab. prima brevi, ſecunda longa. 450
——— Mulieris, tertia ſyllaba male producta. 438. 739
——— Neſcis, ultima brevi, & ſim. male. 697 748
——— Nomina propria in a, Europa, Leda, Hecuba, Phaedra, & ſim. ultima longa. 215. Creſſa. 628
——— Philae, inſula ad Syenen, primam corripit. 712
——— Propago, prima brevi vel longa. 674
——— Querquedula, ſecundam producit. 609
——— Re, in conpoſitis communis. 67
——— Rufinus, prima brevi. male. 740
——— Salubris, ſecunda correpta. 82. 479
——— Sandalia, ſecundam corripit. 267
——— Sandicis, ſecunda brevi & longa. 690
——— Scarus, prima longa, inuſitate. 590
——— Statius. prima brevi. male. 720
——— Stipendia, prima perperam brevi. 515
——— Stridāre, ſecunda brevi, ut tergare, fervēre. 151
——— Sūadet, ſūavis, triſyllab. 394
——— Syphacem, ſecunda brevi, male. 209
——— Tagus, prima longa, male. 215
——— Tantidem, ſecundam corripit. 512
——— Tiberius, ſecunda perperam longa. 228
Proſpicere, ex alto videre. 706
——— ——— & conſpicere. ibid.
Proſtratis parcere. 545
Protendere brachia, crura. 633
Protelum. 311
Provehere, pro extollere. 94
Pubeda, vel Bupeda, a Βούπαις. puer grandior. 445
Publius Syrus Mimus. 585
Puerperium, pro infante recens edito. 78. 365
Pugilis os, de duro & deformi. 422
Pulcher Apollo. 358
Pulicis Epigramma de Hermaphrodito, an antiqui ſit poëtae, an Antonii Panhormitae, an Pulicis vel Pulcii de Cuſtozza. 620. 745
Pulſare corda, pulſat amor. 697
Puncta in tabula aleatoria. γράμμα. 522
Pupplus poëta Tragicus. 406
Purae manus, in ſacris. 36
Purpureus amictus, Baccho & Bacchantium choro proprius. 265
Purpureum, pro pulchro, candido. 267. 732
Putas eſſe? non putes? ſequente negatione. 439
Putris arena. 508
Putus, puſus, puſio. 675. 676
Pylius, & Pelias, confuſi. 281. 294
Pyramides & Mauſolea circa viam Appiam. 448
Pyrgus, turricula in alveolo. 519. 521
Pyrricha, puerorum & puellarum ſaltatio. 626

Q.

QUadra, victus neceſſarius. 627
Quadrus compita. 702
Quamlibet, pro quantumvis. 572
Quam potius, pro, potius quam. 710
——— ——— pro quanto melius. ibid.
Quaeſtus famae, captatio famae per largitiones. 372
Quaſſae rates. 156
Quatenus expedit. 605
Quid ſim, quid fuerim, non, quis. 457
——— diſſimulo, aut quid &c elegans repetitio. 169
——— dubitem? quid dubitas? 180
——— faciam? quid agam? formula de miſeris, conſilii egenis. 564
——— faceret. 261
Quies & labor, hominibus diem noctemque alternant. 140
——— jucunda, formoſa. 501. 696
——— & dies, mutata. ibid.
Quis fuit ille dies, quo &c. non, quum. 536
Quis Deus huc te miſit, & ſim. 616
Quiritem ſing. num. pro, populum Romanum. 325
Quisque, pro quisquis. 356
Quo nunc certamina? 129
Quod poſſum, quod potui. 282
——— vel hoc, neutrum, licet proxima vox maſc. vel fem. gen. ſit. 549
Quoties, & potius, mutata. 741

R.

RAbidum, de Furiis, canibus, aut veſanis, melius, quam rapidum. 175
Rabidum, & pavidum, mutata. ibid.
Racemi pro palmitibus uvae. 715
Radere litus dicuntur aquae. 490
Radii, ſimpliciter, pro radiis Solis. 8. 703
Ramis pendens philomela. 138
Rapere tempus, rapere ſomnum, noctem, & ſim. 149
Rapina, & ruina, confuſa. 705
Raſtra, in agricultura. 41
Rationis egentes. 528
Raucum, & glaucum, mutata. 507
Re, in conpoſitis communis, nec opus rettulit, repperit, & ſim. ſcribere. 67
Recens, & decens, confuſa. 636
Reciproci verſus. 558. 599
——— ——— apud inferioris aevi poëtas nimis frequentes. ibid.
Recreari balneis, recreatus a morbo. 486
Recutitum caput. 430
Reddere, pro reſpondere. 118

Reddere aethera, ſpiritum, vitam. 90
——— vicem. 641
Referre parentes vultu & virtute, votum de filiis 305
Refugit opus dextra, quod horret & averſatur. 218
Regere ſe, regere animum. 545
——— & tegere, mutata. 685
Regna tria, Jovis, Neptuni, & Plutonis. 2
Regianus, poëta. 476
Reginae Deae. 65
Rejicere caput ad laevam, vel dejicere. 739
Remordet cura. 539
Renovare vires. 486
Renuere praelia. 146
Renudare, enudare. 46
Repagula, in Circo. 468
Repoſianus, poëta. 41
Refecta Ceres, vel reciſa. 504
Reſtaurare, a librariis ſaepe ſuppoſitum, pro inſtaurare. 459
Reſtio Laberii. 406
Reſupina. 47
Retia tendere, retia eludere, deridere, & ſim. in re amatoria. 612
Revecta dies. 702
Reverenda, & veneranda. 359
Revincta Delos terra. 461
Revireſcere, & reviviſcere, confuſa. 139
Reviviſcere, & revireſcere, confuſa. ibid.
Revocare, renovare, & reparare, confuſa. 131. 564
Ritu, more Dianae ſuccincta. 694. 695
Rixa Neptuni & Minervae de Athenis. 456
Robora, quaevis carcerum ſupplicia. 535
Rodere abſentes. 594. 744
Rogantes, & precantes, confuſa. 150
Rorare favos, manare mella, & ſim. 10
Rore victitare, de cicadis, & hominibus loquacibus ac macilentis. 426
Ros, de matutino tempore. 706
——— & flos, mutata. ibid.
——— Achaicus, ros Cecropius, pro eloquentia. 426
Roſae liliis mixtae, in formae pulchritudine. 679
Roſarum Encomia. 699. 700. 701
Roſa (de) Idyllium, an Virgilium vel Auſonium, an potius incertum auctorem habeat. 701. 702
Roſae cito marceſcenti comparatur pulchritudinis & vitae humanae fragilitas. 703
Roſae mane legendae. 706
Rubentia mora. 559. 715
Rubor candori mixtus in pulchritudine. 679
Ruere, de fuga praecipiti. 263
——— vetuſtate collabi. 315
——— cum quarto caſu, pro ſternere. 566
Rufinus, poëta. 542
Rufino adſcripta Paſiphaës fabula. 661
Rufus, vel Rufius, Feſtus Avienus. 57. 58. 494
Rufus Virginius. 219
Ruina, & rapina, confuſa. 705
Ruit, & fuit, confuſa. 315
Rumore ſecundo. 62. 722
Rumpe moras, rumpe moras omnes. 69
Rus, de inficeto. 430
Rutilae comae. 508. 632. 652
Rutilum aurum. 652. 679
Rutili Aurorae capilli 706
Rutra. 41
Rutuba, perturbatio. 595

S.

SAbiuus, a Virgilio perſtrictus in parodia phaſeli Catulliani, eſt Ventidius Baſſus, ex mulione Conſul. 308
Sacra buſta, non violanda, res ſacra, miſer. 600
Si ſapis, ſi ſapiat. proverbialis formula. 443
Saepes vel ſepes. 716
Saepius, & ſaevius, confuſa. 148
Saevus amor, & ſcaevus. 642
Saevius, & ſaepius, confuſa. 148. 726
Saevire, increpare, indignari. 657
Salariae viae pons. 473. 740
Salapitta, σαλπιγκτής. 676
Salaputium, ſalopugium, an ſalipuſium. 676. 677
Salautenſis. 618
Salluſtius gloſſematis laborat. 395
Salina (Hieronymus) poëta Italus. 447
Salientia viſcera. 203
——— & ſpirantia. ibid.
Salivoſae aquae. ſalivam movere. 434
Saltatio voci addita. 45
Salubrem, ſecunda correpta. 82. 479
Saluiſſe, non, faliiſſe. 540. 541
Sancti pro Xanthi in MSS. 73
Sancus Fidius. 17
Sandalia, heroum & heroidum calceamenta. 267
Sandalio caput percutere. 618
Sapor, Perſicum nomen. 203
Sardanapali Epitaphium. 187. 595
Sarmentus ſcurra. 306
Sarſura, & Sarſorium opus, teſſellatum, muſivum. 485
Sat eſt. 284
Satis eſt, hoc ſatis eſt, formula voto acquieſcentium. 301. 361
Savia, labra. 434
Scabella. 708. 709
Scaber tophus, ob lapidis aſperitatem. 552
Scaligeri (Joſephi) Commentarius in Caeſarem amiſſus. 712
Scarus piſcis, prima longa. 590
——— cerebrum Jovis. ibid.
Scelus eſt, nefas eſt, non decet. 680
Schema, Syrma, fem. gen. 713
Scindere ventrem. 436
Sciopptus (Gaſpar) in Douſam & Batavos injurius ac maledicus. 662. 663

Digitized by Google

Scipionis elogium in monumento vetuſtiſſimo. 210
Scipio Africanus obiit ante Ennium, cujus ſtatuam ſepulchro ſuo poſt mortem inponi voluit. 211
Sciro, vel Syro, Virgilii magiſter in Philoſophia. 368. 428. 677
Scriverii Anecdota Philologica negligenter edita. 27
Scriptum quaeſtorium. 306
Scripta duodecim, in tabula aleatoria, lineae vel puncta XII. in quibus calculi ponebantur. 521
Scrupoſus. 262
Scutra. 485
Scylaceum, Scylaceïa ſaxa, & Scylleïa, confuſa. 275
Scyria haſta Achillis, ab inſula Scyro. 81
Scythicae pruinae, Scythicis ſimiles. 239
Se dare, locutio ſaepe corrupta. 581. 637
——— in re amatoria, copiam ſui praebere. 637
Secretum, & ſecurum, confuſa. 498. 505. 741.
Securis, faſces, pro Conſulatus honore. 199
Securum, & ſecretum rus. ſecurae ſilvae, ſecura otia. 498. 505. 741
Securus mortis, & ſim. 72
Sed quid ego haec? 160
Sedens Mars, otioſus, ferians. 260. 263
Sedere cruce. 596
—— de judicibus, conſulibus, praetoribus. 313
Sedes, & ſepes, mutata. 716. 717
Sedigitus (Volcatius). 411
Sedit ſententia, & cedit, confuſa. 155
Seducit mors artus anima, non ſubducit. 133
Segnis, lentus, otioſus. 273
Sellae curules. 498
Semiſupina, in coitu. 633
——— ſemiſopita, & ſemiſopora, confuſa. 633
Semina, de dentibus ſerpentis a Cadmo ſeminatis. 165
Semihiulcum ſuavium. 668
Semitales Dii. 312
Semota terra. 234
Semotus, & ſubmotus, confuſa. 234
Sempronius Rufus ciconias epulis primus adhibuit. 305. 585
Senarius, Comes privatarum ſub Theodorico Gothorum Rege. 318
Senatus princeps. 337
Senecae nomen Epigrammatibus moralibus ſaepe praefixum. 550
Senecae Epigrammata ad Cordubam & Corſicam, de exſilio ſuo. 463. ſeq.
——— ——— in exſilio ſcripta. 697. & ſeqq.
——— fratres L. Annaeus Novatus, ſeu Junius Gallio, & L. Annaeus Mela, pater Lucani. 603. 604
Senere, pro ſeneſcere. 313. 673
Senex aetas, adverbialiter. 550. 600
Senex turba, ſenex amica, gen. fem. 773
Senſibus extremis, de ſenectute ſenſibus fraudata. 554
Senſus an fallant oculos. 587
Sentire dolorem dicuntur lapides & marmora ſtatuarum. 95. 226
Sentius Augurinus. 442
Sepes, & ſedes, mutata. 716. 717
Septem Sapientum ſententiae. 571
——— Circi ſpatia vel gyri. 468. 460
Septimius Serenus, poëta. 14
Sepultus, & ſolutus, confuſa. 465
——— de exulibus civiliter mortuis, & hominum commercio exemtis. ibid. 586. 600
Sequi, de cera facili & molli. 451
Sera, & miſera, confuſa. 142
Serapidis medicina. 512
——— ſacerdotes avari. ibid.
Serapis, Harpocrates. 630
Serere crimina, ſerere bella. 175
Series apium, ſeries nepotum, de gente ac proſapia. 373
Serpentes hederae. 267. 555
Servare velis, non perdere. 149. 726
——— ſidera, obſervare, ſpectare. 374
Severi (Cornelii) Carmen de morte Ciceronis, ex Libris de Bello Civili. 334
Sibi vincere. 219
—— felix. 227
—— ſupplicium eſt Invidia, non, ſuum. 546. 547. 572
Sicanium marmor. 647
Sic quoque. 67. 68. 100. 747
Sidera, & frigora, confuſa. 298
Sidere, pro ſubſidere, haerere limo. 289
Sideribus, & praeſertim Soli ac Lucifero, amores ſuos conparant poëtae. 660. 669
Signa nocturna amantium, ante fores exſcreando, ſibilando, digitis crepando. 632
Signa canere, receptui canere. 675
Silvarum & nemorum dea Diana. 65
Simae, ſimatae nares. 576
Simpli equi, ſingulares, ſolitarii. 469
Simulare ſexum. 69. 723
——— non ſimilare. 367. 606
——— & diſſimulare, pantomimis proprium. 606
Sine more, ſine lege. 172
Sinus, & ſinuare, de capillis. 692
Si qui, pro quicumque. 277
Sirenum cantus voce aequare. 681
Sirenes. 113
Siſtere ſcopulo. 619
Sixtus Octavianus. 309
Smerdalea, & merdacea, confuſa. 607
Soboles prolesque. 57
Solem vel coelum tegere dicuntur Perſarum ſagittae. 191
Soli & ſideribus amores ſuos conparant poëtae. 660. 669
—— quadriga, Lunae biga datur. 469

So-

Solis equi ambroſia paſcuntur. 278
—— equus Aurax. 469
Soliti cibi, ſolitum merum, & ſim. 576
Sollemnis, & ſublimis, mutata. 695
—— forma, an recte dicatur. ibid.
Sollicitare, ad protervism laceſſere. 502
Solo, & loco, mutata. 292. 347
Soloeciſmum facere. 689
Solum incruſtatum, teſſellatum. 511
—— & tholum, confuſa. ibid.
—— pro praecipuo. 683
Solutus, pro mortuo & ſepulto. 465
—— & ſepultus, mutata. ibid.
Somni cornea & eburnea porta. 365
Somno monitus. 39
Somnurnae imagines, non ſomnorinae. 463
Sonare, & tonare, confuſa. 370
Sorsnus, miles Batavus ſub Hadriano. 249. 730. 731
Sordida rura tenuia, agreſtia. 500
Sororiantes papillae. 654
Sors, & fors. 555
Spatia ſeptem Circi. 468. 469
Spe (de) Elegis. 531
Spectare, pro exſpectare. 49
Spes Dea. 537
Spirae, anguium volumina. 183
Spirare altum, magnum ſpirare. 184. 567
—— & ſperare, confuſa. ibid.
Spirare mei ac thymum ore, de puellae canentis voce, vel grato oris odore. 646. 680
Spiſſum, tardum. 711
Sponſales Adlocutiones. 684
Spoliare, & violare, confuſa. 258. 259
Sti ſilentii nota, in veterum locis ſaepe corrupta. 630
Stamina citharae. 624
Stantia pectora, ſtantes papillae, durae, rigidae. 516. 648
Stare, de ſtatuis. 39
Stellati oculi. 652
Stephanophori ſacerdotes. 34
Steroere membra. 273
—— campos, de venti turbine. 563
Stertere humo in dura ſilice. de militibus. 273. 208
Stipendia, prima perperam brevi. 515
Strata, & fracta, mutantur. 319
Strepitans, trepidans, & crepitans aqua. 713
Stricturae. 482
Stridere, penult. brevi, ut tergere, fervere. 151
Strigae, harpyiae, veneficae. 312
Strigare, ſtriga. 311. 312
Strigoſus, de jumentis defectis vel macilentis. 18. 311. 414
Stringere greſſum, ſtringere veſtigia, & ſim. 162
Strophium. 648. 717
Strophio papillas praeducere. 618
Stygialia ſacra. 178
Stuppa, & Stuppea, non ſtupa, ſtupea. 623
Suădet, ſuăvis, triſyllab. 394
Sub valle, pro in valle. 272
—— nomine Auguſti, ſub auſpiciis ejus & perſona editi, ei adſcripti, vel ubi loquens inducitur. 358. 377
Subare, prurire, de feminis; ſurire, de maribus. 629. 662
—— —— etiam de viris. ibid.
Subcreſcere, ſuboleſcere. 286
Subidus, a ſubando. 673
Subjectis parcere. 545
Subleſtum vinum, ſubleſta pictura. 713
Sublimis forma. 695
—— & ſollemnis, mutata. ibid.
Sublimare. 679
Sublinire. 679
Submittere colla. 508
Submotus, & ſemotus, confuſa. 234
Subridere. 118
Subſtantiva pro adjectivis, animus contemtor, oculi amatores, & ſim. 80. 131. lenones undae. 102. metalla forma, pro metallica, hoſtes turmae, hoſtiles. 242. marmora monumenta, pro marmorea. 260. 261. dolus hoſtis, pro hoſtili. 390
Subtemen, & ſubtegmen, confuſa. 619
Succonditor, in factionibus. 310
Succus, & fucus, mutata. 276. 619
—— ancipitis notionis. 276
Sudare, cum quarto caſu. 230
Sudor, de vehementiſſimo amoris adfectu. 672
Suffecit non Alexandro unus orbis. 195
Sulpicia, a Valerio Meſſala amata. 292. 295
Sulpicius Servaſius Lupercus, poëta. 511. 513. 551
—— Carthaginenſis, poëta. 353. 389
—— Apollinaris. 389
Sumere, adſciſcere aliquid fucatum. 655
Supercilium patricium. 634
—— —— priſcum, ſeverum. 717
Suppar, ſaepe corruptum in ſupra, & ſim. 535
Suppar, ejusdem calamitatis, ſuppar aetatis, & ſim. 535. 741
Supparum, veſtis muliebris. 70. 721
Suſtinere, morari, fata. 253. 557. 596
—— pati, ferre. 596
—— invidiam, invidiae par eſſe. ibid.
—— pro opinari, arbitrari, barbarum. ibid.
Suſpenſo pede. 270
Suſtulit, ambigua ſignificatione. 229
Suum & tuum monoſyllab. 35. 36
—— velle, ſuum ſcire. 360
Suus proprius. 288
Syllabae breves ante pr. ſp. ſt. & ſim. productae. 75. 146
Sympoſius poëta. 546. 556
Synnadicum marmor. 647

Syphaecem, ſecunda brevi. male. 209
Syria haſta, a Syro inſula. 81
Syriſcus, pro Syriſſus. 707
Syro, vel Sciro, Virgilii magiſter in philoſophia. 368. 428. 677

T.

Tabellae Elephantidis & Philaenidis obſcaenae. 633
Tabentes genae. 516
Tabernae cum tibicine & crotalis. 710
Tacta, & victa, terra. 231
Tagus, prima longa. male. 215
Talaria, alae talis additae. 267
—— de tunica talari. ibid.
Tali, in nequitiae ſupellectile. 718
Tam, pro tantopere. 290
Tangere latus ferro. 259
—— litus. 81
Tanti eſt, non tanti eſt. 691
Tantidem, ſecundam corripit. 512
Tarquitii (Lucii) libri de Diſciplina Etruſca & Oſtentarius. 427
Tau, min, ai, decurtata Gallorum & Britannorum vocabula. 425. 426
Taurobolium. 32
—— ſacri illius ritus. 33
Taurus, major victima divitum, humili agnae pauperum oppoſita. 37
Tecta cerea, de apibus. 375. 447
—— & regna, mutata. ibid.
Tecum ſui, mecum fuit, honeſta in amore locutio. 643
Tegere, & regere, mutata. 685
Telae puellarum, & tela virorum. 71. 723
Telephi interitus. 81. 82
Telephus haſta Achillis vulneratus & ſanatus. 82. 83
—— ramentis pulveris raſi ex haſta Achillis convaluit. 83
Τελετῆς Μιθριακῆς πατὴρ. 132
Tellus, & mundus, mutata. 191
Τέλος in doctrina Epicuri. 682
Temetum. 539
Tempore non alio, &, non illo. 464. 565
Tenebrae, & latebrae. 70
Tendere lumina. 68
—— regna, tendere curſum, & ſim. 137
Tenere, ſervare bona credita, in re amoris. 612
Tenſo pede vivere. 613
Tentare, ſollicitare ad amorem. 68
—— bello adgredi. 232
—— laudes, tentare lyram. 301
Tentari, ſollicitari ad libidinem. 68
Tentat greſſus vinum. 539
Tenuia, triſyllabice. 71
Terentia, Maecenatis uxor. 283. 284
Teretes manus, teretes digiti, &c. in puellis. 618
Tergo fugaci, inbelles. 76. 262
Terrea vel ferrea progenies hominum. 166
Terra, in terris vivere, de ſecuritate, ad oppoſitionem navigationis. 505
Teſtes invocant res inanimas in rebus incredibilibus. 207
Teterrimus, & deterrimus, confuſa. 173
Tethys, & Thetis. 479
Tetra venena. 602
Tetulit pro tulit. 243. 330
Thalaſſio, nuptialis acclamatio. 431. 433
Θηρᾶς, venari amores. 390
Thebani fratres. 102
Thermae Alianae. 480
Theſaurus orcivus. 409
Theudoſius, pro Theodoſio. Theudotus, Theudulus, & ſim. 249
Tholus, & thronus, confunduntur. 225
—— & ſolum. 511
Thronus, & thorus. 225. 322
Thule ultima, Thule inpervia. 235. ſeq.
Thymele. 113
Thyrſus, ſenſu laſcivo. 662
Tiberius Nero propter bibacitatem Biberius Mero dictus. 229
Tiberii ſeceſſus in Rhodum. 228
Tiberina decurſio. 434
Tiberini Ludi. 739
Tibiae pares & inpares. 182
Tibimet. 618
Tibris, imperii Romani terminus. 233. 299
Tibullus non diu poſt Virgilium A. V. C. 753. obiit. 416
Tigna pro tabulatis. & tignarii. 262
Tigres currum Bacchi trahunt. 267
Tigride nati, homines duri, crudeles. 145
Tinctoria pro gladiis. 534
Tinguere corpus oleo. 497
Tinnitus aurium, in abſentibus, de quibus loquebantur. 639
Tithonus inmortalis. 278
Tityon. 518
Tityi vultur cor edens. 583
Titulus, & tumulus, confuſa. 226. 346
Titulus veris ciconia, quia vernum tempus pictura ejus notatur. 585
Tomyris, Scytharum Regina. 188
Tonare, & ſonare. 370
Tophus ſcaber, ob lapidis aſperitatem. 552
Tori virginei, lecti laniticarum. 69
Toroſus Hercules. 260
Tortum, & totum, mutata. 704
Toto litore, toto mari, quantum litus & mare patet. 507
Totum, & tutum, mutata. ibid.
—— & tortum. 704
Traducere reos per forum & arenam. 744
Trahunt fata homines. 531

Digitized by Google

Trahunt homines fata, qui diu mortem differunt. ibid.
Trajano ſacratum templum & pons in urbe Hiſpaniae Alcantara ſupra Tagum. 237
Trajectiones verborum ad rhythmun in verſibus molliendum non temere admittendae. 300
Trames ſcriptorum in tabula. 519
Tranare, permeare. 536
Tranſiluiſſe, non tranſiliiſſe. 540
Transverſum aliquem rapere. 586
Tremuli nidi, tremuli agni. 129
Trepidans animus. 498
Trepidans, crepitans, & ſtrepitans aqua. 713
Trepidantes & crepitantes aquae. 492. 713
Treveri, non Treviri. 472
Tria regna, Jovis, Neptuni, & Plutonis. 2
Tricoſus Hercules. 18
Trichilae, pergulae, umbracula. 711. 712
Trieterica, pro Maenade. 176
Trinacriae, vel Trinacria juvenis, Theocritus. 204
Triopeia, triopius Apollo. 31
Triumphatus. paſſive. 339
Trochaicis verſibus populus Rom. plerumque dicteria ſpargebat. 306
Trochili. 711
Troïus, pro Troicus. 35
Troïa, pro Troïca. 373
Troïca Neronis. 461
Truces animi. 741
Tumulus, & titulus, mutata. 226. 346
Tumulti, antique. 377
Tunicis duabus indui, de mollibus & luxurioſis. 265
Tunica fluens. ibid. 269
Turbata, furiis accenſa. 189
Turris eminus viſa an fallat oculos. ex doctrina Academicorum. 584
Tuſcianus. 698
Tutanus Deus. 27
Tutelina Dea. ibid.
Tutum, & totum, mutata. 507
——— litus, tutum mare, & ſim. 507
Tutus futuri, tutus fugae, & ſim. 538
——— ire, tutum iter. 367
——— impete, tutus igne, pro ab impetu, ab igne. 449
Tuum, & ſuum. monoſyllab. 35. 46
Tyrannorum ſubactorum nomina in Inſcriptionibus non expreſſa. 247

U.

UDus pro ebrio. 108
Ulpius Egnatius Faventinus augur. 331
Ultima mors. 597
——— nox. 464
Ultimus orbis, pro remotiſſimo. 299
——— ignis, ultima fax, de rogo. 466
——— ille dies, de morte. 725
Ulyxes, non Ulyſſes. 108
——— mendicus. 505
Umbra, pro frondoſa arbore. 112. 465
——— capitis, de comis. 683
——— & herba, confuſa. 712
——— (ſub) amoribus indulgere. 273
Umbrae, tabernacula frondoſa. 712
Umbrae crudeli fato defunctorum inducuntur deformes & ſanguinolentae. 178. 179
——— homines inanes, convivae non invitati. σκιαί. 526
Umbriferum, & imbriferum, mutata. 465
Una dies, & atra dies, confuſa. 336
Unanimus, exanimus, ſemianimus, pro unanimis &c. 527
Una mors, 597
Undis, & Indis, confuſa. 256
Unguibus ora laedere. ungues fœminarum arma. 502. 684. 685
Uno in corpore una mens. 322. 437
Urbes, & arces. 105
Urbium illuſtrium interitus. 455
Urere, premere, cruciare. 311
——— de ſiti. 504
Urſus Togatus Pilicrepus. 476 ad ejus Inſcriptionem notae Fr. Mar. Turrigii. 740
——— C. Julius Servilius Urſus Servianus Conſul. 478
Uſta Sole Africa. 318
Ut, pro ſimulac, vel ubi. 365
Uti annis. 649
Utrique, de duobus, pro uterque. 471
Utricularii, ἀσκαῦλαι. 709

V.

V & B in MSS. 75. 100
Vacuum crus. 516
Vagare, pro vagari. 419
Valerianus Epiſcopus, & Valerius Martialis, confuſi. 341
Valerius Proculus Proconſul Africae ſub Conſtantio. 324. 328
Valete curae, formula genio indulgentium. 656
Vallare. 234. 729
Vappa, vinum ſpurcum, evanidum. 713
Varitinna. 618
Varronis (M. Terentii) Hebdomadae, ſeu Imagines Virorum Illuſtrium. 404
——— Prometheus liber, vel liberatus. 462. 463
——— opus περὶ ἰδισμάτων. 588
Varro Atacinus cum M. Terentio Varrone confuſus. 205
Varus & Varius. 352. 368
Varus poples. 569
Vara crura, incurva. 516
Vecta, revecta dies. 702
Vehere, de iis, qui aliquid gerunt, inferioris aevi eſt. 331

Vel, pro licet, etiam, praeſertim. 267
Velocitas puellae, curſu non laedentis plantas aut flores. 680
Vellere aurem. 718
Venari amores. 387. 390
——— & venerari, confuſa. ibid.
Vendere patriam. 576
——— verba nummis. 591
Veneris currus. 28
Veneranda, & reverenda. 359
Venio, de illo, qui ſine mora ad mortem properat. 718
Venire, mors adproperans dicitur. ibid.
——— in ora, in ſecula. 366
——— in re venerea verbum honeſtum, pro fructum amoris praebere. 631. 640. 643. 678
Venti tibiae gemini, pro flatibus. 51. 722
Ventidius Baſſus ex mulione Conſul. 307
——— ——— ſub Sabini nomine perſtrictus a Virgilio. 308
Ventoſae Cupidinis alae. 183
Venus, ſiderum & florum domina. 703. 704
Venuſtas, & vetuſtas, mutata. 34. 640
Venuſtas, & forma, quomodo differant. 640
Vergi, & mergi, mutata. 557. 561
Verinus (Lucer vel Lucrius) 330
Veri pater, veri inventor Epicurus. 681
Verſicolor, & verſicoloria. 39. 648
Verſus amor, mutatus. 102
Verſus anacyclici, retrogradi, & Sotadici. 542. 543
——— dactylicus. 173
——— ex ſolis pentametris conſtantes. 240
——— duo in eadem verba deſinentes. 28. 150. 151
——— reciproci ſerpentini. 558. 559
——— ——— & Echoici. 543. 559. 742
——— rhythmicus. 693. 694
——— ex ſeptem verbis, quae totidem abſolvuntur literis, conſtantes. 517. 518
——— pedibus longiores apud centonarios. 132. 156. 161. 164. 179. 185
Verſu uno cumulare plures voces, vel diverſas rerum ſpecies, ex genio ſequioris aevi eſt. 101
Verſuum notorum initium ſaepe tantum laudabant veteres. 206
Vertere, & verrere, mutata. 563
Verus amor. 102
Verus vel Varus Conſul. C. Vibius Juventius. 478
Vesbius, Vesvius. pro Veſuvius. 141
Veſtae delicium aſinus. 716
——— nomen ſaepe corruptum. ibid.
Veſtes perlucidae, oculis amantium non invidae. 586. 696
Veteres amores. 610
——— ——— Diis, aliisque in memoriam revocant. 697
Vetuſtus, antiquo ſtemmate nobilis. 641
Vetuſta, & venuſta, confuſa. 34. 640
Viae anni ſoliſque, pro mundi & temporis terminis. 186
Viam propter ſacrificare. 434
Vice ſacra judicare, de Praefecto Urbis. 324. 735
Vicerat, pro viciſſet. 295
Victae partes. 217
Victima, de magnis hoſtiis. 36
Victor victo ſuccumbit, ὀξύμωρον. 45. 317. 533
Victorianus, Vir illuſtris. 481
Victus, & vinctus ſomno, quomodo diſtinguantur. 642
Videor videre, videor jam cernere. 72
Videre ſe ſtrages bellicas fingunt poëtae, quas deſcribunt. ibid.
Vigilata poëmata. 441
Vigilax. 307
Vigiles lucernae, vigiles lychni. 684
Vigilantes & dormientes aliquem cernere finguntur, quem ſaepe cogitant. 643
Vii Dei. 60. 312
Viles animae. Nos animae viles. 75. 723
Viminei calathi, & virginei, mutata. 714
Vincere Neſtoris annoſi ſecula, ulterius vitam extendere, vivere Neſtoris ſecula, aetatem ejus aequare. 281
Vindex (Julius) non Vindicius, a quo manumiſſio per vindictam. 219
Vini praetextu excuſatio joci liberioris. 602
Vino (in) jusjurandum ſcribere, non, in vento. 540
Violens, opuleus, pro, violentus, opulentus. 85
Violare, & ſpoliare, confuſa. 258. 259
Vir, pro heroë. 199. 368. 475. 740
Virens, & furens flamma, mutata. 136
Vir nec femina, de eunucho. 620. 621. 631
Virecta pro vireta. 703
Virgilius an Vergilius ſcribendum. 399. 400
——— an auctor ſit Elegiae ad Valerium Meſſalam. 292
——— quot annos Georgicis inpenderit. 370
——— in Philoſophia magiſtrum habuit Scironem vel Syronem. 368. 428. 677
——— an filius Magii vel Maji figuli. 364
——— Virgilii codex antiquiſſimus Mediceus ab Aſterio emendatus. 371
——— ejus codicis editio Fogginiana. ibid.
——— omnium ejus operum Argumenta, male Ovidio adſcripta. 372. & ſeqq. & Tetraſticha inedita. 386. & ſeqq. & Hexaſticha. 389. & ſeqq.
——— an auctor ſit Idyllii de Roſa. 701. 702
——— an auctor Copae. 707
Virgineo ore libata lilia. 714
Virgo inſtar roſae marceſcit. 700
Virides lacertae. 716
Virifuga. 655
Virum quaerere, de inpudicis. 215. 216
Viſus, & niſus, confuſa. 290
Viſcera montis, viſcera terrae. 474

Vi-

Vitiſator Bacchus. 11
Vita pro hominibus. 99. 594
Vitam longiorem poenae loco imprecari. 726
Vitae humanae comparatio cum curſu Circenſi. 553
Vitare, & fugere, diverſa. 509
Vius Mercurius. 60
Vivere, genio indulgere. 304. 580. 718
Vivit opus, de pictura egregia. 225
Vivite felices. formula. 58
Vivas, Vivatis, Vivite, fauſta acclamatio in monumentis antiquis. 304. Vivamus. 580
Vivos vultus de marmore ducere. 95
Vivus volare per ora hominum. 344
Vocant fata. 135
Vocare, pro provocare. 139
Vocare auroram, de Lucifero. 139. 726
Voci ſaltatio juncta. 45
Volare, fugere. 176
Volantes, pro avibus. ibid.
Volare per ora virum. 344. 409
Volcatius Sedigitus vitas veterum Tragicorum ſcripſit in Libro de Poëtis. 411
Volubilis Fortuna. 567
Voluptas Dea. 646
Vomanus, poëta. 314. 393. 489. 546
Vota Muſis pectora. 563
—— & nota, confuſa. ibid.
—— cadunt, irrita ſunt. 296
Votum, & motum, mutata. 601
Vox legum, qui leges voce ſua defendit. 318. 337
Vox Regum, Quaeſtor, qui Regis vel Principis ore loquitur. 318
Vulnera pro telis, quibus vulnera infliguntur. 104
Vultus, & cultus, mutata. 631

X.

XAnthus, Sancus, & Sanctus, corrupta in MSS. 73
—— Trojanorum caeſorum ſanguine creſcens. ibid.
Xerxis memorabilia facinora. 190—194

Z.

ZEnodotus Philoſophus. 422

I N D E X

AUCTORUM VETERUM

Emendatorum vel illuſtratorum.

A.

ACcius. emend. 73
Achilles Tatius. 653
Adonium vetus de Aenea. 724
Aemilii Macri ex Ὀρνιθογονίας fragmentum. emend. 394
Aeſchylus. 526
Aethicus. emend. 7. 8
Agraetius. emend. 201
Alanus ab Inſulis. 15
Albertus Stadenſis. 472
Albinovanus Epicedio Druſi. emend. 281. 317. 557. 592
Alcimus Avitus. 648
Aldhelmus. 741
—— de Metris, Grammaticus Ineditus. 401. 417
Alphii Aviti Fragmentum. emend. 452
Ammianus Marcellinus. 216. 246. 328. 533.
—— emend. 308. 364. 489. 557
Anacreon. 697. 718
—— apud Ammonium. 432
—— emend. 672
Anthologia Graecorum Epigrammatum. 12. 52. 86. 102. 541. 543. 552. 574. 674. 732
—— emend. 710
Antonini Itiner. 275. 461
Apollodorus. 55
Apollonius Rhodius. 23. 708
Apollonius Collatius. 192
Apulejus. 2. 29. 137. 538. 589. 619. 659. 704
—— emend. 10. 45. 80. 85. 141. 175. 271. 280. 345. 364. 496. 535. 554. 622. 630. 658. 703. 717. 745
—— Epigrammata. 2. 552. 619. 658. 659. 739
—— Αντιχόρδῳ ex Menandro. 662 & ſeqq. 746
Archeſtratus. 588. 589
Ariſtaenetus. 652. 653. 654. 747
Ariſtides. 212
Ariſtophanes. 149. 284. 300. 424. 434. 436. 559. 676. 708. 710
Arnobius. 5
—— emend. 191. 514. 536. 676
Artemidorus. 434
Arrianus in Epictetum. 194
Aruſianus Meſſius, Grammaticus Ineditus. 10. 119. 122. 125. 155. 160. 173. 305. 540
Athenaeus. 616. 647
Atilius Fortunatianus. 9. 29
Auctor Copae. emend. 707--718
Auctor carminis in laudem Solis. emend. 140
—— Dialogi de Oratoribus. emend. 301
—— Elegiae in obit. Maecen. emend. 251--287. 294. 415. 448
—— Elegiae ad Meſſalam. 274. 695. emend. 292-301
—— Elegiae de Spe. emend. 531-538. 567. 568
—— Enarrationis Belli Trojani MS. 73
—— Epitaphii S. Aviti. 324
—— Epitaphii Mamerti Epiſc. 367
—— Epithalamii in Laurentium. emend. 692
—— Genethliaci Maximiano dicti. emend. 212
—— Geoponicorum. 717
—— de Laudibus Berengarii. 506
—— Octaviae. emend. 201
—— Panegyrici ad Piſonem. emend. 207. 743
—— Panurgi ineditus. 73. 192
—— Pervigilii Veneris. emend. 322
—— Phoenicis. 113. 621. emend. 114
—— de Praefectis Urbis Romae. 328. 330
—— Queroli. emend. 573. 596
—— Rhetoric. ad Herennium. 468. 567. bis.
—— de Somniis. MS. 462. 463
—— Vitae Virgilii, Donato adſcriptae. 224. 357. 366. 368. 369. 370. 707
—— emend. 308. 367. 368. 370. 400
Auguſtinus. 53. 314. emend. 2. 73. 191. 453
Aurelius Victor. emend. 451
Auſonius. 51. 128. 393. 561. 647
—— emend. 10. 84. 425. 456. 497. 498. 535. 557. 590. 649. 741
Avianus (Laetus) emend. 738
Avieni Fabulae. 225
—— Deſcriptio Orbis. emend. 64. 256. 489
—— Ora Maritima. emend. 716
—— Aratea. emend. 195
Aviti Adlocutio Sponſalis. emend. 502. 684

B.

BEda. 190. 201. 342
Boëthius. 320. 321. 338. 398. emend. 191. 196. 579

C.

CAllimachus. 449. 670. 674. emend. 426
Calpurnius. emend. 716
Calphurnius ad Terent. emend. 493
Caſſiodorus. 443. 614. 670. emend. 338
Catalecta Pithoei. emend. 11. 22. 30. 42. 45. 114. 140. 196. 198. 202. 232. 249. 261. 345. 346. 351. 364. 409. 506. 579. 600. 604. 642. 653. 670.

Ca.

Catonis (Valerii) Dirae. emend. 10. 64. 204. 369. 490. 741
Catulus (Quintus) 669. 670
Catullus. 431. 436. 438. 561. 617. 629. 641. 673. 676
—— emend. 51. 73. 305. 344. 462. 541. 672. 739
Catholicon Joh. de Janua. 604. 714
Chariſius. 707. 708
Chaerilus apud Athenaeum. 595
Cicero. 166. 187. 191. 239. 299. 307. 339. 347. 368. 421. 437. 455. 480. 570. 630. 634. 643. 682. 716. 721
—— emend. 51. 139. 210. 276. 351. 394. 468. 499. 734
Claudianus. 10. 11. 14. 15. 102. 131 137. 170. 194. 199. 219. 230. 265. 342. 351. 394. 490. 507. 586. 622. 621. 622. 628. 647. 658. 692. 722. 725. 727. 729. 733
—— emend. 11. 66. 83. 121. 148. 191. 209. 230. 272. 329. 396. 497. 595. 601. 613. 623. 653. 683. 737. 744
Cleanthes apud Epictetum. 605
Cinnae (Helvii) Fragmenta. 82. 440. 706. emend. 415
Codex Theodoſianus. emend. 330
Collatio Carthagenienſis. emend. 330
Columbanus. 514. 571
Columella. emend. 30. 109. 563. 621. 711. 715
Commodianus. 27. 480.
Corippus. 335. 338. emend. 86. 307. 642

D.

DElectus Epigrammatum. 340. 341
Dictys Cretenſis, vel Septimius. 339
—— emend. 59. 83. 110. 197. 272. 276. 328. 385
Dio Caſſius. emend. 150
Dio Chryſoſtomus. 187. 194
Diogenes Laërtius. 668. 669
Diomedes. 29. 542
Dionyſius Periegetes. 43
Divionenſis codex MS. Epigrammatum veterum editor. & ineditorum. paſſim.
Domitius Marſus. 416. 436. emend. 437. 438
Donatus. 177. 493
Dracontius. 693. emend. 502

E.

ENgelhuſii Chronicon. 79. 84. 321. 410. 417
Ennius. 7. 11. 302. emend. 11. 90. 507. 588. 598
Ennodius. 194. 485. 607
Epicteti & Hadriani Altercatio. 84. emend. 40. 551. 743
Epigrammata Latina vetera. 264. 298. 305. 658. 715. 733. 740. 748
—— —— emend. 11. 15. 139. 167. 196. 198. 205. 227. 234. 315. 345. 426. 506. 683. 695. 720. 728. 730. 735. 738. 737
—— Graeca. 12. 52. 86. 102. 183. 244. 313. 340. 541. 574. 674. 708
—— —— emend. 32. 248. 710
Epigramma Graecum Latinis verſibus redditum. 732
Etymologicum Magnum. 55
Eubulus apud Athenaeum. 183
Eugenius. 450. emend. 539
Eugraphius. 164
Eunapius. emend. 32
Euſtathius de Amorib. Iſmen. 672
Euripides. 282. 303. 611
Excerpta Rhetorum. 21. 23. 68. 108. 109

F.

FAſti Conſulares. emend. 478. 570
Feſtus. emend. 573. 739
Firmicus (Julius). emend. 14
Florus. 148. 284. 334. 418. emend. 307. 364
Frontinus. 565
Fulgentius. 555. 583. emend. 594

G.

GAlleni Adlocutio Sponſalis. 747. emend. 684
Galli, vel Pſeudo Galli, Elegiae. 230. 498 651. 668. emend. 497
Gellius. 68. 422. 427. 428. 619. 630. 741. emend. 7. 173. 406. 411
—— codex MS. Franequeranus. 56. 81. 89. 671. 672
Germanici Aratea. 561. 621
—— —— Epigrammata. 86. 346
—— —— Scholiaſtes. 10
Gloſſae veteres. 311. 676 emend. 310. 311. 313. 469
—— Philoxeni ex ed. Labbaei. 310. 313. 454. 495. 534. emend. 85. 311. 604. 617. 711
—— Gr. Lat. Vulcanii. 573. emend. 121. 634
—— Leidenſes MSS. 121. 410. 438. 495. 601 emend. 281. 327. 345. 469. 625
—— MSS. Placidi. 365. 724. emend. 116. 438
—— MSS. Petri Danielis. 519. 604. 784
—— MSS. Scaligeri. 369. 410. 453. 724
—— MSS. Balth. Moreti. 65
—— MSS. Lat. Gr. Voſſianae. 454
Gloſſarium Iſidori. 312. 410. 495. emend. 70. 116. 121. 210. 266. 365. 445. 370. 477. 495. 617. 626. 628. 678
—— —— Salemonis Epiſcopi Conſtantienſis. 604. 714
—— —— Voſſianum MS. 139. 266. 628. 703. emend. 116. 121. 309. 365. 438. 625
—— —— MS. Leidenſe poſt Iſidori Etymologias. 116. 281. 327. 413. 477. 604. 616. 619. 621. 703. emend. 42. 90. 293. 309. 365. 628.
Gloſſarii S. Germani Epitome MS. emend. 18. 711
Grammatici veteres Putſchii. 29. 443. 542. emend. 739
—— —— Scholion ex Cod. MS. Claudiani. 742
Grammaticus antiquus de verſibus. 9. 29
Gregorius Turonenſis. emend. 485
Gulielmus Malmesburienſis. 332. 457
Guntherus. 648. emend. 732

Ha-

H.

HAdriani & Epicteti Altercatio. 84. emend. 40. 551. 743
—— Imp. Epigrammata. 86. 249. 445
Hegeſippus. emend. 201
Heliodorus. 191. 240
Heſiodus. 15. 55. 166. 432. 436. 533
Heſychius. 435. emend. 312
Hieronymus. 324. 699. emend. 639
Hieronymi Chronicon. emend. 400. 604
Hildebertus Cenomanenſis. 457
Hipponax. 436
Hirtius de Bello Alex. emend. 135
Homerus. 55. 71. 73. 154. 173. 290. 639
Homeri Scholiaſtes. 68
Horatius. 291. 435. 454. 503. 512. 540. 578. 636. 744.
—— emend. & vindic. 45. 136. 140. 148. 170. 196. 227. 264. 274. 278. 340. 433. 498. 521. 579. 676. 712
—— Scholiaſtes MS. Franequeranus. 54. 207 emend. 98. 454
—— Scholiaſtes Porphyrio. emend. 305. 454
—— Scholiaſtes Acro. emend. 305. 407. 454
—— Scholiaſtes Crucquianus. 305. emend. 420
Hyginus. emend. 24. 113. 124. 193. 705
Hygini fragmentum Genealogiae Doſitheanum. 113

I.

INſcriptiones. 17. 61. 237. 246. 247. 285. 304. 319. 324. 325. 327. 328. 329 331. 427. 474. 494. 521. 579. 636. 735. 738. 742. 743
—— emend. 31. 32. 65. 246. 336. 486. 653. 660. 698. 719. 720
—— —— MSS. Cyriaci Anconitani. 237. 333. 545. 620. 719. 720. 722. 728. 729. 730. 736. 738. 740
—— —— MSS. Michaëlis Rhegienſis. 728. 729. 730. 736. 738. 740
—— —— MSS. Nic. Perotti. 19. 20. 62. 321. 405. 473 650.
—— —— MSS. Pighii. 17. 19. 62
—— —— ineditae Caroli Moroni. 15. 17. 19. 26. 62. 91. 237. 418
—— —— MSS. N. Heinſii. 31. 208. 248. 285. 371. 473. 545
—— —— MSS. & Epigrammata codicis Huydecoperiani. 106. 168. 247. 351. 352. 354. 355. 357. 358. 359. 360. 401. 651
—— —— codex MS. Waſſenarianus. 545. 740
—— —— codex Buchelianus MS. 333
Johannis de Janua Catholicon. 604. 714
—— ejus duo Codices MSS. ibid.
Jornandes. emend. 610
Joſephus Iſcanus. 15. 36. 38. 54. 101. 102. 225. 557. emend. 392. 438
Iſidori Origines. 7. 149. 440. 624. emend. 22. 323. 345. 412. 413. 453
Julianus. 312
Julius Caeſar. 262. 307. 372. emend. 711. 712
—— ejus codex MS. 332
Juſtiniani Inſtitutiones. emend. 506
Juſtinus. 49. 81. 219. 233. 297. 350. 359 437. 725.
—— emend. 55. 62. 68. 72. 73. 227. 264. 283. 334. 364. 468. 491. 541. 566. 597. 724
Juvenalis. 51. 52. 216. 685. 745. emend. 357. 510. 516. 608. 622. 630. 744
—— Scholiaſtes. 221. 244. 461. 502. 678. emend. 193. 237. 242. 306. 307. 519
—— Scholiaſtes Voſſianus MS. 216. 221. 239. 461. 625. 725. emend. 180. 306

L.

LAberius. 674
Laberii Sententiae. emend. 49. 518. 553
—— Reſtio. emend. 406
—— Epigrammata. emend. 553. 554. 555
Lactantius. 203. 212. 213
Licentius ad Auguſtin. emend. 11. 737
Livius. 314. 349. 424. 534. emend. 175. 338. 345. 570. 577. 728
Longinus (Dionyſius) 194
Lucanus. 6. 22. 70. 81. 131. 148. 183. 203. 234. 239. 338. 502. 240. 277. 293. 448. 467. 536. 541. 549. 586. 673
—— emend. 67. 190. 196. 318. 394. 417. 524. 535. 597. 602. 649
—— Scholiaſtes. 165. 216. 461. 467
Lucilius. 516. 590. 743. emend. 18
Lucretius. 81. emend. 191. 511. 586. 681
Luxurii Epigrammata inedita. 258. 466. 476. 478. 597. 609. 699. emend. 33

M.

MAecenatis Fragmenta. emend. 29. 412. 415. 596
Macabri Speculum. 277
Macrobius. 583. 584. 710. emend. 34. 307. 414. 570. 590. 722
Mallius Theodorus de Metris. 724
Mamertinus. emend. 22. 212
Manilius. emend. & vindic. 193. bis. 206. 208. 233. 297. 374 560. 565. bis. 614. 623
Marbodii poema ineditum de ornamentis verborum. 88
Marius Victorinus. 9. 14. 431. 494. 542
Martianus Capella. 1. 38. 39. 502. emend 137. 181. 183. 496. 747
Martialis. 202. 205. 436. 475. 501. 590. 595. 603. 647
—— emend. 22. 23. 29. 37. 56. 57. 99. 100. 165. 199. 225. 243. 294. 350. 416. 422. 426. 448. 449. 477. 509. 519. 546. 633
Mattii fragmentum apud Gell. emend. 7
Mattius (Cneus) in Mimiambis. 630
Maximianus. 5. 316. 500. 502. 648. emend. 45. 46. 89. 102. 196. 277. 661. 733
Mela (Pomponius) 236. 290. 570
Menander. 531
Minucius Felix. 225. 505. emend. 716
Moſchus. 276. 708

N.

NEmeſianus. 38. 298. 500. 567. 576. 706
Nepos (Cornelius) 195. emend. 190
Nonius Marcellus. emend. 30. 198. 225. 313. 406. 413. 462. 463. 539. 570. 595. 621. 630. 618. 721
Novum Teſtamentum. 465. 611. 627. 674
Nummi veteres. 738

O.

OPpianus. 589
Oroſius. 225
Orpheus. emend. 55
Otto Friſingenſis. 349
Ovidius. emend. vel adſertus. 23. 29. 38. 68. 126. 135. 138. 148. 162. 165. 179. 183. 184. 196. 256. bis. 269. 271. 272. 274. 281. 283. 286. 289. 304. 311. 315. 345. 350. 352. 354. 390. 395. 451. 477. 490. 495. 497. 498. 505. 507. 509. 520. 528. 531. 535. 541. 559. 560. 564. 566. 569. 576. 591. 595. 601. 606. 612. 622. 657. 658. 668. 695. 702. 705. 717. 725

P.

PAcuvius. 567. emend. 601
Palladius. emend. 701
Panegyrici veteres. 24. emend 22. 212
Papiae Vocabularium. 52. 354. 365. 621. 714.
—— emend. 7. 42. 53. 55. 105. 115. 243. 293. 309. 345. 365. 433. 464. 573. 608. 703. 711
Paſiphaës Fabula. 663. 664. 746
Paulinus Nolanus. 498. 505. 574. emend. 552
Paulus Warnefridus. 354
Perſii Scholiaſtes MS. 205. 206
Petronius & Ejus Epigrammata. emend. 25. 27. 28. 107. 114. 147. 151. 216. 485. 548. 557. 579. 580. 581. 584. & ſeqq. 678. 679. 718
—— codex MS. Scaligeri. 25. 28
—— Gloſſator vetus. 590
Phaedrus. 294. 647
Philargyrius. 440. emend. 364
Philemon. 726
Philoſtratus. 271. 678. 741
Pindarus Thebanus. emend. 51. 73. 81. 89
Plato. 462. 709
Plautus. 430. 435. 713. emend. 36. 424 426. 593. 676. 710. 715
Plinius. 256. 312. 358. 488. 645. emend. 34. 139. 240. 307. 340. 343. 394. 441. 534. 594. 623
—— Secundus. emend. 72. 141. 224. 350. 359. 364. 451. 491
Plinius Valerianus. emend. 495
Plutarchus. 187. 216
Pomponius. (Lucius) emend. 672. 673
—— de Orig. Jur. emend. 738
Portius Licinius. 674
Priapeja. 316. 622. 673. 709. emend. 19. 357. 378. 422. 433. 443. 502. 513. 598. 607. 633. 634
Priſcianus. 707. 738
—— in Periegeſi. 340. emend. 38. 326
Proba Faltonia. 112. 116. 118. 121. 126. 131. 155. 157. 158. 160. 161. 162. 166. 169. 171. 726.
Propertius. emend. vel adſertus. 5. 37. 62. 82. 91. 109. 154. 183. 184. 185. 235. 247. 250. 260. 263. 264. 266. 276. 284. 295. bis. 296. 299. 307. 314. 315. 317. 318. 332. 335. 351. 448. 457. 460. 466. 469. 501. 502. 506 510. 565. 567. 595. 602. 606. 637. 653. 670. 672. 687. 691. 697. 705. 710. 712. 713. 714. 715. 717. 718. 726. 733. 742
Prudentius. 34. 356. 413. 453. 457. 569 716. 736
—— emend. 175. 330. 459. 468. 489. 490. 535. 726. 733. 734. 737
—— ejus codex vetuſtiſſimus Egmondanus. 320. 330. 413. 457. 459. 468. 535. 556. 617. 703. 734. 736. 737

Q.

QUinctilianus. 350. 356 423. 470. 491. 534. 572

R.

RHemnius Fannius. emend. 497
Rufi Feſti Breviarium Pop. Rom. emend. 453
Rufinus de Metris. 664
Rutilius. 297. emend. 236

S.

SAbinus. (Anius) 505
Sappho. 672
Salluſtius. 280. emend. 395. 549
Salluſtii fragmenta apud Aruſianum Meſſium. 173
Sarisberienſis. (Johannes) 591. emend. 255
Sedulius. emend. 87. 558
Seneca Rhetor. 191. 334. 337. emend. 314. 643
Seneca Philoſophus. 55. 216. 217. 423. 465. 485. 491. 497. 621. 676. emend. 211. 212. 225. 231. 257. 308. 352. 400. 513. 734
Seneca Tragicus. emend. 22. 23. bis. 24. 80. 139. 184. 234. 305. 336. 350. 497. 506. 556. 601. 605. 737
Serenus Sammonicus. emend. 85. 507
Servius. 48. 50. 65. 100. 168. 298. 304. 345 408. 412. 461. 672. emend. 651. 17. 312. 326. 552. 628
Severi Aetna. emend. 291. 513
Severi Carmen de Cicerone. emend. 318. 334—339
Sextus Empiricus. 584
Sidonius Apollinaris. 194. 245. 249. 542. 603. 614. 678. emend. 484
Silius Italicus. 207. 336. 693. 702. emend. 69. 256. 259
Siſenna. 314
Solinus. emend. 312. 559. 563
Stephanus Byzantius. 590
Statius. 22. 68. 101. 409. 437. 438. 496. 565. 597. 704
—— emend. 38. 67. 69. 70. bis. 73. 78. 81. 86. 165. 185. 203. 230. 278. 461. 475. 491. 510. 673. 709. 711
Statii Scholiaſtes. 469. 708. emend. 54. 55
—— codex Senenſis. 67

Strabo. 43. 310. emend. 187
Suetonius. 62. 68. 78. 230. 322. 359. 412. 421. 422. 423. 424. 427. 478. 495. 534. 541. 621. 709. emend. 224. 236. 411. 642. 677. 739
Suidas. 58. 415. emend. 713
Sulpiciae Fragmentum. 678
Symmachus. 225. 258. 294. 325. 704. emend. 327
Sympoſii Aenigmata. 623. emend. 687

T.

TAcitus. 87. 225. 229. 230. 330. emend. 233. 307. 514. 538. 577. 726.
Terentius. 4. emend. 163. 571.
Terentianus Maurus. 7. 9. 73. 208. 420. 424. 494. 724. emend. 14. 190
Tertullianus. 149. 584. emend. 141. 451
Theocritus. 700. 713. emend. 38
Theodoretus. 21
Theodulphus. emend. 139. 723
Theognis. 574
Tibullus adſertus vel emend. 36. 37. 105. 109. 150. 258. 265. 281. 292. 297. 298. 299. 416. 435. 475. 502. 506. 508. 511. 512. 516. 531. 532. 537. 549. 557. 610. 612. 617. 619. 632. 647. 649. 688. 712
Tibulli vitae Summa. 416
Trebellius Pollio. 200. 744
Tzetzes. 68. 191. 194

V.

VAlerius Aedituus. 670. emend. 671
Valerius Flaccus. 68. 96. 132. 140. 155. 171. 175. 272. 274. 315. 467. 476. 500. 502. 565. 567. emend. 162. 170. 184. 507. 601. 641. 704
Valerius Maximus. 211. emend. 80. 308
Valerii Probi Epigr. ad Conſtantinum. emend. 739
Varro. emend. 630
Varronis Carminum Fragmenta. emend. 27. 30. 198. 205. 462. 463. 538. 553. 570. 587. 595
——— Atacini. 205. 643
Vellejus Paterculus. 250. 258. 282. 294. 302. 337. 342. 423. 437. 535. 618. 721. 734.
Vibius Sequeſter. 106. emend. 354
Virgilius. emend. vel vindicatus. 37. 65. 73. 88. bis. 91. 100. 104. 109. 111. 112. 125. 126. 131. 132. 133. 134. 135. 140. 150. 156. 157. 159. 162. 163. 166. 167. 170. 171. 174. 175. 180. 185. 193. 196. 201. 272. 279. 338. 342. 344. 350. 364. 375. 460. 467. 499. 523. — 530. 540. 566. 602. 648. 649. 716. 718. 721
——— in Ciri. 15. 178. 259. 281. 289. 378. 642
——— in Culice. 101. 165. 199. 201. 279. 496. 579.
Vitalis Bleſenſis. emend. 596
Vitruvius. emend. 351. 516. 563

W.

WArnefridus (Paulus). 354

X.

XEnarchus apud Athenaeum. 542
Xiphilinus. 219

Digitized by Google

INDEX

AUCTORUM RECENTIORUM

Laudatorum vel Notatorum.

A.

ABſtemius (Laurentius) 21. 350. 351. 473. 651. 744
Accurſius (Mariangelus) 410. 412. 413. 550. 590. 688. 701
Acidalius (Valens). 59. 596
Alciatus (Andreas.) 55. 407. 413
Aleander (Hieronymus). 210. 701
Allatius (Leo). 68. 404
Almeloveenius (Theod. Jans.) 7. 12. 26. 58. 239. 314. 340. 458. 477. 478. 522. 523. 539. 553. 626. 684. 699. 743
Amaltheus (Joh. Bapt.). 102. 590
——— (Hieronymus). 654. 688
Ambroſius Morales. 238. 545. 729. 735
Angelottus (Pompejus). 719
Angerianus (Hieronymus). 101
Anſelmus (Georgius). 341
Aretinus (Leonardus). 21
Argolius (Johannes). 730
Arntzenius (Johannes.) 572
Arntzenius (Otto). 52. 575
Aſcenſius (Jodocus Badius). 351. 708
Auratus (Johannes). 62. 581. 689
Avellanus (Petrus). 307
Ayrmannus (Chriſtoph. Freder.) 292. 296. 416

B.

BAlzacius (Ludovicus). 190. 242
Bandurius (Anſelmus) 248
Barneſius (Joſua). 405
Baronius (Caeſar). 31. 320. 322. 330. 332. 735
Barthius (Caſpar). 2. 11. 12. 14. 28. 30. 35. 52. 65. 86. 89. 100. 109. 150. 171. 197. 239. 283. 292. 301. 335. 338. 348. 350. 355. 360. 361. 362. 364. 366. 367. 369. 407. 418. 419. 438. 440. 442. 449. 451. 454. 457. 461. 466. 467. 468. 470. 480. 483. 496. 502. 508. 509. 515. 516. 517. 518. 534. 548 549. 550. 552. 554. 558. 561. 575. 576. 577. 583. 585. 587. 593. 596. 610. 613. 624. 627. 656. 660. 666. 672. 673. 674. 684. 688. 690. 702. 703. 708. 709. 710. 715. 734. 738. 746. 747
Bandelotius (Carolus Caeſar). 708
Bebotius (Adrianus) 30
Bellajus (Joachimus). 651
Bembus (Petrus) 106. 702. 703. 707. 717. 718. 725
Bentlejus (Richardus). 72. 82. 110. 140. 144. 170. 208. 264. 274. 297. 456. 525. 565. bis. 664. 710. 712. 738
——— (Thomas). 210
Berglerus (Stephanus). 103. 721. 739
Bernecceru s (Matthias). 242
Beroaldus (Philippus). 409. 629
Bertoli (Johannes Dominicus). 249
Bethycus (Chriſtophorus). 404
Bimardus Baro de la Baſtie (Joſephus). 507
Binetus (Claudius). 418. 419 650. 654. 655. 660. 663. 664. 666. 683. 684
Biſſchoppius (Janus). 544
Boiſſardus (Janus Jacobus). 269. 715. 735. 742
Bonada (Franciſcus Maria) 419. 444. 445. 451. 472. 507. 719. 725. 730. 737
Bonciarius (Marcus Antonius). 228
Bondtius (Nicolaus). 61. 668
Bongarſius (Jacobus). 734
Bonifacius (Johannes). 200. 410. 594. 629
Borbonius (Nicolaus). 651
Borrichius (Olaus). 388
Boſchius (Johannes). 580. 583. 655
Bottarius (Johannes). 61
Bouché (Honoratus). 758
Bouhierius (Johannes). 9. 188. 240. 322. 584. 595. 699. 700. 720. 741. 743
Boxhornius (Marcus Zuerius) 2. 18. 334
Briſſaeus (Nicolaus). 190. 747
Briſſonius (Barnabas). 453. 627
Brodaeus (Johannes). 248. 543
Broukhuſius (Janus) 12. 55. 169. 173. 178. 228. 260. 262. 264. 268. 292. 296. 349. 357. 433. 437. 466. 515. 538. 567. 570. 576. 587. 590. 605. 610. 621. 642. 653. 663. 671. 707. 708. 712. 713. 717. 718. 725. 746
Broukhuſii Adverſaria Tibulliana a notis diverſa. 508
——— Commentarius in Catullum ineditus. 177
——— notae MSS. ad Lucilium. 570
Brouwerius (Chriſtophorus). 621
Bruſchius (Gaſpar). 249
Buchananus (Georgius). 82

Buchelius (Arnoldus). 61
Buchnerus (Auguſtus). 674. 737
Bulaeus (Chriſtophorus). 673
Buonaruoti (Philippus). 304
Burchius (Adrianus). 192
Bynckershoeckius (Cornelius). 721

C.

CAelius Rhodiginus. 711
Calcagninus (Caelius). 241. 458
Calderinus (Domitius). 707. 715
Camerarius (Joachimus) 512. 513
——— (Philippus). 473
Cambdenus (Gulielmus). 231
Cangius (Carolus). 454. 495. 628. 711
Cannegieterus (Henricus). 52. 57. 61. 62. 84. 214. 215. 218. 225. 226. 231. 235. 389. 414. 459. 466. 494. 496. 509. 557. 589. 663. 678. 699. 728. 730. 731
Canterus (Gulielmus). 203. 210
Capacius (Julius Caeſar). 400. 403. 721. 735. 743
Carrera (Petrus). 106
Carrio (Ludovicus). 56. 57. 310. 354. 406
Caryophilus (Blaſius). 242. 415.
Caſa (Johannes). 556
Caſaubonus (Iſaacus). 239. 240 241. 244. 339. 423. 442. 450. 465. 494. 511. 519. 534. 574. 588. 589. 590. 616. 674. 707. 744
Caſellius (Durantius). 660. 736
Caſtalio (Joſephus). 246. 354. 477
Caſtellionaeus (Johannes Antonius). 200
Catellius (Gulielmus). 445
Cavaccius (Johannes). 91
Cerda (Ludovicus de la) 243. 453. 485. 493
Chevraeus (Urbanus). 457
Chiffletius (Johannes) 10. 219. 687
Chishull (Edmundus). 59. 408
Chriſtius (Johannes Fredericus). 456. 491. 492. 498. 499. 500. 505. 531. 592
Chytraeus (David). 62. 98
——— (Nathan). 650
Ciofanus (Hercules). 373
Claverius (Stephanus). 11. 586. 689. 692. 731. 734. 735
Clericus (Johannes). 251. 252. 253. 255. 256. 258. 260. 261. 263. 264. 265. 266. 267. 269. 270. 271. 272. 273. 275. 277. 278. 279. 280. 283. 284. 285. 287. 314. 335. 336. 337. 448. 513. 731. 741
Codrus Urceus. 515
Colomeſius (Paulus). 334. 493. 636
Columna (Hieronymus). 206. 207. 209. 409. 588. 589
Corſignanus (Petrus Antonius). 473
Corſini (Eduardus). 57. 494
Cortius (Gotlieb). 315. 360. 364. 437. 442. 586
Cotovicus (Johannes). 348
Cotta (Johannes). 652. 670. 672
Crinitus (Petrus). 339. 450. 585. 668
Criſpolti (Caeſar) 720
Crucius (Andreas). 650
Croſcaeus (Andreas). 447
Crucquius (Jacobus). 305. 663. 664
Cruſius (Chriſtianus). 580. 581. 582
Cujacius (Jacobus). 506. 711
Cuperus (Giſbertus). 3. 8. 24. 64. 150. 404. 420. 441. 481. 629. 659. 732. 736. 741
Cyriaci Anconitani Inſcriptiones MSS. 237. 333. 545. 620. 719. 720. 722. 728. 729.

D.

DAle (Antonius van). 31. 34
Daviſius (Johannes). 681. 716
Daumius (Chriſtianus). 239. 621. 671. 693 730. 748
Dauſquejus (Claudius). 207. 726
Delphinici Interpretes. 236. 374. 565. 603. 659
Delrius (Marcus Antonius). 53. 150. 178. 231. 290. 292. 341. 452. 605. 717
Demſterus (Thomas). 198. 276. 414. 469. 511. 557
Divaeus (Petrus). 56
Domitius (Calderinus). 715
——— (Marſus). 207
Donius (Antonius Franciſcus). 447
Donii (Johannes Baptiſtae) Inſcriptiones. 304
Dorleans (Ludovicus). 87. 419. 583. 602. 673. 729. 733. 742
D'Orville (Jacobus Philippus) 68. 90. 93. 94. 97. 107. 109. 111. 192. 237. 454. 507. 623. 671. 738. 745
Douza (Janus) 27. 251. 292. 295. 353. 354. 405. 409. 412. 413. 433. 435. 593. 614. 645. 650. 655. 660. 662. 663. 664. 665. 666. 670. 674. 680. 681. 683. 742. 743
——— (Janus) Filius. 100. 440. 548. 578. 583. 597. 642. 654. 672. 741
——— (Franciſcus). 570. 590
——— (Georgius). 248
Drakenborchius (Arnoldus). 24. 85. 181. 219. 219. 225. 256. 314. 336. 400. 445. 455. 570. 693. 702
Duckerus (Carolus Andreas). 677

E.

ERaſmus (Deſiderius) 432. 542
Erythraeus (Nicolaus). 539. 701. 707. 718
Eyndius Haemſtedius (Jacobus). 651

F.

FAber (Petrus). 32
——— (Nicolaus). 598
——— (Baſilius). 715
——— (Tanaquillus). 513
Fabrettus (Raphaël) 238. 336. 660
Fabricius (Georgius). 2. 98. 183. 214. 217. 229. 343. 349. 350. 401. 406. 407. 409. 457. 545. 620. & alibi.
——— (Vincentius). 650

Fabricius (Johannes Albertus). 3. 248. 555. 675
Falkenburgius (Gerardus) 55
Favolius (Hugo). 349
Ferrarius (Octavius). 93. 470. 477
Ferretius (Joh. Baptiſta) 15. 20. 26. 58. 93. 238. 246. 321. 405. 463. 686. 725. 728
Ficoroni (Franciſcus). 473. 519. 521
Fileſacus (Johannes). 429. 509. 735
Fleetwood (Gulielmus). 31. 238. 248. 444. 445. 476
Flaminius (Marcus Antonius) 106. 670
Fontanini (Juſtus) 115. 150. 323. 353. 651. 652. 653
Fracaſtorius (Hieronymus). 12
Franchinus (Franciſcus). 618
Francius (Petrus). 259. 263. 271. 281. 298. 299. 300. 338. 345. 364. 369. 373. 386. 390. 401. 419. 420. 445. 449. 451. 456. 497. 503. 504. 531. 532. 535. 555. 578. 580. 581. 582. 591. 605. 632. 637. 671. 681. & alibi ſaepe.
Freherus (Marquardus). 2. 230. 416. 438. 482. 620
Freinſhemius (Johannes) 259. 266. 309. 535
Friſciſcutius (Vincentius). 543
Fruterius (Lucas). 407. 429. 430. 431. 553. 554

G.

GAtakerus (Thomas). 32
Gaulminus (Gilbertus). 654
Gebhardus (Janus). 269. 279. 350. 633. 648
Gentilis (Scipio). 232. 590. 660. 670
Gerardus Noviomagus. 249. 730. 731
Geſnerus (Joh. Matthias). 264. 309
Gevartius (Caſpar). 534. 593. 598. 639. 686
Gifanius (Obertus). 172. 512. 542. 586. 711
Giſelinus (Victor). 133. 356
Goeſius (Gulielmus). 640
Goldaſtus (Melchior). 338. 341. 572
Gonſalius (Joſephus Antonius) 28. 461. 477. 519. 585. 626. 683. 684. 691. 694. 744
Gorallus (Theodorus) ſeu Johannes Clericus. 251. 252. 253. 255. 256. 258. 260. 261. 263. 264. 265. 266. 267. 269. 270. 271. 272. 273. 275. 277. 278. 279. 280. 283. 284. 285. 287. 314. 335. 336. 337. 448. 513. 371
Gorius (Antonius Franciſcus) 61. 667. 676. 719. 732
Gothofredus (Jacobus). 322. 324. 326. 328. 330. 613. 691. 698
Graevius (Johannes Georgius) 26. 251. 334. 348. 426. 477. 553. 626. 696. 737. 740
Grangaeus (Iſacus). 534. 689
Graſſerus (Johannes). 222
Gronovius (Johannes Fredericus) 14. 67. 185. 194. 201. 214. 225. 235. 317. 415. 468. 475. 509. 511. 519. 536. 547. 548. 549. 560. 565. 580. 582. 583. 593. 595. 597. 600. 601. 606. 613. 624. 653. 691. 716. 741
——— (Jacobus) 370. 411. 420. 672. 716
——— (Abrahamus). 438
Grotius (Hugo). 56. 295. 339. 345. 440. 651
Grunerus (Johannes Fredericus) 560
Grudius (Nicolaus). 15. 651
Gualtherus (Georgius). 321
Gudius (Marquardus). 57. 65. 237. 325. 507. 624. 715
Guellius (Germanus Valens). 296
Guichenon (Samuel). 720
Guido de Meſſana. 79. 84
Guillandinus (Melchior). 411
Gulielmius (Janus). 276. 411. 413. 553. 595
Guyetus (Franciſcus). 437. 440
Gyraldus (Lilius Gregorius). 338. 406. 555

H.

HAdrianus Cardinalis. 383
Hagenbuchius (Johannes Gaſpar). 720. 728
Haverkampus (Sigebertus). 243. 494
Haymius (Nicolaus Franciſcus) 738
Heda (Wilhelmus). 236
Heinſius (Daniel) 86. 87. 195. 240. 408. 432. 435. 498. 588
Heinſius (Nicolaus) 10. 11. 13. 15. 25. 29. 54. 80. 169. 170. 175. 183. 194. 195. 202. 210. 262. 266. 273. 273. 276. 336. 340. 341. 451. 462. 477. 485. 499. 513. 556. 601. 604. 636. 637. 638. 640. 642. 655. 711. 712. 716. 738
Heinſii (Nic.) notae ineditae ad Tacitum. 224. 226. 233. 364. 726
——— ——— ad Auctorem de claris Oratoribus. 428
——— ——— ad Diras Catonis. 64. 204. 369
——— ——— ad Cirim. 15. 682
——— ——— ad Culicem. 496
——— Epiſtolae ineditae. 295
Hemſterhuſius (Tiberius). 456. 504
Herbelius (Nicolaus). 206
Heraldus (Deſiderius). 642
Heſſelius (Franciſcus) 65. 474
Heumannus (Chriſtophorus Auguſtus). 138. 349. 546. 556
Heuſingerus (Jacobus Fridericus). 724
Heynius (Chriſtianus Gotlieb) 265. 292. 298. 299. 511. 610. 733
Hofmannus (Caſpar). 512
Holſtenius (Lucas). 63. 716
Hotomannus (Franciſcus). 570
Huetius (Petrus Daniel). 477. 715

J.

JAblonskius (Paulus Erneſtus). 630
Janus Secundus. 61. 259. 617. 637. 650. 652
Inſulanus (Gulielmus). 556
Jonſius (Johannes). 411. 555
Junianus Majus. 105. 718
Junius (Hadrianus). 249. 730
Juretus (Franciſcus). 1. 202. 318. 329. 338. 408. 552. 608. 609

K.

Kimedoncius (Jacobus). 202

L.

Labbeus (Phillippus) 620
Lambecius (Petrus). 52. 84. 575. 591
Lambinus (Dionyſius) 98. 137. 172. 194. 405. 513. 602. 641
Landus (Conſtantius) 90
Latinius (Latinus). 225
Lazius (Wolfgangus). 64. 248
Leichius (Johannes Henricus) 55. 237. 748
Leunclavius (Johannes). 249
Lennepius (Johannes Daniel) 253. 516
Lindenbrogius (Fredericus). 245. 265. 270. 299. 319. 345. 354. 410. 415. 450. 711
Lignamineus (Deſiderius). 349
Lipenius (Martinus) 735
Lipſius (Juſtus). 10. 11. 314. 315. 419. 466. 469. 574. 595. 596. 597. 598. 601. 603. 734
Lipſienſis Cenſor. 74. 76. 77. 83. 355. 729
Livinejus (Johannes). 310
Loënſis (Jacobus Nicolaus). 14. 378. 554. 627. 672. 674
Lotichius (Petrus) Secundus. 178. 277. 436. 645. 694
——— (Johannes Petrus.) 667. 668. 689. 691

M.

Mabillon (Johannes). 315. 320. 457
Maffei (Scipio). 219. 331. 725
Maittaire (Michael) 235. 237
Manutius (Paulus). 214. 261. 406
Marcilius (Theodorus) 240. 241. 253. 257. 413. 658
Marius Niger (Dominicus). 43
Marklandus (Jeremias). 8. 101. 165. 170. 206. 294. 350. 441. 475. 653. 684. 711. 716
Martinius (Bernardus). 54. 646
Marullus (Michael). 3. 226
Maſſonius (Johannes). 248. 254. 414. 416. 731
Maſvicius (Pancratius). 155
Mattei (Barnabas). 460. 740
Mattius (Johannes Marius) 403. 411
Mazochius (Jacobus). 474
Mazzella (Scipio). 397. 401. 474. 479. 735
Meermannus (Gerardus). 442. 728. 735
Meibomius (Johannes Henricus) 251. 254. 256. 259. 261. 265. 269. 271. 274. 280. 282. 283. 286. 414
Meliſſus (Paulus). 12. 230. 447
Menagius (Aegidius). 340. 421. 511. 587. 651. 670. 687. 710
Menckenius (Freder. Otto) 138. 144. 620
Mercerus (Joſias). 30. 53. 198. 463. 539. 553
Mercurialis (Hieronymus). 240. 462
Merula (Paulus). 420
Meurſius (Johannes). 340
Miſcellaneorum Obſervationum Auctores. 3. 100. 103. 113. 154. 334. 447. 507. 558. 559. 678
Molſa (Franc. Marius). 218. 260. 618
Monnoye (Bernardus de la). 492. 590. 620
Montfauconius (Bernardus). 91. 620
Moranius Aſculanus. 447
Moroni (Caroli) Codex Inſcriptionum. 15. 19. 26
Munckerus (Thomas). 10. 55. 78. 82. 83. 106. 271. 274. 365. 469. 555. 583. 645
Muratorius (Ludovicus Antonius) 17. 55. 61. 237. 304. 328. 720. 748
Muretus (Marcus Antonius) 542. 595. 627. 660. 670. 671. 697. 734. 746

N.

Nannius (Petrus). 415
Nanſius (Franciſcus). 312
Naugerius (Andreas). 411. 654
Neapolis (Carolus). 210
Neſtoris (Dionyſii) Vocabularium. 100. 411. 620. 621
Niceron (Johannes Petrus) 655
Noriſius (Henricus). 230. 478. 716

O.

Obſopaeus (Joannes). 1. 12
Octavianus (Sixtus). 309. 312
Oiſelius (Jacobus). 421
Oliverius (Hannibal). 81. 83. 190. 208. 309. 740
Opitius (Martinus). 15. 332. 458. 571. 608. 619. 684. 729
Ortelius (Abrahamus). 275
Otto (Everhardus). 3. 13. 60. 312
Oudendorpius (Franciſcus). 2. 6. 10. 13. 16. 17. 30. 37. 39. 40. 43. 61. 69. 70. 71. 74. 76. 77. 80. 82. 83. 85. 90. 91. 93. 94. 95. 98. 110. 112. 135. 137. 138. 141. 143. 145. 146. 147. 159. 186. 189. 221. 250. 263. 272. 277. 287. 290. 299. 302. 307. 325. 341. 386. 389. 432. 441. 456. 496. 499. 554. 616. 617. 621. 712. 716. 717. & ſaepius alibi.

P.

Paciaudus (Paulus Maria). 479
Palmerius (Janus Mellerus) 743
Panhormita (Antonius). 416. 417
—— —— ejus Hermaphroditus MS. 620. 670
Parrhaſius (Janus). 267. 369
Paſſeratius (Johannes). 639. 708
Pauwius (Johannes Cornelius) 521
Petitus (Samuel). 423
Petrarcha (Franciſcus). 229. 507
Pierius Valerianus. 20. 300. 460. 540. 702. 716. 718
Pighii (Stephani Vinandi) Inſcriptiones ineditae. 17. 19. 22. 60. 62. 321. 405. 473. 650
Pignorius (Laurentius). 91. 92. 466
Pincianus (Ferdinandus). 219

Pi-

Pithoeus (Petrus). 213. 423. 450. 460 509. & paſſim.
Pius (Johannes Baptiſta). 416. 496. 533. 697. 705. 714. 745
Poggius (Carolus) 620
Politianus (Angelus). 21. 216. 411. 416. 618. 620. 650. 702. 726
Pontedera (Julius). 434
Porcelii Carmina inedita. 107
Poſthius (Johannes). 651
Pontanus (Johannes Jovianus). 281. 314. 590. 652
——— (Johannes Iſacius) 206. 231. 236. 262. 342. 397. 413. 440. 442. 554. 555. 583. 606. 632. 640. 652. 669
Popma (Auſonius). 462. 463
Poſthius (Johannes). 651. 738
Pricaeus (Jobsnnes) 709. 717
Prideaux (Humphridus). 198
Ptolemaeus Flavius. 267. 620. 744
Pulmannus (Theodorus). 426. 517. 539. 546. 557. 571. 708

Q.

Querneus (Andreas). 535. 669. 728

R.

Raguſa (Hieronymus). 735. 738. 740
Ramireſius (Laurentius). 603
Rapinus (Renatus). 351
Regius (Raphael). 351
Reineccius (Reinerus). 349
Reineſius (Thomas). 34. 188. 210. 237. 248. 371. 401. 403. 478. 494. 614. 653
Reiske (Johannes Jacobus). 745
Reſendius (Andreas). 237
Ricceputius (Bartholomaeus). 353
Rittershuſius (Conradus). 98. 135
Rivinus (Andreas). 2. 109. 290. 419. 450. 466. 489. 608. 630. 691. 694. 699. 740. 745
Roëllius (Gulielmus). 677
Rondeletius (Gulielmus) 588. 589
Roverius (Jacobus). 14
Roverius (Paulus). 422
——— (Matthias). 685
Rubenius (Albertus). 252. 258. 279. 709
Rudericus Carus. 238
Rupertus (Chriſtophorus Adamus). 335
Runckenius (David). 76. 253. 719
Rutgerſius (Janus). 201. 265. 306. 411. 414. 415 637. 675. 734
Ryckius (Juſtus). 35. 262. 743. 747

S.

Sabinus (Pomponius). 708
Sabinus (Georgius). 92
Sachſius (Chriſtophorus Gotlieb) 91
Salemonis Epiſc. Conſtantienſis Gloſſarium. 604. 714
Salengre (Albertus Henricus) 481. 486
Salina (Hieronymus). 447
Salmaſius (Claudius). 10. 39. 149. 190. 214. 243. 244. 274. 276. 306. 389. 404. 413. 413. 419. 454. 463. 477. 519. 521. 523. 533. 534. 585. 626. 627. 628. 647. 659. 671. 684. 685. 707. 709. 710. 715
——— ejus Codex MS. Epigrammatum veterum editor. & ineditorum. paſſim.
Sannazarius (Jacobus). 15. 227. 546. 686
Sauterius (Daniel). 519. 521. 523
Savaro (Johannes). 477. 628. 639
Scaliger (Joſephus). 182. 193. 198. 206. 207. 210. 216. 223. 231. 240. 243. 247. 268. 271. 274. 275. 278. 281. 282. 309. 334. 354. 407. 408. 409. 413. 416. 423. 462. 473. 477. 512. 513. 518. 541. 556. 567. 587. 593. 596. 603. 604. 627. 630. 638. 641. 670. 672. 686. 701. 708. 709. 712. 745. 746
Scardeonius (Bernardinus). 92
Schefferus (Johannes). 627
Schelius (Radbodus Hermannus). 339
Schelhornius (Johannes Georgius) 620
Schradueus (Laurentius). 55. 92. 305. 475. 545. 686. 745
Schraderus (Johannes). 8. 30. 55. 67. 71. 74. 75. 86. 93. 201. 261. 441. 467. 468. 476. 531. 574. 584. 653. 720. 722. 724. 725. 727. 730. 731. 743. 744. 745. 746
Schroderus (Johannes Caſparus) 506
Schottus (Andreas). 91. 209. 219. 337. 410. 413. 424. 456. 700. 744
——— (Johannes Carolus) 722
Schultingius (Johannes). 88. 299
Schultenſius (Albertus). 162
Schurſfleiſchius (Henricus Leonardus). 306. 604. 609. 728
Scioppius (Caſpar) 325. 327. 415. 503. 531. 542. 547. 661. 662. 663. 738
Scoppa (Lucius Johannes). 342. 344. 347. 424
Scriverius (Petrus). 22. 23. 27. 37. 149. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 238. 291. 341. 348. 369. 413. 504. 616. 617. 632. 660. 684. 685. 688. 698. 699. 702. 716. 746
Seguinus (Petrus). 708
Seldenus (Johannes). 243
Sellius (Theodorus). 659. 732. 733
Sena (Petrus la). 404
Sevinus (Abbas). 55
Sirmondus (Jacobus). 145. 147. 318. 320. 329. 454. 480. 481. 485. 607. 614
Slichtenhorſtius (Arnoldus). 249
Smetius (Martinus). 82
Smith (Thomas). 248
Soter (Johannes) 546. 556
Sponius (Jacobus). 57. 65. 208 327
Statius (Achilles). 97. 431. 436
Stephanus (Henricus). 14. 309. 334. 339 405. 409. 412. 420. 452. 510. 512. 513. 571. 585. 591. 592. 630. 670. 671. 673 681. 683. 718. 721

Ste-

Stewechius (Godeſcalcus). 448. 451. 452
Stigelius (Johannes). 82
Struchtmeyerus (Jodocus Johannes) 74. 77. 85. 233. 271. 699
Suarezius (Joh. Maria). 58
Surita (Hieronymus). 275
Symeonus (Gabriel). 199
Swarthius (Euſtathius). 89. 515. 667. 684
Sweertius (Franciſcus). 349

T.

TAſſo (Torquatus). 653
Taubmannus (Fredericus). 281
Tennulius (Samuel) 294
Thebaideus (Antonius). 748
Titius (Robertus). 512. 549. 715
Tollius (Jacobus). 85. 108. 332. 334. 368. 369. 377. 386. 389. 430. 449. 456. 490. 500. 502. 503. 508. 538. 577. 636. 637. 639. 641. 674. 704. 705. 740
Tomaſinus (Jacobus Philippus). 486. 719. 721
Torrenius (Abrahamus) 67
Torrentius (Laevinus). 421. 709
Toſcanus (Johannes Matthaeus). 15. 58. 102. 352. 651
Trapplus (Joſephus) 688
Trillerus (Daniel Wilhelmus). 588
Triſtanus (Johannes). 238. 324. 325. 362. 720
Turnebus (Hadrianus). 398. 405. 406. 412. 421. 422. 426. 429. 462. 512. 672. 674. 709. 716
Turre (Philippus a). 721
Turrigius (Franciſcus Maria). 740

U.

URſaeus (Honoratus). 576
Urſatus (Sertorius). 92. 735
Urſinus (Fulvius). 9. 414. 717

V.

VAlckenarius (Ludovicus Caſparus) 9. 12. 113. 229. 552. 713
Valla (Georgius) 685
Valeſius (Hadrianus). 472
——— (Henricus). 32. 371. 420. 427. 452. 533
Vallinus (Renatus). 320. 737
Vaſacus (Johannes). 333. 729
Vavaſſor (Franciſcus). 340
Velſerus (Marcus). 476. 546
Venuti (Marcellus). 34
Victorius (Petrus). 222. 223. 299. 309. 405. 434. 437. 512. 541. 595. 374
——— (Franciſcus). 336
Vinetus (Elias). 444. 445
Vives (Ludovicus). 73
Vlamingius (Gulielmus). 236
Vlitius (Janus). 471. 495. 521. 544. 701
Vonckius (Cornelius Valerius). 445
Vorſtius (Johannes). 549
Voſſii (Gerardi Johannis) Codex MS. Epigrammatum veterum. 92. 352. 358. 397
Voſſius (Gerardus Johannes). 34. 73. 216. 267. 341. 363. 406. 409. 415. 420. 421. 443. 450. 495. 512. 543. 587. 630. 670. 716. 734
——— (Gerardus). 37. 211. 397. 400. 442. 530
——— (Iſacus) 73. 110. 253. 301. 405. 424. 427. 429. 453. 462. 465. 511. 512. 553. 595. 598. 626. 627. 630. 659. 702. 716. 717
Vulcanius (Bonaventura). 2. 416. 453. 676
Vulpius (Hieronymus). 688
——— (Joſephus Roccius). 460. 472. 473
——— (Johannes Antonius). 709. 717. 720. 733

W.

WAddelius (Georgius). 201
Weitzius (Johannes). 707. 714
Wilthemius (Alexander). 319
Wollius (Chriſtophorus) 194
Wolfius (Hieronymus). 294
Wopkenſius (Thomas). 93
Weſſelingius (Petrus). 306. 337. 461. 516. 713
Weſterhovius (Arnoldus Henricus). 271
Withoſius (Johannes Hildebrandus). 138. 277. 518. 560. 587. 589
Wittius (Johannes). 620
Wouwerius (Johannes). 411. 683

X.

XAverio (Eduardus a S. Franciſco). 558

Z.

ZAnchius (Baſilius). 706
Zinzerlingus (Juſtus). 175

F I N I S.

JA1 1552740

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google